

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30

2 500 80 **CELESTIA** MADE IN U.S.A.

22-4-1

2 a b h

41-12

A
85
85

~~22-66~~
22-66


5-40-12

A
35
85

11.349

BIBLIOTHEC
HOMILIARVM
ET SERMONVM
PRISCORVM ECCLE-
SIÆ PATRV
 TOMI SECVNDI
 PARS SECVNDA.

IN QVA EVANGELIORVM, QVAE IN SACRO-
 sancto Missæ officio à Dominica in Passione vsque ad Dominicam in Albis
 quotidie leguntur, prout in Missali Romano ex decreto Concilij
 Tridentini restituto habentur, expositiones, plurimique
 eorundem Patrum iisdem diebus accommo-
 dati sermones continentur.





Bibliopola Lectori.



PERDVXERAM iam hanc nostram Homiliarum Bibliothecam, amice Lector, ad umbilicū usque, & de ea confestim in publicum emittenda cogitabam, cum mihi subijt in mentem, hunc secundum huius operis tomum in duas partes pro tua & commoditate & utilitate diuidere. Videbam enim huius tomi tantam esse molem, ut vix commodè in unum corpus compingi possit, neque etiam homini praesertim litterato ingentia quedam librorum volumina subinde tractare satis esse facile existimabam. Itaque cum in priorem huius tomi partem eorum Euangeliorum expositiones contulissim, quae eo tempore in Augusto Missae sacrificio leguntur, quod proprie ab Ecclesia Quadragesima dici solet, in posteriorem referre est visum eorum Evangeliorum interpretationes, quae Passionis & Resurrectionis Christi tempore in Ecclesia quotidie in Missa legi, & populo declarari consueverunt. Quod certè, ut omnibus verbi Dei praeconiis & sui esse poterit, sic ijs potissimum commodum erit, qui cum studiorum, tum aliarum occupationum causa, toto Quadragesima tempore conciones ad populum habere non possint, circa hoc tempus, quo frequentiores sunt, aliquò ad concionandum solent quòdoque destinari. Habebunt enim illi in exigua unius voluminis sarcinula, amplam segetem & campum, in quo, quicquid ijs diebus ad populi animos ad pietatē peruenandos valet, poterunt exiguo labore decerpere, & plebi sibi commissa propinare. Ego vero, etsi plures quàm sperarē, in hoc opere edendo mihi facere sumptus necesse fuerit, nolui tamen in ipso quasi huius longi aquoris portu, etiam cum aliqua rei meae familiaris iactura, non tuae commoditati utilitatēq; consulere, qui eum demum omnium mearum fortunarum & industriae fructum quàm maximum iudicavi, si rei litterariae sacrisque concionatoribus aliqua ratione possem opitulari. Vale.

EVANG





E V A N G E L I V M
DOMINICÆ IN PASSIONE
SECUNDVM IOANNEM
CAP. VIII.



Qui ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum: & vos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam: Est qui quærat & iudicet. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum serauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nunc cognoscimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & prophetæ, & tu dicis: si quis sermonem meum serauerit, non gustabit mortem in æternum? Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & prophetæ mortui sunt. Quem te ipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis: quia Deus noster est: & non cognouistis eum: Ego autem noui eum: & si dixero quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum. Vidit & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiit de templo.

GLOSSA

DOMINICA DE PASSIONE.
GLOSSA ORDINARIA
in superius Euangelium.



Qui ex vobis arguet me de peccato? Non dedignatur Dominus ex ratione ostendere se non esse peccatorem. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Quia conuicti sunt non esse filij Abrahæ vel Dei, sed diaboli, ingerunt conuictia, quia non poterant ipsi aliter resistere. Honorifico Patrem. Non me honorifico, sed Patrem meum (ne arrogans vobis videar) ego facio; quod debeo, sed vos non facitis quod debetis, quia non honorastis me: quem si bene cognosceretis, sicut ego honorifico patrem, sic vos me honoraretis. Ego autem non quæro gloriam meam: Audito Iudæorum hoc conuictio, dæmonium habes, e contra de gloria sua hoc solum dicit: Honorifico patrem, omnia tribuendo ei, & ego non quæro gloriam meam vt homines: qui illarum contumeliis aliquid contumeliæ vicissim reddunt, sed patri reseruo: & est qui quærat & iudicet: Est qui quærat & iudicet. Dux sunt tentationes. Vna probationis. De qua scriptum est: Tentat vos Deus, vt palam fiat, vt rum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Alia deceptionis, de qua alibi legitur. Deus enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat. Sicut etiam sunt duo timores, vnus seruilis & humanus, quem perfecta charitas foras mittit. Alter sanctus & bonus, qui permanet in seculum seculi. Sic sunt etiam duo iudicia. Vnum damnationis, quo non iudicat Pater, sed omne iudicium dedit filio: Alterum discretionis. vnde illud: Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Secundum hoc dicitur: Est pater, qui quærat gloriam meam, & discernat à gloria vestra: quia vos secundum seculum gloriamini: ego verò non quæro meam gloriam, sed eam gloriam, quam habui apud patrem, antequam mūdus esset, quæ est ab humana inflatione discreti. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum serauerit, mortem non videbit in æternum. Non ego, sed pater quærat gloriam meam: ego autē dico, si quis sermonem, &c. si vos dicitis, dæmonium habes, ego vos ad vitam voco. Hinc discat homo Iesus, non malum, sed bonū pro malo reddere. Nō videbit. Quod dicitur, videbit vel gustabit, nihil aliud est, quam experietur. Nunc cognoscimus, quia dæmonium habes. Sicut accepta contumelia bonus fit melior, ita malus de beneficio fit peior. Quem te ipsum facis? Secundum illos se faciebat filium Dei: æqualem se Deo Patri dicens, quasi non esset, sed non faciebat, immo verè erat. vnde Apostolus: Cum in forma Dei esset: Non rapinam arbitratus est faciens se æqualem Deo. Ideo non dicunt, quis es, sed quem te ipsum facis? Respondet Iesus, si ego glorifico me ipsum gloria mea nihil est: contra hoc quod dicunt: Quem te facis? refert gloriam suam ad patrem, & de quo est, quòd Deus est. Est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus noster est. Apertè dicit: patrem suum esse Deum, qui annūciatus est Iudæis, quasi dicat non recentē Deū vobis annūciat, sed illum de cuius cognitione soletis gloriari. Nota hec verba contra Caluini vtriusque. Nam si Christus quòd Deus est, de Patre est, non habet igitur à se suam diuinitatem, vt putat Calvinus, nec est æquale, id est, Deus à se.

793
Qui glorificat me. Vox patris glorificauit filium in baptismo, in monte, & in aliis huiusmodi locis. Et non cognouistis eum. Non cognouistis eum spiritaliter, dum pro terrenis ei solummodo seruistis. Ecce videt apertè eos sibi resistere: sed tamē nō de finit de se eis prædicare. Et si dixerò, quia nō scio eum, ero similis vobis mendax. Ne in hoc, vt arrogās, videatur gloriari, addit: & si dixerò. Arrogantia sic caueatur, vt veritas non relinquatur. Abraham exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Credeus exultauit sperando, vt videret iurelligendo tantum mysterium. Diem meum. August. Incertum est, an diem temporalem, quo erat venturus in carnem, an verò diem æternitatis intelligat. Sed vtunque Abraham vidit: vnde ineffabile gaudium illi fuit. Quanti enim est videre verbum apud patrem, & quòd ipsum verbum caro factum est? Et exiit de templo. Exiens de templo, id est, de figuris Iudæorum, videamus quid fecerit in templo gentium.

CATENA AVREA
in idem Euangelium.

Qui ex vobis arguet me de peccato? Theophylactus, quasi dicat, Si Dei filij estis, vtique peccantes debetis habere odio. Si ergo me quoque, què odio habetis, potestis arguere peccantē, manifestū est quòd propter veritatem me exosum habetis. Quam autem veritatem? Omnino, quia dixerat se Dei filium, id quod verissimū est. Orig. Habet autem hoc verbum Christi magnam fiduciam, cū nullus hominū fiducialiter hoc dicere poterit, nisi solus dominus noster, qui peccatum non fecit. Accipio autem illud: Quis ex vobis. dicit non iis solum qui aderāt, sed vniuerso etiam hominum generi, quasi hoc plane diceretur, Quisnam homo generis vestri, aut quisnam hic qualiscunque sit, me peccati poterit coarguere & conuincere? Sed certo scio fore neminem. Periphrasis est Græci textus, τὸ ἐξ ὑμῶν λέγειν με τὸ ἐμὰ λέγειν. verbum enim λέγειν non arguo tantum sed conuincio, argumentis que ostendo significat. Ex hoc autem loco execranda & flammia vtriusque vindicanda apparet: Caluini, & Bezae & quorundam symmistarum impietas & blasphemia, qui Iudæis & Turcis deteriores, impio ore suo euomere ausi sunt, Christum Dominum nostrum, dum in hortu sanguinis grumos emitteret, vel in cruce penderet, desperantis voces effudisse, suamque orationem, subito ei elapsam renouasse & castigasse. Grego. in hom. Pensate autem mansuetudinem Dei. Relaxate peccata venerat & dicebat. Quis ex vobis, &c. Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare: vnde subdit, Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Augustinus. Noli attendere naturam, sed vitium. Sunt isti ex Deo, & nō sunt ex Deo natura, sunt ex Deo, vitio non sunt ex Deo. Natura enim bona, quæ ex Deo est peccauit voluntate credendo quod diabolus persuasit, & vitiosa est. Eis autem hoc dictum est, qui non solum peccato vitiosi erant (nam hoc commune erat omnibus) sed etiam præcogniti, quòd non erant credituri ea fide, qua possent à peccatorum obligatione liberari. Gregorius in homiliis: Interroget se ergo vnusquisque, si verba Dei aure cordis percipit, & Bihl. Hom. tom. 2. X x intel

intelliget unde sit. Nam sunt nonnulli, qui præcepta Dei, nec aures corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli qui hæc quidem corporis aures percipiunt, sed nullo ea mentis desiderio completantur. Et sunt nonnulli qui libenter verba Dei suscipiant, ita ut etiam in fleatibus compungantur, sed post lachrymarum tempus, ad iniquitatem redeunt: hi profecto verba Dei non audiunt, quia hæc exercere opere contemnant. Respondunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nomen bene dicimus nos, Quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Chryso-

Christus cur Samaritanus si dicitur.

Cur demoni habere dicitur.

Ioan. 6.

Matth. 23.

Tempore Origenis in Ecclesia publice fœbit miracula.

Mentis Evangelista prætermiserunt. Contra hæreticos, qui nihil volunt credere, quod scripto traditum non sit, & verbum Dei non scriptum negant.

Vindicare nos docet pro qua ad Deum sperat, que ad nos vero contemneret.

cto non reddiderit, pertinuit tamen ad eum negare unam rem, alterum non negare. Duo autem sibi fuerant obiecta: Samaritanus es, & demonium habes. Non dixit, Non sum Samaritanus: Samaritanus enim interpretatur custos, noviter autem ille se nostrum esse custodem, non enim pertinuit ad eum, ut redimeremur, & non pertinere, ut servaremur. Denique ipse est Samaritanus, qui accessit ad faucium, & misericordiam impendit.

† סְחֹמֶרֶם Schomerum, id est, Samaria à verbo שָׁמַר Schamar, id est, custodire dicitur, unde est Benoni סְחֹמֶרֶם Schomer, custos vel custodiens: unde Origenes, Hebræi, inquit, schomer dicunt custodem: sicque tradidit Samaritanos primum appellatos fuisse, quod missi fuerint ab Assyriorum rege ad custodiam terræ Israel.

Orig. Aliter quoque Dominus magis, quam Paulus omnibus omnia fieri voluit, ut omnes nascatur: & ideo se non negavit esse Samaritanum. Et tunc autem solius Iesu fore vocem: Ego demonium non habeo, &c. sicut & illud: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam: quia etiam quæ delictorum reputata sunt minima, demonibus adaptantur. Aug. Deinceps post tale convitium, hoc solum dixit de gloria sua: Sed honorifico patrem meum. Quasi dicat, Ne vobis arrogans videar, habeo quem honorificem. Theophylactus. Honorificavit autem patrem vlciscens eum, & non tolerans homicidas & mendaces, se Dei veraces filios appellare. Orig. Solus autem Christus propriissime & perfectissime veneratus est patrem: nullus enim honorans quicquam ex his, que honoratur à Deo, honorat spernentem quæ ille honorat. Greg. in hom. Sed quia quisque Dei zelo virtutis, à pravis hominibus dehonoretur, in semetipso nobis Dominus patientiæ præbuit exemplum, qui ait: Et vos inhonorastis me. Augustinus. Quasi dicat, Ego facio quod debeo, vos non facitis, quod debetis. Origenes. Non autem illis solum hoc dictum est, sed & omnibus iniuste agentibus, qui iniuriam inferunt Christo, qui est iustitia, & inferentibus contumeliam sapientiæ, e quoque Christus est sapientia, & similiter de aliis huiusmodi. Gregorius. Sed quid nobis contra iniurias faciendum sit, suo exemplo nos admonet, cum subiungit: Ego autem non quero gloriam meam. Chrysoctomus. Quasi dicat, Ex honore quem ad patrem habeo, hæc locutus sum vobis, & propter hoc dehonoreatis me, sed nulla est mihi cura huius contumeliæ: illi enim noxas debetis, propter quem hæc audio. Origenes. Quærit autem Deus gloriam Christi in quolibet suscipientium illum, quam quidem reperiet in operantibus secundum infinitas virtutis causas. Cum autem non reperit, punit illos, in quibus non reperit gloriam filii sui: unde dicit, Est qui querat & iudicet. Augustinus. Quem autem vult intelligi nisi patrem? Quomodo ergo alio loco dicit, pater non iudicat quemquam, sed, omne iudicium dedit filio? Sed videte, quod à iudicium quandoque pro damnatione accipitur, hæc autem secundum discretionem positum est. Quasi dicat, Est pater meus, qui gloriam meam à vestra discernat, & separet; vos enim secundum hoc seculum gloriamini, ego non secundum hoc seculum glorior, qui patri dico, Pater glorifica me ea gloria quæ habui apud te priusquam mundus fieret. Discernit etiam gloriam filii sui à gloria omnium hominum, Deus pater, non enim quia homo factus est iam comparatus est nobis,

Inc. 10.

1. Cor. 9.

Ioan. 14.

Si minima de lista demonibus adaptantur, horrepda est Calumnia bla phemia, qui grausimorū scelerū Deum auctore facit.

1. Cor. 11.

In operantibus secundum infinitas virtutis causas Deus Christi gloriam reperiet. Contra hæreticos, qui sicut solum à Deo exiit dicitur.

Ioan. 17.

nos homines cum peccato, ille sine peccato, & hoc secundum ipsam formam serui: nam illud quos dignè loquatur, in principio erat verbum? August. Vel ali. Si vere dictum est, à saluatore. Omnia mea tua sunt, palam est quoniam & ipsum iudicium filii patris est. Greg. Cum verò malorum peruersitas crescit, non solum frangi prædicatio non debet, sed etiam augeri: unde dominus postquam demonium habere dicitur est, prædicationis suæ beneficia largius impendit, dicens: Amen, amen dico vobis si quis ser. &c. Aug. Videbit, dictum est pro eo quod est, experietur. Cum ergo moriturus, moriturus loqueretur, quid sibi vult quod ait, Qui sermonem meum ser. &c. Nisi quia videbat aliam mortem de qua nos liberare venerat, mortem æternam, mortem damnationis cum diabolo & angelis eius: ipsa est vera mors, nã ista migratio est. Orig. Sic intelligendum est: Si quis ser. meum ser. mor. non vi. in æternum. Ac si diceret, Si quis lucem meam custodierit, tenebras non videbit. Quod autem dicit, in æternum, communiter est sumendum: ut sit talis intellectus, Si quis sermonem meum seruauerit in æternum, mortem non videbit in æternum, quia eo usque non videt aliquis mortem, quoniam Iesu verbum custodit. Cum verò quis torpens in obseruantia sermonis, & circa sui custodiam, negligens factus eum cessat custodire, subinde mortem videt, non apud alium quam seipsum. Sic igitur à saluatore instructi propheta querenti: Quis est homo qui viuet & non videbit mortem? respondere possunt: Qui custodit verbum Christi. Chrysoct. Seruauerit autem dicit, non solum fide, sed etiam pro vitam puram. Simal autem & occultè insinuat, quoniam nihil possunt ei facere. Si enim qui sermonem eius seruabit non morietur in æternum, multo magis & ipse potest non mori. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia demonium habes, &c. Greg. in ho. Sicut bonis necesse est ut superiores etiam pro contumelias existant, ita semper reprobi de beneficio peiores fiunt: nam prædicatione iterum Iudæi blasphemant: dicitur enim, Dixerunt etiam. Nunc cognouimus quia demonium habes, ha. Orig. Hi qui sacris scripturis credunt, comprehendunt quod quæ præter rectam rationem ab hominibus exercerent, non præter demones fiunt. Sic igitur Iudæi virtute demonis putabant Iesum dixisse: Si quis sermonem meum seruauerit, &c. Hoc autè passus sunt, quia Dei virtutem non perspexerunt: nam hic de morte quadam inimica rationi qua pereunt delinquentes hoc falsus est. Hi verò de communi morte coniectantes esse quod dicitur, increpant dicentem quasi defuncto Abraham & prophetis: unde subditur, Abraham mortuus est & propheta, & tu dicit: Si quis, &c. Cum aliqua differentia sit inter mortem gustare & videre, pro eo quod mortem non videbit, mortem non gustabit protulerunt, velut incauti auditores, confundentes dominicum sermonem. Sicut enim dominus in quantum panis viuus est, gustabilis est: in eo verò quod est sapientia, est visibilis pulchritudinis. Sic etiam aduersaria eius mors & gustabilis est, & visibilis. Cum ergo quis steterit per Iesum in intellectu loco, mortem non gustabit, si statim seruat, secundum illud, Sunt de hic stantibus qui non gustabunt mortem: cum autem aliquis sermonem Christi acceperit & custodierit, mortem non videbit. Chrysoct. Rursus autem ex inani gloria ad

cognitionem confugiunt: unde sequitur, Nuncquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Poterant etiam dicere, nuncquid tu maior es Deo cuius sermonem, qui audierunt, mortui sunt? sed non dicunt hoc, quia etiam quam Abraham minorem eum aestimabant. Orig. Nō enim discernunt, quia non solum Abraham, sed etiam quolibet nato ex muliere, qui natus ex virgine maior est: nec verum dicebant Iudæi, Abraham mortuus est: audiuit enim verbum Christi, atque seruauit: & huiusmodi simile dicens de prophetis de quibus subdunt: Et propheta. mor. sunt: nam & verbum filii Dei custodierunt, cum verbum domini factum fuerit ad Osee, vel Esaiam vel Hieremiam, quod si quis alius custodierit, ipsi propheta custodierunt. Mendacium ergo dicunt & in hoc: Scimus quia demonium habes, & in hoc: Abraham mortuus est & prop. Greg. in hom. Quia enim æternæ morti inhæserant, & eandem mortem qui inhæserant, non videbant, cum solum mortem carnis aspicerent in veritatis sermone caligabant: subdunt autem: Quem te ip. facit? Theophyl. quasi dicat, Tu qui nulla cura dignus es Carpentarij filius de Galilæa, tibi subripis gloriam. Bed. Quem te ipsum facit, hoc est cuius meriti, cuiusvis dignitatis vis credidit Abraham tamen mortuus erat corpore, anima autem viuere. Maior autem est mors animæ in æternum victuræ: quam corporis quæ doque moritur. Orig. Cæcipientium autem fuit hæc prolatio, quoniam non se fecit Iesus id quod est, sed ex patre recepit: unde sequitur, Respondit Iesus: Si ego glorifico, &c. Chrysoct. Hoc tantum ad eorum suspicionem dixit, sicut & supra, Testimonium meum non est verum, si testimonium perhibeo de meipso. Beda, His autè verbis nihil esse ostendit gloriam vitam præsentem. Aug. Dixit autem hoc propter illud quod dixerat, Quem te ipsum facit: refert enim gloriam suam ad patrem de quo est: unde subdit, Est pater meus qui glorificat me. De isto verbo calumiantur Aitani fidei, nostræ & dicunt: Ecce maior est pater qui glorificat filium. Hæretici non legitis & ipsum filium dicentem, quod glorificet patrem suum? Alciui. Glorificauit autem pater filium, cum tempore baptismi, & in monte, & tempore passionis coram turbis vox facta est ad eum, & post passionem eum resuscitauit & collocauit eum ad dexteram suæ maiestatis. Chrysoct. Addit autem: Quem vos dicitis quia Deus vester est. Volebat enim ostendere quoniam non solum patrem eum nesciebant, sed neque Deum. Theopl. Nam si verè patrem cognoscerent, filium eius venerarentur, Deum etiam contemnant, qui homicidium in lege prohibuit, aduersus Christum clamantes: unde subdit, Et non cog. eum. Alciui. Quasi dicat, Vos carnaliter illum Deum vestrum vocatis, pro temporalibus ei seruitis: & nō cognouistis eum sicut intelligendus est, spiritualiter ei seruire nescitis. Aug. Quidam hæretici dicunt Deum annuntiatum in veteri testamento, non esse patrem Christi, sed nescio quem principem malorum angelorum. Contra ipsos ergo dicit patrem suum, quem illi dicebant Deum suum. Et non cognouerunt. Si enim ipsum cognouissent, eius filium recepissent. De se autem subdit, Ego autem noni eum. Secundum carnem indicantibus, poruit & hic arrogans videtur, sed arrogantia non ita caueatur, ut veritas relinquatur: propter quod subdit, Et si dixerit, quia non scio eum, ero similis vobis in iudicio. Chrysoct. quasi dicat. Bibl. Hom. tom. 2. X x 2 Sicut

Sicut vos dicentes scire eum, mentimini: ita ego si dixero, me nescire, sed maxima demonstratio est, quod ab illo sit missus, hoc quod sequitur: Sed scio eum. Theop. Naturaliter ipsius cognitionem obtinens, qualis enim ego sum, talis & pater: quoniam ego me ipsum cognosco, & illum cognosco. Præbet autem indicium quod ipsum cognoscat, cum subdit: *Et sermonem eius seruo*. Sermonem mandata nuncupans. Quidam autem sic intelligunt hoc quod dicitur, *Sermonem eius seruo*, id est rationem substantiæ eius. Eadem enim est ratio substantiæ patris & filij, ideoque patrem cognosco: nam & pro quoniam, sumitur: ut sit sensus, Quoniam eius sermonem seruo. Aug. Sermonem etiam patris, tanquam filius loquebatur, & ipse erat verbum patris, quod hominibus loquebatur. Chry. Et quia dixerant, *Nunquid tu maior es patre nostro Abraham?* nihil de morte exponens, se maiorem quam Abraham esse ostendit consequenter, cum subdit: *Abraham pater vester exul vi, diem meum, vidit & gaudium est*, scilicet, propter beneficium quod à me habet, ut à maiore, Theop. quasi dicat, diem meum desiderabilem habuit & lætitiæ plenum, non quasi alicuius minimi aut fortuiti, Aug. Non timuit, sed exultavit ut videret, credens utique exultavit sperando, ut videret intelligendo diem meum. Incertum autem potest esse utrum dixerit temporalem diem domini quo erat venturus in carne, an diem domini qui nescit ortum, nescit occasum. Sed ego non dubito patrem Abraham totum scisse. Ait enim seruo suo quem mittebat: Pone manum sub femore meo, & iura mihi per Deum cæli. Ergo quæ fuit illa iuratio, nisi quia significabatur de genere Abraham venturum in carne Deum cæli? Gregor. Tunc etiam diem domini Abraham vidit, cum in figura summæ trinitatis tres angelos hospitio suscepit. Chryso. Vel diem suum dicit diem crucis: quem Abraham in oblatione arietis & Isaac præfiguravit, per hoc ostendens, quod non inuitus ad passivum venit: & ostendens eos esse alienos ab Abraham, si in quibus ille exultavit, hi dolent. August. Quale autem gaudium fuit cordis videntis verbum manens, splendorem patris mentibus resurgentem, apud patrem manentem Deum, & aliquando in carne venturum non de patris gremio recessurum. *Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, &c.* Grego. Carnales mentes Iudeorum audientium verba Christi oculos à carne non subleuant, dum in eo solam carnis ætatem pensant, unde dicitur: *Dixerunt er. Iu. ad eum: Quinquaginta annos, &c.* quasi dicat, multa sunt annorum curricula ex quo Abraham mortuus est, & quomodo vidit diem tuum? carnaliter enim hoc intellexerunt. Theop. Tunc autem 33. annorum Christus erat, quare ergo non dixerunt: Quadra. annos nondum ha. sed: *Quinquaginta*: Superuacua est huiusmodi quæstio: simpliciter enim prout eis occurrit dixerunt. Respondent tamen quidam, quod per quinquagesimum annum ex reuerentia iubilæum nominant: in quo & captivos manumittebant, & emptitiis possessionibus cedebant. Greg. Quos benignè redemptor noster à carnis suæ inuitu submoquet, & ad diuinitatis contemplationem trahit: unde sequitur. *Dixit er. eis Iesus: Amen amen dico vo. antequam, &c.* Ante enim præteriti temporis est, sum verò præsentis: & quia præteritum & futurum tempus diuinitas non habet, sed semper

esse habet, non ait: Ante Abraham ego fui, sed, *ante Abraham ego sum*: secundum illud, Ego sum qui sum. Ante ergo vel potest Abraham habuit esse, qui & accedere potuit per exhibitionem præsentis, & recedere per cursum vitæ. Aug. Quia verò creatura est Abraham, non dixit: Antequam Abraham esset, sed, *antequam fieret*, neque hoc dixit, Ego factus sum, nã in principio erat verbum. Greg. Sed sustinere ista æternitatis verba mentes infidelium non valentes, quem intelligere non poterant, obtriere querant. unde sequitur, *Tule. er. Iap. vt ia. in eum*. August. Tanta duritia quo curreret nisi ad similes. I. lapides: Quia verò postquam cuncta quæ ad eum spectabant docendo perfeceat, in lapides incipiunt: deserit eos quasi correptionem non suscipientes. unde subditur, *Iesus autem abscondit se in angulo de templo*. Non autem abscondit se in angulo templi quasi timens, aut in domunculam fugiēs, vel post murum, aut columnam diuertēs, sed cælica potestate inuisibilem insidiantibus se constituens, per medium illorum exiuit. *Iesus autem abscondit se, & exi. de templo*. Gre. Qui si diuinitatis suæ potentiam exercere voluisset, tacito nutu mentis in suis eos acibus ligaret, aut in pœnã subita mortis obrueret, sed qui pati venerat, exercere iudicium nolebat. Aug. Magis enim erat commendanda sapientia, quam excedenda potentia. Alc. Ideo etiam fugit: quia nondum venerat hora passionis, & quia ipse non elegerat hoc genus mortis: Aug. Ergo tanquam homo à lapidibus fugit, sed vae illis à quorum lapideis cordibus Deus fugit. Bed. Mystice autem quotquot malas cogitationes quis assumit, quasi tot lapides in Iesum mittit: ac deinde quantum ad se pertinet si ad liberationem trãsit, Iesum extinguit. Greg. Quid autem abscondendo se dominus significat, nisi quod eis ipsa veritas absconditur, qui eius verba sequi contemnunt: eam quippe quam non inuenit humilem, veritas fugit mentem. Quid autem nobis hoc exemplo loquitur, nisi ut etiam cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus.

ORIGENIS PRESBYT.

superioris Euang. expositio.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Verbum, postquam planè voluntatem sententiãque suam exposuit, quod nemo eorum, qui audiebant, contradicere poterat, hæc etiam dicat, suadens eis qui non assentiebantur, si ea quæ à me dicuntur, peccata esse non conuincitis, & coarguitis, iure iam assensum vestrum à vobis exigam. Continet autem etiam ad historiam, & literam, Seruatoris libertatem & fiduciam oratio, quod cum nemo quidem homo posset cum fiducia, quod non peccasset, illud dicere, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* neque Domini quidem nostri, qui peccatum non fecit, tentatus per omnia pro similitudine absque peccato: cum hæc posset dicere iis omnibus, qui quodammodo ipsum aliquando nossent. Accipio autem, illud, *Quis ex vobis*, dici non solum iis qui aderat, sed vniuerso etiam hominum generi: quasi hoc planè diceretur, Quisnam homo generis vestri, aut quisnam hic qualiscunq; sit, me peccati poterit coarguere, & conuincere? Sed certò scio fore neminem. Quantum autem

autem naturæ humanæ licet, propter illud, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi omni ratione studendum est, ut eiusmodi puræ conscientiæ fiduciam accipiamus apud omnes homines, ut de iis temporibus, quæ sequuntur, etiam post fidei principium, apud eos qui norunt nos, hoc dicamus, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* etiam si hoc dici non possit, ex quo Verbum compleuimus. Nec verò hoc Seruator solum hominibus dixit, sed etiam diabolo & naturis quæ ei parent, quæ nihil quod ad conuincendum eius peccatum pertineat, proferre possunt. Atque hoc quidem illis verbis confitentium est, venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Possimus autem etiam nos multa diligentia ex aliquo tempore fiduciam recipere & repetere, ut diabolo atque angelis eius in nos occasionem & causam querentibus excessus nostri tempore hoc dicamus, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Operæ precium est, quid hac quæstione declaratur, videre. Hoc autem videbimus, si etiam illi, quibus Verbum hæc dicit, non rectè responderunt. Aliquis enim dicat, propterea non credimus, quod non videamus, quomodo id quod ait, sit verum. Non videmus porro, quod nondum purgati sint oculi nostri, qui naturam vim habent veritatis. Et quia sumus eiusmodi, ex Deo non sumus. Si nondum sumus ex Deo, sed oculi etiam qui videnda cognoscenda quæ veritatis vim habent, non sunt purgati, quod vitis, & malitia cooperiti, densati, contaminati quæ sunt: considerantes verò quid sit propriè credere ex illo loco, Omnis qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est: sentientes quæ quantum ab hac fide abhorreamus, hæc respondeamus, implorantes & rogantes animi oculorum medicum, ut pro sapientia & humanitate sua omnia faciat, quæ ad aperiendos oculos nostros pertineant, qui etiam operati sunt propter vitia ignominia nostra quæ admodum illud declarat, Operuit nos ignominia nostra. Nos enim audiet, consistentes causam, cur nondum credamus: atque nobis ut malè habentibus, & medico egenibus subueniens, perficeret, ut fidei donum munusq; capiamus, quod tertium est apud Paulum donorum enumeratione positum post sapientiæ in sermone sermonemq; scientiæ: quibus subiicit Alteri fides in eodem Spiritu, de quo munere & dono alio loco scribit his verbis, A Deo vobis donatum est, non solum ut in Christum credatis, sed etiam ut pro eo patiamini. Atque ex affectu ei, qui diligenter attenderit, perspicuum erit, non esse quodlibet donum Dei, cum plura sint dogmata, quæ à multis prædicantur, qui se veritatem docere profitentur, nemini, aut soli verum credere. Hoc enim demum est probati mensarij munus, quem qui perfectus esse dicet, non aberabit, cum etiam in epistola ad Hebræos scriptum sit, Perfectorum autem est solidus cibus, qui propter ipsam consuetudinem exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. *Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis*. Ij qui naturam dissimulata fabulam inducunt, & natura atque à prima institutione Dei filios tantum propter cognitionem, quam cum Deo habent, capere posse Dei verba dicunt, hinc etiam id de quo queritur, se docere existimant, ac se eum ex his verbis in eis commorantes, rapiunt

incipites, & qui non possunt probabilitate vestigiorum verborum occurrere, nec eorum explanationem vident, quæ ita habet, Si quidem omnes, qui acceperunt lucem veram, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, non ex eo quod sunt etiam ex Deo, eam acceperunt. Si enim ex eo, quod ex Deo erant, eam acceperunt, de illis hoc scriptum non fuisset, Quotquot autem receperunt ipsum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius. Ex quibus perspicuum est, eos, qui non sunt ex Deo, ante quam veram lucem acceperint, non posse filios Dei fieri: cum autem eam acceperunt, nondum quidem fieri Dei filios, sed potestatem accipere, quod lucem receperint, quæ filij Dei fiunt. Tum effectus ex Deo, cuius etiam verba audiunt: nec iam simpliciter tantum credunt, sed etiam planius intelligunt res diuine religionis. Qui non tales esse studuerunt, ij Dei quidem filij non sunt, nec Deo ob eamque causam verba Dei non audiunt: nec eorum sententiã intelligunt: sed manent in peccatorum Dei filiorum, qui crediderunt statum, tantum serui Dei, quod seruitutis spiritum in timore acceperint, nec studuerint progredi & proficere, ut etiam adoptionis filiorum Spiritum acciperent, in quo clamant ij qui eum habent, Abba pater. Neminem autem hominem prorsus ab initio Dei filium esse, ex illo etiam loco perspicui licet. Erasmus naturam filij iræ, quod Paulus etiam de se dixit, Perspicuum est etiam ex illo, Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros: & Orate prosequentibus vos, ut sitis filij patris vestri, qui in cælis est. Si enim Paulus naturam filius iræ fuit, quis ultra Paulum quod ad institutionem, effectumque attinet, non ire erat filius, antequam potestatem accepisset, qua Dei filius fieret, & antequam fieret Dei filius: Et, si non aliter quæquam patris, qui in cælis est, filius efficitur, quàm ex eo, quod inimicos suos diligit, & prosequentibus se orat: perspicuum est neminem, quod natura sit Dei filius, Dei verba audire, sed quod & potestatem accepit, qua Dei esset filius, & ea potestate rectè usus est, & pro hostibus rogauit, & pro iis qui ipsum exagitant atque calumniantur. Effectus patris, qui in cælis est, filius, tum denique etiam est ex Deo, & Dei verba audit, ea intelligens, & eorum scientiam repetens: quod quidem proprium est non omnium, sed Dei filiorum, qui omnem quidem originem deleuerunt, eam autem quæ Deo est, receperunt per adoptionis Spiritum. Simul etiam diligentius perspicendum est quonam pacto accipiendum sit, Verba Dei audit: cui hoc etiam simile est, Oves meæ vocem meam audiunt. Si enim in sola assensione audire accipiamus: ij etiã, qui, ut ita dicam, animales sunt, ad tempus credentes, ex Deo erunt, quibus testimonium Verbum dicit his verbis, Ad tempus quidem credunt. Si verò audire accipimus etiam pro seruata mandata, perspicuum est, eum qui etiam in vno peccat, non esse Dei filium. Quod nos quidem non vrgebit, qui mutatione aliquæ Dei filium fieri dicimus: sed illos, qui fontes se & eos qui eandem disciplinam sequuntur docere non possunt. Sin autem audire, pro intelligere & scire accipiamus, ostendat aliquem omnium qui ita noui testamenti verba audiat, ut filium Dei positum esse diximus, quia in sanctis literis euerisionem recipiat ista eius explanatio. Nos enim qui etiam in his ma-

gnum quendam & admirabilem iam Dei filium intelligere videtur, non dicemus indignè iis, qui ex Deo sunt, illud accepisse, Qui ex Deo est verba Dei audit. Iam verò demonstrari poterit etiam aliquod aduersariorum paradoxum. Quid est autem paradoxum, nisi esse aliquem magis Dei filium, quam alius sit, & duplo magis alterum altero esse Dei filium? Quo autem pacto hoc ab aduersario doceatur, hoc modo demonstrabimus. In Matthæi evangelio locus in quo Seruator Scribis & Phariseis malè precatus est, ita habet, *Vx vobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum profelytùm, & cum factus est, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos.* Ex hoc ergo loco nec natura gehennæ filij aliqui sunt, nec ex æquo filij gehennæ eius sunt filij: siquidem alius alio duplo magis eius est filius. Cur non etiam perditionis, mortis, tenebrarum, ac cæterorum quorum filij sunt, ij qui dissimiliter peccant? Si in his, cur non etiam lucis filij alij aliis duplo magis filij erunt, & filij vitæ filijque sapientiæ? Sic autem filij Dei. Si verò duplo magis alius alio Dei filius est, cur non etiam multiplo, tantuplo, & quantuplo magis æquè erit intelligere esse primogenitum omnis creaturæ filium Dei, quam sint omnes Dei filij, & ij qui non iam seruitutis spiritum habent in timore, sed adoptionis acceperunt spiritum? Cum ergo tam multa Dei verba sint, nec scripta modò, sed etiam arcana, quæ homini loqui non licet, atque ea de quibus scribit Ioannes, Neque ipsum puto mundum capere qui scribendi sunt libri: omnis quidem qui qualiacunque Dei verba audit, est ex Deo: sed quo plura Dei verba audit, eò magis ex Deo est. Nam si ita dicendum est, aliquis omnibus Dei verbis auditis, si hoc quidem pertuenerit ad quæpiam eorum, qui adoptionis Spiritum accipiunt, is perfectè & excellenter est Dei filius omnique ex parte, & ex omnibus atque omnino ex Deo est. Benignius autè illud ex omnibus & omnino accipiendum est, pro portione omnium dogmatum, omnisque scientiæ, atque mysteriorum omnium, vt dicam totum, & in omnibus esse ex Deo eum qui cognita habeat omnia mysteria, omnisque scientia præditus sit, & cum his ea quæ absolutæ charitatis sunt, perfecit. Vide autem, num conuenienter huic loco, Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, illud dicere possit qui eiusmodi est, Ex parte sumus Dei filij. Et rursus, Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur, & quod ex parte est, & quod perfectum est, vt sic filius Dei veniat, euacuans quod ex parte est, vt sit aliquis Dei filius. Illud etiam querendum est, vtrum fieri possit, vt sit aliquis ex parte quidem filius, dissimilis partis eius, quæ in diuinis versatus, ex parte autem contrariæ: an hoc ita habere non possit. Cum quo simul exquires, quomodo multi vnus patris filij dicantur, vtrum propter maiores & eos qui ab illis orti sunt, an ex hac intelligentia? Quoniam igitur potestatem qua filij Dei sumus, accepimus, omnia faciamus, vt sumus ex Deo, eiusque verba audiamus, & progressum faciamus in Dei filiorum statu: vt etiam progressum in Dei verbis audiendis faciamus: plura eorum semper declarantes, dum omnia Dei verba capiamus, vel certè quam multa & nunc possunt & posthac poterunt capere ij qui adoptione Spiritus digni iudicantur. Quotiescun-

que autem verba Dei dicuntur, nec audiuimus, id est: ea non intelligimus: toties cõuincit nos quòd ex Deo non sumus, existimandum est. Qui enim verba Dei non audit, propterea non audit, quòd ex Deo non est: & per se culpaque sua non est ex Deo. Atqui is qui potestatem iam accepit, qua filius Dei fiat, etiam potest diligendis inimicis suis & hostibus, rogandoque pro calumniatoribus, patris qui in cælis est fieri filius. *Responderunt Iudæi & dixerunt ei, Nonne benediximus nos quia Samaritanus es, & demonium habes?* Verisimile est eos hæc sæpe inter se tacitè de Seruatore dixisse, cum nonnulli quidam eum Samaritanum appellarent, vt murantem & adulterantem Iudæorum decreta, & instituta, non aliter atque Samaritani facerent. Neque enim Iudæi cum Samaritanis quicquam commercij habent, quòd in multis institutis ab illis dissentiant. Querendum est autem, cum Samaritani futurum seculum negarent, nec animi immortalitatem probarent; cur Seruatori qui plurima de resurrectione ac iudicio quæ docuisset, ausi sunt dicere. Sed nescio an conuiciatorio in eum animo hoc dixerint, qui nõ eadem, quæ ipsi doceret. Verisimile est autem nonnullos etiam in ea sententia fuisse, vt diceret eum non quòd ita animo sentiret de futuro seculo, ac de resurrectione, & iudicio docere: eo quidem animo & iudicio constitutum quo Samaritani erant, quasi nihil spei hominibus post hanc vitam reliquum esset, simulatorio autem animo, ex Iudæorum sententia, & multa de resurrectione æternæque vita proferebat. Dæmonium etiam eum habere dicebant, adducti eius sermonibus qui hominis naturam superarent: quibus patrem suum Deum esse dicebat, seque ex cælo descendisse, ac vitæ panem esse multo manna præstantiorem, quòd is qui eum panem comederat, semper victurus esset, sexcentaque alia, quibus Euangelia referta sunt. Fieri etiam potest, vt propter eorum de Beelzebub suspicionem, illud dictum sit, Tu dæmonium habes, quando quidem nonnulli Beelzebub dæmoniorum princeps, eum dæmonia expellere, quasi in se Beelzebub cõtineret. Atque hostes quidem * dicentes eum dæmonium habere. Nos autem ei credamus dicenti, *Ego dæmonium non habeo.* Neque enim dæmonium cæcorum oculos aperire potest, aut ea signa edere, quæ etiam literis mandata sunt, quorum & vestigia & reliquiæ in Ecclesiis Iesu nomine ad hæc vsque tempora extant, atque fiunt. Queret autem aliquis deinceps, cur tandem, cum Iudæi duo conuicia in eum iecerint, vnum *Samaritanus es tu*, alterum, *Dæmonium habes*, Iudæis iis, qui ei responderunt, non iis qui ei crediderant, non ad duo respondeat, sed ad hoc solum, *Dæmonium habes*, cum dixit, *Dæmonium non habeo.* Vide, num ad hoc accommodari possit, parabola illa quæ apud Lucam de eo scripta est, qui ab vrbe Hierusalem in Hiericho descendebat, & incidit in latrones, quem sacerdos quidam præteriiuit, & Leuita: Samaritanus autem iter faciens, cum ad eum venisset viso eo, misericordia permotus est, & cum accessisset, vulnera, oleum, vinumque infundens, deligauit. Si quis enim de parabola disferens, & explicans, possit docere, ad neminem, nisi ad Seruatorem referri ea, quæ de Samaritano scripta sunt, qui seminecem & qui in sicarios incidit, curauit, ostendet etiam cur se Samaritana-

num

num esse non negauerit. Alius autem, qui propter dissimilitudinem distinctionemque Iudæorum & eius, qui legi subest, quæ est scripta apud Paulum, rem viderit, & retulerit eos qui legi subest, ad Samaritanos, & magis quam Paulum, acceperit Seruatorem omnibus factum esse omnia, vt omnes lucrifaceret, diceret eum, quòd iis qui lege tenebantur, factus sit legi obnoxius, quasi Samaritanum esse factum: ob eamque causam se Samaritanum esse non negasse. Tertius etiam Samaritani interpretatione explanata, qui custodè declarat, hoc dicit, quæquam alio sensu eum Samaritanum Iudæi appellarent, ipsum tamen qui verbi significationem intellexisset, eam non negasse, quòd sciret se custodem esse humanorum animorum, & eum de quo illud dictum est, Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël, & illud, Custodiens paruulos Dominus. Somet autem Hebræi custodem vocant. Sic verò etiam Samaritanos primùm nominatos tradunt, quòd ipsi ab Assyriorum rege missi sint ex terra post captiuitatem aliis quam Iudæi Israël, qui pro multis scelibus in Assyriorum regionem captiuus abductus est. *Respondit Iesus, Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorauit me. Ego non quero gloriam meam. Est qui querat & iudicet.* Si lignum quod satum est ad cutrum aquarum, eiusmodi est, vt tempore suo fructum suum ferat, nec eius folium decidat, sed quicquid facit, prosperè eueniat: quid de Iesu Seruatore nostro existimandum est, nisi quòd ipse qui est lignum vitæ, ex eo quòd est sapientia, & quòd sapientia est lignum vitæ omnibus, qui eam tenuerint, & fructum fert, & alia folia præter fructus, eiusmodi habet, vt ne vnum quidem decidat? Ob eamque causam nullum Iesu verbum, & quæ digna visa sunt, quæ à sanctis discipulis scriberentur, forte, casu & temerè accipienda sunt: sed omnis cõsideratio ad ea etiam quæ plana existimantur adhibenda est ei, qui non dissidat fore vt etiam in Verbo, quod nemo suspicatur esse, & quod simplex esse existimatum esset, inueniatur ab iis qui rectè querunt, aliquid quod illo sacro ore dignum sit. Quòd sicubi non inueniamus, nos ipsos, non Verbum Iesu, quasi ex plenitudine dogmata veritatis sapientiæque plena non spiraret & proferat accusare debemus. Hæc autem à me dicta sunt, quòd illud, *Ego dæmonium non habeo*, considerare velim: ex quo omnes qui Euangelium legimus, rem discimus, quam antè quam euangelium legeremus, non intelligebamus. Hoc autem quid sit, iam considerandum est. Placeat ex scripturis eos, qui peccant, multa facere contra rationem, non alia de causa nisi quòd ipsi capaces facti sunt vel mali spiritus actionis, vel immundi dæmonij voluntatis. Itaque non dubitarunt peccata, quæ leuissima habentur, dæmonij attribueri ij, qui repentinam iracundiam dæmonij esse dixerunt: itémque obtrectationem. Verisimile est etiam alia innumerabilia nos, quæ dæmonium videre videamur, & ex voluntate, dæmonij esse dixerimus, facere. Et quemadmodum in hominibus nemo est mundus à sordè, nemòque iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet: sic nemo est etiam à dæmonij libet, & purgatus, & qui nunquam eorum operationis, & actionis sit capax. Quocirca curationes, quæ in euangelio scriptæ sunt, ad allegoriam transferentes, in quibus sunt

etiam dæmonum expulsionès, dicemus dæmonas à Iesu expelli ex omnibus, qui quòd à Verbo curarentur, iam dæmonum actiones nõ probarent. Solus igitur Iesu vocem esse existimo, qui solus expoliuit principatus, & potestates, atque ex eum plura de eis prodidit, trium phumque egit, & in ligno tropheum contra omnem aduersariem virtutem crucem statuit, vt illud, Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam, ita hoc, Ego dæmonium neque habebam, neque habeo, neque habebò. Verba autem possumus quidem etiam nos proferrè & dicere, Dæmonium non habeo, sed coarguemur eodem modo, quo ij qui se à dæmonio occupari negauerunt, & tamen rebus ipsis & veritate conuicti sunt mendacij: an non arguunt nos dæmonio agitari, cum manifestum in constitutione, & vltro, ac sponte clamamus furore atque iracundia incensari, aut fidentes, & quasi hincientes cum vxoribus, nobis equorum insanientium ad equas instar, congedimur, Dei de vacuitate à perturbationibus vrbis à tergo reiectis? Qui negiam cum abieci, & tristes à dolore tracti, amisso proprio eorum, que ratione habent, ornati, huius sermopis, nos capit obliuio. Sine Deo passerem non cadere in laqueum, & illius iusta esse iudicia de vnoquoque eorum, quæ hominibus eueniunt, quid dicemus? an nobis quòd dæmonium nos vicerit, & meam nostram perturbata esset, hæc accidisse? Quiniam metus eorum, quæ non sunt horribilia, & nimum gaudium in iis, quæ nullius precij, nonnullorum sint actiones, aut dæmonium, qui impleuerunt eos, qui verè non possunt dicere, Ego dæmonium nõ habeo. Sed verisimile est nonnullos, qui sanctos Patriarchas, aut sacrosanctum ministrum, aut mirabiles Prophetas, aut Apostolos Seruatores nostri Iesu, qui dicendo plurimum, valent, in disputationem afferant, & proponant, sua sacros nobis, eos etiam eodem modo, quo Iesum, dicturos fuisse, Ego dæmonium non habeo: quibus respondendum est, Hi ergo etiam aliquando peccauerunt, aut illud falsum est, Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei: neque hoc verum, Nemo mundus est à sordè: neque scienter illud dictum est, Non est iustus super terram, qui faciat bonum, & non peccet. At perspicuum est, veras esse scripturas omnes, neque semper, neque ab initio dicere poterant, ne ij quidem, qui se ad vitam virtuti consentaneam cõferunt, Ego dæmonium nõ habeo, sed solius hominis, qui in Seruatore intelligitur, à principio vox illa erat, qui ob eam causam maxime propriè, verissimèque patri honorem tribuit. Nemo enim qui honore afficit aliquid eorum, quæ à Deo nullo in honore habentur, ei honorem habet, qui ea, quæ ipse probat, & in honore habet, improbat. Quomodo enim patrem honore afficere dicendus est is, qui principio adoptionis Spiritum non accepit? Atqui nemo qui peccat, habet adoptionis Spiritum. Qui enim ex Deo natus est, non peccat. Quomodo etiam Deo honorem tribuit is, qui gloriam, quæ ab hominibus queritur, probat, & in precio habet, aut argentum, aut terrenas opes, aut pulchritudinem, quæ ex carne, & sanguine consistit, aut vno nomine, aliquid eorum quæ cõiunctionem cum materia, & interitu habent, perspicuum est igitur, hoc verbum Seruatoris esse, *Honorifico patrem meum*, quod quidem pro virili parte stude-

X x 4

re de

re debemus, omnemque diligentiam adhibere, ut in Spiritu sancto dicamus, testimonium nobis dicente conscientia, cui honorem debemus, neque alij honorem tribuendo. Ac recte quidem & præclarè is, qui ubi venit plenitudo temporis, à Deo missus est, ut ex muliere nasceretur, & lege teneretur, quasi hac lege teneretur; Honoræ patrem, & matrem, ut bene sit tibi, cum neminem alium patrem haberet, nisi Deum, qui in cælis est, hæc ait, *Sed honorifico patrem meum.* Nos quoque eadem dicemus, si secundi oræus, id est, ut ita dicam, regenerationis lauachrum intellexerimus, eoque abluti & expiati ut filij Dei simus, nec iam in terra patrem vocemus, quod & patris, qui in cælis est, effecti simus filij, & fratres eius, qui dixit, Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum: & Deum meum, & Deum vestrum. Perspicuum est igitur, cum verissimè, & perfectissimè Iesus hæc dixerit, *Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum,* eius imitatores cum vnusquisque pro virili parte confirmatus erit Iesu Christi munere, qui ipsum confirmat, & corroborat, illud esse dicenturos, *Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum.* Quis verò, qui quidem cum mortuis versetur, & in sepulchris habitet, illud, *Ego demonium non habeo,* possit dicere? Aut quis, aliquid aliud præter Deum, eiusque Verbum, & præter id, quod à Verbo antè ordinatum est, colens, alij honore tributo, cum honos ipsi patri tribuendus sit, ut Iesu discipulus hæc dicat, *Sed honorifico patrem meum?* Hæc deinceps illud sequitur, *Et vos inhonoratis me,* quod eis dictum est, qui eum ignominia affecerant, eique dixerant, *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes?* cum id quod malè & improbè dictum erat, se rectè & honestè dixisse existimassent. Quod enim malè Samaritani verbum intelligerēt, Seruatorem etiam demonium habere pronunciarunt. Existimandū est autem, illud, *Et vos inhonoratis me,* non illis solis dictum esse, verum etiam iis, qui semper ignominia eum afficiunt & facinoribus quæ contra rectam Dei rationem committunt, & factis, quibus iniuriam Christo qui est iustitia, faciunt: & iis qui operibus quæ imbecillitate & infirmitate perficiunt, Dei vim & virtutem quæ est Seruator, contemnunt & improbant. Christus enim Dei virtus est. Omni etiam qui sapientiam repudiat & spernit, dici potest illud, *Vos me inhonoratis:* quandoquidem Christus etiam est sapientia. Quinetiam, cum aliquem oporteat, quantum in ipso est, & pro virili parte, cum omnibus hominibus pacem habere, ut etiam dicat illud propheta, *Cum iis qui oderunt pacem, eram pacificus: & sumēda sit pax illa Dei quæ omnem sensum mentemque superat, & custodit cor atque intelligētiās eius, qui eā receperit, & tamē pugna sit quidam, mordeatque & accenset, atque comedat proximum, eiusque in mente perturbationū ad seditionem spectantium plena sint omnia, huic etiam tali hæc dicatur, *Vos inhonoratis me.* Pax enim nostra Christus est. Præterea quoniam omnis qui mala agit, odit lucē, & non venit ad lucē: lux autē est is qui dixit, *Ego sum lux mundi:* non est dubium, quin is qui mala agit, lucē contemnens, Christū contemnat, hoc etiam ipse auditorus. *Et vos inhonoratis me.* Sed quid me attinet longius sermonem protrahere exponētem & docentem quinam ab Iesu reprehendantur, hæc etiam ab eo audientes, *Vos inhonoratis me:* cum*

Rom. 11.

Psal. 119.

Phil. 4.

Ioh. 1.

perspicua sint exiis & quæ explicata sunt, & quæ his congruēt eis aditū addique possunt: Deinceps ergo videamus quid illud declaret, *Ego non quero gloriam meam: est qui querat, & iudicet.* Deus qui nobis filii suum dedit, in vnoquoque eorum qui eum approbarunt & receperunt, Christi gloriam querit: quem in eis quidem inueniet, qui sibi curæ sunt, & causas seminū in frustas excolunt: non inueniet autem in eis qui non sunt huiusmodi, quibus non inuentis, eos in quibus filij sui gloriam non inuenit, iudicat: quibus dicturus est, *Per vos nomen meū blasphematur inter gentes.* Querat autem aliquis his verbis ductus, *Est qui querat & iudicet,* sitne hoc ad Deum referendum, cum Seruator dixerit, Neque enim pater iudicat, quenquam sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Sed vide, num ad hoc vii loco illo possit, Non possum ego à meipso facere quicquam: sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est: quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me misit. Si enim quemadmodum audit Seruator noster à patre, sic iudicat, quærens non voluntatem suam, sed patris qui ipsum misit: ob eamque causam eius æquum est iudicium: haud scio an verius iudicium quo iudicat is qui audit, non audientis sit, sed dicentis ei qui audit. Quod si ait, *Iudicium meum iustum est, audi in eodem Euangelio illud dicentem, Omnia mea tua sunt.* Si enim verum est id quod Seruator dixit, *Omnia mea tua sunt,* perspicuum est, ipsum etiam iudicium, de quo dixit, *Iudicium meum iustum est,* patris iudicium esse. Si verò patris est iudicium, quæstio quæ posita est, de loco illo, *Ego gloriam meam non quero: est qui querat, & iudicet:* explicari potest. Habet autem etiā modestiæ significationē quandam Seruatore dignam, id quod hoc loco dicitur, *Ego autem non quero gloriam meam.* Neque enim admodum decebat eum gloriam suam querere, ob eamque causam eos qui eam non tribuissent, iudicare: sed patrem qui filio gloriam tribuerat, eā postulare decebat ab eis, qui illum ea frandaverant, & ob eam illos iudicare: Seruator autem fortassis, qui patris imitator sit, Dei gloriam ab iis qui ea quæ Dei sunt discurrunt, postulat: ac nisi patris gloriam in aliquibus inueniat, illos iudicabit, pro ea quam accepit, quia filius est, iudicandi potestate. Heracleon verò illud, *Est qui querat & iudicet,* ad patrem non refert, cum hæc dicat. Qui querit & iudicat, est vindex minister, qui ad hoc constitutus est: qui non sine causa gladium portat regis vindex. Hic autem est minister, quemadmodum eis antè dixit his verbis, *In quo vos speratis, deinde subiicit, Propterea quod Moses, id est, ipse latō legis, est is qui querit & iudicat.* Deinceps Heracleon secum ipse disputat his verbis. Quomodo igitur iudicium omne sibi traditum esse non dicit? Atque sic abiectionem se diluere existimant cum hæc ait, præclarè dicit. *Vindex enim ut minister voluntati eius moerem gerens, iudicat, quemadmodum etiam in rebus hominis videtur contingere. Sed alicui alij quodam modo iudicium assignat, ut Seruatori inferiori, ex eo quod opifici, ut ipse existimat: Atqui ne hoc quidē pacto docere potest, cum apertè scriptum sit, neque enim pater iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio, Et, Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.*

Ioh. 5.

Ioh. 16.

amen

amen dico vobis, si quis sermonem meum serauerit, mortem non videbit in æternum. Ve vita est quædam indifferens quæ nec bonum est, nec malum, quam degere dicimus & impios, & animantia expertia rationis: & alia differens, sed bonum, de qua ait Paulus, *Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo:* & ipse dominus noster de se, *Ego sum vita: sic contrarium differentem mortem indifferenter dices: inimicam autem eius qui dixit, Ego sum vita, improbam quandam & grauem acerbamque mortem, qua qui moritur, in morte est, de qua scriptum est, Nouissima inimica destruetur mors.* Existimandūque est, Apostolū hæc de hoc mortis genere dicere, Propterea sicut per vnum hominem peccatum in mundū intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Vtque ad legem enim peccatum erat in mundo. Peccatum enim non imputabatur, cum lex non esset, sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuicationis Adam. Et pauld post, *Si enim vnus delicto mors regnauit per vnum: quanto magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum?* Quæ est enim mors, quæ per peccatum in mundum intrauit, nisi extremus Christi hostis, qui delendus est? Quæ etiā mors ad omnes homines peruenit, quod omnes peccauerit, nisi hæc ipsa, quæ etiam ab Adam ad Moysen dominata est? Moses autem, id est, lex vsque ad domini nostri Iesu aduentum stetit, vniūque peccato dominata est per vnum, quoad ij qui gratiæ iustitiæque abundantiam & copiam consequuti sunt, vnus Iesu Christi beneficio in vita regnent. Hanc ergo mortē nunquam videbit is qui vniūque & primogenij omnis creaturæ naturæ verbi paruerit, quæ vim arcendæ mortis habent. Ita autem illud accipiendum est, *Si quis sermonem meum serauerit, mortem non videbit in æternum,* ut is qui hæc ait, concessa luce iis qui audiebant, eis diceret, *Si quis meam hanc lucem custodierit, tenebras nunquam videbit.* Neque enim ei qui lumen seruauit tenebræ possunt contingere. Si quis autem lumen hoc amiserit, sequitur ut quia misit, tenebras videat. Sic ergo in Verbo etiam quod in principio apud Deum erat, vita facta est. Itaque principium, id est, sapientia, quæ ait, dominus creauit me principium viarum suarum ad opera sua, & Verbo, quod in ipsa est in quo facta est vita, docebit & dicet. *Si quis sermonem meum serauerit, mortem non videbit in æternum.* Simul enim aliquis & Verbum, & vitam quæ ab eo separari non potest, & in eo est facta, seruabit: quæ quidem simul & lux est hominum, quæ in tenebris lucet, & ab eis non comprehenditur. Si ergo quasi interrogans propheta dicat, *Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem: respondebimus docti & instituti à Seruatore nostro, dicemūque hominem esse qui viuet, nec mortem videbit, eum qui Verbum seruabit eius qui dixit, Si quis sermonem meum serauerit, mortem non videbit in æternum.* Quæro etiam hoc in loco, num hæc verba, *in æternum non morietur* accipienda sint, ut sit totum huiusmodi. Si quis sermonem meum serauerit, in æternum mortem non videbit. Etenim videtur aliquis tam diu mortem non cernere, quam diu Iesu sermonem seruat. Simul enim atque eum amisit, mortem etiam sentit.

Coloss. 3.

1. Cor. 15.

Rom. 5.

Quod si quis ad altiora verba peruenire potest, & quomodo hoc, *Et in puluerem mortis reduxisti me, ab homine dictum sit, intelligere: atque illud à Paulo, Quis me liberabit de corpore mortis huius: is cognoscat quādiu quidem seruabatur sermo, mortem ab eo qui ei parebat, non videri: cum autem quisquam in sermonis attentione & obseruatione defatigatur, aut quæ in eo seruando attendit, non iam perfecit: tum eum mortem vidisse non alterius culpa, sed sua. Hoc autem decretum ac documentum esse existimandum est, legemque æternam eius qui semper nobis, si Verbum acceperimus, dicturus est, *Si quis sermonem meum serauerit, mortem non videbit in æternum.* Quemadmodum autem, ut ita dicam, tenebræ cum diutius aspectæ sunt, eius qui vidit aspectum obtundit: sic visa mors ab eo qui sermonem non seruauit, adimit aspectum & obsecat, ut ob eam causam eo qui cæcorum oculos aperit, opus sit. Atque ut mihi videtur, ob eam causam cæci, quorum nota & significatio erant cæci, quorum in euangelio fit mentio, aspectum amiserunt, quod cum sermonem non seruassent, mortem viderant. *Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus, quia demonium habes.* Multi quidem etiam sapientes omne genus peccati, cuius vna est species, quod in verbo est peccatum, non aliunde quā à iudicis vitiofis oriri putant. Ij autem qui sanctis scriptis, ut diuinis fidem habent, ita differunt de iis quæ contra rectam rationem ab hominibus geruntur, ut non à demoniis aut qualibuscunque naturis, & ut ita dicam, virtutibus contrariis res illas perfici negent. Iudæi ergo demonij opera Iesum hæc dixisse existimabant, *Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum serauerit, mortem non videbit in æternum:* atque hoc eis accidit, quod neque sermonem obseruauissent, neque vim attendissent eius quod diceretur. Hic enim qui mortem quandam verbo & sermone inimicam, qua ij qui peccant moriuntur, sciret, eam nunquam in eo dominaturam, qui ipsius sermone obtemperasset, diceret. Illi autem qui id quod dicebatur ad mortem vulgarem pertinere ac referri putarent, delirare eum existimabant, quod diceret, cum Abraham & propheta mortui essent, tamen omnem eum qui ipsius verbis paruisset, nunquam esse moriturum. *Abraham mortuus est, & propheta: & tu dicis, Si quis sermonem meum serauerit, non gustabit mortem in æternum: Numquid tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est? & propheta mortui sunt. Quem teipsum facis?* Si faciliore simplicioreque explanatione, quemadmodum etiam nos interpretati sumus, perspicua esse videtur Iudæorū opinio ad Seruatoris sermonem, de Abraham & prophetis quasi mortui essent respondentium, tamen exponenda est quæstio, cum aliarum similium rerum comparatione. Igitur putabant Seruatorem illud dixisse, *Si quis sermonem meum serauerit, mortem non videbit in æternum:* ob eamque causam perspicuum quiddam ei ad ea quæ dixerat, responderunt: aut de morte communi & peruulgata eum loqui non intellexerunt, differentes etiam de Abraham & prophetis, quasi etiam ipsi aliquando in deteriore morte fuissent, quod verba eius non approbassent, neque eum eiusmodi quem se professus esset, existimarent, hæc dicunt, *Nunc cognoscimus quia demonium habes.* Similia & in aliis eius verbis, & iis quæ ad responsa sunt, pluribus supra exquisimus, velut*

in

in Samaritana cum ei dixisset Iesus, Da mihi bibere, post alia subiecit huiusmodi, Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan perisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam. Dicit ei mulier, Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est, unde ergo habes aquam vivam, ut non sitiam, nec veniam huc haurire. Neque enim verisimile est, eam de aqua quae sub sensum cadit, illi respondisse ac petivisse ab eo corpoream aquam, ne iam sitiret, nec ad fontem Iacob qui sensibus percipiatur, hauritum veniret. Quinetiam cum dominus dixisset, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, disceperantque inter se Iudaei ac dicerent, Quomodo potest nobis hic dare carnem ad manducandum? docebamus, eos qui audirent, tam stultos non fuisse, vt eum qui diceret, auditores ad carniem suam esum inuitare existimarent. Verisimile est etiam, Iudaeos in iis verbis quae nunc consideramus, illud dixisse, Abraham mortuus est, & propheta, cum illud accepissent, Sicut per vnum hominem peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors: ita etiam in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Videbant etiam mortem regnasse in eos qui peccavissent, praeariationis Adae similitudine: eratque eis sermo de morte quae ob peccatum ad omnes homines, quod omnes peccavissent, peruenerat. Haec autem cum didicissent, quae sequuntur, quod non approbassent Iesu verba, non intellexerunt: neque illud, Non sicut delictum, ita & donum: quin nec ratiocinari vilo modo poterat, Si vnus delicto multi mortui sunt, quanto magis gratia Dei & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi, in multos abundavit: Nec intellexerunt, donum morti quae vnus peccato orta erat, simile non esse. Neque enim didicerant, donum ex multis delictis extitisse ad iustificationem, quin ne illud quidem videbat, eos qui gratiae & donationis abundantiam accepissent, in vita per vnum Iesum Christum regnaturi essent. Ac de Abraham quidem & Prophetarum morte cogitabant, quod audirent etiam Samuelem quasi morte sub terra esset, a Pythonissa esse excitatum, quae deos alicubi sub terra esse putabat, & haec dicebat, Deos ego vidi ascendentes in terra: vitae autem Abraham atque Prophetarum sensum non habuerant, neque hoc intellexerant, Deum Abraham atque Isaac & Iacob, Deum esse, viuentium, non mortuorum. Quodque Prophetas mortuos esse existimarent, sepulchra edificabant: ob eamque causam eos miseros putabant. Abraham ergo etiam mortuus est, tamen vixit, nec iam mortem videbat, ex quo, die Domini viso exultavit & gauisus est. Ob eamque causam mihi videtur, ad illud, Abraham mortuus est, hoc relatum esse a Seruatore docente, Abraham pater vester exultavit, vt, videret diem meum: & vidit, & gauisus est. Quod si quis ita esse non vult ea quae de Abraham dicuntur, respondeat nobis, sane qui diem Seruatoris nostri vidit, & ex eo gestiuit laetitiaque affectus est, etiam mortem videat: an qui Seruatoris nostri diem vidit, & exultavit, atque gauisus est, dignus eiusmodi aspectu iudicatus, vt eo dignus, postea priuatus sit eo quem viderit. Si enim, vt unum horum absurdum est, perfectum Abraham qui diem Iesu vidit, simul cum aspectu eius etiam verbum audiret, atque seruauit,

nec iam mortem videt. Nec recte Iudaei illud dixerunt, Abraham mortuus est, quasi ipse etiam tunc in morte esset. Idem etiam dices de Prophetis. Si enim Deus non est mortuorum, sed viuentium: estque vt Abraham atque Isaac & Iacob, sic reliquorum Prophetarum Deus: Prophetarum etiam viuunt. Erenim sermoni Dei paruerunt, cum Verbum Domini ad Osee factum est, aut Verbum factum est ad Hieremiam, aut ad Esaiam factum est verbum. Neque enim verbum aliud ad quemquam horum factum est, nisi Deus Verbum, quod in principio apud Deum erat, eius filius. Atque hoc si quis alius, Prophetarum seruauerunt, & ex quo Verbum acceperunt, mortem iam minime viderunt. Aequum igitur atque hoc, Nunc cognouimus: quia demonium habes, illud falsum est, Abraham mortuus est & Propheta, quod Iudaei protulerunt. Neque enim sciebant habere demonium cum, qui demoniis imperaret. Nemo enim id quod non est, cognoscit: neque Abraham & Propheta etiam tum erant mortui, cum haec, Abraham mortuus est, & Propheta, Iudaei dicebant. Querendum est deinceps, cur, cum Seruator de omni qui suum sermonem seruauerit, dixisset, Mortem non videbit in aeternum: tamen Iudaei secundum ea quae tractauimus, cum debuissent conuenienter his, Mortem non videbit in aeternum, illud dicere, Et tu autem, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in aeternum, non hoc, sed quod non dictum est a Seruatore, dicunt. Neque enim dixit, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem gustabit in aeternum: quod isti, vt a Seruatore dictum proferunt. Vide etiam, num inter haec duo, Non videre mortem, & non gustare mortem, interfit. A caeteris Euangelistis dictum est, eos non gustaturos esse mortem, qui vicini Iesu stabant, quoad filium hominis vidissent, venientem in regnum suum, Amen dico vobis, sunt quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno suo. Marcus autem, Amen dico vobis, sunt quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute. Lucas vero, Verum sunt quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in gloria sua. Vt enim in corporibus dissimiles sunt diuersaque sensus gustatus, & aspectus: sic in diuinis sensibus, qui a Salomone referuntur, alia quidem erit animi vis viuendi, & cernendi, alia gustandi, percipiendi, quod modum ciborum qui ratione cernuntur. Et quoniam Dominus quatenus quidem panis est vnus qui de caelo descendit, gustabilis est, animique alumnus: quatenus autem est sapientia, aspectabilis est, cuius pulchritudinis amantem se esse fatetur is qui ait, Amator factus sum eius pulchritudinis, precipitque nobis, Amate eam, & te custodiet: ob eam causam in Psalmis dictum est, Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. Vt autem gustabilis & aspectabilis est Dominus: sic hostis eius mors gustatur, & videtur. Ac eam quidem gustari, illud declarat, Sunt quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem: & quae sequuntur. Videri autem eandem, illud docet, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in aeternum. Gustat autem mortem, nec eam modo gustat, sed etiam morte quasi cibo impletur ac satiatur, is qui pugnantia cum iis verbis

Fieri potest, vt is qui stans, cadat: contra haereticos, qui inbens vnum, quemque de sua salute esse securum.

1. Cor. 10.

1. Ioan. 1.

1. Cor. 12.

Ioan. 10.

Psalm. 37.

Ioan. 11.

2. Cor. 1.

Bonus Christi odor qui ad mortem esse potest.

Christus sanctorum maximus.

Ioan. 5.

verbis, quae ad aeternam vitam pertinent proferret. Promissum est etiam, non gustaturos esse mortem nullos eorum, qui stant in loco mystico, qui a Iesu monstrabatur. Obserua enim tres Euangelistas simul dixisse, Sicut quidam de his stantibus, aut, Sunt quidam de stantibus hic, de quibus etiam scriperunt, eos mortem non gustaturos esse, quoad filium hominis venientem in regno suo viderint, aut in gloria sua, aut dum videant regnum Dei veniens in virtute. Et quoniam fieri potest, vt is qui stat cadat, quemadmodum Paulus scribit, Qui se existimat stare, videat, ne cadat: ob eam causam non de omnibus, sed de nonnullis scriptum est, Amen dico vobis, sunt quidam de his stantibus. Ac stans quidem aliquis, mortem non gustabit, quod stationem suam custodiat. Qui autem sermonem accipit, & seruauit, mortem nunquam videbit. Si ergo distinctio est quaedam inter haec duo, Gustare mortem, & mortem videre: vt non sapientes & intelligentes auditores, Iudaei confunderent Domini sermonem, pro, mortem non videbit, non gustabit mortem dixerunt, in quo in inferiorem sensum sermone inciderunt. Sed queres, si ne vt videre mortem, & gustare mortem, sic in caeteris sensibus, velat, audire mortem, aut olfacere mortem, aut mortem tractare? Si enim Apostolorum manus Verbum vitae tractauerunt, nonne falsorum Apostolorum & operatorum fraudulentorum, qui se in angelos lucis transfigurant, manus mortis Verbum tractant? Et, si oues Christi, eius vocem audiunt: an oues, quae eius non sunt, quibus ait, vos non estis ex ouibus meis, mortis vocem audiunt? vide an non odor mortis sit, in vibicibus, & liuoribus, quae peccata perfectant: de quibus illud scriptum est, Paruerunt & corruptae sunt cicatrices meae. In Lazaro quoque odor mortis erat, antequam eum dominus excitasset: vt de Apostoli, qui olfacere nollent, dicebat seruatori: Domine iam fetet, quattiduanus enim est. De mortis odore, qui animo cernitur, aut de odore vitae, norandum erit illud Apostoli, Christi bonus odor sumus Deo in omni loco, in iis qui salui sunt, & in iis qui pereit. Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitae in vitam. Bonus enim Christi odor, nec vnquam malus & teter odor in omni loco, sunt Christi homines: sed quoniam vt bonus suauisque odor, qui corporeus est, quaedam animalia interficere dicitur, propter vitium quod antecessit, & occupauit, bonus etiam Christi odor, nonnullis qui mortis sunt, ad mortem ipsorum fieri potest, id est, mortem eis afferre: iis autem qui vitae sunt, ad vitam euenit. Haec nobis pertinere visa sunt ad tractationem horum duorum, gustare mortem, & mortem videre, aut non videre. Deinceps Iudaei, qui non intellexerunt, quanti Christus Patriarchis Prophetisque praestaret, sed ne crederent quidam Christum esse, eum qui eiusmodi doceret, querebant praeterea, Numquid tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est? Non intelligunt non solum Abraham, verum etiam quouis, qui ex muliere natus sit maiorem esse eum, qui ex virgine natus est, ac Prophetis omnibus eundem, qui ab eis praedictus est, & mortuus, eum qui eos ad vitam reuocauit: qui se ipse eiusmodi non fecit, sed accepit a patre, vt enim pater habet vitam in semetipso, ita & filio vitam dedit habere in semetipso, nec a semetipso quicquam facere potest, & quare voluntatem non

suam, sed voluntatem eius qui eum misit. Illud etiam, Quem teipsum facis? vox est eorum, qui non viderant Iesum seipsum non fecisse, id quod est. Ob eamque causam mihi respondere ad hoc videtur, docens quis ipsum fecisset, quod erat, his verbis, si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est; sed a Patre. Est pater qui me glorificat.

Christus quatenus tenus Deus se ipsum non fecit, id est, non est a se Dominus, sed a Patre.

S. IO. CHRYSOSTOMI Episcopi Constantin. in superius Euang. Homil.

Vnde procedit, quod sine vlla causa vultis me perdere, nisi quia inimici estis veritatis? si minus, dicite peccatum meum: ideo addidit, Quis ex vobis arguet me de peccato? Quod autem dixerunt; Nos ex fornicatione non sumus nati. Nonne multi illicito coitu miscbantur? Tamen, hoc omisso, illic insinuit. Postquam enim non ex Deo, sed ex diabolo eos esse ostendit, quod interficere diabolicum est, & mendacium dicere, quae utraque illi faciebant, iam contra ostendit amorem, quod, quis Dei sit, esse argumentum. Quare loquelam meam non cognoscitis. Cum enim semper dubitarent, dicentes; Quid est quod dicit; Quod ego vado, vos non potestis venire: ideo inquit, Loquelam meam non cognoscitis. Quia sermonem Dei non habetis. Id autem vobis euenit, propterea quod mens vestra humili respicit, mei sermones alte erigunt. Quid si non possit? Non posse hoc in loco, non velle est. In paruis eruditus est, nihil magni aggredimini. Cum enim itaquam Dei amatores, se Christum persequi dicerent, ideo vbique probare conatur sui persecutionem Dei odio, contrarium amore prouenire. Vnum patrem habemus Deum. Ex honoribus, non ex operibus gloriamini. Incredulitas vestra, non me alienum a Deo esse, sed quod Deum non cognoscitis, est argumentum. Causa autem, quod mentiri vultis, & diabolum imitari, quod pusilli animi indicium est, vt Apostolus testatur: Cum enim sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis? Quare autem non potestis? Quia desideria patris vestri vultis facere. Curatis, contentiditis, adiuuimini (Ecce quod non posse, molle est) quod Abraham non fecit. Sed quoniam sunt eius opera: mansuetudo, modestia, obsequium. Vos contra immanes, & crudeles estis. Et quoniam fuit audacia ad Deum confugere, qui Abraham indigni essent? Cum minus crimen euitare vellet, in maius inciderunt. Exprobrante panque Iesu illis caedem, ad sui excusationem, vt Deum defendant, id facere causantur. Quod contra Deum esse demonstrat. Illud enim verbum processit, ipsum inde esse, & ad nos venisse significat: nam cum illi dicere possent, eum aliena quaedam & noua afferre, ideo se a Deo venire dicit. Merito ergo non auditis eum, inquit, eum ex diabolo sitis, quia enim gratia vultis me interficere? Quid in me reprehedere potestis? si hoc non est, cur mihi non creditis? Ita ex mendacio & caede, a diabolo eos esse ostendens, iussit, & ab Abraham, & a Deo omnino esse alienos: & quia odio habet nihil iniuriant, & quod eius sermonem nolunt audire: & modis omnibus Deo se non esse contrarium arguit, neque propterea eos non credere, sed quia ipsi contrarii sunt Deo. Erenim qui peccatum non fecit, qui se a Deo venire, a Deo missum dicit, qui veritatem loquitur, & ita vt omnes in testimonium aduocet: si non creditur

Ex Hom. 53, in Ioan.

Non posse sustineri pro nolente.

1. Cor. 3.

in Samaritana cum ei dixisset Iesus, Da mihi bibere, post alia subiecit huiusmodi, Si scires domum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu fortiter petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier, Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est, unde ergo habes aquam viuam? Et rursus, Domine, da mihi hanc aquam viuam, vt non sitiam, nec veniam huc haurire. Neque enim verisimile est, eam de aqua quae sub sensum cadit, illi respondisse ac petuisse ab eo corpoream aquam, ne iam sitiret, nec ad fontem Iacob qui sensibus percipiatur, hauritum veniret. Quin etiam cum dominus dixisset, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, disceptarentque inter se Iudaei ac dicerent, Quomodo potest nobis hic dare carnem ad manducandum? docebamus, eos qui audirent, tam stultos non fuisse, vt eum qui diceret, auditores ad carni suatum esum inuitare existimarent. Verisimile est etiam, Iudaeos in iis verbis quae nunc consideramus, illud dixisse, Abraham mortuus est, & prophetae, cum illud accepissent, Sicut per vnum hominem peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors: ita etiam in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Videbant etiam mortem regnasse in eos qui peccauissent, praeruaricationis Adae similitudine: eratque eis sermo de morte quae ob peccatum ad omnes homines, quod omnes peccauissent, pertinerat. Haec autem cum didicissent, quae sequitur, quod non approbassent Iesu verba, non intellexerunt: neque illud, Non sicut delictum, ita & donum: quin nec ratiocinari villo modo poterat, Si vnus delicto multi mortui sunt, quanto magis gratia Dei & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi, in multos abundauit: Nec intellexerunt, donum morti quae vnus peccato orta erat, simile non esse. Neque enim didicerant, donum ex multis delictis extitisse ad iustificationem, quin ne illud quidem videbant, eos qui gratiae & donationis abundantiam accepissent, in vita per vnum Iesum Christum regnaturi essent. Ac de Abraham quidem & Prophetarum morte cogitabant, quod audirent etiam Samuelem quasi morte sub terra esset, a Pytonissa esse excitatum, quae deos alicubi sub terra esse putabat, & haec dicebat, Deos ego vidi ascendentes in terra: vitae autem Abraham atque Prophetarum sensum non habuerant, neque hoc intellexerant, Deum Abraham atque Isaac & Iacob, Deum esse viuorum, non mortuorum. Quodque Prophetas mortuos esse existimarent, sepulchra edificabant: ob eamque causam eos miseros putabant. Abraham ergo etsi mortuus est, tamen vixit, nec iam mortem videbat, ex quo, die Domini viso exaltauit & gauisus est. Ob eamque causam mihi videtur, ad illud, Abraham mortuus est, hoc relatum esse a Seruatore docente, Abraham pater vester exaltauit, vt, videret diem meum: & vidit, & gauisus est. Quod si quis ita esse non vult, quae de Abraham dicuntur, respondeat nobis, isne qui diem Seruatoris nostri vidit, & ex eo gestiuit laetitiaque affectus est, etiam mortem videat: an qui Seruatoris nostri diem vidit, & exaltauit, atque gauisus est, dignus eiusmodi aspectu iudicatus, vt eo dignus, postea priuatus sic eo quem viderit. Si enim, vtrumque horum absurdum est, perfectio Abraham qui diem Iesu vidit, simul cum aspectu eius etiam verbum audiret, atque seruauit,

nec iam mortem videt. Nec tunc Iudaei illud dixerunt, Abraham mortuus est, quasi ipse etiam tunc in morte esset. Idem etiam dices de Prophetis. Si enim Deus non est mortuorum, sed viuorum: estque vt Abraham atque Isaac & Iacob, sic reliquorum Prophetarum Deus: Prophetarum etiam viuunt. Etenim sermone Dei paruerunt, cum Verbum Domini ad Hosee factum est, aut Verbum factum est ad Ieremiam, aut ad Esaiam factum est verbum. Neque enim verbum aliud ad quemquam horum factum est, nisi Deus Verbum, quod in principio apud Deum erat, eius filius. Atque hoc si quis alius, Prophetarum seruauerunt, & ex quo Verbum acceperunt, mortem iam minime viderunt. Aequum igitur atque hoc, Nunc cognouimus: quia demonium habes, illud falsum est, Abraham mortuus est & Prophetae, quod Iudaei protulerunt. Neque enim sciebant habere demonium cum, qui demoniis imperaret. Nemo enim id quod non est, cognoscit: neque Abraham & Prophetae etiam tum erant mortui, cum haec, Abraham mortuus est, & Prophetae, Iudaei dicebant. Querendum est deinceps, cur, cum Seruator de omni qui suum sermonem seruauerit, dixisset, Mortem non videbit in aeternum: tamen Iudaei secundum ea quae tractauimus, cum debuissent conuenienter his, Mortem non videbit in aeternum, illud dicere, Et tu ait, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in aeternum, non hoc, sed quod non dictum est a Seruatore, dicunt. Neque enim dixit, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem gustabit in aeternum: quod ista, vt a Seruatore dictum proferit. Vide etiam, num inter haec duo, Non videre mortem, & non gustare mortem, intersit. A caeteris Euangelistis dictum est, eos non gustaturos esse mortem, qui vicini Iesu stabant, quoad filium hominis viderent, venientem in regnum suum, Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno suo. Marcus autem, Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute. Lucas vero, Verum sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in gloria sua. Vt enim in corporibus dissimiles sunt diuersique sensus gustatus, & aspectus: sic in diuinis sensibus, qui a Salomone referuntur, alia quidem erit animi vis viuendi, & cernendi, alia gustandi, percipiendique modum ciborum qui ratione cernuntur. Et quoniam Dominus quatenus quidem panis est vnus qui de caelo descendit, gustabilis est, animique alumnus: quatenus autem est sapientia, aspectabilis est, cuius pulchritudinis amantem se esse faretur is qui ait, Amator factus sum eius pulchritudinis, praecipitque nobis, Ama eam, & te custodiet: ob eam causam in Psalmis dictum est, Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. Vt autem gustabilis & aspectabilis est Dominus: sic hostis eius mors gustatur, & videtur. Ac eam quidem gustari, illud declarat, Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem: & quae sequuntur. Videri autem eandem, illud docet, Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in aeternum. Gustat autem mortem, nec eam modo gustat, sed etiam morte quasi cibo impletur ac satiatur, is qui pugnantia cum iis

verbis

Fieri potest, vt is qui stat, cadat: contra haereticos, qui inveniuntur, quaeque de sua salute esse sciunt.

1. Cor. 10.

1. Ioan. 1.

1. Cor. 12.

Ioan. 10.

Psalm. 37.

Ioan. 11.

1. Cor. 2.

Bonus Christi odor quibus ad mortem esse potest.

Christus sanctorum maximum.

Ioan. 5.

verbis, quae ad aeternam vitam pertinent proferunt. Promissum est etiam, non gustaturos esse mortem nullos eorum, qui stant in loco mystico, qui a Iesu monstrabatur. Obserua enim tres Euangelistas simul dixisse, Sunt quidam de hic stantibus, aut, Sunt quidam de stantibus hic, de quibus etiam scripserunt, eos mortem non gustaturos esse, quoad filium hominis venientem in regno suo viderint, aut in gloria sua, aut dum videant regnum Dei veniens in virtute. Et quoniam fieri potest, vt is qui stat cadat, quemadmodum Paulus scribit, Qui se existimat stare, videat, ne cadat: ob eam causam non de omnibus, sed de nonnullis scriptum est, Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus. Ac stans quidem aliquis, mortem non gustabit, quod stationem suam custodiat. Qui autem sermonem accipit, & seruat, mortem nunquam videbit. Si ergo distinctio est quadam inter haec duo, Gustare mortem, & mortem videre: vt non sapientes & intelligentes auditores, Iudaei confundentes Domini sermonem, pro, mortem non videbit, non gustabit mortem dixerunt, in quo in inferiorem sensum sermone inciderunt. Sed queres, sine vt videre mortem, & gustare mortem, sic in caeteris sensibus, velut, audire mortem, aut olfacere mortem, aut mortem tractare? Si enim Apostolorum manus Verbum vitae tractauerunt, nonne falsorum Apostolorum & operatiorum fraudulenterum, qui se in angelos lucis transfigurant, manus mortis Verbum tractant? Et, si oues Christi, eius vocem audiunt: an non oues, quae eius non sunt, quibus ait, vos non estis ex ouibus meis, mortis vocem audiunt? vide an non odor mortis sit, in vibicibus, & liuoribus, quae peccata perfecterunt: de quibus illud scriptum est, Putruerunt & corruptae sunt cicatrices meae. In Lazaro quoque odor mortis erat, antequam eum dominus excitasset: vnde Apostoli, qui olfacere nollent, dicebant seruatori: Domine iam faretur, quattuordecim enim est. De mortis odore, qui animo cernitur, aut de odore vitae, notandum erit illud Apostoli, Christi bonus odor sumus Deo in omni loco, in iis qui salui sunt, & in iis qui pereunt. Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitae in vitam. Bonus enim Christi odor, nec vnquam malus & teter odor in omni loco, sunt Christi homines: sed quoniam vt bonus suauisque odor, qui corporeus est, quaedam animalia interficere dicitur, propter vitium quod antecessit, & occupauit, bonus etiam Christi odor, nonnullis qui mortis sunt, ad mortem ipsorum fieri potest, id est, mortem eis afferre: iis autem qui vitae sunt, ad vitam euenit. Haec nobis pertinere visa sunt ad tractationem horum duorum, gustare mortem, & mortem videre, aut non videre. Deinceps Iudaei, qui non intelligerent, quanti Christus Patriarchis Prophetisque praestaret, sed ne crederent quidam Christum esse, eum qui eiusmodi doceret, quareunt praeterea, Nunquid tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est? Non intelligunt non solum Abraham, verum etiam quous, qui ex muliere natus sit maiorem esse eum, qui ex virgine natus est, ac Prophetis omnibus eundem, qui ab eis praedictus est, & mortuus, eum qui eos ad vitam reuocauit: qui se ipse eiusmodi non fecit, sed accepit a patre, vt enim pater haberet vitam in semetipso, ita & filio vitam dedit habere in semetipso, nec a semetipso quicquam facere potest, & quareit voluntate non

suam, sed voluntatem eius qui eam misit. Illud etiam, Quem vespum facis? vox est eorum, qui non viderant Iesum seipsum non fecisse, id quod est. Ob eamque causam mihi respondere ad hoc videtur, docens quis ipsum fecisset, quod erat, his verbis, si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est, Est pater qui me glorificat.

Christus quatenus tenus Deus factus non fecit, id est, non est a se Deo, sed a Patre.

S. IO. CHRYSOSTOMI Episcopi Constantin. in superius Euang. Homil.

Vnde procedit, quod sine vlla causa vultis me perdere, nisi quia inimici estis veritatis? Si minus, dicite peccatum meum: ideo addidit, Quis ex vobis arguet me de peccato? Quod autem dixerunt, Nos ex fornicatione non sumus nati. Nonne multi illicito coitu miscbantur? Tamen, hoc omisso, illic insinuat. Postquam enim non ex Deo, sed ex diabolo eos esse ostendit, quod interficere diabolicum est, & mendacium dicere, quae vtraque illi faciebant, iam contra ostendit amorem, quod, quis Dei sit, esse argumentum. Quare loquebamur meam non cognouistis. Cum enim semper dubitarent, dicentes, Quid est quod dicit? Quid ego vado, vos non potestis venire: ideo inquit, Loquebamur meam non cognouistis. Quia sermonem Dei non habetis. Id autem vobis euenit, propterea quod mes vestra humi repperit, mei sermones aliter eriguntur. Quid si non possunt? Non posse hoc in loco, non velle est. In paruis eruditus estis, nihil magni aggredimini. Cum enim itaquam Dei amatores, se Christum persequi dicerent, ideo vbique probare conatur sui persecutionem Dei odio, contrarium amore prouenire. Vnū patrem habemus Deum. Ex honoribus, non ex operibus gloriamini. Incredulitas vestra, non me alienum a Deo esse, sed quod Deum non cognoscitis, est argumentum. Causa autem, quod mentiri vultis, & diabolū imitari, quod pusilli animi iudicium est, vt Apostolus testatur: Cum enim sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis? Quare autem non potestis? Quia desideria patris vestri vultis facere. Curatis, contentis, adnumini (Ecce quod non posse, nolle est) quod Abraham non fecit. Sed quae nam sunt eius opera? mansuetudo, modestia, obsequium. Vos contra immanes, & crudeles estis. Et quae iam fuit audacia ad Deum confugere, qui Abraham indigni essent? Cum minus crimen euitare vellent, in maius inciderunt. Exprobrante namque Iesu illis caedem, ad sui excusationem, vt Deum defendant, id facere causantur. Quod contra Deum esse demonstrat. Illud enim verbum processit, ipsum inde esse, & ad nos venisse significat: nam cum illi dicere possent, eum aliena quaedam & noua afferre, ideo se a Deo venire dicit. Merito ergo non auditis eum, inquit, eum ex diabolo sitis, qua enim gratia vultis me interficere? Quid in me reprehendere potestis? si hoc non est, cur mihi non creditis? Ita ex mendacio & caede, ad diabolo eos esse ostendens, infert, & ab Abraham, & a Deo omnino esse alienos: & quia odio habet nihil iniuriante, & quod eius sermonem nolunt audire: & modis omnibus Deo se non esse contrarium arguit, neque propterea eos non credere, sed quia ipsi contrarij sunt Deo. Etenim qui peccatum non fecit, qui se a Deo venire, a Deo missum dicit, qui veritatem loquitur, & ita vt omnes in testimonium aduocet: si non creditur

Ex Hom. 53; in Ioan.

Non posse sumitur pro nol.

1. Cor. 3.

ditur ei: constat auditorum vitio provenire, quod carni dediti sint. Novit enim terrenis dedita animam proclinem esse ad peccandum: idcirco, inquit, Nam pigri facti estis auditionibus vestris. Quoties enim terrena nequit homo contemneret, quomodo poterit caelestia contempleri?

† Verba sunt Apostoli in 5. cap. ad Heb. iuxta Græcam editionem. Nam ubi non habemus, Quomodo imbecilles facti estis ad audiendum, Græca editio habet ἐν τῷ πνεύματι καθ' ἡμᾶς ἀκούοντες.

Quamobrem adnitamur pro viribus dilectissimi, ut vitam nostram dirigamus, ut mentem expurgemus, ut nullam nos fordes impediatur, augete cognitionis lucem, neque iacite semen inter spinas. Qui non intelligit malum esse avaritiam, quomodo maiora cognoscet? qui his non abstinet, quomodo illa complectetur? Bonum est rapere, non ea quae pereunt, sed regnum caelorum. Quippe quod vim patitur, neque desidia acquiri potest: sed cura & diligentia. Sed quid signat, vim patitur? vi opus est multa: angusta est via, robusta anima opus est, & generosa, raptores preoccupare admittitur, nihil respiciunt, non accusationem, non damnationem, non supplicium, illud solum curant, ut praerurrant ceteros. Rapiamus ergo regnum caelorum, quae rapina non crimini, sed laudi datur: cime est, si non rapitur. Non enim alterius damno discimus, admittamur ergo: & licet ira, & cupiditas nos perturbet, naturam vim inferamus, mansuetudini assuescamus, parum laboremus, ut perpetuo quietiamus. Noli aurum rapere, sed divitias, quarum comparatione aurum lutum esse apparet. Dic quæso, plumbum tibi & auro propositum, utrum potius raperes? Nonne aurum? ubi qui rapit punitur, maius honoras: ubi qui rapit honoratur, maius prodis: quod si utrinque punitur, non sane ad hoc magis venisses? Hic nihil tale in manu est, sed beatitudo. Et quomodo potest quis rapere, inquit? Disperge quae habes. Quousque enim presentia servas, illa rapere non poteris. Proponere tibi hominem plenis argenti manibus, quoad id tenuerit, numquid aurum rapere poterit, nisi id prius projiciat, & expeditus fiat?

Math. 11.

Regnum caelorum quomodo sit vi rapiendum.

Quomodo ne esse sit sua est dispergere, qui vult cali spei consequi.

EIVSDEM IN IDEM

Homilia 2.

Hom. 54 in Iohann.

Respondimus ergo Iudaei, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, &c. Impudens quiddam, & temerarium malitia est, quae quum magis confundi deberet, magis irritatur, ut in Iudaeis visus venit. Oportuit enim, ut Iesu verbis placarentur, eius admirari fiduciam, & verborum constantiam: sed maledicunt ei, & Samaritanum, & demoniacum appellant. Nonne bene dicimus, quia Samaritanus es tu,

& demonium habes? Altior enim sermo, staltitia apud stultos videtur. Atqui non meminit adhuc Evangelista Samaritanum Iesum antea ad Iudaeis appellatum: ex hoc tamen potest intelligi etiam sapius eo in Iesum vfos vocabulo; demonium habes. Quis demonium habet? Num qui Deum honorat, an qui honoribus Deum prosequitur? Quid Christus? Mansuetudine, & clemencia sanus; Ego demonium (inquit) non habeo, sed honorifico patrem meum, qui misit me. Na ubi docere eos, & humilitatis admonere oportuit, ne quod Abraham semel essent se iactarent, vehementes fuit: ubi autem contumeliam ferendam erant, mansuetudine vitur. Dicentibus enim illis, patre Deum, & Abraham habemus: in eos invehit est, vehementius: qui habere demonium insinuat, lenissimum se exhibere: ad nos etudiendum, ut quae ad Deum pertinent, maiore in modum defendamus, quae ad nos, contemnamus. Ego non quero gloriam meam. Haec dixit, inquit, quonia non decet, ut Deum patrem appelleris, quum sis homicida. Ob eius ergo honorem haec locutus sum, & propter illum haec audio, & me propter illum inhonorasti. Sed nihil mihi cura est haec contumelia, illi penas debetis, cuius gratia haec audio: ego non quero gloriam meam, ideo, omnia vindicta, ad doctrinam vertor, & consulo, quae faciatis, ex quibus non modo supplicium vitabitur, sed vitam aeternam consequemini. Amen.

amen dico vobis, si quis sermonem meum servabit, non videbit mortem in aeternum. Hic non modo discenda est, sed vitae etiam positas. Et superius ait, vitam aeternam habebitis: hic, Mortem non videbit: simul ac significat, nihil se ab eis posse accipere detrimenti. Nam, si quis eius sermonem servat, non moritur, longe minus ipse. Tunc Iudaei, Nunc cognoscimus, quia demonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetae mortui sunt. Hoc est, qui Deum sermonem audierunt, mortui sunt: & qui tuum audierint, non morientur? Numquid tu maior es patre nostro Abraham? O inanem gloriam Iesum ad eius confugiunt cognationem, atqui consequens erat, ut dicerent, nunquid tu maior es Deo? aut qui te audiunt maiores sunt, quam Abraham? Sed istud non dicit, quadoquidem ipsum Abrahamo minore esse arbitrabatur. Primum ergo eos homicidas arguit, hinc ab Abraham cognatione separavit. Et cum perfliteret, alia via aggreditur, ostendens frustra eos laborare: & de morte nullum facit verbum, neque expostuit quam morte intelligeret. Admonet autem se quam Abraham superiorem, ut reuererentur, imo & qualiscunque esset, non tamen innocuum morte esse multandum. Quod si veritatem vobis dico, & peccatum non habeo, & ad Deum sum missus, & melior quam Abraham, nonne insanitis? Nonne frustra laboratis, cum me tentatis interficere? Quid illi? Nunc cognoscimus quia demonium habes. Verum non ita Samaritana, non illi dixit demonium habes, sed tantum; Nunquid tu maior es patre nostro Iacob? Iudaei contumeliosi erant, & superbi: illa discendi cupida, ideo dubitavit, & debita cum modestia respondit, & Dominum appellat: qui enim longe maiora pollicebatur, & dignus fide erat, non erat iniuria laceffendus. Hi demonium habere dicunt: illa dubitantis, haec incredulorum, & malignorum verba erant. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? itaque hoc maiorem eum facit, quam Abraham. Cum autem abeuntem videritis, maiorem esse confitebimini: propterea dicebat. Quum exaltaueritis me, tunc cognoscetis, quia

Non modo sed his verbis, sed vita prius est intelligenda. Contra haereticos, qui sola fide contenti, de vita puritate nihil laborant. Supr. 6.

Supr. 5.

Gen. 22.

Matth. 13. 1466. 6.

Supr. 4.


quia ego sum. Et intueri prudentiam. Primum a cognatione eos abscondit, & se maiore illo ostendit, ut ex multa excellentia Prophetis quoque maior intelligatur: cum enim semper Prophetam appellavit, ideo inquit, Sermo meus non capit in vobis. Illic namque dicebat, mortuus suscitare: hic autem non visum mortem, qui credit: quod longe maius erat: quare magis exasperati sunt, dicentes, Quem te ipsum tu facis? Et hoc contumeliosè, tu tibi blandiris, inquit. Quibus Christus, si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Quid hoc in loco dicunt haeretici? Interrogatus, nunquid tu maior es patre nostro Abraham: non ausus est palam affirmare, sed latenter innuit, quid igitur? Nihil est gloria eius? Ad illos nihil. Sicut enim, quum dicit, Testimonium meum non est verum: secundum eorum opinionem locutus est: ita hoc in loco. Est qui glorificat me. Et cur non dixit, Pater qui misit me quem vos dicitis: quia Deus vester est, tamen non cognovistis eum? Voluit ostendere, quod non solum patrem ipsum ignoret, verum etiam Deum. Ego autem novi eum. Itaque si me scire dicerem, non superbus essem: si nescire mendax: vos autem, qui eum scire profiteamini, mendaces estis: & itidem ego mendax essem, si eum me nescire dicerem. Si ego glorifico me. Quum dixissent, Quem te ipsum facis? inquit, Si quem me ego facerem, gloria mea nihil est: quemadmodum ego eum certe novi, ita vos ignoratis. Et ut non omnino eos ab Abraham separavit, sed inquit, Scio quod semen Abraham estis: ut magis in ipsos inucheretur, ita hic non totum abstulit, sed inquit, Quem vos dicitis: & verbis gloriae tribuit, gravius crimen reddidit. Quomodo autem eum ignoratis? quoniam qui pro ipso omnia & facit, & dicit, ut gloriosum reddat contumelia afflicti, cum ab eo sit missus: hoc autem probatum non est, probabitur autem in sequentibus. Et sermonem eius servas. Hoc si qui habebant poterant reprehendere: magnum namque erat argumentum, ab eo missum. Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum: vidit, & gaudius est. Iterum illos Abraham alienos probat, si qui ex iis, quibus ille gaudius est, trahuntur. Diem autem meum, hoc in loco cruci mihi significare videtur quem in arietis oblatione Isaac praefiguravit. Ad haec illi, Quadraginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Ac si prope iam ad eam accederet aetatem. Dicit eis Iesus: Priusquam Abraham fieret, ego sum. Et acceperunt lapides ut iacerent in eum. Animadvertite quomodo se maiorem Abraham confirmavit. Si enim gaudius est videre diem eius, idque operae precium duxit propter beneficium inde proveniens, gaudium constat, & quod longe maior esset. Nam, quum Iudaei fabri filium eum appellarent, neque amplius quicquam de eo imaginarentur, paulatim eos ad maiorem sui cognitionem erigit. Quum ego audierit se Deum nescire, non aegre tulerunt: quum autem, priusquam Abraham fieret, ego sum, perinde ac si ipsorum nobilitas degeneraret, exasperantur, & lapides iaciunt in Iesum. Vidit diem meum & gaudius est, significans non inuitum se ad passionem venire, si quidem laudat qui in cruce delectatus est, quae salus mundi erat. Illi autem lapides iecerunt, adeo proni erant in caedem, & veritatem cognoscere negligebant. Sed cur non dixit, Priusquam Abraham fieret, ego eram: sed, sum. Quemadmodum pater hoc verbo, sum, utrum, ita & Iesus: significat

enim perpetuo esse ab omni liberum tempore: propterea blasphemum eis verbum videtur. Quod si ad Abraham comparisonem, quamvis parvam non tulerunt, quomodo tulissent ad patrem? Fugit ergo iterum Iesus, ut hominem praeteret, & absconditur, cum satis eos admonuissent: & impleto officio suo, exiit de templo. Et se ad sanandum caecum contulit, per opera se ante Abraham esse consummans. Sed dicit fortasse aliquis. Quia gratia eorum conatus non cohibuit? ita enim credidissent. Paralyticum sanavit, & non crediderunt: innumera operatus est, & in ipsa passione stravit eos supinos, & visum abstulit, & non crediderunt: & quomodo si id fecisset, credidissent? Animo enim desperato nihil peius, quam visus signa, quamvis miracula videat, in eadem perstat pertinacia. Etenim Pharaon, multis acceptis plagis, dum afflicteretur, tantum sapiebat, ad ultimum tamen diem idem persistit, persecutus quos dimiserat. Quare Paulus, ut non obduretur, visus inquit, ex vobis fallacia peccati. Sic enim vires corporis moriuntur, & omnem sensum arriunt: ita & anima cum multis detinetur affectibus, vitium moritur: & si quid attuleris, non sentit, sed sine supplicium, siue quodcumque aliud minaberis, nullo sane sensu movetur. Quamobrem, dum habemus salutis spem, dilectissimi, dum conuerti possumus, omnia faciamus. Qui enim non dolent, tanquam desperantes gubernatores nauis ventis commissa, nihil sibi optulantur. Cum enim invidus, ut cupiditatem suam expleat, tantum inuictur, etiam si pernam impendat, si intermeo, eo duntaxat affectu possidet: itidem & impudico, & avaro visus venit. Quod si affectuum tanta vis est, longe maior virtutis: si propter illos mortem contemnimus, longe magis propter hanc: si illi animam suam contemnunt, quid nos pro salute nostra facere oportet? quae nobis erit excusatio, si eum perditum homines tantopere perditioni suae incumbant, nos pro salute nostra nullam adhibebimus diligentiam, sed invidia consumemur, quia nihil peius? invidus enim vi proximum perdat, perdit seipsum. Invidi oculus consumitur dolore, morte vivit perpetuo, omnes inimicos existimat, etiam nihil iniuriatos, dolet quod Deus honoratur: his latatur, quibus & diabolus honoratur apud homines: sed hic non honor est. Noli invidere, si apud Deum honoratur, emulare illi, & similis efficiaris: an non vis? quid ergo & ipsum perdis? quicquid habes, proicias, non potes similis illi fieri, neque virtuti vacare. Cur malitia imbueris? Congratulandum est proximo, ut, etiam in bonis operibus pariter laborare non possis, ex congratulatione saltem merearis. Sufficit nonnunquam voluntas ad magnum bonum: ideo Ezechiel propterea Moabitas punitos dicit, quod laetati sunt super Israelitis: & alios quosdam salutem consecutos, quod alienis malis condolerunt. Quod si miserantibus aliorum malis est aliquid meritum, multa magis aliorum honoribus congratulantibus. Reprehendit Moabitas, quod super Israelitis laetati sunt, quos Deus ultus est: & quamvis ipse puniat, non tamen vult, ut eorum supplicio laetentur, neque enim vult eos ultisci: quod si condolendum est vitiorum supplicio, multo magis honoratis non invidendum. Sic enim Chore & Dathan perierunt: quibus invident, clariore reddunt, se ipsos torquent. Pera enim vena-

Exod. 8. & 15. Heb. 3.

Ezech. 35.

Nam. 26.



figeret, vt dicat Christianus, Mihi autem abfit gloria, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. In ipsa cruce quando voluit, corpus dimisit, & abcessit; in ipso sepulchro quando voluit, iacuit; quando voluit, tanquam de lecto surrexit. Ergo, frater, secundum ipsam formam serui, nam illud quis digne loquitur. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum; secundum ipsam, inquam formam serui multum interest inter gloriam Christi, & gloriam omnium ceterorum. De ipsa gloria dicebat, quando quod demonij haberet, audiebat, Ego non quero gloria meam, est qui quat & iudicat. Tu autem de te, domine, quid dicis? Amen amen dico vobis si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in eternum. Vos, inquit, dicitis, demonium habes, ego vos ad vitam voco, seruare sermonem meum, & non moriemini. Illi audiebant, mortem non videbit in eternum, qui sermonem meum seruauerit, & irascebantur, quia iam mortui erant illa morte, qua vitanda erat. Dixerunt ergo Iudei: Nullo cognouimus quia demonij habes, Abraham mortuus est & propheta, & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in eternum. Videte locutionem scripturarum, mortem non videbit, id est, gustabit: mortem videbit mortem gustabit. Quis videt? quis gustat? Quos oculos habet homo vt videat, quando moritur: Quando veniendo mors ipsos oculos claudit ne aliquid videant? Quomodo dicitur, non videbit mortem? Item quo palato, quibus faucibus mors gustatur, vt quid sapiat dignoscatur? Quando rotum sensum tollit, quid in palato remanebit? Sed videbis dictum est, & gustabit, pro eo quod est, experietur. Hec dominus, parum est si dicam, moriturus moriturus loquebatur, quia & domini exitus mortis, sicut loquitur Psalms. Cu ergo & moriturus loqueretur, & moriturus loqueretur, quid si bi vult quod ait? Qui sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in eternum: nisi quia videbat dominus aliam mortem, de qua nos liberare venerat: Mortem secundam, mortem eternam, mortem gehennatum, mortem damnationis cum diabolo & angelis eius: ipsa est vera mors, nam ista migratio est. Quid est ista mors? Relictio corporis, depositio sarcinae grauis: sed si alia sarcina non portetur, quia homo in gehennam precipitur. De ipsa ergo morte dominus dixit, mortem non videbit in eternum qui sermonem meum seruauerit. Non exauefcamus istam mortem, sed illam timeamus: quod est autem grauius, multi peruersi timendo istam, inciderunt in illam. Dicitum est aliquibus, adorate idola, quod si non feceritis, interficiemini: aut quemadmodum ille Nabuchodonosor rex dixit, si non feceritis, mitemini in caminum ignis ardentis. Multi timuerunt, & adorauerunt, nolentes mori mortui sunt: timendo mortem, quae non euaditur, inciderunt in mortem, quam euadere omnino feliciter possent, si istam quae non euaditur, infeliciter non timerent: natus es homo, moriturus es, quia ibis vt non moriaris? Quid facies, vt non moriaris? vt dominus tuus necessitate moriturum consolaretur, qui voluntate mori dignatus est: quando vides Christum mortuum, dedignaris mori? Ergo cu moriturus es, qua euadas non habes, hodie sit, cras sit, futurum est: debitum est, reddendum est. Quid ergo agit homo timens, fugiens, occultat se, ne inueniatur ab inimico? Nunquid agit vt non moriatur, sed vt pau-

lo serius moriatur, no accipit debiti securitatem, sed postulat dilationem. Quantumlibet diu differatur, veniet quod differtur. Illam mortem timeamus, quam timuerunt tres, viri, quando dixerunt regi: Potens est deus etiam de ista flamma liberare nos, est ibi non fuit timor illius mortis, qua modo dominus cominatur quando dixerunt, Sed est si noluerit apertè liberare, pot in occulto coronare. Vnde & ipse dnus facturus martyres, & caput martyru futurus ait; Nolite timere eos qui occidunt corpus, & postea no habet quod faciat. Quomodo non habent quod faciant? Quid si cum occiderint corpus, bestias lacrandum & diripiendum alitibus proiciant? Videtur adhuc seuitia habere quod faciat: sed cui facit? Qui migravit: inest corpus, sed nullus est sensus: habitatio iacet, habitator abcessit: ergo postea non habet quod faciant, non sentient enim nihil faciunt. Sed eum timeat, qui habet potestatem & corpus, & animam occidere in gehennam ignis. Ecce de qua morte loquebatur cum diceret; Qui sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in eternum: seruamus ergo, fratres, sermonem ipsius in fide peruenturi ad speciem, cum acceperimus plenissimam libertatem. Isti autem indignantes mortui, & morti sepulturae praedestinati, respondebant conuulsi & dicebant; Modo cognouimus quia demonium habes. Abraham mortuus est, & propheta: sed ista morte, quam dominus vult intelligi, nec Abraham mortuus est, nec propheta. Illi enim mortui sunt, & viuunt, isti viuebant, & mortui erant: nam respondens quodam loco Sadduceis mouentibus quaestionem de resurrectione, hoc ait ipse dominus, De resurrectione aut mortuorum non legistis, quomodo ait dominus de rubo ad Moysen, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Si ergo illi viuunt, laboremus sic viuere, vt cum illis viuere possimus cum mortui fuerimus. Quem teipsum facit, inquit, vt dicas mortem non videbit in eternum, qui sermonem meum seruauerit, cum scias & Abraham mortuum, & prophetas? Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est, Est pater meus qui glorificat me. Hoc ait propter illud quod dixerunt, Quem teipsum facit? Refert enim gloriam suam ad patrem suum, de quo est, & qui Deus est? Aliquando Ariani & de isto verbo calumniantur fidei nostrae & dicunt; Ecce maior est pater, quia utique glorificat filium. Haereticis, non legitur ipsum filium dicentem, quod glorificet patrem suum? Sed & ille filium glorificat, & filius patrem glorificat. Pone perniciem, agnosce aequalitate, corrige peruersitatem. Est ergo, inquit, pater meus qui glorificat me: Quem vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognouistis eum. Vide- te, fratres mei, quemadmodum ostendat ipsum Deum patrem esse Christi, qui annuntiatus est & Iudeis. Propterea dico, quia rursus quidam haeretici dicunt Deum annunciatum in veteri testamento, non esse patrem Christi, sed nescio quem principem malorum angelorum, Manichei sunt, qui ista dicunt, Marcionitae sunt, qui ista dicunt. Sunt & alij fortassis haeretici, quos commemorare, vel non opus est, vel a me omnes recolere in praesentia non possunt, non desuerunt tamen, qui hoc dicerent. Itaque attendite vt habeatis quid dicatis & contra ipsos. Eum dicit patrem suum dominus noster Iesus Christus, quem illi dicebat Deum

Danie.3

Mati.10

Luce.11

Math.22

Erod.3

Genes.4

Deum suum, & non cognouerunt: si enim ipsum cognouissent, eius filium recepissent. Ego autem, inquit, noui eum. Secundum carnem iudicantibus potuit & hinc arrogans videri, quia dixit, ego noui eum: sed videre quid sequatur, si dixerit quia non noui eum, ero similis vobis mendax. Ergo arrogantia non ita caueatur, vt veritas relinquatur. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Sermone patris tanquam filius loquebatur, & ipse erat verbum patris, quod hominibus loquebatur, Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, & vidit, & gausus est. Magnum testimonium perhibet Abraham, semen Abraham, creator Abraham, Abraham exultauit, inquit, vt videret diem meum: vidit, non timuit, sed exultauit, vt videret diem meum. Erat enim in illo charitas, quae foras mittit timorem. Non ait, exultauit quia vidit: sed, exultauit vt videret. Crede vtiq; exultauit sperando, vt videret intelligendo, & vidit. Et quid potuit plus dicere, vel quid debuit plus dicere dominus Iesus Christus? Et vidit, inquit, & gausus est. Quis explicat hoc gaudium, fratres mei? Si gausus sunt illi, quibus Deus oculos carnis aperuit, quale gaudium fuit videntibus cordis oculis lucem ineffabilem, verbum manens, splendorem piis mentibus resurgentem, sapientiam indeficientem, apud patrem manentem Deum, & aliquando in carne venturum, nec de patris gremio recessurum? Totum hoc vidit Abraham: nam quod ait, diem meum, incertum potest esse, vnde dixerit, vtrum diem domini temporalem, quo erat venturus in carne, an diem domini qui nescit ortum, nescit occasum. Sed ego non dubito patrem Abraham totum scisse. Et vbi inueniam? An sufficere nobis debet testimonium domini nostri Iesu Christi? Putemus nos inuenire non posse, quia forte difficile est quomodo manifestum sit, quod Abraham exultauit vt videret diem Christi, & vidit, & gausus est. Et si nos non inuenimus, nunquid mentiri veritas posset? Credamus veritati, & de Abrahā meritis minime dubitemus. Tamen audite vnum locum, qui mihi interim occurrit, Pater Abraham quando misit seruum suum, vt peteret vxorem filio suo Isaac, hoc cum sacramento obstrinxit, vt fideliter, quod iubebatur, impletet, & sciret, etiam ipse, quid faceret: magna enim res agebatur, quado Abraham semini coniugium querebatur. Sed vt cognosceret seruus quod nouerat Abraham, quia ne potes non carnaliter desiderabat, nec de genere suo aliquod carnale sapiebat, ait seruo suo quem mittebat; Pone manum sub femore meo, & iura mihi per Deum caeli. Quid vult Deum caeli ad femur Abraham? iam intelligitis sacramentum per femur genus. Ergo quid fuit illa iuratio, nisi quia significabatur de genere Abraham venturū in carne Deum caeli? Stulti reprehendunt Abraham, quia dixit, Mittere manum sub femore meo. Qui reprehendunt carnem Christi, reprehendunt factum Abraham. Nos autem, fratres, si agnoscimus carnem Christi venerandam, illud femur non contemnimus, sed in prophetia dictū accipiamus. Etenim Propheta erat Abraham: cuius Prophetae seminis sui, & domini sui, Semen suum significauit dicendo, Mittere manum sub femore meo. Dominum suum significauit addendo, & iura mihi per Deum caeli. Ipsi Iudaei responderunt ei, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Et dominus, Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Appende verba &

eognoſce myſterium, antequam Abraham fieret: intellige, fieret, ad humanam naturam ſum, vero ad diuinam pertinere ſubſtantiam. Fieret, quia creatura erat Abraham. Non dixit antequam Abraham eſſet, ego ſum, ſed, antequam Abraham fieret, qui niſi per me, non fieret. Ego ſum. Neque hoc dixit, antequam Abraham fieret, ego factus ſum. In principio enim fecit Deus caelum, & terram: nam in principio erat verbum. Antequam fieret Abraham, ego ſum. Agnoſcite creatorem, diſcernite creaturam. Qui loquebatur, Semē Abrahāe factus erat, & vt Abraham fieret, ante Abraham ipſe erat. Hinc iam velut Abrahāe apertiffimo conuicio commoti ſunt actius, blaſphemaeſſe quippe illis viſus eſt dominus Chriſtus, quoniam dixit, Antequam Abraham fieret, ego ſum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Tanta duricia quo currerent niſi ad ſimiles? Ieſus autem, tanquam homo, tanquam in forma ſerui, tanquam paſſurus, tanquam morturus, tanquam nos ſuo ſanguine redempturus, non tanquam ille qui eſt, nec tanquam in principio verbum, & verbum apud Deum. Nam cum illi lapides tollerent vt mitterent in eum, quid magnum erat vt eos continuo dehiſcens terra abſorberet, & pro lapidibus inferos inuenerent? Non erat magnum deo, ſed magis erat comendanda patientia, quam exerenda potentia. Abſcondit ſe ergo ab eis. Ne lapidaretur. Tanquam homo à lapidibus fugis, ſed vix illis, a quorum lapideis cordibus Deus fugit.

Genes.1

Iuan.2

Ex ca. 16. lib. 3. contra Maxim. A. viuan. 1. o. 6. Genes.18.

Iuan.8.

Ex ca. 17. 8. tra Pelagium. & Orlafium de peccato originali. tom. 7.

EIVSDEM IN IDEM Homil. 3.

Hanc ergo ſcripturam, qua conuinci poſſes, haſtato ſilentio deuiſtaſti. Et cum dixiſſes, Hic Deus viſus eſt Abraham, volēs filium ſolum viſum putari in eo quod in Genefi legitur, viſum eſſe Deum Abraham, quo modo ſit viſus, dicere noluiſti, ne ibi nō ſolus filius, ſed trinitas agnoſceretur Deus. Dixiſti autem, Si vis credere, quia filius viſus eſt Abraham, vtiq; ipſe vniſigenitus in ſancto affirmavit Euangelio dicens ſic, Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum, & vidit & gausus eſt. O diſputare, o probare promiſſa, quaſi dixerit Dei filius, Abraham pater veſter concupiuit me videre, & vidit, & gausus eſt. Quamuis & hoc ſic adhuc poſſet intelligi, quod ſanctus Patriarcha oculis cordis viderit Dei filium, nō oculis carnis: vnde inter nos venit quaeſtio. Sed cum dixerit Chriſtus, Abraham eoncupiuit videre diem meum, & vidit, & gausus eſt: cur non diem Chriſti intelligimus tempus Chriſti, quo erat venturus in carne, quo & Abraham ſicut & alij Prophetae in ſpiritu potuit videre atque gaudere? Neque hic igitur quod propoſueras, & pollicitus fueras, probare potuiſti.

EIVSDEM DE EODEM Homilia 4.

Illud enim quod ait dominus Ieſus, Abraham concupiuit diem meum videre, & vidit & gausus eſt: ſi diem ſuum voluit ſuum tempus intelligi, teſtimonium proſecto perhibuit Abraham, quod ſide fuerit incarnationis eius imbutus. Secundum hunc enim habet tempus, diuinitas vero Bibl. Hom. tom. 2. Y y 3 eius

eius omne tempus excedit, quia per illam vniuersa facta sunt tempora. Quod est si quisquam de die sempiterno accipiendum putauerit, qui nullo finitur crastino, nullo praevenerit hesterno, hoc est de ipsa aeternitate, in qua coaeternus est patri quomodo id vere concupisceret. Abraham, nisi eius non esset futuram mortalitatem, cuius quiescivit aeternitatem? Aut si ad hoc aliquis horum verborum sensum coarctat, ut dicat nihil intelligendum in eo quod ait dominus, quae sunt dies meae, nisi quae sunt me, qui sum dies permanens, hoc est lumen indeficiens, velut cum dicimus vitam filij de qua loquitur Evangelium dicens, Sic dedit & filio vitam habere in semetipso, non aliud ipsum, aliud eius vitam, sed eundem ipsum filium intelligimus vitam, qui dixit, Ego sum via, veritas & vita. Et de quo dictum est, Ipse est verus Deus & vita aeterna: ut hanc eius aequalem patri divinitatem videre cupiverit Abraham, nequaquam incarnationis eius praecognita, sicut eum nonnulli gratiam philosophi quaesiverunt, qui nihil de eius carne didicerunt. Nunquid & illud quod iuber Abraham ponere manum servum suum sub femore suo, & iurare per Deum caeli, aliter quisquam recte intelleturus est, nisi Abraham scisse, in qua venturus esset Deus caeli carnem de illo femore propagari?

Joan. 5. 26. 14.

Genes. 24.

PETRI CHRYSOL. EPI-
scopi Raven. in superius Euang.
Sermo.

Sapē diximus, quod Deus corporeis oculis non videtur, quod divinitas non clauditur mente carnali, quod humana ratio rerum non capit conditorem, sed Deum sola fides attingit, credulitas sentit tota, nec quantus est, sed quia est, hominis, quantum seque est, intuetur aspectus. Denique Moyses, qui de seruo in amicum, de homine promoveur in Deum, Dei faciem quaerit, sed non invenit: petit, sed non accipit: &, ut postiora tantum Dei videat, ad monetur: quatenus homo Deū quaerat sequi, non praecedere: neque ante Deum, quae sint, quaerere praesumat, sed quod post Deū sint omnia, adorator agnoscat. Crebro Deus hominibus formam hominis demonstrat, & magnitudinem suam tantam breuem nostri corporis colligit in figuram, ut praesentiam divinam possit infirmus noster oculus intueri, angustus noster recipere possit aspectus. Sic ad Abraham Deus venit in hominis forma, succidit hospitis in figura, & lascivatoris in morem accepit pedibus suis aquam: sed & inuiratus ad mensam vituli, & panis appositione saturatur: & ita se totus humano credit, & committit obsequio, ut ipso tactu, visu, verum hominem videatur explere, & hoc eo tempore, quo verus Deus sterilitati extremae feminis, desperatae patefactis visceribus in partum, sobolem largiturus advenit. Sic Iacob viantri coniator occurrat, & ita se humano collegio socium praebet, ut provocanti homini Deus totus in lectum inferatur, & tunc videbatur nervis, aut lacertis vincere, quando victor caelestia dat dona, munera dat divina. Sic Isaias Deum regali habitu sedere conspexit, ut agnosceret nisi a Deo rege regantur reges, ipsos, cum sint homines, nihil regere posse rectores. Sic Daniel Deum patrem, crine

Gen. 18. * forte, scilicet stetit. * lege, lasi viatoris in morem.

Gen. 23.

Isaia. 6.

Dan. 7.

niuco, senectute reuocanda, antiquitate terribilem, septem angelis; ignitum sede, ad iudicandum residere conspicit. Sic ipsum filium Dei in hominis filio venientem, cum caeli nubibus intuetur, ut ignotum ante tantis perfidis Christum, fidelibus non semper fuisse cognoscat. Si toties Deus ab hominibus in figura hominis videtur, quid est quod Iudaeus modo hominem videns Christum, sic exasperatur? nisi forte figura, honor, veritas, putatur iniuria. Retulit Evangelista hodie Christum dixisse: Si quis sermonem meum servauerit, non videbit mortem in aeternum. Ad quod verbum responderunt Iudaei: Nunc cognovimus, quia demonium habet &c. Omnes perfidia qualiter excepit! O qualiter oculos clauditur! quantum iudicij cordis nequitia praedidit! quam duram amputat obstinatio rationem! sensus humanus peruersus audire non potest, quod semel statuit odisse, malis bonitas exosa, iustitia iniustis inimica. Hinc est, quod homines mendaces cognoscere nequeunt veritatem, iudex animus ingentire verum non potest inter nuncia falcatum. Quod vult, non quod est, audit semper, qui decrevit errare. Dixit Christus: Si quis sermonem meum servauerit, mortem non videbit in aeternum. Iudaeus non discutit audita, interpretari sibi dicta non quaerit: quod ipse impossibile aestimat, exigit ut ille astruat, qui promittit; sed mox de conceptu mentis blasphemiam parit, serit iniurias, maledicta diffundit, & auctoritatem dicentis ita contumeliosis vacuare nititur, ut & aeterna dare posse mortalibus non credatur, qui sic humanis videtur subiacere. Nunc scimus, quoniam demonium habes. Dæmon mali auctor, mala promittit, non bona; occidere, non vivificare consuevit; nec vult aeternos esse homines, quos nec temporales esse permittit. Ergo non est dæmon, sed Deus est Christus, qui redonat, quam donauerat vitam; & verbo suo aeternos facit homines, quos diabolus persuasione sua fecerat temporales. Abraham, inquit, mortuus est, & propheta: & tu dicis: Si quis sermonem meum servauerit, mortem non videbit in aeternum. Audi fidelis ut, fide reuelante, cognoscat, quod infidelis nescit audire: quod videre non potest, qui semet incredulitatis demerit obscuro: dixit Christus, Mortem non videbit. Obstinatio tua, Iudae; meritò dicere falsitatem quaerit. Abraham, & prophetae verbum audientes tenaciter servauerunt, sed tamen mortui sunt, sed non in aeternum. Ergo cum dicit, Mortem non videbit. Et addidit, in aeternum. Resurrectionem promittit, non temporaliter negat esse mortuos. Iudae, quos mors in praesenti seculo faciebat non esse, hoc resurrectione perpetuos reficit in futurum. Audi apertius hoc dicentem; Omnis, qui crediderit, non morietur in aeternum sed transibit de morte ad vitam. Quomodo non moritur? Quia de morte transit ad vitam. Moritur ergo, moritur omnis, qui nascitur de conditione mortali, sed vivit, & in aeternum vivit omnis, qui ranalescitur de generatione vitali. Sed dices, qui potuit auferre mortem, quare hominem voluit transire per mortem? gratior enim Medicus, qui anticipat morbos, quam qui morbis ingerit sera, & non sine dolore medicinam. Iudae, fecisset & hoc Medicus Christus, si medicò aegrotus non fuisset ingratus. Ille & vitam dedit, & homini mortem venire praedixit: sed ille, qui adversa non senserat, prospera servare nesciuit. Bona quam

Joan. 11. & 5.

sint bona, scire, nisi malorum cognitione, non possumus. Ergo magnificabitur Christus, qui & ante inhabitam vitam dedit, & perditam modo redidit; & homo vitam gnarus vita erit sibi cautior, erit plus gratus auctori. Nunquid maior es, inquit, patre nostro Abraham? Plane maior, & tanto maior, quantum seruo dominus, quantum Deus homine, quantum factura factor, quantum vivificans mortuo, quantum suscitans suscitato. Respondit, Abraham exultavit ut videret diem meum; vidit, & gavisus est. Ille, ut ostenderet vivere Abraham, dixit, illum vidisse diem suum, id est, diem, quo mundo natus est Christus. Dierum conditor non tenetur die, temporis auctor tempora nescit; sed Christus propter hominem homo natus, & diem suscepit, & tempus. Abraham exultavit, ut videret diem meum. Si Moyses, & Elias in monte occurrunt, ut promissum conspicerent Christum, quomodo nec Abraham occurrat ad partu Virginis, ut promissam benedictionem in gentibus, id est, in semine suo, patientissimus expectator intenderet? Amen, amen dico, inquit, vobis quia ante Abraham ego sum. Si omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum esse nihil: & hic est, cui pater dixit; Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram; quomodo Abraham non vidit? Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Angelus, & Deus, ut diversa est substantia, sic imago. Ergo non nisi ad filium loquitur pater, cum dicit; Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, quibus est imago eadem, eademque substantia. Tulerunt lapides, ut mitterent in illum. Et edificantes turrem, ut altius caderent, ipsi sibi lapides prouiderunt, & isti lapides non ut Deum occiderent; sed se, unde occideret, miserabiles attulerunt. Iesus abscondit se. Non timens, sed ignoscens, Deus, peccatorem cum fugit, parcat; Deus rebellem non vult perdere, cum declinat.

S. GREGORII PAPAE
in idem Euang. Homil.

Pensate, fratres charissimi, mansuetudinem Dei. Relaxare peccata venerat, & dicebat; Quis me est qui quaerat, & iudicet. Scimus certe quod scriptum est, quia pater omne iudicium dedit filio: & tamen ecce idem filius iniurias accipiens, gloria suam non quaerit, illatas contumelias patris iudicio referuat: ut nobis profectò infinnet, quantum nos esse parietes debeamus, dum se adhuc vlciscitur non vult & ipse, qui iudicat. Cum verò malorum peruersitas crescit, non solum praedicatione frangi non debet, sed etiā augeri. Quod suo dominus exemplo nos admonet, qui postquam habere demonium dictus est, praedicationis suae beneficia largius impedit, dicens; Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum servauerit, mortem non videbit in aeternum. Sed sicut bonis necesse est, ut meliores etiam per contumelias existat, ita semper reprobi de beneficio peiores fiunt. Nam accepta vera praedicatione iterum dicunt: Nunc cognovimus, quia demonium habet. Quia enim aeternae morti inhæserant, & eandem mortem cui inhæserant non videbant, dum solum mortem carnis aspicerent, in veritatis sermone caligant; dicentes: Abraham mortuus est, & propheta: & tu dicis, si quis sermonem meum servauerit, mortem non videbit in aeternum. Unde & ipsi veritatis

fratres charissimi, ante mentis oculos tenocate, & alta consideratione peremescite hoc; quod ex ore veritatis sonat; Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Sed hoc, quod de reprobis veritas loquitur, ipsi hoc de semetipsis reprobi suis operibus ostendunt. Nam sequitur; Responderunt ergo Iudaei, & dixerunt ei; Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Accepta autem tanta contumelia, quid Deus respondeat, audiamus. Ego demonium non habeo, sed honorifico patre in meum, & vos inhonorastis me. Quia enim Samaritanus interpretatur custos, & ipse veraciter custos est, de quo Psalmista ait; Nisi Dominus custos dierit civitatem, frustra vigilat; qui custodit eam: & cui per Esaiam dicitur; Custos quid de nocte, custos quid de nocte? respondere Dominus non vult, Samaritanus non sum, sed; Ego demonium non habeo. Duo quippe ei illata fuerant: unum negavit, aliud tacendo confensit. Custos namque humani generis venerat, & si Samaritanum se non esse diceret, esse se custodem negaret. Sed tacui quod recognovit, & patienter repulit, quod dictum fallaciter audiuit, dicens. Ego demonium non habeo. In quibus verbis quid aliud, nisi superbia nostra confunditur? quae si exagitata vel leuiter fuerit, atrociores iniurias reddit, quam acceperit, facit mala, quae potest, minatur, quae facere non potest. Ecce iniuriam suscipiens Deus non irascitur, non contumeliosa verba responderet. Qui si eisdem ista dicentibus respondere voluisset, demonium vos habetis, verum profectò diceret: quia nisi impleti dæmonio, tam peruersa de Deo loqui non possent. Sed accepta iniuria, etiam quod verum erat, dicere veritatis voluit, ne non dixisse veritatem, sed prolocutus contumeliā reddidisse videretur. Ex qua re quid nobis innuitur, nisi ut eo tempore, quocumque proximis ex fallitate contumelias accipimus, eorum etiam vera mala taceamus, ne ministerium iustae correptionis in arma vertamus furoris? Sed quia quisquis zelo Dei vitur, sapē à prauius hominibus dehonestatur, in semetipso nobis dominus patientiae praebuit exemplum, qui ait; Sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Sed quid nobis ad ista faciendum sit, adhuc exemplo nos admonet, cum subiugit; Ego autem non quaero gloriam meam: est qui quaerat, & iudicet. Scimus certe quod scriptum est, quia pater omne iudicium dedit filio: & tamen ecce idem filius iniurias accipiens, gloria suam non quaerit, illatas contumelias patris iudicio referuat: ut nobis profectò infinnet, quantum nos esse parietes debeamus, dum se adhuc vlciscitur non vult & ipse, qui iudicat. Cum verò malorum peruersitas crescit, non solum praedicatione frangi non debet, sed etiā augeri. Quod suo dominus exemplo nos admonet, qui postquam habere demonium dictus est, praedicationis suae beneficia largius impedit, dicens; Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum servauerit, mortem non videbit in aeternum. Sed sicut bonis necesse est, ut meliores etiam per contumelias existat, ita semper reprobi de beneficio peiores fiunt. Nam accepta vera praedicatione iterum dicunt: Nunc cognovimus, quia demonium habet. Quia enim aeternae morti inhæserant, & eandem mortem cui inhæserant non videbant, dum solum mortem carnis aspicerent, in veritatis sermone caligant; dicentes: Abraham mortuus est, & propheta: & tu dicis, si quis sermonem meum servauerit, mortem non videbit in aeternum. Unde & ipsi veritatis

Psal. 126.

Isa. 21.

Joan. 5.

tati eundem Abraham, & prophetas quasi venerantes praeferunt. Sed aperta nobis ratione ostenditur, quia qui Deum nesciunt, Dei quoque famulos falso venerantur. Et notandum, quod vidit eos dominus aperta sibi impugnatione resistere, & tamen eis se iterata non desinit voce predicare, dicens; *Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum; vidit & gavisus est.* Tunc quippe diem Domini Abraham vidit, cum in figura summæ Trinitatis tres angelos hospitio suscepit. Quibus profecto susceptis, sic tribus quasi vni locutus est: quia etsi in personis numerus trinitatis est, in natura vnitas diuinitatis est. Sed carnales mentes audientium, oculos à carne non subleuant dum in eo solâ carnis ætatem pensant, dicentes; *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Quos benignè redemptor noster à carnis suæ intuitu submouet, & ad diuinitatis contemplationem trahit, dicens; Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.* Ante enim præteriti temporis est, sum, presentis. Et quia præteritum, & futurum tempus diuinitas non habet, sed semper esse habet, non ait, ante Abraham ego fui, sed, *ante Abraham ego sum.* Vnde & ad Moysen dicitur; *Ego sum qui sum: & sic dices filiis Israël; Qui est, misit me ad vos.* Ante ergo & post Abraham habuit, qui & accedere potuit per exhibitionem presentiae, & recedere per cursum vitæ. Veritas verò semper esse habet, quia ei quicquam nec priore tempore incipitur, nec subsequenti terminatur. Sed sustinere ista æternitatis verba mentes infidelium non valentes, ad lapides currunt, & quem intelligere non poterant, obruere querebant. Quid autem contra furorem lapidantium Dominus fecerit, ostenditur, cum protinus subinfertur; *Iesus autem abscondit se, & exiit de templo.* Mirum valde est, fratres charissimi, cur persecutores suos Dominus se abscondendo declinauerit, qui si diuinitatis suæ potentiam exercere voluisset, tacito nutu mentis in suis eos ictibus ligaret, aut in pœna subitæ mortis obrueret. Sed qui pati venerat, exercere iudicium nolebat. Certè sub ipso passionis tempore, & quantum poterat ostendit, & tamen hoc ad quod venerat pertulit. Nam cum persecutoribus suis se querentibus diceret, *Ego sum: sola hac voce eorum superbiam perculit, & omnes in terram strauit.* Qui ergo & hoc in loco potuit manus lapidantium non se abscondendo euadere, cur abscondit se, nisi quod homo inter homines factus, redemptor noster alia nobis verbo loquitur, alia exemplo? Quid autem nobis hoc exemplo loquitur, nisi vt etiam cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus? Vnde & per Paulum dicitur; *Date locum iræ, Quanta humilitate iram proximi ferre debeat, perpendat homo, si furores irascentium abscondens se declinauit Deus.* Nemo ergo se contra acceptas contumelias erigat, nemo conuiciis conuiciam reddat. Imitatione etenim Dei, gloriosus est iniuriam tacendo fugere, quam respondendo superare. Sed contra hoc superbia dicit in corde; Turpe est, vt, accepta iniuria, taceas, quisquis conspicit quia contumeliam accipis, & taces, non putat quia patientiam exhibes, sed crimen agnoscis. Sed vnde vox ista in corde nostro contra patientiam nascitur, nisi quia in iuris cogitationem fiximus, & dum in terra gloriam querimus, placere ei, qui nos de cælo con-

Gen. 18.

Exod. 3.

spicit, non curamus? Accepta ergo contumelia, meditemur in opere vocem Dei: Ego non quero gloriam meam: est qui querat, & iudicet. Hoc autem quod de Domino scriptum est; *Abscondit se, intelligi & aliter potest.* Multa quippe Iudæis prædicauerat, sed prædicationis eius verba deridebant. Deteriores quoque ex prædicatione facti sunt, qui vsque ad iaciendos lapides peruenerunt. Et quid abscondendo se Dominus signat, nisi quod eis ipsa veritas absconditur, qui eius sequi verba contemunt? Eam quippe, quam non inuenit humilem, veritas fugit mentem. Et quam multi sunt hodiè, qui Iudæorum duritiam detestantur, quia prædicationem Domini audire noluerunt; & tamen quales illos arguunt fuisse ad fidem, tales ipsi sunt ad operationem? Præcepta Dei audiunt, miracula cognoscunt, sed conuerti à suis prauitatis renuunt. Ecce vocat, & redire nolumus: ecce sustinet, & eius patientiam dissimulamus. Dum ergo tempus est, fratres, prauiitatem suam vnusquisque deserat, Dei patientiam perimelcat, ne quem nunc tranquillum despicit, iratum postmodum nequaquam euadere possit.

B E D A E V E N E R A B I L I S
presbyteri eiusdem Euang.
expositio.

Quis ex vobis arguet me de peccato: sicut ego arguo vos, vestrumque patrem de peccato, & mendacio. Ecce qualis est mansuetudo CHRISTI. Relaxare peccata venerat, & dicebat, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute diuinitatis potuit peccatores iustificare. Interrogat eos quare veritatem non velint credere, dicens; *Si veritas: em locutus sum vobis, quare non creditis mihi? nisi quia filij diaboli estis, & non veritatis: Filij diaboli, non natura, sed imitatione. Reddiditque causam cur veritati non crederent, cum dicit, Ideo vos non audistis, quia ex Deo non estis.* Iterum noli attendere naturam, sed vitium. Sic sunt isti ex Deo, & non sunt ex Deo, natura ex Deo, vitio non ex Deo. Natura vero bona, quæ ex Deo est, peccauit voluntate, credendo quod diabolus persuasit: & vitiosa est: ideo medicum querat, quia, sana non est. Agnoscatur natura, vnde creator laudetur: agnoscat vitium, propter quod medicus aduocetur. Terribile est quod subdit; *Qui est ex deo, verba Dei audit:* Si enim ipse verba Dei audit, qui ex Deo est, & audire verba eius non potest quisquis ex illo non est, interroget se vnusquisque, si verba dei in aure cordis percipit, & intelligit vnde sit. Cælestem patriam desiderare veritas iubet, carnis desideria contere, mundi gloriam declinare, aliena non rapere, propria largiri. Penset ergo apud se vnusquisque vestrum si hæc vox dei in cordis eius aure conualuit, & quia iam ex Deo sit agnoscat. Dixerunt ergo Iudæi, *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, &c.* Accepta autem tanta contumelia, quid dominus respondeat audiamus. *Ego demonium non habeo, sed, &c.* Quia enim Samaritanus interpretatur custos, & ipse, veraciter custos est, de quo Psalmista ait; *Nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam. & cum per Esaiam dicat; Custos qui de nocte? Custos qui de nocte? respondere noluit dominus;*

Ex contumelia
his Iohann.

Psal. 126.
Esai. 21.

Iohann. 5.

Matth. 22.

dominus; Samaritanus non sum, sed; *Ego demonium non habeo.* Duo quippe ei illata fuerunt: vnum negauit, & aliud tacendo consensit. Custos namque humani generis venerat: & si Samaritanum se non esse diceret, esse se custodem negaret. Sed tacuit, quod recognouit, & patienter repulit quod dictum fallaciter audiuit, dicens, *Ego demonium non habeo.* Hic verò in semetipso nobis dominus patientiæ præbuit exemplum, qui si respondere voluisset Iudæis; Vos demonium habetis, verum vtique dixisset: quia nisi impleri demonio, tam peruersè de Deo loqui non possent. Sed accepta iniuria, etiam quod verum erat, dicere veritas noluit, ne non dixisse veritatem, sed provocatus contumeliam reddidisse videretur. Ex qua re quid nobis innuitur? nisi vt eo tempore, quo à proximis ex falsitate contumelias accipimus, eorum etiam verba mala taceamus, ne ministerium iustæ correctionis in arma vertatur furoris. Sed quid nobis ad ista faciendum sit, adhuc exemplo nos admonet, cum subiungit; *Ego autem non quero gloriam meam, est qui querat, & iudicet.* Scimus certe quod scriptum est, quia pater omne iudicium dedit filio: & tamen ecce idem filius iniurias accipiens, gloriam suam non querit. Illicitas contumelias patris iudicio referat, vt nobis profecto insinuet, quantum nos esse patientes debemus, dum adhuc se vlscisci non vult & ipse qui iudicat. Cum verò malorum peruersitas crescit, non solum frangi prædicatio non debet, sed etiam augeri. quod suo exemplo nos admonet, qui postquam habere demonium dictus est, prædicationis suæ beneficia largius impendit, dicens; *Amen amen dico vobis, si qui in sermonem meum, &c.* Sed sicut bonis necesse est, vt meliores etiam per contumelias existant, ita semper reprobi de beneficio peiores fiunt, nam accepta prædicatione, iterum dicunt; *Nunc cognouimus, quia demonium habes.* Quia enim æternæ morti inhæserant, eandem mortem, cui inhæserant, non videbant, dum solam mortis carnem aspicerent, in veritatis sermone caligabant, dicentes; *Abraham mortuus est, & propheta, &c.* Vnde & ipsi veritati eundem Abraham, & prophetas quasi venerantes præferunt. sed aperta nobis ratio ostenditur, quod qui Deum nesciunt, Dei quoque famulos falso venerantur. Vos, inquit, dicitis, demonium habes. ego vos ad vitam voco. seruate sermonem meum, & non moriemini. Illi audiebant, mortem non videbit in æternum, qui seruauerit sermonem meum. & irascebantur, quia iam mortui erant illa morte, qua vitanda erat. nam illam mortem vitare non potuerunt, qua mortuus est Abraham, & propheta; id est carnis mortem. Nam Abraham spiritu vivebat: & ideo de eo ipsa veritas ait alio loco; *Non est Deus mortuorum, sed viuorum.* Quid est quod ait; *Mortem non videbit in æternum?* id est mortem? damnationis cum diabolo, & angelis eius. Nam ista mors corporis, migratio quædam ad meliorem vitam, impiis verò ad pœnas perpetuas: quas hic mortis nomine veritas designate voluit. Sed ista morte, quæ dominus vult intelligi, nec Abraham mortuus est, nec propheta mortui sunt. Illi enim mortui sunt, & viuunt: isti vivebāt, & mortui erant. Quem teipsum facis, inquit, vt dicas, mortem non videbit in æternum, qui seruauerit sermonem meum, cum scias & Abraham mortuum, & prophetas mortuos? *Respondit Iesus, Si ega-*

glorifico meipsum, &c. Hoc ait propter illud, quod dixerunt; *Quem teipsum facis?* Refert enim gloriam suam ad patrem, de quo est quod Deus est. Dicit patrem suum dominus Iesus Christus, quem illi dicebant dominum suum, & non cognouerunt. Si enim ipsum cognouissent, eius filium recepissent. *Ego autem, inquit, noni eum.* Secundum carnem iudicantibus potuit & hinc arrogans videri quia dixit; *Ego noni eum.* Sed vide quid loquitur; *Si dixero non noni eum, ero similis vobis, mendax.* Ergo arrogantie non ita vitatur, vt veritas relinquatur. *sed scio eum, & sermonem eius seruo.* Sermonem patris tanquam filius loquebatur, & ipse erat verbum patris, quod hominibus loquebatur. Et notandum, quod vidit eos dominus aperta sibi impugnatione resistere, & tamen eis se iterata non desinit voce predicare, dicens; *Abraham pater vester exultavit, ut videret, &c.* Tunc quippe diem domini Abraham vidit, cum in figura summæ trinitatis tres angelos hospitio recepit: quibus profecto susceptis, sic tribus quasi vni locutus est: quia etsi in personis numerus trinitatis est, in natura tamen vnitas est diuinitatis. Sed carnales mētes audientium oculos à carne non subleuant in eo solam carnis ætatem pensant, dicentes; *Quinquaginta annos nondum habes, &c.* Quos benignè redemptor noster à carnis suæ intuitu submouet, & ad diuinitatis contemplationem trahit, dicens; *Amen amen dico vobis, Antequam fieret, Abraham, ego sum.* Ante enim præteriti temporis est, sum presentis. Et quia præteritum, & futurum tempus diuinitas non habet, sed semper esse habet, non ait: Ante Abraham ego fui, sed; *ante Abraham ego sum.* Vnde & ad Moysen dicitur; *Ego sum, qui sum. & dices filiis Israël; Qui est, misit me ad vos.* Ante ergo, vel post, Abraham habuit, qui & accedere potuit per exhibitionem presentiae, & recedere per cursum vitæ. Veritas verò semper esse habet, quia ei quicquam nec priore tempore incipitur, nec subsequenti terminatur. Sed sustinere ista æternitatis verba mentes infidelium non valentes ad lapides currunt: & quem intelligere non poterant, obruere querebant. Quid autem contra furorem lapidantium dominus fecit, ostenditur, cum protinus subinfertur; *Iesus autem abscondit se, & exiit de templo.* Mirum valde est, fratres charissimi, cur persecutores suos dominus sese abscondendo declinauerit; quid si diuinitatis suæ potentiam exercere voluisset, tacito nutu mentis in suis eos ictibus ligaret, aut in pœna mortis subitæ obrueret. Sed quia pati venerat, exercere iudicium nolebat. Certè sub ipso passionis tempore & quantum poterat ostendit, & tamen hoc, ad quod venerat, pertulit. Nam cum persecutoribus suis se querentibus diceret; *Ego sum, sola hac voce eorum superbiam perculit, & omnes in terram strauit.* Qui ergo hoc in loco potuit manus lapidantium, non se abscondendo, euadere, cur abscondit se, nisi quod homo inter homines, & factus redemptor noster, alia nobis verbo loquitur, alia exemplo? Quid autem nobis hoc exemplo loquitur, nisi vt etiam cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus?

Exod. 3.

Iohann. 18.

HAYMO

HAYMONIS EPISCOPI

Halberstat. superioris Euang. expositio.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Sermo euangelicus describit, quod ostenderit dominus Iudæos esse peccatores, dicens: Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati: & patrem illorum esse diabolum inquitens: Vos ex patre diabolo estis. Quibus præmissis, statim subintulit. Quis ex vobis arguet me de peccato? Arguere dicebant antiqui ostendere: vnde habetur in epistola Pauli ad Romanos, incipit argumentum, id est ostensio. Quis ex vobis arguet me de peccato, id est quis ex vobis ostendet me esse peccatorem, sicut ego ostendo vos peccatores esse, & patrem vestrum diabolum exeat in medium, & dicat: Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Dominus veritatem dicebat cum eos arguebat, vos ex patre diabolo estis: quare non creditis mihi, nisi quia filij diaboli estis.

Ioan. 8.

Quis ex deo est, verba dei audit. Legimus in euangelio secundum Ioannem dixisse dominum ad Iudæos, qui in eum crediderunt. Si manseritis in sermone meo, veri discipuli mei eritis, & veritas liberabit vos. Vnusquisque homo, qui verbum dei corde cõcipit, & ore profitetur, & opere implet, ex deo est. Cœlestem patriam desiderare veritas iubet, aliena non rapere, ptopria largiri, terrena pro Christi nomine relinquere. Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Erant tunc temporis tales in populo Iudæorum, qui nunquam erant credituri in dominum Iesum Christum, neque ad æternam vitam venturi, de illis dicit dominus: Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Ex deo erant, & ex deo non erant. Ex deo erant secundum naturam corporis, & animæ, quia deus creauerat corpora, & animas illorum. Ex deo non erant per culpam, & vitium imitationis: quia cuius opera facis, eius filius appellaris: Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt: Nonne bene dicimus, quia Samaritanus es tu, & c. Duo quippe ei illata fuerant, vnum negauit, quod de se fallaciter audiuit dicens: Ego demonium non habeo: & alterum taceendo consensit, quod ille se esse veraciter intellexit, quia dixerunt ei: Samaritanus es tu, quia Samaritanus interpretatur custos, & dominus Iesus Christus custos est humani generis, vnde dicit Psalmista: Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël. Et Esaias: Custos quid de nocte, cuctos quid de nocte? Si enim negasset se Samaritanum esse, tunc negasset se custodem genetis humani esse. Poterat dominus Iesus Christus veraciter illis dicere, vos demonium habetis, quia, nisi demonio pleni fuissent, tam peruersa loqui de domino non potuissent. Quare? Si dixisset enim, vicem contumeliæ illis videretur reddere, & dicerent illi: Certè vicè contumeliæ dominus nobis reddit. Dedit nobis exemplum, quia quando verbum contumeliæ à proximis audimus, vera illorum mala taceamus: Sed honorifico patrem meum, honorifico, & glorifico, & clarifico tria verba sunt, vnum sensum habentia. Dominus Iesus Christus honorificauit deum patrem quia omnia, quæ loquebatur, & operabatur, ad laudem dei patris referebat, iuxta quod ipse dicit, pater in me manens ipse facit opera: & vos inhonorastis me, dicentes Samaritanus es, & demonium habes; & amicus publicanorum & peccatorum hominum, & potator vini, & filius fabri

Psal. 120. Esa. 21.

Ioan. 14. Mat. 21. Marc. 6.

Ego non quero gloriam meam: Gloria humana est, vicem reddere maledicenti vel percutienti. Dominus non quaesit gloriam suam, quia Iudæis calumniantibus se, noluit vindictam expetere in præsentia, sed in futurum seruauit: Est qui querat, & iudicat. Deum patrem vult hic intelligere. Est pater, qui querat gloriam meam & iudicet, id est, discernat gloriam meam à gloria vestra. Dominus alibi dicit: Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Quare igitur hic dicit, est pater qui querat gloriam meam, & iudicet? Dei iudicium dupliciter possumus intelligere, vno modo dicitur iudicium Dei damnatio, vnde dicit dominus: Princeps huius mundi iudicatus est. Alio modo dicitur iudicium dei discretio, iuxta quod Psalmista dicit: Iudica me, deus. Quid est iudica, statim manifestat cum dicit, & discerne causam meam. Magna distantia est inter gloriam dei, & gloriam humanam. Filius dei quando voluit, natus est: quando voluit in hoc mundo prædicauit, quando voluit passus, & sepultus, & quædò voluit resurrexerit, & ad cœlos ascendit. Nos vero ita nõ agimus, nec quædò volumus, nascimur, nec quàm diu volumus, viuimus, nec quando volumus, morimur. Amen amen dico vobis, id est, verum dico vobis. Si quis sermonem meum seruauerit mortem non videbit in æternum. Sermonem dei possumus intelligere filium dei, tam in veteri testamento, quàm in nouo: quia ipse, qui loquutus est in lege & prophetis & Psalmis, ipse loquutus est in euangelio: Amen amen dico vobis, si quis præcepta mea custodierit fide, & opere, non gustabit mortem in æternum, id est, non experietur magnitudinẽ mortis inferni. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia demonium habes. Abraham mortuus est & c. Sæpe vtebantur Iudæi nomine Abraham, vt dominus aliquid contrarium loqueretur de Abraham, & haberent occasionem damnandi eum. Sed frustra nomine Abraham & nominibus prophetarum vtebantur, qui filium Dei persequebantur. Ac si dicerent Iudæi: Si Abraham, qui amicus dei appellatus est, & propheta, per quos Deus loquutus est generi humano, mortem temporalem non potuerunt euadere, quomodo illi, qui sermonem tuum seruauerint, mortem temporalem possint euadere? Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? subauditur in sanctitate. Quem te ipsum facis? id est, cuius meriti te existimas? Respondit eis Iesus: Si ego glorifico meipsum, id est laudo meipsum, gloria mea nihil est: Vt vos putatis. Est pater qui glorificat me. Glorificauit Deus pater filium, tempore baptismatis, quædo vox patris delata est super eum, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Et filius Dei honorificauit patrem, quia omnia, quæ agebat, ad laudem Dei patris referebat. Docet igitur nos quid agere debeamus. Si enim dominus Iesus Christus omnia, quæ agebat, ad laudem Dei patris referebat, qui ante omnia secula genitus est à Deo patre, & æqualis ei per omnia: quantò magis nos, qui sumus homines, & serui illius, omnia, quæ agimus siue in loquendo, siue in operando, ad laudem Dei patris referre debemus, à quo omne bonum, quod habemus accepimus, qui dicit, sine me nihil potestis facere? Multò magis. Quem vos dicitis, quia deus vester est. Iudæi dicebant Deum patrem, Deum suum esse, sed mentiebantur, quia, si Deum patrem cognouissent, nequaquam filium eius spreuissent. Ego autem non ui eum. Hic poterat dominus atrogas videri, quia dicit se Deum patrem scire, quem Iudæi ignorabant. Sed non est ita. Non est arrogancia cauenda vt veritas relinquatur. Et si dixerò quia nõ noui eum, ero similis vobis mædax. Sicut vos estis mædaces, qui dicitis nosse deũ, ita ego mædax, si ego dixerò quia nõ noui eum. Sed scio eum. Quia ab ipso missus sum, & sermonẽ eius seruo. Sermo Dei patris est ipse filius, iuxta quod Ioa. dicit in exordio huius euangelij. In principio erat verbum, & c. Ipse filius sermonem Dei patris seruabat, quia salutem humano generi quærebat, propter quam missus fuerat. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, & vidit, & gauisus est. Tunc Abraham diem domini vidit, cum figura sanctæ trinitatis tres angelos hospitio suscepit. Quibus susceptis, sic tribus quasi vni loquutus est dicens: domine, si inueni gratiam in cõspectu tuo, declina in domum pueri tui. Quia est Deus trinitas est in personis, vnitas tamẽ est in essentia deitas, iuxta quod ipse dicit filius Israel: Audi Israel, dominus Deus tuus, Deus vnus est. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, & vidit, & gauisus est. Dupliciter possumus intelligere diem domini, veldiem, id est, æternitatem eius, quam habet ante omnia secula cum Deo patre, quæ nec ortum habet, nec finem. Et hanc æternitatem vidit, id est, intellexit mente beatus Abraham. Videre aliquando ponitur pro eo, quod est intelligere. Vnde dicitur in Exodo: Et omnis populus videbat voces domini, id est, intelligebat. Vel diem domini possumus intelligere tempus incarnationis eius, quod beatus Abraham præcipit oculis cordis. Videret etiã desyderauit ore corporis, si fieri potuisset. Iuxta quod dominus dixit discipulis suis: Multi reges, & prophete voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: & audire, quæ auditis, & non audierunt. Sicut enim nos credimus dominum Iesum Christum iam aduenisse, & passum fuisse secundum humanitatem, & resurrexisse à mortuis, & ascendisse ad cœlos, & venturum ad iudicium: ita patriarchæ, & prophete, qui aduentum domini præcesserunt, crediderunt futurum, & per hoc saluati sunt. Quod B. Abraham diem domini vidit, id est, tempus incarnationis eius per spiritum sanctum, ex verbis illius possumus approbare, quibus dixit seruo maiori domus suæ: Pone manum tuam sub femore meo & iura mihi per dominum Deum cœli, vt non accipias vxorem filio meo Isaac de filiabus Cananæorum. Fœmur dicitur à renibus vsque ad genua. Quid pertinebat fœmur Abraham ad dominum Deum cœli? Per fœmur intelligitur generatio. Sciebat B. Abraham dominum nasciturum de suo fœmore secundum carnem. Et ideo dixit: Pone manum tuam sub femore meo, & iura mihi per dominum Deum cœli. Ac si diceret: iura mihi per illum, qui nasciturus est ex isto semine, id est, per dominum Iesum Christum, qui Deus cœli est. Responderunt Iudæi, & dixerunt: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Non dixit dominus, quod ipse Abraham viderit, sed quod Abraham videret eum in non oculis corporis, sed intelligentia mentis. Solum carnis ætatem attendebant Iudæi in domino Iesu Christo, non deitatem. Respondit eis Iesus dicens: Amen amen dico vobis. Id est verum, verum dico vobis: Si dicitis, fœsus est, iuratio domini est, ante quam fieret Abraham

Ioan. 5.

Ioan. 11.

Genes. 18.

Deut. 6.

Luc. 10.

Genes. 24.

1. Cor. 2.

hum, ego sum. Fio verbum est passiuam significationem retinens. Antè verbum est præteriti temporis, sum est præsentis. Non dixit dominus ante Abraham fui, aut erã, sed, ante Abraham sum. Quare hoc tempus, id est, præsens, sibi vindicat dominus: quia cuncta præsentia illi sunt, & præterita, & futura. Abraham autè habuit, & potest. Antè habuit scilicet nascendo, & post mortèdo, quia antè quam nasceretur, nõ erat: & post quàm mortuus est, desit esse. Dominus Iesus Christus nec antè, nec post habuit, quia nec priori tempore ei quicquam incipitur, nec subsequenti terminatur. Quasi diceret dominus Iudæis. Certè ego sum, qui dixi ad Moysen: Ego sum qui sum. Hæc dices filius Israel: Qui est, misit me ad vos. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Iudæi lapidei erant. Væ illis qui cum lapidibus repulerunt dominum Iesum à se. Poterat hic dominus os inferni aperire, & demergere eos in profundum abyssi, sicut fecit Dathan & Abyron, & Chore in deserto: sed noluit antè quam mortui fuissent & antè forent sepulti, vt daret nobis exemplum, quotienscunq; perfectiones patimur, in quantum possumus, debemus fugere, quod præcepit nobis agendum dicens: Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Ipse in semetipsum primus illud exhibuit: Abscondit se, & inuit in templo. Iam præfigurabatur per hoc, quod relictorum erat Iudæos propter incredulitatem, & transiturus ad Gentes per fidem. Dominus quasi infirmus nõn resistebat: sed quid posset tempore passionis suæ ostendit, quando Iudæos vna voce prostravit in terram dicens, Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit eis, Ego sum. Tunc abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram velut mortui. Si dominus Iesus Christus mortalis, & passibilis, & iudicandus talia fecit, quid facturus erit in die, quando gloriosus venerit de cœlo, & iudicaturus orbem terræ in æquitate? Certè impios æternaliter damnabit dicens: Ite maledicti in ignem æternum. Iustus autem secum introducet in patriam cœlestem dicens: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Ad quod regnum nos peruenire faciat dominus noster Iesus Christus, qui cum patre & sancto spiritu viuit, & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

Exod. 3. Num. 16.

Matth. 10.

Ioan. 8.

Matth. 25.

THEOPHYL. EPISCOPI

Bulgar. superioris Euang. expositio.

Quis ex vobis arguet me de peccato, & c. Qui Dei filios se ipsos nominabant, inquit, si Dei estis filij vtiq; peccantem debetis odio habere: Si igitur & me, quem odio habetis, potestis arguere peccantem, manifestum, quod dultis odio me prosequimini, quod si nemo me potest arguere, manifestum, quod propter veritatem exosum habetis. Quam autem veritatem? Omnino, quia dixerat se Dei filium, id quod verissimum est. Sicut autem is, qui ex Deo est, verba Dei audire: ita etiam vos, si Dei filij essetis, nõn à me audiendo declinaretis, neque ad mortem quæreretis eum, qui ex supernis venit, filium Dei, & c. quæ Dei erant loquentem. Igitur dominus quidem ita mansuete cum eis locutus est: ar illi ad conuicia pergunt. Nonne bene (inquit) dicebam vobis quia Samaritanus

ritanus

quisan es tu, & demonium habes? Samaritanū ipsum dicebāt, quod morem Iudaicum destrueret, nempe sabbatum. Samaritani enim non egregie iudaizabant. Dæmoniū autem illum vocant, fortassis quidem & hoc modo, quo eum eiicere dæmonia dicebant in principe dæmoniorū. Semper enim calumniabantur eum eiicere dæmones in Beelzebul, quom faceret miracula. Fortassis autem secundum quodd reuelauit ipforum cogitationes, dæmonium enim habere cogitabant, putantes à dæmonibus ei reuelata cordis arcana. Quando autem dixerūt eum Samaritanum? Nusquam enim euāgelista hoc dicit. Manifestum igitur, quod multa prætermiserint euāgelistæ, & non omnia scripserint, sicut alio loco assignauimus. Igitur illi quidem talia per ignominiam proferrunt: ipse autem patienter in se iniurias suscipit. Nam, quum seiplos filios Dei dicerent, vehementer eos arguit, veritatem vindicans: quando autem ipsum iniuria afficiunt, nō vlscitur: docens etiam, nos quæ contra Deum sunt, vindicare: quæ autem contra nos, mansuete ferre sicut & ipse mansuete dixit; *Ego, inquit, demonium non habeo, sed honoro patrem meum.* Quomodo autem honorabat patrem? Vlsciscens illum, & non sinens eos, qui homicidæ erant, ac mendaces, saluatoris, & veritatis filios nominari. Vos, igitur, inquit, eo quod honoro patrem meum, quem vos iniuria afficitis, dum falso affirmatis, ipsum esse patrem vestrum, propterea me ignominiam afficitis: sed, quamuis ego meipsum non vindico, sed quum, iniuria afficior, sustineo; ne exultimetis inultam fore iniuriam hanc. Est enim pater, qui me vlscitur, quia propterea iniuria afficior, quod ipsum vlsciscor, & non patior vos, qui vos illius filios asseritis. Est igitur, qui querit gloriam meam, qui & potest iudicare, & condemnare eos, qui me iniuria afficiunt. Sæpe enim quis querit vlscisci, & nequit ipse iudicare. Igitur pater & querit filij gloriam, & potest iudicare, propterea dixit; *Est, qui querit, & iudicat. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem nō videbit in æternū, &c.* O misericordiam! Illi quidem iniuria afficiunt, ipse autem quæstionem de gloria sua, & defensionem patris omittens, ad admonitionem, & doctrinam vertitur, benefaciens iis, qui iniuria prosequuntur. Ita oportet etiam nos vlscisci inimicos. *Si quis sermonem meum seruabit,* hoc est, credendo simul & vitam habet puram. Tunc enim quis vere renet doctrinam domini, quādo & puram habet vitam. Talis igitur non videbit mortem, quia peccatores in futuro seculo immortalis supplicio traduntur, & vera vita excidunt. Insuper etiam significat eis, quodd, si quis sermonem meum seruauerit, non moritur, quāto minus ego? Quid igitur scruitis contra me? à quo tam procul abest, vt detineat à morte, vt & aliis magis veram conferam vitam. Nam, qui credunt, quamuis moriantur naturaliter, attamen in Deo viuūt. Sed Iudæi quid ad hæc dicunt? Dæmonio ipsum agi putant, quod aliena quædam quasi mēte captus diceret. Nam, qui sermones Dei auribus perceperunt, mortui sunt, Abrahā, & prophete, & qui tuos auscultant, non moriuntur? Profecto nunc, aiūt, cognouimus multis, & copiosis argumentis, quodd dæmonis actus, hæc dicas. *Nunquid tu maior es patre nostra Abraham, &c.* Inspicientes illi, quum non intelligerent, de qua morte dominus diceret, quæ ete-

rentes in se lesura non esset, loquuntur ad eum stultissima quædam, & insipientissima verba. Vide enim quomodo respondet; *Num tu maior es patre nostro Abraham?* Et vtiq; sic oportebat dicere, num tu maior es Deo? Hi sermone Dei audito, mortui sunt: & qui tuum audiunt, non moriuntur? sed non sic: & quid dicunt? Volentes eum ostendere & Abrahamo minorem. Ipse autem dominus non reuelat eis, de qua morte dixerit: quod autem Abrahamo melior sit, per sua det eis paulo post. At quod dicunt; *Quem teipsum facis?* contumeliose dicunt. Tu, qui nullius momenti es, qui fabri filius, qui ex Galilæa, quem teipsum facis? Neque opera, neque veritas, neque scriptura, sed tū, quæ teipsum facis? rapis enim gloriam. At dominus; *Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, sicut vos putatis: nūc autem est alius, qui glorificat me, pater meus.* Glorificat enim ipsum semper, atque id per prophetias de illo, & per testimonia de cælis, & per innumera, & immensa miracula. Hunc autem vos patrem, inquit, dicitis, quodd sit Deus vester. Sed neque vt meum patrem ipsum agnoscitis, neque vt Deum vestrum. Nam, si vt patrem meum illum agnosceretis, honore vtiq; filium eius prosequeremini: nunc autem, dum filium non colitis, manifestum, quodd non cognoscitis illum vt patrem meum. Sed neque vt Deum cognoscitis illum, alioqui timeretis sermones eius vt Dei: nunc autem vsque adeo contemnitis eum, vt quum ille præceperit: Ne occidas: vos meditemini mortem meam, idque, cum non possitis me arguere de peccato. Ex his igitur manifestum, quodd eum modis omnibus ignoretis. Ego vero scio eum naturaliter, omnem eius notitiam habens. Qualis enim sum ego, talis & pater. Igitur, quia scio meipsum, & ille scit. Si autem dixerō, quodd nesciam eum, ero similis vobis mendax. Nam vos quidem per arrogantiam dicendo, quodd eum sciatis, mentimini: at qui ego, quum sciam eum, si dixerō me nescire, negabo veritatem. Quam igitur coniecturam afferis, quodd scias eum? *Quis, inquit, sermonem eius seruo,* sermonem vocando mandata, neque enim aduersarius sum illi, neq; aduersarius Deo arrogāter loquor, neque mandata eius soluo. Vos autem, quia sermonum eius transgressores estis, capti que malis concupiscentiis constingimini, & cædes sititis, alia multa lege interdicta concupiscendo facitis: manifeste declaratis; vos ignorare illum. Nam, si cognouissetis, seruaretis vtiq; sermonem eius, hoc est mandata. Quidam autem sic intelligunt; *seruo sermonem eius,* hoc est, propterea scio eum, quia habeo in meipso sermonem essentiam eius in nullo diminutum, hoc est, definitionem: & eadem natura sermonem, quem pater habet, hunc ego sermonem in nullo minorem & ipse habeo. Nam eadē est natura, & idem sermo substantiæ patri, & filio, & ita scio patrem. Nam & sermonem eius substantiæ conferuo in nullo minorem. Est autem hæc figura consueta in scriptura, vt, quum dicitur, Da nobis auxilium de tribulatione, & vana salus hominis. Hoc loco enia coniunctio & pro enim ponitur, vt quodd dicitur hunc habeat sensum: Da nobis auxilium; vana enim sulus hominis. Sic etiam hoc loco; *Scio illi, & sermonem eius seruo: coniunctio & pro enim ponitur.* Inquit, *Sermonem enim eius seruo, Abraham pater vester exultauit: vt videtis diem meum: &c.* Hoc loco docet,

docet, quodd maior sit Abrahamo. quia enim illi dicebant ei; Num tu es maior patre nostro Abraham; dicit hoc loco, Etiam maior sum, Etenim ille exultauit, vt videret diem meum, hoc est, desideratum, & optatum habuit illum, & gaudij authorē fecisset, eā quodd in beneficium cederet, & non parui alicuius commodi, neque vulgaris esset dies, sed magni. Diem autem dicit crucem. Nam præfigurabat illum Abraham in oblatione Isaac, & arietis sacrificio. Sicut enim illic Isaac ligna, ita dominus crucem portauit: & sicut relictus quidem est Isaac, immolatus autem aries, ita & Deus quidem alienus est à passione, in humana autem natura, & carne passus est. Hunc diem crucis quum præuidisset Abraham, gauisus est, eo quodd futurus esset in salutem mundi. Insuper hoc loco ostendit eos alienos esse ab Abraham. Siquidem de quibus ille gaudebat, hi insaniebāt. Significat autem, quodd non inuitus passionem aggrediatur: si quidem laudat eum, qui exultauit propter crucem. Nam inde (vt dictum est) salus orbis, Alij autem intelligunt per diem omne tempus aduentus Christi, quod quum Abraham præuidisset, gauisus est, quod ex ipso, & semine eius surrecturus esset saluator: & fortassis non solus Abraham gauisus est, sed & omnes, sicut Dauid dicit, *Hæc est dies, quam fecit dominus; exultate, & lætemur in ea.* Et ipse quidem hæc dixit, at illi non poterant pertinere ad sublimitatem dictorum, neque dignabatur interrogare, vel discere quis esset dies ille, quem vidisset Abraham: immo irident eum vt insana quædam loquētem. *Quinquaginta enim, inquit, annos nondum habes, & Abraham vidisti?* Hoc autem dicebant existimantes dominum ferme quinquaginta annorum esse: ramet si tunc triginta, & tres tantum annos haberet. Quare autem non dixerunt, quadraginta annos nondum habes, sed, quinquaginta? Cuiusmodi sane hæc interrogatio. Nam simpliciter sic incidit eis, vt memores essent quinquaginta annorum. Veruntamen dicunt quidam, quinquagesimum eius annus ad honorem anni iubilæi dictum, quod seruos liberos dimittebant, & possessiones emptæ reddebantur, & omnia alia perficiebantur, quæ ad honorem Dei constituta. At dominus dicit, *Antequam Abraham esset, ego sum.* Vide, non dicit, antequam Abraham esset, ego eram: sed, sum. Illud enim verbum sum, Deo proprie conuenit, eo quodd perpetuus sit, & sempiternus, id quodd hoc verbum significat. Itaque, sicut pater eius in veteri lege hoc verbo vituit; Ego sum, qui sum: ita de Abraham dixit esse, merito, tanquam de corrupti bili. Nam, qui factus est, & corrumpitur. Verbum autem sum, diuinam, & ab omni corruptione alienam sempiternitatem significat. quapropter & Iudæi existimantes hoc blasphemum verbum, tulerunt lapides contra eum. At ipse iterum dedit, se humilians, ne ante tempus moriatur. Quo modo autem se occultat? Non in angulum templi se coniecit, neque in domunculam quandam fugit, neque post parietem, vel columnam se incurauit, sed sua magna potestate inuisibilem se fecit insidiatoribus, quauis per medium illoꝝ exiret. *Et præteritū sic,* hoc est, transiit simpliciter sic, & absque labore. Vide autem quomodo ipse quidem omnia, quæ debebat, impleuit. Nam ipse quidem satis eos docuit & de se, & de patre, & monstrauit eis nobilitatem, & libertatem ve-

ram, quæ à peccatis libera est, & quodd sola seruitus peccati fixa: & in summa, nihil eorum, quæ oportebat relinquere: illi autem lapidant eum. Ideo relinquit illos, quia non ultra correctionem recipiebant. Annota autem, quodd lapidantes illum, ij erant, de quibus dixit Euāgelista, quodd crederint in eum. Nam sic fides illorum non erat fides, sed temporaria quædam, & frigida affectio in iis, quæ a Christo dicebantur.

INCERTI CVIVSDAM
sub nomine Eusebii Emisiani eiusdem Euāgelij expositio.

PRæceperat dominus per Moysen sacerdotibus Iudæorum, vt ad nullum omnino mortuum accederent, nisi ad patrem, & matrem, & fratres, & sorores, quæ virum non haberent. Præceperat præterea de summo sacerdote, vt neque ad patrem neque ad matrem, neque ad aliquē omnino mortuum accederet. Sed quid per mortuum, nisi peccatum? Peccatum enim mortis causa fuit: quoniam nisi primus homo peccasset, nemo vnquam hominum moreretur. Accedere igitur ad mortuum, hoc est accedere ad peccatum: & est effectus pro causa. Præcepit igitur dominus, vt sacerdotes ad mortuum non accedant, id est, vt mortalia peccata non committant. Quamuis enim sine peccato esse non possint, sine crimine tamen esse oportet. Sed quia sine originali peccato nullus esse valet, ad parentum, & propinquorū mortem sacerdotes accedere non prohibentur. Omnium enim cōmune est originale peccatum: omnes igitur ad illud accedere, non dubium est. Sed quid per sororem, quæ virum habet, intelligere debeamus, nisi illas animas, quæ à patris domo, & ab ecclesia separantur? Iudæi nobis & heretici sunt in exemplum, qui suas sequentes voluptates extra ecclesiam pereunt. Isti igitur sunt illæ sorores mortuæ, ad quas accedere non licet. Hoc audiāt nostri sacerdotes, & ab omni opere mortuo, ab omni peccati contagione se immunes custodiant. Omnia enim in figura continebant illis: scripta sunt autem ad correctionē nostram. Nunc autem de summo sacerdote videamus: per quem dominum, & saluatorem nostrum intelligimus, sacerdotum omnium maximū. Ipse enim ad nullum mortuum accessit, quin neque originale peccatum à parentibus traxit, neque à se peccatum aliquod commisit. Ipse est enim de quo scriptum est, Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Ipse igitur solus est, qui ad patris, & matris mortem, & peccatum non accessit. Dicat igitur, & confidenter dicat. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Hoc enim significabat illa vacca rufa, quæ sine macula fuisse describitur. De qua modò in Apostolo, cum legeretur, audiuimus. Sic enim dixerat dominus Moysi: Præcipe (inquit) populo, vt adducat ad te vaccam rufam, non habentem maculam, ætatis integram, & quæ nunquam portauit iugum: & cætera quæ sequuntur. Sed quid vacca rufa, nisi caro Christi saluatoris, de alimento patriarcharum, & prophetarum assumpta, intelligitur? Sed quare rufa, nisi quia proprio sanguine cruentata?

Cur autem etatis integra, nisi quia in iuuentute passus est dominus? In iugum autem non traxit, quia peccatum non fecit. Nolite (inquit Apostolus) iugum ducere cum infidelibus. Vnde & immaculata dicitur. Vnde & modò dominus ait, *Quis ex vobis arguit me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Quia (inquit) ex vobis arguet me de peccato? quid vidistis in me quod merito reprehendere debeatis? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? quia ex Deo non estis? Qui enim est ex Deo, verba Dei audit: & propterea vos non audistis, quia ex Deo non estis.* Si enim ex Deo omnia sunt, quomodo isti ex Deo non sunt? Omnia enim ex Deo sunt, quia ab eo creata sunt. Vnde & de saluatore nostro superius dicitur, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sunt igitur isti ex deo secundum naturam, sed non sunt ex deo secundum malitiam: sunt ex deo secundum creationem, sed non sunt ex deo secundum corruptionem. Quicquid enim ex Deo est, bonum est: & quicquid bonum non est, à Deo non est. Sic igitur mali ex Deo sunt, & ex Deo non sunt. *Respondit ergo Iudaei & dixerunt ei: Nōne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Miseri Iudaei, vos ipsi verum esse probatis id quod modò dominus ait, quia ex deo non estis. Si enim ex deo essetis, hæc dei filio non diceretis. Idem enim hæc dicitis, quia ex patre diabolo estis. Respondit Iesus, Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Vbi que dominus ad patientiam, & mansuetudinis exemplum nos prouocat. Accepta iniuria non irascitur, neque conuitia conuitiis reddit, & demonium se non habere respondit, se tamen Samaritanum esse non negat. Si enim Samaritanum se esse negasset, ipsemet suis verbis contradixisset, quia alibi seipsum Samaritanum vocat. Recordare illius euangelij, vbi Samaritanus sanatus vulneratum hominem à latronibus, qui descēdebat ab Ierusalem in Ierico. Et quia Samaritanus interpretatur custos, merito dominus Samaritanus vocatur. De quo scriptum est: Custos quid de nobis? Et psalmista: Nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilat, qui custodiunt eam. Ego non quero gloriam meam: est qui querat, & iudicet. Non enim querebat dominus gloriam suam, qui de tanta sublimitate se humiliando factus est opprobrium hominum, & abiectio plebis. Sed est pater, qui querat, & iudicet. Querebat enim pater gloriam filij, ipsumque super omnia iudicabat, quando dicebat, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Hæc igitur gloria super omnem gloriam est. Sequitur: *Amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Quare (inquit) non creditis mihi? quare sermonem meum non seruatis? Amen dico vobis, si quis mihi crediderit, & sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Quid est, mortem non gustabit? Mortis dolorem & amaritudinem non sentiet: mortis vtique non temporalis, sed æternæ. Quod enim dixit in æternum tale est, ac si diceret, Mortem non gustabit æternam. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & propheta mortuus sunt? quem seipsum facit? Ac si dicant, Talis homo nunquam fuit, qualis tu es, si verum est quod dicis: si verum est, vt illi non moriantur, qui sermonem tuum seruauerunt. Maior est tu quam Abraham, & omnibus prophetis maior es tu. Illi enim mortui sunt: tu verò non solum**

immortalis es, sed hos etiam immortales facis, qui tibi credunt, & obediunt. Nimium te exaltas, nimium te glorificas. Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, &c. Sed dicit aliquis: Quomodo ipse non glorificat seipsum, si pater glorificat seipsum, cum idem sit pater, & ipse? Ipse enim dicit, Ego, & pater vnum sumus. Si enim vnum sunt, quem pater glorificat, & filius glorificat. Glorificat igitur & ipse filius seipsum. Quid est ergo quod ait, Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est? Quia enim saluator noster & Deus & homo est, si secundum diuinitatem glorificat seipsum, magna est gloria eius. Magna quippe gloria est, paralyticos curare, cæcos illuminare, leprosos mundare, ventis imperare, super mare sicis pedibus ambulare, & mortuos suscitare. Sed omnis ista gloria; diuinitatis est. Si verò secundum humanitatem glorificat seipsum, gloria eius nihil est. Glorificatur enim homines, non quia homines sunt, sed quia sapientia, & fortitudine, aliisque virtutibus præditi sunt. Hæc autem vbi-cunque sunt, non hominis sed Dei sunt. Idemque Apostolus ait, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Idemque Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ. Sequitur: *Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, & vidit, & gauisus est.* Omnes enim patriarchæ, & prophetae, Christi natiuitatis diem cum magno desiderio expectabant, per quem ad supernam beatitudinis gloriam se venturos esse sciebant. Potest tamen per hunc diem illius temporis dies intelligi, quod dum stare Abraham ad illicem Mambrae, vidit tres viros, in quibus per spiritum sanctum Christum agnoscentes, vnum adorauit. Sed quid mirum, si prius quam Christus homo feret, Abraham eum vidit, cum ipse quoque Nabuchodonosor in fornace ignis eum se vidisse testetur? *Dixerunt ergo Iudaei ad eum, Quinquaginta annos mundum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus, Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.* Secundum diuinitatem loquitur, sed illi hoc non intelligunt, quia non Deum, sed hominem vident. Homines vtique parue ætatis, & longè à temporibus Abraham. Et cum verborum rationem quætere debuissent ab eo, cuius verba non vana, & otiosa esse sciebant, vt quia ipsi per se eum intelligere non poterant, ipse eis verba sua exposuisset, ad lapides concurrunt, & eum occidere volunt. Vnde & subditur: *Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum: Iesus autem abscondit se, & exiit de templo.* Abscondit se Iesus, & exiit de templo, non secundum quod est, antequam Abraham, sed secundum hoc quod est filius Abraham. Facile est itaque duas naturas in Christo cognoscere: vnam secundum quam omnis creatura ei obedit, alteram, super quam turba iniquorum impia sæuit. Quod autem Iesus se abscondit, non timor est, sed significatio, figura est, non trepidatio. Abscondit se Iesus, sed malis occultatur vita & iniquis. Vtque hodie nãque quærunt Iudaei Iesum, & non inueniunt. Legunt in lege, & prophetis, veritatem tamen inuenire non possunt. Quare hoc? Quia Iesus abscondit se, & exiit de templo. Vnde ipse ait: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Voces quoque angelorum, vt Iosephus refert, in templo audite sunt dicentium, Relinquamus hæc sedes. Beati igitur Christi-

fiani, quibus solis vita reuelatur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

EVTHYMI ZIGABONI superioris Euangelij expositio.

Quia ex vobis arguit me de peccato? Si ita non est, quod, quia veritatem dico, non creditis mihi, dicite; quis vestrum arguit me de peccato, quod à me fiat, vt propter illud videamini non credere? Porro si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Si neque ideo, quia veritatem dico non creditis mihi, neque quoniam vestrum arguit me de peccato, sane veritatem dico. Si autem veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Postquam ita conuicit eos de industria peccare, vterius ratiocinatur. *Qui ex Deo est, verba Dei audit, &c. Qui ex Deo est, verba Dei recipit, & que patet: vos non recipitis, ex Deo igitur non estis, & ex consequenti mentimini dicentes, patrem vos habere Deum, & ex Deo esse.* Loquendo itaque de creatione, omnes ex Deo sunt: iuxta modum vero familiaritatis, soli illi, qui verba Dei audiunt, & que obediunt, & à moribus, quod rationale est, ostendunt. *Nōne bene dicimus nos, quod Samaritanus es tu, & demonium habes?* Per interrogationem legendum est. Vocabant autem eum Samaritanum, vt pote non exacte seruantes legem, sicut illi videntur erant Samaritani. Dæmonium vero habentem, tanquam Dei honorem in seipsum deriuantem: nam tales sunt dæmones: sed hic tanquam is, qui in veritate Deus erat, illi vero quasi seductores, ego demonium non habeo. Deum non dehonesto sicut dæmones, nec ipsum honore suo deicio. Sed honoro patrem. Honorans namque patrem ostendo vos non habere Deum patrem, neque ex Deo esse. Si quidem ignominia est eius, qui homines beneuolentia profecit, patrem esse homicidarum. Et vos contumelia me affecistis. Samaritanum, ac dæmoniacum appellantes. Itaque patrem honorans ostendi vos Deum non habere patrem: vos autem filium ignominia afficietes, honore priuastis & patrem. Prædictum enim est, quod, qui non honorat filium, non honorat patrem, qui misit illum. Ego autem non quero gloriam meam. Vindictam contumeliæ meæ, est qui querat, & iudicet. Pater, propter quem honore me priuastis, & ad quem filij ignominia transire cernitur. Nam, etsi omne iudicium dedit filio, non tamen quod se honore priuauerit, sed quod verbum patris sit filius. Vide autem, quod quando patrem sibi dixerunt esse Deum: libere respondit, & grauitate eos obiurgauit: quando vero contumelia eum affecerunt, modeste respondit, ac mansuete. Hinc enim nos docuit, vt admitta in Deum vindicemus, in nos autem ne gligamus. Nam & ipse factam in se iniuriam prætermittens, ad admonitionem conuertitur. *Mortem non videbit in æternum, quod demonium habes.* Nunc magis. Dixerunt autem hoc quasi Deo se fecisset ipse maiorem. Abraham mortuus est, & propheta. Qui Dei sermonem seruauerunt. Num tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? &c. Consequens sane erat, vt dicerent; Num tu maior es Deo? verum non hoc di-

cunt: ne Deo ipsum comparantes, videretur eum potius honorare. Volunt autem ipso etiam Abraham minorem illum ostendere. Nec dixerunt simpliciter Abraham, sed patre nostro Abraham, rursum gloriantes, & de cognatione Abraham se iactantes. *Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.* Nihil est, sicut vos suspicauimini: nam hoc ad illorum cogitationem loquutus est: simile illi dicens; Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. *Est pater meus, qui glorificat me.* Si ego, inquit, magnifico meipsum, videor vobis mentiri: est pater meus, qui magnificat me. Nam prædicto quoque loco similiter dixit; Et qui misit me, pater ipse testimonium perhibuit de me. Primum autem viam præstruit iis, quæ dicturus est, ne gloriari videatur. Vult enim adstruere, quod maior sit quam Abraham: nam hoc in præfati non dixit, propter ipsorum impudentiam. *Quem vos dicitis Deum vestrum esse, & non cognouistis eum.* Non cognouistis eum, vt pote operibus illum negantes. Dicit enim & Apostolus; Confi- tentur se nosse Deum, factis autem negant. Vult etiam eo quod non agnoscatis filij eius, Dicitum est enim; Si me cognosceretis, & patrem meum vtique cognosceretis. vel eo quod non seruetis eius sermonem: nam si cognosceretis eum, sermo- nem eius seruaretis. *Ego autem non inuicui.* Non solum quum ex ipso sum, & eiusdem substantiæ, naturæ, & scientiæ, sed etiam tanquam sermonem eius seruans. Nam & superius dixit; Est verax, qui misit me, quem vos non nostis: ego vero noui eum quia ab eo sum. *Et si dixeris, quod non noui eum, ero similis vobis, mendax.* Vos enim mentimini dicentes, Deum vestrum esse, quum non cognoscatis eum, vt prædictum est. Notitiam autem & cognitionem dicit, nosse simpliciter, & cognoscere, quod sit Deus & pater, non scire Dei naturam: nam ipsa non solum cognosci nequit, verum etiam omnino intelligibilis est, & inaccessibilis, nec tantum hominibus, sed & cælestibus virtutibus. *Sed non eum, & sermonem eius seruo.* Vides, quod Dei sermo- nem seruare, signum sit, quod quis Deum cognoscat. Timeamus igitur, qui Dei præcepta non seruamus, tanquam cum eis constituti, qui Deum ignorant. Deinde probat, quod maior sit quam Abraham. *Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum.* Exultauit, siue concupiuit. Diem autem suum dicit diem passionis. *Et vidit, & gauisus est.* Gauisus est propter salutem mundi. Præcognouit namque mysterium crucifixionis Christi. Desiderauit videre diem ipsius, & vidit illum præfiguratum, & adumbratum, in die quo filium suum Isaac obtulit in holocaustum. Didicit enim, quod, sicut ipse non pepercit filio suo dilecto propter Deum, ita neque Deus pariturus esset filio suo dilecto propter hominem. Et quemadmodum ille portauit ligna holocausti sui, ita & ipse portaturus esset lignum mortis suæ. Veruntamen, sicut, illo non passo, suppositus est aries: ita & hoc manente impassibili, humanitas eius occisa est. Quod si diem eius videre desiderauit, vtique hoc erat tanquam maioris. *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* Putabant enim eum serme esse quinquagenarium, propter multam eius peritiam, & experientiam. Quædam autem exemplaria habent, *Quadragesima, quod videtur esse verius. Amen amen dico vobis, priusquam Abraham fieret, ego sum.* Tanquam Deus. Et non dixit, Ego eram; *Bibl. Hom. tom. 1* Z z 2 sed,

sed, Ego sum, qui semper sum. Fixi liquidem rei creatæ est: Sum vero, increatæ, & creatæ. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Veloces ad cædem. Exasperati sunt enim putantes iniuria affectum esse Abrahâ: simul etiã, vbi cognouissent, quod Dei æternitatem sibi vindicaret. Iesus autem occultatus est. Per diuinitatis potentiam inuisibilis eis effectus. Et exiit de templo. Vt illorum sedaret furorẽ.



FERIA II. POST DOMINICAM PASSIONEM.

I O A N . 7 .

M I S E R V N T principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderent eum. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum qui me misit. Quæretis me, & non inuenietis, & vbi ego sum, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad Iesum: Quis hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? Quis est hic sermo quem dixit: quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.

V DIERUNT Pharisæi. Principes insani audito murmure quo Christus à turba glorificabatur, quærent occidere, quem tamen nondum volentem apprehendere non potuerunt: sed docentem audierunt. Adhuc modicum. Quasi dicat. Quod modo vultis, post facturi estis, sed non modo: quia adhuc modicum tempus vobiscum, sum quo dispensationem meam implere debo, & tunc vado ad eum qui me misit: tunc pati debo. Et qui modo non vultis audire præsentem & miracula facientem, quæretis me post resurrectionem & ascensionem, cum tanta miracula fient per apostolos mea virtute, & cum tanta credet multitudo. Tunc enim compuncti de tanto scelere mortis Christi dixerunt Petro, Quid faciemus? Vobiscum sum. Nô ait ero, sed sum: quia & si secundum quoddam homo mutat loca, secundum quoddam Deus non mutat, cum vbique sit. Vnde alibi: Filius hominis quis est in cælo, quasi dicit, loquens in terra. Non potestis venire, sed potestis. Tales

enim tunc erant qui non possent, sicut & alibi dicit Petro: Non potes me sequi modo, sequeris autem postea: sic nec de istis datur desperatio. Ad semetipsum. Et in dis. vnde domino dicere nescierunt, & tamen illud quod futurum erat nescientes pronunciauerunt. Quod etsi non potentia, per apostolos tamen iturus est ad gentes credituras. Quis est hic. Cum ignorantes prophetassent veritatem, replicantes eandem quæstionem ostendunt se prophetasse ex ignorantia, vt potius ignorasse videantur quam prophetasse. In nouissimo aut. post dissensiones Iudæorum de Iesu, & post verba quæ dixit quibus alij confunderentur, alij docerentur: in vltimo die scenophegiæ vocat non solum loquendo, sed & clamando, vt qui sitit veniat ad eum. Si quis sitit. Bibat spiritum, vt post exponit: & cum biberit, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Venter est conscientia cordis, quæ bibito spiritu purgata viuat, & habet fontem: Et ipsa est fons vel fluuius, qui manat beniuolentia, dū proximo vult consulere. qui bona sua putat sibi soli sufficere, non fluit ille fons. Hier. audacter & tota libertate pronuncio, ex eo tempore quo amplius domino crediderunt habuisse spiritum sanctum, nec potuissent signa facere absque spiritu sancti

sancti gratia, sed pro modulo atque mensura. vnde Saluator clamauit in templo, dicens, Si quis sitit, ue. ad me & bi. qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ven. &c. Hoc autem dixit de spiritu quem ac. e. cre. in eum. Et in eodem loco in. fert. Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus non. e. g. Non quoddam nunc non esset spiritus sanctus, dicente daemonia: Sed qui erat in domino, nec dum notus in amplius morabatur. Quamobrem cum duceretur Iesus ad passionem negant, & Christum se nescire iurant.

CATENA AVREA in idem Euang.

V DIERUNT pharisæi turbam murmurantem de illo. Multa quidem locutus est supra, sed nihil tale fecerunt. quod maxime enim eos mordebat, hoc erat, quod dicitur scilicet Christum glorificabant: Sabbati autem solutio apparentis causa erat, quam scilicet prætendebant: & ipsi quidem non audebant Christum capere, periculum timentes. Ministros autem mittunt tanquam periculis expositos. Aug. Quia ergo non poterant apprehendere nolentem, missi sunt vt audirent docentem. Sequitur enim: Dixit ergo Iesus, adhuc modicum tempus vobiscum sum. Chry. Verba loquitur humilitatis plena, ac si diceret: Quid festinatis me interficere? paruum expectate tempus. Aug. Quod modo ergo vultis facere, facturi estis, sed non modo, quia nolo. Implere enim debeo dispensationem meam, & sic peruenire ad passionem. Chry. Per hoc igitur audaciorẽ turbam terruit, studio siore verò magis audiam faciebat ad audiendum, quasi paruo tempore derelicto, in quo possent hac doctrina potiri. Non autem dixit simpliciter, Hoc sum, sed, vobiscum sum. Quid dicit, Et si persequamini me, non tamen cessabo quæ sunt pro vobis dispensans, & ea quæ sunt ad salutem docens, & monens vos. Quod autem subdit: Et vado ad eum qui, &c. sufficiens erat eos terrere. Theo. Tanquam patri sit de ipsis conquesturus, quia si missum opprobriis affecerunt, non est dubium quoddam & mittenti fecerunt iniuriam, &c. Beda. Dicit autem, Vado ad eum qui misit me, ac si diceret: Reuertens ascendo ad patrem qui me incarnari præcepit, illuc se dixit ire à quo nunquam recessit. Chry. Quod verò eo indigebant manifestat per hoc quod dicit: Quæretis me & non inuenietis. Sed vbi quæsierunt eum Iudæi? Dicit Lucas, quoniam plangebant mulieres super eum. Probabile autem est & multos alios hoc passos esse, & præcipue dum ciuitas caperetur eos meminisse Christi & miraculorum eius, & præsentiam eius quæsisse. Aug. Vel hic iam resurrectionem suam prædixit, quia quæsituri illi erant post resurrectionem compuncti. Noluerunt enim eum agnoscere præsentem, & postea quæsierunt eum videntem in eum multitudinem credentem, vnde multi compuncti dixerunt: Quid faciemus? Viderunt enim Christum suo scelere morientem, & crediderunt in Christum suis sceleribus ignoscentem: & quosque biberent sanguinem, quem fuderunt, de sua salute desperauerunt. Chry. Deinde ne quis eum per mortem communi modo abire existimet, subiungit. Et vbi ego sum, vos non potestis venire. Si verò in morte manerẽt, possent in eum ire: illuc enim omnes abimus. Aug. Non autem dixit, Vbi ero: sed, Vbi sum. Semper enim ibi erat Christus, quo fuerat rediturus: sic rediit, vt nos non dereliqueret. Erat enim Christus secundum visibilem carnem in terra, secundum inuisibilem maiestatem in cælo & in terra. Non autem dixit: Non poteritis, sed, non potestis venire: tales enim tunc erant qui non possent. Nam vt sciatis non hoc ad desperationem dictum, & discipulis suis dixit tale aliquid: Quod ego vado, vos non potestis venire. Denique hoc Petro exposuit, dicens: Quod ego vado, non potes me sequi modo: sequeris autem postea. Chry. Hæc autem omnia induxit, volens eos attrahere: etenim modicum tempus quod relinquebatur, & post recessum ipsum desiderabile esse, & eum non posse de cætero inueniri, sufficientia erant ad suadendum vt ad eum accederent. Per hoc autem quod dicit: Vado ad eum qui me misit, ostendit nullam sibi fieri læsionem ab insidiis eorum, & passionem suam voluntariam sibi esse, passi sunt autem aliquid ipsi Iudæi ad ea quæ dicta sunt, & quærent ad seipos quod debeat ire, quod non erat eorum qui desiderarent ab eo liberari. Sequitur enim: Dixerunt ergo Iudæi ad semetipso, quod hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Sic enim gentes vocabant quasi exprobrantes, & magna in semetipsis gloriantes, quia scilicet gentes vbique disseminatæ erant, & imperfectæ adinuicem permixtæ. Sed hoc opprobrium postea ipsi sustinuerunt, quia vbique dispersi sunt. Antiquitas autem tota gens in vnum collecta erat, sed cum Iudæi vbique terrarum iam gentibus permixti essent, non diceret: Quod ego vado vos non potestis venire, si per hoc gentes intellexisset. Aug. Dixerat autem dominus, Quo ego vado, de sinu patris. Hoc ergo illi nullo modo intellexerunt, & tamen ex hac occasione salutem nostram prædixerunt, quod dominus iturus esset ad gentes, non præsentia corporis, sed tamẽ pedibus suis. Misit enim ad nos membra sua, & fecit nos membra sua. Chry. Non autem dixerunt quod iturus esset ad gentes lædere eas, sed docere. Iam enim iram submiserant, & his quæ dicta erant, crediderant, nequaquam autem nisi credidissent, quæsisset ad seipos: Quis est hic sermo quem dixit, quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, &c. Chry. Cùm recessuri essent domũ celebrata festiuitate dominus dat eis viatica ad salutem: vnde dicitur, In nouissimo autem die magno, &c. Aug. Tunc enim agebatur festiuitas quæ appellatur scenopogia, id est, tabernaculorum constructio. Chry. Quæ per septem dies agebatur, prima autem dies & vltima erat celeberrima secundum legem, & hoc significauit euangelista cùm dixit: In nouissimo die magno festiuitatis. Medios autem dies magis ad voluptatem consumebant. Ideo ergo prima die hoc eis non dixit, sed neque secunda aut tertia, ne ea quæ dicebantur deperirent, eis voluptati vacantibus. Clamat autem propter turbam multitudinem. Theo. Simul quidem vt audibilis fieret, atque vt confidentiam largiretur, & quia neminem formidabat. Chry. Dicit autem, Si quis sitit, ac si diceret: Neminem necessitate & violentia attraho, sed si quis habet desiderium multum, Bibl. Hom. tom. 2. 22 3 hunc

hunc ego voco. Aug. Est enim scis interior, quia est homo interior. Constat autē plus amare hominem interiorē quam exteriorē. Si ergo sitimus, veniamus non pedibus, sed affectibus: nec migrando, sed amando. Chryf. Quia enim de intellectuali loquitur potum, ostendit per hoc quod post inducit: *Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viva*: ostendens quoniam rectam oportet habere cognitionem, & non ita à signis sicut à scripturis credere in ipsum. Etenim superius dixit, *Scrutamini scripturas*. Hieron. in prolo. Genē. Vel hoc testimonium de proverbiis sumptum est, ubi scilicet dicitur: *Deriventur fontes tui foris, & in plateis aquas tuas divide*. Aug. Venter autem interioris hominis, est conscientia cordis eius. Bibito autem isto liquore viuescit purgata conscientia, & hauriens fontem habebit, & ipsa fons erit. Quis est fons, vel quis est fluuius, & ipsa fons erit. Quis est fons, vel quis est fluuius? Benevolentia qua vult consulere proximo. Bibunt ergo, qui credunt in domino. Si autē putat qui bibit quoddam soli ipsi debet sufficere, non fluit aqua viva de ventre eius. Si autem proximo festinat consulere, ideo non siccatur, quia manat. Greg. sup. Ezech. Cū enim à mente fidelium sanctæ prædicationis verba defluunt, quasi de mēte credentium aquæ vivæ flumina decurrunt. Ventris autem viscera quid sunt aliud nisi mētis interna, id est recta intentio, sanctum desiderium, humilis ad Deum, pia ad proximum voluntas? Chryf. Dicit autem *flumina*, & non flumen: copiositatem & vberitatem occultè insinuans. Viuetem autem aquam dicit, agentem semper. Spiritus enim gratia cum in mentem intraverit & firmata fuerit, omni fonte magis manat: & neque deficit neque euacuatur, neque stat, videbit quis utique hoc, ad sapientiam Stephani, ad Petri linguam, ad Pauli fluxum inspicies. Nihil enim eos detinebat, sed sicut flumina multo impetu delati, omnia secum trahentes abibant. Aug. Ad qualem autē potum dominus inuissit, exposuit euangelista, & dixit: *Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum*. Quem dicit spiritum nisi spiritum sanctum? nam vnusquisque homo habet in se proprium spiritum. Alcui. Spiritum autem sanctum ante ascensionem apostolis promissit, post ascensionem in linguis igneis dedit. Inde dicit: *Quem accepturi erant credentes in eum*. Aug. Erat ergo spiritus Dei, sed nondum in eis erat qui crediderant in Iesum. Ita enim disposuit nō eis dare spiritum istum, nisi post resurrectionem suam.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superius
Euang. Homil. 1.

Aviduerunt ergo pharisæi turbam murmurantem, & miserunt ministros, ut apprehenderent eum. Vides quoddam sabbati solutionem causabantur? sed quod maxime eos angeret, hoc erat. Nunc enim nihil habebant, quod accusarent: neque re, neque verbis, propter turbam tamen eum apprehendere voluerunt. Ipsi autem propter periculum non sunt ausi, sed miserunt ministros. O violentiam!

ostultitiam, vel insaniam potius! Cū sæpè conati, eum apprehendere non potuerint, ministros mandarunt. Atqui multa apud pharisæos locutus est, & nihil tale moliti sunt. Quæ fuerunt quidem, non tamen tentarunt, nunc non amplius perpetuantur, cum turba eum esset consecuta. Quid ergo Christus? *Adhuc modicum tempus vobiscum sum*. Cū possit & flectere, & perterrire audientes, quantavis loquitur humilitate? quasi dicat: Quid me interficere queritis? quid me persequimini? Modicum expectate, & nō sequentibus vobis me vobis capiendum exponam. Inde ne quis communem mortem arbitraretur, cū dixisset, *Adhuc modicum tempus vobiscum sum*, ita enim arbitrabatur: ut hanc tolleret opinionem, quia nemo post finem prohibet: subdit, *Et vbi sum ego, vos non potestis venire*. Nam, si permanens fuisset in morte, ire sanè potuissent, eo nanque omnes proficiscimur. Simplior autem multitudo his verbis mouebatur, audacior timebat, studiosior festinabat ad audiendum, ac si breue sibi tempus relinqueretur ad eius doctrinam percipiendam. Et non dixit, hic sum, sed, *vobiscum*: hoc est, quamuis me persequamini, quamuis exagitetis, non cessabo tamen quin vos ædificem, & quæ saluti vobis sunt, prædicem, & admoneam. *Et vado ad eum, qui misit me*. Hæc particula sufficiens erat, quæ terrorem incuteret: & sollicitudinem. Quod enim se indigerent, ostendit. *Quæretis enim me, inquit, non solum obliuioni non mandabit, sed quæretis me, Et non inuenietis*. Et vbi nam quæserunt eum Iudæi? Dicit Lucas, quod plangebant mulieres super eo, & alios multos credibile est, & statim captis Hierosolymis, Christi, & miraculorum eius meminisse, & eum desiderasse debuerunt. Hæc autem ait Iesus, ut eos alliceret. Quod enim modicum tempus relinqueretur, & post abitum suum desideraretur: neque enim potuerit amplius inueniri, satis eos allicere debuisset. Nam, si non erat futurum ut desideraretur, nihil persuasionis dignum dixisset: si verò desiderandus erat, & tamen potuisset inueniri, non multum eos mouisset. Ac si diutius cum his permanens fuisset, hoc etiam eos negligentiores reddidisset: his autem verbis plurimum eos excitat, & perterret. Hæc autem particula, *vado ad eum qui misit me*: nihil sibi detrimenti eorum insidias allaturas, & sponte sua se passionem subiturum significat. Duo ergo prædixit, & se paulò post abiturum, & illos ad ipsum non venturos, quod non fuit humanitatis, ut finem suum prædiceret. Quare Dauid: *Notum mihi fac, inquit, finem meum, & numerum dierum meorum quis est, ut sciam, quid desit mihi: & profectò nemo hoc nouit*. Ex vno autem & alterum confirmatur. Ego autem hæc verba ad ministros dicta arbitror, ut eos maxime alliceret, ostendendo se aduentus eorum causam intelligere: quasi diceret. Expectate paululum, & abibo. *Dicebant ergo Iudæi ad semetipsos; Quo hic iurus est?* Atqui illi desiderabant, & totis viribus nitentur, ut abiret, ne eum viderent. Quamobrem non erat eis querendum, quo esset iurus, sed præferenda letitia, & rogandum quando abiret. Verum mouentur his verbis, & secum stultè suspicantur, quo abiturus sit. *Nunquid in dispersionem gentium?* Hoc est, quod Iudæi dispersionem gētes appellabant, quia vbique dispersæ essent, & promiscuè inimicem miscerentur: quam ignominiam ipsi postmodum

EIVSDEM IN IDEM

Homilia 2.

modum subierunt, ipsi nanque facti sunt dispersio. Antiquitas enim Iudeorum natio in sola Palestina, & nusquam alibi inueniebatur. Propterea dispersionem Gentiles vocabant eis exprobrando, de iactando. Quod autem dicit; *Quo ego vado, vos non potestis venire*: illis omnes tunc commixti erant, & vbique terrarum erant Iudæi: non ergo, si Gentes significaret, diceret, *Quo vado, vos non potestis venire*. Nam illis dicentibus; *Nunquid in dispersionem Gentium iurus est?* non ut offenderet, sed ut doceret, his vsus est verbis, quibus sedata ira crediderunt, neque enim aliter quæsiissent inuicem, quid diceret. Verum hæc illius dicta sunt, sed timendum ne in nobis quoque ea verba locum habeant, quod vbi est, venire non possumus. Siquidem vita nostra scelerum plena est. De discipulis enim ait: *Volo, ut vbi ego sum, & illi sint mecum*. De nobis contra timeo, ne dicitur; *Vbi ego sum, vos non potestis venire*. Quomodo enim poterimus, cū contraria quàm præcipiatur, operemur? Etenim inter seculi homines, si quis militum præter regis voluntatem facit, ad regem non admittitur, sed munere, & dignitate exauthoratus, ultimo afficitur supplicio. Itidem & nos, cū cupiditati seruimus, cū rapimus, cū vim inferimus, cū verberamus, cū non facimus eleemosynam, illic nullo pacto admittemur: sed id nobis, quod & virginibus accidit, quibus ad sponsum ingredi non licuit: sed, extinctis lampadibus, hoc est, gratia deficiente, abierunt. Etenim igne illum, quem spiritus gratia statim accipimus, modo velimus, augebimus: sin minus, extinguetur, quo extincto, solè tenebræ animas nostras occupabunt. Vt enim, ardente lampade, lux vndique diffunditur: ita extincta, occupant tenebræ. Ideo inquit; *Nolite spiritum extinguere*. Extinguitur enim, cū oleum deficit, cū vehemētiore quædam vis venti perflat, cū comprehenditur, & arcum cogitur. Sic enim ignis extinguitur. Cōprehenditur namque à curis secularibus, extinguitur malis cupiditatibus. Nihil præterea ita eum extinguit, ut in humanitas, rapina, crudelitas. Quando enim olei defectui aquam etiam frigidam superaddimus, hoc est, cupiditatem, iniustorum animas perdentem quomodo iterum poterit accendi? Cū ergo hinc migrabimus, & cinerem, puluerem referemus, atque etiam fumum densiorem, qui nos accusabit, quod lampades extinxerimus. Vbi enim fumus est, necessario illic ignis extinctus: sed abiret, ut hanc quispiam vocem audiat; Nescio vos. Audiemus enim, si, viso paupere, itidem ac si non videremus, afficimur: si esurientem Christum ignorabimus, ignorabit & ipse nos, quum misericordia indigebimus: & merito quidem. Qui enim miserum negligit, qui nō optulatur indigenti, quo vultu aliena postulabit? Quamobrem curemus, quæso, adnitamur, ne decidamus à misericordia, sed impleamus lampadas, ad sponsum in thalamum ingrediamur: ad quem vti nam omnes admittamur, gratiā, & benignitate domini Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

In nouissimo autem die magno festiuitatis, stabat Iesus, &c. Qui ad diuinam accedunt prædicationem, & fidei vacant, sitientium eos, desiderium præ se ferre oportet: ita enim, quam audient doctrinam, poterunt fideliter continere. Etenim qui sitiunt, poculum quàm cupidissime hauriunt, & ita recreantur: itidem & qui diuinos sermones audiunt, si sitientes acceperint, nunquam fatigabuntur, quoad totum biberint. Quod enim semper esurire, & sitire oportet; Beati, inquit, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Et hoc in loco; Si quis sitit, veniat ad me, & bibat: Hoc est nemini vim facio, neminem traho: sed, si quis libens, & promptus accedit, si quis ardet desiderio, hunc ego aduoco. Sed quam gratia Euangelista nouissimum diem magnum festiuitatis fuisse admonuit? Etenim primus, & vltimus magnus erat, medijs autem potius in delicijs consumebantur. Cur igitur in nouissimo? Quia omnes conueniebant, in primo enim nō aderat, & causam dixit fratribus: sed neque secundo, neque tertio quicquam tale locutus est, ne irrita verba caderent, cū delicijs vacaturi essent. Nouissimo autem, quoniam domum erat redituri, præbet eis ad salutem viaticum. *Et clamabat*: hoc est, si dēter loquebatur, & hoc propter magnam turbam. Et vbi de spiritali potu loqui se ostendēret; addit: *Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viva*. Venter enim cor dicit: vbi alio in loco, Et legem tuam in medio ventris mei. Et vbi nam dicit scriptura; *flumina de ventre eius fluent aqua viva*? Nusquam. Quomodo igitur hic textus intelligitur? Hoc in loco ita distinguendum est, ut hæc particula, *flumina de ventre eius fluent aqua viva*, Christi sententia sit. Quis enim multi dicerent; Hic est Christus, Christus, quando venerit, nunquid plura signa faciet? rectam habedam cogitationem, neque ita signis, ut scripturis credendum asserit: Nam multi cū miracula facientem viderent, Christum tamen non arbitrabantur. Dicturi autem erant; nonne scripturæ dicunt, Christum à semine Dauid venire? & frequenter dicebant: quare vult in iudæis eorum se non fugere assertionem. Ideoque ad scripturas iterum relegat. Superius enim dixerat; *Scrutamini scripturas: & iterum*, Scriptum est in prophetis; Et erunt omnes docibiles Dei: & Moses vos accusat. Et hoc in loco, *sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viva*. Vt abundantiam, & copiam gratiæ significet: ut alibi; Fons aquæ salientis in vitam æternam: Hoc est, multam gratiam consequentur. Alibi vitam æternam, hic aquam dicit, hoc est, semper operantem. Spiritus enim gratia cū menti illapsa est, tamque irrigarit, omni fonte vberius scaturit; nunquam deficit: nunquam vacuatur, nunquam stat. Simul autem & indeficientem copiam & incredibilem operationem & fontem, & fluuios appellauit, & non vnum, sed innumeros. Et illic salientis, pro inundantis positum est, quod facile quiuis deprehendere poterit, si Stephani sapientia, Petri linguam, Pauli vim considerauerit. Quo pacto nihil eos extulit, nihil deiecit, non populorum furor, non tyrannorum persecutiones; non dæmonum insidiæ, non quotidiana mortis: sed more fluminis,

nis, vehementi lapsu delati, & omnia trahentes enaserunt.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hipponensis in idem Euang.
Homilia 1.

Pincipes verò illi audita multitudinis fide, & eo murmure, quo Christus glorificabatur. *Tract. 31. in Ioan.* Miserunt ministros, ut apprehenderent eum. Quem apprehenderent, adhuc nolentem? Quia ergo non poterant apprehendere nolentem, missi sunt, ut audirent docentem. Quid docentem? *Ioan. 15. Act. 3.* Dicit ergo Iesus, Adhuc modicum tempus vobiscum sum. Quod modo vultis facere, facturi estis, sed non modo, quia modo nolo: Quare adhuc modo nolo? quia adhuc modicum tempus vobiscum sum: Et tunc vado ad eum, qui me misit. Implere debeo dispensationem meam, & sic peruenire ad passionem meam. *Luc. 23.* Queretis me, & non inuenietis, & ubi sum ego, vos non potestis venire. Hic iam resurrectionem suam prædixit: noluerunt enim agnoscere præsentem, & postea quaesierunt, cum viderent in eum multitudinem iam credentem: magna enim signa facta sunt, etiam cum dominus resurrexit, & ascendit in caelum. Tunc per discipulos facta sunt magna, sed illi per illos, qui & per seipsum: ipse quippe illis dixerat, Sine me nihil potestis facere. Quando claudus ille, qui sedebat ad portam, ad vocem Petri surrexit, & suis pedibus ambulavit, ut homines mirarentur: sic eos allocutus est Petrus, quia nõ in sua potestate ista fecit, sed in virtute illius, quem ipsi occiderunt, multi compuncti dixerunt: Quid faciemus? Viderunt enim se ingenti crimine impietatis affectos, quando illum occiderunt, quem venerati, & adorare debuerunt, & hoc putabant esse inexpiable: magnum enim facinus erat, cuius consideratio illos faceret desperare: sed non debebant desperare, pro quibus in cruce pendens Dominus est dignatus orare: dixerat enim; Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Videbat quosdam suos inter multos alienos, ab illis iam petebat veniam, à quibus adhuc accipiebat iniuriam: Non enim artēdebat, quod ab ipsis moriebatur, sed quia pro ipsis moriebatur. Multum est quod illis concessum est, & ab ipsis & pro ipsis, ut nemo de sui peccati dimissione desperet quando illi veniam meruerunt quod occiderunt Christum. Mortuus est Christus pro nobis, sed nunquid à nobis? At vero illi viderunt Christum suo scelere morientem, & crediderunt in Christum suis sceleribus ignoscentem: quousque biberent sanguinem, quem fuderant, de sua salute desperauerunt: ergo hoc dixit; *Ioan. 3.* Queretis me, & non inuenietis, & ubi sum ego, vos non potestis venire: quia quaesituri illum erant post resurrectionem compuncti: nec dixit, ubi ero: sed, ubi sum. Semper enim ibi erat Christus, quo fuerat rediturus: sic enim venit, ut non recederet: vnde alio loco ait; Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis, qui est in caelo: non dixit, qui fuit in caelo. In terra loquebatur, & in caelo se esse dicebat. Sic venit ut inde nõ abscederet; sic rediit, ut nos non derelinqueret. Quid miramini? Deus hoc facit. Homo enim secundum corpus in loco est, & de loco migrat, & cum ad alium locum venerit, in eo loco, vnde venit, non

est, Deus autem implet omnia, & ubique totus est, non secundum spatia teneret locis: erat tamen Christus secundum visibilem carnem in terra: secundum inuisibilem maiestatem in caelo, & in terra. Ideo ait, ubi ego sum, vos non potestis venire: nec dixit, nõ poteritis sed, non potestis. Tales enim tunc erant, qui non possent: nam ut sciatis non hoc ad desperationem dictum; & discipulis suis dixit tale aliquid; Quod ego vado, vos non potestis venire: cum pro illis orans dixerit, Pater, volo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum. Denique hoc Petro exposuit, & ait illi. Quod ego vado, nõn potes me sequi modo, sequeris autem postea. *Ioan. 17. Ioan. 13.* Dixerunt ergo Iudaei, nõ ad ipsum, sed ad semetipsos. Quod hic iturus est quia non inuenietis eum: Nunquid in dispersionem gentium iturus est, aut ducturus gentes? Non enim sciebant qui dixerunt, sed quia ille voluit, prophetauerunt. Iturus enim erat dominus ad gentes, non praesentia corporis sui, sed tamen pedibus suis. Qui erant pedes eius? Quos pedes cõculcare volebat persequendo Saulus, quando ei caput clamabat, Saule, Saule, quid me persequeris? *Act. 9.* Quis est hic sermo quem dixit, Queretis me & non inuenietis & ubi sum ego, vos non potestis venire? Vnde hoc dixit dominus nescierunt, & tamen aliquid quod futurum erat, nescientes pronunciauerunt. Dixit enim hoc dominus, quia locum, si tamen dicendus est locus, id est, sinum patris, vnde nunquam discessit vnigenitus filius, non illi nouerant, nec cogitare idonei erant, ubi erat Christus, vnde non recessit Christus, quod rediturus erat Christus, ubi manebat Christus. Vnde hoc cordi humano cogitare, aut linguae explicare? Hoc ergo illi nullo modo intellexerunt, & tamen ex hac occasione salutem nostram prædixerunt, quod dominus iturus esset ad dispersionem gentium, & impleturus quod legebant, & non intelligebant, Populus quem non cognouit, seruiuit mihi, in obauditu auris obaudiuit mihi: illi non audierunt; in quorum oculis fuit, illi audierunt in quorum auribus sonuit. Illius enim Ecclesiae venturae de gentibus typum gerebat mulier, quae fluxum sanguinis patiebatur, & non videbatur, nesciebatur, & sanabatur. Figura quippe erat quod dominus interrogauit, Quis me tetigit? Quasi ignorans ignoratē sanauit, sic fecit & gentibus: non eum didicimus in carne, & meruimus carnem eius mādudare, & in carne eius membra esse. Quare? Quia misit ad nos. Quos? Praecones suos, discipulos suos, seruos suos, redēptos suos, quos creauit, sed quos & redemit fratres suos: totum parum dixit, membra sua semetipsum; misit enim ad nos membra sua, & fecit nos membra sua. Tamen secundum speciem corporis quam Iudaei viderunt, & contēpserunt, non apud nos fuit Christus, quia & hoc de illo dictum erat, sicut Apostolus dicit? Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Ad illos debuit venire, à quorum patribus, & quorum patribus est promissus: ideo & ipse sic ait, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel: sed quid dicit Apostolus in sequenti? Gentes autem super misericordiam glorificare Deum: quid & ipse dominus: Habeo alias oues, quae non sunt ex hoc ouili: qui dixerat, Non sum missus nisi ad oues quae perierant domus Israel: quomodo habet alias, ad quas non est missus, nisi quia significauit per praesentiam

sentia corporalem non se missum exhibere nisi solis Iudaeis, qui viderunt, & occiderunt, & multi tamen inde & antea, & postea crediderunt? Messis prima, de cruce ventilata est, ut essent semem, vnde de alia messis confulgeret. Nunc vero cum fama Euangelij, & bono eius odore excitati credunt fideles eius per omnes gentes erit expectatio gentium, quando veniet, qui iam venit, quando ab omnibus videbitur, qui tunc à quibusdam visus non est, à quibusdam visus est: quando veniet iudicaturus qui venit iudicandus, quando veniet discreturus, qui venit ut discerneretur. Non enim ab impiis Christus est discretus, sed cum impiis iudicatus: de illo enim dictum est. Inter iniquos reputatus est. Latio euasit, Christus damnatus est: accepit indulgentiam criminosis, damnatus est qui omnium criminosa conscientiam relaxauit: tamen & ipsa crux si attendas tribunal fuit. In medio enim iudice constituto, vnus latro qui credidit liberatur, alter qui insultauit, damnatus est. Iam significabat quod facturus est de viuus & mortuis, alios positurus ad dexteram, alios ad sinistram. Nihil ergo medium erit. Similis ille latro futurus ad sinistram, similis alter futurus ad dexteram, iudicabatur, & iudicium minabatur.

EIVSDEM IN IDEM
Homil. 2.

Inter diffentiones, & dubitationes Iudaeorum de domino Iesu Christo, inter cetera quae dixit quibus alij confundentur, alij docerentur, *Ex Tract. 32. in Ioan.* Nõn sum festiuus die illius. Tunc enim ista agebantur, quae appellantur scenopegia, id est tabernaculorum constructio, de qua festiuitate iam antè meminit charitas vestra fuisse disertum, vocat dominus Iesus Christus, & hoc non vtunque loquendo, sed clamando, ut qui sitit, veniat ad eum. Si sitimus, veniamus, & non pedibus sed affectibus, nec migrando sed amando veniamus: quantum secundum interiore & qui amat, migrat. Et aliud est migrare corpore, aliud corde: migrat corpore, qui motu corporis mutat locum: migrat corde, qui motu cordis mutat affectum. Si aliud amas, aliud amabas, nõ ibi es, ubi eras: clamat ergo nobis dominus; *Rom. 15.* Stabas enim & clamabas, si quis sitit veniat ad me, & bibat: qui credit in me, sicut scriptum est, flumina de ventre eius fluunt aquae viuae. Quid hoc est, & quado Euāgelista exposuit, immorari nõ debemus: vnde enim dixerit dominus; Si quis sitit, veniat ad me & bibat, & qui credit in me, flumina de ventre eius fluunt aquae viuae: consequenter exposuit Euāgelista, dicens, Hoc autem dixit de spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim fuerat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Est ergo situs interior, & venter interior, quia est homo interior. Et ille quidem interior inuisibilis, exterior autē visibilis: sed melior interior quam exterior. Et quod non videtur hoc plus amatur, constat enim plus amari hominem interiorem quam exteriorem: vnde hoc cõstat, vnusquisque in seipso probet. Quamuis enim qui male viuunt, animos suos corpori addicant, viuere tamen volunt, quod non est nisi animi: magisque seipos indicant qui regunt, quam illa quae reguntur. Regunt enim animi, reguntur corpora. Gaudet vnus-

quisque voluptate, & capit de corpore voluptatem: Sed sepe animam, nihil restat in corpore, quod gaudeat, & si de corpore gaudet, animus gaudet. Si gaudet de domo sua, de se non debet gaudere? Et si habet animus, vnde delectetur extrinsecus, sine delitiis manet intrinsecus? Omnino constat plus amare hominem animam suam quam corpus suum: sed & in alio homine plus amat homo animam quam corpus. Quid enim amatur in amico, ubi est amor sincerior, & castior? Quid amatur in amico, animus an corpus? Si fides amatur, animus amatur: si benevolentia amatur, benevolentiae sedes animus est. Si hoc amas in altero, quia & ipse amat te, animam amas, quia non caro, sed animus amat: ideo enim amas, quia te amat: quæro vnde te amet, & vides quid amas: plus ergo amatur, & non videtur. Aliquid etiam volo dicere, ubi magis appareat dilectioni vestrae, quantum ametur animus, & quemadmodum corpori præponatur. Illi ipsi lasciuu amatores, qui pulchritudine corporum delectantur, & forma membrorum accenduntur, tunc amant amplius, quando amantur: nam si amet & sentiat, quia odio habetur, magis irascitur quam diligit. Quare magis irascitur quam diligit? Quia non ei redditur quod impendit. Si ergo ipsi corporum amatores redamari se volunt, & hoc magis eos delectat, si amentur, quales sunt amatores animorum? Et si magni sunt amatores animorum, quales sunt amatores Dei, qui pulchros animos facit? Sicut enim animus facit decus in corpore, sic Deus in animo: non enim facit corpori vnde ametur nisi animus, qui cum migrauerit, cadaver horrescit, & quantumcunque pulchra illa membra dilexeris, sepelire festinas: decus ergo corporis animus, decus animi Deus. Clamat ergo Deus, ut veniamus, & bibamus, si intus sitiamus: & dicit, quia cum biberimus, flumina aquae viuae fluunt de ventre nostro. Venter interioris hominis conscientia cordis est. Bibito ergo de isto liquore, reuiuifit purgata conscientia & hauriens fontem habebit: etiam ipsa fons erit. Quid est fons, & quid est fluius, qui manat de ventre interioris hominis? Benevolentia qua vult consulere proximo. Si enim purer quia quod bibit, soli ipsi debet sufficere, non fluit aqua vna de ventre eius, si autem proximo festinat consulere, ideo non siccatur, quia manat. Videremus nunc, quid sit quod bibunt, qui credunt in domino, quia vtiq; Christiani sumus, & si credimus, bibimus, & vnusquisque in seipso debet agnoscere, si bibit, & si viuunt ex eo, quod bibunt non enim nos deserit fons, si non deseramus fontem. Exposuit Euāgelista, ut dixi, vnde dominus clamasset, ad qualem potum inuississet, & quid bibentibus propinasset, dicens, Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum, nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Quem dicit spiritum, nisi sanctum spiritum? Nam vnusquisque homo habet in se proprium spiritum, de quo loquebar cum animam commendarem: animus enim cuiusque, proprius est spiritus eius, de quo dicit Paulus Apostolus, Quis enim scit hominū quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Deinde adiunxit, Sic & quae Dei sunt, nemo scit nisi spiritus Dei. Nostra nemo scit, nisi spiritus noster. Non enim noui quid cogitas, aut tu quid cogito: ipsa enim sunt propria

propria nostra, quæ interius cogitamus, & cogitationum vniuscuiusque hominis ipsius spiritus testis est. Sic & quæ Dei sunt, nemo scit nisi spiritus Dei: nos cum spiritu nostro, Deus cum suo: ita tamen vt Deus cum suo spiritu sciat etiam quid agatur in nobis: nos autem sine eius spiritu scire non possumus quid agatur in Deo. Deus autem scit in nobis, & quod ipsi nescimus in nobis: nam infirmitatem suam Petrus nesciebat, quando à domino quoddam ter esset negaturus audiebat, & æger se nesciebat, medicus ægrum sciebat. Sunt ergo quædam, quæ Deus nouit in nobis, nescientibus nobis: tamen quantum ad homines pertinet, nemo sic se nouit quomodo ipse homo. Alius nescit quid in illo agatur, sed spiritus eius nouit. Accepto autem spiritu Dei, discimus & quid agatur in Deo, non totum, quia non accepimus totum. De pignore multa nouimus: pignus enim accepimus, & huius pignoris plenitudo postea dabitur. Interim in hac peregrinatione pignus nos consolatur, quia qui nos dignatus est oppignerare, multum paratus est dare. Si talis est arra, quid est cuius est arra?

BEDÆ VENERABILIS
presbyteri eiusdem Euang.
expositio.

Deo audita multitudine fide murmurabant, quia Christus glorificabatur: & cito miserunt ministros, vt eum comprehenderent: quem apprehendere non poterunt, adhuc nolentem, vt comprehenderetur: sed audierunt docentem, qui venerant apprehendere. *Dixit ergo Iesus, Adhuc modicum tempus vobiscum sum. Quod modo vultis facere, facturi estis, sed non modo. Quod modo nolo, quare adhuc modo nolo? quia adhuc modicum tempus vobiscum sum, Et tunc vado ad eum qui misit me. Implere debeo dispensationem meam, & sic peruenire ad passionem. Quæretis me, & non inuenietis, &c.* Hic iam resurrectionem suam prædixit. Noluerunt enim agnoscere præsentem, & postea quæsierunt, cum videret multitudinem iam credentem. Magna enim signa facta sunt, & iam dominus resurrexit, & ascendit in caelum: tunc per discipulos facta sunt magna, sed ille per illos fecit, qui & per se ipsum. Ipse quippe illis dixerat: Sine me nihil potestis facere. Quare non poterunt venire? quia noluerunt credere: quia nullus sine fide saluari potest. *Dixerunt ergo Iudæi, non ad ipsum, sed ad semetipsos: Quid hic iturus est, quia non inueniemus eum? Non enim sciebant quod dixerunt: sed quia ille voluit, prophetauerunt. Iturus enim erat dominus ad gentes, non præsentia corporis sui, sed potestate diuina in discipulis suis, de quibus dixit propheta: Quam pulchri sunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bonam? In his pedibus Christus iturus erat ad gentes, & eas docturus gentes, quæ fidem acceperant, quæ gentes, quas Iudæi sperauerunt, qui verum nescientes prophetauerunt, quia ignorauerant Christum dicentem: Et vbi ego sum, vos non potestis venire. Quare non potestis venire? quia non vultis credere. Quid est quod dixit: Vbi sum ego in his? In sinu patris, consensum patri sum in terra loquebatur, sed in patris sinu se esse monstrabat. Inter cæteras dispensationes domini nostri, & doctrinæ*

nas salutis nostræ, & dubitationes Iudæorum de domino Iesu Christo, quæ dixit, quibus alij confunderentur, alij docerentur, nouissimo festiuitatis illius die (tunc enim ista agebantur) quæ appellatur scenopegia, id est, tabernaculorum constructio, de qua festiuitate iam antea meminit charitas vestra fuisse disertum, vocat dominus Christus, & hoc non vt cuius loquendo, sed clamando, vt qui sitit, veniat ad eum. Sitimus? veniamus, non pedibus, sed affectibus: ne migrando, sed amando veniamus, quanquam secundum interiore hominē, & qui amat, migrat: & aliud est migrare corpore, aliud corde. Migrat corpore, qui motu corporis mutat locum: migrat corde, qui motu cordis mutat affectum. Si aliud amas, aliud amabas, non ibi es vbi eras. Clamabat ergo nobis dominus, stabat enim, & clamabat: *Si quis sitit, veniat ad me, &c.* Quid hoc esset, quando euangelista exposuit, immorari non debemus. Vnde enim dixerit dominus: *Si quis sitit veniat ad me, & bibat: & qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aqua viua: consequenter exposuit euangelista, dicens: Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Hoc tantum sciamus, quia de charitate hoc clamabat dominus Iesus. Clamat ergo, & dicit vt veniamus, & bibamus, si intus sitiamus: quia cum biberimus, flumina aquæ viuæ fluent de ventre nostro. Venter interioris hominis, conscientia cordis eius. Bibito ergo isto liquore, reuiuiscit purgata conscientia: & hauriens fontem habebit: ipsa etiam fons erit. Quid est fons, vel quid est fluuius, qui manat de ventre interioris hominis? Beneuolentia quia vult consulere proximo. Si enim puter quia quod sibi bibi sufficit, arescit, & non sinit aqua viua de ventre eius. Si autem proximo festinat consulere, ideo non siccatur, quia manat. Videamus quidnam sit quod bibunt, qui credunt in Deum: quia vtique si Christiani sumus, & credimus, bibimus: & vnusquisque in se debet cognoscere si bibit, vt si bibit, fluat ex eo, quod bibit. non enim nos deseret fons, si non deseramus fontem. Exposuit euangelista, & dixit vnde dominus clamasset, ad qualem potum inuitasset, quid bibentibus propinasset, dicens: *Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.*

THEOPHYLACTI EPI-
scopi Bulgar. superioris Euan. expositio.

Viderunt Pharisei turbam murmurantem de illo: & miserunt Pharisei, &c. Quia murmurabat turba, manifestum, quod affectionem habuerit bladiorem, & fidem quandam erga dominum diminutam, nam à principibus separari volebat: id quod illi sentientes, miserunt ad comprehendendum Iesum, ob eam duntaxat causam, quod Christus esse credebatur. Miserunt autem, sed non ipsi venerunt, metuentes turbam, ne tumultuarentur: & propterea ministros mittunt, ipsos subducentes, ne quid periculi suboriretur, seillos autem furori populi exponetes. Ita vnde quaque quod suum erat sedebantur. At dominus verba humilitate plena loquitur. *Adhuc paruo tempore vobiscum sum, quid anhelatis ad occidendu me? quid persequimini? ad paruum expectate tempus, & neque impediam vos, si me tenere volueritis. Ceterum*

terum cum dicitur, *vobiscum sum*, sensum habet hunc. Etiam si persequuti fueritis, etiam si abnegaritis, ego adhuc vobiscum sum: hoc est pro vobis curam gero, & loquor ea, quæ ad salutem vestram spectant, & vado ad eum qui me misit. Nā qui eum qui missus est, ignominia afficiunt, manifestum quoddam impingunt in eum, qui misit, dicendo autem, *vado*, significauit mortem suam voluntariam. Porro monstrans, quoddam mors sua non sit talis, qualis cōmunis, dicit, *quod ego vado vos non potestis venire*. Omnes enim ad communem mortem abimus. Igitur monstrare volentes, id quod dicebam. Quod mors sua non est talis, qualis est mors communis, dicit, *quod ego vado vos non potestis peruenire*. Et dicendo, *Quæretis me & non inuenietis*: indicat se eis fore desiderabilem. Quando autem quæsierunt eum? Lucas dicit quoddam multæ mulieres lugebant super eo. Verisimile autem & aliis multis hoc euenisse: & dum caperetur ciuitas, eiqs, atque miraculorum fuere memores, quæsiueruntque præsentiam eius. Porro hæc omnia dicebat volens illos sibi conciliare, & demulcere. Nam, vbi ministri eorum venerunt volentes comprehendere eum, ostendit, quoddam sciat causam profectionis illorum, & quoddam vellent ipsum occidere. Ideo prædicit eis mortem suam, quoddam paruum tempus sit, & vadat ad patrem. Prædicere autem mortem, magnum est, & non humanum. Idcirco *psal. 8.* & David dicit: Notam fac mihi, domine, finem meum. Dicebant autem Iudæi: *Nam in dispersionem gentium abiturus est?* Vide quomodo euenit eis, & confacti sunt ad ea, quæ ab illo dicebantur: id quod manifestum ex eo, quod interrogabat. *Nunquid in dispersionem gentium abiturus est?* Nam, si hoc erat, dixissent vtique, Vult abire, nos hoc precabamur: hoc nobis gratum erit. Nunc autem nihil tale dicunt, sed quasi dolentes, ne illo priuarentur, quærent, quod sit abiturus. Manifestum etiam hoc quia dicunt, abiturus est ad gentes, & docturus eas. non enim dixerunt, seducturus illas, sed docturus. Dispersionem vero vocabat Gentiles, vt pote in omnem locū dispersos. Iudæi enim olim nullis commiscebantur, sed vno loco Palestina coacti, opprobriabant gentilibus, id quod postea in illos versum est. Ipsi enim Hebræi facti sunt dispersio. *In nouissimo autem die magno festi stabat Iesus, &c.* Primum diem festi, & nouissimum hunc septimum, magnum dicebant: quia & lex septimum diem festi vocatur, sanctum nominauit. Illam igitur sequens Euangelista, nouissimum diem magnum nominat. Merito autem in nouissimo die loquitur cum turbis, quasi viatica illis dans, domum rediturus. Cum ius enim, qui in diebus intercedis deliciis erant intenti, in tempestuum erat colloqui: neque enim attendissent. Clamauit autem Iesus, partim vt magis audiretur, partim vt libertatem suam in dicendo manifestaret, & quod nullum aspernaretur. Quid autem dicit? *Qui credit in me, sicut dicit scriptura.* Hoc enim loco punctum oportet facere, deinde aliud faciendum est principium: *flumina fluent ex ventre eius.* Quia enim multi propter signa credebant, ostendit non propter signa credendum esse, sed propter scripturam. Fides enim recta ex scripturis est. Eius gratia inquit, *Qui credit in me*, sicut scriptura dicit, hoc est, quomodo modum testatur de me scriptura, & cōsiliis filius sum Dei, quoddam creator, quoddam dominus vniversi. Multi enim putant se credere, sed non, vt

dicit scriptura, atque ita suas sequuti sunt sectas, quales sunt omnes hæretici. At flumina dixit ex ventre eius, qui vere fidelis est, fluere. Ventrem quidem cor nominans tropo Hebraico, sicut & David inquit, et legem tuam in medio ventris mei, hoc est, cordis mei. Flumina autem fluere dicebat, & non flumen aquæ viuæ, spiritus liberalem gratiam, & largitatē infundens. Talis enim est spiritus, vt, in quacunque animam introierit, & in qua resederit, faciat illam scaturire quouis fonte largiorem. Et dicit quis quomodo fluant flumina ex ventre credentis secundū scripturam, si quidem Petri linguam, & Pauli imperi, & Stephani sapientiam considerauerit, quos dicentes nihil effugit, sed omnes sequuntur tanquam à fluminibus quibusdam impetu ruentibus rapti. *Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in ipsum.* Interpretans Euangelista, quæ sint flumina aquæ viuæ, dicit: *Hoc autem dixit de spiritu.*

ERICI IN SVPERIVS
Euang. Hom.

Nemo satis dignè sufficit admirari, quanta fuerit in scribarum, & pharisæorum corde duritia. Cum enim redemptor noster assidua prædicatione, & miraculorum operatione illos ad fidem vocaret, turbis simplicibus credentibus, & facta domini simul, & verba glorificantibus, illi econtrariō non solum in eum credere nolabant, verum etiam eum apprehendere laborabant. In amore nanque seculi radicem cordis fixerant: idcirco verba doctrinæ celestis recipere non valebant. *Miserunt ergo ministros, vt comprehenderent eum: sed dominus, qui in sua potestate habebat, quando, & quomodo vellec mori, respondit dicens: Adhuc modicum tempus vobiscum sum. Ac si diceret: Præpropterea est, quod nunc agere vultis. Quod enim vultis, facturi estis: sed non modo, quia ego nolo. Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum, qui misit me.* Prius ego implere debeo dispensationem susceptæ carnis, & sic peruenire ad locum suscipiendæ passionis. *Quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire.* Quibus verbis designauit tempus suæ resurrectionis. Qui enim præsentem loquentem sibi, & miraculis se Deum cōstantem recipere noluerunt, post eius resurrectionem eum quæsierunt: cum vbiq̄ viderent innumeram multitudinem iam credentem, & longè, latèque signa, & miracula per Apostolos fieri, illo in eis, & per eos operante, qui aibi dicit: Sine me nihil potestis facere. Tunc ergo quæsierunt eum, & non inuenierunt, quia iam præsentia corporali de mundo recesserant, & ascendendo ad patrem, caelos penetrauerant. *Et vbi sum ego, vos non potestis venire.* Perpendendum, quoddam de futuro dixit: *Quæretis me, & non inuenietis*: de præsentem nunc dicit, *vbi sum ego, vos non potestis venire.* In sinu quippe patris consensum patris, & cōsubstantialis illi filius erat. In terra loquebatur, sed apud patrem, & in patre commorabatur: quod illi venire non poterant, qui eum patris æquale credere nolabant. Ad ipsum enim non loco, sed fide veniendum est. Sed Iudæi motu sibi consueti verba ipsius non intelligentes, & cōgnaliter illum loqui putantes, & ceterum adiuuicem conuersi, & diceret: *Quid hic iturus est, qui non inuenietis eum?*

Nunquid

Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Quod dicentes, ignorauerunt quid dicerent, tamen quia ille voluit, prophetauerunt. In dispersionem nanque gentium iturus erat, illasque docturus, non corporali praesentia, sed per Apostolos suos, per quos, & quibus ipse loquebatur, sicut quidam illorum loquitur, dicens; An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus? Sancti enim praedicatorum, pedes Christi erant propheta dicere: *Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* Per hos pedes iturus erat ad gentes, ut fidem, & salutem, quam Iudaei spreuerant, gentes reciperent. *In nouissimo autem die magno sedit in stabat Iesus, &c.* Solennitas scenopogiae tunc celebrabatur, id est, tabernaculorum, in memoriam illius temporis, quando per quadraginta annos in vmbraculis habitauerunt in deserto. Agebatur autem haec solennitas mense septimo, qui a latinis September appellari consuevit. Solennizabantque eam per octo dies, & octaua, id est, nouissima dies erat celeberrima, & sanctissima. In hac nouissima die solennitatis huius stabat Iesus, & non ut unquam loquendo, sed clamando omnes ad se vocabat, dicens; *Qui sinit, veniat ad me, & bibat.* Sitis ista non est corporis, sed metis. Si quis ergo sinit, hoc est, si quis vult credere, & diligere Christum, veniat non passibus corporis, sed affectibus metis: veniat non migrando corporaliter ad Christum, sed amando Christum: recedat ab amore seculi, & suscipiat amoris Dei. *Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aqua viva.* Quam aquam intelligere debemus, necessarium curauit Euangelista exponere, subdens, *Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Quae igitur haec est aqua, nisi charitas, quae per spiritum sanctum diffusa est in cordibus fidelium? Ait enim Apostolus, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Venter, quo hanc aquam recipere debeamus, interior conscientia est: quae cum hanc spiritus sancti aquam biberit, id est, cum Christi charitate habere coeperit, habebit fontem aquae vitae, imo ipsa efficitur fons. Fons enim iste de ventre conscientiae fluens, beneuolentia est, quae de charitatis aqua procedens, vult consulere proximo. Nam qui bonum, quod habet, sibi soli putat sufficere, nec ad aliorum salutem deriuare profectum, non fluunt aquae vitae de ventre eius. Si vero aliis vult ex bono, quod accepit, prodesse, fluit aqua de ventre eius, quia diffunditur ad proximos beneuolentia illius. Nec vlla ariditate fons iste siccat, sed magis, magisque proflo cursu semper augebitur. *Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Spiritum sanctum dicit, quem nos tertiam in sancta Trinitate veneramus personam. Sciendum nanque omnibus fidelibus est, quia tota Trinitas Deus, spiritus est, Domino dicente; Deus spiritus est. Pater ergo spiritus, & filius spiritus: atque ideo ut distinctio fiat patris, & filij, tertia Trinitatis persona iam non absolute spiritus, sed cum epitheto spiritus sanctus appellatur. Hunc spiritum sanctum ante ascensionem Apostolis promisit, & post ascensionem die pentecostes in linguis igneis misit. Atque ideo Euangelista dicit; *Quem accepturi erant credentes in eum.* Habebant quidem sancti Apostoli, & reliqui fideles spiritum sanctum ante resurrectionem Christi, sed non ita aperta

datione illum acceperunt, sicut postea accepturi erant. Habebant spiritum sanctum, ut ipsi recte viuerent, & quibusdam prodesse: acceperunt postmodum spiritum sanctum, ut omne genus hominum ad fidem Christi conuertere possent. Hoc spiritu vniuersaliter tota Ecclesia illuminatur, instruitur, & inter seculi prelluras spe futurorum bonorum consolatur. Cuius efficacissimam potentiam Apostolus enumerans, ait, Alij datur per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae, alij genera linguarum, & caetera usquequod concludens, dicit; Haec autem omnia operatur vnus, atque idem spiritus, diuidens singulis, prout vult. Hunc igitur deuoti poscimus, ut sic mentes nostras ab omnibus desideriorum carnalium sordibus euacuet, quatenus nos sua in habitatione dignos efficiat, tota id operante omnipotentissima Trinitate: *Quae uiuit, &c.*

INCERTI CUIVS DAM
sub nomine Eusebij Emisisoni
in idem Euang.

Invanum (inquit) laboratis & vos, & principes vestri, ad hoc missi estis, & ad hoc venistis, ut me apprehendatis. Hoc autem non in vestra, sed in mea est potestate. Adhuc modicum tempus vobiscum sum; expectate dum tempus adueniat, ut suo ordine omnia compleantur. Citò vos relinquam, non diutius vobiscum morabor, prope est ut ad eum reuertar, qui misit me. Queritis me, & non inuenietis: & ubi sum ego, vos non potestis venire. Querere enim Iudaei Iesum: & quia male quaerebant, non inueniebant. Querunt enim adhuc, & non inueniunt: scripturas legunt, & non intelligunt. Ibi quaerunt Iesum: sed quia carnaliter quaerunt, non inueniunt. Vis inuenire Iesum? Vade ad templum, vade ad ecclesiam, ubi sedet in medio doctorum, in conuentu episcoporum, & presbyterorum. Sed quid est quod ait, *ubi sum ego, vos non potestis venire?* Vbi enim tunc erat Iesus: nonne inter eos? Quomodo ergo venire non poterant, ubi ipse erat? Erat enim in caelis Iesus secundum diuinitatem: quòd utique venire non possunt, quicumque in eum credere nolunt. *Dixerunt ergo Iudaei ad semetipsos: Quo hic iturus est, &c.* Non possunt Iudaei verba Christi intelligere, quia animalis homo non percipit ea, quae spiritus Dei sunt. Putant eum corporaliter ad gentilem populum pergere velle, quasi illuc eum sequi non potuissent, si illuc ire dominus voluisset. *In nouissimo autem die magno sedit in stabat Iesus & clamabat, dicens, Si quis sinit, &c.* Inuitat eos dominus ad bibendum, quia fons est: inuitat utique, sed sitientes, & bibere & credere cupientes. Quòd autem ait, *Flumina de ventre eius fluent aqua viva,* Euangelista exposuit dicens, *Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum.* Vina igitur aqua, spiritus: Haec enim aqua & lauatur, & viuificamur. Proxima sibi sunt spiritus, & aqua. Vnde & spiritus Dei ferebatur super aquas. Hinc est etià, quòd dicitur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei. Merito igitur spiritus aqua vocatur, & non qualiscunque, sed via aqua. Haec autem aqua plenus est, qui in Christum credit. Haec Apostoli abundabant: huius flumina de eorum ventre flu-

bant. Vide modò quàm magnum flumè de istius, qui hic loquitur, pectore fluit: cuius fluminis impetus laetificat ciuitatem Dei. Omnia igitur flumina, omnia sanctorum scripturarum volumina ex hac aqua fluunt. Sed quare dixit, *Quem accepturi erant credentes in eum?* Vis audire quare? quia nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus, post Christi nanque glorificationem, & ascensionem, visibiliter in linguis igneis spiritus sanctus Apostolis datus est: quod nunquam antea factum est. Vnde & saluator noster eisdem suis discipulis dicebat: Nisi ego abiero, paraclerus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Oportebat igitur prius glorificari Iesum, ut spiritus sanctus daretur credentibus.

EVTHYMIJ ZIGABONI
superioris Euang. expositio.

Miseruntque ministros pharisaeis, &c. Tanquam macerantem populum ad seditionem. O demeritiam, magis autem insaniam! Quum ipsi frequenter tentassent nec potuissent, ministris rem commiserunt: ut de furore consolationem acciperent, suam autem inbecillitatem occultarent. *Ad hinc modica tempore vobiscum sum.* Multitudinè quidem loquebatur: respondebat autem ad ministris, qui missi erant: est enim placationis verbum ad correptionem infamiae illorum, *Adhuc modo tempore vobiscum sum,* significans tempus usque ad pascha: hoc ergo solum expectate. *Et vado ad eum, qui misit me.* Quirit ad mar in caelum: *Quare vis me, & non inuenietis.* Si quidem verisimile est, quòd missi eorum reportati ipsius, qualescunt eum auxiliatores, & maxime dum Iero solyma caperentur. *Et ubi ego sum, eo vos non potestis venire.* Vbi tunc ero. Significat autem sessionem ad dexteram patris. *Dixerunt ergo Iudaei inter sese, Quomam hic iturus est, quòd nos non inueniemus eum, &c.* Affecti quòdam

modo sunt ad sermones eius, quibus placabatur, & quaerant inter sese, non intelligentes ea, quae dicebantur. Dispersionem vero Graecorum dicebant Gentes, quae ubique terrarum dispersae erant, & nullo prohibente; inter se commiscebantur, quum ipsi solum inhabitarent Palaestinam, & a lege prohiberentur caeteris commisceri gentibus, *In postremo autem die magno sedit Iesus, &c.* Primus, ac postremus dies diei festi scenopogiorum magni habebantur, quia in his studiosius in vnum collecti diuinis vacabant, eos, qui in medio erant, in delitiis consumentes. Tunc ergo quum vnusquisque, completo iam festo, in domum suam recessurus erat, decreuit volentibus dare viaticum ad salutem: & clamauit, ostendens quia libertate reloqueretur, & ut omnes audirent: multi enim erant. *Dixit autem; Si quis sinit, sinit doctrina, veniat ad me, & bibat* potionem spiritualem: neque enim eos conuoco, qui non sinit, sed qui ardentè appetunt huiusmodi potionem. *Qui credit in me sinit aut scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viva.* Ventrem hic dicit cor: veluti, quum dicitur; *Et legem tuam in medio ventris mei:* flumina vero aquae, spiritus abundantiam, diuinae gratiae plenitudinem: Viuae autem, hoc est, semper operantis, semper motae: nam, quum diuina gratia anime insederit, fons efficitur, semperque scaturit. Petrus siquidem, & Paulus, & quotquot illorum similes fuerunt, diuinam gratiam in corde inundantem habentes, non flumen, sed fluminem concipiebant, multo fluxu scaturientia: quae quicquid accederet, atrahebant, & infidelium vaniloquia vndis obruebant, ac demergebant. Suprà autem dixit ad Samaritanam; *Aqua, quam ego dabo, fiet in eò fons aquae salientis in vitam aeternam.* Post dictum autem; *Sicut ait scriptura, ponenda est distinctio.* Multifariam enim praecipit scriptura accedere in illum. *Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Hoc, puta, flumina de ventre eius fluent aquae vitae. De spiritu vero, sive de spiritualibus gratiis.



FERIA III. POST DOMINICAM PASSIONEM.

I O A N N E S

Post haec autem ambulabat Iesus in Galilaeam. Non enim volebat in Iudaea ambulare, quia quaerebant eum Iudaei interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudaeorum scenopogiae. Dixerunt autem fratres eius, & discipuli tui vadeant opera tua quae facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quare ipse

a Non tam en dicens, quia habet potestatem, sed ut infamis de exemplum ne eis obliuiscatur latibulum.
b Id est, tabernaculorum constructio siue dedicatio.
c Confingit in eis, & ideo facti dixerunt eum.
d Humanam gloriam querunt, & ideo non credunt in eum: ut ipse post de eis dicit.
e Vbi est principatus gentie, & ciuitas caput regni.

in palam esse. Si ^f hęc facis, ^g manifestata teiplum mundo, neque enim fratres eius credebant in eum. ^h Dicit ergo eis Iesus: ⁱ Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum ^k semper est paratum. ^l Non potest mundus odisse vos. Me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. ^m Vos ascendite ad ⁿ diem festum hunc. Ego ^o enim non ^p ascēdam ad ^q diem festum istum, quia meum ^r tempus nondum impletum est. Hęc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. ^s Vt autem ascenderunt fratres eius, ^t tunc & ipse ascendit ad diem festum: non ^u manifeste, sed quasi in occulto. Iudæi ergo ^v querebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? Et ^w murmur multum erat de eo in turba. Quidam enim dicebant quia bonus est: alij autem dicebant, non, sed seducit turbas. ^x Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter me tum ^y Iudæorum.

GLOSSA ORDINARIA
in superius Euang.

D O s t hęc autem, Dominus in carne manens frequenter in Galilæam ambulabat, vt eum imitari volentes de vitiis ad virtutes transfigurare discant, quod illa figurabat. Vel vt illius temporis sancti de Iudæa ad gentes verbi Dei transitum expectarent. Dies fe. Nō quod vnus: sunt enim septem, sed more eorum quotquot sunt, quasi vnus dicuntur propter vnam festiuitatem. Scenopegia festiuitas tabernaculorum, qua mense septimo Iudæi habitabant in tabernaculis, in memoriam illorum in quibus patres eorum habitauerunt in deserto. *Vt & dicitur.* Opera quæ veri discipuli sciebant, isti nesciebant, laudibus diuinis & non populari fauore effertenda. Nemo. Gloriæ eius consulunt. Quasi dicat. Mira facis, scilicet in abscondito, sed innotescere, vt ab omnibus lauderis. Tempus. Ideo non est nunc tempus meum, sed verbum quia non sum amator mundi vt vos, sed accusator. & ideo non audit vos mundus suos falsos testes, qui dicitis bona mala, & mala bona. Ego enim non as. August. Quidam dicit hoc ad passionem pertinere: quia non in festiuitate scenopegiæ, sed in paschali qua agnus occidi solet, crucem ascendit. Non manifeste. Typicè. Christus occultus ascendit in festiuitatem, quia in omnibus illis figuratibus latuit qui modo est manifestus nobis. Et quoddam latuit, exemplum est vitandi malis: Quod palam loquitur & non tenetur ab his qui querebant, potestatis est.

CATENA AVREA
in idem Euang.

Post hęc autem ambulabat Iesus in Galilæa. Non enim volebat in Iudæa ambulare, quia querebant eum Iudæi.

dei, &c. Aug. Futurum erat vt aliquis fidelis Christi absconderet se, ne à persecutoribus inueniretur: & ne illi pro crimine obiceretur latibulum, præcessit in capite, quod in membro confirmaretur. vnde dicitur: *Post hęc autem ambulabat Iesus in Galilæa. Non enim volebat, &c.* Bed. Hęc verborum connexio talis est: vt intelligamus quoniam in medio multa geri & fieri poterunt, Iudæa autem & Galilæa regiones sunt Palestinæ provincie: sed Iudæa dicta est à tribu Iuda, non tamè solum, illa regio quam tribus Iuda, sed & illa quam tribus Benjamin possidebat; Iudæa dicta est, quia ex tribu Iuda reges oriebantur. Galilæa verò dicitur, eo quod lacteum populum, id est, candidum gignat. Gala enim Græcè, Latine lac dicitur. August. Si autem hoc dominus dixit, quasi non posset ambulare inter Iudæos, & non occidi à Iudæis. Hanc enim potentiam quando voluit demonstrauit, sed infirmitati nostræ præbebat exemplum. Non ipse perdidit potestatem, sed nostram consolabatur fragilitatem. Chryf. Sed & illud est dicere, quoniam quæ deitatis ostendebat, & quæ humanitatis: etenim fugiebat persecutores vt homo, & apparebat eis, vt Deus, vt rursus verè existens. The. Secessit etiam nunc in Galilæam, quia nondum passionis aderat tempus: vnde vanum reputabat in mediò inimicorum manere, & magis ipsos ad odium incitare: vnde & consequenter tempus describitur, cum subditur: *erat autem in proximo dies festus Iudæorum scenopegia.* August. Quid sit scenopegia, qui scriptura, legerunt, nouerunt: faciebant tabernacula in die festo ad similitudinè tabernaculorum, in quibus habitauerunt cum ex Egypto eduçti peregrinarentur in eremo, celebrant ex hoc diem festum reminiscetes beneficiorum domini qui tamen occisuri erant dominum. Appellabatur autem apud Iudæos dies festus, cum tamen non esset vnus sed plures. Chryfost. Ostendit igitur per hoc euangelista, quoniam multum tempus prætermisit. Cum enim dominus sedet in monte, erat propè dies festus paschæ. Hic autem scenope

scenopegiæ meminit, & in quinque intermediis mensibus nihil aliud nobis enarrauit, nisi miraculorum parum & allocutionem factam ad eos qui comederunt. Quia enim indeficienter signa faciebat & disputabat, non poterant euangelistæ omnia ennumerare, sed illa præcipue studerunt dicere, pro quibus aut querela, aut contradictio quædam Iudæis subsequerebatur, quod & hic apparet. Theop. Quia enim fratres eius viderant ipsum non esse paratum ad descendendum, subditur. *Dixerunt autem fratres eius ad eum: Transi hinc, & vade in Iudæam.* Bed. Ac si dicant, Tu signa facis, & pauci ea vident: transi ergo ad regiam urbem, vbi sunt principes, vt visis signis laudem consequaris ab eis. Sed quia non omnes discipuli semper Dominum sequebantur, sed eorum multi, in Iudæa erant, ideo subditur: *Et discipuli tui vident opera tua que facis.* Theophilus est, turbæ quæ sequuntur te: non enim de 12, dicunt discipulis, sed de aliis qui conuersabantur, cum illo. Chryfost. Cum autem auditis, *fratres domini.* Mariæ cogitare consanguinitatem, non iterum parientis villam propaginem. Sicut enim in sepulchro vbi positum est corpus domini, nec ante, nec postea quicquam iacuit: sic verus Mariæ, nec ante, nec postea quicquam mortale concepit: opera quidem Domini discipulos non latebant, sed istos latebant. Et ideo dicebant, *Vt discipuli tui vident opera tua que facis.* Loquebantur autem prudentiam carnis verbo, quod caro factum est: vnde & subdit, *Nemo quippe in occulto quid facit, &c.* Quasi dicat. Facis miracula apparere hominibus, vt laudari possis ab hominibus: nam qui eum vident non monet, gloriæ ipsius consulunt: & quia humanam gloriam requirebant, in eum non credebant: vnde sequitur, *Neque enim fra. eius cre. in eum.* Christum enim consanguineum potuerunt habere: credere autem in eum ipsa propinquitate fastidierunt. Chryf. Dignum est autem mirari euangelistarum morem veritatis amicum, qualiter non veredantur dicere ea quæ magistro videntur ferre iniuriam, sed hoc maxime studuerunt enuntiare. Nō enim parum habet detractionem quod fratres eius decredebant, & videtur quidem initium verborum quasi amicum esse. Multæ autem amaritudinis erant quæ dicebantur, quia de formidine & de amore gloriæ eum notant: nam dicunt, *Nemo in occulto quid facit.* Quod erat dicere, Formidinem inculantium & simul suspicantium, quæ fiebant non verè facta esse. Per hoc autem quod dicunt, Et quærit ipse in palam esse: amorem gloriæ in eo notant. Christus autem māsuet eis respondit, docens nos non indignè ferre, si aliquid etiam viles nobis consiliat. Sequitur enim, *Dicit eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum est paratum.* Bed. Ne autem videatur hoc contrarium ei quod Apostolus dicit, Et vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, referendum est quod hic dicitur non ad tempus natiuitatis, sed ad tempus glorificationis. Aug. Dabant enim illi consilium consequendæ gloriæ, veluti seculariter & terreno affectu momentes ne esset ignorabilis, & latitaret. Sed Dominus voluit ipsam celsitudinem per humilitatis viam sternere. Dicit ergo: *Tempus meum,* id est, gloriæ meæ, qua veniam in altitudine iudicaturus: *Nondum venit, Tempus autem vestrum,* id est mundi gloria, *semper est paratum.* Et quoniam nos Domini corpus sumus, quando nobis insultant amatores huius seculi,

dicamus eis: Tempus vestrum adest paratum, tempus nostrum nondum aduenit, excelsa enim patria, humilis via. Qui recusat viam, quid querit patriam? Chryf. Vel aliter: Videtur mihi aliud occultè insinuari, fortassis enim eum prodeire volebant & tradere Iudæis. Ideo dicit: *Tempus meum nondum aduenit,* hoc est tempus crucis & mortis. *Tempus autem vestrum semper est paratum,* quia & si vos semper sitis cum Iudæis, non interficient vos eadem cum illis zelantes. vnde sequitur, *Non potest vos odisse mundus, me autem odit, quia ego testum perhibeo de illo, quia ope. eius. manifeste,* quasi dicat. Qualiter mundus eos odit, qui eadem cum ipso volunt, & pro eisdem student? me autem odit, quoniam redarguo eum. In quantum ergo gloriam hominum non quero, quod non prætermitto eos redarguere, licet sciam ex hoc odium nasci, & mortem intentari. Per hoc etiam ostendit quod odium Iudæorum contra eum concitabat publica redargutio: non autem sabbati solutio. Theop. Vel Dominus contra duo de quibus illi eum arguebant, alia inducit duo. Contra formidinem quidem dicit, quod opera mundi redarguit, id est, opera eorum qui mundana sapiunt, quod non faceret si formidolosus esset: sed contra inanem gloriam misit illos ad festum, vnde sequitur, *Vos ascendite ad diem festum hunc:* nam si vane gloriæ passione detinerentur, retinisset eos secum: nam gloriæ cupidi consueverunt multos habere qui sequantur eos. Chryfost. Hoc etiam dicit ostendens quod eis blandiri non vult, sed concedit eis Iudaica facere. Aug. Vel aliter: Vos ascendite ad diem festum hunc vbi gloriam humanam queritis, vbi extendere vultis carnalia gaudia, non æterna cogitare. Sequitur: *Ego autem non ascendi.* Chryf. scilicet, in modo vobiscum, quia meum tempus nondum impletum est. In futuro enim Pascha crucifigendus erat. Aug. Vel meum tempus, id est, gloriæ meæ nondum aduenit, ipse erit dies festus meus non diebus istis præcurrens & transiens, sed permanens in æternum. Ipsa erit festiuitas & gaudium sine fine, æternitas sine labore, serenitas sine nube. *Hęc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, iunc, &c.* Theo. Quia dixerat dominus: *Non ascendam vobiscum,* in principio denegauit ascensum, vitans iram frementium Iudæorum: vnde dicitur: *Hęc cum dixisset, ipse man. in Gal.* Postea ve. ascē. vnde sequitur. *Vt autem ascend. frat. &c.* Aug. Ascendit autem, non gloriam temporaliter, sed aliquid docere salubriter: de festo æterno admonere. Chryf. Vel ascendit non vt potestatur, sed vt alios erudiat. Latenter autem ascendit: poterat enim manifestè ascendere, & detinere eorum inordinatum impetum, quod multoties fecit: sed nolebat hoc continuò facere, ne magis suam diuinitatem denudaret, & vt incarnatio eius certior esset, & nos ad virtutem erudiret. Vt igitur disceremus quid nos oporteat facere, qui non possumus persecutores detinere, voluit latenter ascendere. Non autem dicit in occulto, vt ostendar dispensatione hoc esse factum. Si enim vt Deus omnia age-ret, quomodo possemus nos scire incidentes humanis periculis quid oporteat facere? Alcu. Vel occultè ascendit, quia fauorem hominum non querit, non pompis stipantium, sed turbarum delectatur. Bed. Mysticè autem designatur, quia singulis quibusque carnalibus humanam gloriam querentibus Dominus manet in Galilæa, quæ in

interpretatur transmigration sancta, id est, in membris suis, qui transmigant de vitis ad virtutes, & in eis proficiunt. Postmodum vero Dominus ascendit, quia membra Christi non huius vite, sed æternæ gloriæ querunt. Occultè autem Dominus ascendit: quia omnis gloria eius est ab intrus, id est, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Aug. Vel quod quasi latenter ascendit, aliquid significare voluit. Omnia enim quæ dicta sunt antiquo populo Israel, vmbra fuerunt futurorum, & scenopegia vmbra erat futurorum. Omnia ergo quæ erant in figura, manifestantur in nobis. Ascendit ergo in occulto, figura enim erat ipsum esse in occulto. In ipso die festo Christus latebat, quia ipse dies festus Christi membra peregrinata significabat. Ille enim est in tabernaculis qui se in mundo esse intelligit peregrinum. Scenopegia autem erat celebratio tabernaculorum. Sequitur: *Iudei autem querebant eum in die festo, & dicebant, Vbi est ille?* Chry. Ex multo odio & inimicitia, neque eum nominatum vocare volebant. Non autem multa erat eis in festiuitate reuerentia, nec multa religio, quia à festiuitate credebant Christum fraudulenter detinere. Sequitur: *Et murmurabat, &c.* Aug. Murmur erat de contentione, quam conuenienter exponit, dicens: *Quidam enim dice, quia bonus est: Alij autem dice, non sed se turbas.* Quicunque emicuerit in aliqua gratia, alij dicunt bonus est, alij non, sed seducit turbas. Quod autem dictum est de Deo, valet ad consolationem de quocunque hoc dictum fuerit Christiano. Et quidem si seducere, decipere est, nec Christus seductor, nec quisquam debet seductor esse Christianus. Si autem seducere aliunde aliquid ad aliud persuadendo ducere est, querendum est, unde & quò. Si à bono ad malum, malus seductor est: si à malo ad bonum, bonus est: & vinam sic omnes seductores vocemur & simus. Chry. Igitur illam quidem æstimo opinionem multitudinis esse, quæ scilicet dicebatur bonus esse, hanc verò principum & sacerdotum, quod ostenditur per hoc quod dicunt, Seducit turbas: non dicit, Seducit nos. Sequitur, *Nemo tamè palam loquebatur de illo propter met.* Iu. Aug. Eorū, scilicet, qui dicebant bonus est, non qui dicebāt seducit turbas. Hæc enim clarius sonabant, sed bonus est, pressius susurrabant. Chry. Vide autem eorum, qui principantur corruptionem: hi autem, qui principibus subijciuntur, sani quidem erant iudicio, sed non habebant libertatem dicendi, quod maxime multitudinis est.

S. IO. CHRYSOSTOMI

Episcopi Constatin. in superius Euang. Homil. i.

Ex Hom. 17. in Ioan.

Post hæc autem ambulabat Iesus in Galileam, &c. Nihil liuore, nihil inuidia grauius, per ea mors in mundum venit. Nam, cum hominem honorari diabolus conspexisset, eius boni impatiens, omnia molitus est, vt eum perderet: semperque ex hac radice hunc fructum erripisse videri licet. Propter hanc Abel interemptus est, propter hanc David cædis periculum subijt, propter hanc & alij multi perempti sunt. Hinc Iudæi Christum interfecerunt. Quod his verbis Euangelista significat. Post hæc ambulabat Iesus in Galileam, non enim habebat potestatem, &c. Quis dicitis, beate Ioannes? Non enim habebat

potestatem in Iudæa ambulare, qui potest omnia, quæ vult: qui cum diceret, quem queritis, repulit eos retro: qui præsto est, & non videtur, is non habet potestatem? Quomodo autem postmodum per medium eorū in medio templo, & die festo transibat, cum plurimi conuenissent, & præsentibus illis, disputabat; quæ magis eos irritarent, quæ illi admirabantur, dicentes, Nonne hic est, quem querunt interficere? Et ecce palam loquitur, & nil ei faciunt. Quænam hæc ænigmata? Absit, sed illud dicendum est; partim diuinitatis, partim humanitatis operta demonstrari. Cum enim non habere eam potestatem dicit tanquam de homine, qui humana operaretur, dicit, cum autem in medio eorum stetit, neque comprehensum narrat, diuinitatis nobis potestatem indicat. Pugnans tanquam homo, apparuit tanquam Deus. Vtrumque verè narratum est. Quod enim in medio insidiantium non esset comprehensus, inuincibilem se, atque inexpugnabilem significauit; & quod delinere, incarnationem certè confirmat. Vt neque Paulus Samofatenis, neque Marcion haberent, quid dicerent, quorum virtusque os obstruit. Post hæc autem erat dies festus Iudæorum scenopegia. Post hæc autem nihil aliud significat, quam multum interea temporis processisse: quod inde constat. Cum subiij Iesus in montem, inquit; post hoc pascha, dies festus Iudæorum. Hic autem scenopegia meminit, & in quinque mensibus nihil aliud nobis narratur, neque nos aliud docuit, quam quinque panum miraculum, & habitum cum illis sermonem. Quod autem neque signa faceret, neque vnquam disputaret die, vespere sæpe etiam noctu omiserit, coram discipulis saltè ita constat; vt omnes Euangelistæ testantur. Cur tandem id omiserunt? Quoniam non omnia dici poterant. Præterea ea dicere properabant, in quibus vel accusabatur, vel respondebat Iudæis. Multa enim prioribus similia fecit. Quod enim ægrotos curauerit, & mortuos suscitauerit; & miracula fecerit, sæpe audiuimus. Cum autem aliquod nouum dicit, vel aliquid quod contra ipsum fore videatur, occurrat, ea prosequuntur: quale nunc est, quod fratres eius in eum non credebant. Neque enim parum hoc reprehendi posse videtur, & dignum sanè est admiratione, quod tam aperte, tam verè loquantur, vt neque pudeat dicere, quæ magistro contumeliosa essent. Verum omnium maxime ea narrare festinarunt. Et nunc multis signis, & miraculis omissis, ad hoc quam primum venit Euangelista. Dixerunt inquit ad eum fratres eius: Transi hinc, &c. Et quodnam verbum incredulitatis protulerunt, si rogabant, vt signa faceret? Maxima quidem, & aspera, & intempestiua quadam confidentia locuti sunt: putabant enim cognationis gratia oportere se sidenter loqui. Et videtur quidem principum amicorum esse: verum asperrimè dicunt. Nam & formidinis, & inanis gloriæ eum insimulant. Siquidem, cum dicunt; Nemo in occulto aliquid facit: & formidinis arguere, & suspicari videntur, an quæ faceret Iesus, verè faceret. Illa autem particula. Et querit ipse palam: habet inanis gloriæ suspicionem. Tu autem Christi virtutem considera. Ex his, qui hæc dixerant, Iacobus primus Hierosolimitum episcopus ordinatus est, de quo Paulus ait; Alium autem apostolum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Dicitur & Iudas mirabilis fuisse. Atque in Cana affue

affuerant, cum aqua in vinum conuertit: sed nihil adhuc profecerunt. Vnde igitur eis tanta incredulitas? A voluntate, & inuidia. Conspicuitas enim soler quodammodo inuidia haberi. Sed quosnam in loco discipulos appellat? Turbam sequentem, non duodecim. Quid Christus? vide quam accomodate, non dixit, qui estis vos, qui mihi consulitis, & me docetis? *Tempus meum nondum aduenit.* Hic & aliud quiddam videtur posse significari. Fortasse enim eum tradere Iudæis consulerant, & ob hoc respondit; *Tempus meum nondum aduenit,* hoc est, crucis, & mortis. Quid ante tempus, vt moriar propteris? *Tempus autem vestrum semper paratum est.* Vos, etiam semper cum Iudæis versamini, non interficite vos, qui eiusdem estis sententia: mihi autem quam primum mortem machinabuntur. Itaque vobis quidem semper tempus est, cum non impendat periculum; mihi autem tunc tempus erit, cum ero crucifigendus, & moriturus. Et quod hoc intelligat, ex sequentibus; perspicuum est. *Non potest mundus odisse vos.* Quomodo enim, qui eadem vultis, & ad idem tenditis? Me autem odit, qui reprehendo eum, quia mala sunt opera eius. Hoc est tangere, & benignè reprehendere. Hinc iram vincere, & non indignari; etiam si abiecti sint, qui nobis consulant, erudimur. Nam, si non credentium, & iniquum, & à charitate abhorrens consilium æquo animo tulit, quam nos consequemur venia, qui terra sumus, & puluis, cum consulentes iniquo animo ferimus, maxime, si paulò abiectiores sint, tanquam indignum arbitantes? Considera hic, quælo, quam benignè illatam confutat contumeliam, Dicentibus illis, *Manifesta te ipsum mundo.* respondit, *Me mundus odit.* Tantum enim ab est, inquit, vt queram ab hominibus gloriam, vt non desistam eos reprehendere: & cum sciam & odiū ex hoc mihi, & mortem comparari. Et vbi reprehendit, inquit, imò quando cessauit? Nonne dixit, nolite putare, quia ego accusator sum vos apud patrem, est qui accusat vos, Moses & Ego cognoui vos quia dilectionem Dei non habetis: Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ad inuicem accipitis, & gloriæ, quæ à solo Deo est, non queritis? Ex his & aliud innuitur, quod ex libera Christi reprehensione, non ex solutione sabbati Iudæorum odium in eum oriebatur. Sed quid eos ad diem festum mittit, cum dixit; *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascendam adhuc?* vt ea se dixisse ostendat non rogandi, aut adulandi gratia, sed vt eis Iudæorum ceremonias premitteret. Sed cur ascendit, cum se ascensurum negasset? Non dixit simpliciter *Non ascendam:* sed, *adhuc,* id est vobiscum: quia tempus meum nondum impletum est. Atqui in futuro paschate crucifigendus erat. Cur ergo non ascendit? Et, si, quia tempus non erat non ascendit, nullo pacto erat ascendendum. Sed non propterea ascendit, vt pateretur, sed vt doceret. Cur clam, cum aperte posset in medio eorū esse, iram, & furorem sedare, quod sæpe fecit? Noluit frequenter hoc facere, fuisse sanè maius diuinitatis argumentum, sed cum metu remansisse putaretur, & incarnationem, & fiduciam confirmauit: quod cum passionis tempus præuideret, id maxime eligeret, vt ascenderet Hierosolymam. Ascendite ad diem festum: quasi diceret, nolim arbitramini, quod nolentes cogere velim, mecum maneat. Ea autem particula, *Quia nondum*

impletum est tempus meum, significantis est, oportere adhuc & signa fieri, & conciones haberi, vt per audientiam, & passionem eius plures crederent, & discipuli magis confirmarentur. Hinc nos benignitatem, hinc mansuetudinem merulamur, dilectissimi. Discite, inquit, à me, quia mitis sum, & humilis corde: & omnem molestiam abscondamus: & si quis nobis insultauerit, humiliemur: si quis exasperatur, miregemus: si quis mordet, & lacerat, & contumeliis prosequitur, nolimus commoueri: ne victi nos ipsos perdamus. Etenim irascera est vellemus, & furibunda. Incantemus eam diuina scriptura catinibus: terra, & puluis es, & quid superbit terra, & puluis? Et impetus iræ eius casus ei. Et vir iratus immodestus est. Nihil turpius aspectu irati, nihil visu grauius. Quod si aspectus, multo magis anima. Quemadmodum enim cœnū, si cõtrectetur, grauius oletita & anima cū perturbata est, & multis intrinsecus fluctibus agitata. Sed non possum, inquit, inimicorum contumelias tolerare. Quæ gratia? Nā verè accusari, etiam coram compungi debes, & gratiam ei habere. Si falsò, deride: dixit pauperem, ride: dixit mendicum, ride: dixit degenerem, vel stultum, iam illum desce: Nam, qui dicit fratri suo, fatueris est gehennæ ignis. Iniuria ergo affectus, in mentem veniat, quod illi supplicium maneat: & non modo nulla in proximum irascaris, sed deplorabis vicem eius. Neque enim febribus laboranti, neque tumido quiquam irascitur, sed his morbis affecti, sui miseritordiam, & lachrymas mouent: huiusmodi est irati animus, qui si in te profliet, tace, & opportunam ei plagam infliges. Si contumeliam contumelia prosequeris, ignem excitabis. Sed pusilli animi arguemur, inquit, si tacebimus, imò tuā admirabuntur sapientiam. Quod si contra contumeliosè responderis, materiam dabis vt vera putentur, quorum argueris. Quare diues, si pauper appellatur, ridet? quoniam falsum id nouit. Itidem si nos iniurias ridebimus, magnum erit argumentum, quod falsò reprehendamus. Adhuc quousque hominum iudicia formidabimus? Quousque communem dominum despiciemus, & carni vacabimus? Donec enim inter vos cõsentio est, & amulatio, & seditiones, nonne carnales estis? Fiamus igitur spirituales, & sanctissimam hanc beluam freno cohibeamus. Inter iram, & insaniam nihil differt, sed breuis quidem dæmon est, imò, quam qui dæmonio vexatur, grauior. Ille enim venia dignus est, iratus nulla, sed supplicii innumeris: sponte sua in profundum perditionis defertur, & etiam ante futuram gehennam pœnas dat. Tumultu enim quodam, & æstu intolerabili, die, nocteque variis cogitationibus anxius iactatur. Vt igitur & præsentis supplicio, & futuro liberemur, abiecto penitus hoc affectu, omnes mansuetudinem induamus, & modestiam, vt in hac vita, & in regno cælorum tandem animis nostris requiem inueniamus. Quam vtinam omnes consequi possimus: gratia, & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM

Homil. 2.

Ex Ho. 48. in Ioan.

Hæc cum dixisset illis, ipse mansit in Galilæa, &c. Quæ secundum humanam imbecillitatem, à Christo facta sunt, non tantum incarnationem confirmant, sed ad virtutem instituunt. Nam, si omnia tanquam Deus fecisset, quid scire potuissent in humanis rebus incidentes quid facere nos oporteret? Vt exempli gratia, Si hoc in loco homicidii Iudæis obuius iram sedasset: & hoc frequenter fecisset, nos autem idem non potentes, offenderemus: Vnde nobis constaret, quid esset faciendum, vtrum interimere eos an docere oporteret? Hoc nos Christus docet, cum inquit: *Hæc cum dixisset Iesus, mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt, &c.* Hæc particula; *Vt ascenderunt fratres eius:* ostendit noluisse se cum illis ascendere, & ideo mansisse. Neque palam cum eis versatus est, vt volebant: sed cum libere semper alias versatus, hic quasi in occulto ascendit. Non dixit occulte: sed quasi in occulto. Ita enim videbatur, quemadmodum dixi, vt nos doceret. Præterea non erat paritatis illis, & exandescensibus se ita exponere. *Finito autem festo, Iudæi querebant ipsum, & dicebant: vbi est ille?* Bona quidem eorum opera. In die festo in eadem semper ferebantur, & festis eum diebus capere tentabant. Nam & alibi, videtis, inquit: Nunquid venit ad diem festum? Et dicebat: *Vbi est ille?* Ex nimio odio eum nominatum appellare non patiebantur. Diem festum maxime reuerentur, & tamen capere conabantur. *Et murmur multum erat de eo in turba.* Ego autem loci gratia, vbi miraculum fecerat, Iudæos maxime irritatos timuisse arbitror, non tam iratos transeuntium veritos, ne aliud signum faceret. De eo autem vel inuiti prædicabant, & clarum reddebant. *Quidam dicebat, quia bonus est: alij autem dicebant, Non, sed seducit turbas.* Illam puto multitudinis opinionem, hanc principum & sacerdotum fuisse. Illud enim verbum; *Non, sed seducit turbas:* hoc indicat. Sed quomodo seducit, quæso? Nunquid prætrinitigitiacem, vt signa facere videatur, re autem nulla sint? Verum contrarium experientia deprehenditur. *Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum.* Vides vbi que optimates quidem corrupto, turbam vero sano fuisse iudicio, non tamen fortes, vt decebat, quod maxime multitudinis est?

S. AVGVST. EPISCOPI

Hipponensis in idem Euang.

Homilia.

Psalm. 138. in Ioan.

In illo Euangelij capitulo, fratres, dominus noster Iesus Christus secundum se plurimum commendauit fidei nostræ. Etenim semper hoc agit dicitis, & factis suis, vt Deus credatur, & homo. Deus qui nos fecit, homo, qui nos quaesuit: Deus cum patre semper, homo nobiscum ex tempore. Non enim quaereret quem fecerat, nisi ipse quod fecerat fieri voluisset. Verum hoc mementote, & de cordibus vestris nolite dimittere, sic esse Christum hominem factum, vt nõ desisteret Deus esse. Manens Deus accepit hominem, qui fecit hominem: quando ergo latuit vt homo, non

potentiam perdidisse putandus est, sed exemplum infirmitati præbuisse. Ille enim, quado voluit, de-
tentus est, quado voluit occisus est. Sed quomodo futura erant membra eius: id est, fideles eius qui non haberent illam potestatem quam habebat ipse Deus noster: quod latebat, quod se tanquam ne occideretur occultabat, hoc indicabat facta esse membra sua, in quibus vtique membris suis ipse erat. Non enim Christus in capite & in corpore, sed Christus totus in capite & in corpore. Quod ergo membra eius, ipse: quod autem ipse, non continuo membra eius; nam si non ipsi essent membra eius, non diceret Saulo; *Quid me quaeris?* Nõ enim Saulus ipsum, sed membra eius, id est, fideles eius in terra persequeretur. Nõ tamen dicere sanctos in eos, seruos meos, postremo honorabilis, fratres meos ipse: sed, in hoc est, membra mea quibus ego sum caput. His prædictis puto nos in hoc capitulo quod modo lectum est, non esse laboraturos: sæpe enim significatum est in capite, quod futurum erat in corpore. *Post hæc, inquit, ambulabat Iesus in Galilæa: non enim volebat in Iudæam ambulare, quia querebant eum Iudæi interficere.* Hoc est, quod dixi, infirmitati nostræ præbebat exemplum. Non ipse perdidit potestatem, sed nostram consolabatur fragilitatem. Futurum enim erat, vt dixi, vt aliquis fidelis eius absconderet se, ne à persecutoribus inueniretur. Et ne illi pro crimine obiceretur latibulum, præcessit in capite quod in membro confirmaretur: sic enim dictum est; *Nolebat ambulare in Iudæam, quia querebant eum Iudæi occidere:* quasi non posset Christus & ambulare inter Iudæos & non occidi à Iudæis. Hanc enim potentiam quando voluit, demonstrauit; nam cum eum iam passurum tenere vellent, ait illis: *Quem quaeritis?* Responderunt, *Iesum;* & ille, *Ego sum:* non se occultans, sed manifestans. Ad eam tamen manifestationem illi non subfiterentur, sed recedentes retro ceciderunt. Et tamen quia pati venerat, surrexerunt & tenuerunt, ad iudicem adduxerunt & occiderunt. Sed quid fecerunt? Quod ait quædam scriptura; *Terra tradita est in manus impij, caro data est in potestatem Iudæis;* Et hoc propterea, vt quasi sacculus conscinderetur, vnde nostrum precium manaret. *Erat autem in proximo dies festus Iudæorum scenopegia.* Quid sit scenopegia, scripturas qui legerunt, nouerunt. Faciebatur die festo tabernacula ad similitudinem tabernaculorum, in quibus habitauerunt, cum ex Egypto educti peregrinarentur in eremo. Iste erat dies festus, & magna solennitas: celebrabant hoc Iudæi velut reminiscentes beneficia domini, qui occisuri erant dominum. Hoc ergo die festo quia plures erant dies festi: sic enim appellabatur apud Iudæos dies festus, vt non esset dies vnus, sed plures. *Locuti sunt fratres eius ad dominum nostrum.* Fratres eius sic accipite, sicut nostis: nõ enim nouum est quod auditis. Consanguinei virginis Mariæ, fratres domini dicebantur. Erat enim consuetudinis scripturarum, appellare fratres quoslibet consanguineos, & cognationis propinquos, & extra vltim nostrum, non quo more nos loquimur. Nã quis dicat fratres auunculum, & filium fororis? Scriptura tamen etiã huiusmodi cognationes fratres appellat: nam Abraham & Loth fratres sunt dicti, cum esset Abraham patruus Loth: & Laban & Iacob fratres sunt dicti, cum esset Laban auunculus Iacob.

Act. 9.

Ioan. 1.

Galat. 4.

Ioan. 28.

Job. 9.

Mat. 10.

Psalm. 74.

Genes. 19.

Job.

Cum ergo auditis fratres domini, Mariæ cogitare consanguinitatem, non iterum patiens villam propaginem. Sicut enim in sepulchro vbi positum est corpus domini, nec antea, nec postea mortuus iacuit: sic vterus Mariæ nec antea nec postea quicquam mortale concepit. Diximus fratres qui fuerint: audiamus quid dixerint, *Transibunt & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua quæ tu facis.* Opera domini discipulos non latebant, sed istos latebant. Isti enim fratres, id est, consanguinei; Christum consanguineum habere poterunt, credere autem in eum ipsa propinquitate fastidierunt. Dictum est in Euangelio, non enim hoc nos audemus opinari, modo audistis, addunt & moment, *Nemo enim in occulto quid facit, & querit palam esse. Si hæc facis, manifesta tementipsum mundo:* Et continuo, *Neque enim fratres eius credebant in eum.* Quare in eum non credebant? Quia humanam gloriam requirebant. Nam & quod eum videntur monere fratres, gloriæ ipsius consulunt, facis mirabilia, innotescit id est, appare omnibus vt laudari possis ab omnibus. Loquebatur caro carnifici, credo sine Deo, carni cum Deo. Loquebatur enim prudentia carnis verbo quod caro factum est, & habitauit in nobis. Quid ad hæc dominus? *Dicit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum venit, tempus autem vestrum semper est paratum.* Quid est hoc? Nondum venerat tempus Christi? Quare ergo Christus venerat, si tempus eius nondum venerat? Nõne audimus Apostolum dicentem. Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum: Si ergo in plenitudine temporis, missus est, quando debuit missus est, quando oportuit venire: quid ergo est, tempus meum nõdum venit? Intellegite, fratres, & ad ipsam loquebantur, qui quasi fratrem suum monere videbantur, dabant ei consilium consequendæ gloriæ, veluti seculariter, & terreno affectu monentes, ne esset ignobilis, & latiret. Quod ergo ait dominus; *Tempus meum nondum venit,* illis respondit, qui ei consilium de gloria dabant. Tempus gloriæ meæ nondum venit. Videre quam profundum sit, de gloria illi admonebat, sed ille voluit altitudinem humilitatis præcedere, & ad ipsam celsitudinem per humilitatem viam sternere: nam & illi discipuli vtique gloriam requirebant, qui volebat sedere, vnus ad dexteram eius, & alter ad sinistram.

Marc. 10. Attendebant, & quod videbant qua via dominus eos vt ordipare veniret ad patriam reuocauit ad viam. Excelsa est enim patria, humilis via: patria est vita Christi, (via est mors Christi: patria est mansio Christi) via passio Christi. Qui recusatiuam, quid quaerit patriam? Denique & illis hoc respondit, quaerentibus altitudinem: Potestis habere calicem, quem ego bibiturus sum? Ecce quæ venit ad celsitudinem, quam desideratis, calicem quippe commemorabat humilitatis, atque passionis. Ergo & hic *tempus meum nondum venit, tempus autem vestrum,* id est, mundi gloria semper est paratum: hoc est tempus de quo in prophetia loquitur Christus, id est, corpus Christi: cum accipero tempus, ego iustitias iudicabo. Modo enim non est tempus iudicandi, sed iniquos tolerandi. Ferat igitur modo corpus Christi, & toleret iniquitatem, male viuendum, habeat tamen iustitiam modo, antequam habeat iudicium: per iustitiam enim puenit ad iudicium. Tolerantibus quippe membris iniquitatem seculi huius, quid

scriptura sancta dicit in Psalmo: Non repellet Deus plebem suam. Laborat quidem plebs eius inter indignos, inter iniquos, inter blasphemantes, inter murmurantes, detrahentes, insecantes, & si liceat perimentes. Laborat quidem, sed non repellet dominus plebem suam, & hereditatem suam non derelinquet, quoadusque iustitia, quæ modo est in sanctis eius, conuertatur in iudicium: cum implebitur quod eis dictum est; *Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel.* Habebat iustitiam Apostolus, sed nondum illud iudicium, de quo dicit; *Nescitis quoniam angelos iudicaturi sumus?* Sit ergo modo tempus iuste viuendi, postea erit tempus eos, qui male vixerunt, iudicandi. Quoadusque iustitia, inquit, conuertatur in iudicium, hoc erit tempus iudicij: de quo dominus dixit, tempus meum nondum venit. Erat enim tempus gloriæ: qui venit in humilitate, venit in altitudine: qui venit iudicandus, venit iudicaturus: qui venit occidi à mortuis, venit iudicare de viuis & mortuis. Deus, inquit, Psalmus, manifestus venit, Deus noster, & non silebit. Quid est, manifestus venit? Quia venit occultus. Tunc non silebit: nam quando venit occultus, sicut onis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondente se non aperuit os suum. Veniet, & nõ silebit. Tacui, inquit, nõ quid semper tacebo? Modo autem quid necessarium est eis, qui habent iustitiam, quod in illo Psalmo sequitur; *Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium.* Et qui habent eam? Omnes qui recto sunt corde. Queritis foras, qui sint recti corde? Illos inuenimus in scriptura rectos corde, qui mala seculi tolerant, & non accusant Deum. Videte, fratres: rara causa est ista, quam loquor: nescio quoniam modo quando euenit homini aliqui malij: Deum currit accusare, qui deberet se. Quado boni aliquid agis, te laudas: quando mali aliquid pateris, Deum accusas: hoc est cor tortum, non rectum: ab ista distortionem, & prauitate sic corrigaris, conuertitur in contrarium quod faciebas. Antea enim quid faciebas? Laudabas te in bonis Dei, accusabas Deum in malis tuis: conuerso corde; & directo, laudabis Deum in bonis suis; accusabis te in malis tuis: isti sunt recti corde. Denique ille nondum recto cui displicebat felicitas: malorum & labor bonorum ait cor rectus: Quam bonus Deus Israel rectis corde: Mei autem, quado non erã rectus corde, penè commoti sunt pedes, paulominus effusi sunt gressus mei. Quare? Quia zelant in peccatoribus pacem peccatorum videt. Videt, inquit, malos felices, & displicet mihi Deus: hoc enim volebat, pacem peccatorum inueniens, vt non permitteret Deus malos esse felices. Intellegat homo, nunquam hoc permittit Deus. Sed ideo malus felix putatur, quia quid sit felicitas ignoratur. Simus ergo recti corde, tempus enim gloriæ nostræ nondum venit. Dicitur amatoribus huius seculi, quales erant fratres domini: tempus vestrum semper adest paratum, tempus nostrum nondum venit. Audemus enim hoc dicere & nos, quoniam corpus domini nostri sumus, quoniam membra eius sumus, quoniam caput nostrum granter agnoscimus. Dicamus proflus, quoniam propter nos & ipse hoc dignatus est dicere. Quando nobis insulant, amatores huius seculi, dicamus eis: tempus vestrum semper adest paratum: tempus autem nostrum

Psalm. 92.

Mat. 19.

1. Cor. 6.

Psalm. 49.

Psalm. 53.

Psalm. 93.

Psalm. 72.

Colof. 3. nondum venit, nobis enim dixit Apostolus: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quando veniet tempus nostrum? Cum Christus, inquit, apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Quid deinde addit? *Non potest mundus odisse vos.* Quid est hoc, nisi non potest mundus odisse amatores suos, testes falsos suos? Bona enim dicitis, quæ mala sunt, & mala quæ bona sunt. *Vos ascendite ad diem festum hunc.* Quid est hunc? Vbi gloriam humanam quaeritis. Quid est hunc? Vbi extendere vultis carnalia gaudia, non æterna cogitare. *Ego non ascendo ad diem festum hunc, quia meum tempus nondum impletum est.* In die festo hoc gloriam vos humanam requiritis. *Meum verò tempus, id est, gloriæ meæ, nondum venit.* Ipse erit dies festus meus, non diebus istis pereurrens & transiens, sed permanens in æternum: ipsa erit festiuitas, gaudium sine fine, æternitas sine labore, serenitas sine nube. *Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa.* *Ut autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.* Ideo, non ad diem festum hunc, quia non gloriarit temporaliter, sed aliquid docere salubriter, corrigere homines, de die festo æterno admonere, amorem ab hoc seculo auertere, & in Deum conuerrere cupiebat. Quid est autem quod quasi latenter ascendit ad diem festum? Non vacat & hoc ab intellectu. Videtur mihi, fratres, etiam hinc quod quasi latenter ascendit, aliquid significare voluisse: nam consequentia docebunt, sic eum ascendisse mediato die festo, id est, mediatis illis diebus, ut etiam palam doceret. Sed quasi latenter dixit, ne se ostenderet hominibus. Non vacat, quod latenter ascendit Christum ad diem festum, quia ipse latebat in illo die festo. Adhuc etiã ego quod dixi in latibulo est: Manifestetur ergo: tollatur velum, & appareat quod erat secretum. Omnia, quæ dicta sunt antiquo populo Israel in multiplici scriptura sanctæ legis quæ agerent, siue in sacrificiis, siue in sacerdotiis, siue in diebus festis, & omnino in quibuslibet rebus, quibus Deum colebāt, quæcūque illis dicta, & præcepta sunt, vmbra fuerunt futurorum. Quorum futurorum: Quæ implentur in Christo: vnde dicit Apostolus: Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo etiam, id est, in Christo impletæ sunt. Deinde dicit in alio loco: Omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculorum deuenerunt. Dixit & alibi: Finis enim legis Christi est. Itẽ alio loco: Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum. Si ergo omnia illa vmbra fuerunt futurorum, & scenopegia vmbra erat futurorum: hic ergo dies festus, quæramus cuius futuri vmbra erat. Exposui quid erat scenopegia, celebratio erat tabernaculorum, propterea quia populus de Ægypto liberatus tendens per desertum ad terram promissionis, in tabernaculis habitauit. Quid sit animaduertamus, & nos erimus, nos, inquam, qui mēbra Christi sumus. Si sumus, illo autẽ dignatẽ sumus, non nobis promerentibus. Attẽdamus ergo nos, fratres: educti sumus de Ægypto, vbi diabolo tãquam Pharaoni seruebatur, vbi lutea opera in terrenis desideris agebamus, & in eis multum laboramus, etenim nobis Christus quasi lateres facientibus clamauit: Venite ad me omnes, qui laboratis. Hinc educti per baptismum tanquam

2. Cor. 1.

2. Cor. 10.

Rom. 10.

Colof. 3.

mare rubrum, ideo rubrum, quia Christi sanguine consecratum, mortuis omnibus inimicis nostris, qui nos infectabatur, id est, deletis omnibus peccatis nostris, in deserto traieci sumus. Modo ergo, antequam ad patriam promissionis, id est, æternum regnum veniamus, in deserto in tabernaculis sumus. Qui ista agnoscunt, in tabernaculis sunt: futurum enim erat, ut quidam hoc agnoscerent. Ille enim est in tabernaculis, qui se esse in mundo intelligit peregrinum, ille se intelligit peregrinantem, qui se videt patriam suspirantem. Cum autem corpus Christi est in tabernaculis, Christus est in tabernaculis, sed tunc non euidenter, sed latẽter, adhuc enim vmbra lucem obscurabat: veniente luce vmbra remota est. Christus erat in occulto, in scenopegia Christi erat, sed latẽs Christus. Modo iam cum manifesta sunt ista, agnoscimus nos iter agere in eremo: si enim agnoscimus, in eremo sumus. Quid est in eremo? In deserto. Quare in deserto? Quia in isto mundo vbi scitur in via in aquosa. Sed scitiamus ut satureremur. Beati enim, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Et sitis nostra de petra impletur in eremo: petra enim erat Christus, & virga percussa est: ut autem manaret, bis percussa est, quia duo ligna sunt crucis. Omnia ergo hæc, quæ fiebant in figura manifestantur in nobis. Et non vacat quod de domino dictum est, *ascendit ad diem festum, non manifeste, sed tãquam in occulto.* Figura enim erat ipsum in occulto, quia in ipso die festo Christus latebat, quia ipse dies festus Christi mēbra peregrinatura significabat. *Iudei ergo quærebant eum in die festo:* antequam ascenderet. Priores enim fratres ascēderunt, & nõ tunc ascendit ille, quãdo illi putabãt, & volebant, ut etiã hoc impleteretur, quod ait: Non ad huc, id est, ad quẽ vultis, primum vel secundũ diem. Ascendit autẽ postea, ut Euangeliũ loquitur, *mediante die festo:* id est, cum iam illius diei festi tot dies præterissent, quot remansissent: ipsam enim festiuitatem quantum intelligendum est, diebus plurimis celebrabant. *Dicebant ergo: Vbi est ille? et murmur multum de eo erat in turba.* Vnde murmur? De contentione. Quæ fuit contentio? *Quidam enim dicebant quia bonus est, alij autem non, sed seducit turbas.* De omnibus seruis eius hoc dicitur modo. Quicumque eminuerit in aliqua gratia, spiritali profectu, alij dicunt quia bonus est, alij quia nõ, sed seducit turbas, vnde hoc? Quia vita nostra abscondita est cum Christo in Deo: ideo licet dicere hominibus per hyemen, mortua est ista arbor, verbi gratia: Arbor fic, arbor pyri, & huiusmodi pomorum similis est arbor, & quandiu hyems est, non apparet, æstas probat, iudiciũ probat: æstas nostra reuelatio Christi est, Deus manifeste venit, Deus noster, & non silebit: ignis ante eum præbit. Ille ignis inflammabit inimicos eius. Aridas arbores ignis comprehendet, tunc enim aridæ apparebunt, quando eis dicitur: Esuriui, & nõ dedistis mihi manducare. In alia vero parte hoc est, in dextera, apparebit fecunditas fructuum, dignitasque foliorum viriditas æternitas eis erit. Illis ergo tanquam aridis dicitur: Ite in ignem æternum: Ecce enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Dicant ergo de te, si proficis in Christo, dicant homines, seducit turbas. De ipso toto corpore Christi hoc dicitur. Cogita corpus

Matth. 5. 1. Cor. 10.

Colof. 3.

Psal. 49.

Matth. 25.

Matth. 1.

pus Christi adhuc in mundo, cogita corpus Christi adhuc in area, vide quemadmodum blasphemetur à palea: simul quidem triturantur, sed palea cum teruntur, frumentum purgatur. Quod dictum est ergo de Domino, valet ad consolationem, de quocumque hoc dictum fuerit Christiano. *Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudeorum.* Sed qui non loquebatur de illo propter metum Iudeorum? Qui dicebant bonus est: non qui dicebant seducit turbas. Qui dicebant seducit turbas, sonitus eorum audiebatur tanquam aridorum foliorum. Seducit turbas clarius sonabant: bonus est, pressius susurrabant. Modò autem, fratres, quannis nondum venit illa gloria Christi, quæ nos æternos factura est, tamen ita crescit Ecclesia eius, ita eam dignatus est per cuncta diffundere, ut iam saturaretur, seducit turbas, & clarius personet, bonus est.

S. CYRIL. ALEXANDR. Episcopi superioris Euang. expositio.

Post hæc ambulabat Iesus in Galilæam, etc. Post hæc inquit, quæ facta, dictaque sunt, ut in superioribus patuit, ambulabat, id est, conuertebatur in Galilæam, quod non vltro, nec libenter sed necessarid factum, adiecta causa ostendit. Idcirco enim, inquit, in Galilæa cum alienigenis longo tempore fuit; quia Iudei quærebant ipsum, ut in testicerent. Magna profecto hæc rursus Iudeorum acufatio est: quorum crudelitate fiebat, ut apud alienigenas dederet: quod futurum Hieremias prædixit. Dereliqui enim, inquit, domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi animam meam dilectam in manus inimicorum eius. Gentes enim, quoniam creatore neglecto, creaturam colebant, inimici Dei erant. Qui enim, inquit, mecum non est, contra me est. Ante vero Christi tempora Deum verum gentes ignorasse, nemo vnquam dubitabit. Erant ergo contra Deum, & in inimicorum loco constituti. Magna igitur illorum fuit crudelitas, quæ fiebat, ut conuersari cum inimicis, quam cum suis viuere mallet: qui saltẽ, quoniam carne, coniunctus secum erat, diligere ipsum debebant. Iure igitur ad gentes se postea transtulit, quod se facturũ iam magna ipsa minabatur re, quasi voce clamans, nisi persequendi finem faciant, omnino se ad gẽtes abiturum. Quod autem modo re ipsa minari videtur, id præcis temporibus figura quadam subostendebat, occulte per ænigmata relicturum se Hierusalem significans. Nam, quando de sacrificijs leges fiebat, ut in Leuitico scribitur; vitalium Domino munus in figura Christi ad holocaustum primo iussit offerri, Deinde, si vero de pecoribus oblatio est, inquit, de agnis & hædis ad holocaustum masculinum, & absque macula offerret, ponerque manus super caput hostiæ, & immolabit ad latus altaris, quod respicit ad aquilonem coram domino. His verbis ad gentes mysterium Christi translatum iri significabatur: quod facillẽ patebit, si templi situm prius, atque altaris dispositionẽ declarauerimus. Sic enim apertum fiet: quid sibi voluerit, quod non recte, sed ad latus, atque ad aquilonem oblati pecus respiceret. Iudeorum igitur regio in australibus sita partibus est, templum autem, quod Hierosoly-

Hier. 11.

Luc. 21.

Leuit. 1.

mis fuit, orientem ita respiciebat, ut orientis solis radios statim admitteret, altare quoque ipsum recte ingredienti faciem offerebat, vnde alterum latus ad aquilonem, alterum ad austrum respiciebat. Hæc non alio modo se habuisse spiritali Ezechielis visione comprobatur: Et videbam, inquit, & ecce viginti quinque viri, quorum terga ad Domini templum: & isti adorabant orientem solem. Nempe, qui orientem solem adorant, faciem ad ortum vertit: cuius terga si facies templi respicit, necesse est faciem, & portas templi ad orientem solem respicere. Hoc positionis modo altare quoque constitutum erat, quare tam templi quam altaris facies ad ortum, latera vero alterum ad austrum, alterum ad aquilonem, posterior pars ad occasum respiciebat, Hæc cum ita se haberent, Galilæa, id est, gentium regio (ita enim de ipsa scribitur) ab aquilone Iudææ coniungitur: quoniam igitur post passionem Saluator noster à Iudæa in Galilæam, id est, ad ecclesiam gentium transturus erat, idcirco in latere altaris, quod aquilonem, & Galilæam respiciebat, immolabatur. quod etiam Psalmista cecinit, Oculi enim eius, inquit, ad gentes respiciunt, declinabat igitur Iudæam Dominus: non quasi formidolosus, sed quoniam congruum crucis tempus non aderat. *Erant autẽ in proximo dies festus Iudeorum, etc.* Nondũ verbi Dei, qui saluatoris fratres putabatur, inhabitare in eo cognoscẽtes, cõmuni opinione ferebatur, putates à Ioseph ipsum natũ fuisse. Miracula verò vidẽtes occultius ab eo in Galilæa fieri, ad inancem gloriã hortantur, quasi ad hoc ille signa faceret, ut laudem ab hominibus cõsequeretur: ascẽdere autem in Iudæam ei consulunt, ac ibi signa facere, non ut credant in eum discipuli eius, sed ut miraculosa opera videant. Nam, si vis cognosci, dicunt, noli hæc clam facere, sed in Iudæa, ut plures in regione frequentĩ discipulos facias. Addidit autem necessarid, nondum etiam illos in Iesum credidisse, ne tam friuola, deiecitque verba credentes dicere viderentur; postquam tamen crediderunt, eo pietatis conscenderunt, ut inter apostolos numerati sint; hoc ipsum Hieremias sermone ad Christum verfo, sic prædixit, Fratres inquit etiam tui, & domus patris tui spreuerunt te, & ipsi clamauerunt post te, noli credere, quia loquentur ad te bona. Qui enim antequam firmiter crederet, ita leuiter sequebantur, quasi aduersus eum clamantes, congregati postea per fidem ad ipsum, bene de ipso locuti sunt, cãteris euangelium prædicantes: diuinitus autẽ cũ fratres salutare propheta dixerit, statim subiecit, & domus patris tui, ne filij virginis fratres eius putaretur. *Dixit eis Iesus, Tempus meum, etc.* Latet ut plurimum sensus sermonis eius: scriptum est enim, quod erit homo occultas sermones eius, quod ad utilitatem audientium factum fuisse nemo non insanus negabit. Nõdum igitur inquit palam faciendi omnia, tempus adest. Cũ Iudeorũ animus sine ira doctrinã meã ferre, aut pati nequeat: nec etiam tempus adest, ut gentibus hæc omnino tradantur, cum nondũ penitus à gratia Iudæi resiliierint, meã igitur, inquit, manifestationis tempus nondum adest, vestrum autem adest, paratumque est: nihil enim prohibet, ne ad meliora possitis accedere. Præterea quæcunque maiori dispensationi res subiacent, non omni tempore commode aguntur, quales Christi res erant, res autem eorum, qui maiora negligunt, & humilia

Ezech. 8.

Esa. 9.

Psal. 56.

Ecd. 30.

& humiliora sequuntur, quous tempore suscipi possunt. Quas ob res meum quidem nondum, vestrum autem tempus semper paratum est, &c. *Non potest mundus odisse vos, &c.* Commodè his verbis, & illos terrestribus rebus non nihil adhuc inhiantes arguit, & alteram artificiosissime affert responsionem: quia ostendit adhuc eos ignorare, quis ipse sit: ac ideo longe ab eo disiectos esse, ut qui huius mundi magis quam virtutis vitam admirantur: fuit autem saluatori nostro consuetudo: parua causa data, multa vtiliter audientibus dicere. Semper igitur, inquit, simile sibi quisque amare solet, & moru similitudo mirificè ad amorem conglutinat. Videtis, quia mundus non odit vos, sentitis enim ut ipse me odit, quia peccatam operantem acculo, quare vos absque periculo in solennitatem istam proficisci potestis, ego autem minime: loquar enim omnino, si venero, quæ illi conducunt. Sed veritas odium parit, & iram voluptuosi animi incendit; cum nolit delicias vitam contemnere. Hinc dicimus non inconsideratè arguendum esse, neque coram hominibus increpandum. Non argue, inquit, malos, ne te odio habeant: non enim absque detrimento esse odium potest: quare dicendum potius est ad audientium aures, pronus enim ad peccandum mundus est: peccata vero redargutione relinquuntur, quorum vel nominatio sola, redargutio quædam est. Nam, qui prauitatem ipsam vituperat, illos reprehendere videtur, qui prauit sunt. Quando igitur ad arguendum necessario doctor vocatur, cum aliter curatio haberi posse non videatur, tunc, quia moleste fert, qui redarguitur, multa ex odio mala nascuntur, propterea Christus ait, odio se haberi à mundo: quia mundus monitionem, quæ increpationis aliquid semper habet, ferre non potest: animus enim voluptati deditus grauitè fert, si à voluptate auocetur. Hæc dixit Saluator, nò, quia nullo se modo in solennitatem ascensurum ostendere velit, nec, quia ab vtili redargutione animum remouerit, sed quia opportuno tempore cuncta erat facturus. Simile quid etiam discipulis dicit: cum enim eos consolaretur propter futuras aduersus eos in prædicatione veritatis tentationes, si è mudo, inquit, fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quoniam vero de mundo non estis, propterea mundus vos odit: mundum vero in his omnibus non visibiles creaturas appellat, sed eos, qui res caducas, atque instabiles toto animo amplectuntur, qui virtutis amicos quasi hostes oderunt, diligunt autem omnes, qui, cum simili turpitudine teneantur virtutis inimici sunt. *Vos ascendite ad diem festum, &c.* Aperitissimè modo nolle se vna cum Iudæis festum agere diem, & vmbas cum illis sequi dominus affirmat. Nam quod ad paucos, & ad fratres dictum est, ad rotum genus Hebræorum pertransit. Non enim societatem fratrum spreuit: quippe qui cum eis in Galilæa versabatur, nec dubito, quin propter opinionem cognitionis etiam conueneret, sed per fratres, totum Iudæorum genus intelligit: quibus cum solennem, festumque diem per vmbas celebraturum se negat; ut prophetica quoque voce prædixit; odi, ac repuli festiuitates vestras, & si obtuleritis mihi holocausta, & sacrificia, non accipiam. Remoue à me sonum cantuum tuorum, & psalmos organorum tuorum non audiam; spiritus enim Deus est, & adorantes eum, in spiri-

Amos 5

Joan. 15

Esa. 1

tu, & veritate adorare oportet. Spiritus ergo Deus cum sit, spiritali honore gaudet. Legales etiam boum, atque pecudum cades, thuris, similia, vini, oleique oblationes, varios spiritualis virtutis numeros figuratè significabant, vos igitur, inquit, qui vmbas adhuc in hæretis, qui luce legi affecti estis, ascendite in huc festum diem, per vmbas celebraturi. Ego vero, cui vmbæ iam cordi non sunt; non ascendo, quia per figuras celebrare iucundum non est: expecto autem veræ solennitatis tempus; quod nondum impletum est. Tunc enim in splendore sanctorum cum eis conuiuiam in gloria patris, quæ super omnia fulget: suum vero tempus appellat, sua enim solennitas est: ipse magister eius est: ipsi prophetica voce attribuitur: dicit enim ad impios, & male viuentes diuinus ille Oseas, quid facietis in die solennitatis Domini, & in die festo eius id est, quomodo, qui labores virtutis aspernati estis, qui Dei charitatem neglexistis, ad cælestem solennitatem ingredi poteritis? aut quomodo cæne illius Dominus, atque magister; non eijciet vos, dicens: Quomodo intrastris huc absque veste nuptialis? Cognata his Zacharias quoque propheta scripsit: Omnes, inquit, qui de vniuersis gentibus reliqui fuerint, qui venerunt contra Hierusalem, ascendunt de anno in annum, ut adorent regem Dominum exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum. Ascensuros enim refiduos ait, & ad adorationem magni regis, & ad diem festum scenopegiæ. Nam quamuis multi per gratiam vocati sunt, pauci tamè admodum in supernam Hierusalem ascendunt: pauci enim electi sunt, ut ait Saluator. Adorabunt autem non legali, sed spiritali adoratione, veræ scenopegiæ diem festum agentes, & illud summa cum iucunditate canentes; Benedictus Dominus, qui exaudiuit vocem deprecationis meæ: in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, & restituit caro mea. Restituit enim rursus, atque reuincit: neque id absque Christo; ipse enim nobis resurrectionis initium, & veræ scenopegiæ ianua factus est, quod certe prophetica voce sic dicitur: Et erigam tabernaculum Dauid, quod cecidit; tabernaculum enim, caroque Christi à sanguine Dauid sumpta, prima ad immortalitatem virtute Dei patris excitata est: ut etiam per quendam apostolum dicitur; hunc definito consilio, & præscientia Dei traditum per manus iniquorum affligentes interemisistis: quem Deus suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneti illum ab eo: & rursus, hunc Iesum suscitauit Deus: cuius omnes nos testes sumus. Quod autem scriptura solet humanitatem Christi, quæ à semine Dauid sumpta fuit, Dauid appellare, omnibus patere arbitrator. *Hæc cū dixisset ipse, &c.* Diu manet in Galilæa, longius à regione Iudæorum semotus: ut, quamuis propter errores idolorum imperitissima gentilitas esset, nobilior tamen Iudæis conuersione Christi efficiatur. Licet hinc (ut diximus) etiam ostendatur merito se gentes diligere, & Hebræos odisse. Quomodo enim, qui omnia nouit, antequam producerentur, ecclesiæ gentium, quæ sic facile fidem amplexura erat, non amasset, & ingratos Iudæos aspernatus non esset? præsertim cum illius pulchritudinem vel ante aduentus tempora concepisserit scribatur; hanc vero Iudæorum dico synagogam, fornicatricem, & adulteram & duræ cer-

Joan. 4

Non excludit receptas ceremonias, sed vult, ut in illis non sistant, sed principalè Dei cultu statuant.

Osee 9

Math. 22

Zach. 14

Math. 10

Psal. 27

Amos 9

Act. 2

Eccles. 25

uicis appellet; audi, fornicatrix, Ezechiel inquit, domini verbum? Hieremias autem vt adulteram accusat clamans; sicut spernit mulier cohabitantem suum, sic me spernit domus Israel, dicit dominus. Hæc igitur vultu Deus præsciens, & pulchritudinem gentilis ecclesiæ iam prospiciens, & Iudæorum peruersos non ignorans mores, illam sicuti sponsam amplectitur, & hanc quasi adulteram odit: vtrumque tamè temporè opportuno referuauit. Nā nec omnino synagogam ante crucein eiecit: nec Galilæa, id est, gentibus omnino se dedit, antequam illam eiecerit. Quamquam igitur dixerit non ascensurum se in illum diem festum, quoniam tempus suum nondum impletum erat, fratribusque permiserit, ut, si vellent, ascenderent: ascendit tamen post eos, nec aliter dixit, nec aliter fecit. Quomodo enim, cuius in ore mendacium inuentum non est, sed non ascendit, festum diæ acturus, sed admoniturus potius, & ad vitam æternam doctrinam illos sua reuocaturus. Nam, quod iste eius sensus verborum sit, inde apertissime patet; quia nō ascendit simul cum fratribus, sed latentius, illis omnino dissimilis, qui ad festum diem hilari animo pergebant: quando autem ad salutarem ibat passionem, tunc non occulte, sed pullo inuectus asina in figura populi noui, magna adulescentulorum multitudine præcedente, per quos venturi populi multitudo significabatur, ascendebat: clamabat autè, qui præcedebant; Benedictus qui venit in nomine domini, osanna in excelsis. Quoniam ergo latenter ascendit, non ad diem festum, sed ad docendum se Hierosolymam petiisse ostendit. nōdum enim, ut diximus, Hebræos omnino reliquit. Dixisse verò ipsum, quod nō ascendit, & tamen ascendisse, in libro Exodi præfatis temporibus figuratè significatum inuenies. Nam, cum Moses in cacumine montis diuini moraretur, legem à Deo expectans, cumque vitulum (Dei pietate neglecta) Hebræi colerent, nequitia hominum irritatus, perdere genus eorum minatus fuit. Et tandem dixit ad Moysen; vade, & ascende hinc tu, & populus tuus, quem eduxisti de terra Egypti, ad terram, quam iuravi, Abraham dicens; Semini tuo dabo ipsam, & mirram ante faciem tuam angelum meum. Respondit Moyses; nisi tu nobiscum venias, non educes me hinc. Et quomodo cognosci poterit inuenisse me, ac populum tuum apud te gratiam, nisi nobiscum veneris? Tunc dicit dominus ad Moysen; & hoc verbum, quod dixisti, faciam, inuenisti enim gratiā apud me. Vides ptius dictum esse à Deo propter populi peccatum non ascensurum se cum illis; sed angelum quendam missurum: postea verò propter Moysen, & patrum memoriam venia data, cum illis seipsum præsentem fore promittit. Similiter igitur etiam hic cum propter incredulitatem Iudæorum iterum se negauerit, tamen propter sanctos paucos, & sollicitationes suas ascendit, non ut ad festum diem, sed ut salutarem illis doctrinam proponeret, nec angelo ad hoc ministerium vtitur, sed ipse salutaris doctrinæ minister sit. *Iudæi ergo quærebant eum, &c.* Quærent Iudæi Iesum, nō vt credant in eum: obtulisset enim hoc modo se illis, ut scribitur; Apparui non quærentibus meis; inuentus sum à non inuestigantibus me, sed ex multa uanitate animi in gentium mores delapsi, diuinæ gratiæ plenitudine non illuminabantur. sapientes enim gen-

Exod. 16

Esa. 53

Esa. 53

Math. 21

Exod. 32

Exod. 33

Esa. 65

tium longos reuolutes sermones, & arnearum telas textentes, quod verè bonum, aut iustum secundum naturam est, diligenter quætere simulant, cum vmbam solummodo sequantur, & virtute vera vacui, ac superiote sapientia omnino carentes, ad nullam plerumque vtilitatem multa conscribunt. Iudæi quoque illos imitati, & ignorantiam illorum admirati, Iesum quærant, non ut credant, quod re ipsa patuit, sed ut dicacitatem suam in eum exerceant, & hoc modo inextinguibilem super capita sua flammam incendunt. Præterea inde quoque patet, non bono animo illos Iesum quæruisse: quia cur non adest, solummodo quærent, affuisse namque oportere opinabantur festum diem illis agentibus tantorum authorum miraculorum. Ita iocunditatem potius ex admiratione signorum, quam vtilitatem venari videbantur: & peritiam habere legis iactantes, & prophetarum dicta non ignorare, non recordantur scriptum esse; Quærite Deum, dum inueniri potest; inuocate eum, dum prope est: derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miseretur eius. Animaduertis, quod non sufficit ad salutem, si solum quæris, sed oportet, cum inueneris, obedientia, & fidè ad illum reuerti. Sed, quoniam nec in mentem quidem hæc sibi veniebant, merito audiant, quomodo dicetis; sapientes nos sumus, & verbum domini nobiscum est; verè mēdaciū operatus est stylus mendax scribarum; confusi sunt sapientes, perterriti, & capti sunt, & sapientia nulla est in eis. Verbum enim domini proiecerunt. Quomodo enim non reprobarunt, quem non susceperunt? aut quomodo non contemnebant sic imperite de ipso dicentes; ubi est ille? Arrogantium enim hoc dictum, nam quamuis propter miracula, magnam de ipso debuissent opinionem habere, nondum tamen magnum quid de ipso dicere videtur. *Et murmur multum erat.* Difficile semper inuentu bonum est, & veritatis pulchritudo plurimos laet, non enim possunt indocioties, qui, quodcunque sibi visum fuerit, absque diligenti examinatione sequuntur, veritatem rerum rectè intelligere, nec dicentem Paulum audiunt; sitis prohi nummularij; omnia enim probanda noueris, ut certius veritatem consequi possis. Audiant, quæso, atque attendant, quicumque Iesum ex arrogantia non admirantur. Gustate, & videte, quia suauis est dominus. Nā, quem admodum qui gustu præcipuam mellis qualitatem probant, ex minima, quam gustauerunt, particula totum cognouerunt; sic qui vel parum saluatoris verba intellexerunt, bonum esse ipsum cognoscent, & cognoscentes admirabuntur: prudentiores igitur Iudæorum Christo adfunt, & penè rectam de illo sententiam efferunt, nō posse putantes opera Dei quemquam facere, nisi aut Deus ipse natura sit, aut Dei particeps, & gratiā plenus, & ideo bonus. longe autem à veritate oberrant, qui non erubescunt seductorem appellare; qui merito audient; vae, qui dicitis malum bonum, & bonum malum; qui putatis tenebras lucem; & lucem tenebras. In eodem enim loco constitutus est, qui probitatem accusat, & qui adest improbitati, qui turpia quasi plena pulchritudinis admiratur, & pulchris sordes imponere conatur. Sed hæc opprobria Iudæorum prædicta iam à prophetis erant. Vt, inquit, eis, qui reflu-

Esa. 55

Esa. 8

1. Thes. 5

Psal. 33

Joan. 3

Esa. 9

Osee 7

runt à me : redemi eos ; ipsi autem aduersus me falsa locuti sunt. *Nemo tamen palam loquebatur , &c.* Cum ipsi Iudæi murmurent , Iudæorum tamen , inquit , timore , nemo de illo palam loquebatur , sed præcipue hic Iudæos , Iudæorum principes appellauit : indignum enim (vt mihi videtur) iudicauit homines adeo à pietate remotos , sacerdotēs , aut seniores populi appellare , quos per prophetam , vt spiritalis vineæ corruptores Deus accusat , dicēs ; Pastores multi demoliti sunt vineam meam , conculcauerunt partem meam , dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis , posuerunt eam in dissipationem . quomodo enim dominicam vineam ipsi iniquitate sua non deuastarunt , qui non modo nihil ad cultum ipsius conducunt , verum etiam studio , & opera faciunt , vt populus timore pressus , non parcat recte docenti ? Argumentum autem est ; nimium illis plebem subiectam fuisse ; quia nec laudare quidem , quod laudandum putant , palam audebant . Quemadmodum igitur gubernator , cum ipse gubernandi rationem habeat , cæteri quæ omnes , qui in eadem sunt nauis , sibi apprimè obtemperent , ipse solus culpam habebit , si nauem incautes , & scopulos illiserit , aut auriga , si agens in inuia cursum fregerit , ita certe Iudæorum principes , quia subiectam , parentemque plebem habeant , non iniuria perditionis omnium rationes relaturi sunt . Quod autem ipsi perditionis populi causa fuerint , Hieremias etiam testatur dicens ; Stulte pastores egerunt , & dominum non quaesierunt : propterea non intellexerunt omnis grex , & dispersi sunt .

B E D A E V E N E R A B I L I S
presbyteri eiusdem Euang.
expositio.

*Ex comment.
in Ioan.*

Post hæc , inquit euangelista , ambulabat Iesus Galilæam , &c. Hoc infirmitatis nostræ præbebat exemplū . non ipse perdidit potestatem , sed nostram consolabatur fragilitatem . Futurum enim erat , vt dixit , vt aliqui fideles eius absconderent se , ne à persecutoribus inueniretur : & ne illis pro crimine obijceretur latibulū , præcessit in capite , quod in membris confirmaretur . Potuit enim Christus ambulare in Iudæam , & non occidi , qui ait ; Potestatem habeo ponēdi animam meam , & potestatem habeo iterum sumendi eam . Hanc potestatem ostendit dum voluit , dum ad vocem illius retro ceciderunt , qui eum cum armis venerant apprehendere . *Erat autem in proximo dies festus Iudæorum scenopegia .* Scenopegia est dies festus , quo Iudæi mensē septimo in tabernaculis sub ramis arborum habitare diebus septem iuebantur , ad memoriā habitationis illorum in eremo . Ille erat dies festus , quem Iudæi magna solennitate celebrabant , velut reminiscētes beneficiorum domini , qui eos eduxit de terra Ægypti . Dies festus Azymorum Iudæorum dicitur non vnus dies , sed quotquot illius festiuitatis fuerunt , quasi vnum diem festū propter vnius festiuitatis consuetudinem nominare solebant . *Dixerunt ergo ad eum fratres eius , &c.* Fratres domini vltimissimo sanctæ scripturæ more consanguinei sanctæ Mariæ semper virginis dicebantur . Nam Abraham , & Loth , & Laban , Iacob , fratres sunt dicti , cū esset

Mat. 10.

Mat. 10.

Ioan. 18.

Mat. 23.

Laban auunculus Iacob . Cum ergo audieritis fratres domini , Mariæ cogitate sanguinitate , non iterum parientis vllam progeniē . Diximus fratres qui fuerunt : audiamus quid dixerunt ; *Transi hinc , & vade in Iudæam , &c.* Opera domini discipulos non latebāt , sed istos latebāt . Isti enim fratres , id est consanguinei , Christū cōsanguineum habere poterūt : credere autem in eū ipsa propinquitate falsidierunt . ideo cōtinuo euāgelista secutus est , *Neque enim fratres eius credebant in eum .* Quare in eum non credebant ? Quia humanam gloriam requirebant , dicentes ad eum ; *Transi hinc , & vade in Iudæam , &c.* Nam his verbis ostenditur gloriam illius carnaliter querere eos , quasi dixissent ; Facis mirabilia , sed abscondite . Transi in Iudæam , vt principatus gentis , & ciuitas caput regni videant mirabilia tua . Innotescere , appare omnibus , vt laudari possis ab omnibus . Quid ergo ad hæc dominus Iesus dicit ? *Meum tempus nondum aduenit , &c.* Apostolus dicit ; Postquam venit plenitudo temporis , misit Deus filium . Tempus vero gloriæ Christi nō dum venit cū hæc locutus est . Quid illi videntur querere , qui ei suadebant ire in Iudæam , miracula facere , mundo innotescere : Ne lateris , ignobilis putaretur . Sed ille voluit altitudinem humilitatem præcedere , & ad ipsam celsitudinem per humilitatis viam peruenire . Tempus autem vestrum , id est , mundi gloria , semper est paratum . erit enim tempus gloriæ . Qui venit in humilitate , veniet in altitudine . Qui venit iudicandus , veniet iudicaturus . Qui venit occidi à mortuis veniet iudicare de viuus & mortuis . *Vos ascendite ad diem festum hunc . Quid est hunc ? Vbi gloriam humanam quaeritis . Quid est hunc ? Vbi extendere vultis carnalia gaudia , nō æterna cogitare . Ego non ascendo ad diem festum hunc , &c.* In diem festum gloriam vos humanam quaeritis : meum vero tempus , id est , gloriæ meæ , nondum venit . Ipse erit dies festus meus nondum diebus istis percurrens , & transiens , sed permanens in æternum . Ipsa erit festiuitas , gaudium sine fine , æternitas sine labe , serenitas sine nube , hæc cum dixisset , ipse mansit in Galilæa , &c. Ideo non ad diem festum hunc , quia nō gloriam temporaliter quaerebat , sed aliquo docere salubriter , corrigere homines , de Dei festo æterno admonere , amorem ab hoc sæculo auertere , & in Deum conuerrere . Quid est autem , quasi latenter ascendit ad diem festum ? Nō vacat & hoc domini opus . Nam omnes dies festi Iudæorum in figura fuerunt . Ideo latenter ascēdebant in eis , quia Christus latuit in illis : populo priori occultus , modo vero meliori populo manifestus : quia quod ille populus in vmbra agebat , nos iam manifesta luce facimus . vnde licet intelligere vel hanc domini responsonem , qua ait ; *Ego nō ascendo ad diem festum hunc* , ad passionem illius pertinere : quia Christus non in festiuitate scenopegiæ , sed in festiuitate Paschali , qua agnus occidi solebat , crucem ascendit . Iudæi autem quaerebant eum in diē festo , antequam ascēderet . priores enim fratres ascēderant . Nōn tunc ascēdit ille , quando illi putabant , & volebant , vt iam hoc impleretur , quod ait , non adhuc , id est , ad quem vos vultis , primum , vel secundum diem ? Ascendit autem postea , vt euāgelium loquitur , mediato die festo , id est , cum iam illius diei festi tor dies præcessissent , quot remansissent . Ipsam enim festiuitatem , quantum intelligendum est , diebus plurimis celebrabant .

Galat. 4.

Forte intulit illam de qua condemnatus fuit Episcopus Tolentanus in Synodo Aquisgran. 2m. 9.

Dixerunt ergo . Vbi est ille , &c. Vnde murmurat De contentione . *Quæ fuit contentio ? Quid enim dicebant quia bonus est , &c.* De omnibus eius seruis hoc dicitur modo . Quicumque eminet in aliqua gratia , alij dicunt , bonus est : alij , non , sed seducit turbas . Vnde hoc quia vita nostra abscondita est cū Christo in Deo . Hoc patitur corpus Christi vsque in finē seculi à mundi amatoribus , quod tunc passus est à Iudæorum murmuratoribus : necdum frumentum à paleis segregatū est , vt grana frumenti congregentur in horreum , & paleæ comburantur igne æterno . Quod dictū est ergo de domino , valer ad consolationē de quocunque hoc dictum fuerit Christiano . *Nemo tamen palam loquebatur de illo , propter metum Iudæorum . Qui dicebant , bonus est . nam qui dicebant , seducit turbas* , sonitus eorum apparerat tanquam aridorum foliorum . *Seducit turbas* , clari sonabant . *Bonus est* , presfius susurrabant . Modo autem , fratres , quanuis nondū venerit illa gloria Christi , quæ nos æternos factura est , modo tamen ita crescit ecclesia eius , ita eam dignatus est per cuncta diffundere , vt etiam susurraret , *seducit turbas* : sed clari personat , *bonus est* . nā noua hæretis in angulis occulte susurrat , Christus est adoptiuus . sed clari vniuersalis sanctæ ecclesiæ vox resonat . Christus est filius Dei proprius . Sibilant quoque serpentina ore , Christi nuncupantius est Deus , sed expressius firmiusque fidelium omnium vnanimitas clamat , Christus bonus est Deus , verus est Deus : teste egregio prædicatore , qui ait , *Quorum patres* , ex quibus Christus , qui est super omnia Deus benedictus .

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

Versabatur Iesus post hæc in Galilæa . *Nō volebat enim in Iudæa versari . &c.* Noluit Iesus in Iudæa ambulare , propter homicidas Iudæos , non vt timens mortem , poterat enim in medio illorum ambulare : sed , si hoc semper fecisset , non creditus fuisset homo , sed habitus fuisset factafina . Vnde nunc quidem secedit , confirmans , quod vere homo : & confutans omnes , qui dicunt eum secundum apparentiam tantum incarnatum , sicut Marcion , Marcion & Basilides , & similes dicunt . Aliis etiam quum esset in medio ipsorum infanientium contra ipsum , manebat illis , & ostendebat suam deitatem : confundens Paulum Samaritanum , & docens omnes , quod non purus homo , sed & Deus fuerit . Secedit in Galilæam nunc . Nam , quia nondum aduenerat tempus passionis , vanum , & superuacuum erat in medio inimicorum suorum versari , & maioris semper rabie illis auctorem fieri . *Erant autem* , inquit , *scenopegia .* Opere præcium fuerit dicere de festis , quæ faciunt Iudæi . Tria enim erant vnum pascha , quod fecerūt egressi ex Ægypto , quod & primum apud ipsos erat ; secundū pentecoste , quod celebrabant quidem vt liberati à malis , quibus in solitudine affligebantur : ingressi autem in terram promissionis , manipulos in festo illo tāquam primitias offererebant tertium Scenopegia , quod celebrabant in gratiarū actionē propter cōuectas fruges mensē Septembris . Tunc enim gratias agebant domino , connectis omnibus fructibus . Ideo & tabernacula fiebant , & quasi sub dio agentes lætabantur . vnde Psalms quosdam Dauid , qui inscripti sunt pro torcularibus , quidam compositos esse dicit in hoc festum . Nam tunc torcularia sua implebant , & quas agebant , propterea que agebant gratias , & Psalms vtebantur atque aliis in gratiarum actionem . Talis est Psalms viij . ideo & propheta in ipso meminit bonorum hominū à Deo datorum . Significat autem hæc , Pascha transitum nostrum ex infidelitate ad fidem : Pentecoste , ingressum in ecclesiam , vt terram aliam promissionis , quando scilicet & panem manducamus , fumentes diuina mysteria . Non enim simul atque crediderimus , transuerimusque ab incredulitate , mox & panē comedimus , sed oportet primum baptizari , vt digni famus , qui stemus eum baptizati in ecclesia , & tunc de panē participemus . Scenopegia autem resurrectionē , quando omnes quidem fructus nostrorum operum consumuntur , tabernaculāque nostra per mortem destructa , iterum construuntur . Sunt & alij diuiniore sermones de his festis , at de his nunc non est dicendi tempus . Exponimus enim hoc , quod multis vtilius . Itaque , quum esset festum Iudæorum , quod vocatur Scenopegia , quia videbant eum fratres eius non apparatus ad iter , inuidentes ei dicunt ; *Transi hinc , & vade illuc* , vt discipuli tui , hoc est , turbæ , quæ te sequuntur , videant , quæ facis . Nō enim de duodecim dicit , sed de iis , qui illum alios sequebantur . Arguebant autem eum fratres eius , filij scilicet Ioseph , propter duas affectiones , timorem , & vanam gloriam . Ideo & dicit ; *Nullus enim in occulto facit aliquid* , id quod est formidinis : *& quærit ipse palam esse* , id quod vanæ gloriæ . *si hæc facis* , manifesta te ipsum mundo . Hoc autem loco insinuant : Haud bonam opinionem habemus de iis , quæ à te fiunt . Nam , si hæc facis vt bona , manifesta te ipsum . si autem te occultaris , manifestum , quod mala faciens occultaris . Cuius autem gratia in his quinque mensibus , quum nihil aliud narraisset Euangelista , quam signum hoc de panibus , & sermonem domini ad comedentes , quem postea ingrati irridebant , alia tranfiliit , dicens ; *Erat autem propofestum Iudæorum Scenopegia* . Nam quod opera quinque mensium in intermedio siluerit , manifestum hinc . Quum enim miraculum panum faceret , pascha erat , quod habebatur apud illos primo mense , quem Romani Martium vocant : nūc autem Scenopegia mense sunt Septembris . Quare igitur hoc fecit Euangelista ? Eō quod non erat opus omnia enumerare . Et aliter ; Euangelista illa studuerunt dicere , propter quæ reprehensio aliqua , vel controuersia apud Iudæos subsequēbatur . Dignum autem est feritatem illorum admirari quomodo non erubescant dicere illa , quæ videbantur asferre ignominiam : quandam magistro . Vnde Euangelista multa miracula , & verba domini tranfuerunt , infidelitatem fratrum , & ea , quæ illi opprobriat , narrat . Vnde autem illa incredulitas ? Ex voluntate , & inuidia . Solent enim cognati semper inuidere . Veruntamen attende , quod qui tāta infidelitate affecti erant in illum , antequam crucifigeretur , illi ipsi erant , qui vbi gloriosum eum viderunt , & miracula facientem , post crucem , & ignobilitatē , quæ videbatur , testati sunt , apostoli , & prædicatores , & episcopi facti . Vnde sine contradictione illum resurrexisse viderunt . Non enim exposuissent se pro illo , nisi certa quædam , & solida habuissent

*Exod. 11.
Deut. 18.*

*Ps. 80.
83.*

Christi fratres , filij Ioseph , sed alijs de consobrinis intelligunt.

argumenta de eius resurrectione. *Dicit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum adest, &c.* Fratres quidem domino invidentes, arguunt eum metus, & arrogantia. Ille autem quid dicit ad eos: num dure loquitur? minime, sed mansuete. Non enim dixit: Vos, qui estis, qui talia mihi consiliis, & ita docetis? Sed quid inquit? *Tempus meum nondum adest, hoc est, crucis, & mortis. Tempus autem vestrum semper est paratum.* Vos, inquit, etiam si semper cum Iudaei conueneritis, non occident illi vos, qui eadem sectamini, quae illi: me autem statim occisuri sunt, si quidem viderint ad festum veniētem. Vel & aliter hoc intelligendū. Nam, qui beatos facit Iugentes in hoc seculo, similia & nūc loquitur, & quae ad omnes sanctos pertinere possunt. Non est enim, inquit, tempus festiuitatis, quā videam in plenitudine Iudaeorum omnem vigere malitiam. Luctus enim, & lamenti tempus est, quum veritati quidem obstititur, diuina autem voluntas non seruat. Igitur propter hanc mihi non est tempus festiuitatis: at vobis quidē, utpote iis, qui cum Iudaeis conspirant, & mundo addicti sunt. Non mirum, si festum agatis cum iis, qui vobis similes sunt. & vos quidem mundus non potest odio habere, hoc est, iij, qui mundana sapiunt, veluti (sicut dictum est) sui similes: me autem odio habet, quia redarguo opera eius. Liberior enim reprehensio odium parit. Mittit igitur fratres ad festiuitatem, ostendens, quod non cogat cum eo manere, si quidem nolint. Attende autem quomodo ad duo crimina, quae intentabant illi, metum dico, & vanam gloriam, duo etiam responsa dat. Ad metum quidem dicendo, arguo opera mundi, hoc est, eorum, qui mundum sapiunt. Non autem arguissem, si quidem meticulosus essem, ut putatis. Ad vanam autem gloriam, non compellendo eos ut secum maneant. Nam, si inanis gloriae crimini fuisset obnoxius, nequiquam illos a se dimisisset: quia arrogantibus magne pompe cordi sunt. Itaque, quia duo haec opprobrauerat, merito contra duo illa restitit, ostendens grauem illorum suspicionem. *Tempus enim meum nondum impletum est*, significat, quod nondum est tēpus mortis, & crucis, oportet enim me adhuc in carne viuere, ut plura signa facia, & plures doctrinas exponā, atque ita ut plures turbas in fide instruam, & discipulos meos confortem tam per plura signa, quam per doctrinas. Nondum igitur, inquit, virget tempus mortis, ut obiciam me iis, qui contra me insaniunt: propterea neque ad festum ascendo. *Hac autem quum dixisset illi, mansit in Galilea, &c.* Quare dicens fratribus; Non ascendo ad diem festum, ascendit? Non dixit simpliciter, non ascendo: sed, nunc, hoc est, vobiscum. Nam principio quidem ascendere detrectabat, utpote feruentibus furorē Iudaeis. Post haec autem, quum festum soluendum esset, ascendit; quando & infaniam illorum verisimile erat mitigatam esse. Et aliter quoque; Non fecit contraria iis, quae dixit. Non enim ascendit diem festum acturus, sed docturus: & non cum hilaritate, quae solent celebrari ferias, sed clam. Delitescit autem, ut confirmet se hominem. Nam, si comparuisset, infamiuissent utique contra eum, occidere illum cupientes: & si non permisisset eis hoc facere, eo quod nondum instaret tempus passionis, sed ē medio eorum effugisset passionē, haberi potuisset, quod non vere, sed apparenter tantum fuisset incarna-

tus: & propterea fugit, & secedit ut homo, quod hominis erat faciens. Iudaei ergo querebant eum in die festo, &c. Prae multo odio Iudaei etiam nomen eius non proferunt. Non enim dicunt, Vbi est Iesus? sed, *vbi est ille?* Ita & paruo eius nomini aduersabantur. Considera autem quam anidi fuerint cedis, quum neque per tempus festiuitatis illi parcerent, sed venari illum per illud volebant: ideo & querebant. Tam paruum reuerentiam diei festo exhibebant, taliāque illorum erant opera. Murmur autem multum de eo erat in turbis, quoniam varia de illo erant sententiae: dicentibus quidem principibus, Seducit turbas: in multis autem dicentibus, bonus est. Qui autem eum bonum dicebant, de turba erant. Et quod hoc sit verum, manifestum est ex eo, quod Evangelista dicit nullum fuisse ausum libere loqui propter merum Iudaeorum. Manifestum enim, quod iam multo tempore de illo palam loqui ausi non fuerint, & timentes principes Iudaeorum siluerint. Sed & eos, qui dicebant, *seducit turbam*, coniectura est ex principibus fuisse, qui illum calumniabantur. Nam si fuissent ex turba, dixissent; Seducit nos. nunc autem, quum dicunt, *seducit turbam*, ostenditur, quod non fuerint de turba, sed ex principibus, qui talia dicebant. Vide autem ubique principes corruptos, subditos vero incorruptos. Veruntamen, quia viriliore anima carebant, adhuc imperfecti manebant, & libere nihil audebant.

ERICI IN SVPERIIS
Euang. Hom.

Dominus noster Iesus Christus per omnia memor nostrae salutis, in cunctis, quae faciebat, futuris fidelibus suis exēpla, quae imitari deberent, proponebat. Quia enim persecutionem infidelium praevidebat causa sui nominis in sancta Ecclesia excitandam, sciebat etiam infirmiora membra sua immanitatem persecutionis tolerare non posse: ne hi tales salutem desperarent, & quasi a Christo se alienos arbitrarentur, si vnaquē terribi passionem resugissent, dignatus est eis Dominus praeprocepto simul & exemplo consulere. Praeprocepto quidem, quo tales ingruente persecutionis tēpore fugere permisit, dicens: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in alia: Exemplo verò, quod adhuc puer ad declinādam Herodis saniam, non solam de ciuitate in ciuitatem, verum etiam de regione in regionem fugere dignatus est, delatus a parentibus in Aegyptum. Factus etiam iuuenis, cum eum Iudaeorum principes propter Euangelij praedicationem vellent interficere, crebro Iudaeam deseruit, & ad alias transit regiones: ne videlicet membra illius hoc facere metuerent, quod nouerant in suo capite praecessisse, neve alicui pro crimine obiceretur, si quādo captus formidine, fugae praesidium requisisset. Air enim sanctus Evangelista, qui lectus est, *quia ambulabat Iesus in Galileam. Non enim volebat ambulare in Iudaea, quia querebant eum Iudaei interficere.* Neque enim Dominus suam amiserat potestatem, sed nostram hoc faciens consolabatur infirmitatem. Nam si veller, poterat tutus inter illos ambulare, qui ipsam quoque mortem in potestate se habere testatur, dicens; Potestatem habeo

Matth. 2.
Matth. 10.

Matth. 10.
Luc. 11.

Emprole no
mine hereti
ci videtur, et
Graeci patre
suo esse esse
venerunt, Ioseph
filios esse alia
venerunt Ioseph
pisse.
Vide Eusebio
aduersus El
cidium.

Luc. 23.

Genes. 13.

beo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Denique hanc potestatem demonstrat, quando tempore passionis ad vocem illius ij, qui ad eum comprehendendum venerant, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Sed omnia prouidentissima dispensatione disponens, praebendi gratia exempli, ut dictum est, dignatus est ad tempus se persecutoribus absentare. *erat autem in proximo dies festus Iudaeorum, scenopogia.* Scenopogia erat festiuitas tabernaculorum, quādo mense septimo omnes Iudaei in tabernaculis lege praecipiebantur habitare, in memoriam illius temporis, quo per xl. annos in tabernaculis absque villis domibus commorati sunt in deserto. Dies autem festus dicitur, non quod tantum vna die ista ageretur festiuitas (nam per septem dies in tabernaculis habitabant) sed quod quoties dies essent eiusdem celebritatis, vnam diem propter vnam solennitatem consueuerant appellare Iudaei. *Dixerunt ergo ad eum fratres eius: Transi hinc, & vade in Iudaeam.* Fratres Domini vnitissimum more sacrae scripturae, consanguinei ipsius secundum carnem, confortari videlicet, ipsius intelliguntur. Nam quod quidam haeretici dixerunt, fratres Domini appellari filios Ioseph sponsi Mariae semper virginis, de quadam vxore eius Esta nomine, nulla auctoritate subnixum est, atque idē a fidelibus nullo modo recipiendum. Sciendum siquidem, quod in sacro eloquio fratres tribus modis dici solent, natura, gente, & cognatione. Natura, sicut Iacob, & Elau. Gente, sicut omnes Iudaei, de quacunque tribu fuissent, fratres appellabantur. Vnde dicitur in lege; Si attenuatus frater tuus Hebraeus vendiderit se tibi. Cognatione, sicut Abraham, & Lot fratres dicti sunt, cum Abraham patruus fuerit Lot. Scriptum est enim; Dixit Abraham ad Lot; Ne quālo sit iurgii inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos; fratres enim sumus. Quartus quoque modus addi potest religionis, secundum quam omnes Christiani fratres dicimur, qui vnum Deum patrem nos habere gaudemus. Illo ergo tertio modo, quo iuxta cognationē fratres vocari diximus, & hic, & vbiunque fratres Domini legimus, hoc vocabulum recipere debemus. Hoc itaque modo Iacobus frater Domini dicitur esse quia filius fuit Mariae matertē Domini. *Dixerunt ergo fratres eius ad eum: Transi hinc, &c.* Quare ista dicerent, S. Evangelista aperire curauit, cum subsecutus adiunxit, *Neque enim fratres eius credebant in eum.* Potuerunt enim secundum carnem consanguinei Christi esse, sed credere ipsa propinquitate designati sunt: & quoniam gloriam mundanam requirebant, in eum, quem gloriae huius contemptorem nouerāt, credere nolabant. Putabant ergo illum tantum esse hominem, atque idē eum ex sese metientes, & sicut ipsi honoris erant cupidi, ita eum arbitran-tes ab hac cupiditate nequaquam esse immunem, quasi consolantes, & consilium ei dantes, dixerunt, *transi hinc, & vade in Iudaeam*, vbi caput regni totius est, vbi metropolis ciuitas, ut ibi hominibus innotescas, & ab omnibus glorificeris. Quod verò dicunt; *Vt & discipuli tui videant opera tua, quae facis:* Videbant quidem sancti Domini discipuli opera ipsius, sed non ad hoc, quod illi querebant, ut ea terrenis, & popularibus fauoribus attollerent, quoniam diuina opera diuini laudibus nouerāt

efferenda. Sed audiamus, quid amatoribus gloriae Dominus responderit: *Tempus meum nondum aduenit.* Illi quidem suadebant ire in Iudaeam, & suam potentiam miraculis mundo innotescere, ne latens, ignobilis, & inglorius haberetur. Verum Dominus respondit, nondum aduenisse tempus gloriae suae. Prius fuit tēpus humilitatis eius, per quam ad caelestem sublimitatem disposuerat peruenire. Air ergo; *Tempus meum*, id est, tempus meae glorificationis nondum aduenit. Primò nanque passurus, & sic demum resurgendo, & ad caelos ascendendo erat glorificandus. *Tempus autem vestrum*, ait, *semper est paratum.* Tempus videlicet gloriae, quam semper affectatis, propter quam omnia facienda putatis. Sed, licet omni studio mundi gloriam quærerēt, eam consequi non valebāt: quoniam gloria suos persequitur, & ambit contemptores, despicit, & execratur suos appetitores. Quos bene notat illa fabula, qua dicitur quidam ita apud infernum damnari, ut saxum ingens contra montem voluant. Sicut enim qui lapidem ad altiora impellit, retroactus pōdere saxi, ad inferiora relabitur: sic ambitiosi quique turpem patiuntur repullam, nec ad id, quod conantur, valent assurgere. Tempus ergo gloriae Christi nondum aduenit, quod plenissime erit in fine seculi, quando is, qui venit iudicandus, veniet iudicaturus viuos, & mortuos: & qui se exhibuit in humilitate, apparebit in maiestate. *Vos ascendite ad diem festum hunc.* Ad hunc, inquit, diem ascendite, in quo vos ad mundi gloriam extenditis, nec caelestem cogitatis. *Ego non ascēdam ad diem festum istum, quia tempus meum nondum impletum est.* Quare dicit Dominus; *Non ascēdam*, cum in sequentibus mediante iam die festo legatur ascendisse: Sed est attendendum, quod dicit; *Ad diem festum istum.* Tunc enim non cum illis ascendit, sed post aliquot dies festiuitatis emensos. *Quia tempus meum*, hoc est, gloriae meae, *nondum impletum est.* Tunc enim erit meus festus dies, non certis diebus pertransiens, sed continua celebritate permanens. *Hac cum dixisset, ipse mansit in Galilea.* *Ve autem ascenderūt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.* Quantum ad litteram, occultē Dominus ascendit, quia non fauores hominum requirebat, non pompis seculi, & stipantium sese turbarum obsequiis oblectabatur. Mysticē verò, occultus ascendit, quia ipse in illis solennitatibus latebat, typicis hostiarum, quae ibi offerebantur, sacrificiis praesignatus erat, sed non intelligebatur. Iam verò sub gratia sancti Euangelij manifestus est: quia quod illis in vmbra, & figura exhibebatur, nobis reuelata veritatis luce agitur. *Iudaei ergo querebant eum in die festo*, quia ipse cum fratribus non ascenderat. Antequam veniret, querebant eum, & dicebant; *Vbi est ille? Ex murmur multum erat in turba de illo.* Murmur illud magnum de contentione factum est, quam inter se dissidentes habebant. Nam sicut Evangelista subiungit, *quidam dicebant, quia bonus est: alij autem, non, sed seducit turbas.* Alij enim eum bonum asserabant, alij seductorem blasphemabant. Sed quod tunc de Domino ab impiis dicebatur, hoc ipsum hodieque de fidelibus seruis eius dicitur. Nam quicunque religiosus est, & Deo in simplicitate cordis seruens, ab irreligiosis, & malitiosis vituperatur, & ab aliis bonus, ab aliis postor, & seductor vocatur. Hoc igitur valet plurimum ad consolationem.

nam nostram. Quare enim exhorrescant membra Christi, quod ipsi illatum est capiti suo? Non fugiant serui Christi audire ad seculi amatoribus, quod dictum est de Christo a Iudeis murmuratoribus, *Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudeorum.* Quod dicit; *Nemo palam loquebatur de illo,* ad illos tantum respicit, qui dicebant; *Quia bonus est:* hi enim silentio, & voce minima, & sono pressiore loquebantur. Illi vero, qui dicebant; *Sed scit turbas,* clarius resonabant: eorum sonitus clarius audiebatur tanquam arctium foliorum. Sed Deo gratias, permutate sunt in melius voces. Quamvis enim necdum venerit illa gloria Christi, quam deuotius prestolamur, per quam aternitatis praxima nos adepturos speramus: tamen ita per vniversum mundum iam dilatata creuit Ecclesia, sic sese per omnes orbis partes quaquaersum diffundit, vt eius laudes ab omnibus fidelibus libera, & excelsa voce psallantur, palamque dicatur ab vnuerfis, quoniam bonus est. Si qui vero sunt heretici, qui pauci velut nauis tabule post naufragium remanserunt, no aperte, sed velut in angulo susurrant potius, quam loquuntur, quia sicut dicit Psalmista; *Obstructum est os loquentiam iniqua.* Clauso nanque ore infidelium, aperta sunt ora fidelium, & iam laudant nomen Christi in choro, & psallunt ei in tympano, & psalterio: qui exaltatus in cruce traxit ad se omnia, vt in omnibus ge'tibus ipse solus colatur, & habeatur Deus super omnia benedictus in secula: Cui est honor, & gloria cum patre, & spiritu sancto per omnia secula seculorum, Amen.

Psal. 62.
Psal. 149.
2 Cor. 12.

INCERTI CVIVSDAM
sub nomine Eusebij Emisseni eiusdem Evangelij expositio.

Hoc enim faciebat Iesus, non quod mortem, vel quod Iudeos timeret, sed vt fidelibus suis exemplum praxberet. Vnde & alibi ait, *Si vos persequuti fuerint in ciuitate vna, fugite in aliam.* Erat autem in proximo dies festus Iudeorum, scenopegia. Scenopegia nanque festiuitas erat tabernaculorum, & habitabant filij Israel in vmbraclis septem diebus. Sed (sicut Apollolus ait) omnia hac in figura contingebant illis. Illa enim festiuitas hanc nostram festiuitatem significabat, in qua viri sancti a Christi resurrectione vsque ad seculi consummatione a seruilis & iniquo opere quiescentes, in bono opere perseuerant. Bene autem fiebat diebus septem, per quos ex tunc omnes isti dies significantur, siquidem non sunt dies nisi septem. Sed quare in vmbraclis habitabant, nisi quia vmbraclula eisdem deficiunt, vt pote non habentia fundamentum, paruoque tempore in eis habitatur? Vnde & Apollolus ait, *Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.* Et Psalmista, *Quoniam incola ego sum apud te in terra, & peregrinus, sicut omnes patres mei.* *Dixerunt autem fratres eius, Transi hinc, &c.* Qui sint autem isti fratres: saepe iam diximus. Isti enim sunt, qui eius propinqui erant secundum carnem, consanguinei videlicet virginis Marix. Mos etenim est sanctorum scripturarum, quoslibet valde propinquos, fratres vocare. Carnales igitur fratres, carnale consilium dabant, quo saluator nosse mandati gloriam acquireret, & suum

nomen longius dilaret. Idcoque non in prealio, sed palam & in conuentu multorum miracula Christum dominum facere admocebant. Ostendunt enim plures discipulos in Iudam eum habuisse, qualis fuit Nicodemus, & multi alij qui eius opera videre cupiebant, in eo quod dicunt, vt discipuli tui videant opera tua quae facis. *Sed haec facta manifesta respicunt mundo.* Hoc autem tale est, ac si dicerent, Aut cessa a miraculis, aut si ea facis, ita fac vt mundo per miracula manifestetur: *Neque enim fratres eius credebant in eum.* Quamvis enim credebant eum esse prophetam, nondum tamen Dei filium esse credebant. *Dicit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum.* Dicitis (inquit) mihi vt me mundo manifestem, dicitis vt laudem & gloriam quaeram, sed tempus gloriae meae nondum aduenit. Veniet autem in iudicio, quando mihi curauit omne genus, & confitebitur omnis lingua. *Tempus autem vestrum semper est paratum,* quo & mundi laude omniumque fauore, & vana gloria decipiimini. *Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.* Quid est enim quod ait, *non potest mundus odisse vos,* cum ipsos mundi amatores (qui per istos significatur) tam multa per odium inter se bella, lites, & contentiones habere videamus? *Quod igitur ait, non potest mundus odisse vos,* tale est ac si diceret, no potest mundus odisse vestros mores, opera vestra, & malitia vestram. si enim odisset, no fecisset, ac per hoc de hoc mundo mundus non esset. *Me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia eius opera mala sunt.* Hac enim maxima & principalis causa est, quare omnes iniqui & ipsum Christum, & membra Christi odio habent. Hinc est quod tyranni, sacrilegi, adulteri, periuri, omnemque facinorosum in ecclesiam insurgunt. *Vos ascendite ad diem festum hunc: ego autem non ascendo ad diem festum istum, quia tempus meum nondum impletum est.* Vos (inquit) qui hominum laudem quaeritis, qui populi fauorem concupiscitis, qui mundi gloriam desideratis, vos ascendite ad diem festum hunc: vbi non misericordia, non Dei gratia, non peccatorum remissio, sed laus sola & inanis gloria quaeritur. Ego enim qui talibus non delector, & huiusmodi gloriam appeto, non ascendo ad diem festum istum. *Quare? quia tempus meum nondum impletum est.* Prius enim plenitudo Gentium intrabit, prius omnis Israel saluus fiet, prius ad iudicium veniam, quam huius tantae gloriae tempus adueniat. *Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum.* Ascendit vtique ad diem festum, sed non ad illum ad quem fratres eius ascenderunt. Alioquin verum non esset quod ipse ait, *ego non ascendo ad diem festum.* Dies festus domini non exterius, sed interiorius: non in facie, sed in mente agitur. De quo Psalmista, *Quia cogitatio (inquit) hominis confitebitur tibi, & reliqua cogitationum diem festum agent tibi.* Sic igitur age diem festum, si ad meam festiuitate vis venire Iesum. Noli hoc agere in manifesto, neque vt ab hominibus videaris. Qui enim hoc agunt, receperunt mercedem suam. Nonne audis, quia ipse dominus non in manifesto, sed quasi in occulto venit ad diem festum? Venit enim dominus in occulto ad diem festum, quia quamvis tota illa festiuitas in eius honore & gloria agebatur, ipse tamen a paucis vel a nullis ibi intelligebatur. Erat igitur in die festo, sed occultus.

Exo. 11.

occultus. Miseri Iudaei, in quorum festiuitatibus semper manet occultus. Hoc enim significabat Isaac: quia quando Iacob filio suo benedicebat, eum non cognoscebat. *Iudaei ergo quaerebant eum in die festo, & dicebant, vbi est illi?* Vique hodie namque in omni Sabbatho & in omni sua festiuitate legunt Iudaei, & quaerunt Iesum: non tamen inueniunt, quia no bene quaerunt; quaerunt enim cu inuidia & murmuratione. Vnde & subditur, *Et murmur multum erat de eo in turba: quidam enim dicebant, quia bonus est: alij autem dicebant, non sed seducit turbas.* Quid igitur mirum, si de viris sanctis, & religiosis iniqui homines aliquando male loquantur, cum de ipso Dei filio talia loquerentur? *Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudeorum.* Idem igitur ipsi qui bonum eum esse dicebant, palam hoc dicere no audebant, quia magis homines quam Deum timebant.

EVTHYMII ZIGABONI
superioris Euangelij expositio.

Et versatur Iesus post haec in Galilea: non enim perierat, &c. Non enim poterat id est, non erat securus, vt versaretur in Iudaea: tanquam de homine enim hoc dixit euangelista: nam sicut homo nunc formidat, no mortem fugiens, sed homicidis parcens; & quia tempus suae passionis nondum aduenerat. Siquidem oportebat eum interdum quidem manere inexpugnabilem; vt pote Deum, quandoque vero tanquam hominem dispensatorie cedere. *Erant autem in proximo dies festus Iudeorum: propterea hic celebrabatur in memoria diei, quo primum Moses diuinum fixit tentorium, quod a Be-seleel fabricatum est.* *Dixerunt ergo illi fratres eius filij Ioseph, qui adoptione pater eius erat. Transi hinc & vade in Iudam vt, &c.* Fingunt quidem de bonis ligare tanquam cognati, & amici familiares, finis vero eorum prauid erat, ab inuidia procedens: conabantur scilicet illum in Iudam pellicere, vt ab illis occideretur, qui enim quaerebant interficere. Causam autem praeterebant quod oporteret discipulos quoque eius, qui ibi erant, siue turbas, quae illum in Iudam sequebantur, inueniri signa, quae ipse ederet. *Nemo enim in occulto facit quae suam: &c.* Iuxta faciliorem intellectum, & qui in promptu est, videntur illi incitare vt transiret, iuxta profundiorum vero, scommata in eum iaciebant, tanquam in timidum, simul, & glorie cupidum. Si quidem in occulto quidem quippiam facere, timidus est: quaerere autem palam esse, siue manifestum, & gloriosum glorie cupidi est. *Et haec facit, manifesta respicunt mundo.* Si haec signa vere, & non appareret facis, manifesta respicunt omnibus Iudaeis. Suspiciabantur nanque signa haec pharisaice fieri. Hinc ergo manifestum est, quod etiam ibi miracula ediderit, quae omnia praetercurrit Iohannes, quemadmodum alia multa: festinans magis ad ea, quae nouam aliquam affereret narrationem, & quorum alij nullam fecerant mentionem. Deinde causam etiam dicit talis suspitionis: *Non enim fratres eius credebant in eum.* Neque ipsi credebant in eum tanquam in Deum. Attamen ii, qui tunc tales erant, magni postmodum effecti sunt, multaque a multis pro illo passi sunt; Iacobus videlicet, & Iudas. Quid ergo is, qui eorum corda no uerat? Non reprehendit illos tanquam malos, & infidiatos, sed patienter respondet ad intentionem ipsorum. *Tempus meum non est adest.* Tempus quo conuenit, vt ego in Iudam vadam occi-

dendus, ad quod vos laboratis, nondum adest: quid me vtgeris ante huiusmodi tempus? *Tempus autem vestrum semper est paratum.* Tempus, quod vos in Iudam abeat semper in promptu est mihi impedimento est tempus, quod nondum adest: vobis autem nihil est impedimento, quum iam vna cum Iudaeis sentiat. *Non potest mundus odisse vos.* Vt pote amicos suos, & vna secum sentientes: quia vobis eu acceditis. *Mundum autem dicit Iudaeos, mundana sapientes.* *Me vero odit quia ego testimonium sero de eo, &c.* Mihi autem inimicus est, quia ego ostendo, quod opera eius mala sunt: ideo ego nunc no accedo ad ipsum occidendum, sed quum tempus aduenierit. Ostendit ergo, quod ob id potius oderat ipsum Iudaei, quod illos argueret, quamquam ipsi dicerent se eu odisse, quod legis transgressor esset, deoque contrarius: & quod no solum Sabbathum solueret, sed & patrem suum dicebat Deum, aequalis sese facies Deo. Tu vero mihi consideranda, quam mansuete tulerit fratrum consilium, quo inuidia appetebatur. Nos vero non ita, sed statim indignamur, ac moleste ferimus, omniumque modis tales vlciscimur: quo ego pacto discipuli erimus? *Vos ascendite ad diem festum istum.* Hoc est, praedictum, puta scenopegiarum. Vos qui amici estis Iudeorum, qui periculum nullum timeatis. *Ego non dum ascendam ad diem festum istum.* No dixit, No ascendam, sed, *nondum ascendam,* hoc est, non nunc ascenda, eo quod nunc viuat, ac vigeat exaeterna entia Iudeorum. Irrationalis naque temeritatis est sese in manifestum edicere periculum. *Quia tempus meum nondum impletum est.* Tempus vitae meae, quae in terra viuo. Quamquam enim circa futurum pascha crucifigendus erat: adhuc tamen oportebat miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. No est ergo sermo timoris, sed dispensationis: na si tunc in Iudam abiisset, omnino ipsum occidere tentassent: quod si caprus tanquam homo occisus fuisset, datum fuisset impedimentum iis, quid diciturus, aut facturus erat: si vero non fuisset captus, sed tanquam Deus euasisset, incarnationi eius non fuisset habita fides. Tempus itaque debito modo disponit. *Hac autem quam illi dixerunt, manifesta in Galilea, &c.* Cum eis no ascendit propter dictam causam, & ne manifestaretur eum Iudaeis. Postmodum autem ascendit, quum iam, furor illorum reprimi inciperet, vt scirent qui timorem eius arguebant, quod timidus non esset, sed conga dispensatione vteretur. *Non manifeste, sed vel in occulto.* Quasi latente radice enim verebatur, expectans, donec perfecte deferuisset ferocitas illorum, & ne cognosceretur etiam a fratribus suis. *Iudaei ergo quaerebant eum in die festo.* Pulchra sane illorum opera in diebus festis, qui illos caedis facerent occasionem. Quum enim in festo occidere eum proposuissent, vt pote, tunc etiam aduentum propter publicum conuentum, eo non inuenirent, hinc inde errabant. *Et dicebant vbi est ille?* Neque eum suo nomine volebant appellare propter odium: ostendit tamen sermo quendam irae tumorem. *Et murmur multum de eo erat in turba.* Turbatio, & contradictio. *Quidam sane dicebant bonus est.* Qui videlicet mente corrupti non erant. *Alij vero dicebant, non sed seducit mundum.* Qui mente corrupti erant. *Mundum autem dicit multitudine.* Nullus tamen de eo palam loquebatur propter metum Iudeorum. Nullus eorum, qui dicebant, bonus est, loquebatur de eo palam, siue audientibus magistratibus, propter timorem illorum.

Supra.

FERIA III. POST DOMINICAM PASSIONEM.

I O A N. IO.

ACTA sunt autem encænia in Hierosolymis, & hyems erat: Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis, Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis, Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisque de manu mea: Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. Sufu- lerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidaret eum. Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostēdi vobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum. Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis quia blasphemias, quia dixi, filius Dei sum? Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: Si autē facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis & credatis, quia in me est pater, & ego in patre.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.

ACTA sunt autē. uerbo Id est, nouum, inde huiusmodi, id est, initiare. Encænia festa dedicationis templi, quæ facta sunt à Iuda Machabæo tēpore hyemis. Hyems autē hic cōmemoratur, vt significet Iudæos frigidus: qui nō accedūt ad ignem, id est,

non credunt in Christū. Salomon autē factō templo in autumno illud dedicauit. Zorobabel, & Iesus sacerdos post captiuitatem reedificatū templum in vere dedicauerunt. Iudas Machabæus pro prophana tiōe Antiochi in hyeme. In por. Porticus quibus templum cingebatur, solent significari nomine templi. Circumdede. Domino patienter inter oppropria veritatem predicantē excæcati non obsequuntur, sed tentant: Quousque animam nostram tollis. Calumniatur illum tollere animas qui saluat, quem

quem purum hominem putabant, sed præ omnibus regnaturus. Si tu es Christus. Non veritatem desiderant, sed parant calumniam: vt si dixerit se regem contra Augustum facientem potestati tradant. Sed dominus sic temperat respōsum, vt nec illis sit locus calumniæ: & fidelibus propter quos hæc referuntur manifeste appareat quōd ipse sit Christus, non homo tantum, vt illi putant, sed filius Dei. Et ne. po. quia ex hoc quōd sum ex patre maior sum ad protēgendum, quam illi ad impugnandum. Ego & pater v. su. His verbis non solum Iudæorum soluit quæstionem, qui vt tentarent accesserunt, sed etiam futurorum hæreticorum damnat insaniam. Sufu. erg. la. Hoc iam nō ferunt qui cætera tulerunt, sed duri ad lapides currunt. Sed quia Iesus non patitur nisi quod vult, adhuc loquitur: Eac̄ teip. Intellexerunt non posse dici: Ego & pater vnum sumus, nisi vbi est æqualitas patris & filij, quod Arius non intellexit: Christus autem, quia vidit illos tardos non ferre splendorem veritatis, temperauit eum in his verbis. Nonne script. Quia ego. Tribus modis dicitur Deus, natura adoptione, vt ego dixi dij, falso, vt demones & idola. Si il. dide. Si per sermonem Dei participando sunt homines dij, quomodo ille qui per naturam est filius quo participant non est Deus? Operibus credi. Fidem adhibete operibus, vt merito fidei amplius cognoscendo opera veniat ad fidem deitatis. Quia in me est pa. Pater est in filio, filius in patre, vt æqualis in eo cui æqualis est. vnde & potest dicere: Ego & pater. v. su. & qui videt me, videt & patrem & hoc est ei proprium. Munus autem est homini participationem, quōd dicitur esse in Deo continente: & Deus in eo, vt in vase.

Inf. 14.

CATENA AVREA in idem Euang.

Facta sunt autem encænia in Hierosolymis. Aug. Encænia festiuitas erat dedicationis templi. Græcè enim cænon dicitur nouum: quandoque nouum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocatur. Chry. Dicit enim diem secundum quem templum dedicatum est, redeuntibus eis à captiuitate Babylonis. Theop. Splendide ergo proferebantur solennitatem, veluti proprium decorem recuperante ciuitate post tam longam captiuitatem. Alcu. Vel hæc dedicatio in memoriam illius erat dedicationis quam Iudas Machabæus fecit. Prima enim dedicatio à Salomone facta est, tempore autumnij. Secunda à Zorobabel & Iesu sacerdotē, tempore veris. Hæc autē tempore hyemali. vnde sequitur: Et hyems erat. Bed. Sub Iuda enim Machabæo statutum legitur, vt eadem dedicatio per omnes annos in memoriam solennibus renouaretur officiis. Theop. Tempus autem hyemis euangelista exprimit, ad ostendendum, quōd proximum esset tempus passionis. Nam in vere sequenti passus est dominus: & ideo Hierosolymis conuersabatur. Grego. 2. mor. Vel idcirco hyemis curauit tempus exprimere, vt inesse Iudæorum cordibus malitiæ frigus indicaret. Chry. In hac autem solennitate Christus cum multo studio aderat: de reliquo enim Iudæam frequentabat, quia passus erat in ianuis, vnde sequitur: Et ambulabat in templo in porticu Salomonis. Alc. Porticus Salomonis dicitur, vbi rex ille ad orandum statē

conseruauerat: & ideo ex eius nomine cognominabatur. Solent autem porticus quibus templum cingebatur ex nomine templi vocari. Si autem filius Dei in templo, in quo caro brutiorum animalium offerebatur, ambulare voluit: quāto magis nostram orationis domum in qua caro & sanguis eius consecratur, visitare gaudebit: Theo. Satagas tu quoque dum hyems imminet, id est, vita præsens turbini iniquitatis concussa, spirituales encænas tui templi celebrari, semper renouando teipsum, & ascensiones in corde tuo disponens: tunc Iesus erit præto tibi in porticu Salomonis, pacificum statum tibi tribuens sub tegmine proprio: in seculo autem futuro nemo renouationis solennia perficere poterit. Aug. Quia ergo Iudæi frigerant à diligendi charitate, & ardebant nocendi cupiditate: non accedebant sequendo, sed premebant persequendo. vnde sequitur, Circum. er. la. & dixit ei: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam: non veritatem desiderabant, sed calumniam præparabant. Chry. Opera enim eius in nullo inculcare valentes, captiuam quandam ex verbis cupiebant inuenire. Et intueri peruersitatem illorum: nam cum per sermonem erudit, dicunt ei: Quod signum ostendis? Cum autem per opera demonstrat, dicunt ei: Si tu es Christus, dic nobis palam: quasi semper ad contrarium stantes, sed & plenum odio erat quod dicunt, Dic nobis palam. Et nimirum ipse palam omnia dicebat, in festiuitatibus semper assistens, & nihil occultè loquebatur: sed & adulationis verba premitunt, dicentes: Quousque animam nostram tollis? vt scilicet, eum prouocantes aliqua captiuam inueniant. Alcu. Causantur enim quōd animos eorū incertos & suspensos dimittēdo tollerent, qui venerat vt animas saluaret. Aug. Querebant autē audire à domino, Ego sum Christus: & foras de Christo secundum hominē sapiebant, sed diuinitatē Christi in prophetis nō intelligebant: & sic si diceret, Ego sum Christus: secundum quod illi sapiebant de semine Dauid, calumniarētur quod sibi arrogaret regiam potestatem. Alcu. Et sic cogitabant eū tradere potestati præsidis ad puniendum, quasi contra Augustū imperium usurparet, quare dominus ita temperauit respōsionem vt etiam calumniatorum ora concluderet, & quia Christus est, fidelibus paderet: & de hoc homine quærentibus diuinitatis mysteria narrat. vnde sequitur Respon. eis le. lo. vo. Chry. Quia enim simulabant à solo verbo se suaderi, qui à tot operibus non sunt suasi, arguit malitiam eorum, quasi dicat. Si operibus nō creditis, qualiter verbis credetis? & quare non credant, ostendit, subdēns: Sed vos, &c. Aug. Hoc autem dixit, quia videbat eos ad sempiternum interitum prædestinatos, non ad vitam æternam sui sanguinis precio comparatos: oues enim sunt credendo, pastorem sequendo. Theop. Postquam verò dixerat, Non estis ex ouibus meis. Consequenter induxit eos vt oues eius efficiantur, dicens: Oves mee, &c. Alcu. id est, præceptis meis ex animo obediunt. Et ego cognosco eas, id est, eligo. Et sequuntur me: hic manifestudinis & innocentie viam incēdendo, & post ad gaudia æternæ vitæ intrando. vnde sequitur: Et ergo vitam, &c. Aug. Ita sunt pascua de quibus supra dixerat, Et pascua inueniet: bona pascua vita æterna dicitur, vbi nulla herba arefcit, totum viuet. vos autem calumniam propterea queritis, qui

qui de vita presentis cogitatis. sequitur: *Et non perit in aeternum*. Subaudi tanquam eis dixerit: Vos peribitis in aeternum: quia non estis ex omnibus meis. Theoph. Sed quomodo videmus Iudam perisse: quia non permanit vsque ad finem. Christus autem de perfenerantibus hoc dixit. Nam si quis separatur ab ovium grege desinens sequi pastorem, confestim incurrit periculum. Aug. Quare autem non perant, subdit: *Et non rap. est quisquam de ma. mea*. De illis enim ovibus de quibus dicitur: *Nouit dominus qui sunt eius: nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit. Securus est de numero illorum qui pro eis nouit quid dedit*. Hila. 7. de tri. Conscientia potestatis haec vox est: ut in natura licet Dei, tamen ex Deo intelligenda est eius nativitas: subiecit, *Pater meus quod dedit mihi, in omnibus est*. Non occultat ex patre esse se naturam; quod enim a patre accepit, accepit nascendo, non postea. Aug. Non enim crescendo, sed nascendo aequalis est, qui semper natus est de patre filius, de Deo Deus. Hoc est ergo quod dedit mihi pater, quod vnus omnibus est: vt scilicet, sim verbum eius, vt sim vnigenitus filius eius, vt sim splendor lucis eius. Ideo ergo nemo rapit oves meas de manu mea, quia nec de manu patris: vnde sequitur: *Et nemo potest, &c.* Si manum intelligamus potestatem, vna est patris & filij potestas: quia vna diuinitas. Si autem manum intelligamus filium, manus patris est ipse filius: quod non ita dictum est tanquam Deus pater habeat corporis membra, sed quod per ipsum facta sunt omnia. Nam soler & homines dicere manus suas esse alios homines, per quos faciunt quod volunt. Aliquando & ipsum opus hominis, manus hominis dicitur, quod fit per manum: sicut dicitur quisque; agnoscere manum suam, cum id quod scriptum sit, agnoscat: hoc autem loco manum patris & filij intelligimus potestatem: ne forte cum hic manum patris ipsum filium dictum accepimus, incipiat carnalis cogitatio, etiam filij quarete filium. Hila. 7. de tri. Vt enim per corporalem significationem virtutem possis eiusdem esse naturae, commemorata est filij manus, manus patris: quia natura & virtus patris esset in filio. Chryf. Deinde vt non astitimes, quia ipse quidem imbecillus est, propter patris autem virtutem in tuto sunt oves: subdit, *Ego & pater vnus sumus*. Aug. Vtrunque audi: & vnus, & vnus, & a charybdi & a scylla liberaberis. Quod dixit vnus, liberat te ab Ario: quod dixit sumus, liberat te a Sabellio. Si vnus, nō ergo diuersum: si sumus, ergo pater & filius. Aug. 8. de tri. Vnum enim sumus dictum est, quod ille, hoc & ego secundum essentiam, non secundum relatiuum. Hila. 8. de tri. Hae igitur quia haeretici negare non possunt, impietatis suae mendacia neganda corrumpunt, tentant enim id ad vnianimitatis referte consentiam: vt voluntatis in his vnitas sit, non naturae, id est, vt non per id quod sunt, sed per id quod idem volunt vnus sint: sed per naturae naturitatem, dum nihil Deus in eo ex se gignendo eum degenerat, vnus sumus. Dumque de manu eius non rapiuntur, non rapiuntur de manu patris: dicitur in operante se, operatur pater: dum ipse in patre, & in eo pater est: hoc non praestat creatura, sed naturitas: non efficit voluntas, sed potestas: non sequitur vnianimitas, sed natura. Non negemus igitur vnianimitatem inter patrem & filium: cum

hoc solent haeretici metiri: vt cum solam concordiam ad vnianimitatem non respicimus, discordes eos a nobis affirmari loquantur, sed audiant quam a nobis vnianimitas non negetur: Vnum sunt pater & filius natura, honore & virtute: nec natura eadem, potest velle diuersa. *Sustulerunt ergo lapides Iudas, vt lapidarent eum, &c.* Aug. Audierunt Iudaei, *Ego & pater vnus sumus*: & non petulerunt, & more suo duri ad lapides cacererunt: vnde dicitur, *Sustulerunt ergo lapides, &c.* Hila. 7. de trinit. Nunc haeticorum furor iam domino in caelis sedente patri infidelitate dictis non obedientes: odium impietatis exercere, verborum lapides iniiciunt: & si possent de throno eum suo in cruce detraherent. Theop. Dominus autem ostendens, quod nullam iustam habebat occasionem ferendi aduersus eum, commemorat signa quae fecerat. nam sequitur: *Respon. eis te multa, &c.* Alciui. scilicet, in sanitatibus infirmorum, in exhibitione doctrinae & miraculorum, quae ex parte offendi, quia eius gloria per omnia quaesui: propter quod eorum opus me lapidatis? quamuis inuiti confiterentur multa beneficia sibi impensa a Christo, sed quod de sua patrisque aequalitate dixerat, pro blasphemia deputabant, vnde sequitur: *Respon. ei. Iud. De bono opere, &c.* Aug. Ad hoc responderunt quod dixerat, *Ego & pater vnus sumus*. Ecce Iudaei intellexerunt quod Ariani non intelligunt: ideo enim irati sunt, quoniam senserunt non posse dici: *Ego & pater vnus sumus*; nisi vbi aequalitas est patris & filij. Hila. 7. de trinit. Iudaeus dicit, *Cum sis homo: Arianus, Cum sis creatura*: vtrique dicunt, *Facis te Deum*. Subiecit enim Arianus substantiae nouae & alienae Deum: vt autem alterius generis Deus sit, aut omnino nec Deus: dicit enim, *Non est filius ex nativitate, non est Deus ex veritate*: creatura est praestantior cunctis. Chryf. Dominus autem non destruxit opinionem Iudaeorum aestimantium, quod se Deo parem diceret, sed magis contrarium facit. Nam sequitur: *Respon. ei. Nonne scri. est in lege vestra? Aug. id est, vobis data. Quis ergo di. dixit est. Deus hoc dicit, per prophetam in Psalmo hominibus. Et legem appellauit dominus generaliter omnes illas scripturas, quamuis alicubi specialiter dicat legem, a prophetis eam distinguens sicuti est. In his duobus praecipis tora lex pender & prophetae. Aliquando autem in tria distribuit easdem scripturas, vbi ait: Oportebat impleri omnia quae scripta sunt in lege, & prophetis, & psalmis de me. Nunc vero etiam psalmos legis nomine nuncupauit, ex quibus sic argumentatur. Si illos dixit deos, ad quos ser. Dei sa. est: & non po. sol. scri. quem pa. sancti. & mi. in mundum, vos di. quia blasphemias, quia dixi filius Dei sum. Hila. 7. de trinit. Demonstraturus quidem, quod ipse & pater vnus essent, in eo primo ineptia ridiculi opprobrij confutatur, quod in reatum vocaretur, quod se cum homo esset, Deum faceret. Cum enim lex huius nominis appellationem sanctis hominibus decerneret, & sermo Dei indissolubilis confirmaret, hanc impartiti nominis professionem iam ergo nō est criminis, quod se Deum, cum homo sit, faciat: cum eos qui homines sunt, Deos lex dixerit. Et si a ceteris hominibus non irreligiosa huius nominis usurpatio est, ab eo homine quem sanctificauit pater, non impudenter usurpari videtur, quia Dei filium se dixerit, cum praecellat ceteros per id quod sanctificatus in filium*

Ium est, beato Paulo dicente, quod praedestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis: omnis enim haec de homine responsio est, quod Dei filius etiam, hominis filius est. Aug. Vel ali. *Sanctificauit*, id est, vt sanctus esset gignendo, ei dedit, quia sanctum eum genuit. Si autem sermo Dei factus est ad homines, vt diceretur dii, ipsum verbum Dei quomodo non est Deus? Si per sermonem Dei homines participando sunt dii, verbum vnde participatus, non est Deus: Theo. Vel *sanctificauit eum*, hoc est sanctificari pro mouendo. In quo ostendit se, non esse Deum sicut ceteram saluum facere mundum, diuinum opus est, non autem hominis deificari per gratiam. Chryf. Vel interim quidem vt susciperetur sermo humilium locutus est, postea autem ad matris eos reduxit dicens: *Si non facio opera patris me non crede mihi*: per hoc ostendens quod in nullo minor est pater, quia enim substantiam eius impossibile erat eis videre ab operum paupertate & identitate, demonstrationem eius quae secundum virtutem indissimilitudinis est, tribuit. Hila. 7. de trin. Quid hic adoptio, quid indulgentia nominis loci inuenit ne ex natura Dei filius sit, cum Dei filius ex natura patris operibus credendus sit non exequatur ac similis est Deo creatura. Neque enim creatura alienae potestas comparatur: gerere autem se non sua, sed quae patris sunt testatur: ne per magnificentiam gestorum naturae naturitatis auferatur. Et quia sub sacramento assumpti corporis & nati ex Maria, hominis & Dei filius non intelligebatur, fides nobis intrinsece gestis, cum ait: *Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite*. Cum enim sacramentum nati hominis intelligentiam diuinae naturitatis impedit, cum diuina naturitas omne opus suum sub ministerio assumpti hominis exequatur: *Faciens igitur opera patris demonstrare debuit, quid esset operibus credendum*. Nam sequitur: *Vt cognos. & cre. quia p. in me est & ego in pa.* Hoc est illud: *Dei filius sum, hoc est illud: Ego pater & vnus sumus*. Aug. Non enim filius sic dicit: *In me est pater, & ego in illo, quomodo possunt dicere homines: Si enim bene cogitemus, & bene viuamus, in Deo sumus, & Deus in nobis est, quasi participantes eius gratiam & illuminati ab ipso*. Vnigenitus autem Dei filius in patre est, & pater illo tanquam aequalis.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superioribus
Euang. Homil. 1.

Ex Ho. 60.
in Ioan.

Facta sunt autem encounter in Hierosolymis, &c. Omnis quidem virtus bona est, maxime autem mansuetudo, & clementia: haec nos homines indicat, haec nos angelis aequiparat. Idcirco Christus frequenter de hac multa verba facit, cum mansuetos nos, & clementes esse iubet, neque verbis tantum, sed & re, nunc alas perferens, nunc maledictis, nunc insidijs petrus tolerat. Qui enim daemniacum, & Samaritanum Christum a pelatunt, & interficere sepe tentarunt, hinc circū dederunt eum, & interrogarunt: Tu es Christus? Neque eos post tales insidias repulit, sed multa mansuetudine respondit. Sed necessarium est altius hunc sermonem repetere. *Facta sunt inquit, encounter in Hierosolymis, &c.*

Supr. 8.

Magnum hic dies festus, & Ioselensis: quae videlicet templum fabricatum fuerat, cum residerit est diuturna. Perfidis captiuitate: hunc agebant maxima eum diligentia, hoc die affuit Christus solennitati. Iam enim, appropinquante passione, frequenter in Iudaeam veniebat. *Circū d. derunt ergo cum Iudaei*. Non respondit, *Quid a me queritis, quem daemniacum habere, & insanam Samaritanum, Deo contrarium, deceptorem existimatis? & nuper, me de me ipso testimonium perhibentes, testimonium meum non esse verum dixistis? Cur igitur me interrogatis, & vultis a me discere, cuius reliquit testimonium? Nihil tale dixit, quanuis eorum mentem intelligeret. Nam, cum eum circumdederint, & dixerint: *Quosque animam nostram perdit: charitate quadam, & discendi desiderio dicitur videbatur: animus autem corruptus erat, & subdolos*. Nam, cum opera in simulari non possent, verbis querebant eum capere, aliter quam superius interrogando, sic ansam aliquam captantes. Ideo dicebant, *Dic nobis*. Atqui saepe numero dixit. Nam & Samaritanis: *Ego inquit, sum, qui loquor tecum*. Et caeco: *Vidisti eum, & qui loquitur tecum, ille est*. Necnon & eis, quāuis aliis verbis: *Nam, si recte aduertere voluissent, ex verbis quoque ipsum confiteri debuissent. Nā operibus saepe numero ostendit. Sed considera eorum prauiditatem, cum verbis erudiantur, dicunt, Quod signum ostendis, cum autem operibus eius virtus demonstratur, dicit: *Si tu es Christus, sicut nobis palam*. Sic operibus clamantibus, ad verba; verbis autem, ad opera confugiunt, & contrariis semper insistant. Nam, quod discendi gratia non interrogarent, finis indicio est: quem enim tantae autoritatis arbitrabantur, vt ipsius esse de se testimonio credendum, paucā locutum statim lapidibus impetunt. Vnde constat, & quod eum circumdederint, & percontarentur, a prauo animo prouenisse. Modus vero interrogandi, magnū eorum odium indicat: *Dic nobis palam*. Nonne palam omnia loquebatur? Nonne solennitatibus semper aderat? Ideo blandioribus verbis vsi sunt; *Quosque animam nostram perdit*: vt iterum aliquā calumniandi ansam inueniant. Quod autem haec, & non discendi gratia interrogent, nō hinc tantum, sed multis in locis perspicuum est, vt cum rogantur an liceret censum dari Caesari, & an lapidanda esset adultera, & cum de ea, quae septem viros habuisse deprehensa erat, percontati sunt, in quibus non discendi studium, sed maleuolam mentem praesertulerunt, & tūc eos reprehendit. *Quid me inquit, tentatis, hypocritae? vt cordis secreta se cognoscere demonstraret: hic minime, vt non semper fraudulētos arguēdos, sed mansuetos & benignos in multis tolerandos erudiret. Nam quod stultum esset, operibus ipsum praedicantibus, verborum quarete testimonium, audi quomodo eis respondet, quum superflue eos, & non vt differrent, interrogare, tum certiores verbis, hoc est, operum vocem protulisse significans. *Sape enim* (inquit,) *dixi vobis, & non creditis mihi. Opera, quae ego facio, &c.* Quod perfidi illi aliquando inuicem dicebant; *Non potest homo peccator haec signa facere. Et iterum, Non potest daemniacum caecorum oculos aperire. Et, Nemo potest talia signa facere, nisi sit cum eo Deus. Et videtes signa, quae faciebat dicebat; Nūquid hic est Christus? Alii autē dicebant; Quando venerit Christus, num poterit plura signa facere, quam****

Supr. 8.

Supr. 4.

Supr. 9.

Supr. 2.

Matth. 22.

Supr. 8.

Matth. 22.

Supr. 9.

Supr. 1.

Supr. 7.

quam hic fecit? Hi autē cum ei credere velle solo verbo simularent, dicentes, Quod signum ostendis nobis, vt videamus, & credamus tibi? Cum operibus non credidissent reprehendit Christus eorum malitiam, inquit; Si operibus non creditis, quomodo verbis creditis? Quare superflua interrogatio, sed dixi vobis (inquit) & non creditis mihi, quia non estis de ovis meis. Ego enim officium pastoris feci, si vos me non sequimini, none eo accidit, quod oves meae non estis. Oves meae, inquit, vocem meam audierunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam aeternam do eis, & non peribunt in aeternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Quia pater meus, qui dedit mihi, maior est omnibus; & nemo potest eas rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. Animaduerte quomodo eos reuocando, vt se sequatur, hortatur, Vos me, inquit, non auditis, neque enim estis oves. Qui sequuntur, hi sunt ex ovili. Haec autem dicebat, vt oves fieri admitterentur. Inde cum dicit, *Et excitat, & insequendi cupiditatem impellit.* Quid ergo, si propter patris virtutem nemo rapit, tu ergo imbecillus es, & custodire non potes? Minime. Nam, vt intelligas illam particulam; Quia pater meus, qui dedit mihi: propter illos dictam, ne iterum Deo contrarium dicerent, cum dixisset; nemo rapiet eas de manu mea, prosequens sua, & patris manum vnam esse ostendit: quod si ita esset, consequens erat dicere; Pater, qui dedit mihi, maior omnibus est, & non potest eas rapere de manu mea. Verum non ita dixit: sed, de manu patris mei. In de arbitris, quod sit imbecillus, eo quod virtute patris tutae oves sint: addidit, Ego, & pater vnum sumus: quasi dicat, non propterea dixi neminem propter patrem eas rapturum ac si imbecillus essem. Nam vnum sumus, hoc est, secundum potentiam, nam de hac loquitur quod si eadem est, constat etiam eandem esse substantiam. Cum enim omnia tentaret Iudaei insidiando extra sinagogam faciendo, dicit omnia frustra tentari cum in patris sui manibus oves sint, vt propheta inquit; In manu mea depinxi muros tuos. Inde vnam manum aliquando suam, aliquando patris esse ostendit. Cum autem manum audis, nihil sensibile suspicaris, sed virtutem, atque potestatem. Quod si nemo ob patris protectionem eas rapuit, superfluum erat addidisse, Ego & pater vnum sumus. Nam, si minor erat, nimis temerarium verbum esset, nihil enim aliud quam potentiae paritatem signat: quod Iudaei intelligentes lapides in eum iecerunt, non tamen hanc Iesus abstulit suspensionem: quae si falsa fuisset, corrigenda fuisset, & dicendum; Cur hoc facitis? Non parem meam dico, & patris Potestatem intelligo. Sed nunc totum contrarium, eam confirmat, & maxime cum exasperantur, neque accusat, ac si male dixisset, sed illos reprehendit ac si mala habeant de se opinionem. Cum enim dixissent; De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, &c. Audi quid dicat: Nonne scriptum est in lege vestra, Ego dixi, dii estis, &c. Hoc est, si ij qui gratis hoc acceperunt, non possunt accusari, si se ipsos deos appellat: qui id natura habet, quomodo in re accusari poterit? Non tamen his verbis vsus est, sed postmodum confirmat: primum remissius loquitur, ut ipsi relinquens intelligendam, cum inquit; Quae pater sanctificauit, misit in mundum. Et eorum furor sedato, tunc vera asserti senten-

supra 2.
Ipsa

Ipsa 49.

Ipsa 18.

tiam. Primum ergo, vt suam acciperent rationem, humilioribus vsus est verbis: inde altiora aggreditur. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi, &c. Vide quomodo, vt dixi, confirmat, quod in nullo sit patri inferior, sed aequalis in omnibus: cum enim substantiam eius videre non sit, ab operum qualitate eandem ostendit cum patre potestatem. Et quid credemus, dic quae? Quod ego in patre, & pater in me est. Nihil ego aliud quam pater manes filius. Nihil ille aliud quam ego manes pater: & qui me nouit, nouit patrem: & qui patrem nouit, & filium. Quod si potentia minor esset, etiam cognitio mentiretur; neque enim alia per alia, neque substantia, neque potentia disci potest.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hipponensis in idem Euang.
Homilia 1.

Quod iam commedani dilectioni vestrae, stabiliter meminisse debetis, sanctum Ioanem Euangelistam nosse nos semper lacte nutriti, sed solido cibo vesci. Quisquis autem ad sumendum solidum cibum verbi Dei adhuc minus idoneus est, lacte fidei nutriatur, & verbum, quod intelligere non potest, credere non cunctetur, fides enim meritum est, intellectus praemium. In ipso labore intentionis desudat acies mentis nostrae, vt ponat fordiculas nebulae mentis humanae, & serenetur ad verbum Dei: non ergo recusetur labor, si adest amor: nostis enim quoniam qui amat, non laborat. Omnis enim labor non amantibus grauis est: si tantos labores cum avaris portat cupiditas, non piscum non portet charitas: Euangelium inredite: falsa sunt encania in Hierosolymis. Encania festiuitas erat dedicationis templi. Graece enim canon dicitur nouum. Quandocumque nouum aliquid fuerit dedicatum, encania vocantur. Iam & vsus habet hoc verbum, si quis noua tunica induatur, encaniare dicitur. Illum enim die, quo templum dedicatum est, Iudaei solenniter celebrabant, ipse dies festus agebatur, cum ea, quae lecta sunt, locutus est dominus, Hymus erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Circumdedierunt ergo eum Iudaei, & dixerunt ei, Quousque animam nostram tollis? Tu es Christus, sic nobis palam. Non veritatem desiderabant, sed calumniam preparabant. Hymus erat, & frigidus erant. Ad illum enim diuinum ignem accedere pigri erant. Si accedere est credere: qui credit, accedit: qui negat, recedit: non mouetur anima pedibus, sed affectibus. Friguerunt diligendi charitate, & ardebant nocendi cupiditate: longe aberant, & ibi erant, non accedebant credendo, & premebant persequendo, quarebant audire a domino, ego sum Christus, & fortasse de Christo secundum hominem sapiebant: praedicauerunt enim Prophetam Christum, sed diuinitatem Christi & in Prophetis, & in ipso Euangelio, nec haeretici intelligunt, quanto minus Iudaei, quando velamen est super cor eorum. Denique quodam loco sciens dominus Iesus eos de Christo secundum hominem sapere, non secundum Deum, secundum id, quod homo erat, non secundum id quod Deus etiam assumptum homine permanebat: ait illis, Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Responderunt secundum opinionem suam, Dauid: sic enim legerant, & hoc solum

En Tractat.
in Ioan.

lum tenebant, quia diuinitatem eius legebant, sed non intelligebant. Dominus autem vt eos susponderet ad quaerendam eius diuinitatem, cuius contemnebant infirmitatem; respondit eis: quomodo ergo Dauid in spiritu dicit eum dominum dicens; Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo Dauid in spiritu dicit eum dominum, quomodo filius eius est? Non negauit, sed interrogauit, ne quis hoc cum audierit, putet quod dominus Iesus negauerit se filium esse Dauid. Filium Dauid dominus Iesus si se negaret, ceecos sic cum inuocantes non illuminaret: transibat enim aliquando, & duo caeci sedentes iuxta viam clamauerunt. Miserere nostri filii Dauid: quae voce audita, miseratus est, stetit, & sanauit, lumen dedit, quia nomen agnouit: dicit & Apostolus Paulus, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Et ad Timotheum; Memore esto Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum Euangelium meum: quia de semine Dauid originem Maria virgo ducebat: inde dominus de semine Dauid erat. Hoc pro magno Iudaei a Christo quaerebant, vt si diceret, ego sum Christus, secundum quod illi solum sapiebant de semine Dauid, calumniarentur quod sibi arrogaret regiam potestatem: plus est quod eis respondit: illi de filio Dauid volebant calumniari, ille filium Dei se esse respondit. Et quomodo? Audite. Respondit enim Iesus: Loquor vobis, & non creditis. Opera, quae ego facio in nomine patris mei, haec testimonia exhibent de me, sed vos non creditis, quia non estis ex ovis meis. Iam supra didicisti quae sint, oves, & estote oves: oves credendo sunt, oves pastore sequendo sunt, oves redemptorem non contemnendo sunt, oves per ostium intrando sunt, oves exeundo & pascua inueniendo sunt, oves vita aeterna perfruendo sunt: quomodo ergo istis dixit, non estis ex ovis meis? quia videbat eos ad sempiternum interitum praedestinos, non ad vitam aeternam sui sanguinis precio comparatos. Oves meae vocem meam audiunt, & cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam aeternam do eis. Ecce sunt pascua. Si recolitis, superius dixerat, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Ingressi sumus credendo, egredimur moriendo: sed quomodo per ostium fidei ingressi sumus, sic fideles de corpore exeamus: sic enim per istud ostium egredimur, vt pascua inuenire possimus. Bona pascua, vita aeterna dicitur, ibi nulla herba arefcit, totum viret, totum viget. Solet quaedam herba dici semper viua, est herba quae semper dicitur viuere: ibi solum viuere inuenitur. Vitam aeternam, inquit, dabo eis, ovis meis: vos calumnias propter ea quaeritis, quia de vita praesentis cogitatis. Et non peribunt in aeternum: subandis, tanquam eis dixerit: vos peribitis in aeternum, quia non estis ex ovis meis. Non rapiet eas quisquam de manu mea. Inueniens accipite. Pater meus, quod dedit mihi, maius est omnibus. Quid potest lapsus? Quid potest fur & latro: non perdit nisi ad interitum praedestinos. De illis autem ovis, de quibus dicit Apostolus: Nouit dominus qui sunt eius: & quos praesciuit, ipsos & praedestinauit: quos autem praedestinauit, ipsos & vocauit: quos autem vocauit, illos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit, de ovis istis neclupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit: securus est de numero earum, qui pro eis nouit, quod dedit, & hoc

Psal. 29.

Matth. 10.

Rom. 1.
1. Tim. 2.

1. Tim. 2.
Rom. 8.

est, quod ait: Non rapiet eas quisquam de manu mea. Et item ad patrem: Pater meus quod dedit mihi, maius est omnibus: quid dedit filio pater maius omnibus, nisi vt ipse ille esset vnigenitus filius: Quid est ergo quod dedit? Iam erat cui daret, an gignendo dedit? Nam si erat cui daret vt filius esset, aliquando erat, & filius non erat. Absit vt aliquando dominus Christus fuerit, & filius non fuerit: de nobis hoc dici potest: aliquando filij hominum eramus, filij Dei non eramus. Nos enim filios Dei gratia fecit, illum natura: quia vero natus est, non est vt dicas, non erat antequam natus erat, nunquam enim non natus erat, qui patri coaeternus erat: qui sapit capiat, qui non capit credit, nutritur, & capiet. Verbum Dei semper cum patre, & semper verbum, & quia verbum, ideo filius: semper ergo filius, & semper aequalis. Non enim crescedo, sed nascendo aequalis est, qui semper natus est de patre, filius: de Deo Deus, de aeterno coaeternus: pater autem non de filio Deus, filius de patre Deus: ideo pater filio gignendo dedit, vt Deus esset, gignendo dedit, vt sibi coaeternus esset, gignendo dedit vt aequalis esset: hoc est, quod maius est omnibus, quomodo vita filius, & habes vitam filius, quod habet hoc est. Tu aliud es, aliud habes, verbi gratia, habes sapientiam, nunquid tu es ipsa sapientia? Denique quia non es tu ipse quod habes, si amiseris quod habes, reddis vt non habeas: & aliquando resumis, aliquando amittis, quomodo oculus noster non in seipso habet inseparabiliter lucem, aperitur & capit, clauditur & amittit. Non sic est Deus Dei filius, non sic est verbum patris, non sic est verbum quod non sonando transit, sed nascendo manet: sic habet sapientiam, vt ipse sit sapientia, faciatque sapientes: sic habet vitam, vt sit ipse vita, faciatque viuentes: hoc est quod maius est omnibus. Attendit Ioannes ipse Euangelista caelum, & terram, volens dicere de filio Dei, attendit & transcendit. Cogitauit supra caelum, milia exercitus angelorum, cogitauit & transcendit vniuersa: sicut aquila nubes, sic sua mente creaturam, transcendit magna omnia, peruenit ad illud quod maius est omnibus, & dixit: In principio erat verbum. Sed quia ille cuius est verbum, non est de verbo, & verbum autem de illo est cuius est verbum: ideo ait, Quod dedit mihi pater, maius est omnibus, id est, vt sim verbum eius, vt sim vnigenitus filius eius, vt sim splendor lucis eius, maius est omnibus: ideo nemo rapit inquit, oves meas de manu mea: Nemo potest rapere de manu patris mei. De manu mea, & de manu patris mei, Quid est hoc, nemo rapit de manu mea, & nemo rapit de manu patris mei: Vtrum vna manus est patris & filij, an forte ipse filius manus est patris sui? Si manum intelligamus potestatem, vna est patris & filij potestas, quia vna est diuinitas: si autem manum intelligamus, sicut dictum est per Prophetam, Et brachium domini cui reuelatum est: manus patris ipse est filius. Quod non ita dictum est, tanquam Deus habeat humanam formam, & quasi corporis membra, sed quod per ipsum facta sunt omnia: nam solent & homines dicere manus suas esse alios homines, per quos faciunt quod volunt. Aliquando & ipsum opus hominis manus hominis dicitur quod fit per manum: sicut dicitur quisque agnoscere manum suam, cum id quod scripsit agnoscat. Cum ergo multis modis etiam hominis dicatur manus,

Ioan. 1.

Esa. 55.

nus, qui proprie manum habet in sui corporis membris: quanto magis non vno modo intelligendum est, cum legitur, manus Dei cui forma corporis nulla est: Ac per hoc melius hoc loco manum patris, & filij intelligimus potestatem patris, & filij: ne forte cum hic manum patris ipsum filium dictum acceperimus, incipiat carnalis cogitatio etiam ipsius filij querere filium, quem similiter credat Christi manum: ergo nemo rapit de manu patris mei: hoc est, nemo rapit mihi: sed ne forte adhuc titubet, audi quid sequitur. *Ego & pater vnum sumus.* Hucusque Iudaei tolerare poterunt: audierunt, *Ego & pater vnum sumus*, & non pertulerunt, & more suo duri ad lapides cucurrerunt, tulerunt lapides, vt lapidarent eum. Dominus quia non patiebatur quod nolebat pati, & non est passu nisi quod volebat pati, adhuc eos lapidare cupientes alloquitur, *Sustulerunt lapides Iudaei vt lapidarent illum. Respondit eis Iesus & dixit, Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Et illi responderunt, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.* Ad illud hoc responderunt quod dixerat, *Ego & pater vnum sumus.* Ecce Iudaei intellexerunt, quod non intelligunt Ariani: ideo enim itati sunt, quoniam senserunt non posse dici, *Ego & pater vnum sumus*, nisi vbi aequalitas est patris, & filij: dominus autem videte quid responderunt tardis, vidit eos non ferre splendorem veritatis, & eos temperavit in verbis, *Nomen scriptum est in lege vestra*, id est, vobis data, *Quia ego dixi dii est.* Deus dicit per prophetam in Psalmo hominibus, *Ego dixi dii estis*: & legem appellavit dominus generaliter omnes illas scripturas, quamvis alibi specialiter dicat legem, a Phphetis eam distinguens, sicuti est, Lex, & Phpheta: vique ad Ioannem: & in his duobus preceptis tota lex pender, & Phpheta. Aliquando autem in tria distribuit easdem scripturas: vbi ait, *Oportebat impleri omnia, quae scripta sunt in lege, & Phphetis, & Psalms de me.* Nunc vero Psalms etiam legis nomine nuncupavit, vbi scriptum est, *Ego dixi dii estis.* Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificavit & misit in mundum, vos dicitis quia blasphemus, quia dixi filius Dei sum? Si sermo Dei factus est ad homines vt dicerentur dii, ipsum verbum Dei quod est apud Deum, quomodo non est Deus? Si per sermonem Dei sunt homines dii, si participando sunt dii, vnde participant non est Deus? Si calefacti quodammodo igne salutari dii efficiuntur, vnde calefiunt non est Deus? Si lumina illuminata dii sunt, lumē quod illuminat non est Deus? Accedis ad lumen, & illuminaris, & inter filios Dei numeraris: si recedis a lumine obscuraris, & in tenebris computaris. Illud tamen lumen nec accedit ad se, quia non recedit a se. Si ergo vos deos facit sermo Dei, quomodo non est Deus verbum Dei? Pater ergo sanctificavit filium suum, & misit in mundum: forte aliquis dicit, Si pater eum sanctificavit, ergo aliquando non erat sanctus? si sanctificavit, quomodo genuit? vt enim sanctus esset, pignedo ei dedit, quia sanctum eum genuit: nam si quod sanctificatur, ante non erat sanctum, quomodo dicimus Deo patri, Sanctificetur nomen tuum? Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere: autem factio, & si mihi non vultis credere operibus credite, vt cognoscatis, & credatis quia in

Psal. 81.
Math. 11.
Marc. 12.
Luc. 24.
Psal. 81.

me est pater, & ego in illo. Non sic dicit filius, in me est pater, & ego in illo, quomodo possunt homines dicere. Si enim bene cogitemus, in Deo sumus, & si bene viuamus, Deus in nobis est, fideles participantes eius gratiam illuminati ab ipso in illo sumus, & ipse in nobis: sed non sic vnigenitus filius, ille in patre, & pater in illo, tanquam aequalis in eo cui est aequalis. Denique nos aliquando possumus dicere, in Deo sumus, & Deus in nobis: ego, & Deus vnum sumus, nunquid possumus dicere: In Deo es, quia Deus continet te, Deus est in te, quia templum Dei factus es: sed nunquid quia in Deo es, & Deus est in te, potes dicere, Qui me videt Deum videt: quomodo vnigenitus dixit, Qui me videt, videt & patrem: & Ego, & pater vnum sumus? Agnosce proprium domini, & munus serui: proprium domini est aequalitas patris, munus serui est participatio saluatoris. Querebant ergo eum apprehendere. Vtinam apprehenderent, sed credendo, & intelligendo, non sciendo, & occidendo. Nam modo, fratres mei, quando talia loquor, infirmus fortia, paruus magna, fragilis solida, & vos tanquam ex eadem massa, vnde sum & ego ipse, qui vobis loquor, simul omnes apprehendere volumus Christum. Quid est apprehendere? Intellexisti, apprehendisti, sed non sic Iudaei: tu apprehendisti, vt haberes, illi apprehendere volebant, vt non haberent: & quia sic volebant apprehendere, quia eis fecit? Exiit de manibus eorum. Non eum apprehenderunt, quia manus fidei non habuerunt. Verbum caro factum est, sed non erat verbo magnum, eicere carnem suam de manibus carnis. Mente verbum apprehendere, hoc est, Christum recte apprehendere.

Math. 6.
1. Cor. 10.
Ioan. 14.
Ioan. 2.

EIVSDEM IN SVPERIUS EVANG. HOMILIA 2.

Dominus Deus Iesus filius Dei vnicus, natus de Deo patre sine aliqua matre, & natus de virgine matre sine homine patre, audistis quid dixerit, *Ego & pater vnum sumus.* Sic accipite, sic credite, vt mercamini intelligere. Fides enim debet praecedere intellectum, vt sit intellectus fidei premium. Phpheta enim apertissime dixit, Nisi enim crederitis, non intelligetis. Quod ergo simpliciter praedicatur credendum est, quod subtiliter disputatur intelligendum est. Primus ergo ad imbuendas vestras mentes per fidem, praedicamus vobis Christum Dei patris vnicum. Quare addit vnicum? Quia cuius est vnicus, multos filios habet gratia. Ceteri ergo omnes sancti filij Dei sunt gratia, solus ille natura. Qui gratia filij sunt, non sunt quod pater. Denique nullus sanctorum ausus est dicere, quod ille vnicus ait, *Ego & pater vnum sumus.* Nunquid non pater est, & noster? Si non est pater noster, quomodo dicimus orantes, Pater noster qui es in caelis? Sed nos filij sumus quos voluntate sua filios fecit, non ex natura sua filios genuit. Genuit quidem & nos, sed quomodo dicitur adoptatos, ab adoptate generatos, beneficio non natura. Denique & hoc dicti sumus, quia vocavit nos Deus in adoptionem filiorum. Homines adoptati sumus. Ille dicitur vnigenitus, quia hoc est quod pater, nos autem homines sumus; Deus est pater. Quia ergo ille

Ser. 57. de dominis.
Ioan. 10.
Eph. 7.
Math. 6.
Eph. 1.

ille hoc est quod pater dixit, & verum dixit, *Ego & pater vnum sumus.* Quid est, vnum sumus? Vnius naturae sumus. Quid est, vnus sumus? Vnius substantiae sumus. Forte minus intelligitis. Quid est vnus substantiae? Laboremus vt intelligatis, adiuuet Deus, & me loquentem & vos audientes. Me vt ea dicam quae recta sunt & apta sunt vobis: vos autem ante omnia & praecipue vt credatis, deinde vt quomodo potestis intelligatis. Quid est ergo vnus substantiae? Similitudines vobis adhibeam, vt quod minus intelligitur, exemplo clarescat. Vt puta aurum est Deus, aurum & filius eius. De terrenis si ad caelestia non sunt dandae similitudines, quomodo scriptum est, Petra erat Christus? Ergo quicquid est pater, hoc est & filius. Sicut dixi, verbi gratia, aurum est pater, aurum est filius. Nam qui dicit, non est ipsius substantiae filius cuius patet, quid aliud dicit nisi aurum est pater, argentum est filius? Si aurum est pater, argentum est filius, degeneravit a patre vnicus filius. Homo hominem generat. Cuius substantiae est pater qui generat, ipse substantiae est filius qui generatur. Quid est ipse substantiae? Homo est ille, homo & ille. Animam habet ille, animam & ille. Carnem habet ille, carnē & ille. Quod est ille, hoc & ille. Sed responderet mihi, & dicit haereticus Ariana, Quid mihi dicit? Attende quod dixisti. Quid dixi? Quia filius hominis comparandus est filio Dei. Plane comparandus, sed non vt putas ad proprietatem, sed ad similitudinem. Tu autem quid vis hinc facere? Dic. Non vides dicit, quia maior est pater qui genuit, & minor est filius qui generatus est. Quomodo ergo vos dicitis? Dicite mihi, Quomodo ergo vos dicitis quod aequales sunt pater, & filius, Deus & Christus, cum videatis quia homo quando generat filium, minor est filius, & maior est pater? Homo sapiens in aeternitate tempora inquiris, vbi non sunt tempora, quareis aetates. Quando maior est pater, minor est filius, ambo temporales sunt. Ille senescit, quia ille crescit. Nam per naturam homo pater, per naturam, vt dixit, non genuit minorem, sed per aetatem. Vis nosse, quia per naturam non genuit minorem? Expecta, crescat, & patri erit aequalis. Puer enim paruus vel crescendo peruenit ad magnitudinem patris sui. Tu autem sic dicitis minorem Dei filium natum, vt nunquam crescat, & ad sui patris magnitudinem vel crescendo perueniat. Iam ergo filius hominis natus ex homine, meliore conditione natus est quam filius Dei. Quomodo? Quia ipse crescit, & peruenit ad magnitudinem patris sui. Christus autem, sicut dicitis, ideo minoratus est, vt remaneat minor, & non sit expectandus saltem aetatis accessu. Sic ergo dicitis, Quae est in natura diuersitas? Sed quare dicitis, nisi quia non vis eiusdem substantiae credere filium, cuius substantiae est pater? Potestremo prius confitere ipsius substantiae, & dic minorem. Attende hominem, homo est. Quae est substantia eius? Homo est. (Quid ille quem generat? minor est, sed homo est.) Aetas dispar est, aequalis natura est. Dic & tu, Quod est pater, hoc est filius, sed minor est filius. Dic, fac gradum, dic eiusdem substantiae, sed minorem, & peruenis ad aequalem. Non enim parum accedis, non parum propinquas veritati, quia confiteris aequalem, si eiusdem substantiae confessus fueris & minorem. Si non est eiusdem substantiae hoc dicitis, aurum &

argentum. Ergo quia hoc dicitis, aurum & argentum, tale est quod dicitis, quale si homo generaret equum. Alterius enim substantiae est homo, alterius equus. Si ergo filius alterius substantiae est quam pater, monstrum generavit pater. Quando enim creatura, id est, mulier parit quod non est homo, monstrum dicitur. Vt autem non sit monstrum, hoc est, qui natus est, quod est ille qui genuit, id est, homo & homo, equus & equus, columba & columba, passer & passer. Creaturis suis dedit Deus, creaturis mortalibus terrenis dedit, donauit vt hoc, quod sunt, generet: & putas quia hoc sibi non potuit ipse seruare, qui est ante secula, qui non habet initium temporis, vt qui generaret filium non hoc quod ipse est, generaret, sed degeneret? Audi & quanta blasphemia sit dicere, vnicum Dei filium, esse alterius substantiae. Proflus sita est, degener est. Si dicas alicui filio hominis degener, quanta iniuria est? Et quomodo dicitur filius hominis degener? Vt puta pater ipse fortis est, ille timidus & ignauus. Quicumque illum viderit, & vult corripere, attendens patrem ipsius virum forte, quid ei dicit? Porro vade degener. Quid est degener? Fortis vir fuit pater tuus, & tu timore contremiscis. Ille cui hoc dicitur, vitio degener est, natura par est. Quid est, natura par est? Homo est, quod est & pater ipse. Sed ille fortis ille ignauus: ille audax, ille timidus, tamen homo & homo. Vitio ergo degener est, non natura. Tu quando dicitis vnicum filium, vnum patris filium degenerem esse, non aliud dicitis, nisi quia non hoc est quod pater, & iam non natus degener factus est dicitis, sed generatus est. Ista blasphemiam quis ferat? Qualibuscunque oculis, si istam blasphemiam videre possint, fugerent eam, & catholici fierent. Sed quid dicam fratres? Non eis irascamur, sed pro eis oremus, vt det dominus eis intellectus, quia forte hoc nati sunt. Quid est, hoc nati sunt? Hoc acceperunt a parentibus suis, quod tenent. Praepouunt genus veritatis, fiant quod non sunt, vt possint seruare quod sunt, hoc est fiant catholici, vt possint seruare quod homines sunt, vt non in illis pereat Dei creatura, accedat Dei gratia. Putant enim, quia patrem honorant per contumeliam filij, Quando illi dixeris blasphemias: responder, Quare blasphemus? Quia dicitis filium non hoc esse quod pater est. Et ille mihi, Imò tu blasphemus. Quare? Quia aequare vis patri filium. Equare volo patri filium, nunquid extraneum? Gaudet pater, quando illi aequo filium vnicum. Gaudet, quia non inuidet. Et Deus quia filio vnico non inuidet, ideo quod ipse est hoc generavit. Tu & filio facis iniuriam, & ipsi patri, in cuius honorem vis contumeliam facere filio. Certe enim ideo dicitis non esse eiusdem substantiae filium, ne iniuriam facias patri ipsius. Ego tibi cito ostendo, quia iniuriam facis ambobus. Quomodo, inquit? Si dicam filio alicuius, degener, non es similis patri tuo degener, non hoc es quod pater: audit illud filius & irascitur, & dicit, Ergo degener natus sum? Audit illud pater, & plus irascitur. Iratus autem quid dicit? Ergo ego filium degenerem generavi? Ergo si aliud sum, & aliud generavi, monstrum generavi. Quid est quia cum vis vni deferre, per alterius iniuriam, ambobus facis iniuriam? Filium offendis, sed patrem non propiciabis. Cum de filij contumelia honoras patrem, & filium offendis, & patrem. A quo

fugis ad quem confugis? Nunquid irascente tibi patre, fugis ad filium? Quid tibi dicit? Ad quem fugis, quem degenerem recitisti? Nunquid offenso filio cuius ad patrem? Dicit & ipse tibi, Ad quem fugis, quem degenerem genuisse dixisti? Sufficiat vobis, hæc tepete, hoc memoriæ commendate, hoc in vestra fide conscribite. Hoc autem ut intelligatis, ad Deum patrem & filium, qui vnum sunt, preces effundite.

BEDÆ VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Facta sunt, inquit, & uange'ista encania in Hierosolymis, &c. Encania autem vocabatur solennitas dedicationis templi, quam populus Dei ex antiqua patrum traditione, non in Christum celebrare consueuerat. Sed notandum est, quod hæc encania, quæ hic leguntur, non ad primam templi dedicationem, sed ad vltimam pertinet: quod ex eo facile colligitur, quia hyeme facta referuntur. Prima siquidem eiusdem templi dedicatio à Salomone tempore autumnii, secunda autem à Zorobabel, & Iesu sacerdote tempore veris, tertia à Iuda Maccabæo tempore hyemis est facta, quando specialiter constitutum est legitur, ut eadem dedicatio per omnes annos in memoriam solennibus renouaretur officii: quæ etiã, ad tempus vsq; dominicæ incarnationis obseruata fuit, sicut modo, cum legeretur euangelium, audiui-mus. Quæ etiam dedicatio salubri consuetudine in Ecclesiis Christi seruari moderno tempore dignoscitur. Considerandum est quare euangelista dixisset hæc encania hyemis tempore facta esse. Omnino propter duritiam Iudæorum, & infidelitatem, quæ frigoris nomine sæpe designari legitur. Et ambulabat Iesus in tenui in porticu Salomonis. Si ergo Dei filius ambulare voluit in templo, in quo caro, & sanguis & brutorum animalium offerrebat, multo magis nostram creationis domum, vbi carnis ipsius, & sanguinis sacramenta celebrantur, visitare gaudebit. Si perambulare non desepit porticum, in qua rex quondã mortalitatis, ac terrenus, quam nis potentissimus, ac sapientissimus, ad orandum stare solebat: quanto magis penetralia cordium nostrorum inuisere, atque illustrare desiderat, si tamen ea porticum esse Salomonis, hoc est, si eã timorem suum, qui est initium sapientiæ, habere perpexerit? Neque enim putandum est, quia domus solummodo, in qua ad orandum, vel ad mysteria celebranda conuenimus, templum sit domini, & non ipsi, qui in nomine domini conuenimus, multo amplius templum eius appellemur, & simus, cū manifeste dicat Apostolus, Vos estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus, In habitabo in eis, & inter illos ambulabo. Ostendit ergo euangelista cur dixisset, hyemis tempore, dum, inquit, Circumdederunt eum Iudæi. Circumdederunt itaque eum tentationis gratia, non veritatis agnoscendæ voluntate, & dicebant; Quousque animam nostram tollis? Hæc vero non veritatem fidei inquirendo, sed illi quem interrogabant, insidiando, & calumniam struendo, dicebant, ut inuenirent quomodo accusarent eum, nolentes eum credere Deum, sed hominem pu-

Ecclesia Christi non est mortalis, ac terrenus, quam nis potentissimus, ac sapientissimus, ad orandum stare solebat: quanto magis penetralia cordium nostrorum inuisere, atque illustrare desiderat, si tamen ea porticum esse Salomonis, hoc est, si eã timorem suum, qui est initium sapientiæ, habere perpexerit? Neque enim putandum est, quia domus solummodo, in qua ad orandum, vel ad mysteria celebranda conuenimus, templum sit domini, & non ipsi, qui in nomine domini conuenimus, multo amplius templum eius appellemur, & simus, cū manifeste dicat Apostolus, Vos estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus, In habitabo in eis, & inter illos ambulabo. Ostendit ergo euangelista cur dixisset, hyemis tempore, dum, inquit, Circumdederunt eum Iudæi. Circumdederunt itaque eum tentationis gratia, non veritatis agnoscendæ voluntate, & dicebant; Quousque animam nostram tollis? Hæc vero non veritatem fidei inquirendo, sed illi quem interrogabant, insidiando, & calumniam struendo, dicebant, ut inuenirent quomodo accusarent eum, nolentes eum credere Deum, sed hominem pu-

rum tantummodo futurum, & regem cæteris hominibus excelsoiorem esse venturum, qua etiam dementia posteri eorum vsque in presens, & donec Antichristum pro Christo suscipiant, errare non cessant. Et si se dominus Iesus Christum esse responderet, cogitabant eum tradere potestati præsidis puniendum, quasi contra Augustum repugnans, illicitem sibi vsurparet imperium, sed ipse nostræ salutis consulens, propter quos hæc ser benda erant, ita respõsum temperauit suum, ut & calumniatorum ora concluderet, & quia Christus est, fidelibus aperta voce panderet. Illi enim de homine Christo quærebant, ipse autem diuinitatis suæ, qua æqualis est patri, palam mysteria narrat. Quid ergo Iudæi circumdantes dominum dixerunt, videamus. Quousque, inquit, animam nostram tollis? Non venit Christus in se credentibus animam tollere, sed animam viuificare. Sed ipsi sibi Iudæi animam per infidelitatem tulerunt, qui tentare Christum, non in Christum credere, congregati sunt. Respondit: Iesus, Loquor vobis, & non creditis. Proprie ostendit quis esset dum dixit, Loquor vobis, id est verbum Dei coæternum patri: quia opéra, quæ facit in nomine patris, testimonium perhibet, quod est filius Dei, qui gloriam suam nõ quæsiuit, sed eius, qui misit illum: quia vna est gloria patris, & filij, sed hanc fidem corda infidelium accipere non quierunt: de quibus ait; Sed vos non creditis, causam quæ reddit, cur non crederent; Quia non estis ex ouibus meis. Oues sunt credendo, oues sunt pastorem sequendo, oues sunt redemptorem non contemne-do, oues sunt per ostiũ intrando, oues sunt exeundo, & pascua inueniendo. Quomodo ergo istis dixit; Non estis ex ouibus meis. Quia videbat eos ad sempiternam futuros perditionem, non ad vitam æternam sui sanguinis pretio comparatos. Oues meæ vocem meam audiunt, &c. Dicit enim, egnatio eas. Consuetudo sanctæ scripturæ est dicere dominum posse quicquid eligit, apostolo dicente; Nouit dominus, qui sunt eius, & illud necesse, quod non approbat dignum vitæ æternæ, vnde ad impios dicturus erit; Non noui vos. Sequitur de ouibus, Et ego vitam æternam do eis. Hæc sunt pascua, quæ superius promissit ouibus suis, vbi nulla herba crescit, totum viret, totum viget, totum integrum permanet, & quicquid semel accipitur, semper habetur. Et non peribunt in æternum. Hic subaudiendum est, quomodo vos peribitis, quia nõ estis ex ouibus meis. Et non rapite eas quisquam de manu mea, id est potestate mea, Pater meus, vnde dedit mihi, manus omnibus est. Quod dedit pater filio, maius omnibus est, ut ipse illi esset vnigenitus filius, & qualis, consubstantialis. Quid est quod dedit? Vtique gignendo dedit, quia non minorem sibi genuit: non tempore posteriorẽ, sed coæternum, sine initio temporis semper Deum. Non est dicendũ; Non erat, antequam natus erat. Nunquam enim non natus erat, qui patri coæternus erat. Qui sapit, capit, qui non capit, credit. Nutriatur fide, ut possit capere verbũ Dei, quia verbum filius. Semper ergo filius, & semper æqualis. Non enim cre-scendo, sed nascendo æqualis est, qui semper natus de patre filius, de Deo Deus; de æterno coæternus. Pater autem nõ de filio Deus, filius de patre Deus. Ideo pater gignendo dedit, ut Deus esset, gignendo dedit, ut æqualis esset, hoc est, quod manus est omnibus. Ideo transcendit iste Iohannes omnes altitudines

2. Cor. 6. 1. Reg. 6. 8. 1. Cor. 2. 1. Machab. 4. 2. Tim. 2. 1. Mat. 17. 2. Tim. 2. 1. Mat. 17.

titudines creaturarum, & millia exercitus Angelorũ, & magna omnia, & peruenit ad illud, quod maius est omnibus, & dixit; In principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Hoc est, quod maius omnibus est, id est, ut sim verbum eius, ut sim vnigenitus filius eius, ut sim splendor lucis eius. Ideo nemo rapit oues de manu mea. Et nemo potest rapere de manu patris mei. Manus patris, & manus filij, vna manus est, id est, vna potestas, quia vna diuinitas, vna maiestas, vna æternitas, vna æqualitas. Quæ videlicet æqualitatem ipse dominus in diuinitate habuit, priusquam mundus esset, apud patrem, ipse in humilitate ex tempore incarnationis accepit, & nemo potest rapere de manu patris mei. Aperte dās intelligi vnam atque indissimilem esse manum, hoc est, virtutem suã, & patris: atque ideo Christum se esse credendum, qui non, sicut cæteri, factus per gratiam ex tempore, sed verus semper exiit filius Dei; quod etiam sequenti sententiã lucẽ clarior aperit dicens; Ego & pater vnũ sumus. Vnam, inquit, sumus, vna nobis substantia, vna est diuinitas, vna æternitas, perfecta æqualitas; dissimilitudo nulla. Quibus profecto verbis non presentem solummodo Iudæorum quæstionem quia an ipse esset Christus interrogabant explicauit, sed etiam hereticorum perfidiam quæ futuram præuidit, quantum sit execranda, monstrauit. Conticeat Sabellius audiens, Ego & pater. Qui vnam personam patris, & filij praua doctrina disserruit: nam ego & pater, duæ sunt personæ. Item erubescat Arius audiens; Vnum sumus, qui duas naturas in patre, & filio adtruit, dum vnam vnam naturam significat, sicut sumus duas personas. Sequatur apostolicam fidẽ, quam beatus Petrus princeps Apostolorum confessus est; Tu es Christus filius Dei viui. Iudæi videlicet verba domini audientes, huicque sustulerunt; dum vero ait; Ego & pater vnũ sumus, nõ pertrulerunt, sed more suo duris, ad lapides currerunt; sicut Enghelista dicit; Tulerunt lapides, ut lapidaret eum. Dominus, quia non patiebatur, quod nolabat pati, & non est passus nisi quod voluit pati; adhuc eos lapidare cupientes alloquitur. Sustulerunt Iudæi lapides, vnde ad illud hoc respoderunt quod dixerat; Ego & pater vnũ sumus. Ecce Iudæi intellexerunt quod dicitur; nõ inrelligunt. Ideo enim irati sunt, quoniam sentierunt nõ posse dici; Ego & pater vnũ sumus, nisi vbi æqualitas est patris, & filij. Dominus autem vide qui responderit prauis. Videt eos non ferre splendorem veritatis, & eos tentauit in verbis; Nonne scriptum est in lege vestra, id est, vobis data, quia, Ego dixi, dii estis? Deus dicit per prophetam in Psalmo hominibus; Ego dixi, dii estis. & legem appellauit dominus generaliter omnes illas scripturã, quamuis alibi specialiter dicat legem a prophetis eam distinguens, sicut est; Lex & prophete vsque ad Iohannem, &c. In his duobus præceptis tota lex, & prophete. Aliquando autem in tria distribuit easdem scripturas, vbi ait; Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege, & prophetis, & Psalmis de me. Nunc vero etiam Psalmos legis nomine nuncupauit, vbi scriptum est; Ego dixi, dii estis. Si illas dixit deos, ad quos sermo Dei, &c. Sermo Dei factus est ad homines, ut dicerentur dii, ipsum verbum Dei, quod est apud Deum. Si ergo homines participando sunt dii;

1. Ioh. 1. 1. Ioh. 17. 2. Tim. 2. 1. Mat. 17. 2. Tim. 2. 1. Mat. 17. 2. Tim. 2. 1. Mat. 17. 2. Tim. 2. 1. Mat. 17.

vnde participant, nõ est Deus? Si lumina illuminata, dii sunt: lumen, quod illuminat, quomodo non est Deus? Si calefacti quodammodo igne salutaris, dii efficiuntur: vnde calefacti, nõ est Deus? Accedis ad lumen, illuminaris, & inter filios Dei numeraris. Si recedis ad lumen, obscuraris, & in tenebris computaris. Illud tamen lumen nec accedit ad se, quia non recedit a se. Si ergo vos deos facit sermo Dei; quomodo non est Deus verbum Dei patris? Ergo pater sanctificauit filium suum, & misit in mundum. Forte aliquis dicat, Si pater eum sanctificauit, aliquando sanctus nõ erat. Si ergo sanctificauit, quomodo genuit. Ut enim sanctus esset, gignendo ei dedit, quia sanctum eum genuit. Nam, si quod sanctificatur, antè nõ erat sanctum: quomodo dicimus Deo patri; Sanctificetur nomen tuum? Si nõ facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, &c. Quomodo possunt dicere homines; Si enim bene cogitemus; in Deo simus; & si bene viuamus, Deus in nobis est. fideles participantes eius gratiam, illuminati ab ipso, in illo sumus, & ipse in nobis. Sed non sic vnigenitus filius in patre, & pater in illo, tanquam æqualis in eo cui est æqualis. Denique nõs aliquando possumus dicere; In Deo sumus, & Deus in nobis, ego & Deus vnũ sumus; nunquid possumus dicere; In Deo es, quia Deus continet te. Deus est in te, quia templum Dei factus es. Sed nunquid quia in Deo es, & Deus est in te, potes dicere, Qui me videt, Deum videt; quomodo vnigenitus dixit, Qui me videt, videt & patrem? Ego & pater vnũ sumus? Agnosce proprium dominum, & manus serui. Propriũ domini est æqualitas patris, munus serui est participatio saluatoris.

THEOPHYLACTI EPISCOPI BULGAR. SUPERIORIS EUANG. EXPOSITIO.

Facta sunt autem encania, &c. Quæ encania facta sunt in Hierosolymis? Quidam dicunt, quod quõ die edificatum fuerit templum à Salomone, eodem celebrauerint encania. Alij autem non hoc dicunt, sed Euangelista aiunt dicere encania constructi templi post captiuitatem. Præclarum autem, & celebre agebant festum. Nam ciuitas quæ suam ornatum abiecerat, postquæ longam illam captiuitatem incundum diem encaniorum faciebat. In hoc igitur festo aderat & Iesus. Nunc autẽ frequentius versatur in Iudæa, quia passio in Hierosolymis. Hyems enim erat, quæ hyeme in primo mense veris passus est dominus, ostendens, quod prope sit tempus passionis. propterea versatur in Hierosolymis. Et appatenter quidem ex desiderio quodam discedit interrogant, dicentes, Num ipse sit Christus? Res vera autem corrupta, & curiosa mente profecta est interrogatio. Nam, quum opéra prædicarent illi esse Christum, isti ex verbis quærebant dicere; quod ludæum magis est, & deridentium. Omnino autem quæstio magna ingratiudine plena est, & fallacium illorum malitiam ostendens. Dic, enim in quibus libere. Sane vbiq; dicebat libere, & comparebat in festis, & nihil in occulto loquebatur, filiumque Dei se nominabat, & lucẽ, & vitam, & ostium, adhibito etiam teste Mose. Præterea arguens eos dominus, ut potes malo animo loquerentis; Dixi vobis inquit, sicut & non creditis. Et aliter; Quid ita Bibl. Hom. tom. 2. Ccc 2 simul.

Matth. 6.

simulatis quod nudo verbo persuademini: Opera, quæ facio, nõ vt adversarius Dei, sed in nomine patris mei, non recipitis, & quomodo nudis verbis crederetis? Omnino enim maior est virtus operum quam verborum ad persuadendum: quod & fatebantur hi, qui melius inter ipsos sapiebant, dicentes. Non potest homo peccator signa talia facere. Propterea dicit; *Non creditis mihi, quia non estis ex ouibus meis.* Nam ego quidẽ vt pastor bonus, quæ oportebat facere, feci: vos autem non sequimini. Non ego pastoris, sed vos ouium vocatione indigni estis. Da & tu operam, dum hyems est, prærens dico vita, quæ semper à malis spiritibus turbatur, vt celebres encæniam spiritualis templi, semper nouus factus, & ascensionem in corde ponens. Aderit enim tunc tibi Iesus, qui simul celebret encæniorum festiuitatem in porticu Salomonis, custodia sua te muniens, & pacificum te faciens ab affectionibus. Ipse enim protectione Christi pacifici moratur habet & dominum simul diem festum agentem encæniorum animæ, quandiu hyems vitæ huius durat. Ver enim futurũ seculum est, quo omnia requiescunt, quo nullus animam innouare potest. Nam præfenti seculo omnia talia cõcluduntur. *Oues mea vocem meam audiunt, & sequuntur me.* Deinde demulcens eos, dicit, quæ cõsecuturi sint ipsum sequentes. *Itam enim, inquit, æternam doctam, & ne pereant in æternũ, &c.* Et omnino per verba hæc excitat illos, zelumque, ac desiderium iniicit, qui concedit quod & alij se sequantur, sicut illæ. Propterea autem dicit: *Non peribunt,* quia nullus potest rapere eas de manu mea, eo quod pater meus, qui de sit mihi eas, maximus omnium est, & de manu eius nullus potest eas rapere, & ita neque de manu mea. manus enim mea etiam manus patris mei est. Nam ego, & pater vnum sumus, secundum potestatem scilicet, & virtutem. Manum enim potestatem & virtutem dicit. Igitur ego & pater vnum sumus secundum substantiam, & naturam, & potestatem, ac robur. Id quod & Iudei quoque, quum intellexissent, quod se ipsum consubstantiali Deo faceret, lapidare volebant eum, vt ipse, qui se filium Dei faceret. Sed interrogauerit quispiã; Quomodo dicit dominus; nullus ex manu patris rapit eas, quum tamen multos videamus perire? Dicendum, quod rapere quidem nullus potest de manu patris, decipere autem multi. Nam vi quadã, & tyrannide nullus potest auellere à Deo, deceptione autẽ quotidie supplantamur. Quomodo autem dicit; *Oues mea me sequuntur, & non peribunt.* Videmus enim, quod Iudas perierit; sed propter hoc perit, quia non secutus est, neque ouis mansit vsque ad finem dominus, de iis, qui secuti sunt eum, & oues sunt, inquit, quia non peribunt. Quod si quis ex ordine ouium exciderit, nõ secutus fuerit pastorem statim perit. Vtque autem & hoc de Iuda exemplo contra Manichæos. Et enim, quum ille sanctus esset, & ouis Dei, & veribilis voluntate, sua sponte excidit. Non igitur natura sunt mala, sed voluntate constituantur & soluantur. *Subleuati ergo versus lapides Iudei, &c.* Quum diceret, Ego, & pater vnum sumus per omnia secundum potestatem, & virtutem, & indicaret vnam esse patris manũ, & suam; putabant

videt, quod Deo electo, si ne predestinatio non impomat nec sitatem.

Iudei blasphemum, & apprehendebant lapides, quod faceret se æqualem Deo. Igitur dominus admonens, & ostendens, quod nullam iustam furoris erga se causam habeant, sed absque causa insaniant, reducit eis in memoriam miracula se facta, & *Multa bona opera inquit, ostendi vobis: propter quod eorum lapidatis me?* Illi autem dicunt, propter blasphemias lapidamus te, quia filii Dei te ipsum facis. Cæterum ipse non negat hoc, neque dicit, non facio me ipsum Deum, vel non sum æqualis patri: sed magis confirmat illorum sententiam, & asserit se Deum esse, ex his quæ scripta sunt in lege. Legem autem dicit & librum Dauid, sicut simpliciter & omnem scripturam. Quod autem dicit, hunc sensum habet. Si ij, qui gratia deificationem acceperunt, dii sunt, & nemo illos criminatur: quomodo ego iuste à vobis increpor, qui natura sum Deus, quæ pater sanctificauit, hoc est, segregauit, vt occideretur pro mundo? Sanctum enim dicitur, quod Deo segregatum est. Manifestum enim, quia me sanctificat, & segregauit pater in salutem mundi, & ideo nõ sum æqualis aliis diis, sed Deus verus. Vere enim opus Dei est saluare, & non hominis gratia deificati. Si igitur illi ad quos Dei sermo factus est, hoc est ego: (nam ego sum sermo Dei, & habitauit in illis, concessique suis vt adoptaretur in filios) si igitur illi filij Dei, multo magis ego extra omnem noxam sum, Deum vocans me ipsum, qui & natura sum Deus, & aliis hoc concedo. Confundantur Ariani, & Nestoriani. Nam & filius Dei, & Deus substantia, naturaque est Christus, & non creatura, & aliis dat deitatem ad quos fit. nam sermo est Dei, sed non ipse gratia deificatur. Nã manifeste separat se ab iis, qui gratia deificantur, propter ea, quæ illic dicuntur, & ostendit, quod etiam illis ipse sit author deificationis, nã sermo Dei est, & inhabitat in eis: quod significat per hoc, quod dicit, *ad quos sermo Dei factus est.* hoc est, in quibus habitauit. Quomodo igitur blasphemus dicens filium Dei me ipsum? Quamuis enim & carnem ferã, & ex semine sim Dauid: sed ignoratis sacramentum, & quod non aliter potuerit carnalis hominum natura Dei recipere familiaritatem, quam per carnem, quãsi in velamento ei familiaris fuisset. *Si non facio opera patris mei, &c.* Vultis, inquit, scire æqualitatem cum patre? A substantia non potestis scire (impossibile enim est scire substantiã Dei (sed accipite ex operum æqualitate, & identitate indicij identitatis secundum virtutem. Ex his habebitis deitatis meæ testimoniũ, & scietis, & crederetis, quod nihil ego aliud sum quam id, quod pater. Eadem enim substantiã habeo manens filius, & differens. Similiter & pater manens pater, & differens hypostasi, nihil aliud est quam pater secundum substantiam scilicet, ac naturã, quamuis autem per hypostasies differimus, at non separantur hypostasies, sed in seipsis alter in altero sunt absque confusione patris, & filius. Et enim, sicut apud nos pater separatus est à filio, quamuis natura vnum sint, ita & in diuinis personis: sed in seipsis alter in altero sunt absque confusione. Propterea nos tres quidem homines dicimur vt pote subsistentes, separati & non vnum proprie existentes. In diuina autem triade vnus Deus, sed non tres dii, propter personarum inconfusum circum incessionem, adde, & eandem volitionem.

ERICI

ERICI IN IDEM Euang. Homil.

Encæniam plurali numero, vocabatur festiuitas dedicationis templi, quam populus Iudeorum ex antiqua patrum consuetudine per annos singulos celebrare solebat. Encæniam namque Græcè, initiare, vel inchoare Latine dicitur. Verum non ab re esse credendum est, quod S. Euangelista tempus quoque, quo ista dedicatio facta est, intimate curauit, dicens, *Et hyems erat.* Per hoc quippe ostendit, quod hæc encæniam non ad primam templi dedicationem, sed ad eam, quæ vltima fuit, pertinent. Tertio namque templum ipsum dedicatum in sanctis literis inuenimus. Prima siquidem eius dedicatio à Salomone, magna gloria, & totius regni pace autumnali tempore facta est. Secunda à Zorobabel, & Iesu sacerdote magno, ac reliquis filiis transmigrationis, veris tempore perfecta est. Tertia à Iuda Machabæo, & fratribus eius, hyemis tempore peracta est: quando etiam specialiter constitutum est, vt singulis annis hæc eadem dedicatio sollemnibus frequentaretur officijs. Quæ constitutio vsque ad tempus Saluatoris seruata est, sicut ex hæc sancti Euangelij lectione darur intelligi. Verum hæc obseruatio ab illis cõcepta, salubriter nunc in Ecclesiã, venerabiliterque haberi dignoscitur, cum per annos sub iugiter succedentes dies anniuersaria dedicationis Ecclesiæ diuinis laudibus à populo fidelium deuote satis excolitur: tantoque propensius, ac maiori studio celebratur, quanto esse gratissima redemptori non dubitatur: adeo vt in hac die ipsum templum intrare, & diuinitatis suæ mysteria populo pandere dignatus sit. Sanè per asperitatem hyemis, duritia denotatur infidelitatis; quæ in mentibus quorundam Iudeorum tunc erat; quibus conueniebat illud, quod dominus alibi dicit; Quoniam abundabit iniquitas, refrigeret charitas multorum. *Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis.* Porticum Salomonis dicitur, in qua rex ille quondam potentissimus ad adorandum stare solitus erat: atque idẽ ex eius nomine cognominari cõeperat. Solent autem porticus, quibus templum illud cingebatur, nomine templi appellari. Si ergo tunc Dei filius in templo, in quo sanguis brutorum animalium fundebatur, voluit corporaliter ambulare: multo amplius nunc domũ suã Ecclesiã, vbi corporis, & sanguinis sui mysteria cõsecrantur, inuisere, & inhabitare gaudebit. Si tunc in porticu, in qua rex ille, quamuis potentissimus, & sapientissimus, tamen mortalis, atque terrenus, stare solebat, perambulare non desepxit: multo magis presẽtia maiestatis dignabitur illustrare: si tamen nostras mentes porticum esse Salomonis, id est, si eas timoris sui plenas; qui est initium sapientiæ, viderit. Neque enim putare debemus, quod hæc tantum domus, in qua ad adorandum conuenimus, sit templum Dei. Nos enim ipsi, qui conuenimus, templum Dei & dicit, & esse debemus, Apostolo dicente; Vos estis templum Dei viuũ. *Circumdederrunt ergo eum Iudei; & dixerunt ei: Quæsi que animam nostram tollis: tu es Christus, dic nobis palam.* Apparet cui præmissis Euangelistæ; Hyems erat. Circumdederrunt enim dominum, non studio agnoscendæ veritatis, sed gratia ingerendæ

3. Reg. 8.

1. 2. 2. 6.

1. Mach. 4.

Dedicationis ecclesiæ festum religiosum à Christianis celebratum.

Math. 4.

Psal. 110.

1. Cor. 5.

tentationis, & struendæ calumniæ, vt inuenirent quomodo eum accusarent. *Quosque, aiunt, animam nostrã tollis?* Causantur, quod animas eorum, incertos, ac suspensos eos dimittendo, tollerent, qui ad hoc venerat, vt animas in se credentium saluaret. *Si tu es Christus, dic nobis palam.* Iudei Christum purum tantum hominem futurum, & regem cæteris excellentem credunt venturum; quod etiam posteris eorum vsque in præsens, & quousque Antichristum pro Christo suscipiant, demeritissimè arbitrari non desinunt. Volebant ergo, vt se dominus Christum esse diceret, quatenus possent eum quasi Augusto repugnante, & imperium sibi usurpatem, præsidis potestati tradere puniendum. Quapropter dominus ita prudenter ac temperanter suam responsionem circumtulit, vt, & illis aditum calumniæ obstrueret, & quia ipse Christus est, futuris fidelibus, aperta voce panderet. *Respondit enim eis, dicens, Loquor vobis, & non creditis.* Ecce apertissimè ostendit, quod ipse sit Christus. Dicens enim, *loquor vobis:* respondit se verbum, hoc est, filium Dei, coæternum, & consubstantiali patri, tanquam diceret, Ego me semper filium Dei esse operum attestatione pronũcio: sed vos vestra infidelitate cæcatis, nec mihi loquenti creditis, nec opera, quæ facio, attendere vultis. Quæ si dignè cõsideraretis, Dei filium me esse proculdubio crederetis. *Opera, inquit, quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimoniũ perhibent de me.* Et nata, quod suorum operum omnem gloriam Deo patri ascribit, cum ea in eius se nomine facere asserit. Ipsa ergo opera, quæ faciebat, cæcos illuminando, paralyticos sanitati restituendo, de paucis panibus multa millia hominum reficiendo, mortuos etiam, quadriuanos quoque fœtidos ad vitam reuocando, ipsa, inquam, opera testimoniũ reddebat, quod esset verus filius Dei, cuius gloriã in omnibus operibus suis requirebat. *Sed vos non creditis.* Causamque cur non crederent reddens, subdit, *Quia non estis ex ouibus meis.* Oues suas, fideles & sibi obsequentes dicit, qui eum pastorem diligunt, & sequuntur, atque ad pascua æternæ satietatis, boni pastoris sequendo vestigia, perueniunt. Ergo hos, qui in se nolabant credere, dicebat non esse ex ouibus suis: quia videbat iam æternæ perditioni præparatos, nec sui sanguinis præcio ad vitam perpetuam esse comparandos. *Oues mea vocem meam audiunt, & ego agnosca eas, & sequuntur me.* Vltimo more sanctæ scripturæ agnoscere pro eligere ponitur. Vnde scriptũ est, *1. Tim. 2.* Nouit dominus, qui sunt eius. Nescire, verò improbare. Illud enim Deus ignorat, quod dignum æternæ vitæ non approbat. Vnde impiis in iudicio dicitur est, Nescio vos. Oues ergo Christi vocem eius audiunt: quia præceptis illius ex animo obediunt. Et ipse eas cognoscit: quia vt *Eph. 1.* Apostolus de se, & sui similibus dicit, Elegit nos antè mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius. Sequuntur autem eum, & hic mansuetudinis, & innocentia eius vias incedendo, & pòst eum eo ad gaudia sempiternæ vitæ feliciter intrando: vnde sequitur, *Et ego vitam æternam do eis.* Hæc sunt illa pascua, quæ pollicitus est se daturũ ouibus suis, nulla vnquam ariditate marcentia, sed indefectina amœnitate vermantia. *Et non peribunt, inquit, in æternum, quia pastor eorum & saluator talis est, apud quẽ nihil omnino possit perire.* Videbantur quidem perire *Bibl. Hom. tom. 2. Ccc 3 sancti*

sancti martyres oculis insipientium, cum hanc mortalem vitam per tormenta amittebant; sed non peribant in aeternum; quia soluti vinculis carnis, debita sibi premia à Christo percipiebant. Vnde consequenter adiungit: *Et non rapiet eas quisquam de manu mea, id est, potestate mea.* Eos enim, quos semel prædestinando Christus assumpserit, nulla vis diabolicæ tentationis, non immanitas humanæ persecutionis de potestate eius potest auferre. Nam & si sunt quidam, qui post perceptam gratiã de numero ouium Christi pereunt, hi certe in Dei oculis oues non sunt. Nitebantur quidam persecutores rapere pios cõfessores Christi de manu eius, cum eos tormentis fidem Christi negare compellebant, vt eorũ animas à Christo alienas efficerent: vel cum separati cõstantia morientium, corpora eorum aut ignibus exurenda prædebant, aut aqua dissoluenda immergebant, tanquam possent à Christo ea refuscitandi tollere facultatẽ. Sed nemo potest rapere de manu eius, qui sanctos inter certamina vt vincat adiuuat, & victores in cœlis coronat. Quibus etiam verbis illorum redarguit temeritatem, qui sibi mortis laqueos tetenderat. Sculitissimẽ enim de eius nece cogitabant, cum nõ solum in ipsum nihil possent agere, verum etiam neminem de suis possent auferre. Verũm ne hæc dicẽdo suam videretur quærere gloriam, totam hanc potentiam ad patrem refert, subiungens: *Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus est.* Hoc quod Deus pater mediator Dei, & hominũ dedit, maius omnibus est: quia dedit illi, vt sit eius vnigenitus filius, nec natura dissimilis, nec virtute inferior, nec tempore posterior. Et hoc gignendo dedit, quia Deus Deum genuit: hoc est, quod maius omnibus est. Idcirco idem Ioannes locuturus de verbo Dei, transcendit omnem angelicam, & humanam creaturam, & sic peruenit ad illud, quod maius est omnibus, & dixit, In principio erat verbum. Hoc verò, quod Dei filius habuit ante secula per diuinitatem, accepit ex tempore per humanitatem. *Et nemo potest rapere de manu patris mei.* Suprà dixit, Non rapiet eas quisquam de manu mea. Hic dicit, Nemo potest rapere de manu patris mei: vt liquidò intelligeremus, hoc esse virtutem suã, esse & patris, atque idẽ Christum se esse credendum: qui non, vt ceteri sancti, per gratiã accepit ex tempore; sed verus semper exiit Dei filius. Quod etiam subsequenti sententia ostendit, cum dicit, *Ego & pater vnũ sumus.* Vnum, inquit, sumus; vna nobis substantia, vna diuinitas, perfecta equalitas. Quibus verbis non solum Iudæorum quæstionem, qui tentatẽ an ipse esset Christus interrogabant, absoluit, verum etiam hæreticorum, quos futuros prævidit, in saniam, quã sit deridenda, monstrauit. Sabellius namque dogmatizat vnã personam esse patris, & filij, quem conuincit cum dicit, *Ego, & pater, vbi apertissimẽ duæ sonant personæ.* Sed Iudæi, qui eatenus loquentẽ dominum quasi patienter audierant, cum dixisset, *Ego, & pater vnũ sumus,* amplius vim verborum eius ferre non valentes; quia ipsi lapideã corda gestabant, ad lapides cucurrerunt. Nam sequitur, *Sustulerunt lapides Iudæi, vt lapidarent eum.* Verũm: quia ille nec tunc volebat pati, nec se ab illis lapidari dispoñerat, elata, & iam iam que ferientia brachia suo nutu cõtinuit, & eos alloquitur. *Respondit eis Iesus, Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, videlicet*

in sanitate infirmorum, in assidua exhibitioẽ doctrinæ, & miraculorũ; quæ vniuersa ex patre se dicit ostendisse, vt in se indicaret eius per omnia gloriam quærere. *Propter quod, inquit, eorum opus me lapidatis? Et responderunt ei, De bono opere non lapidamus te? sed de blasphemia.* Quamquam inuiti, & nolentes consistunt, nec possunt negare multorum beneficiorum bona sibi à Christo impensã fuisse; sed miseri, qui quod ille de sua, & patris equalitate dixerat, pro blasphemia deputabant. Considerandum verò, quod dicunt, *Tu homo cum sis, facis teipsum Deum.* Ecce infideles Iudæi intellexerunt, quod Ariani adhuc intelligere negligunt. Id enim, quod dominus dixerat, *Ego, & pater vnũ sumus,* intellexerunt non posse dici vnũ, nisi vbi esset equalitas: quod isti pro blasphemia idcirco receperant, quia eum tantum hominem esse credebant, Deum nullatenus credere volebant. *Respondit eis Iesus, Nõne scriptum est in lege vestra, Ego dixi, dij estis; in lege vestra, dicit in lege vobis data.* Sed & hoc notandum, quod hoc Psalmodographi testimonium in lege scriptum dicit, quia nimirum omnes scripturæ aliquãdo lex appellantur generali vocabulo; nonnunquam distinctè per se lex accipitur, & à prophetis distinguitur, sicut ipse dominus alibi dicit; Lex & propheta vsque ad Ioannem. Plerumque in tria eadem distribuuntur scripturæ, vt est illud; Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent omnia, quæ de ipso erant scripta in lege Moyfi, prophetis, & Psalms. *Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura:* hoc est, non potest argui falsitatis, atque idẽ non audetis illam reicere. *Si ergo illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis; Quia blasphemias, quia dixi filium Dei sum?* Ac si diceret; Si idcirco homines dij appellati sunt, quia sermo Dei ad eos factus est, ipsum verbum Dei (quod erat in principio apud Deum) quomodo non est Deus? Si illi dij vocari meruerunt, qui participes facti sunt sermonis Dei; ipse sermo Dei, vnde participans, cur non sit Deus? Notandum verò, quod dicit; *Quem pater sanctificauit, & misit in mundum.* Sanctificauit namque pater filium, non quo vnquam ille sanctus nõ fuerit, sed sanctificauit, quia illum sanctum genuit. Sicut enim Deus Deum, immensũ immensum, sic sanctus sanctum pater filium genuit; & misit in mundum, quia eum incarnari constituit pro salute hominum. *Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere: Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite.* Ac si diceret; Si tantummodo nudis verbis Dei me filium esse dico, & non etiam operum exhibitioẽ me id esse comprobo, cum eos, quos aut natura imperfectos edidit, aut vitium deprauauit, aut certè infirmitas afflixit, potenti maiestate testauo; nolite credere mihi. Si verò ista facio, quæ nullus nisi Dei filius facere posset, si mihi non creditis, his saltem operibus credite, *vt cognoscatis, & credatis, quia in me est pater, & ego in patre.* Dixerat iam; Operibus credite, nunc iterum dicit; *vt cognoscatis, & credatis.* Quod tale est, ac si diceret; Credite, vt credentes cognoscatis. Est verò sensus; Si mihi non creditis, operibus credite, vt cognoscatis credentes, quia in me est pater, & ego in patre. Debeamus ergo credere, vt possimus cognoscere: quia cognitio, merces est fidei. Credentes enim intrabimus in potetias domini, & cognoscemus quomodo

modo in filio est pater, & filius in patre. Sanè sciendum est, quia non sic pater est in filio, vel filius in patre, quomodo dicitur Deus esse in alio sancto viro, & sanctus quicumque in Deo. Filius quippe in patre est, per equalitatem vnũ, eiusdemque substantiã: homo verò in Deo est per participationem gratiæ. Denique vir sanctus potest dicere; Quia Deus est in me: non autem potest dicere, Ego, & Deus vnũ sumus, nec rursus: Qui videt me, videt Deum, Hoc enim vnigenito solum filio conuenit, qui sic est in patre vt sit equalis patri, sit vnũ cum patre: Cum quo illi est omnis honor, & gloria, in sancti spiritus vnitate per omnia secula seculorum, Amen.

INCERTI CUIVS DAM sub nomine Eusebii Emissemi in idem Euang.

Encaenia dicebant Iudæi illam festiuitatem, quam celebrabant pro templi ædificatione, siue inuouatione. In hac autem festiuitate ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis, ostendens se illam sapientiam esse quæ laudatur in libris Sapientiæ Salomonis. Sed quia hyems erat, & charta inuidiã gelu Iudæi congelata erant, & quiritas ignem non habebant, regem & dominum suum occidere cupiebant. Proxima enim sibi sunt frigus & mors. *Circũdederunt ergo eum Iudæi, non vt in eum crederent, sed vt eum perderent. Et dicebant ei, Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.* Quem nos regem dicimus, Iudæi Christum appellabant. Dolo igitur loquebantur, vt si se Christum esse dominus responderet, quasi qui Cæsari cõtradixisset, mox Romanorum ministris occidendus traderetur. Hinc est enim quod Pilato dicunt, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. *Respondit Iesus, Loquor vobis, & non creditis: opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me.* Cur me, inquit, interrogatis, cum verbis meis non creditis? *Loquor vobis, & non creditis.* Sed quia verbis non creditis, vel operibus credite, opera nõ mentiuntur. *Sed vos non creditis verbis meis, quia non estis ex ouibus meis.* Manifestum est igitur, quod ex ouibus Christi non sunt, quicumque euangelicis verbis credere nolunt. *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego agnosco eas, & sequuntur me, & ego vitam aeternam do eis, & nõ rapiet eas quisquam de manu mea.* Et de his quidem satis iam superius diximus. Probat autem quod non rapiet eas quisquam de manu sua, dum dicit, *Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei.* Sed ne aliquis diceret, quia nõ inde consequitur, vt de eius manu rapi non possit, addidit, dicens, *Ego, & pater vnũ sumus.* Si enim ipse & pater vnũ sunt, cum nemo eas rapere possit de manu patris, nemo potest rapere de manu filij. Sed vnde vel ille pater, vel ipse filius esse probatur? Ex eo utique quod ait, *Pater meus, quod dedit mihi, maius est omnibus.* Hoc autem quid aliud est, nisi quia ipse me genuit? Hoc enim donum maius omnibus est; ipsum enim dedisse, genuisse filij. Non enim prius fuit ille qui dedit, quam ille cui dedit: quia non prius fuit ille genuit, quam ille quem genuit. Neque enim aliquid quando pater sine filio fuit, quia sine verbo, sine

virtute & sapiẽtia, sine vita & veritate nunquam esse potuit. Hoc enim totum filius Dei. Ipse enim est veritas & vita: ipse est verbũ, virtus & sapiẽtia patris. Sapientia vtrique, quam ipse genuit, est verax: quia veritatem genuit. Sed quia nunquam fuit non sapiens, & non verax, nunquam fuit ante sapientiam, & veritatem. Nunquam enim sapiens sine sapientia esse potest. *Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum.* Respondit eis Iesus, *Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?* An quia ad veritatis viam vos reuoco? an quia vos ab aeternæ mortis periculo seruo? an idẽ fortasse quia infirmos vestros sanauit, cæcos illuminauit, leproso mundauit, paralyticos curauit, & mortuos suscitauit? Hæc enim opera non lapidatione, sed honore digna sunt. *Respondit ergo Iudæi, de bono opere non te lapidamus, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.* Stulti Iudæi interrogant ipsum quis sit, & palam eum respondere rogant, & quia veritatem eis responderet, eum occidere volunt. *Respondit eis Iesus, nõne scriptum est in lege vestra, Quia ego dixi dij estis?* Legem hoc in loco psalmos vocat: quia & ipsi iudicant, dum & nocentes damnant, & bonos iustificant. *Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, & c.* Si inquit, adoptiuu filij, dij dicuntur: quare naturalis filius, Deus non dicitur? Si illi dicuntur dij, ad quos sermo Dei factus est, & idẽ quidem dij dicuntur, quia sermonem Dei custodiunt, quare non magis ipse sermo Dei dicatur Deus? Non enim potest solui scriptura, quia non præteribit ex ea iota vnũ, neque vnus apex, donec tota compleatur. Quod autem ait, *Quem pater sanctificauit, Tale est ac si diceret, quem pater sanctum genuit.* Idem enim fuit & sanctificasse, & genuisse. *Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi.* Mirabilia sunt opera patris, mirabilia sunt & opera filij: facit ille quod vult, facit, & iste quicquid vult. Sequitur: *Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis, & credatis quia in me est pater, & ego in patre.* Quia enim vnũ sunt pater & filius est in patre, & pater in filio. *Quærebant ergo eum apprehendere, & exiit de manibus eorum.* Quæramus igitur & nos, sed nõ sicut illi, quæramus fidẽ & pietatẽ, & non effugiet de manibus nostris. His enim manibus apprehenditur & tenetur Iesus. *Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum, & c.* Fortasse ad hoc iuerat dominus illuc, vt isti ad eum venirent, eum viderent, & in eum crederent.


EVTHYMIÏ ZIGABONI superioris Euang. expositio.

Facta sunt autem Encaenia Hierosolymis. Didicatoria templi: siquidem quotannis solenniter diem illum colebãt, quo iterum sub Zorobabel ædificatum, post reditum ex captiuitate perfectum est. Et hyemæ erat. Non solum ob aëris intemperiam, sed etiam ob infidelitatem. Tempus autẽ inuuit propter dedicationem primæ ædificationis templi: nam illæ circiter a rammentum celebrabatur. *Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis.* Nam & ipse festo aderat. *Circũdederunt ergo eum Iudæi.* Sperantes ab eius sermonibus aliquã se accepturos comprehendendi occasionem, siquidem, quum de operibus nihil eum possent arguere, à verbis prætextum aliquem inuenire cupiebant, neque

enim ipsi à malitia cessabāt, neque ipse à clemētia quiescebat. Et dixerunt ei. Fraudulenter & dolose. Quousque animam nostram suspendis? Suspensam, ac dubiam tenes inter fidem, & infidelitatem. Si tu es Christus, dic nobis libere. Manifeste, verbis non obredis. Atqui plane sciebant, quod hoc dixisset: ideo etiam in superioribus decretum fecerant, vt, si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam eiiceretur, sed nunc sinistra mēte hoc interrogant, audire volentes, quomodo hoc diceret, vt, disputatione ita procedere, magni quippiam rursus de seipso loqueretur, & occasiōē, vt dictum est, illum comprehendendi acciperet. Ipse vero, huiusmodi cognita vastitiae, neque nūc hos tentantes arguit: docens non ad omnia coarguendos esse tentatores: sed multa patienter esse ferenda. Neque dixit; Quomodo me tanquam fide dignum interrogatis, cuius testimonium repulistis dicentes; Tu de templo testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum: quem legis transgressorem appellastis, Deo contrarium ac seductorem: peccatorē, Samaritanum, dæmoniācum, ac insanum, talibusque multis nominibus, quem lapidibus appetitis, & persequimini, ac occidere festinatis? Verum nihil dixit huiusmodi, nec malorum meminit, docens iniuriarum obliuionem erga eos, qui condemnare properarent, sed mansuetissime ad interrogationem responderet. Tu vero mihi considera peruersam, ac contentiosam Iudæorū mentē. Siquidem, quando concionatur, ac sermonibus docet, dicunt; Quod signum ostendis nobis? quando vero miraculum operatur, ac demonstrationes operibus exhibet, dicunt; Si tu es Christus, dic nobis libere. Quum sermones docent, opera requirunt: operibus clamantibus, sermones petūt: ad contrarium semper malignē transmutati. Quia ergo dementia: erat operibus eum prædicantibus, à sermonibus querere testimoniū, vide quo pacto respondeat, simul quidem manifestans, quod nō discendi causa interrogarent, simul etiam significans opera sua amplius, ac vehemētius clamare quā verba. Dixi vobis, & non creditis. Dixi vobis, de quo interrogatis, non verbis solum, verum etiam operibus: sed non creditis: vane ergo, & curiose interrogatis. Opera, quæ ego facio nomine patris mei, hæc testimonium reddunt de me. Testificatur, quod ego sim: Rursus autem addit; Nominē patris mei: ne Deo contrarius videatur. Nōmē vero hoc in loco: quidam dixerunt diuinitatem: quidam autem fortitudinem: alij vero potētiam. Nominatur enim & Deus, & fortis, & potēs, aliisque modis similibus. Si quid autē patris est, idem est & filij. Quia ergo à solo verbo se credituros esse simulabant, leniter ostendit quod dolose agerent, ac si diceret; Si operibus non creditis, quomodo verbis creditis. Quia non estis ex quibus meis. Ego si quidem vniuersa, quæ boni pastoris sunt, præstiti: vos autem à cognatione ouium meorum vos ipsos separastis. Nec rapies eas quisquam de manu mea. Quisquam ex iis, qui illis insidiantur. Manum vero dicit virtutem, ac potestatem suam. Hoc autem dixit, quia statuerant Iudæi, vt, si quis confiteretur eum esse

Christum, extra synagogam eiiceretur. confirmat enim quod frustra laborent. Pater meus, qui dedit mihi, maior omnibus est. Maior omnibus insidiatoribus, vt dictū est. Rursus ergo quod ait; Dedit mihi, dispensatorium est. Et nemo potest aperire de manu patris mei. Ne autem tanquā impotens videatur auxiliū à patre poscere, subintulit: Ego, & pater vnum sumus. Vnum potentia, siue eiusdem potentia: quod si vnum potentia, vnum sane & diuinitate, & essentia, & natura. Dicens itaque; Ego, & pater, qualitatem significauit personarum, diuersitatem hypostaseōn: tubdens autem, Vnum sumus, diuinitatis vnitatem, identitatem essentia:, naturæ, & potentia:. Sustulerunt igitur rursus lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Quia natura filium Dei se dicebat: nam hoc significat, Vnum sumus. Vide ergo quomodo conuicti sint, quod non discendi causa interrogarent, sed occasiōnis alicuius arripienda:, qua eum comprehenderent, vt diximus. Et quare dedit eis occasiōem? Quia volebat eos à seipsis conuincere, quod tentarent, malūque machinarentur. Præterea non oportuit omnia dispensatorie loqui, sed etiam denudate in parte veritatem. Multa bona opera ostendit vobis ex patre meo. Quæ me patri æqualem ostendunt. Propter quod eorum operum me lapidatur: Propter quod opus, quod me non ostendat patri esse æqualem? Opera ergo me patri æqualem esse prædicat, & ego taceo. Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, &c. Interim ergo bona esse eius opera fatebantur: quod si bona sunt eius opera, hæc eadem testantur, quod non blasphemet, dicēs se se Deum esse: sunt enim Dei opera, & non puri hominis. Nonne scriptum est in lege vestra; Ego dixi, dñs estis? Hoc in loco Legem appellat librum Psalmorum: nam id in illo scriptum est. Lex autē dicitur liber iste, quia ea, quæ in eo habentur oracula sunt à Deo asitata, & quia homines instruunt, & corrigunt. Et non potest solui scripturæ: de eo quem pater sanctificauit, &c. Solus, hoc est, excidere, reici. Sanctificauit autē, hoc est, separauit, elegit. Quod autem dicit, idem est, ac si diceret; Si Deus illos dixit Deos, quum homines essent de me dicētis; Blasphemias, quia dixi, filius Dei sum? de me, inquam, quem pater separauit, elegit, ac misit in mundum. Humilius autem ista loquitur. Primum namque deprimat, & concedere videtur sermonem, ac humiliora loquitur, quo furorem illorum consoletur ac mitiget: deinde subdit etiam sublimiora. Si non facio opera patris mei nolite, &c. Ab operum æqualitate æqualitatem ac identitatem cum patre ostendit. Et cognoscatis, & credatis, quod pater in me est, & ego in eo. In me pater conspicitur: nihil enim aliud sum ego, quā quod pater est permanens, tamen filius: & nihil aliud pater est, quā quod filius; permanēs tamen pater. Qui ergo filium nouit, & patrem nouit: & qui patrem cognouit, filium cognouit. Vel aliter: filius est in patre, tanquā imaginis pulchritudo in archetypo: pater vero in filio, tanquā exemplaris pulchritudo in imagine: imaginem autem patris dicimus filium, non qualemcumque, sed per omnia si milēm.

FERIA



FERIA V. POST DOMINICAM PASSIONEM.

Euangelium rōide infra in festo S. Mariae Magdalena.

FERIA VI. POST DOMINICAM PASSIONEM.

I O A N. II.

COLLEGERUNT ergo pontifices & pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: Et venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius dixit eis: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expediat vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit: quia Iesus moriturus erat pro gente: Et non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos: sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem: & ibi morabatur cum discipulis suis.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.

REDENT. Et quia sentiebāt doctrinam eius esse contra templum, & pateras leges, timebāt ne si omnes crederent in Christum, & nemo remaneret qui contra Romanos ciuitatem Dei, & templum defenderet. Et ven. Rom. De temporalibus timent, nōn de æternis: & vtraque perdidit. Locus est Hierusalē quem perdidit, Gentem suam perdidit vbiq; dispersi. Hoc à semetip. Auguit. Nota etiam malos, per spiritum prophetia: prædicere futura, quod tamen euangelista diuino tribuit sacramento, quia fuit pontifex, id est; summus sacerdos, & mysterium humanis in manibus spiritu Dei loquutus est. Deus constituit vnum summum sacerdotem, cui mortuo vnus succederet. Sed per ambitionē postea euenit, vt plures essent, & vicibus ministrarent. Fortē & plures in vno anno, ex quibus fortē exibat qui

incensum poneret: quod nō licet nisi summo sacerdoti, vt de Zacharia legitur. Pro gente Iudæorum scilicet in qua erant oues. hoc tantum Cayphas. Sed quia nouerat euangelista esse alias oues, addidit: Si dñs. Dei qui e. d. p. con. Filij prædestinatione, sicut oues in Israel, nondum enim erant, quia nondum crederant.

CATENA AVREA in idem Euang.

COLLEGERUNT ergo pontifices & pharisæi concilium, & dicebant, &c. Theoph. Decebat admirari ac extollere eum qui talia peragebat miracula: ipsi vero potius consiliauerunt illum occidere, vnde dicitur, Collegerunt ergo pontifices, &c. Aug. Nec tamen dicebant, Credimus. Plus enim perdit homines cogitabat quōmodo noceret & perderent quā quomodo sibi consulerent ne perirent, & tamen timebant & quāsi consulebant. Dicebant enim: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Chryl. Hominem

Hominem eum adhuc vocant, qui tantam susceperunt eius deitatis demonstrationem. Orig. Est autem per ea, quæ dicuntur ab ipsis, considerare eorum insipientiam, & cæcitatē. Insipientiam quippe, quia testificabatur illum multa peregrisse miracula, & tamen æstimabant se posse aduersus eum æmulari, velut non posse pro se aduersus eorum æmulationes. Cæcitatē autem hoc ipsum erat, ad facientem enim tot miracula pertinebat, vt se ab eorum insidiis eximeret, nisi forte crederent quæ signa fecit, & putabant ea non fieri diuina virtute. Hi quidem igitur deliberabant non dimittere ipsum, opinantes se per hoc esse impedimento volentibus credere in eum, & Romanis ne eis auferrent terram & gentem: vnde sequitur, *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, &c.* Chrysost. Hoc dicentes populum volunt conuicere, vt periclitandum ex suspitione tyrannidis, quasi dicat. Si Romani viderint eum turbas ducentem, suspicabuntur nos in tyrannidem velle consurgere, & destruent nostram ciuitatem: sed fictio erat quæ dicebatur. Quid enim demonstrabat tale? armigeros circumferabat, & æquituras trahebat? Nonne deserta persequebatur? Sed vt non putentur ob passionem suam hoc dicere totam ciuitatem periclitari dicunt. Augustinus. Vel timuerunt ne, si omnes in Christum crederent, nemo remaneret qui aduersus Romanos iuuitatem Dei templumque defenderet, quoniam contra ipsum templum & contra suas paternas leges doctrinam Christi esse sentiebant: temporalia ergo perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt: & Romani post dominum passionem & glorificationem tulerunt eis & locum & gentem, expugnando & transferendo. Origeni. Sed & secundum anagogem locum eorum qui ex circumcissione sunt gentes occupauerunt, quia per eorum casum salus gentibus euenit: loco enim gentium Romani ponuntur ex regnantibus, qui regno suberant nuncupatis. Gens etiam ab eis sublata est, quia qui fuit populus Dei factus est nō populus. Chrysost. Cū autem illi hæsitabant, & non in ordine consilij proponebant, dicentes: *Quid facimus? vnus inuerecundus & cum crudelitate clamauit: vnde sequitur, Vnus autem ex ipsis Cayphas, &c.* August. Mouere potest, quomodo dicatur pontifex anni illius, cū dominus constituerit vnum summum sacerdotem cui mortuo vnus succederet, sed intelligendum est per ambitiones, & contentiones inter Iudæos postea constitutum esse plures forte pontifices, qui per annos singulos vicibus ministrarent, & forte etiam in vnum annum plures ministrabant, quibus alio anno alij succedebant. Alcu. Nam de hoc, Cayphas, Iosephus refert quod pretio sibi sacerdotiū vnus anni redemerit. Orig. Increpatur autem Cayphas prauitas in hoc quod dicitur: *Pontifex anni illius*, quo scilicet noster saluator exercuit ministerium passionis: & tamē cū esset pontifex anni illius, dixit eis, *Vos nescitis quicquam, neque cogitatis: quia expedit vobis vnus moriatur homo, &c.* Quasi dicat. Vos sedetis & adhuc seignius rem attenditis, sed attendatis vnus hominis salutem pro communi republica oportere contemnere. Theoph. Hoc autem ipse quidem praua dixit intentione, tamē spiritus sancti gratia ore eius vsa est ad futuri prælagium, vnde subditur: *Hoc au. &c.* Orig. Non quicumque prophetizat,

propheta est: sicut non quicumque ius profectur, iustus est: sicut qui facit aliquid opus propter humanam gloriam. Cayphas ergo prophetauit quidē, nec tamen erat propheta: sicut & Iulianus. Audebit autem quis dicere, quod non per spiritum sanctum Cayphas prophetauerit: quia etiam spiritus maligni est aretati Iesu & prophetare pro eo: iuxta illud quod dicitur, Nouimus te quod sis sanctus Dei, nam eius intentionis est non fideles auditores efficere, sed incitare in pratorio confidentes aduersus Iesum, vt eum perimerent. deinde quod dicit, *Expedit vobis*: quod pars eius prophetie fuit: dicit verum vel mentitur. Nam si verum dicit, saluatur hi qui in pratorio aduersus Iesum mittuntur mortuo Iesu pro populo, & pertingunt ad id quod expedit. Quod si inconueniens est, manifestum quod non fuit spiritus sanctus qui dedit hæc proferri, quia spiritus sanctus non mentitur. Si autem quis velit veridicum & in hoc esse Cayphas conuertetur illi quod gratia Dei pro omnibus gustet mortem, & quod est saluator omnium hominum: maximē fidelium. Fatebatur etiam cūta qua sunt in hoc loco prophetiam esse veridicam, incipiendo ab illo, *Vos nihil scitis*. Nihil enim nouerat, qui Iesum ignorabant esse veritatem, sapientiam, iustitiam & pacem. Et quod ipsis quoque erat expediens, vt hic vnus in quantum est homo moriatur pro populo: non enim in quantum est imago inuisibilis Dei, est susceptibilis mortis. Pro populo autem obiit, velut potens totius orbis culpam in seipsum rectorqueus dissipare ac delere. Ex hoc verō quod dicitur: *Hoc autem a semetipso non dixit*: docemur quod aliqua nos homines per nos dicimus nulla inducente virtute ad profertendum: quaedam verō suadente nobis quadam virtute, est non integrē exprimat, & sic consequenter disponamur ad ea insectantes ea quæ dicimus, sed non intentionem dictorum: velut Cayphas ex se nihil protulit, nec dixit intentionem, quia prophetiam dicti non accipiebāt. Sed etiam apud Paulum quidam legisperiti sunt, non intelligentes nec ea quæ profertur. August. Hic docemur etiam homines malos prophetie spiritu futura prædicere, quod tamen euangelista diuino attribuit sacramento, quia pontifex fuit, id est, sumus sacerdos. Chryso. Vide autē quanta spiritus sancti virtus est: mente enim mala valuit verba proferte prophetie. Vide etiam quanta est pontificalis virtus potestatis: pontifex enim effectus etiam indignus existens, tamen prophetauit, nesciens quid diceret: ore enim solū vsa est gratia, cōtaminatum autem cor non tetigit. Aug. Cayphas igitur de sola gente Iudæorum prophetauit, in qua erant oues de quibus ait ipse dominus, Nō sum missus nisi ad oues quæ pæterierunt domus Israhel: sed nouerat euangelista alias esse oues quæ non erant de hoc ovili, quas oportebat adducere, & ideo addidit: *Et non tantum pro gente, sed et filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum*. Hæc autem secundum prædestinationem dicta sunt, nam neque oues eius, neque filij Dei adhuc erant. Greg. 6. Mor. Persecutores igitur peregerunt hoc quod peritios moliti sunt, interpretantur mortem, vt ab eo abscinderent fidelium deuotionem: sed fides inde creuit, vnde se hæc extingere infidelium error deliras credidit. Non enim ad pietatis suæ obsequium rediit, quod contra illum humana crudelitas

delitas extorsit. Orig. Concitati autem ad itam ex verbis Cayphæ, taxauerunt vt occiderent dominum. vnde sequitur: *Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum*. Et quidem si nō spiritu sancto Cayphas prophetauerat, alius spiritus fuit qui valuit & per impium loqui, & sibi compares aduersus Christum incitare. Qui autē vult respondere pro spiritu sancto, dicit quod sicut sacrum intentionem scripturarum ad vtilitatem prolatam, aliqui prauē suscipiunt ad constituendam enormem disciplinam: sic æditam pro saluatore prophetiam veridicam, non debito modo percipientes cōsiliati sunt vt interficerent Christum. Chrysost. Quærebāt etiam prius & eum interficere, & nunc sententiam firmauerunt. *Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, &c.* Orig. Cū consiliū congregauerunt pontifices, & pharisæi vt occiderent Iesum, ipse cautius se obseruans, non vltra quam fiducia conuersabatur cum Iudæis, sed neque ad aliam ciuitatem abiit populatam: sed ad quandam remotam. vnde dicitur, *Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, &c.* Aug. Non quia potentia eius defecerat, in qua si vellet palam cum Iudæis conuersaretur, & nihil ei facerent: sed exemplum discipulis demonstrauit, quod apparet non esse peccatum si fideles eius, oculis persequentiū se subtraherent, & furorem sceleratorum latendo potius euitarent, quæ se ostendentes magis accenderent. Orig. Honestum nanque est imminente agone confidentem Iesum nō euitare confusionem, nec reculare subire mortem gratia veritatis: nec minus honestum est non tradere occasionem tantæ tentationi, nō solum propter incertitudinem euentus proprii: sed ne nos occasionem præstemus vt alij magis impij ac noxij fiant. Nam si quis factus erga quemquam materia criminis luet penas: quod persequorem non declinans, non etiam & persequenti delicto dabit responsum? Non solus autem dominus illuc iuit, imō vt nullam daret causam perquirendi eum, discipulos etiam secum duxit. vnde sequitur: *Et ibi morabatur cum discipulis suis*. Chryso. Qualiter putas turbatos discipulos humane videtes eum saluatum? Ipsi autem quando omnes lætabantur & festa celebrabant, tunc occultantur & in periculum sunt, sed tamen permanebant cum eo: secundū illud: *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis*. Orig. Quo ad anagogiam verō dicatur quod Iesus dum cum fiducia ambulabat inter Iudæos, cū verbum phierum per prophetas in ipsis conuersabatur: sed abiit illuc, nec est verbum Dei inter Iudæos. Accessit autem ad villam quæ est prope desertum, de qua dicitur: *Multi filij desertæ magis quam coniugatæ*. Villa autē dicitur Effrem, quæ interpretatur fertilitas. Fuit autem Effrem frater Manasse senioris populi obliuioni traditi: post populū enim obliuioni datū & prætermisum prodit ex gentibus abundantia. Discedens ergo ad Iudæis dominus, venit in terram totius orbis prope desertam ecclesiam, quæ dicitur ciuitas secunda, & ibi moratur cum discipulis vsque nunc.

ORIGENIS PRESBYT.

superioris Euang. expositio.

Collegerunt ergo pontifices, &c. Quod ad literam catinet, Pharisæi, & Pontifices videbant om-

nem etiam Iudæorum populū iis mirabilibus rebus, quas multas Christus efficeret, adductum posse sub eius fidem subigi, & subactū leuiticum, sacerdotalemque cultum qui eo in loco corpore adhiberetur, & procuraretur, contemnere, ita vt hoc tale causa futurum esset, vt, quoniam Iudæi locum negligenter, ad Romanos Seruatoris opera transferretur etiam locus, qui apud illos habebatur, & dictus est, atque tota gens, quod Iudæi non omni ratione custodire tuerique vellent eum consensum, quo se Iudæos esse profiterentur. Deinde cultum, & locū atque gentis cœtum, omnibus quæ his præstare existimabantur anteponebant. Ob eamque causam, in Iesum consilium capinnt, ne eum viuere patiantur. Itaque gloriæ eius detrahendæ causa eos illos dixisse arbitror, *Hic homo*. Neque enim credebant ea quæ paulo antè dicta erant ab eo, quibus Deum se esse confirmabat, cū eum lapidibus obruere volebant tanquam pro contumelia in Deum, eique dicebant, *Tu cū homo sis, facis te Deum*: cū pro sua humanitate respōdit, docens, omnē eum, ad quem Verbum Dei factum sit, Deum dici & nominari à Deo, cū prophete scriptura quæ hoc dixisset solui, tollique nō posset. Ex iis autem quæ à Pharisæis & Pontificibus dicuntur, eorum & assensio perspici potest, & cæcitas: Assensio & confessio, quod eum testificabatur multa mirabilia opera fecisse, & se ei qui tam magna fecisset, insidias facere posse, quasi ipse nihil salutis suæ causa cū insidiis appeteretur, efficere posset: cæcitas tamen etiam hoc ipsum erat, præsertim cū eius qui multa signa edebat esset, superiorem esse insidiis eorum, qui eū omittere & ferre nolebant: nisi forte eum etiam nō credebant signa facere, eaque nō vi diuina fieri suspicabantur, ob eamque causam non omnes eum posse, neque se ipsum eripere & liberare ab ipsorum insidiis. Ac illi quidē videbant, ne eum omitterent, quod putarent hoc ipso se & eos qui illi crederent, retardaturos, & Romanos qui ipsis locū ac gentem erepturi essent. Sed quoniam Dominus dissipat consilia gentium, & reprobat cogitationes populorum: nec eum illi omiserunt, & Deus eum excitauit, & reliquit, & gentes omnes ei seruiunt, & Romani cū venissent, eis locum suū eripuerunt. vbi est enim id quod vocant sanctuarium? abstulerunt etiam gentē expellentes eos ex loco, vixque eis permiserunt, vt essent vbi liberet in dispersione. Quod si fas est ad horum etiam verborum anagogem venire, dicemus Gentes locum cepisse eorum qui sunt circumcissionis. Eorum enim delicto, salus parta est Gentibus, vt eos æmulentur: & in Gentes Romani assumpti sunt, ab iis qui regia potestate præfunt, iis qui regibus parent, nominari: atque etiam gens ab iis qui à Gentibus orti sunt, deleta est. Is enim populus qui populus non erat, populus factus est, & ij qui ex Israele prodierunt, non sunt iam Israël nec semen eò peruēnit, vt in filios coalesceret. Horum omnium causa fuerūt signa quæ multa Iesus edidit, & quod parer eum dimisit effectum Pontificum & Pharisæorum, qui consilium contra eum inierant, insidiis superiorem. Pontifices autem omnique cultus, qui apud Iudæos corporeus & vt ita dicam, carnalis erat, itēque Pharisæi & omnis legis ex verbis spectata doctrina atque disciplina, Iesu veritati insidias facit. Vltiq; figura,

vt cohareat & perscet, perspicuitatem veritatis impedire, atque hoc ipso quasi caro concupiscit aduersus Spiritum. Sed Spiritus qui aduersus carnem concupiscit, quoniam fortior est, & verum Seruatoris nostri sacerdotium, spiritalisque eiusdem disciplina, & doctrina, Potestatem Pharisaeorumque qui contra ipsum consultant, concilium dissoluunt. Hæc autem etiam nunc fieri existimandum est: id quod animaduertere licet in iis qui hoc agunt, vt corporeæ Iudaicæ disciplinæ conspiratione & collectione Spiritalem Iesu doctrinam tollat funditus. *Vnus autem ex ipsis Cayphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam, &c.* Non si quis, vt ita dicam, propheta, propheta est. Cayphas enim, qui erat anni illius Pontifex, prædixit ille quidem Iesum moriturum esse pro Gente, nec pro Gente solum, sed vt etiam filios Dei qui dispersi erant, in vnum colligeret: non tamen erat etiam propheta. Et quamquam etiam Balaam prædixit ea quæ in libro qui Numeri inscriptus est, scripta sunt, his verbis, Verbum quodcumque mittet Dominus in os meum, hoc loquar, & dixit hæc, Ex Mesopotamia transmisiit me, & quæ sequitur: tamè perspicuum est, eum prophetam non fuisse. Eum enim ariolum fuisse, scriptum est. Ac si quis propheta est, is etiam prophetat & prædicit. Si quis autem prophetat, non continet, & planè est propheta. Vt si etiam in aliqua alia re præstantiore hoc dicerem, si quis iustus est, quod iustum est sequitur: non tamen si quis id quod iustum est sequitur, est iustus. Quod intelliges, si illud attendas, iustè quod iustum est persequetur. Si quidem non frustra iustè aduerbium præpositum est his verbis, Id quod iustum est persequetur: fieri enim posse arbitror, quod iustum est aliquis sequatur, sed non iustè. Ii enim qui gloriæ hominū causa faciunt quippiam quod per se bonum est, fac me dicere exempli causa, qui dant egentibus, aliquid quod iustum est, illi quidem faciunt, non tamen ex habitu iustitiæ, sed inani falsæque gloria ducti. Eodem autem modo, quo illud. Quod iustum est iustè persequetur, dicitur vt opinor, sobriè & moderatè quod moderatum est, persequetur: & fortiter id quod fortitudinis est, persequetur, & sapienter id quod sapientiæ est, persequetur, eademque ratione in reliquis virtutibus. Hæc autem diximus, vt conferremus aliquid quod simile esset huic generi dicendi, prophetare quidè aliquè, non tamen prophetam esse. Itaque in prophetis continenter de prophetis hoc dici arbitror, Dixit Hieremias propheta, & si quid his simile. Qui autè in nominibus ingenio valèt, hoc cõfirmant. Non si quis aliquid quod medicinæ est proprium præstitit & fecit, aut aliquid eorum quæ ad valetudinem conducunt, propterea is est medicus: nec si quis aliquid quod architecturæ subiectum est, effecit, architectus est. Ex iis verò quæ de Caypha qui de Seruatore prophetavit & prædixit scripta sunt, intelligendum est, in vitiosum improbūque animum interdum prophetandi prædicendique verbum cadere. Accusatur enim ab Evangelistis Cayphas vitiosus, qui erat anni illius pontifex, cum Seruator noster mysterium mortis, quam salutis hominum causa perpeffus est, perfecit. Nam Matthæus quidem hæc scribit, Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum: & ait illis, Quid vultis mihi dare, &

ego eum vobis tradam? At illi cõstituerunt ei triginta argenteos. Et paulò infra, Ecce Iudas vnus ex duodecim, venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus à principibus sacerdotum & senioribus populi. In his quidem principibus sacerdotum intelligimus esse etiam Caypham, cum pontificem anni illius fuisse dictum sit. Apertè autem deinceps Matthæus scribit, Et illi comprehensum Iesum adduxerunt ad Caypham principem sacerdotum, vbi Scribæ & seniores conuenerant. Paulò pòst etiam subiicit, Pontifex autem & concilium quærebāt falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent, & non inueniebant, cum multi falsi testes accessissent. Nonissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt, Hic dixit, Possim destruere templum Dei, & post triduum reedificare illud: Et surgens princeps sacerdotum, ait illi, Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et principes sacerdotum ait illi, Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. Dicit illi Iesus, Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, A modo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt, Reus est mortis. Deinde rursus post alia cum ipse accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondebat. Et rursus paulò infra, Princeps autem sacerdotū & seniores persuaserunt populis, vt peterent Barabbam, Iesum verò perderet. Præterea post resurrectionem Seruatoris, cum Maria Magdalena, & altera Maria proficiscerentur, Ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes, Dicitis, Quia discipuli eius nocte venerunt & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à preside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. Lucas autem scripsit his verbis, Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim: & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et paulò pòst, Dixit, inquit, Iesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum & magistratibus templi & seniores, Quasi ad latronem existis cum gladiis & fustibus. Et paulò pòst, Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum. Paulò etiam infra, Stabant autem principes sacerdotum & Scribæ constanter accusantes eum. Rursus paulò pòst, Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in cõcilium. Marcus verò ait, Iudam Iscariotem abiisse ad summos sacerdotes, vt eum illis proderet. Illos autem cum eum audiissent, & gauisos esse, & promississe daturos se pecuniam. Et paulò infra, Et adhuc, inquit, eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cū eo turba multa cum gladiis & lignis, missi à summis sacerdotibus & Scribis & senioribus. Paulò etiam infra, Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem: & conuenerunt omnes sacerdotes, & Scribæ & seniores.

Deinde

Deinde rursus paulò pòst, Surgens summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum dicens, Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obiciuntur ab his? Ille autè tacebat, & nihil respondit. Rursus summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei, Tu es Christus filius Dei benedictus Iesus autem dixit illi, Ego sum. Et videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cæli. Summus autem sacerdos sciens vestimenta sua, ait, Quid adhuc desideramus testes? audistis blasphemiam. Tum paulò infra, Et confestim manè consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & Scribis & vniuerso concilio, & vincientes Iesum duxerunt in atriu & tradiderunt Pilato. Deinde paulò pòst, Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Iesus autem amplius nihil respõdit. Ioannes porò scribit, Adducunt Iesum à Caypha in prætorium. Hæc autem pluribus exposuimus, multis omnium Euangelistarum testimoniis, vt Cayphæ malitiæ ignominiam, eumque; quamquam contra Iesum ageret & certaret, tamen propheta tesse doceremus. Atque eum quidem prædixisse & propheta tesse, planè nos Ioannes docuit. Quæres autem, num continet & omni ex parte si quis prophetat, hoc Spiritu sancto prophetet: & si nonnullis hoc nihil habere dubitationis videtur. Quomodo autem non est dignum de quo queratur, cum David post peccatum & scelus quod ad Vriam pertinuit, verens, ne à se Spiritus sanctus auferretur, dicat, Spiritum sanctum tuum, ne auferas à me? Si quis verò illud probat, Spiritus disciplina effugiet fictum, & discedet à cogitationibus insipientibus, id planè docere videbitur, eum fugere & discedere ab animo fraudulento, etiam si prius, id est, ante fraudem & peccatum in eo Spiritus sanctus infuderit. Sic etiam illud dignum est de quo queratur, possitne Spiritus sanctus etiam in animo peccatore inesse: vt aliquis dicat, Si nemo dicere potest, dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto: multi autem etiam peccatores ita in Iesum animati sunt, vt in dominum: in eis quoque erit sanctus Spiritus. Et quoniam ij qui postea quam illum nacti sunt, peccant, nunquam fortassis remissionem assequuntur: propterea de iis qui antè quam Spiritum sanctum consequuti essent peccarunt, hoc dicitur, Omne peccatum & blasphemiam remittetur filiis hominum: de iis verò, qui post adeptum Spiritum sanctum peccarunt, illud scriptum est, Qui autem in Spiritum sanctum blasphemiam dixerit, non dimittetur ei nec in hoc seculo, nec in futuro. Contumeliis enim & re & verbo peccati præsentem Spiritum sanctum afficit is, qui eo in animo præsentem & insidente peccat. Sic autem aliquis dictum esse censebit illud etiam quod in epistola ad Hebræos scriptum est hoc modo, Impossibile est enim eos, qui semel illuminati sunt, gustauerunt nihilominus donum cælestis, & participes facti sunt Spiritus sancti, & bonum Dei Verbum gustauerunt, virtutesque futuri seculi, & ceciderunt, rursus renouari ad penitentiam, iterum cruciungentes in semetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Attende enim in his illud, Participes facti sunt Spiritus sancti. Cõtrà autem, Esti prophetauit Cayphas, tamen non fuisse in eo Spiritum sanctum, illud dicatur, Non dum enim datus erat Spiritus sanctus, quia nondum Iesus erat glorificatus. Quòd si nõ erat Spi-

ritus etiam in Apostolis antè quam Iesu gloria tributa esset, quanto minus in Caypha infidebat? Seruator autem ab inferis & mortuis excitatus, discipulis, vt ita dicam, insufflauit, eisque dixit, Accipite Spiritum sanctum: & quæ sequuntur. Atque non dissimulanter quidem aliquis profert ea quæ dicenda sunt, vt doceat Caypham non propheta tesse Spiritus sancti permotio neitè que hoc dicit, posse etiam malos Spiritus Iesu testimonio dicere, ac de eo prædicere ac pro testimonio dicere: vt ille qui dicebat, Scimus te, quis es sancte Dei, atque ij qui eum rogabant, ne sibi imperaret, vt in abyssum abiret, atque dicebant, Venisti perdere nos. In Actis etiam Apostolorum hæc scripta sunt, Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum Pythonem obuiare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando. Hæc subsequuta Paulum & nos, clamabat dicens, Isti homines, serui Dei excelli sunt, qui annunciant vobis viam salutis. Dicit igitur is qui hæc simul assumeret & adhibebit, nihil ex propheta hanc Pythonis oratione Apostolis testimonij dedisse, aut impulsisse eos, qui audierant vt crederent salutis viam & disciplinam, quæ nunciaretur. Quoniam autem ea, quæ Balaam attingunt, protulimus, vide, num dici de eo quoque possit, eum non loquutum esse diuino afflatu & instinctu, sed angeli. Stetit enim, inquit, angelus domini in via contra Balaam, qui infidebat asinæ, & duos pueros habebat secum. Cernens asina angelum stantem in via, euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaam, & veller ad semitam reducere, stetit angelus in angustiis duarum maceriarum quibus vineæ cingebantur. Et paulò pòst, Cùmque vidisset asina stantem angelum, concidit sub pedibus sedentis. Et paulò infra, Cui angelus, Cur inquit, tertid verberas asinam tuam? Ego veni, vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua mihi que contraria. Et nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidisset, & illa viueret. Dixit Balaam, Peccavi, nesciens quòd tu stares contra me. Et nunc si displicet tibi, vt vadam, reuertar. Ait angelus, Vade cum istis, & caue, ne aliud quàm præcepero tibi loquaris. Obserua enim angelum esse, qui hoc diceret, Caue ne aliud quàm præcepero tibi, loquare. Sed dices, paulò pòst Balaam Deum se ostendisse, eique hæc dixisse Balaam, Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulum & arietem desuper. Dominus autem posuit verbū in ore eius, & ait, Reuertere ad Balac, & hæc loqueris. Tu etiam attentè considera, vt nunque verum esse, & quod ab angelo dicitur, Caue ne aliud quàm præcepero tibi, loquare, & illud quod à scriptura narratur, Posuit dominus verbum in ore Balaam, & ait. Illud autem, Spiritus domini factus est super eum, obelo notauimus, quod nec ipsum, nec aliquid ei simile in cæteris editionibus inuenimus. Rursus paulò pòst, Cùm occurrisset, inquit, dominus, posuissetque verbum in ore eius, ait, Reuertere ad Balac, & hæc loqueris ei. Hæc autem omnia qui audebit, dicit scriptum esse, Malus Dei spiritus etiam Saule suffocabat. Quintè etiam malus spiritus cum exisset, in omniū Achab prophetarū ore infedit, cùm dixisset Deus, Quis decipiet Achab? egressus falsus Spiritus, dixit, Ego decipiam. Atque hæc quidem in hæc loca Bibl. Hom. tom. 2. D d d consid

considerata & tractata sint, cum aliquis per se suoque ingenio ea quae consentanea sunt iis verbis quae exposita sunt videre possit, in quaestione qua quaeritur, Quomodo Cayphas prophetauit. Sed num haec etiam ad eius prophetiam probandam pertineant, * dicendum est, quoniam non sanctus erat, etiam si prophetauerit. Vt etiam dignum est de quo quaeratur, quomodo Saulis nunciij prophetauerint, vt scriptum est, Missi ad Dauid, in Naioth in Rama. Et misit Saul nuncios vt comprehenderet Dauid, & viderunt caeterum prophetarum, & Samuel stetit constitutus super eos: & factus est in nunciis Saul Spiritus domini, & prophetauerunt etiam ipsi, & renunciauerunt Saul, & misit Saul nuncios, qui etiam prophetauerunt: & iratus est Saul, & profectus est ipse in Ramatha, & venit vsque ad cisternam magnam, & in via quae ferebat in Sophin interrogauit & dixit, In quo loco sunt Samuel & Dauid? Diciturque est ei, Ecce in Naioth sunt in Ramatha. Et factus est etiam Spiritus domini, & ambulauit ingrediens, & prophetauit vsque dum veniret in Naioth in Ramatha. Et expoliatus etiam ipse se vestimentis suis, & prophetauit cum caeteris coram Samuele, & cecidit nudus tota illa die & tota nocte. Vnde & exiit prouerbiu, Num & Saul inter prophetas? Haec etiam necessario profertur a censeo, vt peccatores prophetae appareat, & verum diuino Spiritu permoti, an ab alia vi atque virtute. Quod autem attinet ad confirmandam veritatem, quae non mentitur, rursus in primo Regnorum libro inueniuntur idolorum diuini ostendisse ea, quae ad arcam pertinebant, quando vacca duae quae primò forte erant, recta via ad Iesum Bethsaminum proficiscebantur, significare cladem illam à Deo Philistaeis accidisse. Ne ea quidem quae de Pythonissa & Samuele commemorantur, his in locis praetereunda sunt, ex quibus Saul, se vna cum liberis postero die interfectum iri cognouit. Quod autem certum est, in locis, videbit is qui de variis diuersisq; naturis, & vt ita dicam, virtutibus deterioribus praestantioribusq; statuere potest. Quod si etiam aliqua sint his interiecta, de his etiam rursus qui volent deterioris virtutis impulsu prophetae Cayphas: dicit nihil mirabile esse, improbam scelestamque virtutem haec dixisse, quando quidem non plane etiam diabolus ignorasse inuenitur, Iesum esse Dei filium in iis quae euangelista ab illo, domino dicta esse scripserunt. Dicit autem, malitiam etiam quaedam declarari virtute quae impellebat, vt haec de Seruatore praedicerent. Hoc enim sibi proponebat, non suadere iis qui audiebant, vt crederent, sed concitare in Iesum principes sacerdotum & Pharisaeos qui in concilio aderant, & eum occiderent: quod quidem opus non à Spiritu sancto proficiscebatur. Vide enim, an non incitare eos qui audiunt, siue Cayphas, siue id quod faciebat vt prophetaerit, ad interficiendum Iesum, velit his verbis, Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Vt is qui ait, Expedit nobis, quod prophetae pars erat, verum an falsum pronunciat? Si enim verum pronunciat, salutem adepti sunt & Cayphas & ij qui in concilio contra Iesum dimicabant, cum Iesus salutis populi causa mortuus sit, vilitatemque illam percipiunt. Sin autem absurdum est dictu & eos salutem esse adeptos, qui erant in concilio, &

1. Reg. 19.

illam vtilitatem perceperit Iesu mortuo; perspicuum est, non Spiritum sanctum fuisse, qui impulit, vt haec dicerentur. Spiritus enim sanctus non mentitur. Qui autem vult verum pronunciare etiam in hoc id quod impulit Cayphas, vt illud diceret, Expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, altiore sensu hoc accipiet, Expedit nobis, propter verbum quod est in extrema oratione, & simul vterur loco illo, Vt gratia Dei pro omnibus, vel sine Deo gustaret mortem: atque illud attendet, in eoque commorabitur, Vt gratia, vel sine Deo pro omnibus. Illud etiam sumet, Qui saluator est omnium, maxime fidelium: quod hic est agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, proprie accipiens illud, Tollit peccatum mundi, non eius patris. Qui autem illud verum esse ait; Expedit nobis, vt vnus moriatur homo, dicit huius loci omnia veram esse prophetiam, quae ab hoc loco incipiat, Vos nescitis quicquam. Nihil enim sciebant & intelligebant Pharisaei & principes sacerdotum, qui Iesum qui est & veritas, & sapientia, & iustitia, & pax, ignorabant. Ipse est enim pax nostra. Quae etiam minimè cogitabat isti qui nihil sciebant quomodo etiam ipsis expeditur, vt vnus hic quatenus homo pro populo moreretur. Homo est enim Iesus qui est mortuus. Itaque ipse ait; Nunc verò quaeritis me interficere hominem, qui veritatem loquutus sum. Quoniamque homo quid est, qui est mortuus, homo autè non erat veritas, sapientia, pax & iustitia, & is de quo scriptum est, Deus erat Verbum: non mortuus est Deus Verbum, nec veritas, nec sapientia, nec iustitia. Neque enim mors cadit in primogenitum omnis creaturae, quatenus est imago Dei, qui videri non potest. Pro populo tamè mortem pertulit hic homo, omnium animantium mundissimum, qui peccata nostra tulit, & infirmitates, cum omne totius mundi peccatum, quod in se receperat, dissoluere, consumere, atque delere posset, quoniam peccatum non fecit, nec inuenit, sed dolus in ore eius, nec peccatum nouit. Paulum etiam hoc spectantem haec dixisse arbitror, Eum qui peccatum non nouerat, peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Peccatum enim eum fecit, qui peccatum non nouerat, nec sciebat, quod ipse qui nihil peccauerat, omnium peccata in se receperit. Ac si audacius dicendum est, maiore ratione eum dicemus purgamentum mundi fuisse, & omnium peripsema, quam ipsius apostolos qui haec de se dixerunt, Quasi purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsema vsque nunc. Cum autem saepe quaedam clades grauissimae in genere hominum valeant, vt pestilentiae, vt calamitates tranquillitatis & famis, eiusmodi dissolui & dissipari, quasi mali Spiritus cuius opera haec eueniant, dissoluta sit potestas, quod quidam se ipse pro republica det multae & Graecorum & barbarorum historiae feruntur, qui eiusmodi rei intelligentiam nec explicat, nec improbant. Vtrum quidem haec vera sint necne, non est huius temporis accurate exponere. Veruntamen qui possit pro vniuerso hominum genere, vt vniuersus orbis expietur, mortem perferre ob paculum eius, qui pereat, nisi eius causa mortem suscipiat: nec literarum monumentis proditus est vquam, nec prodi potest, cum solus Iesus, peccati omnium onus, in cruce * pro omni absque Deo recipere in se & portare magna vi sua potuerit. Etenim hic vnus sciebat ferre infirmitatem, vt

Olim legitur locum in Graeco scriptum esse à laudis veteribus citatur. Sed postea prope Hierosolimam se fuit scriptum esse.

Certe lege totam superiorem digressio- nem, in qua videtur probare nisi, Christi morte salutem omnibus hominibus allaturam esse, ut nemo sit perituros.

Alludit ad locum ad Hebraeos superius citatum 2. Cor. 5. 21.

Esaías propheta scribit his verbis, Homo in plaga, & scies ferre infirmitatem. Et hic quidem peccata nostra accepit, & infirmatus est propter iniquitates nostras, poenas etiam, quae nobis debentur, vt corrigeremur, & pacem reciperemus, dedit. Illud enim ita accipio, Disciplina pacis nostrae super eum. Liuore etiam eius sanati sumus. Nos qui liuore eius, qui ex cruce euenit, curati sumus, dicamus, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Iesum hunc pater pro peccatis nostris tradidit, eorumque causa atque ad mortem, mortem autem crucis. Iudicium sublatum est. Sic enim illud accipio, In humiliatione iudicium eius sublatu est: vt sint quae sequuntur, In humiliatione eius sublatum est iudicium. Sic autem propter scelera populi Dei ad mortem raptus est. Mortuus est igitur homo hic populi causa, & propter hunc non tota gens perierit. Attende etiam, num possis nomen populi pro iis qui sunt ex circuncisione accipere, illud autem gentium pro caeteris. Homo enim hic mortuus est non solum pro populo, sed etiam ne tota gens pereat, vt si dicerem, Dico gentem, & omnes qui sunt orti à gentibus esse perituros. Deinceps hoc sequitur, Hoc à seipso non dixit. Ex quo nos intelligere arbitror, homines non aliqua à nobis ex nobis dicere, cum virtus nulla nos impellit, vt dicamus: alia autem, vt si virtus alicuius nobis infonaret & suggereret, quae diceremus, & si plane non de statu mentis dimoueamur, nec congruenter nobis constituti simus, sed sequi videamur quae dicimus, tamen fieri potest, vt cum ipsi nosmetipsos subsequimur, quatenus dicimus non allequamur sententiam eorum quae dicimus. Id quod hoc loco Cayphas vsuuenit, qui nec à seipso dixit, nec dixit sententiam eius quod vt propheta dicebatur, neque capiebat. Apud Paulum etiam legis doctores quidam sunt, qui non intelligunt neque ea, quae dicunt, neque de quibus confirmant. Sed sapiens non est eiusmodi, de quo Salomon in Proverbiis scribit his verbis, Sapiens intelligit ea, quae suo ore profert: & in labiis feret scientiam. Videtur autem mihi interduca causa esse prophetandi circumstantia; sicuti nunc Cayphas fuit quod anni illius erat pontifex, quo Iesus mortuus esset pro populo, ne tota gens periret. Cum enim essent alij etiam principes sacerdotum, vt perspicuum est ex iis quae protulimus, nemo prophetauit, nisi is, qui erat anni illius, quo Iesus mortem perpeffurus fuit. Circumstantia etiam fecit, vt prophetaerent & iustores, à Saule missi ad Dauidem, & ipse Saul. Quod enim ipsi Dauidè quaerent, causa fuit prophetiae, sed eius quae scripta est. Quinetiam Balaam nunquam nisi parabola accepta, dixisset, Ex Mesopotamia accessit me, & quae sequitur, cum Israelis qui castra locauerat non vidisset, & semper aliam partem exercitus videret, paucitate eius quod videbatur, impellebatur, vt de Israele diceret. Moriturus ergo erat Iesus pro Gente, quae aliud erat quam essent filij Dei, qui dispersi erant: quemadmodum ex his verbis intelligitur, Iesus mortuus erat non solum pro Gente, sed vt etiam filios Dei qui dispersi erant, congregaret in vnum. Qui autè sunt Dei filij, qui di-

persi erant praeter Gentem nunc iam tempus est, vt quaeramus. De his ij quidem, qui naturas inducunt, ita dicent, vt Dei filiorum nomine eos, qui per se Spiritales sunt, intelligi putent, quod spiritali sensu non omnes distinxerint, & aestimauerint. Hoc autem consentaneum est dicere eos, qui naturas esse sentiunt, & Apostoli sententiam intelligere, qui spiritales ita docet, Spirituales autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Hinc enim sequitur, eum non esse aut nondum esse Spiritualem, qui non omnia iudicat. Quinetiam, si quis ab aliquo iudicatur, quoniam Spirituales à nemine iudicatur, is non est, aut certe nondum est Spirituales: nonne praestat dicere fieri aliquem Spiritalem qui antea non erat, qui iam etiam proprie est Dei filius? Qui ergo sunt qui Dei filij dicantur, si non sunt eorum, qui naturas inducunt, ratione & sententia, Spirituales, tempus est vt videamus. Ac vide, Deine filios qui dispersi sunt, & alij sunt quam Gens, eos intelligere possis, qui iam tum, cum haec dicebantur, iusti bonique erant Dei concessu & munere, siue patriarchas, aut prophetas, siue aliquos alios, quos Deus elegerat, aut eos qui iam tum valebant, & bene habebant. Quasi enim essent valentes, & nullo modo aegri, illud ait, Non est opus valentibus medico sed male habentibus: & quod essent iusti dicit, Non veni vocare iustos sed peccatores ad poenitentiam. Moriturus ergo erat Iesus pro Gente quidem, vt ne periret, pro Dei autem filiis, qui erant dispersi, vt eos ad vnum verbum colligeret, vt fiant vnum ouile vnusque pastor, tumque mihi videtur impleri illa Seruatoris oratio, Sicut ego & tu vnum sumus, vt & ipsi in nobis vnum sint. Quod si quis etiam altiore sensu de Israelis non natura, sed genere dici liceat, de quo illud scriptu est, Filius primogenitus mens est Israel, quod factum est in dispersione: ipse etiam diligenter attendes, hos esse Dei filios qui dispersi erant, pro quibus Iesus moriturus erat, vt eos in vnum colligeret. Ab illo ergo sic cogitauerunt, vt interficerent eum. Principes sacerdotum ac Pharisaei, conuocato consilio, cum quid Seruatori faciendum esset, vidissent Caypha Pontifice, eius verbis quae ante exposita sunt, concitati, communi concilio eum interficiendum censuerunt. Quocirca quaeres tu quidem, cuius Spiritus permotione prophetauerit, Iesum pro Gēte esse moriturum: atque vtrum Spiritus sanctus etiam in tali operatus sit, causaque fuerit consilij, quod in Iesum captum est, an non ille quidem, sed is qui etiam in impio & scelesto loqui poterat, & similes illi in Iesum concitare, & videbat aliquid quod ad Iesum pertineret, quemadmodum pro virili parte paulò ante tractauimus. Qui autem volent defendere, Spiritum sanctum causam fuisse videri, cur de interficiendo Iesu, Cayphas oratione Pontifices & Pharisaei impulsu, cogitauerint & constituerint, hoc opus à sanctitate dicit non abhorretere, quando quidem ne Iesus quidem se indignum aliquid fecit, cum in ruinam & resurrectionem multorum in Israel factus sit, idemque dicat, In iudicium ego in mundum hunc veni, vt ij qui non vident, videant, & qui viderint, caeci fiat. Vt enim opus est nobis sermone sapientiae, vt eum qui se in mundum hunc iudicij causa venisse fatetur, nihil se indignum fecisse defendamus: sic etiam vt illud, Cayphas verbis, quae Spiritus sancti esse nra, addu-

Etos principes sacerdotum atque Phariseos, hoc cepisse concilij, ut Iesum interficerent. Ac de illo quidem loco, In iudicium in hunc mundum veni, quoad eius fieri potuit, cum locum ipsum explanarem, diximus. De eo autem qui nunc nobis est propositus, hoc dici potest, quemadmodum sacrarum scripturarum sententiam & intelligentiam, quæ utilitatis causa dicitur eorum, qui ab eis utilitatem capere instituerunt, aliqui in malam partem accipiunt & explanant, ut etiam occasionem habere videantur confirmandæ impiæ doctrinæ & disciplinæ eorum qui iniquitatem in excelsum loquuntur: sic Seruatoris nostri prophetiam, quæ à Caypha prolata est, utilitatem nobis afferre, ut vnus homo moriatur pro populo nec tota gens pereat, quod non rectè principes sacerdotum & Pharisei, intellexerint, sed aliu sensum esse existimauerint ex Cayphæ consilij sententia. *Ab illo ergo die cogitauerunt, ut interficerent Iesum.* Hæc autem dico ex eo quod cõsentaneum est explanationi de illo, quod dictu est, Spiritum sanctu esse, qui per Caypham prophetauit: non quod ita planè res habeat, sed quod etiam in eorū qui legent iudicio permittam statuere, vtrū de Caypha qui à Spiritu sancto quasi planè permotus est, sit approbandum. *Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem qua dicitur Ephraim:* nec solus ed profectus est, sed discipulos etiam sibi adhibuit, quod nullam se querentibus occasionem daret, & illic manebat cum discipulis. Tale etiam est illud quod apud Matthæum scriptum est, Cum audisset, quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam, & relictæ Nazareth, habitauit in Capharnaū maritima vrbe in finibus Zabulon & Nephthalim. Ac tempus præcurrrens prehensionis dedit operam, ne per se hoc pateretur, ut neque Hierosolymis, neque in templo in quo sæpe docebat, neque in vilo alio tali loco, inueniretur. Egressus est enim cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem intrauit ipse & discipuli eius. Ita autem illo tempore secedebat, abstinerebatque publico, ut primi sacerdotes ac Pharisei qui eum cõprehendere instituebant, Iudæ operâ desyderarint, qui quod ab eo doctus & institutus erat, locum etiam eius secessionis nouerat. Itaque Iudas sumpta cohorte, & à Pontificibus atque Phariseis ministris, venit illuc cum laternis & facibus & armis. Ex hoc autem Euangelistæ loco, perspicuum est, eum, si comprehendi nolisset, non potuisse comprehendi, comprehensum autem esse, quod seipse obiecit, obdieritque vsque ad crucem comprehendentibus, cum ipse eis obuiam prodiret, eosque rogauit his verbis, *Quem queritis?* ac responderunt illi, *Iesum Nazarenum.* Atque is quidem eis dixit, *Ego sum:* exercitus autem abierunt supini, in terramque ceciderunt. Deinceps quod vellet suscipere mortis mysterium, rursus ab eis quaesitum, *Quem queritis?* illi autem responderunt, *Iesum Nazarenum.* Ac paulo post cohors & centurio ac ministri Iudæorum Iesum volentes cõprehenderunt: eumque vinxerunt, qui se vinculis tradebat & offerebat. Si enim perpeti mortem nolisset, dixisset iterum, *Ego sum,* & tam multi post tergum abiissent atque omnes humi dicerent. *Ut autem his exemplis nos in persecutionibus & insidiis, quæ nobis fiunt, secedere doceret:* sic aliis in locis eum etiam ab iis quæ bona & præclara in mundo ducuntur, inuenies secedere, ut illis quoque exemplis doceat nos dignitates mundi fugere, atque ea quæ in eo excellunt. Iesus enim cum interdum recessisset, populum venturum esse, & abducturum ipsum ut regem facerent, secessit in montem, nõ cum discipulis, sed solus, ne eis quidem occasionem dans quibus charus erat, & qui voluerant eum cum iis qui volebant, regem constituere, ut iam etiã eorū rex instaret eorum, qui in mundo sunt, fieret. Atque hæc quidẽ in verba huius loci, & de disciplina secessionis, quæ Euangelista literarū monimẽtis prodidit. De anagoge autem, hæc dici possunt, Iesum olim quidem publicè ac palam apud Iudæos ambulasse, cum Dei

tamen comprehensus non fuisset. Itaque nobis non solum intelligendum est illud. Si vos perfecti fuerint in hac ciuitate, fugite in alia: & quæ sequuntur: sed hoc etiam, quod cum communi consilio statuerunt interficiendum esse Iesum primi sacerdotes & Pharisei, seruans id quod rationi cõsentaneum erat maximè, non iam palam & publicè incedebat apud Iudæos, sed ne in aliam quidem vrbe concessit, quæ è multitudine frequetaretur, verum in quandam, quæ deserta esset. Nam scriptum est, *Iesu ergo iam non palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit illinc in regionem iuxta desertum, in ciuitatem qua dicitur Ephraim:* nec solus ed profectus est, sed discipulos etiam sibi adhibuit, quod nullam se querentibus occasionem daret, & illic manebat cum discipulis. Tale etiam est illud quod apud Matthæum scriptum est, Cum audisset, quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam, & relictæ Nazareth, habitauit in Capharnaū maritima vrbe in finibus Zabulon & Nephthalim. Ac tempus præcurrrens prehensionis dedit operam, ne per se hoc pateretur, ut neque Hierosolymis, neque in templo in quo sæpe docebat, neque in vilo alio tali loco, inueniretur. Egressus est enim cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem intrauit ipse & discipuli eius. Ita autem illo tempore secedebat, abstinerebatque publico, ut primi sacerdotes ac Pharisei qui eum cõprehendere instituebant, Iudæ operâ desyderarint, qui quod ab eo doctus & institutus erat, locum etiam eius secessionis nouerat. Itaque Iudas sumpta cohorte, & à Pontificibus atque Phariseis ministris, venit illuc cum laternis & facibus & armis. Ex hoc autem Euangelistæ loco, perspicuum est, eum, si comprehendi nolisset, non potuisse comprehendi, comprehensum autem esse, quod seipse obiecit, obdieritque vsque ad crucem comprehendentibus, cum ipse eis obuiam prodiret, eosque rogauit his verbis, *Quem queritis?* ac responderunt illi, *Iesum Nazarenum.* Atque is quidem eis dixit, *Ego sum:* exercitus autem abierunt supini, in terramque ceciderunt. Deinceps quod vellet suscipere mortis mysterium, rursus ab eis quaesitum, *Quem queritis?* illi autem responderunt, *Iesum Nazarenum.* Ac paulo post cohors & centurio ac ministri Iudæorum Iesum volentes cõprehenderunt: eumque vinxerunt, qui se vinculis tradebat & offerebat. Si enim perpeti mortem nolisset, dixisset iterum, *Ego sum,* & tam multi post tergum abiissent atque omnes humi dicerent. *Ut autem his exemplis nos in persecutionibus & insidiis, quæ nobis fiunt, secedere doceret:* sic aliis in locis eum etiam ab iis quæ bona & præclara in mundo ducuntur, inuenies secedere, ut illis quoque exemplis doceat nos dignitates mundi fugere, atque ea quæ in eo excellunt. Iesus enim cum interdum recessisset, populum venturum esse, & abducturum ipsum ut regem facerent, secessit in montem, nõ cum discipulis, sed solus, ne eis quidem occasionem dans quibus charus erat, & qui voluerant eum cum iis qui volebant, regem constituere, ut iam etiã eorū rex instaret eorum, qui in mundo sunt, fieret. Atque hæc quidẽ in verba huius loci, & de disciplina secessionis, quæ Euangelista literarū monimẽtis prodidit. De anagoge autem, hæc dici possunt, Iesum olim quidem publicè ac palam apud Iudæos ambulasse, cum Dei

Verbum

Verbum per prophetas in eis versabatur. Iesus enim libertas erat. Hæc dicit dominus. Nunc autem non palam, publicè ac liberè apud Iudæos Iesus incedit, sed illinc discessit, neque est apud Iudæos Verbum Dei. Illinc verò decedens, id est, à Iudæis, in regionem solitudinis finitimam & adiunctam venit, de qua illud scriptum est, Multi filij desertæ magis, quàm eius quæ habet virum: & cui dictum est, *Lætare sterilis, quæ non parit:* Erumpe & clama quæ non parituris. Est autem ciuitas finitima solitudini, Ephraim, in quam Iesus venit, nec iam palam apud Iudæos ambulabat. Ephraim porro fertilitas dicitur, qui erat frater Manassis maioris natu, populi qui ab obliuione dictus est, maximè post Agar obliuionis populum relictum: nata est Gentiu fertilitas, cum fluius quidẽ in Israel posuit Deus in desertum, & decursus illic aquarum in scissim, & terra eorum fructiferam in saluginem à malitia inhabitantium in ea. A gentibus autem posuit desertum Deus in stagna aquarum, & terram sine aqua earum, terram in exitu aquarum, & collocauit illic esurientes, & constituerunt ciuitatem habitacionis, Ecclesiam: vbi seminauerunt agros pro semine quod satum est in bona præclaraque terra, & quæ centuplo plura fundit. Et plantauerunt vineas: palmites enim sunt domini discipuli, qui etiam fecerunt fructum natiuitatis. Et benedixit eis, & multiplicati sunt lætæ. quin ne eos quidem qui paulo magis à ratione auersi sunt, paruos esse censuit. Homines autè ut scriptum est, & iumenta saluabis domine, nec eos qui in ipsis iumenta sunt, exiguos iudicauit. Ac Iudæi quidem minorati sunt, & vexati sunt à tribulatione maiorum & dolore. Et effusa est contemptio super principes Abrahæ, & extare fecit eos in inuasio & non in via. Post illos autem Deus adiunxit pauperem ex Gentibus de inopia: & posuit sicut oues familias, quos videbunt recti angeli, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os suu. His autem quæ in centesimo sexto Psalmo prophetiæ Spiritu prædicantur, hoc subiicitur. *Quis sapiens, & custodiet hæc, & intelliget misericordias domini?* Quoniam enim misericordia dominus in eos qui à gentibus orti sunt, vitur, sapiens hæc custodiet, & domini misericordias intelliget. Iesus igitur non iam palam apud Iudæos ambulabat, sed illinc discessit in regionem vniuersi orbis, quæ adiuncta est desertæ Ecclesiæ, in vrbe Ephraim, quæ fertilis dicitur, & illic morabatur cum discipulis suis, ibique est etiam nũc cum eisdem iuxta solitudinem in ciuitate quæ Ephrem nominatur. Est enim in fructu abundantiæ, atque in Ephraim huius ortu, illud dicere potest is qui eum genuit frumenti menfor dominus noster, qui humiliavit seipsum, & factus est obediens vsque ad mortem, morem autem crucis, Multiplicauit me in loco humilitatis meæ.

S. IO. CHRYSOSTOMI

Episcopi Constantin. in superius
Euang. Homil. 1.

Ex Ho. 64
in quo

Quid igitur pharisei? Cum admirari, & obstupescere eos oporteret, ipsum, qui suscitauerat, interficere voluerunt. O amentia: qui in aliis corporibus mortè vicerat, ei mortè inferre arbi-

trabantur, & dicunt: *Quid facimus? quia hic homo multa signa facit.* Adhuc hominem appellant, cum tale diuinitatis eius testimonium acceperint: *quid facimus?* Credere oportuit, & colere, & adorare, neque amplius hominem existimare. *Si dimittimus eum, sciamus credent in eum, &c.* Quid sibi his verbis volunt? Populum concitare tanquam tyrannide periclitaturu. Si viderint, inquit, Romani turbam ipsum sequentem, sub tyrannide non esse arbitrabuntur, & destruent nostram ciuitatem. Et quanam gratiã, dic quæso? Nũquid seditionem docebat Christus? Num dissuadebat censum dari Cæsari? Nõnne regem ipsum facere voluistis, & renniti? Nõnne humilem, & abiectam vixi vitam nõnne & domo, & aliis huiusmodi caruit? Hæc ergo sine ratione vlla dicebant, sed inuidia tantum. Verum id sibi contigit, cum minimè expectarent, & ciuitatem, & gentè ceperunt Romani, postquam Christum interemerunt: Erant enim, quæ faciebat Christus, minimè formidanda. Qui enim ægros sanabat, qui optimam docebat vitam, qui principibus parere iubebat, non confirmabat, sed propulsabat tyrannidem. Illic sanè se dicionem docebat, hic contra. Quid enim simile subostendebat? Nũ satellitibus stipabatur? Num se munebat? Num solitudines obsidebat? Sed ne affectu aliquo dicere viderentur: totam periclitari ciuitatem, & se reipublicæ consulere, & de vltimo ipsorum periculo habendam rationem dicunt. Non hæc vobis captiuitatis causa fuit, sed longè alia. Huius namque captiuitatis, & antè Babyloniam, & Antiochi nõ fuit causa, quod apud vos boni viri, sed quod mali, & iniusti, & Deum prouocantes versabantur. Verumenimvero inuidia nihil videt, sed cæcat animam. Nõnne Iesus mansuetudinem docuit? Nõnne alapis cæcos non vlcisci? Nõnne iniuria affectos tolerare? Nõnne ad accipiendum, quàm ad inferendum aliis malum promptiores esse admonuit? Nunquid hæc tyrannidem constituentis sunt, an potius tollentis? Sed, ut dixi, gravis quidẽ affectus est inuidia, & plenus simulatione. Hic orbem terrarum innumeris impleuit malis, hinc iudicia complètur, hinc liuores, & pecuniarū amor, & principatus, hinc inanis gloria, hinc via obsidetur, hinc mare piratæ percurrunt, hinc per orbem terrarum cædes, hinc genus nostrum dissipatur. Quodcũque videris malũ, ab inuidia provenit, iam in ecclesias irrepit, & à principio multa operata est mala. Hic morbus auaritiã peperit, quæ omnia confudit, iustitiã corruptit. Dona enim sapientum oculos excæcant, & tanquam frenum ori, auerunt, & cohibent testimonia. Hæc pro liberis seruos reddit. De hac quotidie loquimur, & nihil proficimus, feris peiores efficitur, orphanos nudamus, & viduas, pauperibus vim inferimus, & eorum augemus miseriam. Hac perit pietas, & terra, & nihil nobis, nisi stertus relinquuntur, & hoc singulis diebus dicendũ est: Nihil precando, nihil consulendo, nihil admonendo proficimus, relinquitur stertus. Hoc & Christus fecit, cum multa Hierosolymis sine profectu admonuisset, eorum lachrymarum est calamitatem. Hoc prophætæ faciunt, hoc & nos faciamus, stertus iam tempus est, & lachrymarum, & lamentationum. Nunquid dici potest, Vocate stertes, & ad sapientes mirtite, & loquantur. Hoc fortasse passio mortuum, qui claras domos habitat, qui agros rapina

Bibl. Hom. tom. 1. D d d 3 com

complectitur, eiicere poterimus. Lugendi tempus est, sed opitulamini mihi vos, qui iniuriam accipitis, qui spoliati estis, opirulemini, lugere, & lachrymarum mearum socij estote. Verum, non nos, sed illos lugeamus: non nobis iniuriam intulerunt, sed perdidit seipfos. Nos enim pro accepta iniuria regnum Dei, illi gehennam pro lucro assequuntur. Ideo melius est iniuriam accipere, quam facere. Lugeamus eos non communi luctu, sed quo sacra nos litera docent prophetas luxisse. Lugeamus cum Esaiâ dicente, Vae coniungentibus domum domui, & agrum agro adiacentibus, vt à vicino aliquid auferant. Nunquid habitabitis soli in terra? domus magna, & non erunt, qui eas habitent. Lugeamus cum Naum, & dicamus cum eo, Vae qui aedificant in altum domum suam: imò lugeamus eos, Christum imitanti dicentem; Vae vobis diuitibus, quia iuuetis, quoniam accepistis mercedem vestram, & consolationem. Lugeamus sine intermissione, & nisi turpe sit etiam plangamus, dicamus cum propheta; **Luc. 22.** Nolite lugere mortuum, sed raptorem auarum, cupidum, insatiabilem. Quamobrem mortuos lugeamus, cum iam nihil proficere possumus? Hos lugeamus, qui mutari possunt. Sed nobis lugentibus, ipsi fortasse ridet: etiam & hoc lugendum, cum ridet, quod flendum esset. Si lamentationibus nostris quid mouentur, cessandum est à luctu, tanquam corrigendi sint. Verum, cum nullo doloris sensu tanguntur, perstemus in dolore. Lugeamus non diuites simpliciter, sed auaros, cupidos, raptores. Possunt enim diuitia recte, & laudabiliter expendi, & cum in egenos eas conferimus. Auaritia autem graminanda est, atque accusanda. Lugeamus igitur, sequetur fortasse aliqua emendatio. Et licet, qui in hunc morbum inciderint, non liberentur: alij tamen in eum non incident, sed mundi seruabuntur. Vtinam & ipsi liberentur, & nemo amplius tali peste comprehendatur, vt simul omnes promissis nobis bonis perfruamur, gratia, & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM

Homil. 2.

Ex hom. 64 in Ioan.

Vnum autem ex ipsis Caiphas nomine, &c. Infixa erant gētes in corruptione, quam fecerant: in laqueo hoc, quem absconderant, comprehensus erat pes eorum: quod Iudaeis contigit. Ipsi nanque dicebant interimendum Christum, ne Romani venirent, & tollerent eorum gentem, & ciuitatem: postquam autem interemerunt, ea perpeffi sunt; & quae eorum vitandorum gratia fecerant, in ea his patris incidit: sed qui in contemptu ab illis est, caelum habitat: qui interemerunt, infernum. Atqui nō hoc intendebant, sed, cogitauerunt eum, inquit, interficere ab illa die. Dixerunt enim; Venient Romani, &c. Cum caeteris esset impudentior, Vos, inquit, nescitis quicquam: Quod illi dubitabat, & deliberandum proposuerant. Dixerunt enim; Quid faciemus hic impudenter, & aperta fronte, & temerarie decreuit, Vos nescitis quicquam, neque cogitatis, &c. Vides quanta sit pontificalis potestatis virtus? Cum enim, pontifex esset, licet indignus, prophetauit, nescius

Vides nō propter peccatum sacerdotium amitti.

tamen quid diceret, & os tantum gratia, non autem scelustum cor attingit. Multi praeterea alij futura praedixerunt indigni, Nabuchodonosor, Pharaon, Balaam, & omnium causa manifesta. Quid autem dicit, hoc est; Vos sedetis adhuc; pigrius rem intuemini, & nescitis vnus hominis salutem pro communi contemendam. Vide quanta spiritus potentia? à mala mente verba prophetica, & admirationis plena elicere potuit. Filios autem Dei, gentes appellat euangelista, ab eo quod futurum erat. Quemadmodum & ipse inquit; **Sup. 10.** Et alias oues habeo, quas etiam à futuro ita appellat. Quid autem signat; Cum esset pontifex anni illius? Cum aliis & hic etiam mos corruptus erat. Non enim perpetuum iam sacerdotium, sed annuum dabatur, ex quo venales facti erant principatus. Veruntamen etiam sic aderat adhuc spiritus. Postquam autem in Christum manus extenderunt, tunc eos dereliquit, & abiit ad Apostolos. Et hoc velum scissum signat, & Christi vox dicens; **Math. 21.** Ecce dimittetur domus vestra deserta. Et Iosephus, qui paulo post fuit, inquit, quosdam angelos adhuc expectantes, num vellent mutari, reliqui seipfos, quousque enim vinea perfructit, omnia facta sunt: ex quo autem haereditatem interemerunt, mox perierunt. Et tanquam speciosam vestem à puero inutili Iudaeorum accipiens Deus fidelibus seruis ex gentibus tradidit, & desertos illos dimisit, & nudos. nec parum fuit, quod inimicus haec prophetaisset, sed quod alios allicere potuit. Contra enim quam vellet, euenit. Nam post Iesu mortem futuro supplicio liberati sunt fideles. Sed quid signat; Vt congregaret in vnum; quod qui propè erant, & qui longè, vnum corpus reddidit: qui Romae est, Indos corpus suum esse arbitrabatur. Quid huic congregationi simile? Et omnium est caput Christus. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Atqui antea tentarant. Dicit enim; Propterea quaerebant eum Iudaei interficere. Et iterum; Quid me quaeritis interficere? Sed tunc quaerebant, nunc suam confirmarunt sententiam, Iesus autem iam non palam ambulabat apud Iudeos. Iterum more hominis sibi cauet, & frequenter hoc facit. Causam autem diximus, propter quam saepenumero discessit, & nunc iuxta desertum in ciuitate, quae dicitur Euphrata, mansit cum discipulis suis. Quo pacto discipulos perturbari arbitratis, videntes suum magistrum more hominis sibi salutem quaerere? Nemo iam eum sequebatur. Et cum propè esset dies festus omnes Hierosolymam concurrebant, cum alij latarentur, & celebritati studerent, soli discipuli latent, & periclitantur, tolerabant tamen. Etenim, cum pascha esset, & scenopegia, in Galilaeam concesserant, inde in die festo in fuga, & latibus soli omnium in magistri beneuolentia perseuerabant. Hinc Lucas eum dixisse inquit; Ego perseueraui in tentationibus. Haec dicebat, vt ostenderet auxilio suo vires eos accepisse.

Dan. 1. Gen. 4. Num. 24.

Sup. 10.

Math. 21.

Sup. 5. Ibid. 7.

Luc. 22.

S. AVGVST. EPISCOPI Hipponensis in idem Euang. Homilia.

Colligerunt pontifices & pharisai concilium, & dicebant, Quid faciemus? Nec tamen dicebant, creda

Ex tract. 49 in Ioan.

eredamus, plus enim perdit homines cogitabat, quomodo nocerent, vt perderent, quam quomodo sibi consulerent ne perirent: & tamen timebant, & quasi consulebant: dicebant enim, Quid faciemus? Quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostram locum & gentem. Temporalia perdere timuerunt, & vitam aeternam nō cogitauerunt, ac sic vtunque amiserunt: iam & Romani post domini passionem, & glorificationem, tulerunt eis, & locum, & gentem expugnando, & transferendo; & illud eos sequitur, quod alibi dicitur; **Math. 8.** Num est; Filij autem regni huius ibant in tenebras exteriores. Hoc autem timuerunt, ne, si omnes in Christum crederent, nemo remaneret, qui aduersus Romanos ciuitatem Dei templum, & contra suas paternas leges doctrinam Christi esse sentiebant. Hoc autem à semetipso non dixit, sed, cum esset pontifex anni illius, prophetauit. Hic discemus etiam homines malos prophetiae spiritu futura praedicere, quod tamen Euangelista diuino tribuit sacramento, qui pontifex fuit, id est, sumus sacerdos; potest autem mouere quomodo dicatur pontifex anni illius, cum Deus vnum constituevit summum sacerdotem, cui mortuo vnus succederet. Sed intelligendum est, per ambitiones, & contentiones inter Iudaeos postea constitutum, vt plures essent, & per annos singulos vicibus ministrarent: nam & de Zacharia hoc dicitur; **Luc. 1.** Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suae ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, forte exiit vt incensum poneret, ingressus in templum domini: hinc apparet plures eos fuisse, & vices suas habuisse: nam incensum non licebat ponere nisi summo sacerdoti, & forte etiam vnum annum plures ministrabant, quibus alio anno alij succedebant, ex quibus forte exibat quis, vt incensum poneret. Quid est ergo quod prophetauit Caiphas? Quia Iesus morturus erat pro gente, & non tanquam vnus, sed vt filius Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum, hoc euangelista addidit, nam Caiphas de sola gente Iudaeorum prophetauit; in qua erant oues, de quibus ait ipse dominus, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Sed nouerat euangelista esse alios oues quae non erant de hoc ouili, quas oportebat adduci, vt esset vnum ouile, & vnus pastor. Haec autem secundum praedestinationem dicta sunt: nam neque oues eius, nec filij Dei adhuc erant, qui necdum crederant. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Iesu ergo iam non palam ambulabat apud Iudeos, &c. Non quia potentia eius defecerat, in qua vtiq; si vellet, & palam Iudaeis conuersaretur, & nihil ei facerent, sed in hominis infirmitate viuendi exemplum discipulis monstrabat: in quo apparet non esse peccatum, si fideles eius qui sunt membra eius, oculis persequentium se subtraherent, & furorem sceleratorum latendo potius deuiterent, quam se offendendo magis accenderent.

Math. 8.

Luc. 1.

Math. 15.

Ioan. 10.

Luc. 22.

Ex comment. in Ioan.

BEDAE VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Colligebant pontifices & pharisai concilium, &c. Nec tamen dicebant, credamus. Plus enim

perditi homines cogitabant quomodo nocerent vt perderent, quam quomodo sibi consulerent, ne perirent: & tamen timebant, & quasi consulebant. Dicebant enim; Quid faciemus? quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, &c. Temporalia perdere noluerunt, & vitam aeternam non cogitauerunt, ac sic vtunque amiserunt. Nam & Romani post domini passionem, & glorificationem tulerunt eis locum, & gentem, & pugnando, & transferendo: & illud eos sequitur, quod alibi dictum est; Filij autem regni huius ibant in tenebras exteriores. Hoc autem timuerunt, ne, si omnes in Christum crederent, nemo remaneret, qui aduersus Romanos ciuitatem Dei templum, & contra suas paternas leges doctrinam Christi esse sentiebant. Vnus autem ex ipsis Caiphas, cum esset pontifex, &c. Hic docuit etiam per homines malos prophetiae spiritu futura praedicere: quod tamen Euangelista diuino tribuit sacramento, quia pontifex fuit, id est, sumus sacerdos. Potest autem mouere, quomodo dicatur, pontifex anni illius, cum dominus statuerit vnum summum sacerdotem, cui mortuo vnus succederet. Sed intelligendum, per ambitiones, & contentiones inter Iudaeos postea constitutum, vt plures essent, & per annos singulos vicibus ministrarent. Nam de Zacharia hoc dicitur; **Luc. 1.** Factum est autem cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante Deum secundum constitutionem sacerdotij, forte exiit, vt incensum poneret ingressus in templum domini. Hinc apparet plures eos fuisse, & vices suas habuisse. Nam incensum non licebat ponere nisi summo sacerdoti, & forte etiam vnum annum plures ministrabant, quibus alio anno alij succedebant: ex quibus forte exibat, qui incensum poneret. Quid est ergo quod prophetauit Caiphas? Quia Iesus morturus erat pro gente, &c. Hoc euangelista addidit, nam Caiphas de sola Iudaeorum gente prophetauit, in qua erant oues, de quibus ait ipse dominus; Non sum missus nisi ad oues, quae perierunt domus Israel. Sed nouerat euangelista alias oues, quae non erant de hoc ouili, quas oportebat adduci, vt esset vnum ouile, & vnus pastor. Haec autem secundum praedestinationem dicta sunt, quia neque oues eius, nec filij Dei adhuc erant, qui nondum crederant. Iesus ergo iam non palam ambulabat apud Iudeos, sed abiit in regionem, &c. Nō quia potentia eius defecerat, in qua vtiq; si vellet, & palam cum Iudaeis conuersaretur, & nihil ei facerent. Sed in hominis infirmitate viuendi exemplum discipulis demonstrabat, in quo apparet non esse peccatum, si fideles eius, qui sunt membra eius, oculis persequentium se subtraherent, & furorem sceleratorum latendo potius deuiterent, quam se offendendo magis accenderent.

THEOPHYLACTI EPISCOPI Bulgar. superioris Euang. expositio.

Colligebant pontifices & pharisai concilium, &c. Obstupescendus, & admirabilis erat, qui tanta facit miracula. Pharisaei autem eum magis quaerebant occidere.

occidere, id quod extreme inopia fuerit, quod morti se tradituros existimabant eum, qui mortem in aliorum vincebat corporibus: conabaturque ita gloriam eius obscurare, atque post tanta miracula putum hominem esse arbitrabantur. *Quid faciemus, dicite, quia hic homo multa signa facit?* Et quale hoc crimine, quod signa facit? Oportebat ergo credere, & admirari, & non adhuc habere pro homine puro. Vide autem malignitatem Iudeorum, populum commovere studentium, quia rationem afferunt quasi populi multitudo periclitatura esset, & a Romanis perdenda ob tyrannidis suspicionem. Nam, si permissimus eum sic, turbam multam habebit post se, quae signorum exhibitione sequetur, & nos omnes de tyranni de suspectos habebunt Romani, & tollent nostras ciuitates, & euerterent. Hae autem (vt dixi) praemalitia dicebant. Vt enim non videantur insidiari Christo propter inuidiam, & commune periculum in medium afferunt, concitantes populum contra Christum, quasi perditionis auctor ille esset futurus. *Vnus autem ex ipsis Cayphas, &c.* Cum aliis apud Iudaeos & pontificatus dignitas erat corrupta, simulac venalitij facti fuerunt principes, ne vltra per omne tempus vite vnus, sed duntaxat in annum vnum sacerdotio fungeretur. Et, quamuis ita corrupta foret dignitas, adhuc tamen aderat spiritus sanctus operans in iis, qui vncti erant. Postquam autem manus iniecerunt in Iesum, tunc omnino gratia dereliquit illos, & transiit ad apostolos. Igitur alij quidem in coetu concilij mortem Christi meditantur, pontifex autem ita erat sanguinarius, vt & nudo

Nota hoc tibi, qui ob se servatorem esse elegeris, ut si ob improbam vitam, servitorem ab ipso regas, quibus si ratiom.

Iuda. 10. v. 17.

vnum caput fateatur esse Christum. Et ab illo die consultarunt, vt interficerent Iesum. Manifestum quodd ab illo die sententiam confirmarunt: & auctea quidem eadem eius meditantur, sed remissus, & questio magis erat quam sententia, nunc autem postremum iudicium, & firma sententia. Prius enim, inquit, querebant occidere illum. Et ipse quoque eos arguens inquit, Quid me queritis occidere? Considera igitur pontificalis dignitatis virtutem, quomodo plena sit gratia spiritus, tamen indigni sint, qui illam gerant. Et honora sacerdotes digni propter gratiam in eis, non propter eorum voluntatem. Igitur non solus Cayphas propheta, sed & alij multi indigni futura dixerunt, Pharaos de fertilitate, ac sterilitate, Nabuchodonosor de regnis, & Christo, & Balaam de Christo. Non autem continuo si quis propheta, propheta dicitur; sed si quis propheta, ille & propheta: sicut neque omnis, qui medicinam parat, medicus: neque iustus, iustum quiddam faciens, sed qui iuste facit, iuxta dictum illud; Iuste, quod iustum est, persequere. Propheta & Cayphas, sed non prophetica mente, & propterea non propheta. *Iesus ergo iam non propalam ambulabat in Iudaeis, &c.* In condemnationem Iudeorum secedit dominus: interim & nos docens, ne nos temere periculis ingeramus etiam pro pietate: sed stemus quidem fortiter deprehensi, non deprehensi autem ne in voluntarium periculum propter incertum euentum irruamus. Recte autem abscedit ab illis. Nam verbum Dei prius quidem libere ambulabat in Iudaeis, quum per prophetas annuntiaretur: nunc autem non vltra, sed secedit in solitudinem, Gethum ecclesiam, de qua dictum est; Filij deseret plateas, quam eius, quae habet virum. Porro prope Ephraem erat solitudo illa, Ephraem autem dicitur fertilitas, Frater hic posterior erat Manasse, qui natu maior erat. Manasse vero interpretatur obliuio. Itaque Iudeorum populus, quum maior natu, filius dei. Filius enim meus, inquit, primogenitus Israel. sed venit in obliuionem coram Deo. Ephraem autem, hoc est fertilitatem ex gentibus, secundum filium facit dominus per euangelicum verbum, relicta Iudaea.

Geno. 41. Dan. 1. Num. 24.

Dan. 2. Num. 24.

Deut. 10.

Esa. 54.

Exod. 4. Hier. 31.

ERICI IN IDEM
Euang. Homil.

Resuscitato a saluatore Christo Lazaro, tam ingenti miraculo, multi ex Iudaeis, qui praesentes fuerant, vel viderant quae fecit Iesus, crediderunt in eum. Quidam vero ex ipsis, siue qui iam in eum crediderant, siue qui ad Martham, & Mariam consolandi causa venerant, abierunt ad pharisaeos; & nunciaverunt eis, quae fecit Iesus, siue pio studio, vt & ipsi in eum crederent: siue gratia deserendi, vt contra eum sequerentur. Protinus illi malitia sua contenebrati, & quod se verterent nescientes (videbant enim se signorum euidentia superati) conlegerunt concilium, non vt conuerterentur, & crederent, sed vt eum nefanda conspiratione morte damnarent. Inuenit eos filium, vt eum perderent, non vt sibi consulerent. *Quid inquit, facimus? Miteri, non dicebant, credamus, sed velut exauctentes, & ad necem eius sese mutuo eohorantes, dicebant; Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Velint nolint, constiterunt, quia ille,*

ille, quem quasi hominem despiciebant, sicut Deus signis, & miraculis coruscabat. *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.* Temporale regnum amittere timuerunt, de vita autem aeterna cogitare neglexerunt: atque ideo vtrunque iustissimo Dei iudicio amiserunt. Nam quadragesimo secundo anno post eius passionem, simulque gloriosam ascensionem, venientes Romani sub Tito, & Vespasiano principibus, locum simul, & regnum, & gentem illis abtulerunt, & ipsos ferro, fameque, & captiuitate deleuerunt. Et qui in pascha Christum occiderant, in eadem solemnitate ab hostibus captiuati sunt. Quique in iniuria filij patrem offenderant, ipsi a patre, & filio, id est, Vespasiano, & Tito delati sunt: sicque rei, & miseri ad aeterna supplicia transferuntur, iuxta quod dominus alibi de eis dixerat; Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Venient, inquit, Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Putabant Iudaei doctrinam Christi contra templum & paternas traditiones esse: ideoque timebant, ne, si omnes in Christum crederent, nullus remaneret, qui pro ciuitate, & templo contra Romanos pugnando resisteret. *Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam, &c.* Quod eum a semetipso non dixisse, sed quia erat pontifex anni illius, propheta esse, agente ipso pontificatus sacramento, quod indignus gerebat, subsecutus Euangelista ostendit, dicens; *Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, quia Iesus mortuus erat pro gente.* Quo loco discimus plerumque etiam malos per spiritum prophetae futura praedicere. Vnde & in iudicio Domino dicturi sunt; Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetaui? Queri vero potest, quomodo hic Caiphas dicatur pontifex anni illius, cum dominus per legem praecipisset, vt vnus tantum esset summus sacerdos, cui mortuus filius succederet, & loco patris sacerdotium administraret: Sed sciendum, hoc primum ab Aaron vsque ad Dauid regis tempora seruatum: qui volens augere culturas templi, plures pontifices, domino nihilominus agente, esse decreuit: qui per ordinem vicibus sibi succederent, ac per annos singulos ministrarent. Hinc Lucas Euangelista de Zacharia refert: quia cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante dominum, sorte exiit, vt poneret incensum ingressus in templum domini. Potest etiam intelligi, moderno tempore hoc per ambitiones dignitatum, & contentiones constitutum fuisse apud Iudaeos, vt plures essent pontifices, & vicibus in templo domini ministrarent, quibus post annum alij succedebant. Nam & de hoc Caiphas refert Iosephus, quod precio sibi vnus anni sacerdotium redemerit ab Herode. Quid vero prophetauerit, videamus; *Vos nescitis quicquam, neque cogitatis, quia expedit vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem ait Euangelista, a semetipso non dixit, &c.* Prophetauit ergo Caiphas, quod pro Iudeorum tantum gente Christum mori expediret: sed Euangelista nouerat eum pro salute totius humani generis passurum, quatenus illos, qui ante secula praedestinati erant, vt essent filij Dei, in vnum congregaret, & ex credentibus Iudaeis, & gentibus vnum gregem & vnum ouilem perficeret, sicut ipse alibi dicit: Et alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ouili: & il-

Math. 8.

Math. 7.

Luc. 1.

las oportet me adducere, & vocem meam audire: & fieri vnum ouile, & vnus pastor. Non enim iam tunc filij Dei vel oues erant, sed ipse pro eis patiendo, eosque precioso suo sanguine redimendo, ex filiis diaboli fecit filios Dei, & ex nocentibus lupis, innocentes oues esse constituit. *Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum.* Non quod & antea iam non hoc cogitassent, cum superius in eius necem conspirasse, & crebro eum comprehendere voluisse legantur: sed quia tunc ineuitabiliter se scelere perficiendae mortis eius constrinxerunt, & quod citius possent, iniqua sua consilia accelerare decreuerunt. *Iesus ergo iam non palam ambulabat apud Iudaeos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem, quae dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.* Non vtique ille, qui est dominus virtutum, formidare poterat, nec eum suae diuinitatis potestas deseruerat: quia si vellet, poterat palam inter Iudaeos conuersari, & nihil mali ab illis pati. Sed recedendo, ac saeuitiam inimicorum declinando, nobis exemplum dare dignatus est, vt si tempus persecutionis ingruerit, non dubitemus refugij latebram quaerere, & furorem sceleratorum hominum latendo deuotare. Sanè quodd dominus relicta Iudaea abiit in regionem iuxta desertum, significat, quia illos, qui quidam plebs Dei, & populus acquisitionis fuerant, propter suam perfidia, & incredulitatem relicturus erat, & ad gentes, quae quondam deserta fuerat a Deo, per apostolicam praedicationem erat transiturus. Nam & ciuitatis ipsius vocabulum, in qua cum discipulis commoratus est, huic rei aptissimè congruit. Ephrem namque fructificatio interpretatur, nimirum sanctam praesignans Ecclesiam ex gentibus, quae quondam sterilis, & infaecunda, postquam verbum fidei Christi suscepit, spiritualibus bonorum operum fructibus abundare studuit. Et quae aliquando terra perusta, ac squalida, nihil virens gignere nouerat, modò fructiferis arboribus faecunda, in diuersorum fructuum prolatione gratiam simul & vsum late per totum orbem propinat. Nec iam desertum, sed meliori nomine hortus deliciarum, & paradisi Dei digna esse appellari. Redemptor noster, quia sciebat infare tempus suae passionis, voluit se absentare modicum a Iudaeis, expectans vt veniente pascha, quod in proximo erat futurum, sese illorum manibus, sicut ante secula praefinierat, comprehendendum traderet, & crucifigendum. Quam & nos solemnitatem, sacra dierum quadragesimalium obseruatio commonet vigilantissimè expectare. Ideoque necesse est, eius qui nos magno sui cruoris precio redemit, clementiam votis sedulis exorare, vt nos cum remissione peccatorum, cumque gratia, & misericordia sua, ad eum sibi placitos faciat peruenire, qui viuat, & regnat, &c.

Iuda. 10.

INCERTI CVIVSDAM
sub nomine Eusebij Emissemi eiusdem Euangelij expositio.

Adierant pontifices, & pharisaei Saluatorem nostrum Lazarum quatridduanum resuscitasse, cuius miraculi magnitudine terribiter se consilantes dicebant, *Quid facimus? Occidamus Iesum. Quare? Quia multa signa, si enim dimittimus eum sic, omnes credent in eum.* Videtes signa, & virtutes, quae fiunt per eum. Quod si fecerint, Venient

Veniunt Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Timebant enim ne regem constituerent, & ob hoc contra se Romanorum exercitum concitarent, quorum imperio sicut ceteræ gentes, Iudæi quoque subditi erant. Sed sicut Psalmista ait, Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Si enim Christo credidissent, si Iesum non occidissent, nec locum nec gentem amisissent. Sed qui Christum occidere non timerunt, & locum & gentem perdidit. Vos nescitis quicquam, neque cogitatis, ea que necessaria sunt. Ego autem scio, & cognoui, quia necesse est ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem non dixit à semetipso sed à spiritu sancto, qui aliter quam ipse intelligebat, verba illi dirigebat in ipso. Aliud Caiphas se dicere putabat, atque aliter sua verba intelligebat. Tota enim eius intentio erat, ut Iudæi Christum occiderent, ne ipsi à Romanis occiderentur. Prophetabat tamen, quod Iesum moriturus erat pro Iudæorum gente: & non tantum pro illa gente, sed ut filios Dei, qui vbi que gentium dispersi erant, in vnam fidem, & ecclesiam congregaret, ut fierent vnum ouile, & vnus pastor. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Quasi enim vtili accepto cõsilio, ex quo Caiphas hæc loquutus est, tota illa Pharisæorũ multitudo quomodo Christum interficeret, cogitabat. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in civitatem qua dicitur Ephraim, & ibi morabatur cum discipulis suis. Hoc enim non timore fecit Iesus, qui vbi que securus erat, qui ipsos quoque inimicos in potestate habebat, quem Iudæi nec tenere nec occidere possent, si nollet. Quare ergo? ut nos doceret, ut prouidos redderet, ut nos quoque iniquorum hominum furori & iræ cedamus, si eos fortasse nostra præsentia & alloquutione non corrigi, sed deteriores fieri videamus. Proximum autem erat Pascha Iudæorum, & accesserunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, ut sanctificarent seipso. Hoc Pascha miserum Iudæi cruentum habuerunt: hoc regem & dominum suum interfecerunt. Hoc multi Ierosolymam vndique confluxerunt. Et qui seipso sanctificare venerat, Christo domino interfecto, valde deteriores ad propria remearunt. Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur in templo stantes: Quid putatis quod non venit ad diem festum? Quærebant (inquit) Iesum: & ideo Quærebant, quia occidere eum volebant. In templo stabant: non orabant, sed de saluatoris morte inter se tractabant. Mirabantur quia non venerat ad diem festum, qui eos docere solebat in diebus festis: & eum perdidisse timebant, quem occidere quærebant. Dederunt autem pontifices & Pharisæi mandatum, ut si quis cognouerit vbi sit, indicet, ut apprehendant eum. Qui enim ita quæruunt Iesum, non possunt scire vbi sit, neque inueniunt eum. Si vultis scire Iudæi, & inuenire Iesum, venite ad ecclesiam, venite ad nos, & indicabimus vobis eum, non prodendo, sed credendo, non ut eum occidatis, sed ut nobiscum in eum credatis.


EVTHYMI ZIGABONI

superioris Euangelij expositio.

Reliquerimus cum sic, omnes credent in eum, & tollent, hæc perdent. Speciosum autem pretextum imponere volentes insidiis, quas aduersus saluatorem struebant, ac populum contra eum com-

monere molientes, timore causa bantur Romanorum, quia, si omnes crediderint in eum, existimabitur tyrannidem meditari: venientque Romani, ac perdent vniuersos, tanquam tyrannidis, ac defectionis participes. At qui ipse defectionem non docuit, quin potius censum Cæsari exolui permisit: quumque populi regem vellent eum constituere, aufugit, & frugaliter oberrabat, ac vitam probissimam omnibus proponebat: quæ magis est tyrannidis interitus. At ipsi quamquam non expectabant, nec timebant, sed præ inuidia perditionem Romanorum in pretextum assuebant: ea tamen passi sunt, quæ causabantur: non, quia Christo obsequuti sunt, sed quia ei non paruerunt. Nam propter illum traditi sunt, ut etiam testatur Iosephus. Et ipsi quidem pretextum sumplerunt occidendi illum, ne à Romanis interfectioni traderentur: quia vero occiderit, interfectioni traditi sunt, & quæ fecerunt ut effugerent, ea quia fecerunt, non effugerunt. Vnus autem quidam ex ipsis Caiphas nomine, quum esset pontifex anni illius. Quum in legis transgressionem impigissent, is, qui potens erat, à Romanis potestatem in annum emebat: & ipse quidem principatum suo anno obtinebat: qui vero ante eum tenuerant, assidebāt illi, simulque eum eo consulabant, dicti & ipsi pontifices, quod etiam ipsi principatum tenuissent. Vos nescitis quicquam. Quod vtile sit, quod expedit, adeo segniter affecti. Hoc autem à semetipso non dixit. Hoc: Quidnam? Ut vnus homo moriatur pro populo. Sed, quum esset pontifex anni illius prophetauit, &c. Non quod dignus esset, vaticinatus est, sed quod pontifex esset anni illius: non propter propriam virtutem, sed propter pontificalem dignitatem. adhuc enim diuina gratia in templo permanebat: quæ ore illius vtens, cor non tetigit. Prophetauit autem, quod futurum esset, ut Iesus moretetur pro natione Iudæorum. Pro ipsis namque mortuus est, ut eos saluos faceret. dicebat enim; Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Et rursum; Et animam meam pono pro ouibus. Ne autem pro ipsis solis mori putetur, addidit euangelista; Nec tantum pro natione, sed ut filios Dei dispersos congregaret in vnum. Sicut enim non pro solis Iudæis incarnatus est, verum pro ceteris, ita sane & mortuus est non pro solis illis, sed pro his. Nam, quæ docebat, & faciebat, etiam pro his erant: ut, quum illi in primis didicissent, veluti etiam, qui primi Deum cognouerant: postmodum & alios docerent. Filios itaque Dei gentes nominauit, ut, qui filij erant futuri, Et hos siquidem Christus oues suas, ab eo quod futurum erat appellauit. Dispersos autem ob varia de Deo dogmata, eo quod bonum haberent pastorem. Congregaret in vnum gregem, in vnam fidem. Ceteri vero non quasi vaticinium, sed quasi consilium suscipientes, suffragis illud comprobant. Ab illo ergo die decreuerunt, ut occiderent eum. At qui etiam prius illum occidere tentabant, ut prædictum est, sed nunc cum consilio, & deliberatione sententiam decreuerunt, nunc cum omni animi promptitudine, & studio anni sunt. Iesus ergo non iam propalam ambulabat inter Iudæos, &c. Iam non manifeste ambulabat, sed abiit in regionem, quæ deserto vicina erat, videlicet in ciuitate, quæ dicebatur Ephraim, de tribu Ephraim: nam humano more seipsum seruabat, dum adhuc tempus expectaret. Quomodo ergo putas turbatur discipuli, videntes humano more sese seruantes?

SABBA



SABBATHO POST DOMINICAM PASSIONEM.

IOAN. 12.



Quia propter Lazarum veniebant.

COGITAVERT autem principes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad

diem festum, cum audissent quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant: O sanna, benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est: Noli timere filia Sion. Ecce rex tuus venit tibi sedens super pullum asinæ. Hæc non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obviam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis, quia nihil proficimus. Ecce totus mundus

post eum abiit. Erant autem quidam gentiles ex his qui ascenderant, ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ: & rogabant eum, dicentes: domine, volumus Iesum videre. Venit Philippus & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem respondit eis dicens: Venit hora, ut clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsam solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custoditeam. Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in hanc horam. Pater clarifica nomen tuum. Vt Antequam mundus esset, vel in omnibus mirabilibus que hucusque egit in homine, ut in resurrectione Lazari. Clarificauit, & iterum clarificabo. Turba autem quæ

quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum factum esse. Alij autem dicebāt: Angelus ei loquutus est. Respondit Iesus, & dixit: Non propter me vox hæc venit, sed propter vos. Nunc ^h iudicium est mundi. ⁱ Nunc ^k princeps huius mundi eiicitur foras. ^l Et ego si ^m exaltatus fuero à terra, omnia ⁿ traham ad meipsum.

Hoc autem dicebat significans quæ ^o morte esset moriturus. Respondit ei turba: nos audiimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus: ^p Adhuc modicum lumen in vobis est. ^q Ambulate dum lucem habetis, vt tenebræ vos non comprehendant. Et qui ^r ambulat in tenebris, nescit quo vadat. ^s Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hæc loquutus est eis Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.

O G I T A. Quia nõ poterat occultare vel negare miraculum: stultè volunt occidere: quasi nõ possit suscitare occisum, qui suscitauit defunctum. In crastinum. Ecce oves ex Israel veniunt ad pastorem. Rami sunt laudes significantes victoriam superari diabolum & mortem. Clamabant. Auguft. Ofanna vox obsecrantis magis indicans affectum quam re aliquam significans, sicut interiectiones. Rex Israel. Rex nõ terreno more, quod parum est, sed quia regit, & ad mentes & ad regna cælorum ducit, & est miseracionis non indignationis. Noli timere. In reprobo populo erat filia Sion, id est, Hierusalem scilicet oves quæ deuotè occurrunt venienti, quibus diuinitus dicitur: Agnoscite quæ laudatis, & ne timeatis cum patitur qui est vestra redemptio. Pullus in quo nemo sederat, populus est gentium, qui legem Dei non acceperat. Ecce ego per passionem & resurrectionem totum mundum redemit & sequutus est eum. Et quid mirum si mundus post eum vadit per quem factus est mundus? Hi ergo. Ostendit gætes per prædicationem apostolorum conuersas. Iesus autem. De Iudæis erant: qui clamabant: Benedic. qui venit in nomine domini: modo gentiles querunt videre. ecce duo parietes concurrentes. Dicit itaque angularis lapis: Venit hora. vt cla. Hæc non est clarificatio de istis volentibus videre, sed occasione horum annunciat venturam plenitudinem gentium eo in cælis glorificato. Sed hanc altitudinem glorificationis præcedit humilitas passionis. vnde. Amen amen dico vobis, &c. vbi se dicit granum mortificandum & multiplicandum, ad quam passionem iam exhortatus subdit: Qui amat animam suam, &c. Nisi gra. fru. Auguft. Ipse est frumentum quo viuere debet fidelis anima. Granum, de quo spiritalis seges debet surgere. Cum sint multa grana seminum, nulli se comparat nisi frumento. vnde mos cepit ecclesiæ de hoc solo grano confici corpus domini: Qui amat. Auguft. Qui amat in hac perdit in futuro quod magis congruit. vnde subdit: Qui odit animam suam, &c. non amat sed odit animam in hoc

mundo, qui diligendo Deum, potius quam in eum peccet eligit occidi. Si quis mi. Precium operis quo illi ministratur est esse cū illo, sine quo nusquam bene est esse, & cum quo nusquam malè est esse, vnde & apertius subdit: Si quis mihi ministrat. Nunc anima. prædicta passione & ad eam supposita exhorratione quasi data voce fortitudinis suæ: subdit affectum infirmitatis nostræ quam verè suscepit, sed ex voluntate pro nobis, ne de hac infirmitate desperemus: In qua etiam docet quid dicere debeamus: & quo confugere, Quasi dicat. Conturbatur anima mea: quid dicam? quo cõfugiam? quem inuocem? in quem sperem? in patrem qui saluat, cui voluntatem meam propono: quia propterea vt hæc patiar, veni in hanc horam vnde & clarificatio mihi sic fit & in membris meis. Pa. cla. Saluationem quero, sed passionem non recuso: propter quam passionem clarifica me, quod est gloria tui nominis. Non propter me vox. ostendit hanc vocem non sibi indicasse quod sciebat, sed eis quibus indicari oportebat. Nunc iudic. discretiois scilicet quod est ante vltimum damnationis: quia nunc per passionem iure diaboli destructo multi liberabuntur. vnde exponendo subiungit: Patior, turbor: & per hæc, &c. Eijcietur. A redemptis expelletur, prædicantibus apostolis plene expelletur qui olim à paucis & si extratentetur, non lædit intus. Et ego si exaltatus fuero. Eiecto diabolo cum exaltatus fuero (non enim dubitat) traham omnia. Non dicit omnes, vt de vniuersitate hominum acciperes, sed omnia de integritate creaturæ, id est, animam, quod & corpus intelligimus, quod viuimus, vt nec capillus pereat. Vel vt de solis hominibus dicatur, omnia prædestinata de quibus nihil perit, vel omnia genera hominum, omnia, de quibus diabolus eiicitur. Et quo. su. Quomodo in cruce morietur? Hoc enim cum dixisse putabant quod facere cogitabant. Fili ho. quia hoc memoriter tenebant, quod sæpe dixerat se filium hominis, non quod hic dixisset, si exaltatus fuerit filius hominis. Quis est iste filius hominis? Si enim Christus est, manet in æternū. Si manet in æternū, quomodo exaltabitur à terra, id est, morietur in cruce? Ambulate. id est, totum intelligite, & moriturum Christum vt redimat virum in æternum in cælo quo

quo perdurat. Vel dum Christum vobiscum habetis, ne tenebræ ignorantia & mortis perpetuæ vos comprehendant. Nescit quo va. Qui non credit mortem Christi, nescit quo vadit, sed offendit in petram scandali, quod est Christus: Iudæis contentibus & iridentibus mortuum. Dum lu. ha. Id est, dum aliquid veri intelligitis de æternitate Christi, credit in veritatem addendo de humilitate, vt renascamini in veritate. Ab eis. Non ab his qui credere inceperant, sed ab his qui inuidebant. Quod abscondit se, nostræ infirmitati consuluit, non suæ potestati derogauit. Vt sermo Isaiæ impletur. Quem omnibus modis impleri necesse est, non tamen necessitate faciendum, sed voluntate. præcuiuit enim Deus, & prædixit, non credituros & peccaturos: nõ tamen coegit ad hoc, sed vt sit sic præcuiuit & prædixit.

CATENA AVREA in idem Euang.

Cogitatur mul. ex Iudæis quia illic esset, & vno non pro. te. tauri. sed vt Lazari. vide. quem suscit. à mortuis. Curiositas eos adduxit, non charitas. Theo. Vires enim suscitari fieri cupiebant, expectantes, etiam de inferis aliquid Lazaro referente pendere. Auguft. Quia verò tantum miraculum domini tanta erat euidentia diffamatum, vt non possent vel occultare quod factum est vel negare, cogitauerunt vt Lazarum interficerent: vnde sequitur, Cogitauerunt prin. sacer. vt. &c. O cæca seuitia, quasi dominus suscitare poterit mortuum, & non possit occidit. Ecce vtrumque dominus fecit: & Lazarum mortuum, seipsum suscitauit occisum. Chry. Nullum autem miraculum Christi eos ita furere fecit: hoc enim mirabilis erat, & coram multis factum est: & erat inopinabile mortuum quadriuanum videre ambulans & loquentem. Aliter etiam illi in aliis putabant criminari sabbati solutionem, & hac via abducere turbas: hæc autem quia à nullo habebant conquiri contra Iesum, aduersum Lazarum faciunt conatum: itaque & in cæco hoc fecissent, nisi haberent accusatione de sabbato. Aliter autem: Ille quidem ignobilis erat, & eiecerunt eum de templo: hoc etiam eos mordebat quod festiuitatem instantem omnes dimittentes Bethaniam veniebant. Alui. Mystice autem quod ante sex dies venerat Bethaniam, significat quod ille qui sex diebus omnia fecerat, & sexto die hominem creauerat, ipse sexta mundi ætate, sexta feria, sexta hora mundi redimere venerat. Cæna, autem dominica fides est ecclesiæ quæ per dilectionem, operatur. Martha ministrabat, cum fidelis anima opera suæ deuotionis domino impendit: Lazarus vnus erat ex discipulis, cum hi qui post peccatorum mortem resuscitati sunt, ad iustitiam vna cum eis qui in sua permanserunt iustitia, de presentia veritatis exultat, & cælestis gratiæ munus aluntur: & bene in Bethania celebratur, quæ interpretatur domus obedientiæ: nam ecclesia est obedientia domus. Auguft. Vnguentum autem quo Maria vnxit pedes Iesu, iustitia fuit, ideo libera fuit. Erat autem vnguentum nardi pistici preciosi. Pistis græcè, latinè fides dicitur. Quæ rebas operari iustitiam, iustus ex fide viuunt. Vnge

pedes Iesu bene viuendo, dominica sectare vestigia, capillis terge: si habes superflua, da pauperibus & domini pedes terfisti, capilli enim superflua corporis videtur. Alui. Et notandum quod primo tantum pedes vnixerat: hic autem pedes & caput vnxit: ibi rudimenta penitentium: hic iustitia perfectarum designatur animarum. Per caput enim domini sublimitas diuinitatis: Per pedes humilitas incarnationis exprimitur: vel per caput ipse Christus, per pedes pauperes qui sunt membra eius. Auguft. Domus autem repleta est odore, mundus impletus est bona fama. In crastinum autem turba multa que conuenerat ad diem festum. Chry. Præceptum legis erat, vt decima luna primi mensis agnus sine hordus in domo recluderetur vsque ad quartam decimam lunam eiusdem mensis, quando ad vesperam immolabatur: vnde & verus agnus ex omni grege sine macula electus, pro populi sanctificatione immolandus ante quinque dies, id est decima luna Hierosolymam ascendit. Auguft. Quantum autem fructus apparuerit prædicationis eius, & quantum grex ouium ex his quæ perierant domus Israel vocem pastoris audierit, intendendum est ex eo quod dicitur, in crastinum autem turba multa que conuenerat ad diem festum, &c. Rami palmarum laudes sunt significantes victoriam qua erat dominus mortem moriendo superaturus, & trophæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Chry. Ostendebant autem quoniam de reliquo maiorem quam de propheta opinionem habebant de eo: vnde sequitur, Et processerunt obvium ei, & clamabant: Hosanna, &c. Auguft. Hosanna vox est obsecrantis, magis affectum indicans, quam rem aliquam significans, sicut sunt in lingua Latina quas interiectiones vocant. Bed. Est autem compositum ex corrupto & integro. Osi enim salua, anima obsecrantis est interiectione: osi ergo corruptum, anna est integrum. Benedictus autem qui venit in nomine domini, sic potius accipiendum est, vt in nomine domini, in nomine Dei patris intelligatur, quamuis possit intelligi etiam in nomine suo, quia & ipse dominus est, sed verba eius melius nostrum dirigunt intellectum, qui ait: Ego veni nomine patris mei, non vtique amittit diuinitatem, quando nos docet humilitatem. Chry. Hoc est etiam quod maximè coegit credere in Christum omnes, quoniam non est Deo contrarius: & hoc maximè erigebat plebem, quod ipse dicebat se à patre venisse. Ex his ergo verbis colligimus quod Deus est. nam Hosanna, saluos fac interpretatur, salutem autem soli Deo scriptura attribuit. Deinde quia verè est Deus qui venit, inquirunt, nõ qui ducitur: hoc enim seruale est quodammodo, illud verò dominicum. Quod etiam dicunt. In nomine domini, illud idem erga ipsum protendit: non enim in nomine serui sed domini dicunt illum venire. Auguft. Quid autem magnum fuit regi seculorum regem fieri hominum? Non enim rex Israel Christus ad exigendum tributum vel ferro exercitum armandum, sed rex Israel quod mentes regat, quod in regnum cælorum perducat: quod ergo rex esse voluit Israel, dignatio est non promotio: miseracionis iudiciu, nõ potestatis argumentu. qui enim appellatus est in terra rex Iudæorum, in cælis est dominus angelorum. Theo. Iudæi autem regem Israel ipsum nuncupabat, quasi

sensibilem regem somniantes. Expectabant namque exurgere quandam in regem maiorem quam secundum humanam naturam, saluatorum eos à Romanorum iurisdictione. Quomodo autem dominus venit, ostendit evangelista subdicens: *Et inquit, Iesus ad. Cr.* Aug. Hoc breviter dictum est; nam quemadmodum sit factum apud alios evangelistas plenissime legitur. Pullum autem asinæ in quo nemo sederat (hoc enim apud alios evangelistas inveniuntur) intelligimus populum gentium, qui legem dominij non acceperat: asinam veram (quia utrumque domino adductum est) plebem eius quæ veniebat ex populo Israel. Chryl. Fecit ergo hoc propheticè aliquid figurans, quoniam videlicet immundum gentium populum debebat subiectum habere, & prophetiam quandam implens. Aug. Adhibetur autem huic facto propheticum testimonium, ut apparet quoniam maligni principes Iudæorum eum non intelligebant, in quo implebantur quæ legebantur: unde sequitur, *Sicut scriptum est: No. xi. si. Si. ex. rex tuus ve. ti. se. su. pul. asine.* In illo populo erat filia Sion, ipsa est Hierusalem, quæ est Sion, cui dicitur: *No. xi. illum.* agnosce qui à te laudatur, & noli trepidare cum pariter: quia ille sanguis funditur, per quæ tuum delictum deleatur & vita redimatur. Chryl. Vel aliter, Quia reges eorum iniusti fuerant, & eos obnoxios bellis faciebant; confide ait, hic non talis, sed mitis & mansuetus: quod ostendit ab asino, non enim exercitum habens intrabat, sed asinum habens solum. Vide autem evangelistæ sapientiam, non verecundatur priorem ignorantiam diuulgare: nam sequitur: *Hoc non cog. disieus pri. sed quando glo. est Iesus.* August. id est, quando virtutem suæ resurrectionis ostendit, tunc recordati sunt quod hæc erant scripta de eo: & hoc fecerunt ei, id est non alia quam quæ scripta erant de eo. Chryl. Hoc autem ignorabant quoniam ipse non revelavit eis, scandalizasset enim eos si rex existens talia passurus erat: & etiam non suscepissent statim cognitionem regni de quo hæc dicebatur, de regno enim temporalis hoc dici putassent. Theop. Alpitæ autem consequentiam passionis: suscitavit Lazarum, hoc omnium novissimè reservans miraculum, & ob hoc plurimi concurrebant & credebant: unde sequitur: *Test. er. perbi. cur qua cum eo erat quando. vo. La. de mo. Cr. su. cum à mor. prop. & ab. ve. eitur. qua. su. eum fecisse hoc signum.* Exinde livor & insidia: unde sequitur, *Pharisei autem dice. ad semet. vide. quia nabit proph. ec. mun. totus post eum abiit.* August. Turba turbavit turbam, Quid autem invidet cæca turba quia post eum abiit mundus, per quem factus est mundus? Chryl. Mundum enim hæc turbam dicunt. videtur autem mihi hoc dictum esse eorum qui sani quidem erant, non audebant autem propalari, demum ab eventu deterrebant alios quasi inconsummabilia tentantes. Theop. Ac si diceret: *Quantumque insidiamini, tantum hæc augetur & gloria eius intenditur: quis ergo profectus de tantis insidiis? Erant autem quidam gentiles ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo, & c.* Bed. Templum domini Hierosolymis situm adeo erat famosum, ut diebus festis non solum vicini, sed etiam multæ ex longinquis regionibus gentes illuc advenirent, sicut de Eunuchio Candacis reginæ Æthiopiæ Actus apostolorum declarat. hæc ergo consuetudine hi gentiles venerant adorare, de quibus dicitur: *Erant autem quidam gen. qui.*

ex his qui asc. ut ado. in die festo. Chryl. Propè existentes de cætero profelyti fierent. fama itaque audita de Christo, volunt eum videre: unde sequitur, *Hi ergo acc. ad Philipp. qui erat à Beth. Gal. & vo. eum di. Do. vo. te. vide.* Aug. Ecce volunt eum Iudæi occidere, gentiles videre: sed etiam illi ex Iudæis erant qui clamabant, Benedictus qui venit in nomine domini. Ecce illi ex circuncisione, illi ex præputio: velut duo parietes de diverso venientes, & in vnam fidem Christi pacis osculo concurrerent. Sequitur: *Va. Phi. & di. Andrea.* Chryl. Quasi priori existenti; audiverat enim, In vnam gentium ne abieritis: propterea cum cõdiscipulo communicans magistro refert. unde sequitur: *An. rur. & Phi. dicunt Iesu.* Aug. Audiamus ergo vocem lapidis angularis: unde sequitur, *te. au. ref. eis. d. ve. ho. ut. cla. si. ho.* Fortitan aliquis putat ideo se dixisse glorificatum, quia gentiles volebant eum videre: non ita est, sed videbat gentiles post passionem & resurrectionem suam in omnibus gentibus credituros. Ex occasione igitur istarum gentium qui eum videre cupiebant, annunciat futuram plenitudinem gentium, & promittit iam adesse horam glorificationis suæ, quæ facta in cælis gentes fuerant credituræ, secundum illud: *Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua, sed altitudinem glorificationis oportuit vt præcedere humilitas passionis: unde adiunxit, Amen amen di. vo. Nisi gra. fru. ca. in ter. mor. sue. ip. so. ma. si autem mor. sue. mul. fru. af.* Se autem dicebat granum mortificationis in infidelitate Iudæorum, multiplicandum in fide populorum. Bed. Ipse enim ex semine patriarcharum in agro huius mundi feminatus est, id est, incarnatus est, vt moriendo cum multiplicatione resurgeret, solus mortuus est, cum multis surrexit. Chryl. Et quia per sermones non ita suadebat, vitur experimèto, quia frumentum magis facit fructum cum mortuum fuerit. Si autem ex feminibus hoc accidit, multo magis in me. Quia igitur de reliquo debebat mitere discipulos ad gentes, videt autem gentiles præfiliantes ad fidem: ostendit quod tempus erat, vt ad crucem veniret. Non enim prius eos ad gentes misit, donec Iudæi offenderunt, donec crucifixerunt, & quia de morte sua prævidit discipulos contristandos super abundantiam facit sermonis, dicens: Non solum si non mortem meam patienter sustineritis, sed etiam si vospis moriamini, nullum vobis erit lucrum: & hoc est quod subdit: *Qui amat ani. suam perdet eam.* August. Hoc duobus modis intelligi potest. *Qui amat perdet,* id est, si amas, perdes: si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo: *Qui amat animam suam, perdet eam.* noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita. hoc autem quod posterius dixi, magis habere videtur evangelicū sensum. Sequitur enim, *Es qui odit animam suam in hoc mundo, & c.* ergo quod supra dictum est: *Qui amat:* subintelligitur in hoc mundo. Chryl. Amat autem animam suam in hoc mundo; qui desideria eius inconuenientia facit: odit autem eam, qui non cedit ei noxiâ concupiscentiæ. & non dixit, *Qui non cedit ei, sed, qui odit eam.* Quemadmodum enim eorum qui odio habentur, nec vocem audire sustinemus, nec visum videre delectabitur: ita & animam cum contraria iniungit quæ Deo non placet, cum vehementia auertere oportet. Theo. Quia enim valde onerosum erat audire quod

quod oporteret odire animam, consolatur per hoc quod additur: In hoc mundo; & temporis indicans particularitatem. non enim in perpetuum iubet animam odio haberi. & emolumentum ponit eam dicit: *In vitam æternam custodit eam.* Aug. Sed vide ne tibi subrepat, vt respium interimere velis, sic intelligendo quod, debes in hoc mundo odisse animam tuam. hinc enim quidam maligni atque peruersi homicidæ flammis se donant, aquis præfocant, præcipitatione collidunt, & pereunt: hoc Christus non docuit, imò & diabolo præcipitium suggerenti respondit. Vade satana. Cum ergo causa arripuit venerit, vt hæc cõdicio proponatur, aut faciendum esse contra Dei præceptum, aut hac vita migrandum: comminante mortem persecutoris, ibi oderis in hoc mundo animam tuam, vt in vitam æternam custodias eam. Chryl. Dulcis quidem est præsens vita his, qui affixi sunt cæcis: verò quis ad cælum respexerit, videns quæ ibi sunt bona, citò contemnet vitam præsentem. Cum enim apparuerit melior, contemnitur peior. In hoc ergo nos inducens Christus subdit: *Qui mihi ministrat, me sequatur,* id est, me imitetur: de morte hoc dicit, & de ea quæ per opera assequitur: oportet enim eum qui ministrat, eum qui ministrat sequi. Aug. Quid ergo sit ministrare Christo in ipsis verbis agnoscamus cū dicit: *Si quis mi. mi.* Ministrant ergo Iesu, qui non quæ sua sunt querunt, sed quæ Iesu Christi: hoc est enim, me sequatur, vias ambulet, meas non suas: non ea tantum quæ ad misericordiam pertinent corporalem, sed omnia opera bona propter Christum facies, vt quæ ad illud opus magnæ claritatis, quod est animam pro fratribus ponere, sed quo fructu? qua mercede sequitur: *Et vbi ego sum, il. & mihi. meus erit.* Gratis amatur, & operis quo ministrat illi precium sit esse cum illo. Chryl. Ostendit autem per hoc quod resurrectio morti succedit. Vbi autem sum, ait, quia in cælis ante resurrectionem Christus erat. Igitur illud transmigrationem animo & mente. Sequitur: *Si quis mi. mi. hono. eum pa. meus.* Aug. Per hoc intelligitur exposuisse vt supra dixerat, illic & minister meus erit. Nam quem maiorem honorem accipere poterit adoptatus, quam vt sit vbi est vnicus: Chryl. Non autem dixit: Ego honorificabo eum, sed *pater meus:* nondum enim de eo decentem opinionem habebant, sed maiorem de patre. *Nunc anima mea turbata est.* Et quid dicit? *Pater saluifica me, & c.* Chryl. Quia dominus ad passionem discipulos exhortatus fuerat, ne dicant quod ipse extra dolores existens humanos, facile de morte philosophatur: & nos admonet, propter hoc quod ipse est sine periculo: ostendit quod & ipse in agonia sit, tamen propter vilitatē mortem non renuit. unde dicitur, *Nunc anima mea turbata est.* August. Audio qui in hoc mundo odit animam suam, in vitam æternam custodit eam, & mundum contemnere accendit: & in contrario modo nihil est vitæ huius totius quantumlibet fuerit prolixior, vapor: pro amore æternorum temporalia mihi cuncta vilescunt, & rursus dominum audio dicentem: *Nunc anima mea turbata est.* Sequi iubet animam meam, sed turbam video animam tuam. quale fundamentum quæram, si petra succumbit? Agnosco domine misericordiam tuam: nam qui charitatis voluntate turbas multos in corpore tuo qui suam infirmitatis necessitate turbantur, ne de-

sperando pereant consolaris. In se ergo caput nostrum suscepit membrorum suorum affectum: & ideo non est ab aliquo turbatus, sed sicut de illo supra dictum est, turbavit semetipsum. Chryl. Appropinquas enim de reliquo cruci, quod humanum est, ostendit, & naturam non volentem mori; sed præsentem adhaerentem vitæ ostendens: quoniam non extra humanas passiones erat, sicut enim clurire non crimen est: ita neque presentem vitam appetere. Christus autem corpus à peccato mundum habebat, non à naturalibus: necessitatibus exitum: hoc igitur dispensationis est, non deitatis. August. Denique homo qui sequi vult, audiatur qua hora sequatur, accessit forte hora terribilis, proponitur optio, aut faciendæ iniquitatis, aut subeundæ passionis, turbatur anima infirma: ad ergo quid subiungit: *Et quid dicam?* Bed. Hoc est, quid aliud nisi vt membra mea instruantur. Pater saluifica me ex hæc hora. August. Docuit te quem innocens: cuius voluntatem tuæ voluntati præponas: non ideo tibi videatur ex alto diffidere, quia te vult ab initio proficere: hominis suscepit infirmitatem, vt doceat contritatum dicere, non quod ego volo, sed quod tu vis. vnde & hic subditur: *Sed prop. ve. & c.* Chryl. Quali dicat? Non habeo quid dicam ereptionem quærens. Propterea enim veni in horam hanc, ac si dicat: Et si turbemur & tumultum patiamur, non fugiamus mortem, quia ego nunc turbatus non dico, vt effugiam, oportet enim ferre quod superuenit. non dico: Eripe me ex hora hæc: sed contrarium dico, scilicet clarifica nomen tuum: ostendit enim quoniam pro veritate moritur, gloriam Dei hoc vocans, & hoc euenit: futurum enim erat, vt post crucem conuerteretur orbis terrarum, & cognosceret nomen Dei & coleret non solum patris, sed etiam filij: sed tamen hoc silet. *Ve. er. vox de ca. di. Et cla. & iterum clarificabo.* Greg. 28. mor. Huiusmodi verbis per angelum loquitur Deus. Et cum nil in imagine ostenditur, sed supernæ vocis verba audiuntur, & nimium de cælestibus loquens verba sua quæ audiri ab hominibus voluit rationali creatura administrate formavit. Aug. *Clarificans autem dicit antequam facerem mundum, & iterum clarificabo,* cum resurget à mortuis. Vel aliter: *Clarificabit* cum de virgine natus est, cum miracula multa fecit, cum descendente spiritu sancto in specie columbæ monstratus est: & iterum clarificabo cum resurget à mortuis, cum exaltabitur super cælos Deus & super omnem terram gloria eius. Sequitur: *Tur. er. qua. sta. & an. di. ro. esse sa.* Chryl. Aperta quidem & bene significatiua erat vox, sed citò ab eis euolauit, quasi à grossioribus & carnalibus & desidiolis: & hi quidem sonitum tantum retinuerunt: alij verò quoniam articulata erat vox nouerant, quid autem significauit non adhuc: de quibus subditur, *Alij dicebant: Angelus ei locutus est.* Sequitur: *Respon. Ies. & di. Non prop. me hac vox ve. sed pro. vos.* Aug. Hic ostendit illa voce non sibi indicatum quod iam sciebat, sed eis quibus indicari oportebat. Sicut autem vox illa non propter eum facta est, sed propter eos, sic anima eius non propter ipsum, sed propter eos turbata est. Chryl. Ad illud enim instat vox patris quod semper dicebant quoniam non est ex eo, qui enim à Deo glorificatur, qualiter non est ex Deo: vbi vide quod humilia propter eos facta sunt, non quasi filio auxilio indigente. Quia ergo

dixit *Clarificabitur*, ostendit consequenter & modum gloriæ. Nam sequitur, *Nunc iudicium est mundi*, Aug. Iudicium enim quod in fine expectatur erit prætoriorum pœnarumque æternarum: dicitur etiam iudicium non damnationis, sed discretionis. hoc vocabat hic iudicium non discretionem. s. & a suis redemptis diaboli expulsionem. vnde sequitur; *nunc princeps mundi huius eicietur foras*, absit vt diabolus principem mundi ita dictum existimemus, vt eum cæli & terræ dominari posse credamus; sed mundus appellatur in malis hominibus, qui toto orbe terrarum diffusi sunt. Sic ergo dictum est: *Princeps huius mundi*, id est, princeps malorum hominum qui habitant in mundo. Appellatur etiam mundus in bonis, qui similiter per totum orbem terrarum diffusi sunt: ideo dicit Apostolus: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: hi sunt ex quorum cordibus principes mundi eiciuntur foras: præuidebat enim dominus post passionem & glorificationem suam per vniuersum mundum multos populos credituros, in quorum cordibus diabolus intus erat: cui quando ex fide renuntiavit, eicitur foras. Sed nunquid de cordibus veterum iustorum non est eiectus foras? quomodo ergo dictum est nunc eicietur foras, nisi quia tunc quod in hominibus paucissimis factum est, nunc in multis magnisque populis iam mox futurum esse prædictum est? Quid ergo ait quispiam? quia diabolus eicitur foras, iam fidelium neminem tentat: imò tentare non cessat: sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare. Chry. Sed quale est illud iudicium quo diabolus foras eicitur, exemplo id faciam manifestum: sit aliquis debitor experens & feriat, & in vincula mittat. Deinde ex eadem dementia & eum qui nihil debet sub eundem carcere ducat, hic & eorum quæ in alios fecit, dabit vindictam: ita & in Christo factum est. Eorum enim quæ diabolus in nos fecit, per ea quæ in Christum ausus est, sustinebit vindictam: & ne quis dicat, Qualiter mittetur foras si te superabit? subiungit, *Et ego si exaltatus fuero, &c.* Qualiter enim superatur, qui & alios trahit: hoc autem plus fuit dicere quam resurgam. Si enim hoc dixisset, nondum manifestum esset quod traheret: dicendo verò, *Traham*: vt trunque demonstrat. Aug. Sed quæ omnia trahit, nisi ex quibus diabolus eicitur foras? non autem dixit, *Omnes, sed Omnia*, non enim omnium est fides: non itaque hoc ad vniuersitatem hominum retulit, sed ad creaturæ integritatem, id est spiritum & animam & corpus, ad illud scilicet quod intelligimus, quod viuimus, quod visibiles sumus. aut si omnia ipsi homines intelligendi sunt, omnia prædestinata ad salutem possumus dicere: aut certe omnia hominum genera secundum innumerabiles differentias quibus inter se præter sola peccata homines distant. Chry. Qualiter igitur supra dixit, quoniam pater trahit? quia scilicet filio trahente, pater trahit. Dicit autem *traham*, quasi à tyranno detentus, & per seipsum nequeuntes accedere, & illius manus effugere. Aug. Sed si exaltatus inquit, fuero à terra: hoc est, cum exaltatus fuero; non enim dubitat futurum esse quod venit implere, nam exaltationem suam dixit in cruce passionem, vnde euangelista subdit: *Hoc autem dixit significans quia morte esset moriturus. Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege quia Christus, &c.* Aug. Cum intellexissent Iudæi quod dominus de sua

morre dixisset, proponunt ei quæstionem quomodo se diceret moriturum. vnde dicitur: *Respondit ei Iu. Nos aud. ex le. quia Christus ma. in ætern. quomodo tu. di. oport. exal. filium hominis*. Memoriter tenuerunt quod dominus assidue dicebat se esse filium hominis. Nam hoc loco non dixit, Si exaltatus fuerit filius hominis: sed superius dixerat, Venit hora vt clarificetur filius hominis. hoc ergo in anima retinentes inquit, Si Christus manet in æternum, quomodo exaltabitur à terra, id est, quomodo crucis passione morietur? Chry. Hinc est videre, quoniam multa eorum quæ parabolice dicebantur, intelligebant. quia enim præuenit de morte disputans, audientes hic exaltationem suspicant sunt hoc, Aug. Vel hoc cum dixisset intelligebant quod facere cogitabant, non ergo eis verborum istorum obscuritatem aperuit insula sapietia, sed stimulata conscientia. Chry. Et vide qualiter malitiose interrogant. non enim dixerunt; Nos audiuimus ex lege, quia Christus nihil patitur. In multis enim scripturarum locis; & passio & resurrectio simul ponitur: sed quoniam manet in æternum, & nimirum hoc non erat contrarium. Immortalitati enim per passionem: non est factum impedimentum, sed existimauerunt per hoc ostendere eum non esse Christum, quoniam Christus manet in æternum: deinde subdit, *Quis est iste filius hominis?* & hoc malitiose, quasi dicat: Non dicas quod propter odium tuum: hoc dicam: ecce enim non nouimus de quo dicis. Sed Christus respondit; ostendens quoniam passio non prohibet manere eum in æternum. vnde subditur, *Dixit ergo ei Iesus, adhuc mod. lu. in 90. est.* quasi dicat. Adhuc paruo tempore ego lux vobiscum sum, per hoc ostendens quod mors eius transmigrationis est: etenim lux solatis non interimitur, sed parum recedens rursus apparet. Aug. Vel aliter: *Modicum lumen in vobis est*, per hoc quod intelligitis, quia Christus manet in æternum: ergo ambulat, accedite, totum intelligite, & moriturum Christum & victurum in æternum dum lucem habetis. Chry. Hic dicit tempus totum præsentis vitæ: & ante crucem & post crucem: multi enim post crucem crediderunt in eum. vt non tenebræ vos comprehendant. Aug. Si scilicet, eo modo credideritis Christi æternitatem, vt negetis in eo mortis humilitatem. Sequitur: *Et qui am. in tene. ne. quod vadat.* Chry. Quanta denique Iudæi nunc agunt & nesciunt quod agunt: sed vt in tenebris ambulantes, & putat quidem rectam incedere viam, contrariam autem vadunt: propterea subdit; Dum lucem habetis, credite in lucem. Aug. Id est, dum aliquid veri habetis, creditè in veritatem: vt renascamini veritati: vnde sequitur, *vt filij lu. sitis.* Chry. Quod est filij mei. In principio autem euangelista dicit, quod ex Deo nati sunt, hoc est ex patre, hic autem ipse dicitur hos generare: vt dicas quoniam vna est actio patris & filij. Sequitur: *Hæc locutus est Iesus, & abiit & abscondit se ab eis.* Aug. Non ab eis qui credere & diligere ceperunt, sed ab eis qui videbant & inuidebant. Cum autem se abscondit, nostræ infirmitati consuluit, non suæ potestati derogauit. Chry. Sed cum nec lapides leuarent: nec blasphemarent; cuius gratia occultatus est? Corda enim rimatus nouerat furorem in eis saeuientem, & non expectauit vt in opus exirent, sed occultatur mitigans eorum inuidiam.

S. IOAN

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superius
Euang. Homil. i.

Ex Ho. 65. in Ioan.

In hoc loco, multi, cum miracula viderent, crediderunt: principes autem suis sceleribus non contenti, etiam Lazarum interimere tentabant. Est Christus sabbatum solnetis, quod æqualem se patri fecerit, & propter Romanos, vt dicitis, enim velitis interficere: quid Lazarum potestis accusare, vt de eius cogitatis interitu? Nunquid beneficium accipere, criminis dandum est? Considera quantum cædi studebant. Atqui multa signa fecerat Iesus, sed nullum ita eos efferauit, nõ paralyticis, non cæcis curati, Hoc enim naturam admirabilius erat, & post multa factum, & mirandum erat motuum quadriduam ambulantiem, & loquentem videre. Sanè quidem: Non tamen festi diei officia erant; cædibus coinquinare celebratam: Præterea illic videbatur Christum ob sabbati solutionem accusare, & hoc pacto turbam adnuere: hic, cum nihil queri possent, contra sanatum irritantur. Neque poterant dicere, quod patrem oppugnat: oratio enim Iesu eis silentium imposuit. Siquidem, cum omnis reprehendendi causa eis ablata, & signum manifestissimum esset, in eadem feruatur: quod & in cæci miraculo fecissent, nisi sabbatum habuissent, quod calumniarentur. Accedit ad hoc, quod ignobilis ille erat, & eiecerunt eum de templo: hic verò clarus, quod constat ex multitudine eorum, qui ad serores eius consolandas venerant, & quod omnibus spectantibus, miraculum factum erat cum maxima omnium admiratione. Idcirco omnes, etiam omnibus festo, Bethaniam, ad eum visendum concurrerant, hoc eos angebat: tentarunt ergo eum interimere, & nihil audere sibi videbantur, ad eum erant prompti ad eadem. Hac gratia hoc in primis vetuit lex. Non occides: & hoc propheta accusat, inquit; Manus eorum plene sanguine. Quomodo ergo cum palam ambularet in Iudæa, & in desertum secessisset, iterum audentes reuertitur? Quoniam eorum furorem absentia sua iam extinxerat. Ad hæc multitudo præcedens, & subsequens sufficiens erat, quæ eos, ne quid in Christum molirentur, pertereret. Nullum enim miraculum ad eum mouit, vt Lazari resurrectio. Et alius euangelista, inquit, quod statuerit ad eius pedes vestimenta, & quod vniuersa ciuitas commota, perquam honorifice acceperunt. Fecit autem hoc, vt aliam prophetiam figuraret, aliam impletet: & idem principium alterius finis. Illud enim, Lazari hoc rex tuus venit tibi mansuetus, prophetiam implet: quod asinum ascendit, futurum præfigurauit. Nam immundum gentium genus ei subdi oportebat. Quomodo autem alij dicunt, quod discipulos misit, dicens: Soluite asinum, & pullum: hic autem tantum: quod, a sino inueto, sedit super eum? Vtrunque fieri potuit, solutam asinum ducentibus discipulis, super eam Iesum sedisse. Ramos autem palmarum, & oliuarum, & vestes strauerant, ostendentes maiorem iam de eo, quam de propheta opinionem habere. Et dicebant, *Hosanna, & benedictus qui venit in nomine domini.* Vides hoc maxime morore eos affectisse, quod omnes crederent, non esse contrarium, & hoc maxime populis scindebat, quod à patre venire diceret. Sed

quid signat; *Lazare filius Sion?* cum omnes Iudæorum reges vt plurimum iniusti essent, & cupidi, & multitudine enuerterent; & hostibus traderent. Confide, inquit, hoc talis non est, sed humilis, & mansuetus, quod ex asino ostenditur. Non enim exercitu stipatus ingressus est, sed solo asino. Hoc autem cognouerunt discipuli eius primùm, quod erat scriptum de eo: Ecce quod plura ignorabant quoniam ipse nondum eis reuelauerat. Etenim cum inquit; Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud: neque tunc intellexerunt. Et alius euangelista ait; Quod erat absconditus sermo ab eis: & nesciebant eum resurrecturum um à mortuis. Sed non ab re abscondebatur: quate alius inquit, euangelista, quod audiendò dolebant, & erant tristes, quia resurrectorum non cognouerant: & eorum superabat ingenium. Sed cur id eis non apperuit? Quoniam magnum erat. Et cõtemplare euangelista sapientiam, quod priorem suam ignorantiam prædicat: nõ erubescit. Quod enim scriptum esset, norant, quod de Christo, ignorabant. Siquidem scadalizati essent, si ex talia perpeffus, atque tradendus esset. Præterea nõ constantud, quod regnum dicerent, intellexerunt. Nam & alius, inquit euangelista, de huius mundi regno eos arbitratos: Testificabatur autem turba Lazarum resurrexisse. Non enim tot repente conuersi essent, inquit; nisi credidissent miraculo. Pharisei ergo dixerunt ad semetiplos; Videris quia: nihil proficimus ecce mundus totus post ipsum abiit. Videntur mihi hæc esse verba recte sentientium, non audientium tam palam loqui, ex euentu tamen illos cõuincentes, quamuis frustra conarentur. Mundum autem in hoc loco iterum turbam appellat. Consuevit enim scriptura mundum, & mundi creaturam, & vitiosos appellare. Illud cum inquit, profertur secundum numerum mundum suum hoc; Vt mundus vos non odit, me autem odit. Quæ diligenter consideranda sunt, ne ex nominis æquiuocatione aniam præbeamus hæreticis. Erant autem gentes quid in ex. hys, qui ascenderant, vt adorarent, cum iam propè esset, vt procliyti fierent, ad festum venerant. Et cum Iesus iam extenderetur, dicunt Philippo, volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andrea, vt potè qui prior erat, & rem ei communicat. Sed neque ipse simpliciter id recepit: audierat enim; In viam gentium non ambulaueritis: ideo cum discipulo loquutus, magistro refert: Vt quæ enim Iesum affati sunt. Qui respondit; Venit hora vt clarificetur filius hominis. Quid significat, venit hora? Dixerat; In viam gentium ne abieritis: vt omnem tolleret à Iudæis impudentiæ occasionem, eos à gentilibus cohibuit: sed, cum illi in pertinacia perstarent, hi accederent, tempus iam passionis aduertare inquit, omnibus consummatis. Quod si nobis his esset contumacibus inherendum, illis penitus reiectis, hoc sanè nostra foret prouidentia indignum: cum enim ad gentes discipulos post passionem esset missurus, iam, inquit, tempus ad crucem aduertare. Non tamen prius eos dimisit, vt esset in testimonium eis. Etenim, antequam in Iesum impetum facerent Iudæi, antequam crucifigerent, non dixit; Euntas docete omnes gentes: sed; In viam gentium ne abieritis: & Non missus sum nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel: & Non bonum est accipere panem filiorum, & dare canibus. Quum autem odio à suis haberetur, & ita

Sup. 2.

Luc. 18.

Math. 10.

Sup. 7.

Math. 10.

Math. 10.

Ibid. 15.

vt interficeretur,superfluum erat persequentibus inhætere. Etenim recularunt ipsum dicentes; Non habemus regem nisi Cæsarem: tunc eos dimisit, cum dimissus esset ab eis. Ideo inquit; Quoties volui congregare filios vestros, & nolulistis? sed quid signat; *Gratum frumeti, nisi cadens, mortuum fuerit?* de cruce loquitur, ne perturbarentur. Quum gentiles accesserunt, tunc mortuum esse, hoc inquit maximè populos adducet, & mei augebit præconium. Inde cum non ita verbis persuaderet, rerum experientia id aggreditur, inquit hoc in frumento contingere, vt mortuum maiorem fructum afferat. Quod si hoc in seminibus euenit, multo magis in me. Sed non intellexerunt discipuli quid diceret: ideo frequenter idem repetit euangelista, excusans quod postmodum fugerint. Talem, de resurrectione disputans rationem Paulus attulit. Quam igitur habebunt excusationem, qui resurrectioni non credunt, cum in seminibus, & in plâs quotidie hoc videamus, ac etiam in generatione nostra? Primum enim corrumpi semen oportet, inde fieri generationem. Omnino autem, cum Deus aliquid facit, nulla opus est ratione. Quomodo nos ex nihilo fecit? Hoc ad Christianos, dico dicentes credendum scripturis. Ego autem & aliud dicam ab humanis rationibus: alij malitiam, alij virtutem sectantur: sed malitiæ sectatorum multi feliciter in vltimâ perueniunt senectutem, virtutis autem contra. Quomodo ergo pro meritis vnusquisque accipiet? Quando? Certè iniqui, sed corpora non resurgunt. Nonne audiunt Paulum dicentem; Oportet autè corruptibile hoc induere incorruptionem? Neque animam intelligit, quippe quæ non corrumpitur, & resurrectio de mortuo dicitur. Cecidit corpus. Quare corporis resurrectione negas? An non possibilis Deo est? quod dicere summæ amentia est. An non decet? Quamobrem? Vt corruptibilem, quod & laboris est, & mortis particeps, in præmiis communicet. Si non decuisset, neque à principio factum esset. Nonne carnem ipse accepit? quod acceperit, & ipsam suscitauerit, audi quid dicat; Infer digitum tuum huc, & vide quia spiritus ossa, & neros non habet. Quare Lazarum suscitauit, si melius fuisset sine corpore suscitare? Quid inter signa, & beneficia hoc adnumerauit? Quid cibos præbuit? Nolite dilectissimi, ab hæreticis decipi. Est enim resurrectio, est iudicium. Hæc tollunt, quicumque nolunt operum suorum ratione reddere. Etenim oportet resurrectionem talem esse, qualis fuit Christi. Primitiæ etenim ille est, & primogenitus mortuorum. Sed dicent; Resurrectio, hoc est animæ purificatio, & à peccatis mundatio; Christus autem non peccauit, quomodo surrexit? Quomodo nos à maledictione liberati sumus, si ipse peccauit? Quomodo dicit; Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquid? Hæc enim non peccasse significant. Igitur secundum eorum sententiam, aut nõ surrexit; aut, si surrexit, peccauit ante resurrectionem. Sed sanè corpore surrexit: & praua hæc doctrina nihil aliud est, quam inanis gloriæ filia. Hunc ergo morbum fugiamus. Corruptum, inquit, bonos mores confabulationes pessimæ. Non sunt hæc Apostolorum dogmata. Marcion est, & Valentinus qui hæc inuenit. Fugiamus, inquam, dilectissimi. Nihil prodest vita bona cum praua doctrina: vt contra, nihil sana

Infr. 19.

Math. 23.

1. Cor. 15.

Infr. 10.

Infr. 14.

1. Cor. 15.

doctrina, cum vita corrupta: Hæc gentiles pepererunt, inde auxerunt, ab externis accipientes philosophis, & materiam ingenitam, & alia huiusmodi asseruerunt: & vt rerum opificem non subiecta materia ingenita, ita & resurrectionem negarunt. Nolimus his aures adhibere, cum immensam Dei potestatem intelligamus. Nolimus, inquam, aures adhibere: vobis, inquam, dico. Nos enim aduersus eos bellum non recusabimus; sed inermis, & nudus, si in imbecillos incidit, licet fortior, facile capietur. Si enim scripturis attendissetis, & quotidie in his acutiore euassissetis, non sanè aduocarem, vt bellum aduersus eos delectaretis, sed vt manum confereretis. Fortis est veritas: cum verò scripturis vt nesciatis, congressum vereor, ne vobis inermibus occurrentes ipsi vos sauciant. Nihil illis imbecillius, qui à spiritus sancti sunt auxilio destituti. Quod si exteriori vtuntur sapientia, minimè est mirandum: sed ridendum potius, quod fatuis vtuntur magistris, qui neque de Deo, neque de creatura firmum aliquid, & solidum inuenire potuerunt. Sed quæ apud nos vidua mulier nouit, ea Pythagoras ignorauit, qui dixit animam fructicem, & piscem, & carnem fieri, hinc opera danda est: & qua ratione nititur? Magni sunt in coma pulchros nutriunt capillos, & palliis induuntur, hucusque eorum philosophia extenditur, quos si intrinsecus inspexeris, puluis sunt, & cinis, in quibus nihil sani, sed sepulchrum patens guttur eorum, plenum immunditia, & sordium, & præcepta omnia vermium. Primus eorum, aquam Deum esse dixit, qui secutus est, ignem: alius aëtem, & ad corpora delati sunt. Hos, quæso, admirandos ducis, qui nullam inuisibilis Dei cognitionem habuerunt. Quod si quam perceperunt, id euenit, ex quo in Ægypto cum nostris versati sunt. Sed, ne vos nimirum perturbemus, iam orationi nostræ finem imponamus. Si enim eorum opiniones proponere inciperemus, quid de Deo, quid de anima, quid de corporibus sentiant, risum moueremus. Neq; ipsi nostra indigent reprehensione, ipsi se inuicem confundunt. Qui contra nos de materia orationem scripsit, se ipsum perdidit. Quare ne temere vos auocemus, & verbis implicemur, his omissis, vt diuinis literis attendatis, vos hortabimur, neve ad nullam certemus vilitatem: quod Paulus Timotheum admonet, quamuis sapientiæ plenum, & virtutis: Quare illi pareamus, & nugis abiectis, fraterni amoris opera complectamur: Eleemosynæ rationem habeamus, vt promissa bona consequamur: gratia, & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui honor, & imperium in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM
Homil. 2.

Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam, &c. Dulcis presens vita est, & multæ plena voluptatis, non tamen omnibus, sed qui terrenis rebus affigitur. Quod si quis cælum susciperet, & quæ illic bona sunt, contempleretur, fortasse hæc contemneret, tanquam nullius momenti. Nam & corporum pulchritudo, quoad pulchrius nõ deprehenditur, in admiratione habetur: cum verò melius apparuerit, illa prior despicitur.

Nihil pulchrius sana doctrina, si non corrupti est.

Math. 16.

Hoc fuit contra recitantes Græcos qui id negant. Marc. 10.

spicitur. Quod si in illam pulchritudinem intueri voluerimus, & cælestis regni speciem considerare, fortasse nos huius seculi vinculis dissoluermus. Vinculum nanque est terrenarum rerum affectio. A quo nos abducens Christus, quid dicat, attendat; Qui amat animam suam, perdet eam, &c. Simile enigmati hoc dictum videtur, non tamen est, sed sapientiæ plenū: Et quomodo qui amat animam suam, perdet eam? Qui absurdus eius cupiditatis obtemperat, qui præter debitum ei indulget. Propterea admonet ille; Noli ambulare in cupiditatis animæ turæ: sic enim eam perdis, cum à virtutis via abducis, quemadmodum e contrario. Qui odit eam in hoc mundo, custodit eam: hoc est, qui non patet ei, cum aliquid perperam iubet. Et non dixit, qui non patet: sed, qui odit. Quemadmodum enim quos odio habemus, nec vocè quidem audire, nec videre æquo animo patimur: & anima, si quid præter Dei voluntatem nobis imperat, rejicienda est. Cum enim iam de morte ad eos verba facturus esset, de morte, videlicet, sua: & prædiceret eorum tristitiam & examinationem, per excessum locutus est inquit; Quid dico si mortem meam generosè non feretis? nisi vos ipsi moriamini, nullum vos sequetur emolumentum. Et vide quomodo lenit sermonem suum: grauius enim, & molestius videbatur dicere, homini animam amanti esse moriendum. Et quid antiquitus dico, quando & nunc multos inuenimus libenter omnia tolerant, vt hac vita fruantur, & maximè qui futuræ credunt? qui, cum vident ædificia, molè que, & machinas, lachrymantur dicentes; Quor homo, & quanta? & sic puluis. Sic magna præsentis vitæ cupiditas. Hæc vincula Christus dissoluens, inquit; Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Quod enim ad eorum tollendum metum hæc diceret, audi quæ sequuntur; Qui mihi ministrat, me sequatur: de morte locutus, & operum sequelam, atque imitationem exigit. Oportet enim omnino ministrum, eum cui ministrat, sequi. Et considera quando hæc loquitur, non cum persequutionem patiebantur, sed cum confidebant, cum se in tuto esse arbitrabantur, quod à multis honorarentur, colerenturque: quando & confulgere poterant, & audire; Et tollat crucem suam, & sequatur me: hoc est, semper paratus sis, inquit, ad pericula, ad mortem, ad terrena exilia. Inde quum graui dixisset, præmium ponit: quod qui sequetur ipsum, erit vbi ipse est. Quibus verbis ostendit resurrectionem post mortem. Vbi ego sum, inquit, illic & minister meus. Vbi Christus, in cælis. Ergo ante resurrectione illuc anima, & mente transferemur. Si quis mihi ministraverit, diliget eum pater. Quare non dixit; Ego? Quoniam nondum debitam vendicarat auctoritatem, vt pater. Qui enim nondum resurrecturus ipsum sciebant, quomodo poterant tantam de eo opinionem concipere? Quamobrem filiis Zebedæi inquit; Non est meum, dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Atqui ipse est Iudex. Sed hic dilectum se filium ostendit: tanquam enim dilecti filij ministros pater accipiet. Nunc enim anima mea turbata est. Et quid dicam; Pater, saluifica me ex hac hora. Atqui hæc non sunt verba ad mortem venite suadētis, imò maximè. Siquidem, ne dicerent ipsum eum humanis carere doloribus, facile de subeunda morte philosophari, & in tuto nobis persuadere,

ostendit: quod licet eam formidet, cum tamè vsus poscat, non recusat. Hæc autem dispensationis sunt, non diuinitatis, ideo inquit; Nunc anima mea turbata est. Neque enim aliter hoc procederet: & dicendo; Pater, saluifica me ex hac hora: ita perturbatus est, vt etiam à morte absolui cuperet, si licuisset, hæc sunt humanæ naturæ imbecillitates. Et quid dicam, inquit, cum mortem deprecetur? Propterea veni in horam hanc: quasi diceret; Licet moueamur, & perturbemur, mortem tamen non fugimus: nam ita nunc perturbatus non reculo, ferendum est, quod instat. Nō dico enim; Libera me ex hac hora: sed, Pater, clarifica nomen tuum. Et licet perturbatio me dicere cogat, contrarium tamen dico. Clarifica nomen tuum: hoc est, duc me iam ad crucem: quod apertè eius humanitatem, & humanis moueri affectibus ostendit, & naturam quod ægrè ferret mortem, & viuere cuperet. Quemadmodum enim neque esurire, neque dormire crimini dandum est, ita neque vitam præsentem optare. Christus autem corpus omni peccati labè purum habebat, non tamen naturalibus nõ obnoxium necessitatibus, siquidem non fuisset corpus. Et ex his aliud nos admonet, quidnam? Vt, si quando affligimur, si quid timemus, non ita resiliamus à proposito. Pater, clarifica nomen tuum. Indicat se pro veritate mori, quod Dei gloriam appellat, & hoc post crucis mortè contingit. Debebat enim orbis terrarum ad Deum conuerti, & in Dei cognitionem venire, & ipsum colere. Verum hoc nõ patris tantum, sed & filij gloria: quod tamen tacet. Venit ergo vox de cælo; Et clarificauit, & iterum clarificabo. Quando clarificauit? In præcedentibus signis, & iterum clarificabo post crucem. Turba autem tonitruum opinati sunt, vel angelum locutum. Et vnde hoc? Nunquid manifesta, & clara fuit vox? Fuit sanè. Verum cassior turba erat, & terrenis dedita, & parum attendens, & alij sonum tantum, alij vocem articulatam audierunt, sed non intellexerunt. Tum Christus; Non propter me vox hæc venit, sed propter vos. Cur hoc dixit? Ad illud respiciens, quod illi frequenter dicebant, quod non erat à Deo, qui à Deo clarificatur: nõne à Deo est, cuius nomen per eum clarificatur? Propter hoc enim vox delata est. Quare & ipse inquit; Non propter me vox hæc venit, sed propter vos, nõ vt aliquid ab ea mihi ignoratum audiam, omnia enim patris noui, sed propter vos. Cum enim vel angelum loquentem, vel tonitruum factum arbitrati essent, inquit, Propter vos: vt hoc saltem pacto adduceret eos ad interrogandum. Illi tamen oscitantes, & stupidi, neque sic persuasi sunt, cum audirent id ad se pertinere. Nescienti enim, cui diceretur, sanè non manifesta vox videbatur. Propter vos vox venit. Vides vt res humiles eorum gratia fiant, non quod Christus operi indigeret? Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Hæc particula quomodo procedit ad illud; Et clarificauit, & clarificabo: R. este, & cõsonè. Cum enim dixisset, Clarificabo: modum indicat, hoc est, princeps mundi eijcietur. Quid signat, iudicium est mundi? quasi dicat, examinabitur, & punietur. Quo pacto? Perdidit ille primum hominem, & peccato fecit obnoxium. Propter peccatum enim venit mors, quod in me non inuenit. Et qua gratia insiliit, & morti eum tradidit? qua gratia in animam Iudæ ingressus est? ne perderemur: neque mihi diuinam nunc at-

EIVSDEM IN IDEM

Homilia 2.

tuleris dispensationem, quæ non est diaboli, sed sapientiæ suæ. Inquiratur primùm mala eius mens quomodo iudicatur mundus in me, quasi examine proposito, dicatur ad eum; Esto, omnes interemisti, eo quod subiecti erant peccato, Christum cur interemisti? Nonne plane iniuste? Per Christum ergo omnis mūdus defendetur. Quod ut manifestus appareat, exēplo vtemur. Sit violentus quispiam tyrannus, qui omnes, qui manus in suas venerint, plurimis malis afficiat: hic si vel regem, vel regium filium captum, iniuste interimat, illius mors etiam alios vlcisci poterit. Sit aliquis qui debiliores postulet, verberet, in carcerem iniiciat, & hac infania etiam nihil debentem coerceat: hic etiam eorum, quæ in debitores commisit, dabit pœnam, interficietur ab illo. Non aliter in Iesu vsu venit. Eorum enim, quæ in nos fecit diabolus, propter ea, quæ in Christum ausus est, postulatus est ad supplicium; & quod ita intelligatur, audi quid dicat: *unc princeps mundi huius excutitur foras per mortem scilicet meam. Et ego si exaltatus fuero omnes traham ad meipsum.* Hoc est, etiam gentiles. Et, ne quis diceret, quomodo si te vicit, exciatur? Non vicit, inquit. Quomodo enim, qui alios trahit, victus esse poterit? & non dicit resuscitabo: sed maius; *omnes traham ad meipsum.* Nam, si dixisset, resuscitabo, nō significaret credituros: sed, cum credituros dicit, & resurrecturos confirmat. Si enim mortuus mansisset, & purus homo fuisset, nemo credidisset. *Omnes traham ad meipsum.* Quomodo ergo inquit, patre traheret? Quia, trahente filio, pater etiam trahit. Traham, inquit, tanquam à tyranno detritos, & per se minimè potentes eius manus effugere, ut pote repugnantis. Alio loco rapinam appellat. Nemo potest spolia fortis rapere, nisi prius alliget eum, & tunc rapiat. Hæc autem ad illius vim ostendam dicit, ut illic rapinam, hic tractionē appellaret. Quod cum intelligamus, resurgamus, glorificemus Deum, non fide tantum, sed & vita: aliter non esset gloria, sed blasphemia. Non enim ita blasphematur Deus ab impio gentili, ut à Christiano. Quamobrem rogo, ut omnia ad Dei gloriam referamus. Væ, inquit, seruo illi, per quem nomen Dei blasphematur. Hæc autem particulam, Væ, mox pœna sequitur, & supplicii. Beatus autem, per quem nomen Dei, glorificatur. Nolumus ergo tanquam in tenebris versari, sed omnia peccata euitemus, maximè verd, quæ publicè nocēt, in quibus præcipuè Deus blasphematur. Quam enim veniam consequemur, si, cum aliis nostra exhibere præcipiantur, aliena rapimus? Quæ nobis spes salutis? nisi esurientem nutris, supplicio afficeris: si vestitu spoliis, quid tibi sperandum? Hæc frequenter dicere non cessamus, quoniam qui hodie nō audiunt, eras audient: & qui neque eras, perendie. Quod si qui imperfuabiles sunt, nos tamen non iudicabimur: nostram enim officii implevimus. Vitam autem ne vos horum pudeat, neve possitis accusari: sed omnes Christi tribunali audierit ad stare, ut & nos in vobis gloriari possimus, & malorum aliquam capere consolationem, probationem videlicet vestram in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Matth. 12. Marc. 3.

Respōdit ei turbæ; Nos audiuimus ex lege, quod Christus manet in æternum, &c. Manifestus error est, & imbecillis, quāuis extrinsecus cælidè seceatur. Et quem admodum qui putres, & ruinam minantes parietes albo tectorio linunt, nōn tamen eos possunt dirigere: ita & mendaces facillè deprehenduntur. Quod hoc in loco Iudæis cōtingit: Cum enim ad eos Christus diceret, *Cum exaltatus fuerò à terra, omnes traham ad meipsum.* Nos audiuimus, inquit, à lege, quia Christus manet in æternum, &c. Norat igitur Christum immortalem, & vitam habere sine fine: vnde etiam quid diceret, intelligebant. Nam sepe numero in scripturis simul & passio, & resurrectio ponitur: si quidem Esaias vtrumque simul ponit, tanquam ovis, inquit, ad occisionem ductus est, & quæ sequuntur. Et David in secundo psalmo, & plerisque aliis coniungit hæc vtraque: & patriarcha, cum dixisset, Prociēs dormiuit ut leo: inde addidit: Et vt catulus leonis excitauit eum, simul & passionem ostēdit, & resurrectionem. Sed hi arbitrati silentium ei imponere, & nō esse Christum ostēdere, Christum in æternum manere consentiunt. Et vide quā prauè, nō enim inquit; Nos audiuimus, quod Christus nihil patitur, nequē crucifigitur, sed manet in æternum. At qui neque hoc dictum contrarium erat. Immortalitati enim passio non fuit impedimento. Hinc videre licet, multis eos intellectus spē sua in malitia perstitisse. Cùm enim de morte superius verba fecisset Iesus, & eum illi exaltari audirent, id suspicari sunt: inde dicunt, *quis est iste filius hominis?* Et hoc malignè: noli, inquit, arbitrari, quod de te hoc dicamus, neque dicere quod de te propter odium oppugnemus. Ecce nescimus de quo dicas, & tamē profiteramur. Christus autem eis silentium imponens, ostendensque passionem nulli esse impedimento, vt maneat in æternam. *Adhuc, inquit, modicum lumen in vobis est.* Iudicans mortem suam translationem esse, si quidem Solis lumen nō extinguitur, sed breue sedens rursum apparet. *Ambulate in lucem dum lucem habetis.* Quod hic tempus dicit? An præsentem omnem vitam, an tempus ante crucem? Ego verd vtrumque arbitror, propter immensam eius humanitatem: multi etiam post crucem crediderunt, hoc autem dicit, vt eos ad fidem impellat: vt superius; Adhuc modicum tempus vobiscum sum. *Qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat.* Quot nunc Iudæi faciunt, quæ nesciunt, sed tanquam in tenebris versantur? Videntur sibi recta incedere, cum longè aberrent, sabbatum custodiunt, & legem seruant, & ciborum habent obseruationes: nesciunt tamen, quò vadant, ideo dicebat: *Ambulate in luce vt filij lucis sitis,* hoc est mei, & in principio, inquit, Euangelista; Neque ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis: sed ex Deo nati sunt, hoc est ex patre. Hic autem ipse dicitur eos generare, vt vnam patris, & filij operationem intelligas. *Hæc locus est eius Iesus, & abijt, & abscondit se ab eū.* Qui nunc absconditur? Neque enim lapides conera ipsum tulerant, neque blasphemauerant, vt superius: quare ergo se abscondit? Qui cor hominis intrat, norat eorum animos exasperari, etiam si nihil dicerent: norat feruentes, & ad eadem

Ex Ffem. in Iuan.

Esai. 53.

Psal. 16.

dem promptos, neque expectauit, dum rem aggrederentur, sed absconditur, vt eorum placaret inuidiam. Considera quomodo id signat Euangelista. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum. Quænam tanta? Ea prætermisit Euangelista, vt ex sequentibus constaret: etenim cùm discessisset, & rursum rediret, iterum placidè eos alloquitur. *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me.* Vide quid facit: incipit ab humilibus, & cōfugiat ad patrem, & iterū tollit sermonem suum: & cùm eos efferari intelligit, discedit, & redit rursum, & rursum ab humilibus orditur, & vbi hoc, vbi illud fecit considera à principio. Sicut audio, iudico: inde altius, Sicut pater suscitauit mortuos, & viuificauit, sic & filius, quos vult viuificat. & iterum; Ego nō iudico vos, alius est qui iudicat: inde discedit, & prodit in Galilæam. Operamini, inquit, non escam, quæ perit: Et cùm de se magna locutus esset; quod de cælo descenderat, quod vitam æternam daret: iterum abiit, & reuertitur ad scenopægia. Hoc idem frequenter facientem videre possumus: ita doctrinam suam variat, presentia, absentia, humilibus, magnificisque sermonibus: quod & hic facit.

Supr. 5. Ibidem.

Ibid. 8. Ibid. 6.

S. AVGVST. EPISCOPI

Flipponen. in superius Euang.

Homilia 1.

Cogitauerunt autem principes sacerdotū vt & Lazarum, &c. O stulta cogitatio, & cæca seuitia! quando Lazaro inferre batis necem, nūquid a superbis domino potestatem? Si aliud vobis videtur mortuus, aliud occisus, ecce dominus vtrumque fecit, & Lazarum mortuum, & seipsum suscitauit occisum.

Ex Tract. 50. in Iuan.

EIVSDEM IN IDEM

Homil. 2.

Posteaquam dominus quattuoriduum mortuū resuscitauit, stupentibus Iudæis, & aliis eorum videndo credentibus, aliis inuidèdo pereuntibus propter odorem bonum, qui est aliis ad vitam, aliis ad mortem, posteaquam discubuit in domo cum recumbente Lazaro, qui fuerat mortuus resuscitatus, post vnguentum effusum super pedes eius, vnde domus odore impleta est, posteaquam vanam seuitiam, & stultissimum & dementissimum scelus Iudæi etiam de occidendo Lazaro corde perditio conceperant, de quibus omnibus vt potuimus, quod dominus dedit, superioribus sermonibus locuti sumus: nunc intendat charitas vestra, ante domini passionem quantus fructus apparuerit prædicationis eius, & quantus grex ouium ex his quæ perierant domus Israel, vocem pastoris audierit: sic enim loquitur Euangelium, quod modo cum recitaretur, audistis. *In crastinum autem turbæ multa que venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Hierosolimam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant, Osanna, benedictus qui venit in nomine domini, rex Israel.* Rami palmarum laudes sunt, significantes victoriam, quia erat dominus mortem moriendo, luperturus, & trophæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Vox autem obsecra-

Tract. 51. in Iuan.

1. Cor. 2.

Supr. 1.

tis est, *osanna*: sicut nonnulli dicunt, qui Hebræam linguam nouerunt, magis affectum indicans, quàm rem aliquam significans; sicut sunt in lingua Latina quas interiectiones vocant: velut cum dolentes dicimus, heu: vel cū delectamur, vah dicimus: vel cum miramur dicimus, o rem magnam: tunc enim o nihil significat, nisi mirantis affectum. Quod ideo credendum est ita esse, quia neque Græcus, neque Latinus: hoc interpretari potuit, sicut illud: *Qui dixerit fratri suo racha: nam & hæc interiectio esse perhibetur, affectū indignationis ostendens.* *Benedictus, autem, qui venit in nomine domini, rex Israel:* sic potius accipiendum est, vt in nomine domini, in nomine Dei patris intelligatur, quatinus possit intelligi etiam in nomine suo, quia & ipse dominus est: vnde & alibi scriptū est, *Pluit dominus à domino.* Sed verba eius melius nostrū dirigunt intellectu, qui ait, *Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me: alius veniet in nomine suo, hūc suscipietis.* Humilitatis enim magister est Christus, qui humiliari semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autē crucis. Non itaque omisit diuinitatem, quando nos docet humilitatem: in illa est patri æqualis, in hac nobis similis. Per quod patri est æqualis, nos vt essemus creauit: per quod nobis est similis, ne periremus redemit. Has ei laudes turba dicebat, *Osanna, benedictus qui venit in nomine domini, rex Israel.* Quam crucem mentis inuidētia principum Iudæorum perpeti potuerat, quando regem suum Christum tanta multitudo clamabat? Sed quid fuit domino regem esse Israel? Quid magnum fuit regi seculorum, regem fieri hominum? Non enim rex Israel Christus ad exigendum tributum, vel exercitum ferro armandum, hostesque visibiliter debellandos: sed rex Israel quod mentes regat, quod in æternum consulat, quod in regnum cælorum credentes, sperantes, amantesque perducatur. *Dei ergo filius æqualis patri, verbum per quod facta sunt omnia, quod rex esse voluit Israel, dignatio est, non promotio, miserationis indicium est, nō potestatis argumentum.* Qui enim appellatur est in terra rex Iudæorum, in cælis est dominus angelorum. *Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum.* Hic breuiter dictum est: nam quem admodum sit factum, apud alios euangelistas plenissime legitur. A dhibetur autem huic factō propheticum testimonium, vt appareret quod maligni principes Iudæorum eum non intelligebant, in quo implebantur quæ legebant. Inuenit ergo Iesus asellum, & sedit super eum. *Sicut scriptum est: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ.* In illo ergo populo erat filia Sion, ipsa est Hierusalem quæ Sion: in illo, inquam, populo reprobo, & cæco erat tamen filia Sion cui diceretur, *Noli timere, ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ.* Hæc filia Sion, cui diuinitus ista dicuntur, in illis erat omnibus, quæ vocem pastoris audiebant: in illa erat multitudinē, quæ dominum venientem tanta deuotione laudabat, tanto agmine deducebat. Ei dictum est, noli timere, illum agnosce qui à te laudatur, & noli trepidare cum patitur, quia ille sanguis funditur, per quem tuum delictum deleatur, & vita reddatur. Sed pullum asinæ in quo nemo fēderat: hoc enim apud alios euangelistas inuenitur, intelligimus populū gentium, qui legem domini non acceperat. A sinam verd, quia vtrumque iumentum domi-

Math. 5.

Iuan. 5.

Philip. 2.

Math. 21. Marc. 11. Luc. 19.

Zach. 9.

mino adductum est, plebem eius, quæ veniebat ex populo Israel, non indomitam plant, sed quæ præsepe domini agnovit. *Hæc non cognoverunt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est Iesus.* Id est, quando virtutem suæ resurrectionis ostendit. *Tunc recordati sunt, quia hæc scripta erant de eo, & hæc fecerunt ei.* Id est, non alia fecerunt ei quàm illa quæ erant scripta de eo. Recordantes quippe secundum scripturam, quæ ante passionem domini completa sunt, ibi & hoc inuenerunt, quod secundum eloquia Prophetarum in pullo asinæ sederet. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocavit de monumento, & suscitavit eum à mortuis, propterea & obviavit venit ei turba, quia audierunt eum hoc fecisse signum. *Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abiit.* Turba turbavit turbam. Quid autem invides cæca turba; quia post eum vadit mundus per quem factus est mundus? *Erant autem Gentiles quidam ex iis qui ascendunt, ut adorarent in die festo, &c.* Audiamus quid dominus ad ista responderit. Ecce volunt eum Iudæi occidere, Gentiles videre, sed etiam illi ex Iudæis erant, qui clamabāt; Benedictus, qui venit in nomine domini rex Israel; ecce illi ex circuncisione, illi ex præputio, velut duo parietes de diverso venientes, & in vnam fidem Christi pacis osculo concurrentes. Audiamus ergo vocem lapidis angularis. *Iesus autem, inquit, respondit eis dicens. Venit hora ut glorificetur filius hominū.* Hic quinquam forsitan putat ideo se dixisse glorificatum, quia Gentiles eum volebant videre, non ita est: sed videbat ipsos Gentiles post passionem & resurrectionem suam in omnibus gentibus credituros: quia sicut dicit Apostolus. *Cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret.* Ex occasione igitur istorū Gentilium, qui eum videre cupiebant, annunciat futuram plenitudinem gentium, & premitit iam iam; adesse horam glorificationis suæ: qua facta in cælis gentes fuerant credituræ: vnde prædictum est, *Exaltare super cælos, Deus, & super omnem terram gloria tua.* Hæc est gentium plenitudo, de qua dicit Apostolus: *Cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret.* Sed altitudinem glorificationis oportuit, ut præcederet humilitas passionis, ideo secutus adiunxit, *Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum afferet.* Se autem ipsum Iesus dicebat, ipse erat granum mortificandum & multiplicandum: mortificandum in infidelitate Iudæorum, multiplicandum in fide omnium populorum. Iam vero exhortans ad passionis suæ sedanda vestigia, *Qui amat, inquit, animam suam perdet eam.* Quod duobus modis intelligi potest, qui amat perdet: id est, si amat, perde: si cupis vitam tenere in Christo, noli timere mori pro Christo, it' alio modo, qui animam suam, perdet eam: noli amare ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita. Hoc autem quod posterius dixi, magis, habere videtur euangelicus sensus: sequitur enim, *Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Ergo quod supradictum est, qui amat, subintelligitur in hoc mundo, ipse itaque perdet: qui autem odit, utique in hoc mundo in vitam æternam ipse custodit eam. Magna & mira sententia, quemadmodum fit hominis in vi-

Rom. 11.

Phil. 107.

tam suam amor ut pereat, odium ne pereat: si male amaueris, tunc odisti, si bene oderis, tunc amasti. Felices qui oderunt custodiendo, ne perdat amando: sed vide ne tibi subrepat ut teipsum velis interimere, sic intelligendo quod debes odisse in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidam maligni atque peruersi hominēs, & in seipsis crudeliores & sceleratiores homicidæ, flammis se donant, a quis se præfocant, præcipitio se collidunt, & pereunt. Hoc Christus nō docuit, immo etiam diabolo præcipitium suggerenti respondit, *Redi retro satanas, scriptum est, non tentabis dominum Deum tuum.* Petro autem dixit, significans qua morte clarificaturus erat Deum, *Cum esses iunior, cingebas te & ambulabas quod volebas: cum autem senueris, alter te cinget, & feret quod tu non vis: vbi satis expressit, non a seipso, sed ab alio debere occidi, qui vestigia sequitur Christi.* Cum ergo causæ articulus venerit, ut hæc conditio præponatur, aut faciendū esse contra Dei præceptum, aut hæc vita emigrandum: quorum duorum homo si cogatur alterum eligere, comminate morte perferente, ibi eligat Deo dilecto emori, quàm offenso viuere: ibi oderit in hoc mundo animam suam, ut in vitam æternam custodiat eam. *Si quis mihi ministrat, me sequatur.* quid est, *me sequatur*, nisi me imitetur? Christus enim pro nobis passus est, ait Apostolus Petrus, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius. Ecce quod dictum est, *si quis mihi ministrat, me sequatur.* Quo fructu? quæ mercede? quo premio? *Et vbi sum, inquit, ego, illic & minister meus erit.* Gratis ametur, ut operis quo ministratur illi, precium sit esse cum illo: vbi enim bene erit sine illo, aut quando esse male poterit cum illo? Audi euidentius. *Et si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus.* Quo honore, nisi ut sit cū filio eius? Quod enim superius ait, *Vbi ego sum, illic & minister meus erit,* hoc intelligitur exposuisse cum dicit, *honorificabit eum pater meus.* Nam quem maiorem honorem accipere poterit adoptatus, quàm ut sit vbi est vnicus, nō æqualis factus diuinitatis, sed consociatus æternitate? Quid sit autem ministrare Christo, cui operi merces tanta proponitur, hoc potius debemus inquirere. Si enim hoc putauerimus esse Christo ministrare, ea, quæ sunt corpori necessaria præparare, aut cænatu cibum coquere vel apponere, vel poculum dare, potumque miscere, fecerunt hoc illi, qui potuerunt eum in corpore habere præsentem, sicut Martha, & Maria, quando & Lazarus vnus erat ex discipulis: sed eo modo Christo etiam Iudas perditus ministravit: nam & loculos ipse habebat: & quamvis ex eis quæ mittebantur sceleratissime furaretur, per illum tamen etiam necessaria parabantur. Hinc est illud quod cum ei diceret dominus, quod facis fac celerius, arbitrati sunt quidam, quod eum iusserit propter diem festum necessaria præparare, vel indigentibus aliquid dare. Nullo modo igitur de huiusmodi ministris diceret dominus, vbi sum ego, illic & minister meus erit: & si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus: quoniam Iudam talia ministrantem, reprobatum potius quàm honoratum videmus. Ut quid ergo alibi quærimus, quid sit ministrare Christo, & nō potius in istis ipsis verbis agnoscamus? Cum enim dixit, *Si quis mihi ministrat, me sequatur*, hoc intelligi voluit: ac si diceret,

Matth. 23.

Matth. 25.

Rom. 10.

Matth. 10.

1. Petr. 1.

* al. ministrantem.

1. Cor. 15. in 1. Cor.

Philipp.

ret, si quis me non sequitur, non mihi ministrat. Ministrant ergo Iesu Christo, qui non sua quærunt, sed quæ Iesu Christi: hoc est enim *me sequatur*, vias ambulet meas non suas: sicut alibi scriptum est, *Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ambulavit ille, & ipse ambulare.* Debet etiam si porrigit esurienti panem, de misericordia facere, non de iactantia; non aliud ibi quærere quàm opus bonum, nesciente sinistra quid faciat dextera, id est ut alienetur intentio cupiditatis ab opere charitatis. *Qui sic ministrat, Christo ministrat, recteque illi dicitur, Cum vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: nec tantum ea quæ ad misericordiam pertinent corporalem, sed omnia bona opera propter Christum facta: tunc enim erunt bona, quoniam finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Minister est Christi visque ad illud opus magne charitatis, quod est animam suam pro fratribus ponere, hoc est enim & pro Christo ponere, quia & hoc propter sua membra dicturus est, cum pro istis fecistis, pro me fecistis; de tali quippe opere etiam se ministrum facere & appellare dignatus est, vbi ait, Sicut filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare, & animam suam ponere pro multis: hinc est ergo vnusquisque minister Christi, vnde est & minister Christus. Sic ministratē Christo honorificabit pater eius honore illo magno, ut sit cum filio eius, ne vnquam deficiat felicitas eius. Cum ergo auditis fratres dominum dicentem, *Vbi ego sum, illic & minister meus erit*: nolite tantummodo bonis, Episcopos, & clericos cogitare, etiā vos pro modulo vestro ministrare Christo, bene viuēdo, eleemosynas faciendo, nomē doctrinamque eius quibus poteritis prædicando, ut vnusquisque etiam patrum familiaris hoc nomine agnoscat patrum affectum suæ familiæ se debere pro Christo & pro vita æterna, suos omnes adoneat, doceat, hortetur, eorripiat, impendat benevolentiam, exerceat disciplinam: in domo sua Ecclesiasticam & quodammodo Episcopalem implebit officium, ministrans Christo ut in æternum sit cum ipso: nam & illā maximam passionis ministrantem, multi ex vestro numero ministrorū. * multi non Episcopi neque clerici, iuvenes & virgines, sepe cum iunioribus, multi coniugati, & coniugatæ, multi patres, matresque familias Christo ministrantes, etiam animas suas in eius martyrio posuerunt, & honorificante patre coronas gloriosissimas receperunt.*

EIVSDEM IN IDEM

Homil. 2.

Postquam dominus Iesus Christus verbis lectionis hesternæ ministros suos ut seipsum sequerentur hortatus est, cum ita prædixisset passionem suam, quod nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum afferet: vbi excitavit eos, qui eum ad regnum cælorum sequi vellent, ut animam suam odissent in hoc mundo, si eam in vitam æternam custodire cogitarent, ad nostram rursus infirmitatē suam temperavit affectum, & ait, vnde lectio cepit hodierna. *Nunc anima mea turbata est.* Vnde turbata est, domine, anima tua? Nempe paulo ante dixisti, *Qui odit ani-*

am suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ergo ne anima tua, quia in hoc mundo amatur, ideo turbatur veniente hora, qua ex hoc mundo egrediaris? Quis hoc de anima domini audeat affirmare? Sed nos in se transtulit, nos in se suscepit, caput nostrum membrorum suorum suscepit affectum; & ideo ab aliquo non est turbatum: sed sicut de illo dictum est, cum Lazarum suscitaret, turbavit semetipsum. Oportebat enim ut vnus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, sicut nos excitavit ad summam, ita nobis compateretur ad infimam: audi superius dicentem, Venit hora ut glorificetur filius hominis, si mortificatum fuerit granum, multum fructum afferet. Audio, qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Nec permittit tantummodo mirari, sed iubet imitari: deinde sequētibz verbis, *Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, ibi & minister meus erit*, mundum contemnere accendor, & in conspectu meo nihil est vilius vitæ huius. * Totus quantumlibet fuerit prolixus vapor præsentis vitæ præ amore æternorum temporalia mihi cuncta vilescunt. Et rursus ipsum dominum meum, qui me illis verbis ab infirmitate mea rapuit ad infirmitatem suam, audio dicentem. *Nunc anima tua turbata est.* Quid est hoc? Quomodo sequi iubes animam meam, si turbari video animam tuam? quomodo sufferam, quod graue tanta firmitas sentit? Quale fundamentum quæram, si petra succumbit? Sed video mihi audire in cogitatione mea respondentem mihi dominum meum, & quodammodo dicentem, magis sequeris: quia sic me interpono, audisti te vocem fortitudinis meæ; audi in me vocem infirmitatis tuæ, vires suggero, ut curras, nec reprimō quod acceleras, sed transfero in me quod trepidas, & subterno quod transeas. O domine, mediator Deus supra nos; homo propter nos, agnosco misericordiam tuam: nam quod tu tantus tuæ charitatis voluntate turbatis, multos in corpore tuo, qui suæ infirmitatis necessitate turbantur, ne desperando pereant consolaris. Denique homo, qui sequi vult, audiat quæ sequatur. Accessit forte hora terribilis, proponitur optio, aut faciendæ iniquitatis, aut subeundæ passionis, turbatur anima infirma; propter quam sponte turbata est anima inuicta: præpone tuæ voluntati voluntatem Dei. Attende enim quid deinde subiungat creator tuus, & magister tuus, qui te fecit, & ut te doceret factus est & ipse quod fecit: homo enim factus est, qui hominem fecit, sed Deus incommutabilis mansit, & hominem in melius commutavit. Audi ergo quid deinde subiungat, cum hæc dixisset, *Nunc anima mea turbata est. Ex quid dicam, inquit, pater saluifica me ex hac hora, sed propterea veni in hanc horam, pater clarifica nomē tuum.* Docuit te quid cogites, docuit quid dicas, quem intuoces, in quo speres, cuius voluntatem certam, atque diuinam tuæ voluntati humanæ, infirmæque præponas. Non ideo tibi videatur ex alio deficiere, quia te vult ab imo proficere: nam & tentari dignatus est à diabolo, à quo utique si nollet non tentaretur, quemadmodum si nollet non pateretur. Et ea respondit diabolo, quæ tu in tentationibus debeas respondere: & ille quidem tentatus est, sed non periclitatus, ut doceret te in tentatione periclitantem tentatori respondere, & post tentatorem non ire, sed de periculo tentationis exire. Sicut

1. Cor. 11.

* Gratulorum more genitium posuit pro ablativo. Sicut maiora horum fuerit. al. in conspectu meo nihil est vilius vitæ huius totum quatumlibet fuerit prolixus, præ amore, &c.

Matth. 26. autem

Matth. 26. autem hic dixit, Nunc anima mea turbata est, ita etiam ubi dicit, Tristis est anima mea usque ad mortem; & pater si fieri potest transeat a me calix iste, ostendit hominis suscepti infirmitatem, ut doceat sic contristatum & conturbatum quod sequitur dicere; verumtamen non quod ego volo, sed quod tu vis, pater. Sic enim homo ab humanis in diuina dirigitur, cum voluntati humane voluntas diuina preponitur. Quid est autem; *Clarifica tuum nomen*: nisi in sua passione; & resurrectione; Quid est ergo aliud, nisi ut pater clarificet filium, qui clarificat suum nomen etiam in similibus passionibus seruorum suorum? unde scriptum est de Petro, quod ideo de illo dixerat dominus. Alter te cinget, & feret quod tu non vis: quia significare voluit, qua morte clarificaturus esset Deum; ergo & in illo Deus clarificabat nomen suum, quia sic etiam in membris suis clarificat Christum. *Venit ergo vox de celo, & clarificauit, & iterum clarificabo. Et clarificauit*, antequam faceret mundum, & iterum clarificabo, cum resurget a mortuis, & ascendet in celum. Et aliter intelligi potest, & clarificauit, cum de virgine natus est, cum virtutes operatus est, cum celo indice per stellam a Magis adoratus est, cum a sanctis spiritu sancto plenis agnitus est, cum descendente spiritu in specie columbe declaratus, cum voce de celo sonante monstratus, cum in monte transfiguratus, cum miracula multa fecit, cum multos sanauit atque mundauit, cum de paucissimis panibus tantam multitudinem panis, cum ventris & fluctibus imperauit, cum mortuos suscitauit. *Et iterum clarificabo*, cum resurget a mortuis, cum mors ei ultra non dominabitur, cum exaltabitur super caelos Deus, & super omnem terram gloria eius. *Turba ergo que stabat & audierat, dicebat zontorum factum esse: alij dicebant, angelus eilocusus est.* Respondit Iesus & dixit, *Non propter me hac vox venit, sed propter vos.* Hic ostendit illa voce non sibi indicatum, quod iam sciebat, sed eis quibus indicari oportebat. Sicut autem illa vox non propter eum, sed propter alios diuinitate facta est: sic anima eius non propter eum, sed propter alios voluntate turbata est. Attende cetera. *Nunc, inquit, iudicium est mundi.* Quid ergo expectandum est in fine seculi? Sed in fine quod expectatur iudicium, erit iudiciorum viuorum & mortuorum, iudicium erit pramiorum, poenarumque aeternarum. Quale ergo nunc iudicium est? Iam in superioribus lectionibus, quantum potui, commoni charitatem vestram, dici etiam iudicium non damnationis, sed discretionis, unde scriptum est, *Iudica me, Deus & discernere causam meam de gente non sancta.* Multa autem sunt iudicia Dei: unde dicitur in Psalmo, *Iudicia tua abyssus multa.* Dicit etiam Apostolus, *O altitudo diuiciarum sapientiae, & scientiae Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius!* ex quibus iudiciis etiam hoc est, quod hic ait dominus, *Nunc iudicium est mundi*, seruato illo iudicio in fine, ubi nouissime viui & mortui iudicandi sunt. Possidebat ergo diabolus genus humanum, & reos suppliciorum, tenebat chirographo peccatorum dominabatur in cordibus infidelium ad creaturam colendam deserto creatore, deceptos captiuosque pertraherebat: per Christi autem fidem, que morte eius, & resurrectione firmata est, per eius sanguinem, qui in remissionem suffus est peccatorum, milia credentium a dominio liberantur diaboli. Christi corporis copu-

Joan. 21.

Psal. 14.

Psal. 35.

Rom. 11.

lantur, & sub tanto capite vno eius spiritu fidelia membra vegetantur, hoc vocabat iudicium, hanc discretionem, hanc a suis redemptis diaboli expulsiōem. Denique attende quid dicat: quasi quereremus quid esset quod ait, *Nunc iudicium est mundi*, secutus exposuit, ait enim, *Nunc princeps huius eicitur foras.* Audiuimus quale dixerit esse iudicium: non ergo illud quod in fine venturum est, ubi viui & mortui iudicandi sunt, aliis ad dexteram, aliis ad sinistra separatis, sed iudicium quo princeps huius mundi eicitur foras. Quomodo ergo intus erat, & quo eum eiciendum dixit foras? Nunquid nam in mundo erat? & extra mundum missus est foras? Si enim de illo iudicio diceret quod in fine venturum est, posset aliquis opinari ignem aeternum, quod mittendus est diabolus & angeli eius, & omnes qui sunt ex parte eius non natura, sed vitio: non quia creauit, aut genuit, sed quia persuasit, & tenuit. Posset ergo aliquis opinari illum ignem aeternum extra mundum esse, & hoc esse dictum, *eicitur foras*: quod vero ait, *Nunc iudicium est mundi*, & exponens, quid dixerit, *Nunc, inquit, princeps huius mundi eicitur foras*: hoc intelligendum est quod nunc fit, non quod tantum post, futurum est enim nouissimo die. Prauidebat ergo dominus quod sciebat, post passionem, & glorificationem suam per vniuersum mundum multos populos credituros, in quorum cordibus diabolus intus erat, cui quando ex fide renuicent, eicitur foras: sed dicit aliquis, Nunquid de cordibus Patriarcharum, & Prophetarum, veterumque iustorum non eiectus est foras? Eiectus est plane. Quomodo ergo dictum est, *nunc eicitur foras*? quomodo putamus nisi quia tunc quod in hominibus paucissimis factum est, nunc in multis, magnisque populis iam mox futurum esse predictum est? Sic & illud quod dictum est, Spiritus autem nondum erat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus, potest similem habere quaestionem, & similem solutionem: non enim sine spiritu sancto futura praenunciauerunt Prophetae: aut non etiam dominum infantem in Spiritu sancto Symeon senex, & Anna vidua cognouerunt, & Zacharias, & Helizabet, qui de illo nondum nato, sed iam concepto tanta per spiritum sanctum praedixerunt. Sed spiritus nondum erat datus, id est, illa abundantia gratiae spiritualis, qua congregati linguis omnium loquerentur, ac sic in linguis omnium gentium futura praenunciaretur Ecclesia, qua gratia spirituali populi congregarentur; qua longe, lateque peccata dimitterentur, & milia milium Deo reconciliarentur. Quid ergo ait, quipiam, quia diabolus de credentium cordibus eicitur foras? Iam fidelium neminem tentare imo vero tentare non cessat. Sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare; nam & munitionem ciuitatem aliquando hostis oppugnat, nec expugnat. Et si aliqua tela eius missa perueniunt, admonet apostolus unde non laedat, commemorat Ioricam, & scutum fidei. Et si aliquando vulnerat, adest qui sanat, quia sicut pugnantibus dictum est, *Hac scribo vobis, ut non peccetis: ita qui vulnerantur, quod sequitur audiunt; & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio peccatorum nostrorum.* Quid enim oramus, cum dicimus, *Dimitte nobis debita nostra, nisi ut vulnera nostra sanentur?* Et quid aliud petimus cum dicimus,

Psal. 124.

1. Cor. 5.

** al. ad*

2. Thess. 3.

Luc. 21.

Luc. 21.

2. Thess. 3.

1. Ioan. 2.

Matth. 6.

dicimus, Ne nos inferas in tetrationem: nisi ut ille qui insidiatur, vel certat extrinsecus, nulla irrupat ex parte, nulla nos fraude, nulla nos possit virtute superare! Quae stabat tamē aduersum nos erigat machinas, quicquid non tenet locū cordis, ubi fides habitat, eiectus est foras, Sed nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilabit, qui custodit eam. Nolite ergo de vobis ipsi praesumere, si non vultis foras eiectum diabolum iterum reuocare. Absit autem ut diabolus mundi principem ita dictū existimemus, ut eum caelo, & terra dominari posse credamus, sed mundus appellatur in malis hominibus, qui toto orbe terrarum diffusi sunt, sicut appellatur domus in his, a quibus habitat, secundum quod dicimus, bona domus est, vel mala domus est, non quando reprehendimus siue laudamus aedificium parietum, atque rectorum, sed quando mores vel bonorum hominum, vel malorum: sic ergo dictum est, *Princeps huius mundi*, id est, princeps malorum omnium qui habitant in mundo. Appellatur etiam mundus in bonis, qui similiter toto terrarum orbe diffusi sunt: unde dicit Apostolus, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi: hi sunt ex quorum cordibus princeps huius mundi eicitur foras. Cum ergo dixisset, *Nunc princeps huius mundi eicitur foras.* Et ego, inquit, *si exaltatus fuero a terra, omnia traham post me.* Supra dixit dominus, ut audistis, cum Euangelium legeretur, omnia traham post me: quia omnia, nisi ex quibus ille eicitur foras: Non autē dixit omnes, sed omnia: non enim omnium est fides. Non itaque hoc ad vniuersitatem hominum retulit, sed ad creaturam integritatem, id est, spiritum, & animam & corpus, & illud quo intelligimus, & illud quo viuimus, & illud quo visibiles & contraetabiles sumus: qui enim dixit, *Capillus capitis vestri non peribit, omnia trahit post se.* Aut si omnia, ipsi homines intelligendi sunt: omnia praedestinata ad salutem possumus dicere, ex quibus omnibus ait nihil esse periturum, cum supra de suis omnibus loqueretur. Aut certe omnia hominum genera, siue in linguis omnibus, siue in aetatibus omnibus, siue in gradibus bonorum omnibus, siue in diuersitatibus ingeniorum omnibus, siue in artium licitarum, & vitium professionibus omnibus, & quicquid aliud dici potest secundum innumerabiles differentias, quibus inter se praeter sola peccata homines distant ab excelsissimis usque ad humillimos, a rege usque ad mendicum, omnia, inquit, *traham post me, ut sum caput eorum, & illi membra mea.* Sed si exaltatus, inquit, fuero a terra, hoc est, cum exaltatus fuero: non enim dubitat futurum esse, quod venit implere. Hoc refertur ad illud quod superius ait. Si autem mortuum fuerit granum, multum fructum afferet: nam exaltationem suam quid aliud dixit quam in cruce passionem? quod & ipse euangelista non tacuit: subiunxit etenim & ait, *Hoc autem dicebat, significans quae morte esset mortuus. Respondit ei turba.* Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in aeternum, & quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Memoriter tenuerunt quod dominus dicebat assidue se esse filium hominis: nam hoc loco non ait, si exaltatus fuerit a terra filius hominis, sed superius dixerat, quod hesternae die lectum, atque tractatum est, quando nūciati sunt Gentiles illi, qui cum videre cupiebant, venit hora ut glorificetur

filii hominis. Hoc itaque isti animo retinentes, & quod nunc ait, *Cum exaltatus fuero a terra*: mortem crucis intelligentes, quaesierunt ab illo & dixerunt, *Nos audiuimus ex lege quia Christus manet in aeternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis?* Si enim Christus est, inquit, manet in aeternum, quomodo exaltabitur a terra? id est, quomodo crucis passione morietur? Hoc enim eum dixisse intelligebant quod facere cogitabant, non ergo eis verborum istorum obscuritatem aperuit infusa sapientia, sed stimolata conscientia. Dixit ergo eis Iesus, *Adhuc modicum lumen in vobis est.* Hinc ergo est quod intelligitis, quia Christus manet in aeternum. *Ergo ambulante dum lucem habetis, ut non tenebrae vos comprehendant.* Ambulate, accedite, totum intelligite, & moriturum Christum, & victurum in aeternum, & sanguinem futurum quod redimat, & ascensurum in sublimia, quod perducet: tenebrae autem vos comprehendent, si eo modo credideritis Christi aeternitatem, ut negetis in eo mortis humilitatem. *Et qui ambulat in tenebris, nescit quid vadat.* Sic potest offendere in lapidem offensionis, & petram scandali, quod fuit dominus cecis Iudaeis, sicut credentibus lapsis, quem reprobaerunt aedificantes, factus est in caput anguli. Hinc dignati sunt credere in Christum, quia eorum impietas contempsit mortuum, risit occisum. Et ipsa erat mors grani multiplicandi, & exaltatio trahētis post se omnia. *Dum lucem, inquit, habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis.* Cum aliquid veri auditum habetis, credite in veritatem, ut renascamini in veritatem. *Hac locutus est Iesus, & abiit & abscondit se ab eis.* Non ab eis qui credere & diligere coeperant, non ab eis qui cum ramis palmarum, & laudibus obuiam venerant, sed ab eis qui videbant, & inuidebant: quia nec videbant sed in lapidem illum caecitate offendeabant. Cum autem abscondit se Iesus ab eis, qui eum occidere cupiebant, quod saepe propter obliuionem commouendi estis, nostrae infirmitati consuluit, non suae potestati derogauit.

1. Pet. 2.

Psal. 117.

EIVSDEM IN IDEM
Homilia 2.

Modo, fratres charissimi, cum diuina lectio legeretur, audiimus dominum dicentem, *10. Hom. 10. Qui amat animam suam, perdet illam.* Huic sententiae quasi contrarium videtur esse quod ait Apostolus, *Nemo vnquam carnem suam odio habuit.* Si ergo nemo est, qui carnem suam oderit, quanto magis nemo est, qui odit animam suam? Multum quippe anima carni praepollitur, quia ipsa est habitatrix, caro habitaculum. Et anima dominatur, caro autem seruit. Anima superior est, caro subiecta est. Si ergo nemo vnquam carnem suam odio habuit, qui est qui animam suam oderit? Propter hoc non paruum quaestionem nobis intulit praesens Euangelica lectio, ubi audiimus, *Qui amat animam suam perdet illam.* Periculosum est homini animam amare ne perdat. Sed si propterea periculosum est ut amet animam tuam ne pereat anima tua ideo non debes illam amare, quia non vis illam perire. Si autem non vis illam perire, amas *Bibl. Hom. tom. 2. Fff* illam.

Serm. 37. lib.

10. Hom.

Joan. 12.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

illam. Quid est hoc, si amo, perdo? Ergo non amem, ne perdam. Sed quia timeo perdere, ideo nō amo, utique eo quod timeo. Dicit & alibi dominus, Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Ecce quia sic est amanda anima, ut lucro totius mundi præferatur, & tamē obseruet, qui animam amat, quia si amat, perdet illam. Non vis perdere eam, noli illam amare. Sed si non vis eam perdere, non potes eam non amare. Sunt ergo qui peruerse animam suam amant, & hoc vult Dei sermo corrigere, non ut oderint animam suam, sed ut recte diligant. Male enim diligendo perdunt eam, & fit quiddam magnum quasi preposterum & contrarium. Sed ita tamen fit, ut, si diligas eam peruerse, perdas illam. Si oderis illam recte, conserues illam. Est ergo quidam peruersus amor eius, & quoddam rectum odium eius. Sed amor peruersus ab odio, odium rectum ab amore est. Quis est peruersus amor? Quando diligis animam tuam iniquitatibus, audi quia ab odio venit amor iste peruersus. Qui autem diligit, iniquitatem, odit animam suam. Odium autem rectum videt, quia ab amore venit. Ibi dominus secutus ait, Qui autem odit animam suam in hoc seculo, in vitam æternam inueniet eam. Vtique quod vis inuenire in vitam æternam multum amas. Quod amas ad tempus quid proderit? Aut subdueris illi, aut subducitur tibi. Cū fueris tu subactus perit ipse amor, cum fuerit illud subtrahendum, perit quod amasti. Vbi ergo aut amator perit, aut quod amatur, non est amandum. Sed quid est amandum? Quod nobiscum potest esse in æternum. Sed si vis animam tuam in æternum habere saluam, oderis eam ad tempus. Ergo odium rectum ab amore venit, peruersus amor ab odio venit. Quis igitur modus diligendi animam? Putatis martyres non amare animas suas? Videris certe modo, si cuius vita præsentis seculi periclitetur, quo modo amici eius currunt pro ea, quo modo curritur ad Ecclesiam, rogatur Episcopus, ut intermitat si quas habet actiones, currat, festinet. Quare? Pro anima. Et omnes cōtemiscunt, omnibus cæteris rebus intermissis, festinandū esse decernunt. Omnis festinatio laudatur, omnis tardatio accusatur. Quare? Pro anima. Quid est pro anima? Ne moriatur homo. Nō nouerāt martyres amare animas suas, & tamē hoc est pro anima ne moriatur homo. Mors hominis iniquitas est. Si curris pro hac vita cētum millia, quorū millia debes currere pro vita æterna? Si festinas lucrati dies paucos, & ipsos incertos. Hodie enim homo à morte liberatus, nescit vtrum cras moriatur: tamē si sic curritur propter lucrum paucorum dierum, quia & vsque in senectū pauci dies sunt, quo modo currendum est pro vita æterna? Amor ergo peruersus animæ abundat, amor autem rectus valde paucorum est. Nam sicut nemo est, qui non diligit animam suam, sic nemo est, qui nō amet carnem suam. Vnde fieri potest ut & verum sit quod ait Apostolus, Nemo vnquam carnem suam odio habuit, & anima non ametur? Discamus ergo fratres amare animas nostras. Omnis voluptas seculi transitoria est. Est amor vtilis, est amor noxius, amor amore impeditur, amor noxius recedat, & amor vtilis succedat. Sed quia homines nolunt illinc recedere, idēo in illos non potest aliud introire: ut nō capiant, pleni sunt, fundant,

Math. 16.

Psal. 10.

1 Cor. 13.

Genes.

Math.

Psal. 10.

& capiunt. Pleni enim sunt amore voluptatum carnalium, pleni sunt amore vitæ præsentis, pleni sunt amore auri & argenti, possessionum seculi huius. Quia ergo pleni sunt, sic sunt quo modo vasa. Vis ut intret mel vnde acetum nonquid fundisti? Funde quod habes ut capias, quod non habes. Ideo prima renunciatio est huic seculo, & deinde conuersio ad Deum. Qui renunciat fundit, qui conuertitur impletur, sed si non fiat corpore solo, sed & corde. Quæritur autem fratres, quo modo crescat iste amor. Habet enim initia sua, habet augmenta sua, habet perfectionē suam. Et debemus nosse quis cæperit, ut eum augmento cohortemur: quis nec cæperit ut eum quod incipiat moneamus: quis & cæperit & creuerit, ut eum ad perfectionem incitemus. Primò illud attendat charitas vestra, amores omnes & dilectiones prius sunt in hominibus de se, & sic de alia re quam diligunt. Si diligis aurum, prius te diligis & sic aurum, quia si tu mortuus fueris, nullus erit qui aurū possideat. Ergo dilectio vnicuique à se incipit, & non potest nisi à se incipere, & nemo mouetur ut se diligat. Hoc enim non solum inest hominibus, sed & pecoribus. Videtis enim, fratres, quemadmodum non tantū ingentes bestię & magna animalia, ut sunt boues aut camelii, vel elephāti, sed & muscæ, sed & vermiculi minimi quo modo nolunt mori, & diligunt se. Omnia animalia mortem fugiunt. Ergo diligunt se, custodire se volunt, alia velocitate, alia latebris, alia resistentia, & repugnādo. Omnia tamen animalia pro vita sua pugnant, mori nolunt, custodire se volunt. Amant ergo se, incipit & aliud amari. Sed quid est ipsum aliud? Quicquid amaueris, aut hoc est quod tu, aut inferius te est, aut superius te est. Si inferius te est, quod amas, ad consolandum ama, ad tractandum ama, ad vten- dum ama, non ad illigandum. Verbi gratia, aurum amas, noli te illigare auro, quanto meliores quā a aurum. Aurum enim terra est fulgens, tu autem ut illuminaberis à domino, in imaginem Dei factus es. Cum sit autem creatura Dei, non tamen fecit Deus aurum ad imaginem suam, sed te. Ergo posuit sub te aurum. Amor ergo iste contempnendus est. Ad vsum assumenda sunt ista, non eis vinculo amoris quasi glutino hærendum est. Non facias tibi membra, quæ cum cæperint præcidi, dolebis, atque cruciaberis. Quid ergo? Assurge ab isto amore quo amas inferiora quā tu es, incipe amare paria, id est, quod tu es. Sed quid multis opus est? Si volueris breuiter poteris. Quo ordine autem verum amorem & veram charitatē habere possimus, ipse dominus dixit nobis in Evangelio euidenter ostēdens, sic enim ait, Dilige dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum. Primum ergo dilige Deum, deinde teipsum, post hæc dilige proximum tuum sicut teipsum. Prius tamen discere amare teipsum, sic dilige proximum tuum sicut teipsum. Nam si teipsum non nosti amare, quo modo proximum poteris in veritate diligere? Putant enim nonnulli homines legitimo ordine se amare, quando res alienas rapiunt, quando se inebriant, quando libidini seruiunt, quando per diuersas calumnias iniusta lucra conquirunt. Isti tales audiant scripturam dicentem, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Si ergo amando

iniqui

iniquitatem, teipsum non solum non diligis, sed etiam odio habes, quo modo aut Deum aut proximum diligere poteris? Si ergo vis veram charitatis ordinem custodire, fac iustitiam, dilige misericordiam, fuge luxuriam, incipe secundum præceptum domini non solum amicos, sed etiā inimicos diligere. Et hæc cum fideliter custodire toto corde contenderis, istis virtutibus quasi quibusdam gradibus poteris ascendere, ut merearis Deum toto animo, & tota virtute diligere. Et cum ad istam felicem perfectionem veneris omnes concupiscentias istius mundi tanquam sterora computabis. Et cū Propheta poteris dicere, Mihi autem adhærere Deo bonum est.

Psal. 72.

EIVSDEM IN IDEM

Euang. Homil. 4.

Citat Beda ad Rom. 8. 1. Corin. 2.

Psal. 110. de diuersis.

* al. igitur.

Illa Euāgelica tuba quando ait Dominus; Qui amat animam suam, perdet illam; & qui perdidit illam propter me, inueniet eam, accessi sunt martyres, & vicerunt: quia non de se, sed de Domino præsumperunt. Qui amat animam suam, perdet illam. Quibus modis intelligi potest, quod dictum est; Qui amat animam suam, perdet illam. Si amas illam, perdis eam. Et alio modo. Noli amare, ne perdas. Prior modus istum habet sensum. Si amas, perde illam. Si amas ergo illam, si amas, perde illam. Hic femina illam, & in caros metes illam. Agricola triticum si non perdit in femine: Non amat in messe. Alius modus sic habet. Noli amare illam, ne perdas illam. Videntur sibi amare animas suas, qui timent mori. Animas suas martyres si sic amassent, sine dubio perdidissent. Quid enim prodesse tenere animam in hac vita, & perdere in futura? Quid prodesse tenere animam in terra, & perdere in celo? Et quid est ipsum tenere? Quædiu tenere? Quod tenes, perit à te: si perdis, inuenis in te. Ecce tenuerunt animas suas martyres. Et quomodo essent martyres, si semper tenuissent? Sed ecce si tenuissent, nunquid vsque in hodiernum vixissent? Si negando Christum suas in hac vita animas tenuissent, nonne olim ex hac vita transissent, & animas vtiq; perdidissent? Sed, quia Christum non negauerunt: transierunt de hoc mundo ad patrem. Quæsierunt Christum, consistendo: tenuerunt, moriendo. Magno lucro perdidit animas suas: senum peridentes, coronam promerentes. Coronam inquam promerentes, & vitam sine fine tenentes. Fit denique, inò factum est in eis, quod Dominus subsequenter adiunxit; Et qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Qui perdidit, inquit, propter me. Tota causa ibi est. Qui perdidit nō quomodo cumque, non qualibet causa sed propter me. Illi enim in prophetia iam dixerunt martyres: Propter te mortificamur tota die. Propterea martyrem non facit pœna, sed causa. Quando dominus passus est, tres cruces causa disceruit. Inter duos latrones crucifixus erat. Hinc & inde facinorosi confixi, in medio ipse. Et tanquam illud tribunal esset, insultantem damnauit, confidentem coronauit. Quid faciet iudicaturus, si hoc potuit iudicatus? Iam ergo discernebat cruces.

Psal. 4.

Iam si pœna interrogaretur: similis erat Christus latronibus. Sed si interroget quis crucem, quare crucifixus est Christus? responderet nobis; Propter nos. Dicant ergo isti & martyres: Et nos mortui sumus propter te: Ipse propter nos, nos autem propter illum. Sed ipse propter nos, ut conferret nobis beneficium: nos autem propter illum, non ad impartendum illi beneficium. Proinde nobis in vtroque consultum est. Et quod manat ex illo venit ad nos: & quo fit propter illum redit ad nos. Ipse est enim, de quod dicit anima, quæ letatur in Domino. Dixi Domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. Quid est enim bonorum meorum, nisi à te datorum? Et quomodo eger aliquo bono, à quo datur omne bonum? Dedit nobis naturam, ut essemus: dedit animam, ut vueremus. Dedit mentem, ut intelligeremus: dedit alimenta, ut mortalem vitam sustineremus: Dedit lucem de celo, dedit fontes de terra. Sed hæc omnia communia dona sunt bonorum & malorum. Si hæc dedit & malis: nihil ergo proprium seruat bonis? Seruat planè, Et quid est illud quod seruat bonis? Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quod enim in cor hominis ascendit, infra cor hominis erat. Ideo in cor hominis ascendit: quia supra illud est cor, quo ascendit. Quod seruat bonis, cor illuc ascendit. Non quod ascendit in cor tuum: sed quo ascendit cor tuum, hoc tibi seruat Deus. Noli surdus audire, sursum cor. Quod ergo oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: oculus non vidit, quia non est color: auris non audiuit, quia non est sonus: nec in cor ascendit, quia non est terrena cogitatio. Sic intelligite? Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: quæ præparauit Deus diligentibus se. Adhuc quid hoc sit queris? Illam interroga, qui cæpit in vobis habitare. Dico tamen & ego, quod inde sentio. Hoc enim vos queritis quid Deus proprium seruat bonis: si tanta largitur malis & bonis. Et cū dicerem; Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, non desunt qui dicant, Putas quid est? Ecce quid est quod seruat Deus solis bonis, quos tamen ipse fecerit bonos: ecce quid est. Breuiter premium nostrum diffinitum est per prophetam, Ero illorum Deus: & ipsi erunt mihi plebs. Ero illorum Deus. Præmium nobis seipsum promisit. Quære aliud si inuenieris melius. Si dicerem, promisit aurum, gauderes: Se promisit, & tristis es? Si diues Deum non habet, quid habet? Nolite aliquid à Deo querere, nisi Deū. Gratis amare, se solum ab illo desiderare. Nolite timere inopiā. Dat seipsum nobis, & sufficit nobis. Philippū Apostolum audite in Evangelio. Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Quid ergo miramini, fratres, si amatores Dei martyres tanta pertulerunt, ut acquirerent Deū. Amatores auri videte quanta patientur? Hyemalibus asperitatibus se nauigando committunt, Sic seruet avaritia, ut nulla formident frigora. Iactantur ventis, suspenduntur & deprimentur fluctibus. Ineffabilibus periculis vsque ad mortem agitantur. Dicant & ipsi auro: Propter te mortificamur tota die. Dicant martyres Christo: Propter te mortificamur tota die. Vox quidem est similis: sed causa est valde dissimilis. Ecce vtrique dixerunt, isti Christo: illi auro, Bibl. Hom. tom. 2. F ff 2 Propter

Psal. 115.

1 Cor. 2. 9.

Leuitic. 26. 1. Cor. 6.

Propter te mortificamur tota die. Respondeat Christus suis martyribus; Si moriemini pro me: & vos inuenietis & me. Respondeat autem aurum auaris: Si naufragaueritis pro me: & vos perdetis & me. Amantes ergo & imitantes, non inaniter amantes, sed amantes & imitantes, dies martyrum celebremus, & æstus istos nostros, gaudiorum refrigerio mitigemus. Cum illis enim sine fine regnabimus; si eos fideliter & non inaniter diligamus.

S. GAUDENTII EPISCOPI Brixienfis in superius Euang. Hom.

Post illam Dei patris vocem, qua glorificatum filium rursus glorificandum dixerat ubi saluator locutus est ad circũstantes turbas, quod proxime differimus huius testimonium vocis, non sui causa honoris, sed nostræ fidei instruendæ gratia fuisse delatum; Quid statim subsequens idem dominus adiecerit, textus huius, quæ modo decursa est. Indicat euangelicæ lectionis. Nunc, inquit, iudicium est huius mundi. Considerandum puto fratres charissimi, eiusmodi dixerit, tunc imminere iudicium, si de futuro iudicio, quo per ignem iudicabitur hic mundus sentiri voluisset, non dixisset, nunc est, sed dixisset, nunc erit: verum quia de præsentis loquebatur iudicio, intueri conuenit quod fuerit illud præsens mundi iudicium. Nunquid in primo aduentu suo. Christus mundum iudicasse existimabatur, quem potius saluasse cognoscitur, sicut ipse testatus est, dicens; Non enim misit Deus filium suum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum: Et in euangelio B. Lucæ legitur, cum quidam vicus Samaritæ noluisset suscipere saluatorem, indigne ferentes Apostoli Iacobus, & Ioannes dixerunt ad eum: domine vis dicamus, ut ignis descendat de celo super eos & consumat eos, sicut Helias fecit? At illè indignatus prohibuit. O ira misericors! Quid est ergo quod ait, nunc iudicium est huius mundi? Iudicium, fratres, duplici ratione potest intelligi. Nam & decernentis sententia iudicium dicitur, & supplicium patientis dicitur pœna: iudiciũ alterum agentis est, alterum patientis; Iudex facit iudicium, reus subit, id est, patitur iudicium. Mũdum vero cum dicit scriptura, aut facere aut pati iudicium: Non elementorum irrationabilium naturas indicat, sed accolas mũdi significat: sicuti domus Israel dicitur, & non parietes, vel tecta, sed homines Israclitæ monstrantur. Ergo dominatur omnium Christus post inuisionem sacræ virginis partum, post adorata munifico Magorum cultu curabile, post multiplicem doctrinã cælestis eloquij, post variarum curarationum medelas imperio verbi potentis effectas? post istud præsens testimonium Patris, cum esset iã proximus passioni, sic ait: Nunc iudicium est huius mundi, tanquam si diceret: Nunc, nunc est huius mundi iudicium, vtrum credere eligat post passionem volũtariam virtute propria resurgenti, vt ex fide saluetur, an cum Iudæis negandum iudicet eum iudicem, qui negaturus erit proprios negatores, dicens ad illos, Nescio vos, discedite à me in igne æternum, operarij iniquitatis. Siue magis, & ita sentiendũ auctoritate coheretis eloquij vtilius approbamus.

Joan. 3.

Luce 13.

Nunc iudicium est huius mundi, id est, appropinquauit hora, vt mũdi creatorem ac iudicem, mũdus iudicet iudicandus. Similiter nanque in euangelio Lucæ loquitur ad pontifices & presbyteros, & stratos, magistratus templi, qui ad eum comprehendendum venerat, quasi ad latronem existis cum gladiis, & fustibus, cum quotidie vobiscum fuerim in templo, & non extendistis manus super me. Sed hæc est, inquit, vestra hora, & potestas tenebrarum; Potestas tenebrarum, potestas quippe huius mũdi est, vel hominũ mundanorum, qui in tenebris perfidiæ constituti, lumen nolunt aspicere veritatis, & quia Deus hominibus agendi quodcumque velint liberum permittit arbitrium, exercet in Christum sacrilegam potestatem. In de Pilato dicitur, potestatem habeo crucifigendi te, & potestatem habeo dimittere te, dominus ita respondit. Non haberes potestatem, nisi data tibi esset desuper. Deniq; vt ostēderet dominus istud quod dixerat, mundi iudicium passionem suam esse, ita copulauit dicens, nunc iudicium est huius mundi, nunc huius mundi princeps mittetur desuper, siue, expelletur foras, vt in Græcis exēplaribus legimus. Erat enim passio Christi, expugnatio futura diaboli: vnde sanctus propheta Dauid ad eius personam loquitur. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cū iudicaris, licet hic versus, & alio sensu possit intelligi, huic tamen fatis cõgruit. Nam dominus Iesus in passione sua iudicatur & vincit, moritur & triumphat. Diabolus autem cur Princeps huius mundi dicitur aduertit, Diabolus huius mundi princeps vsurpatione dicitur, non natura; Etenim seducens humanum genus, vt derelicto Deo ipsum fatanam per simulacra, colerent manu facta, principatum violenter tenuit, & exercuit tyrannidem in tantum, vt ad uenientem verum Principem suum non recognosceret mundus; ipsius quippe diaboli præstigijs obsecratus. Nam in hoc mundo erat Christus, vt euangelista testatur, & mundus per ipsum factus est, & mundus cum non cognouit. In propria venit, & sui non receperunt eum; Passus est ergo dominus se huius mundi iudicio iudicari, ad hunc hostem generis humani præcipitandum siue expellendum, quia vtrunque vnum esse dignoscitur, & qua ratione vnum percipit. Non in planis atque humilibus habitabat diabolus, ubi pulsus ad aliũ locum credatur absque casu suo trãssire potuisse, sed cum de sublimitate cælesti expellitur, vtrique deorsum præcipitatur, significanter planè in Græco positũ est, ἐβλήθη ἔξω, id est, eiicitur, siue expelletur foras, vt etiam de animis credentium iam cælestibus, tanquam de cælis nosceretur esse pellendus, vt scilicet expulso eo, Christus dominus regnaret in nobis, Quapropter adiecit: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Et exaltandum se à terra indubitanter crucis patibulo indicabat, sic interloquentis Euangelistæ sermo declarat. Hoc autem dicebat, significans, qua morte esset moriturus. Ego cum exaltatus fuero à terra, inquit, omnia traham ad me ipsum, videlicet, quod eleuatus in crucem omne seculum ad suã fidem vocaturus esset. Sed quod ait, omnia traham ad me ipsum, & non omnes, illud significari existimo, quod omnia creaturarum genera, quæ idolis, vel immolabantur, vel dedicabantur, Christus ad suam benedictionem reuocanda promiserit, suoque nomini cõsecranda: Necessè

Luce 23.

Psal. 50.

Joan. 1.

Philipp. 2. Necessè est enim, iuxta sententiã Pauli apostoli, vt ipsi confiteantur omnis lingua & subditus fiat omnis mundus Deo, Deo nepe huic, qui ascendit super cælum cælorum, ad orientem, vt Psalmista ait, Huic Deo, qui ascendit in altum, captiuum duxit captiuitatem. Cauendum planè nobis, fratres charissimi, ne victoriam Christi, qua diabolus triumphauit, de captiuitate eius nos redimens suo sanguine precioso, & auferens ei humani generis principatum, vestro vitio irritam faciamus: Illius tyrannidi, per illecebras carnis eius crudeli iterum regno nos subiicientes in contumeliam redemptoris. Vnde merito cõqueratur increpans, & exprobrans. Quæ utilitas in sanguine meo sine causa meus pro vobis sanguis effusus est, si ita vos geritis. Ita conuersimini, ne auctor cupiditatum malarum diabolus, iterum principetur in vobis, spolia festanti detraxisse victoris, prædo superbus insultas. Nam dixit inimicus: persequens comprehendam, partiar spolia, replebo animam meam, interficiam gladio meo, dominabitur manus mea. Hac de causa nos adhortatur beatissimus Paulus Apostolus, dicens; Non ergo regnet peccatum in carne vestra mortali: neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis uiuete: Et alibi iterum: Idcirco enim Christus & vixit, & mortuus est, & resurrexit, vt & viuorum, & mortuorum dominetur vtrique, vt qui viuunt iam, non sibi viuant, sed illi, qui pro eis mortuus est, sed & resurrexit. Talibus ergo, fratres, instrumentis edocti, omnem nostram vitam Christi seruitio mancipemus, cuius regnum cum Patre, & cum spiritu sancto permanet in omnia secula, Amen.

Psal. 29.

Exod. 15.

Rom. 6.

Rom. 14.

BEDAE VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Ex comment. in loco.

Cogitauerunt autem principes sacerdotũ vt & Lazarum interficerent, &c. O cæca cæcorum verberia, occidere velle suscitatum, quasi non posset suscitare occisum, qui poterat defactum, & qui dem se vtrunque posse docuit, qui & Lazarum defunctum, & seipsum suscitauit occisum. Postquam dominus quatuoriduum mortuum suscitauit, stupentibus Iudæis, & aliis eorum in videntem credentibus, aliis inuidendo peruentibus, & discubuit in domo Iesus, recumbente quoque Lazaro, qui fuerat à mortuis suscitatus post vnguentum diffusum super pedes eius, vnde domus odore cõplera est, de quibus in superioribus, quantum potuimus, tractauimus: nunc videndum est, quid aut domini passionem gestum est. Dicit enim Euangelista; in crastinum autem turba multa, qua conuenerat ad diem festum, &c. Rami palmarum, laudes sunt significantes victoriam, quia erat dominus mortẽ moriendo superaturus, & trophæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Hofanna benedictus qui venit in nomine domini. Notandum sane, quod hofanna verbum hebraicũ compositum est ex duobus, corrupto, & integro. Salua namque siue saluifica apud eos dicitur hosi: anna vero interiectio est deprecantis, quomodo apud Latinos interiectio est dolentis heu, & interiectio admiratis papæ. Denique in Psalmo vbi Ixx. interpretes translulerunt; O domine, saluum me

fac, in Hebræo scriptum est, hofanna anna adonai, quod interpretes noster Hieronymus diligentius elucidans ita translulit, Obsecro domine salua, obsecro. eandem namque significationem habet ipsum verbũ obsecrationis. Hofanna itaque salua, obsecro significat, consumpta litera vel vocali, quæ verbum prius terminat cum perfecte dicitur hosi, per virtutem literæ vocalis aleph, à qua verbum sequens incipit anna: quod meriti in versibus scandendis sýnalæphen vocant, quanuis illi scriptam literam scandentes transiliant, in hoc autem verbo hofanna iod litera nec saltẽ scribatur, sed sensu loquentium saluo funditus intermitatur. Benedictus qui venit in nomine domini Rex Israel, sic accipiendum est, vt in nomine domini Dei patris intelligatur: quamuis possit intelligi etiam in nomine suo, & quia & ipse dominus est. Vnde alibi scriptum est; Pluit dominus à domino: Verba eius melius nostrum dirigunt intellectum, qui ait; Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me: alius veniet in nomine suo, hunc suscipietis. Humilitatis enim magister est Christus, qui humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Non itaque amittit diuinitatem, quando nos docet humilitatem. In illa patri est æqualis, in hac nobis similis. Per quod patri est æqualis, nos vt essemus creauit. Per quod nobis est similis, ne periremus redemit. Has ei laudes turba dicebat; Hofanna, benedictus, qui venit in nomine domini Rex Israel. Quam vocem mentis inuidia principes Iudæorum perpeti non poterant, quando Regem suum Christum tanta multitudo clamabat. Sed quid fuit domino regem esse Israel? Qui magnum fuit regi seculorum, regem fieri hominum? Non enim rex Israel est Christus ad exigendum tributum, vel ferro exercitum armandum, hostesque debellandos, sed rex Israel, quod mentem regat, quod in æternum consulat, quod in regnum cælorum credentes, sperantes, amantẽque perducatur. Dei ergo filius æqualis patri verbum, per quod facta sunt omnia, quod rex esse voluit Israel, dignatio est, non promotio, miseracionis indicium est, non potestatis argumentum. Qui enim appellatus est rex Iudæorum, in cælis est dominus angelorum. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum. Hic breuiter dictum est, nam quemadmodum sit factum apud alios euangelistas plenissime legitur. Adhibetur autem huic facto propheticum testimonium, vt appareret quod magni principes Iudæorum eum non intelligebant, in quo implebatur quod legebat. Inuenit ergo Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est, Noli timere filia Sion, &c. Hæc filia Sion, cui diuinitus ista dicuntur, in illis erat ouibus, quæ vocem pastoris audiebãt. In illa erat multitudo, quæ dominum venientem tanta deuotione laudabat, tãto agmine deducebat: ei dictum est; Noli timere, illum agnosce, qui à te laudatur, & noli trepidare, cum loquitur, quia ille sanguis fundetur, per quem tuũ delictum deleatur, & vita redimatur. Sed pullum asinæ in quo nemo federat, (hoc enim apud alios euangelistas inuenitur) intellige populum gentium, qui legem domini nõ acceperat: asinam vero (quia vtrũque iumentum domino adductum est) plebem eam, quæ veniebat ex populo Israel, non indomita tamen, sed quæ preseppe domini agnouit. Hæc non cognouerũt discipuli eius primum, sed quãdo glorificatus est, Bibl. Hom. tom. 1. F ff 3 (id est,

Psal. 118.

Joan. 5.

(id est, quādo virtutē suā resurrectionis ostendit) tunc recordati sunt, quia haec erant scripta de eo. Recolentes quippe secundum scripturam, quae ante passionem, vel in domini passione completa sunt, ibi & hoc inuenerunt, vt secundum eloquia prophetarum in pullo afinæ sederet. *Pharisaei ergo dixerunt ad semetipsos; Videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abijt.* Turba turbauit turbā. Quid autem inuides, cæca turba, quia post eum vadit mundus, per quem factus est mundus? *Andreas rursus, & Philippus dicunt Iesu.* Videamus quid dominus ad ista responderit, Ecce voluerunt eū Iudæi occidere, Gentiles videre. Sed etiā illi ex Iudæis erant, qui clamabant; *Benedictus qui venit in nomine domini rex Israel.* Ecce illi ex circūcisione, isti ex preputio, velut pariter de diuerso venientes, & in vnā Christi fidē pacis osculo cōcurrentes. Audiamus ergo vocē lapidis angularis. *Iesus autē, inquit, respondit eis dicens, Venit hora vt clarificetur filius hominis.* Hic quicquam forsitan putet ideo se dixisse glorificatum, quia gentiles eum volebant videre. Nō ita est, sed videbat ipsos gentiles post passionem, & resurrectionem suam in omnibus gentibus credituros; quia, sicut dicit Apostolus; Cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret. Ex occasione igitur istorum gentium, qui eum videre cupiebant, annunciat futuram plenitudinem gentium, & promittit iam iamque adesse horam glorificationis suæ, qua facta in cælis, gentes fuerant credituræ. Vide prædictum est; *Exaltare super cælos, Deus, & super omnem terram gloria tua.* Hæc est gentium plenitudo, de qua dicit Apostolus, Cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret. Sed altitudinem glorificationis oportuit, vt præcederet humilitas passionis. Ideo secutus adiunxit; *Amē amen dico vobis; Nisi granū frumenti, &c.* Se autem dicebat ipsum esse mortificandum, & multiplicandum. mortificandum infidelitate Iudæorum, multiplicandum fide omnium populorum. Iam verò exhortans ad passionis suæ sectanda vestigia, *Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam.* Quod duobus modis intelligi potest, qui amat, perdet id est, si amat, perde. si cupis vitam tenere in Christo, noli timere mori pro Christo. Itē alio modo, qui amat animam suam, perdet eam: noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita. Hæc autem quod posterius dixi, magis habere videtur euangelicus sensus. Sequitur enim, *Et qui odit animam suam in hoc mundo, &c.* Ergo, quod supra dictum est, qui amat, subintelligitur, in hoc mundo, ipse vtique perdet. qui autem odit, vtique in hoc mundo, in vitam æternam ipse custodit eam. Magna & mira sententia, quemadmodum sit hominis in animā suam amor, vt pereat, odium ne pereat. Si male amaueris, tunc odisti. si bene oderis, tunc amasti. Felices, qui oderunt custodiendo, ne perdat amando. Hic animæ nomine vita præfens designatur, vel etiam huius vitæ delectatio, quæ perdenda est, vt feliciter inuenias voluntatem tuam in regno Dei, quam fortiter viciisti in hoc seculo, nam sancti martyres odio habuerunt hanc præsentem vitam pro Christi nomine, dum magis vulerunt hanc præsentem vitam perdere, quàm Christum negare, implentes quod sequitur; *Si quis mihi ministrat, me sequatur.* Quid est, me sequatur, nisi, me imitetur? Christus enim pro nobis passus est, ait Apostolus Petrus, relinquens nobis exemplum, vt sequamur

Rom. 11.

Psal. 56.

Rom. 11.

1. Pet. 2.

vestigia eius. Ecce quod dictum est; *Si quis mihi ministrat, me sequatur.* Quo fructu, qua mercede, quo præmio? *Et vbi sum, inquit, ego, illic & ministri mei erunt.* Merces est amoris, & operis pretium quo ministratur Christo, esse cum illo, cui ministratur. Vbi enim bene erit sine illo? aut quomodo male esse poterit cum illo? Audi euidentiis, *Et si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus.* Quo honore, nisi vt sit cum filio eius? Quod enim superius ait; *Vbi ego sum, illic & minister meus erit;* hoc intelligitur expoluisse cum dicit; *Honorificabit eum pater meus.* Nam quem maiorem honorem accipere poterit adoptatus, quàm vt vbi est vnicus, non æqualis factus diuinitati, sed consociatus aternitati? Quid sit autem ministrare Christo, cui operi merces tanta promittitur, considerandum est. *Si quis mihi ministrat, me sequatur:* hoc intelligi voluit, ac si diceret; Si quis me non sequitur, nō mihi ministrat. Ministrant ergo Iesu Christo, qui non sua quærant, sed quæ Iesu Christi. hoc enim est, me sequatur, vias ambulet meas, non suas, sicut alibi scriptum est: *Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.* Etiam si portigē esurienti panem, debet misericordia facere, non de iactantia, non aliud ibi quærere quam opus bonum, nesciente sinistra, quid faciat dextera, id est, vt alienetur intentio cupiditatis ab opere charitatis. Illi dicitur; Cum vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Nec ea tantum, quæ ad misericordiam pertinent corporalem, sed omnia opera propter Christum faciens, tunc erunt bona, quoniam finis legis Christus ad iustitiam omni credenti, Credens, minister est Christi vsque ad illius opus magnæ charitatis, quod est animam suam pro fratribus ponere. hoc est enim & pro Christo ponere, quia & hoc propter sua membra dicitur est; Cum pro istis fecisti, pro me fecisti. De tali quippe opere etiam se ministrum facere, & appellare dignatus est, vbi ait; Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam ponere pro multis. Hinc est ergo vnusquisque minister Christi, vnde est minister Christus. Sic ministrantem Christo honorificat pater eius honore illo magno, vt sit cum filio eius, nec vnquam deficiat fides eius. Communiter verò de omnibus ait; *Si quis mihi ministrat.* Omnis enim, quicumque bene agit, Christo ministrat. Vnde vnusquisque pro modulo suo ministrat Christo, bene viuendo, eleemosynas faciendo, nomen, doctrinamque eius, quibus potuerit, prædicando. Qui verò bene viuentes exhortatur vt permaneant in bene viuendo, ministrat Christo. Qui verò humiliter admonenti se obedit, ministrat Christo: & qui fideliter in hoc seculo ministrat Christo, feliciter in futuro seculo regnat cum Christo. Cum dominus Iesus prædixisset in grano sinapis passionem suam, & suos hortaretur ministros, vt sequerentur eum, ad nostram rursus infirmitatem suam temperauit affectum, & ait, *Nunc anima mea turbata est.* Vnde turbata est, domine Iesu, anima tua? Nunquid non ideo animam accepisti, & hominem perfectum, vt patereris in eo? Video te, domine, nostram infirmitatem in te trāsferre, & in te causam suscipere nostram. Ideo turbatus es, quia voluisti: sicut natus fuisti, quia voluisti: nam paulo ante de te dictū est, vbi Lazarum suscitasti; turbauit semetipsum, nam his verbis ab infirmitate nostra rapuit nos ad firmitatē suam

1. Ioan. 1.

Math. 26.

Rom. 10.

Math. 1.

Math. 2.

Math. 3.

Math. 17.

Math. 14.

Luc. 9.

Ioan. 11.

Rom. 6.

Psal. 56.

suam

suam. Vox est enim fortitudinis domini, vbi ait, *Veni hora vt clarificetur filius hominis.* Vox est infirmitatis nostræ, dum ait, *Nunc anima mea turbata est.* O domine mediator Deus supra nos, homo propter nos, agnosco misericordiam tuā. Nam quod tu tantus tuæ charitatis voluntate turbaris, multos in corpore tuo, qui suæ infirmitatis necessitate turbantur, ne desperando pereant, consolaris. Audi ergo o miles Christi quid deinde subiūgat. Cum dixisset, *Nunc anima mea turbata est, Et quid dicam;* inquit, *Pater saluifica me ex hac hora, &c.* Docuit te quid cogites, docuit quid dicas, quem inuoces, in quo speres, cuius volūtatem certam, atque diuinam tuæ voluntati humanæ, infirmæque præponas. Non ideo tibi videatur ex alto deficere, quia te vult ab imo prospicere. Nam & tentari dignatus est à diabolo, à quo vtique, si nollet, nō tentaretur. & ea respondit diabolo, quæ tu in tentationibus debes respondere, & ille quidem tentatus est, sed nō periclitatus, vt doceret te in tentatione periclitantem tentatori respondere, & post tentatorē non ire, sed de periculo tentationis exire. Sicut autē hic dixit; *Nunc anima mea turbata est,* ita etiam ibi dicit, *Tristis est anima mea vsque ad mortem, & Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste.* Hominis suscepit infirmitatem, vt doceat sic contristatum, & contritum, quod sequitur dicere; *Vt non quod ego volo, sed quod tu vis, pater.* Sic enim homo ad humanis in diuina dirigitur, cum voluntati humanæ voluntas diuina præponitur. Quid est autem; *Clarifica tuum nomen,* nisi in sua passione, & resurrectione? Quid est ergo aliud, nisi vt pater clarificet filium, qui clarificat nomen suum etiam in similibus passionibus seruatorum suorum? *Veni ergo vox de celo, Et clarificauit, & iterum clarificabo.* Et clarificauit antequam facerem mundum: & iterum clarificabo resurgente à mortuis, & ascendente in cælum. Et aliter intelligi potest, *Et clarificauit,* cum de virgine natus est, cum de celo per iudicem stellam à Magis adoratus est, cum à sanctis sancto spiritu plenius agnitus est, cum descendente spiritu in specie columbæ, declaratus, cum voce de celo sonante monstratus, cum in monte transfiguratus, cum miracula multa fecit, cum multos sanauit, atque mundauit, cum de paucissimis panibus tantam multitudinem paut, cum ventis, & fluctibus imperauit, cum mortuos suscitauit. *Et iterum clarificabo,* cum resurget à mortuis, cum mors ei ultra non dominabitur, cum exaltabitur super cælos Deus, & super omnem terram gloria eius. *Turba ergo quæ stabat, & audiebat, dicebat, &c.* Hic ostendit, illa voce non sibi indicatum, quod iā sciebat, sed eis, quibus indicari oportebat. Sicut autem illa vox non propter eum, sed propter illos diuinitas facta est, sic anima eius non propter eū, sed propter alios voluntate turbata est. *Nunc iudicium est mundi.* Non enim de futuro iudicio hoc dictū esse putamus, quod in fine mundi futurum est, vbi boni, & mali separabuntur æterna diuisione, sed de iudicio, quod quotidie in sancta Dei ecclesia solet esse. Possidebat ergo diabolus genus humanum, & reos suppliciorum tenebat chirographo peccatorum. dominabatur in cordibus infidelium, ad creaturam colendā deserendo creatore deceptos, captiuosque trahebat. Per Christi autem fidem, quæ morte eius, & resurrectione firmata est, per eius sanguinem, qui in remissione fusus est pec-

Math. 4.

Math. 26.

Math. 26.

Math. 1.

Math. 2.

Math. 3.

Math. 17.

Math. 14.

Luc. 9.

Ioan. 11.

Rom. 6.

Psal. 56.

catorum, millia credentium à dominatu diaboli liberantur, Christi corpori copulatur, & sub tanto capite pino eius spiritu fidelia membra vegetantur. Hoc vocabatur iudicium, hæc discretio, hanc à suis redemptis diaboli expulsiōnem. Denique attende quid dicat, quasi quæreremus quid esset quod ait; *Nunc iudicium est mundi,* secutus exposuit. ait enim; *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Audiuius quale dixerit esse iudicium. non ergo illud, quod in fine venturum est, vbi viui, & mortui iudicandi sunt, aliis ad sinistram, aliis ad dexteram separatis: sed iudicium, quo princeps huius mundi eiicietur foras. Quomodo ergo intus erat? quo cum dixit eiiciendum foras? *Nunc,* inquit, *princeps huius mundi eiicietur foras.* hoc intelligendum est, quod nunc fit, non quod tantum post futurum esse in nouissimo die prævidebat. Ergo dominus quod sciebat post passionem, & glorificationem suam per vnuerfum mundum multos populos credituros, in quorum cordibus diabolus intus erat, cui quādo ex fide renunciatur, eiicitur foras, dicit; *Nunc princeps mundi huius eiicietur foras.* Sed dicit aliquis, Nunquid de cordibus patriarcharum, & prophetarū, veterumque iustorum non est eiectus foras? Eiectus est planē. Quomodo ergo dictū est, *nunc eiicietur foras?* Quomodo putamus, nisi quia tunc quod in hominibus paucissimis factum est, nunc in multis, magnisque populis iam futurum esse prædictum est? sicut illud quod dictum est, Spiritus autem nondum erat datus, quia I E S V S nondum erat glorificatus, potest similem habere quæstionem, & similem solutionem. Non enim sine spiritu sancto futura prænnunciauerunt prophetae, aut non etiam dominū infantem in spiritu sancto Simeon fenex, & Anna vidua cognouerunt, & Zacharias, & Elizabeth, qui de illo nondum nato, sed iam concepto tanta per spiritum sanctum prædixerunt: sed, spiritus nondum erat datus, id est, illa abundantia gratiæ spiritualis, qua cōgregati linguis omnium loquerentur, ac sic in linguis omnium gentium futura prænnunciaretur ecclesia: qua gratia spiritali populi congregarentur: qua longe lateque peccata dimitterentur, & millia millium deo reconciliarentur. Quid ergo, ait quispiam, quia diabolus è credentium cordibus eiicitur foras, iam fidelium neminem tentat? Immo vero tentare non cessat: sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare. Aliud est vulnerare, aliud occidere. Sed si vulnerat, adesse qui sanat: quia sicut pugnātibz dictum est; Hæc scribo vobis, vt non peccetis: ita vt vulnerantur, quod sequitur audiunt; Et si peccaueritis, aduocatū habemus ad patrem I E S V M C H R I S T V M iustum, & ipse est propitiatio peccatorum nostrorum. Quid enim oramus cum dicimus, Et ne nos inferas in tentationem; nisi, ne ille, qui insidiatur, vel certe extrinsecus nulla irumpat ex parte, vel nulla nos fraude decipiat, nullis nos subuertat machinis. Quando non tenet locum cordis, vbi fides habitat, eiectus est foras. Sed nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilat, qui custodit eam. Nolite ergo de vobis ipsis præsumere, si nō vultis foras eiectum diabolum, intrò iterum reuocare. Absit autem, vt diabolus mundi principem ita dictū existimemus, vt eum

Ioan. 7.

1. Pet. 1.

Luc. 2.

Luc. 1.

1. Ioan. 2.

Math. 6.

Psal. 126.

cælo, & terræ dominari posse credamus: sed mundus appellatur in malis hominibus, qui toto terrarum orbe diffusi sunt, sicut appellatur domus in iis, à quibus inhabitatur, secundum quod dicimus, bona domus est, vel mala domus est: non quando reprehēdimus siue laudamus ædificium parietū atque tectorū, sed ipsos mores vel bonorum hominum, vel malorū. Sic ergo dictum est, *Princeps huius mundi*, id est princeps malorū hominum, qui habitant in mundo. Appellatur etiam mundus in bonis, qui similiter toto terrarum orbe diffusi sunt. inde dicit Apostolus; Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. hi sunt ex quorum cordibus princeps mundi eicietur foras. Cum ergo dixisset; *Nunc princeps huius mundi eicietur foras*: *Et ego*, inquit, *si exaltatus fuero à terra*. &c. *Quæ omnia?* nisi ex quibus ille eicitur foras. Non autem dixit omnes, sed, *omnia*. non enim omnium est fides. Non itaque hoc ad vniuersitatem hominum retulit, sed ad creaturæ integritatem, id est spiritum, & animam, & corpus, & illud quod intelligimus, & illud, quod videmus, & illud, quod visibiles, & contrectabiles sumus. Qui enim dixit; *Capillus capitis vestri non peribit*, omnia trahit post se. Aut si omnia ipsi homines intelligendi sunt, omnia prædestinata ad salutem possumus dicere, ex quibus omnibus ait nihil esse periturum, cum supra de suis ouibus loqueretur. Aut certe omnia hominum genera, siue in linguis, siue in gradibus honorum omnium, siue in diuersitatibus ingeniorum omnibus, siue in artium licitarum, & vitium professionibus omnibus, & quicquid aliud dici potest secundum innumerabiles differentias, quibus inter se per sola peccata homines distant ab excellentissimis vsque ad humillimos, à rege vsque ad mendicum. *Omnia*, inquit, *in abam post me* ut sit caput eorum, & illa membra eius. *sed si exaltatus fuero*, inquit, *in terra*, hoc est, cum exaltatus fuero. non enim dubitat futurum esse, quod venit implere, hoc referatur ad illud, quod superius ait; *si granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit*, & ipsum solum manet. *Si autem mortuum fuerit granum, multum fructum affert*. Nam exaltationem suam quid aliud dixit, quam in cruce passionem? quod & ipse Euangelista non tacuit. Subiunxit enim, & ait; *Hic autem dicebat significans quæ morte esset moriturus*. Respondit ei turba; *Nos audiuimus ex lege, & cetera*. *Quis iste?* Memoriter tenuerunt, quod dominus dicebat assidue filium hominis se esse. Nam hoc loco non ait, si exaltatus fuerit à terra filius hominis, sed sicut superius dixerat quando nunciati sunt gentiles illi, qui eum videre cupiebant. *Venit hora, ut glorificetur filius hominis*. Hoc itaque isti animo retinētes, & quod nūc ait; *Cum exaltatus fuero, à terra*, mortem crucis intelligentes, quæ fieret ab illo, & dixerunt, *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum*, &c. Si enim Christus est, inquit, manet in æternum: si manet in æternum, quomodo exaltabitur à terra? id est, quomodo crucis passione morietur? Hoc enim eum dixisse intelligebant, quod facere cogitabant. Non ergo eis verborum istorum obscuritatem aperuit infusa sapientia, sed stimulata conscientia. *Dixit ergo eū Iesus; Adhuc modicum lumen in vobis est*. Hinc est quod intelligitis quod Christus manet in æternum? *ergo ambulate dum lucem habetis*, &c. Ambulate, accedite, totū intelligite, & moriturum Chri-

stum, & victurum in æternum, & sanguinem futurum, quo redimat, & ascensurum in sublimia, quod perducatur. Tenebræ autem vos comprehendēt, si eo modo crederitis Christi æternitatem, ut negetis in eo mortis humilitatem. *Et qui ambulat in tenebris nescit quid vadat*. sic potest offendere in lapidem offensionis, & petram scandali, quod fuit dominus cæcis Iudæis, sicut credentibus lapidis, quem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli. Hinc designati sunt credere in Christum, quia eorum impietas cōtempnit mortuum, risit occisum, & ipsa erat mors grani multiplicandi, & exaltatio trahentis post se omnia. *Dum lucem habetis, credite in lucem*, ut *filii lucis sitis*. Cum aliquid veri auditum habetis, credite in veritate. Et considerandum quod non ait; Videte lucem, sed, *credite in lucem*, videndam post huius vitæ viam, se ipsum enim (ut dictum est) dicit lucem, in quam oportet credere: suam per hoc deitatem significans. *Hæc locutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis*. non ab eis, qui credere, & diligere cōperant, non ab eis, qui cum ramis palmarum, & laudibus obuiam venerant, sed ab eis, qui videbant, & inuidebant, quia nec videbant, sed in lapidem illum cæcati offendeant. Cum autem se abscondisset Iesus ab eis, qui illum occidere cupiebāt (quod sæpe propter obliuionem commouendi estis) nostræ infirmitati consuluit, non suæ potestati derogauit.

HAYMONIS EPISCOPI Halberst. superioris Euang. expositio.

Amen amen dico vobis: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, &c. Sensus istius lectionis ex superioribus domini verbis pendet. Nam scribit supra Iohannes euangelista quod veniens dominus Hierosolymam, occurrit ei turba multa cū foliis, & ramis palmarum, clamantes: hosanna. Benedictus, qui venit in nomine domini. Quæ non solum ex Iudaica plebe, verum ex gentilitate (sicut in eodem euangelio legitur) audita esse creditur. Audientes itaque Pharisei qui inuidebant ei, dixerunt ad semetipsos: Ecce totus mundus post eū abiit. Quorum venefica intus corda ait: Venit hora ut clarificetur filius hominis. Et post paululū subintulit. *Amen amen dico vobis: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c.* Granum frumenti corpus Christi humanum, quod ex virgine sumpsit, accipere possumus: quod dicebat sine dubio mortificandum, & multiplicandum. Mortificandum utique infidelitate Iudæorum, multiplicandum fide omnium populorum. Hic apertissime reprobatō Iudæorum, & collectio gētiū exprimitur, sicut & alibi, vbi dicitur: Nō est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Animaduertendum, quia exhortans multos ad passionis suæ sæctāda vestigia protinus subinfert. *Qui amat animam suam, perdet eam*. Animam in hoc loco vitam præsentem appellat, siue delectationem huius vitæ, sicut & alias dicit: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Pastor ecclesiæ ouibus suis debet impendere exteriora bona, id est, victum, & vestitū, deinde, si necesse sit, etiam ipsam animam ponere, sicut ipse dominus egit. Quod

Quod dicit: *Qui amat animam suam, perdet eam*. Duplicem habet intellectū, id est, si amas, perdes, quia non debes mori timere pro Christo, si velis vitam tenere cū eo. Vel aliter, *Qui amat animam suam, perdet eam*, hoc est, noli amare plus iusto in presenti seculo, ne perdas in futuro, sicut fecerūt multi, quos apostatas legitimus nominatos. *Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam*. Hæc & his familia adimplētes sancti Dei, videlicet maluerunt hanc vitam præsentem amittere, quam Christum negare. Possunt occidi, sed non possunt flecti in cælestibus à domino, lucidissimos accipiūt tropæos martyrii, & nō tam victores, quam amici Dei vocari dicente propheta. Nimis honorati sunt amici tui, Deus nimis confortatus est principibus eorum. Constitues eos principes super omnem terram. Attamen vide, ne tibi subrepat, quatenus te ipsum interimas. Propterea quod dicitur odisse animam tuam in hoc mūdo, voluit quidam maligni, & in scipsis crudeliores homicidæ, flammis se mittunt, aquis præfocant, præcipitio collidunt, & imitantēs patrē suum diabolum, qui de supernis lapsus est, non habens auctorem criminis. Quod fieri non debere, satis docet nos saluator cum dicit Petro: Quod sennensis, alius te cinget, & feret quod non vis. Vbi certissimè elucidat, qui vestigia Christi sequitur, non à seipso, sed ab alio debere occidi, velut occisi sunt apostoli, & apostolici viri. Necessè est vnicuique ut magis eligat dilecto Deo, mori carne, quam viuens offendat timore. *Si quis mihi ministrat, me sequatur*. Sequi est imitari. Sequimur Christum, quando eius sermones tota cordis intentione perficimus. Baptizatus, ut baptismi gratiā nobis conferret, iuxta quod Paul. ait: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quod dicit: *Si quis mihi ministrat, me sequatur*, tale est quod dicit: *Vias ambulat meas non suas*. Qui tūc verè Christo ministramus, si non nostra quæramus, sed ea, quæ sunt Iesu Christi secundum illud apostoli. Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ipse ambulauit, & ipse ambulare. Nam cum esuriēti das panem, ex meo debes facere, non de iactantia, ne dicatur tibi in iudicio. Recepisti mercedem tuam, id est, gloriam quæsitam. Non aliud ibi quæras nisi bonum opus, & nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Hi tales audituri sunt à domino. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, & nec tantummodo quæ ad me pertinent corporaliter, sed omnia opera bona propter Christum facias cognoscentes, quia Christus pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustus, ut nos offerret Deo. *Et vbi sum ego, illic & minister meus erit*. Dominus Iesus Christus, Deus & homo est. Deus per æternam sapientiam, homo per humanitatem assumptā. Ideo vnus, idēque omnia donans cum patre, dicit: Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra, quam possessionem suis promittit fidelibus & conueniēter, quia qui ministrat Christo, debet gloriari cum illo. Ergo quanta sit remuneratione, quis fructus, quæ retributio sequētia præmonstrant. *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui est in cælo*. Isto honore ditabuntur, qui Christo ministrant, de quo discipulis ait: Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Nam quem maiorem accipere poterit honorem ille, qui per gratiā adoptiuus est filius, nisi ut sit vbi est per naturam filius Dei,

non per æqualitatem, sed per coniūctionem deitatis, dicente Euang. Quotquot crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, Amen.

THEOPHYLACTI EPISCOPI Bulgar. superioris Euang. expositio.

Consultabant autem principes sacerdotum, vi & Lazarum, &c. Pharisei autē tam inhumani erāt, ut non solum Iesum, sed & Lazarum occidere cuperent, eo quod multis author salutis fieret, & miraculo suo ad fidem simpliciores adduceret. Ita apud illos crimen erat, si cui bene fieret: immo hoc male habebat eos, quod, instante die festo, omnes ad Bethaniam currerent, fierentque auditores miraculi, & spectatores eius, qui resurrexerat. *Postero die turba multa, quæ venerat ad diem festum, &c.* Quum secessisset paululum in soliditudinem dominus, ut resingeret furorē homicidarum, iterum libere accedit, & iterū comparat. Instabat enim nunc tempus passionis, & non ultra oportebat eum latere, sed dare se pro salute mundi. Vide autem cōsequentiā passionis. Suscitauit Lazarū, miraculo hoc maximo omnium ad finem referuato: ea propter multi cōfluebant, & credebant: credentibus multis maior nascebatur inuidia: inuidiam autem secuta sunt invidia, & mors, dicit enim, *Quum audissent turba, quod ueniret Iesus, occurrerunt ei cum gloria, propter miraculum Lazari maiorem illi impudentes honorem, quam homini puro debeatur*. Non enim ultra ut prophetā habebat illum. Quem enim prophetarum sic venerati sunt olim vnquam? Vnde & dicebāt, *Hosanna benedictus qui venit in nomine domini*. Ex his autem verbis colligimus primū quidem, quod Deus sit. *Nam hosanna interpretatur, salua obsecro: sicut & in centesimo septimo Psalmo à lxx. in Græcum versum est; vbi Hebraice habet, Hosanna*. Græcè dicitur, O domine, salua obsecro, Saluare obsecro. Saluare autem folius Dei est, & ad ipsum dictum est, Salua nos, domine Deus noster. Et ex omnibus locis collegit quis, quod salutē soli Deo scriptura tribuat. Igitur primum quidem hoc ostendunt, quod dicta Dauid de Christo, doceant quod Deus sit, deinde quod & proprie Deus. Nam, *qui venit*, inquit, non qui ducitur. nam hoc seruitutis est, illud autem potestatis. Dicendo vero, *in nomine domini*, istud ipsum docet, quod ipse verus sit Deus. non enim dicit eum venisse nomine serui, sed domini. Et insuper asserunt, quod non sit aduersarius Deo, sed in nomine patris venerit, sicut & ipse dominus inquit, *Ego veni in nomine patris mei: alius autem veniet in nomine suo*. Porro regem Israel appellauerunt eum, fortassis sensibile quoddam regnū imaginantes. expectabant enim ut surgeret rex maior supra quā fert humana natura, qui liberaret eos à Romanorum imperio: *Nactus autem Iesus asellam, sedit super eam, &c.* Quomodo alii quidem Euangelistæ dominum dicunt ad discipulos dixisse, Soluite, & adducite mihi: Iohannes autem hic nihil tale dicit, sed tantum inquit, *Nactus Iesus asellam, & cur hoc? Nunquid inter se dissident? Ceterum, quod illi dixerūt fufius, hic quodam compendio dicit. asellam enim à discipulis & adductam inuenit; & sedit super eam; & propterea etiam prophetiam impleuit Zachariæ, qui*

qui dixit; *Ne timeas, filia Sion, ecce rex tuus venit tibi sedens super pullum asinae.* Quia enim ut in plurimum reges Hierusalem iniusti, & avari fuerunt, dicit propheta, *Ne timeas, Sion,* nam rex de quo prae dico tibi, non talis est, sed mitis, & modestus, & nullam praese ferens arrogantiam: idque ostenditur ex eo quod insidens asino, venit. Non enim exercitum post se trahens ingressus est, sed asino vectus. Erat & futuri symbolum, quod ipse sederet super asina. Immundum enim animal hoc in lege, symbolum erat immundi Gethilium populi, super quo insedit Dei verbum Iesus, subiciens indomitum, & ineruditum illum quasi pullum, novum dico populum: & adduxit in Hierusalem veram, quam factus esset subditus ei. An non & eos, qui ex Gethibus congregantur in caelum dominus, factos sibi in populum, & obediētes eius praedicationi? Declarabant autem & palmam, quod fortis quidam, & quod videtur fuerit mortis, resuscitatio Lazaro. Palma enim in certaminibus datur victoribus. Fortassis autem significabant eum, qui laudabatur, celestem esse, & de summis venisse. Sola enim aliarum arborum erigit se in ipsum caelum, ut sic dicam. In summitate autem folia habet, alba germina in folio ferens. Porro in trunco, & mediis usque ad fastigium aspera est, & vix ascensibilis: in ramis autem virgas erectas promittens. Ita & qui ad cognitionem verbi, & filii Dei properat, asperam quidem illam inueniet, ambulans per labores virtutis. Veniens autem ad summitatem scientiae, assequetur fulgidissimum lumen Theologiae, & reuelationem inuisibilium, & ineffabilium, quasi candidissima palmarum germina. Ceterum admirare hic euangelistam quomodo non erubescat, sed inuolget primum Apostolorum ignorantiam. *Hac enim,* inquit, *non cognouerunt discipuli eius primum, sed, quando Iesu glorificatus est.* Gloriam autem dicit ascensionem post crucem, & passionem. Tunc enim cognouerunt in aduentu spiritus, quod de illo essent scripta. Nam fortassis scierunt quod fuerint scripta: quod autem de Iesu, ignorauerunt: idque vtiliter, alioqui scandalizati fuissent, quum crucifigeretur, siquidem rex a scriptura annunciatum fuisset talia patiens. *Testabatur igitur turba quae erat cum eo, &c.* Turba, inquit, quae viderat miraculum de Lazaro, ideo & occurrerunt ei cum gloria huius, qui audierunt hoc factum signum, scilicet credentes. Neque enim, nisi credidissent, ita repente inde abiissent. Pharisei autem dicentes, *Videte quod non proficiat quicquam,* non ex malitia haec loquuntur, non enim fuerunt ex iis, qui mortem meditati erant Iesu, sed beneuoli quidem esse videntur, sed nondum libere loqui audentes, eo quod non audebant manifeste resistere iis, qui contra dominum saeuiebant: & per occasionem tentant reprimere illos. Quae vestra utilitas ex multis contra hominem hunc insidiis: Quantum enim insidiamini, tantum hic crescit, & augetur gloria eius. *Nam mundus,* hoc est, omnis multitudo, *post eum vadit:* atque ita, quia nihil efficitis, cessate ab insidiis, ut ne frustra iniustitiam patretis. *Erant autem quidam Graeci ex his qui ascenderant, &c.* Propter pulchritudinem templi, & ea, quae de Iudaeis dicebantur, multi etiam Graecorum ascenderunt adoraturi. Hi autem prope fuerunt, eo quod & profelyti fiebant, hoc est, accesserunt ad Iudaismum. Igitur fama communicata de Iesu, accedunt ad Philippum, & rogauerunt eum, ut viderent Iesum, hoc

est, petierunt. At ille (sed vide modestiam, & bonum ordinem) Andrea dicit, tamquam ei, qui ante se erat: & ille non arrogat sibi suggestionem, non enim in autoritate eras, sed simul accipit & Philippum, & ita fidenter domino referunt. Tantus ordo, amorque mutuus inter eos erat. Quid igitur dominus: quum discipulis interdixisset, ne in viam gentium abirent, videretque gentes se iam accedere (Graeci enim qui volebant eum videre, omnino Gentiles erant: Iudaeos autem sciebat sibi insidiari) Tempus, inquit, nunc est ascendendi ad passionem, venit enim, inquit, hora crucis ut glorificetur filius hominis. Nam quid opus est Geth, quae nos accedunt, non suscipere, & accurrere ad Iudaeos, qui odiunt, & persequuntur? Igitur, quia ex Gentibus veniunt ad nos, nunc est tempus, ut crucifigat. Igitur permittit Iudaeis, ut insidiandi finem faciant, & permittat eis, ut crucifigant me, ut certe nullam habeant excusationem posthac, quum iuste reliquero eos, ut crucifixo, & interfecto, res meos, & contulero me ad gentes, quae nunc venire inceperunt ad doctrinam meam. Nam valde iniustum est nihil dari Gentibus, quae verbum, ac salutem sicut: Iudaeis autem, qui respiciunt sibi data, & insidiantibus benefactori, luxum suppeditare. Insuper, ne scandalizentur discipuli, quod, quando & gentes accedere inceperunt, tunc moriatur, dicit, quod suum morti, fidem gentium magis aucturum sit. Nam, sicut granum frumenti, quum seminaueris, moritur & tunc multum fructum afferit: ita utique & mea mors magnum fructum in fide gentium apportat: & ita nullus scandalizetur, quod adductio gentium per mortem meam prohibeatur, sed ab exemplo grani credat casum in morte mea, incrementum eorum, qui crediderint, allaturum. Nam, si hoc in grano sit, multo magis in me. Quum enim mortuus fuero, & resurrexero, multo magis ostendam virtutem meam: quum enim resurrexero, omnes credent mihi ut Deo. *Qui amat animam suam, perdet eam, &c.* Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego. Quoniam prope erat passio dominus, & sciebat discipulos merore plenos fore: ideo dicit, quod usque a Deo non oportet vos in mea morte morere, ut etiam vos quoque, nisi moriamini, nullum lucrum habebitis. Et in summa, omnis homo, qui praesentem vitam diligit, & animam suam amat, hoc est, sua desideria absurda facit, & permittit ei, quod non oportet, nec contemnit mortem, perdit eam: qui autem odit illam, hoc est, qui non concedit ei, neque ab illa flectitur, custodit illam in vitam aeternam. Volens autem ostendere magnam auerfationem, quae habenda est erga concupiscentias animae, dicit, *qui odit.* Etenim non sustinemus, ut videamus faciem, vel audiamus vocem eorum, qui odio habentur. Igitur sic oportet esse affectos in absurdos animae appetitus, ut extremo odio illos habeamus. Quod autem dicit, *qui odio habet animam suam in hoc mundo,* declarat temporalem rem esse. Nam, quia videtur crudele praecceptum, & graue, mitigat illud per hoc, quod adicit, *in mundo hoc.* Non enim, inquit, in immensum tempus iubeo haberi odio animam, sed in hoc transitorio mundo aduersari eam, quae tibi tam absurda imperat, subdit autem & lucrum, dicens: *In aeternam vitam custodiet eam.* Odio quidem habes ad tempus, in saecula autem seruas viuentem diuinam vitam. Quum autem adhortatur eos magis ad contemptum praesentis

Matth.
Luc. 10.

sentis vitae, & contra mortem animam, dicit: *Qui mihi ministrat, me sequatur:* ita promptus sit ad mortem, ut ego. Imitationem autem hic per opera dicit. Deinde & consolatio sequitur: *ubi ego sum, & ubi minister meus erit.* Vbi autem Christus: In caelis: & ita qui per mortem eum sequitur, & non adhaerit huic mundo, illic erit in caelis. Opponuntur enim inter se sursum, & deorsum. *Qui diligit infra esse, sursum non erit: qui autem fugit, quae infra sunt, & mundum, sursum, & in caelis erit.* Nam, si quis mihi ministraverit, inquit, honorabit eum pater. Non dixit, ego honorabo eum, sed pater: commendans per hoc, quod verus filius sit. Pater enim honore prosequetur talem, ut ministrum veri filii. Praeterea per hoc docet, quod non sit contrarius Deo. Deus enim, & pater non contemneret eum, qui sibi aduersatur. Igitur ne achemus animam nostram, ut seruemus eam a periculis pro veritate, ut nolimus affligi pro bono: sed siquidem ministri Christi sumus, exponamus eam periculis pro veritate. Et erimus omnino, ubi nunc est Christus. Non de diuinis loquor dignitatibus, nam ille natura est Deus, sed in quibus humana natura ornari potest, ut ille Deus natura sit, nos Dei gratia, & adoptione. *Nunc anima mea turbata est, &c.* Quid est quod dicit? Videtur enim sibi ipsi contraria loqui. Nam qui superius videtur admonere, ut exerceamur, & parati simus ad mortem, & odio habeamus animam, hic nunc turbatur, inquit, moriturus: quod non est exhortantis ad mortem, sed auertentis. At si recte consideraueris, inuenies, quod a turbato ipso, adhortatio sit da contemptum mortis. Ut enim ne quis possit dicere, quod ipse extra humanas passiones constitutus, facile de morte philosophetur, & ipse extra pericula alios admoneat: ostendit, quod & ipse ab humanis proprietatibus tentatus sit, & nostrae naturae fuerit particeps quauis absque peccato. Idcirco quauis mactaret, & turbetur ut homo, qui natura vitae amans est, non tamen morte denit. Docet autem per haec nos, non tamen si turbemur, & mareamus, non fugiamus mortem: quia & ego, inquit, quum turbet (homo enim vere sum, & permitto naturae ut sua ostendat) attamen non dico ad patrem, ut saluet me ex hora hac. Sed quid dico: *illustra tuum nomen,* hoc est, probetur tibi ut ego suscipiam crucem, & periculum pro salute omnium. Vide autem, quod gloriae Dei nominavi mori pro veritate, ideo & pater, & illustraui, inquit, & iterum illustrabo. Nam & miraculis, quae ante crucem, quae & in meo nomine perficiebas, illustraui: & iterum factis per te miraculis in ipsa cruce illustrabo, & post sepulturam, quum resuscitauero te, & spiritum misero, magis gloriosum & meum nomen, & te constituam. Sunt autem, qui intelligunt hoc dictum. *Nunc cor meum turbatum est:* non quod dominus timeat mortem secundum humanam naturam, sed praesideat electionem generationis Iudaeorum exasperatitiae, & dolens, ac parcens eis, turbatur propter eos, & misericors dolorem in se accipit. Neque enim dicam, quod mortem timeat. Non enim ignorabat, quam ob causam ad nos profectus esset, sicut & ipse dicit: *Propter hoc veni in horam hanc.* Alioqui quomodo adhortatus fuisset alios, Ne timeatis eos, qui occidunt corpus? *Turba ergo quae stabat, &c.* Plures, quum crassiores essent, & imperitiores, putauerunt tonitruum esse vocem, quamuis articulata vox esset, & cogno-

scibilis. Statim enim oblitati erant verborum vocis, & solum eius sonum tenebant. Alij autem & verba vocis tenebant, quae dicebat, *illustraui, & iterum illustrabo.* Non intelligentes autem quis verborum sensus, ab angelo dicta esse putabant, & ideo intellectu difficilia, utpote ab angelo dicta. Iesus autem, *Non propter me,* inquit, *facta est haec vox, sed propter vos.* Equidem non opus habeo ut dicam, quod illustrauerit pater, iterumque illustraturus sit nomen suum: vos autem opus habetis, ut discatis, quod non sum aduersarius Deo, sed in gloriam sui Dei. Nam, si per me nomen Dei illustrandum, quomodo sum aduersarius Dei? Propter vos igitur facta est vox, ut sciatis, quod in gloriam sui Dei. Quamuis autem scire non possitis, saltem interrogate, & discite, quod ignoratis. Dicendo autem: *Nunc est iudicium nomen huius,* videtur quidem superioribus male coherere. Qualem enim consequentiam habet hoc ad illud, quod dictum est, *Et illustraui, & iterum illustrabo?* Omnino autem recte sequitur. Nam, quia superius dixerat pater, *illustrabo,* ostendit nobis dominus modum illustrationis. Et quis ille? Ut eiiciatur quidem foras mundi dominus, & vincatur, iudicetur autem mundus, hoc est, de eo vltio sumatur. Quod autem dicit, hunc sensum habet. Nunc iudicium, & vltio mundi sit. Quia enim diabolus mundum morti subiecit, peccato omnibus hominibus obnoxius factis: ad me, inquit, quum venerit, & peccatum in me non inuenit, morti autem ex aequo submiserit, condemnabitur a me, & sic ego vltionem de mundo sumam. Esto enim, quod aliis mortem propter peccatum attulerit: in me quid tale videt quod in reliquis, ut occidat? Igitur mundi iudicium, hoc est vltio, nunc a me sit, quia enim ego occidam eum, qui omnes occidit, & me quoque insontem inuasit, vltor ero omnium, qui ab ipso occisi sunt, & eiicietur foras tyrannus, per mortem meam condemnatus. Nam eiicietur foras, metaphorice est sumpta ab iis, qui in iudicium condemnantur, & a tribunali exiguuntur. Vel & sic intelligas, *eiicietur foras,* hoc est, in aeternas tenebras: sed & iterum erit extra potentiam hominum, & non ultra regitabit sicut prius in illis, & illorum animabus, ac mortali corpore. Sed omnes ego traha ad me, quum exaltatus fuero in cruce. Nam omnes, etiam qui ex gentibus, ad fidem in me trahentur. Etenim quia ipsi non possunt ad me venire, eo quod a tyranno detenti sunt, ego victo illo, & foras eiecto, & reserctis neruis potentiae eius contra homines, traham etiam, nolente illo. Id alio loco etiam rapinam nominauit. Nullus enim potest vasa mali diripere, nisi alliger fortem. Dicebat autem, Et, si exaltatus fuero, significans, quae morte esset moriturus, hoc est crucifigendus. Nam hoc significat altitudo crucis. *Respondit ei turba, Nos audiuimus ex lege, &c.* Existimantes reprehensuros se dominum, & confuturos eum, quasi non esset verus Christus, dicit: Si Christus quidem immortalis est, tu autem de te dicis, quod sit exaltandus, quomodo igitur credemus te esse Christum? Hoc autem immerito dicebant. Nam scriptura, quam legem appellant, non solum resurrectionis, sed & passionis meminit. Etenim Esaias vtrunq; ponit, passionem quidem, & mortem, sic dicens, *Ut ovis ad occisionem ductus est.* Resurrectionem autem dicendo, *Et dominus voluit eum purificare a plaga, & ostende-*

Luce. 15.

Esai. 53.

dece

dere ei lumen. Dauid quoque & mortis, & resurrectionis mentionem facit. Non derelinques inquit, animam meam in inferno. Et patriarcha quoque benedicens Iudam, de Christo prophetizat; Recubuit, & dormiuit vt leo, & sicut catulus leonis: quis excitabit eum? Atque ita qui hic negabant passionem, & immortalitatem Christo tribuebant, maligna id mente faciebant. Nos didicimus ex lege, hoc est, scriptura (dicitur enim omnis scriptura, vt saepe diximus, lex) quod Christus maneat in aeternum. Verisimile hoc didicistis. manet enim in aeternum, & vt Deus manet etiam post resurrectionem, passionem autem eius non didicistis? Et quomodo vtraque? Vt ostendimus iisdem scripturis. Quomodo igitur, dicunt, tu dicis, quod oporteat exaltari filium hominis? Vides quod multa & eorum, quae à domino obscure dicebantur, intelligebant, quemadmodum & exaltari intelligebant de cruce Dei. Igitur multa quidem sic intelligebant, sed voluntaria malitia ignorantiam praeterebant. Considera insuper & quid dicant; Quomodo tu dicis, quod oporteat exaltari filium hominis? Quis est hic filius hominis? Malitia enim plenus est sermo illorum, quasi ita dicentium, Neque putes, quod de te dicamus, & dicas quod propter inimicitiam aduersarij tibi simus. Ecce enim neque scimus, de quo dicas, & quis sit filius hominis: attamen affirmamus veritatem, quod quisquis ille est exaltandus, is non sit Christus: aut quomodo, quum scripturae dicant Christum immortalem esse: Quid igitur dominus? Obruit illorum ora, & ostendit, quod passio non prohibet, quin ipse maneat in aeternum. Adhuc ad breue tempus, inquit, lux vobiscum est. Lucem enim nominauit seipsum. Igitur sicut lux solaris non omnino auferitur, sed, quom occiderit, iterum exoritur, ita & mea mors non est corruptio, sed occasus, & translatio, & iterum exoritur per resurrectionem, atque ita nihil prohibet passio, quin aeternus sim. Scripturae autem testantur de Christo, quod aeternus sit. Ego igitur sum Christus, etiam si passionem sustinero. Lux enim sum, & si occidero, iterum exoriar. Vos igitur ambulate, quandiu lucem habetis, hoc est, credite in me. Quale autem tempus hoc loco dicitur, num hoc, quod ante, vel post crucem? Vtrunque. Ambulate enim, inquit, & credite, & priusquam crucifigat, & post crucem. Hoc enim significat dicendo, quandiu lucem habetis, hoc est, quandiu potestis in me credere. Potestis autem & ante crucem, & postea credere in me, qui sum lux. Qui autem ambulat in incredulitate, nescit quo vadat. Omnia igitur, quae Iudaei nunc faciunt, nesciunt quid faciant, sed in tenebris quidem ambulantes videntur rectam viam incedere. Omnino autem secus euenit, dum sabbata seruant, & circumcisionem. Sed non ita iis euenit, qui crediderunt. Omnia enim, quae salutem continent, faciunt. Vmbram enim legis, & tenebrosa aenigmata effugerunt, & accesserunt ad lucem, quae occultabatur, & nunc resulat, & facti sunt filij lucis, hoc est, Christi. Nam, vt dicit, filij lucis facti, hoc est, mei filij. Tamest in exordio euangelista quosdam ex Deo natos dicat, hoc autem loco lucis filios nominat, hoc est, Christi. Itaque confundatur Arius, & Eunomius. Vna enim operatio patris, & filij etiam hoc loco indicatur. Haec loquutus est Iesus, ac digressus abscondit se ab eis. Quare occultatus est ab eis? Non enim nunc lapides iulerint contra eum, neque blasphemauerunt sicut

prius. igitur quare occultatus est? Ingressus corda eorum, videbat indignationem cordium ferocium, quamuis nihil loquerentur. Itaque abscondit se, mitigans illorum inuidiam. Nam quod inuiderint, & voluntaria malitia non crediderint, insinuat Evangelista. Quum autem ipse tanta fecisset signa, non crediderunt in eum. Omnino non parua malitiae opus, tantis signis non credere, tanta enim signa, inquit, quae praetermittit Evangelista. Abscondit igitur se Iesus, inuidiam illorum mitigans, interimaque eis tempus dat, & ocium, vt per quietem de sermonibus, & operibus eius considerare queant. Ita enim, si liquidem voluissent, peruenire ad cognitionem deitatis illius potuissent. Quamuis enim incredulitatem illorum praenostet: attamen omnia, quae ad se attinebant, faciebat, & fecerit, vt dictum est, dato eis tempore dignoscendi.

INCERTI CUIUSDAM

sub nomine Eusebij Emisseni eiusdem Euangelij expositio.

Multi Iudaei eum occidere volebant, quem nuper dominus suscitauerat, ac si iterum eum resuscitare non posset. In crastinum autem turba multa qua venerat ad diem festum, cum audisset quia venit Iesus Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei. Rami palmarum victoriam significant, quam dominus illis diebus de hoste triumphans suscepurus erat. Palma enim in scripturis saepissimè pro victoria ponitur. Et clamabant, Osanna, benedicite, qui venit in nomine domini rex Israel. Osanna interiectio est, nihilque aliud significat, nisi quemdam populi affectum, congratulantis & Deum laudantis. Venit autem dominus in nomine domini, secundum quod ipse ait, Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me: alius veniet in nomine suo, & illum accipietis. Et inuenit Iesus asinum, & sedit super eum: sicut scriptum est, Nolite timere, filia Sion, ecce rex tuus venit, sedens super pullum asinae. Haec autem in Mattheo exposuimus. De hac enim asina & pullo Iacob patriarcha loquitur, dicens, Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in cernicibus inimicorum tuorum: catulus leonis Iuda: ad praedam, filij mihi, ascendisti: accubuisti vt leo, & quasi leona: quis suscitabit eum? Et paulò post: Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem ò filij mihi asinam suam. Haec enim asina, Synagoga est, quae alio nomine vinea nuncupatur: pullus verdè, populus gentium indomitus & lasciuus, vitis autem Christus: qui ait, Ego sum vitis vera. Ligauit igitur ad vineam pullum suum, quia Gentilem populum synagoga coniunxit, vt fieret vnum ouile & vnus pastor. Sed quia prius secundum quandam partem synagogam sibi coniunxerat, asinam quoque ligauit ad vitem. Per se enim synagogam, & per synagogam nos praedicauit, & praedicando nos synagoga sibi quoque ligauit. Sequitur: Haec non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia haec scripta erant de eo, & haec fecerunt ei. Quid haec significarent, non cognouerunt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est, id est, postquam eorum sensus aperuit, vt scripturas intelligerent, tunc recordati sunt, quia haec scripta erant de eo, & haec fecerunt ei: non alio modo nisi eo quo ante per prophetam

phetam fuerant praenunciata de eo. Testimonium ergo perhibebat turba, quae erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obviam ei venit turba, quia audierant eum fecisse hoc signum. Miraculis igitur trahebantur, qui verbis non mouebantur. Pharisei ergo dixerunt inter se, & ad semetipsos, Videtis quia nihil proficimus: ecce mundus totus post eum vadit, cuius nomen delere cogitamus. Quae sunt enim istae voces, quae in eius gloria resonant? Quid est, Osanna filio Dauid? quid est quod populus dicit, Benedictus qui venit in nomine domini? Proximum est, vt rex ab omni populo constituatur, & Romanis venientibus locus iste funditus destruat. Vrant autem Gentiles quidam ex his, qui ascenderunt, vt adorarent in die festo. De talibus enim fuit Centurio, de quo ipse dominus ait, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israhel. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilaeae, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Iesum videre. Et Iudaei, & Gentiles quarunt Iesum: Iudaei, vt perdat: Gentiles, vt credant. Venit Philippus, & dicit Andrae: Andrae rursus & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens: Venit hora, vt clarificetur filius hominum. Modò (inquit) occidetur filius hominis, modò cum inique reputabitur, modò sol iustitiae obscurabitur: sed venit hora post haec, vt clarificetur, & non tantum ab his, sed à cunctis gentibus adoretur. Hoc autem factum est post Christi resurrectionem, vbique Apostolis praedicantibus, & Christi nomen in signis, & miraculis declarantibus. Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadet in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Hoc est enim illud granum frumenti, quod virgo, & in arata terra produxit: & de quo Psalmista ait, Veritas de terra orta est, & iustitia de caelo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Huius autem grati immensa multiplicatione, omnia ecclesiae horrea repleta sunt. De hoc frumenti grano ille panis conficitur, de quo ipse dominus ait, Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Constat autem hoc & ad literam verum esse, quod frumenti granum, si in arca seruetur, non crescit: si autem seminetur, si in terra soluat, & moriatur, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Hoc enim non dixisset, si animas nostras, & perditioni traderet eam. Qui enim bene amat animam suam, sic eam amat, vt in aeternum viuat, non vt breui tempore in deliciis viuat. Vnde & in vitam aeternam eam custodit, qui sic in hoc mundo animam suam odit. Ille animam suam & vitam suam odisse videtur, qui moti non timet, qui ieiuniis, & vigiliis, qui paupertate & nuditate, aliisque similibus eam affligit. Ille denique, qui sic amat animam suam, vt eam, si necesse sit, pro Christi fide ponere nolit, perdet eam. Qui verdè sic odit, vt eam in tali necessitate ponere non recuset, in vitam aeternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: vt sicut ego pro ipso, ita & ipse (si ne-

cesse sit) pro me moriatur. Sequi enim, imitari est: Ministrat enim domo non solum episcopi, & sacerdotes, ceterique illius ordinis, verum etiam, qui facit elemosinas, vestit nudos, visitat infirmos, aliisque his similia misericordiae, & pietatis opera facit, domino ministrat. Vnde & ipse quoque dominus ait, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: ostendens eos ministrare sibi, qui ipsius membris ministrant. Sed quid eis sibi ministrasse proderit? Sequitur: Et vbi sum ego, illic & minister meus erit. Dicit fortasse, non hoc tibi sufficit. Audi quod sequitur: Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Magnus honor, magna gratia, immensè diuitiae. Beatus ille, quem dominus honorificabit. Ille enim dabitur illis bonis, quae oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus diligentibus se. Denique qui ibi erit, vbi ipse est, quid melius vnquam habere potest? Hoc enim Psalmista desiderans, ait, Beati qui habitant in domo tua, domine: in seculum seculi laudabunt te. Itemque, Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitae meae. Et apostolus, Cupio, inquit, dissolui, & esse cum Christo. Sequitur: Nunc anima mea turbata est: & quid dicam? Pater, saluum me fac ex hac hora. Sed propterea veni in hanc horam. Pater glorifica nomen tuum. Dixit superius, Venit hora, vt clarificetur filius hominis: nunc autem dicit quod anima eius turbata est. Sed, vnde turbata, nisi quia ex ipsa sua clarificatione, multos vbique terrarum non solum turbati, verum etiam flagellati & occidi, cunctisque tormentorum generibus affligi videbat. Quis in eum credidisset, si clarificatus non fuisset? Nisi enim à mortuis resurrexisset, caelos ascendisset, tantaque fideles sui in ipsius nomine miracula fecissent, nemo in eum credidisset: dicat ergo, Nunc anima mea turbata est: non meae mortis timore, sed meorum fidelium compassione: homo enim sum, & humanis affectionibus moueor. Et quid dicam, cum pro meo nomine fideles meos sic affligi & cruciati videam? Pater, saluum me fac: salua membra mea, salua & custodi fideles meos ex hac hora, ex hoc tempore meae passionis, & illorum perturbationis. Simul enim & passio Christi & ecclesiae persequutio coepit: quia dum ipse capitur, Apostoli fugiunt. Petrus negat, & scandalum patiuntur omnes. Sed propterea veni in hanc horam, vt ex hora hac fideles mei saluentur, & meo sanguine mudentur. Tunc verdè, pater, clarifica nomen tuum, vt me die tertia resurgente, clarè & manifestum fiat, quod tu pater, & ego filius vocor. Si enim cognouerint nomen tuum, cognoscent & nomen meum: quia pater, sine filio esse non potest. Venit ergo vox de caelo, dicens, Et clarificauit, & iterum clarificabo. Clarificauit per miracula, & iterum clarificabo per resurrectionem, & ascensionem. Clarificauit paucis, clarificabo multis, & deum clarificabo omnibus. Pauci enim fuerunt illi, qui eum dicentem audierunt, & sic est filius meus dilectus. Multi verdè sunt, qui Dei filium eum esse credunt. Sed hoc in iudicio plenius declarabitur: quando omnis lingua confitebitur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Turba ergo, qua stabat, & audierat, dicebat interituum factum esse: alij dicebant, angelus ei iniquus est. Illi igitur, & illi vocem audierunt, sed neque illi, neque alij eam intellexerunt. Respondit Iesus, & dixit. Non

propter me hac vox venit, sed propter vos. Nulla enim tali colloquutione indigebat, qui patris voluntatem per omnia sciebat. Linguae enim (vt ait apostolus) in signu sunt non fidelibus, sed infidelibus. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eiecietur foras. Hoc enim iudicio agitur, vt bonum a malo, & iustum ab iniusto discernatur. Ex eo igitur tempore mundus iudicari & iudicare coepit, ex quo Christi doctrina suscepit: quia tunc primum veritatem a mendacio discernere nouit. Extunc princeps mundi huius, id est, diabolus rex, & dominus iniquorum eiectus est foras: non foras vtique de mundo, sed foras de populo baptisimato mundo quem Christus suo sanguine lauit, & baptisimatis aqua mundauit. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Ille (inquit) foras eiectus, amitter principatum: ego autem exaltatus, ad meipsum omnia traham: omnia videlicet, quae trahenda sunt. Hoc autem dicebat (ait euangelista) significans quia morte erat moriturus. Respondit ei turba, Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in aeternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Videtur Iudaei hoc in loco intellexisse, quid hac tali exaltatione dominus significauit, dum eum intelligunt, qui sic exaltatur, non posse manere in aeternum. Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum lumen in vobis est: ambulate, dum lucem habetis, vt non tenebrae vos comprehendant. Qui ambulat in tenebris, nescit quo vadit. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Adhuc (inquit) modicum lumen intelligentiae in vobis est, dum nescitis, quis sit filius hominis. Illi enim soli illuminati sunt, qui eum cognoscunt, & qui eum esse credunt filium Dei, & filium hominis: ambulate, festinate, currite ad lucem, dum potestis, dum proxima est, dum eam videtis, & ante oculos eam habetis: vt non tenebrae erroris, & mortis vos comprehendant. Qui enim ambulat in tenebris ignorantiae & erroris, nescit quo vadit. Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lucem vitae. Ergo, dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hac loquutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis. Et hoc quidem significatio est. Ideo enim dominus tunc ab eis se abscondit, quia vsque hodie ab eis non inuenitur. Quotidie enim in lege, & prophetis loquitur eis, & tamen non inuenitur ab eis: & hoc erat quod significabat, quando se abscondit ab eis.

EVTHYMI ZIGABONI
superioris Euang. expositio.

Psal. 117.
Ier. 17.

Consultabant autem pontifices, vt & Lazarum interficeret. Et. Christum occidere quarebant, sumpto praetextu, quod solueret sabbatum, & se Deo aequalem faceret, quoque multi in eum crederent. Lazarum vero quare? an quia reuixerat? quod ergo crimine est reuixisse? Itaque tota res est inuidia. Nam inuidebant non benefactori tantum, verum etiam beneficio affectis: ideo quoque caecum foras eiecerant, & Lazarum interficere volebant: adeo erant non inuidi tantum, sed & veloces ad cedem. Testere de eis quoque dicebat propheta; Manus eorum sanguine plene sunt. Mordebat etiam illos, quod, instante festo, plurima turba illud relinqueret, & ad eum curreret. Postero die turba multa, qua venerat ad diem festum,

quam audissent, quod veniret Iesus Hierosolyma, &c. Ne propter se Lazarum occideret, Hierosolyma venit: simul autem vt populum cum ramis sibi occurreret, & consternerentur infidiatores, possentque ad mentem sanam redire. Acceperant autem ramos in signum victoriae, his eum tanquam mortis victorem venerantes. Et clamabant, Hosanna, benedictus qui venit in nomine domini rex israel. Hoc maxime Iudaeos praefocabat, persuasam esse turbam quod a Deo veniret. Nactus autem Iesus asellum, sedit super illum. Nactus est autem asellum, ab iis, quos miserat, discipulis adductum, quemadmodum caeteri scripserunt euangelista. Illi vero omnia, quae de Lazaro erant, quaeque sequuntur vsque ad asinam, & pulli pretermiserunt, quemadmodum & alia multa, tum miracula, tum dogmata: sine omnino obliu, sine potius diuini aliqua dispensatione, vt haberet & hic post ipsos quae propria scriberet in euangelij confirmationem. His ergo relictis, dicunt, Matthaeus quidem, quod, vbi appropinquasset Hierosolymis, venissentque Bethphage ad montem Oliuarum, tunc Iesus misit duos discipulos, &c. Marcus vero, Dum appropinquasset Hierosolymis ad Bethphage, & Bethaniam iuxta montem Oliuarum, misit duos de discipulis suis. Similiter autem & Lucas. Apparet ergo, quod egressus a domo Lazari, quem adhuc Bethaniam esset, misit discipulos, duxeruntque asinam & pullum. Ideo caeteri quidem euangelista, tanquam simpliciter procederet versus Hierosolyma Christo, narrant: non interrumpentes sermonem itineris versus Hierosolyma, per eam quae de Lazaro esset, mentionem. Ioannes vero, quae silentio praeterita erant, latius scripsit, de pullo autem, ac sequenti itinere compendiosius, quod iam conscripta essent. Hoc autem etiam considerare oportet, quod ij, qui palmarum ramos gestabant, exterrunt obuam, qui vero ramorum multitudinem ab arboribus caedebant, ac stornabant in via, postquam occurrissent caedebat, de quibus Matthaeus, & Marcus dixerunt. Noli timere, filia Sion, ecce rex tuus venit sedens super pullum asinae. Noli timere, nam mansuetus est, & non sicut multi, qui tibi dominati sunt, minax, & iustus, ac tyrannus. Quod si Ioannes nomen Mansuetus omisit, ne admireris: frequenter enim dictiones aliquae veteris testamenti relinquunt, aut quasi memoriae non occurrentes, aut quasi per ea, quae sequuntur, declaratas. Nam, quum super pullum sedeat asinae, mansuetus vtique est, ac modestus. Sed & Sedens, ac Ascendens, idem significant, quum per eandem dictionem Hebraicam significentur. Rursusque pullus asinae asinus est, & pullus filius subingalis. Haec autem discipuli eius primo non cognouerunt. Haec, puta talia prophetica dicta, non cognouerunt ante crucem, quod de eo praedicta fuissent. Sed postquam glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, &c. Postquam glorificatus est per crucem, & resurrectionem: tunc per spiritus sancti descensionem recordati sunt, quod haec prophetica omnia propter eum scripta essent sicut de eo, & quod haec omnia, quae scripta sunt, fecerat ei Iudaei. Testimonium igitur perhibebat ei turba, quae erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, &c. Testimonium perhibebat de signo, quod circa Lazarum ediderat. Propterea etiam obuam venit ei turba, qui audierat eum hoc edidisse signum. Turba quidem eorum, qui tunc crederant, testimonium perhibebat: turba vero eorum,

corum, qui audierant, obuam ei cum illis processit. Videtur, quod nihil profectum: ecce munda: post eum abiit. Mundum dicunt multitudinem. Post eum abiit, hoc est, sequitur eum. Si igitur per Pharisaeos intelligas infidiatores, sibi ipsis indignatur, quod pra segnitric nihil proficiant: si vero eos, qui crederant, sed fidem propter aliorum timorem occultabant, indignatur apud se infidiatoribus, quod frustra laborarent, nihilque proficerent. Erant autem quidam Graeci ex his, qui ascenderant in die festo. Multi siquidem Graeci cultum amantes Iudaeorum, & cupientes fieri proselyti ascendeabant, & adorabant in festo. Domine, volumus Iesum videre. Quum de eius fama audissent, cupiunt eum videre. Venit Philippus, & dicit Andrea. De Graecis istis, tanquam maiori. Iesus vero respondit eis. Venit tempus vt glorificetur filius hominis. Quia tunc futurum erat, vt moreretur, quum Iudaei de eius morte sententiam tulissent, Gentes vero ad eum accedere cepissent. Nunc autem & hoc, & illud factum est: na & dicti Graeci e Gentibus erant. Atque venit tempus vt mori: siquidem post mortem ac resurrectionem glorificandus erat in omnibus. Gentes praedicatione euangelio in vniverso mundo. Quumque extinxisset sibi vultus Iudaei eius gloriam, tunc in vniverso orbe magis resplenduit. Quia ergo Iudaei eum deliberatione sententiam de eius morte tulerant, indignum erat Dei iustitia vt diutius apud incurabiles permaneret, eosque, qui ad fanaticam parati erant despiceret. Et quare tunc ad Gentes non transiit? Vt omnem Iudaeorum de perfidia responsonem circuncideret: non solum enim ipse non transiit, sed nec discipulos in via Gentium abire permisit, passusque ab ingratis innumera, non reliquit illos: docens, sanans, ac modis omnibus beneficia praestans, donec illum occiderunt. Amen amen dico vobis nisi granum frumenti deiecerit in terram mortuum fuerit, &c. Discipulos consolatur ostendens per exemplum, quod vile sit, ac necessarium vt ipse moriatur: nam in modum tritici mors eius multos adferet fructus, eritque fertilis, ac utilis. Propter praedictam enim causam post mortem suam discipulos suos missurus erat in omnes gentes, vt iam mors eius vita esset Gentium. Mortem autem tritici intellige mihi corruptionem ipsius. Deinde illos quoque accendit, vt mortem despiciat, nec in propositis periculis retinenda vitae cupidus sit, supra fidem, quae in ipsum est. Qui amat animam suam, perdet eam. Qui tempore martyrii vitam retinenda cupidus est, obsequens animae suae, plusquam oporteat, amans eam male concupiscentem: Ne gradiaris, ait, in concupiscentiis animae tuae. Qui amat eam supra Deum, perdet eam in futuro seculo, hoc est, in supplicij conticet, vt qui fidem prodiderit. Et qui odit animam suam in hoc mundo, &c. Qui contrarium facit, hoc est, qui retinenda vitae non nimis cupidus est, &c. Similia quoque dixit apud Matthaeum, & aliis in locis. Si quis mihi ministraverit, me sequatur. Me sequatur, per imitationem, hoc est, si quis meos voluerit esse discipulus, me imitetur. Quemadmodum enim necessarium est ministrum sequi dominum, ita quoque discipulum oportet sequi praepceptorem. Et vbi sum ego, ibi & minister meus erit. Aut idem rursus protestans dicit, aut postquam de praesenti malorum tolerantia dixit, de futura etiam addidit fruitione, Qui me sequitur, in caelum conscendet. Et si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater. Glorificabit eum, tanquam ministri legitimi filij sui.

Matth. 11.

Luc. 19.

Matth. 12.

At comm.

Eccl. 12.

Matth. 10.

ficabit eum, tanquam ministri legitimi filij sui. Hoc autem dixit, quoniam adhuc patrem esse maiorem eo putabat. Ne quis autem dicat, quod facile de morte philosophatur, vt qui extra humanam sit imbecillitatem, ostendit quod & ipse tanquam homo indolis est naturae infirmitate, ideo primò naturae concedit, vt quod suum est patiar, deinde seipsum ad tolerantiam confortat, propter id, quod necessarium est ac vile. Vide enim quid dicat. Nunc anima mea turbata est. Humano modo commota angore trepidat propter instantem mortem. Et quid dicam? Haec pra timore. Pater serua me ex hac hora. Libera me ex hoc terribili, ac faustoso tempore. Postquam haec vt homo dixit, humana formidine circudatus, seipsum refocillat, ac confortat dicens: Sed propter ea venit in horam hanc. Propterea seruatus sum in hoc tempus, vt nunc morerer: iam itaque viliter ferre oportet. Relicta ergo nobis naturalis timoris mensura, ac fortitudinis monumentum, rursus ait: Pater, glorifica nomen tuum. Quod apud celestes virtutes glorificatum est, glorifica etiam illud coram hominibus terram incolentibus, per ea, quae in morte mea futura sunt signa: glorifica illud per gloriam nominis mei, siquidem mea gloria tua est. Et glorificasti, & rursus glorificabo. Glorificasti in iis, quae facta sunt, signis: & rursus glorificabo in iis, quae in morte tua sunt. Quum auisset ergo turbas, quae adibat, dicebat totum rem esse factum. Qui vocem non intellexerant, sed sonum dumtaxat eius perciperant. Atque dicebant, angelus ei loquutus est. Qui vocem intellexerant. Non propter me vox haec facta est, sed propter vos. Non propter me, vt dicam, quod non scio. Nam omnia, quae patris sunt, noui, sed propter vos, vt id discatis, de quo dubitatis, puta quod a Deo sim: quomodo enim super me vox de caelo descendisset, nisi a Deo esset? quomodo praeterea Deus nomen suum & gloria esset, & rursus glorificaturus esset per me? Nunc iudicium est huius mundi. Iam nunc hominum huius mundi vltio fit per meam punitionem. Aliis siquidem omnibus hominibus mors, peccati pana est. Nam omnes, inquit, peccauerunt, & per peccatum mors introiit: mihi vero nequaquam, quia nunquam peccavi, quum ergo diabolus etiam mihi qui peccati expers semper permittit, mortem intulit: nunc praesenti tempore irrogat mihi iniuriam poenas luit, quippe tyrannidis subuersorem: nam multa ipsa, hinc punicio, mundi huius est vltio: praesens itaque repento, contumelia, quam mihi intulit vltio est, & violentia aduersus primos generis propagatores, totumque genus irrogat. Nunc princeps mundi huius eiecietur foras. Extra huiusmodi principatum, quae fraude acquisiuit. Nam, quia olim veterem Adam per signi cibum de regno mundi eiecit: nunc nunc Adam ipsum per crucis lignum de mundi regno eiecit, progenitoris inobedientiam sua, curans obedientia. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnes traham ad meipsum. Si adactus fuero in crucem, omnes vndique, qui fidem susceperint, per eam traham ad meipsum. Et vere in cruce exaltatus, latronem primum attraxit, & centurionem, eosque, qui se cum illo seruabant, hinc cepit attrahere. Traham, inquit, tanquam a tyranno detentos, ipso primum tyranno deiecto. Hanc autem attractionem alibi Raptum vocauit dicens: Quomodo potest quis ingredi in domum fortis, ac vasa eius diripere, nisi primum

Rom. 1. 5.

Matth. 3.

2. 9. 9.

alligauerit fortem, & tunc domum eius diripiit? Atqui superius dixit; Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum: hic autem ait; Omnes traham ad meipsum, non contraria significans, sed quæ patris sunt sibi concilians, ac communia omnia ostendens, & æqualitatem per talia demonstrans. *Hic autem dicebat, significans quod morte esset moriturus. Hoc: Quid nã? Si exaltatus fuero, siquidẽ exaltationẽ in cruce innuebat. Nos audiimus ex lege, quãdã Christus maneat in æternũ, &c.* Etiam hic Legem, simpliciter diuinam appellat scripturam, Nã frequẽtibz eius in locis immortalitas diuinitatis Christi significatur: quemadmodũ etiam mortalitas humanitatis eius, & maxime in Psalmis Dauidicis. Et vide dolosum eorum conatum: quum enim superius de morte disputantem audissent ac dicentem; Oportet exaltati filium hominis (quamquam hoc euangelista nõ addiderit, siquidẽ variis in locis hoc eis loquutus est) quum etiam nunc addiderit; Si exaltatus fuero: intellexerunt quod exaltationem diceret mortem: licet non de ea, quæ per crucem fieret, conciperent: & hinc sperabant conuinci posse ipsum non esse Christum: tanquam dicentes; Nos audiimus ex scriptura, quod Christus non moriatur: & quomodo tu dicis, quod ipsum mori oporteat? Deinde ne hoc de eo dicere videatur, ait; *Quis est iste filius hominis?* Etenim, si Christus est, non moritur: quod si moritur, non est Christus. Atqui; õ dementes, debilis est ratio vestra: nam & hoc, & illud verum est: immortalis quidem est diuinitate, mortalis autem humanitate. Sed Christus nunc non docuit, quomodo immortalis esset, sed quomodo mortalis: sciens eos non suscepturos de sua immortalitate sermonem. Considera nanque,

quod quum etiam vocẽ quæ de celo venerat audissent, ac dixisset; Angelus ei loquutus est, adhuc tamen malignatur, ideo simpliciter eos admonet. *Adhuc modico tempore lux vobiscum est, ambulat & donec lucem habetis, &c.* Lucem dicit seipsum. Nam & in præcedentibus dicebat; Ego sum lux mundi; qui sequitur me non ambulat in tenebris. Modicum autem tempus id dicit, quod ad mortem vsque deerat. Præ humanitate ergo, ac benignitate protestatur, & admonet illos, vt in luce ambulat, hoc est, sequantur eum cum lumine præeitem, viamque commonstrantem, & eius credant sermonibus. Per tenebras vero errore intelligo, quo eos seduxerunt illorum pontifices, postquam Christum interfecerunt, affirmantes, quod seductor fuisset. Intelliguntur quoque simpliciter Tenebræ, error Iudæorum, qui corporalem cultum seruantes arbitrabantur se Deo placere, ac saluos fieri. Atqui hæc tenebræ iam illos habebant: sed ait; *Non vos comprehendunt, id est, ne vsque ad finem dominentur vobis. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Errat, offendit, præcipitatur. Donec lucem habetis, credite in lucem.* Sermonem explanauit. *Vt filij luci sitis.* In primordiis quoque euangelij dixit hic euangelista; *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri credentibus in nomen eius.* Sed ði quidem intelligimus quod filij filij patris: hic autem quod filij ipsius filij: vt discas, quod vna sit patris, & filij operatio, & amborum omnia esse communia. *Hæc loquutus est Iesus, ac digressus abscondit se ab eis.* Sciebat nanque iram illorum turbam esse, ac irritam: ideo abscondit se, ne amplius inflammaretur, sed magis eius secessione sedaretur.

Psal. 109. &
116.
Ies. 40.



DOMINIC PALMAR.

MATTH. 21.



Et cum^a appropinquasset Ierosolymis & venisset^b Bethphage ad montem Oliueti: d^c tunc Iesus misit^d duos discipulos, dicens eis: f^e Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis^g asinam alligatam, & pullum cum ea: hⁱ soluite, & adducite mihi, Et si quis vobis aliquid^k dixerit, l^m dicite quiaⁿ dominus his opus habet: & confestim dimittet^m eos. Hoc autem factum est, vt adimpleretur quod dictum est per^a prophetam, dicentem: o^p Dicite filie Sion: f^q Ecce rex tuus venit tibi^r mansuetus, r^s sedens super^s asinam, & pullum^t filium subiugalis. v^y Euntes autem discipuli^x fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et

^a Salute datã credentibus, ingredi cupit pacis urbem, & visionis Dei. ^b Domus Buccæ interpretatur. ^c Mons Oliueti significat ecclesiam vel celestitudinem dominicæ dilectionis. ^d Quando misericordie recordatus est. ^e Duos prædicatorum ordines, alter in Gentes, alter in circuncisionem. ^f Quis lucernam quam accendit non vult sub modio poni. ^g Penetrate Barbara & indocta mun di latera, quasi contrapostiti castelli menia. ^h A peccatis. ⁱ Quæcunque solueritis soluta erunt. ^j Obedientiam eorum denegare voluerit. ^k Non desistatis prædicando. ^l Simpliciter omnium rerum, cui seruire debet omnis creatura. ^m Veri domini seruitio mancipandos. ⁿ Zachariam. ^o Prædicatores. ^p In spiritu videte, non oculis. ^q Vt ametur, non vt per potentiam timeatur. ^r Ecce mansuetudo. ^s Non in curru, vel in equo superbie vel belli; sed in asina pacis, quia in humilibus & quietis requiescit. ^t Quia exemplo Iudæorum Gensilis populus credidit. ^u Christi virtus, qui cor illius domini ad dandum animal parauit. ^x Ministerium apostolorum.

ad d. e

adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos, y^{Nota fidei & morez.} vestimenta sua: & eum desuper^z sedere fecerunt. Plurima autem^a turba^b strauerunt^c vestimenta sua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternerbant in via. d^d Turbæ autem, quæ præcedebant & quæ sequebatur, clamabant, dicentes: e^e Osanna filio^f Dauid, g^g benedictus qui venit in^h nomine domini, osanna inⁱ excelsis.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.

Et cum appropinquasset Ierosolymis & venisset Bethphage ad montem Oliueti: d tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi, Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam, dicentem: Dicite filie Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et

Sup. 5.

Act. 3. Ibidem 10.

20m. 3.

Mat. 11.

Ioan. 19.

est, Iudei vestimenta, id est, legis mandata sternunt, quæ à christianis erant cõculcanda, in via, id est, in Christo. *Super eos ve.* Vestes apostolorum sunt præcepta diuina, & gratia spiritualis, quibus turpitudine carnis nostræ tegitur. His prius nudi populi, sed modo per apostolos ornati Christum habent fessorem. Minor turba non ponit vestes super asinam, sed in via, nec vbi offendat: quia sancti martyres carnẽ exuentes simplicioribus viam per exemplum suo sanguine parant. Moraliter. Item Iesus asellum insidens Ierusalem vendit: non solum quando cuiusque fidelis animam regens ad pacis intimã visionem ducit, sed etiam cum sanctæ ecclesiæ vniuersaliter præsidet, & eam in supernæ pacis desiderium accendit. Multi sternunt vestimenta sua in via, quia corpora sua domant, vt ei iter ad mentem parent, vel exempla bona sequentibus præbeant. *Ramos de. &c.* Ramos, vel frondes cædunt, quia verba, & sententias de libris patrum excerpunt vel exempla. *Osanna. Iero.* Osi. id est, salua saluifica. Anna interiectio deprecatis, quasi salua obsecro. *Osanna totum Hebraicum est, & significat quod aduentus Christi salus mundi sit.* vnde sequitur, *Benedictus, Osanna, id est, salua. In. ex.* quia aduentus Christi non tantum hominum, sed totius mundi salus est, terrena coniungens caelestibus, vt in nomine Iesu omne genu flect. caelestibus terrena & infer. *In excel.* quia & angelorum salus quorum numerum implet.

CATENA AVREA in idem Euang.

Et cum appropinquasset Ierosolymis & venisset Bethphage, &c. Remi. Narravit superius Euangelista, Dominum egressum à Galilæa, & cepisse ascendere Hierosolymam. Postquã ergo narravit quid in via gesserit, in incepta intẽtione perseuerans, dicit: *Et cum ap. Hieroso. &c.* Bethphage viculus fuit sacerdotum, situs in latere mōtis Oliueti, distans vno miliario à Hierusalem. Sacerdotes enim qui per certos dies in templo deserviebant, completo officio vicis suæ, illic diuertebant ad manendum: similiter & illi qui accipiebant officium, illuc diuertebant: quia præceptum fuit in lege, vt nullus diebus sabbatorum plusquam mille passus incederet. Orig. Vnde & interpretatur Bethphage, domus maxillarum, quoniam maxilla propria erat pars sabbatorum in lege. Sequitur: *Tunc Iesus, &c.* Chry. super Mat. Non dixit discipulis, dicitis: Dominus tunc his opus habet, vel Dominus vester, vt intelligant quia ipse sit solus Dominus, non solum animalium, sed omnium hominum. *Bibl. Hom. tom. 1. Ggg 3 nau*

nam & peccatores conditione quidem, sui sunt: voluntate autem sua, diaboli. Chry. in ho. Neque paruum enim existimes quod factum est. Quis enim suavit Dominus iumentorum, non velle contradicere volentes silere & concedere? & in hoc discipulos erudit, quoniam poterat & Iudæos prohibere, sed noluit: sed & docet ut quodcumque petitum fuerit, darent. si enim qui ignorabant Christum, ita concesserunt, multo magis discipulos conuenit omnibus dare. quod autem dicitur: Et confestim dī mittit eos. Chry. super Mat. Intelligendum est quod animal postquam ingressum est in Hierusalem, ad Dominum suum remissum est a Christo. Glo. Vel Dominus iumentorum confestim dimittit eos in domini seruitio mancipandos. Adhibetur autem huic facto prophetæ testimonium, ut appareat Dominum omnia quæ de ipso scriptura erant, impleuisse: sed inuidia cæcatorum Scribas & Phariseos ea quæ ipsi legebant, intelligere noluisse. & ideo sequitur: *Hoc uenit, facta est, &c. per prophetam Zachariam.* Chry. super Mat. Sciens enim propheta malitiam Iudæorum, quia contradicenti erāt: Christo ascendenti templum, præmonuit, ut per hoc signum cognoscerent regem suum, dicens: *Dirite filia Sion, &c.* Rab. Filia Sion historialiter dicitur Hierusalem ciuitas, quæ sita est in monte Sion: mysticè autem est ecclesia fidelium, & pertinens ad supernam Hierusalem. Chry. super Mat. Ecce, ostendit uerbum, id est non carnali aspectu, sed spiritali intellectu opera uirtutum eius aspiciat. Ante tempora quidem multi dicebat: Ecce, ut ostenderet quia ille de quo loquebatur, antequam nasceretur, iam erat rex tuus. Cum ergo uideris eum, nolite dicere: Non habemus regem nisi Cæsarem. Venit tibi: si intellexeris, ut saluet te: si non intellexeris, uenit contra te. *Manferunt.* Non ut propter potentiam timeretur, sed ut propter mansuetudinem amaretur: unde non sedet in curru aureo preciosa purpura fulgens, nec ascendit super feruidum equum, discordiæ amator & litis: sed super asinam, tranquillitatis & pacis amicam. unde sequitur: *id est super asinam, &c.* Aug. de con. euan. In hoc autem testimonio prophetico, aliquāto diuersa est euangelistarum locutio. hoc enim Matthæus sic adhibet, ut asinam dicat commemorasse prophetam: non autem ita se habet, vel quod Ioannes interponit, vel codices ecclesiasticæ interpretationis lxx. cuius rei causa mihi uidetur quod Matthæus Hebræa lingua perhibetur euangelium conscripsisse. Manifestum autem interpretationem illam, quæ dicitur lxx. in nonnullis aliter se habere quam inueniunt in Hebræo, qui eam linguam nouerunt, & qui interpretati sunt singuli eosdem libros Hebræos. Huius autem distantie causa si quaeratur, nihil probabilius æstimo quam eos lxx. eo spiritu interpretatos, quo & illa quæ interpretabantur dicta fuerant, quod ex ipsa eorum mirabili quæ prædicatur, consensione firmatum est: ergo & ipsi nonnulla in eloquio uariando, & uoluntati Dei, cuius uerba erant, non credendo, nihil aliud demonstrare uoluerunt, quam hoc ipsum quod in euangelistarum concordia quadam diuersitate narratur: quia nobis ostenditur non esse mendacium, si quisquā ita diuerso modo aliquid narret, ut ab eius uoluntate cui consentiendum est, non recedat. quod noscere, in moribus uile est propter cauenda mendacia: & ipsi si

dei, ne putemus quasi consecratis sonis ita muniri ueritatem, tanquam Deus nobis quemadmodum ipsam rem, sic uerba quæ propter illam sunt dicenda, commēderet: cum potius ita res sermonibus proferatur, ut itos omnino quaerere non deberemus, si rem sine his nosse possemus, sicut illam nouit Deus, & in eo angeli eius. Sequitur: *Euan. au. d. sup. &c.* Cæteri autem euangelistæ de asina tacent. Non deberet autem permouere lectorem, nec si Matthæus de pullo tacuisset, sicut illi de asina tacuerunt: quantum minus moueri oportet, quia unus ita conuenerunt asinam, de qua cæteri tacuerunt, ut tamen pullum non taceret, de quo illi dixerunt: Vbi enim utrumque potest intelligi factum, nulla repugnantia est, nec si alius aliud commemoraret: quantum minus ubi unus unum, alius utrumque sequitur: *Et impositum super eos, &c.* Hier. Sed uidetur quod super utrumque animal in paruo itineris spatio Dominus sedere nequieuerit: ergo cum historia aut impossibilitatem habeat, aut turpitudinem: ad aliorum transmittitur, id est, ad mysticam sensum. Remig. Licet potuerit fieri, ut super utrumque animal Dominus sederet. Chry. in ho. Mihi autem uidetur, quod non propter mysterium solum super asinam sedet, sed & mensuram nobis sapientiæ tribuens demonstrat, scilicet, quod non super equos ferri necesse est, sed sufficit asino uti, & eo quod necessitatis est esse contentum. Interroga autem Iudæos, quis rex super asinam delatus intravit Hierosolimam? sed non utique aliam habent dicere, nisi istum solum. Hier. Turba ergo quæ egressa fuerat de Hierico & secuta saluatorem, supposuerunt uerimenta sua, & strauerunt uiam ramis arborum. & ideo sequitur: *Pl. au. tur. &c.* pedibus asini, nec ubi offēdat in lapidem, nec calcet spinam, nec labatur in foueam. Sequitur: *Alj autem ca. d. ra. de ar. & ster. in uia.* de arboribus scilicet fructiferis, quibus mons Oliueti constitus est. Cunque opere cuncta fecissent, uocis quoque tribuunt testimonium. unde sequitur: *Turba autē quæ præce. & seque. ca. d. d. Hos. in. si. da.* Quid autem significet hosanna, nunc perstringam breuiter. In Psal. 117. qui manifeste de aduentu saluatoris scriptus est, inter cætera hoc quoque legitur: O domine, saluum me fac: o domine, bene prosperare. Benedictus qui uenturus es in nomine domini. Pro eo quod in 70. habetur interpretibus, O domine, saluum me fac, in Hebræo legitur Anna, Adonay, Osi, Anna. Quod manifestius est interpretatus Symmachus, dicens: Obsecro domine, saluum me fac. Nemo ergo puter ex duobus uerbis, Græco scilicet & Hebræo sermonem esse compositum, sed totum Hebraicum est. Remig. Et est compositus ex integro & corrupto. Osi enim Latine dicitur salua, siue saluifica: Anna uero apud illos interiectio est obsecrantis. nam sicut apud illos ad obsecrante dicitur anna: sic apud Latinos à dolente dicitur heu, Hier. Significauit enim quod aduentus Christi salus mundi sit. unde sequitur: *Benedictus qui uenit in nomine domini.* Saluatore quoque id ipsum in euangelio cōprobante: Ego, inquit, ueni in nomine patris mei. Remig. Quia scilicet in omnibus bonis operibus non suam, sed patris gloriam quæruit. Glo. Et est sensus: *Benedictus.* id est gloriosus sit, *Qui uenit.* id est incarnatus est, *In nomine domini.* id est patris, eum glorificando. Iterū repetunt Hosanna id est salua

obis

obsecro: & determinant ubi se uellent saluari. In altissimis, id est, in caelestibus, non in terrenis. Hier. Vel per hoc quod iungitur, Hosanna, id est, salus in excelis: per spicue ostenditur quod aduentus Christi non tantum iungens caelestibus. Orig. Vel humanam quidem Christi dispensationem laudant in eo quod dicebant, *Hosanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini.* Restitutionem autem eius in sancta, in eo quod dicebant, *Hosanna in excelis.* Chry. super Mat. Hosanna etiam quidam interpretantur gloriam: alij uero redemptionem. Nā & gloria illi debetur, & redemptio illi conuenit, qui omnes redemit: Hilar. Laudationis enim uerba redemptionis in eo exprimitur potestatem: filium autem Dauid nuncupant, in quo agnosceret æterni regni hereditatem. Chry. Nunquam autem antea dominus sibi adhibuit ministeria iumentorum, nec ramorum uirentia circa se ornamenta constituit: nisi modò quando Hierusalem, ut pareretur, ascēdit. Excitauit enim uidentes, ut facerent quod prius uolebant: ergo potestas eis data est, non mutata uoluntas. Hier. Mysticè autem, appropinquat dominus Hierosolymis egrediens de Hierico, turbis inde eductis quāplurimis, quia magnus magnis ditatus mentibus salute credentium rediens, ingreditur cupit uerbem pacis, & locum uisionis Dei. Et uenit Bethphage, id est, ad domum maxillarum, & cōfessionis portabat tyrum, & erat situs in monte Oliueti, ubi est lumen sciētis, laborum & dolorum requies. Per castellum enim quod contra apostolos erat, mundus iste designatur: contra apostolos enim erat, nec lumen doctrinarum uolebat accipere. Remig. Dominus ergo de monte Oliueti discipulos ad castellum mittit: quia de primitiua ecclesia prædicatores in mundum direxit. Duos quippe mittit, propter duos ordines prædicatorum, quos in apostolatam circūcisiōnis, operatus est & mihi inter gentes. siue quia duo sunt præcepta charitatis, siue propter duo testamenta, siue propter literam & spiritum. Hier. Siue propter theoreticam & practicam, id est, scientiam & opera. Asina autem ista, quæ sub iugalis fuit & edomita, & iugum legis traxerat, synagoga intelligitur. Pullus asinæ laicius, & liber gentium popululus. Iudæa enim secundum Deum, mater est gentium. Rab. Unde Matthæus solus qui Iudæis euangelium scripsit, asinam domino refert adductam, ut eidem etiam genti Hebrææ si pœniteat, non desperandam monstrat esse salutem. Chry. super Mat. Propter quasdam autem similitudines, animalibus assimilati sunt homines, Dei filium non cognoscentes. Est enim animal immundum, & præceteris penè iumentis magis irrationabile, & stultum, & infirmum, & ignobile, & oneriferum. Sic fuerunt homines ante Christi aduentum, passionibus diuersis immundi, irrationabiles, uerbi ratione carentes, stulti propter contemptum, infirmi secundum animam: ignobiles, quia obliuioni generationis caelestis, facti fuerant serui passionum & demonum: oneriferi, quia sufferebāt sarcinam erroris à demonibus uel Phariseis impositam. Ligata autem erat, id est, diabolici erroris uinculo impedita, ut non haberet libertatem eūdi quod uellet. nam antequam peccemus, liberum habemus arbitrium sequi uoluntatem diaboli, an

non. Quod si semel peccatores obligauerimus nos operibus eius, iam nostra uirtute euadere nō possumus: sed sicut nauis fracto gubernaculo, illuc ducitur, ubi tempestas uoluerit: sic & homo diuinæ gratiæ auxilio perditō per peccatū, non quod uult agit, sed quod diabolus uult. Et nisi Deus ualida manu misericordiæ suæ soluerit, eum, uisq̄ ad mortem in peccatorum suorum uinculis permanebit. & ideo dicit discipulis: *Soluite.* scilicet per doctrinam uestrā, & per miracula uestra: quia omnes Iudæi & gētes per Apostolos sunt liberati. Et addit: *ite mihi.* id est, ad gloriam meam illos conuertite. Orig. Unde & ascendens in caelum, iussit discipulis suis ut soluerent peccatores, dans eis spiritum sanctum. Absoluti autem & proficiētes, & nutriti uerbi diuinitate, digni habentur remitti in locum, ex quo erant assumpti: non iam ad opera priora, sed ut prædicarent eis filium Dei & hoc est quod significat, dicens: *ite mihi.* Hilar. Vel per asinam & pullum, duplex uocatio ex gētibz ostenditur. Erant enim Samaritani sub quadam obseruantia suæ consuetudine seruientes & feroces, qui scilicet significantur per asinam: erant etiam indomitæ gentes & feroces, quæ scilicet significantur per pullum. Igitur duo mittuntur ut soluant ligatos erroris uinculis. per Philippum enim Samaria credit, per Petrum Cornelius Christo tanquam primitiæ gentium adductus est. Remig. Sicut autem tunc dictum est Apostolis: *si quis uobis aliquid dixerit, dicit, quia dominus hinc opus habet:* sic nunc prædicatores est præceptum, ut si aliquid adueritatis obstiterit, à prædicando non cessarēt. Hier. Vestis autem apostolica, quæ iumento superponitur: uel doctrina uirtutum, uel discretio scripturarum intelligi potest, siue ecclesiasticorum dogmatum uarietates: quibus nisi anima instructa fuerit & ornata, seorsum habere dominum non meretur. Remig. Dominus autem super asellum sedens, Hierosolimam tendit, quia præsidens sanctæ ecclesiæ uel animæ fidei, & eam in hoc seculo regit, & post hanc uitam ad uisionem caelestis patriæ introducit. Apostoli autem & cæteri doctores, uerimenta poluerunt super asinam: quia gloriam quam acceperunt à Christo, gentibus dederunt. Turba autem uerimenta sternerat in uia, quia credentes ex circuncisione gloriam, quam habebant ex legē contemnebant. Ramos autem de arboribus præcidebant, quia ex prophetis acceperunt exempla de Christo, quasi de arboribus uirentibus. Vel turba quæ uerimenta stravit in uia, significat martyres, qui uerimenta sua, id est, corpora, quæ regumēta sunt animarum, pro Christo ad martyrium tradiderunt. Vel significantur illi qui corpora sua per abstinentiam domant. Illi autem ramos arborum præcidunt, qui dicta & exempla sanctorum patrum quaerunt ad suam uel filiorum salutem. Hier. Quod autē ait: *Turba autem quæ præcedebat & quæ sequebatur,* utrumque populū ostendit, & qui ante Euangelium, & qui post Euangelium domino crediderunt, consona lesum confessionis uoce laudant.

Chry. super Mat. & illi quidem prophetantes de Christo uenturo clamauerunt: hi autem laudantes clamant de aduentu Christi iam adimpleto.

ORIGENIS PRESBYT.

eiusdem Euang. expositio.

Dignum est ostendere hic voluntatem euangelistarum conscribentium, & propositum eorum, quid considerantes, post mirabilia eius & opera gloriosa, etiam de exhibitione asinae & sessione domini super eam facerent mentionem. Pone quia de visione caecorum, de paralyticorum constructione, de resurrectione mortuorum, de mundatione leproforum scriperunt euangelistae, ut edificent homines in fide Christi legentes in scripturis opera eius: quid autem voluerunt conscribere, quod appropinquas Iesus Hierosolymis cum discipulis suis, & veniens Bethphage iuxta montem Oliueti, misit duos discipulos mandans eis de asina & pullo eius, ut soluentes adducant eam ad se, qui frequenter non pigritauit maiorem viam pedibus ambulare, sicut fecit, quando ab Hierosolymis transiens per Samariam ibat in Galilaeam, cum venisset ad puteum ex itinere lassus, & super eum sedisset. Quid autem est quod & ipse Iesus asinam cum pullo eius ligatam soluere iubet, & mandat ut dicenti sibi, quare soluitis, respondeant, quia Dominus operam eius desiderat, confestim autem remittet eam. Nec enim huiusmodi Dominus necessariam habens asinam & pullum eius aliquando ligatos, ostendit in prima facie aliquid dignum magnificentia sua. Quid autem est ut de hoc etiam Zacharias propheta praediceret verbis huiusmodi, Gaude valde filia Sion, praedica, filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluans, ipse mansuetus, & sedens super subiuigalem, & pullum eius nouellum? Si autem vis discernere ex propheta quomodo hoc magnum gaudium habuit Sion, audi quod dicit, Et exterminauit currus ex Effrata, & equum de Hierusalem, & exterminabitur arcus bellicus, & multitudo, & pax ex gentibus, & principabitur aquarum usque ad mare, & fluminum exitus terrae. Et tu in sanguine testamenti dimisisti vincula tua de lacu non habenti aquam. Notauimus autem, sicut in aliis, quod non iisdem sermonibus Matthaeus, & Ioannes protulerunt prophetiam eandem. Nec enim est idem, Gaude valde, filia Sion, praedica, filia Hierusalem, quod ait, Dicite filiae Sion, aut noli timere, filia, & caetera, quae non similiter profuerunt. Quaeere autem oportet quomodo rationabiliter mandet propheta valde gaudere filiam Sion & praedicare filiam Hierusalem, propter eum, qui sedit super asinam, & pullum nouellum, cum post modicum videns Hierusalem Iesus fleuit super eam, dicens, Hierusalem, Hierusalem, quae occidis prophetas, & caetera. Vide ergo ne forte gauisuram Sion, & predicaturam Hierusalem, non illam dicit, quae dominum crucifixit, sed istam, quae crucifixum suscepit, caelestem Sion, de qua dicit Apostolus ad Hebraeos, Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viui Hierusalem caelestem, & caetera. Idem ad Galatas, Hierusalem autem, quae sursum est, libera est, quae est mater nostra. Ne forte ergo mysteria sunt haec omnia Saluatoris, qui soluit vincula per discipulos suos populi ex Iudaeis, & populi, qui venit ex gentibus. Ligata enim erat asina peccatis, quae tunc fuit synagoga, ligata fuit & pullus cum ea, qui postmodum factus est nouellus ex gentibus

populus credens. Et hos ambos appropians ad Hierusalem caelestem, id est ascendens in caelum, iussit discipulos suos ut soluerent eos, dans eis spiritum sanctum dicens, Accipite spiritum sanctum. Si cuius dimiseritis peccata, dimittentur eis, & si cuius tenueritis, tenebuntur. Et semper discipuli Christi soluentes ligatam asinam, & pullum adducunt ad Iesum volentem eis vehiculis ut per discipulos suos solutus a vinculo peccatorum priorum. Et dignum est filio Dei, ut sic necessarios habeat eos. Misericors enim est super asinam alligatam, & pullum cum ea. Necessarios autem habet eos, ut sedens super eos repaulet magis eos, super quibus sedet, quam ut repauletur ab eis. Sed quare aliquis, quomodo eis, quae diximus, conueniens sit sermo, qui sequitur dicens, *Confestim remittet eos?* Solutio autem istius questionis, sicut arbitror, haec est: quoniam dominus quidem eorum, qui fuerant ligati, nullus alius erat nisi ille, de quo ait Apostolus, Nobis autem vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Cui quoniam nequaquam contradidurus fuerat aliquis dicentium, quare soluitis pullum? manifestum est. Nam quasi nullo contradicere potenti, sic dicit Christus, *Et si aliquis vobis dixerit, dicitis quoniam dominus opera eorum desiderat.* Et vide, quod postquam ascenderit Iesus in Hierosolymam sedens super pullum hunc, vel illum, missio quaedam ad opus aliquod necessarium ad ipsum locum erat futura, ut aliquid operis faciant asina, & pullus eius. Et hoc quidem significat, non tamen clare. Sensus autem huiusmodi intellectus accipio credens ordini beatitudinum, quem facit Matthaeus. Nam postquam dixit, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum: post hoc scriptum est, Beati mansueti, quoniam ipsi possidebunt terram. Dicimus enim in his quoniam primum quidem beatorum est regnum caelorum, in secundo autem loco possidebunt terram, non ut per omne seculum sint super eam, sed consolati quod defuerunt, & steterunt iustitiam, satiati in ea, & misericordiam consecuti, iterum restituantur in regnum caelorum. Aut certe quoniam multi ex populo Iudaeorum, vel gentium, quos asinam, & pullum supra sumus interpretati, qui crederent in Christo, & susceperunt super se, postea missi a Christo reuerti sunt ad populum Iudaicum, vel ad caeteras gentes nondum credentes, ut praedicarent eis dominum Iesum filium Dei. Et hoc est, quod significat dicens, *Confestim autem remittet eos.* Si ergo asina, & pullus eius illi sunt, quos diximus supra, super quos verbum ascendit, non tibi videatur sermo inuisus, quod fideles homines animalibus comparentur. Forsitan enim tale aliquid intelligens & propheta dicit se factum esse quasi iumentum, non simpliciter iumentum, sed sicut iumentum apud Deum, vel apud Christum eius: secundum quod ait, *Ut iumentum, factus sum apud te.* Nam quantum ad Deum iumenta sumus non solum nos, sed etiam multo nobis prudentiores. Sic autem quantum ad pastorem Christum etiam oves eius sumus, quoniam tanta distantia est inter eum, & nos, quanta inter hominem, & quaecumque iumentum. Et forsitan cum ascenderint in Hierosolyma, sedente Iesu super se, asina, & pullus, & facti illi, non manebunt ibi, sed remittentur mutati iam, & probi facti, & enutriti verbi diuinitate, & eminentia, scientia, honesta

honestate: ut ad gloriam Dei digni habeantur remitti in locum, unde assumpti fuerant, prius domino eos meliorante, & quasi mercedem hanc eis praestante, pro eo quod portauerunt eum, & requiescere fecerunt in se, ut (sicut diximus) digni habeantur remitti in locum terrae huius, ex qua assumpti fuerant, non iam ad opera priora. Nec enim fas est ut misericos Deus dominus, constitutus, postquam semel eos suscepit, & honorauit, & a vinculo soluit, & fecit eos propriam sessionem, ut mittat eos rursus ad vincula, & opera mala, postquam semel suscepit super corda sua filium Dei. In his omnibus conueniebat valde gaudere, & extendere gaudium fructum spiritus sancti filiam Dei Sion, & filiam eius Hierusalem praedicare. Veniebat enim ei rex iustus, & saluans: & non simpliciter saluans, sed iustus, & saluans, id est, cum iudicio, & iusticia saluans: veniebat se iens super asinam, & pullum nouellum, quos diximus, visitans Israel, & exterminans currus ex Effrata, similes constitutos curribus Pharaonis, quos proiecit in mare. Veniebat autem ut exterminet etiam equum animal bellicum de Hierusalem, ut pacem faciat Israel conuertens perditas oves ipsius. Quomodo non erat res digna gaudio magno sic venire regem iustum, atque saluantem in Hierusalem, ex qua erat exterminandus omnis arcus bellicus, ut iam nunquam peccatores in ea intendant arcum, neque praeparent sagittas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde? Erat tunc pax futura ex fide gentium saluatorum, domino principante aquarum usque ad mare, id est, populorum: principante autem & fluminum emissionis terrae, & exitus facientium, & irrigantium multa ipsius. Qui autem simpliciter vult intelligere Sion populos Iudaeorum ad quos venit saluator, sic dicere potest: quod verbum quidem Dei praecipit gaudere filiam Sion, & praedicare filiam Hierusalem. Si autem aliorum diis crederent, non digna gaudio opera facientes neque suscipientes praedicandi praecipium ipsi sibi causa sunt facti ut patiantur ea, quae passi sunt, ut recte dicatur ad eos, *Vobis quidem missum fuerat Dei verbum, sed quia indignos vos iudicatis aeternae vitae, ecce conuertimur ad gentes.* Videamus autem nomine Bethphage secundum Matthaeum, Bethaniam autem secundum Marcum, Bethphage autem, & Bethaniam secundum Lucam. Et hic erat locus in monte, qui vocabatur Oliueti. Interpretatur autem Bethphage quidem domus maxillarum. Erat autem villa sacerdotum, quoniam maxilla propria pars erat sacerdotum ex lege. In quo possumus dicere (maxime occasionem accipientes de libro Iudicum) quod in his erat fons, qui vocabatur fons maxillae, de quo biberat Sampson, cum sitisset. Aut forsitan fons ille mysterium erat patientiae fidelium, ad quos dominus dixit, *Qui te percusserit in maxillam vnquam, praebat ei & alteram.* Bethania autem, domus obedientiae. In domum ergo obedientiae adducuntur omnes, qui soluantur a vinculo peccatorum suorum, vel ad domum sacerdotalem maxillarum, vel patientiae, ut inde ascendant dominus super eos, quos secundum praecipitum soluerunt discipuli eius, & perduxerunt ad eum. Mons autem oliuarum est ecclesia, in quo fructificantes fideles dicere possunt. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Qui autem in primis adducuntur ad

eum habentes initia fidei, sunt sicut nouella oliuarum in circuitu mensae Christi, quia sunt filij eius. Si autem oportet & duorum discipulorum, quos dominus misit, enarrare mysterium, forsitan non irrationabiliter dicere possumus, fuisse eos in mysterio Petri & Pauli, qui dextris illis deciderunt societatis, ut Petrus quidem in circuncisionem ad subiugalem iret, praedicaturus populo Iudaeorum sub iugo legis degenti. Paulus autem ad gentes, ad nouellum & indomitum pullum. Erant autem ambo (id est, populus ex Iudaeis, & populus ex gentibus) in villa, & non in ciuitate Sion, vel Hierusalem: sed discipuli Christi soluunt utrunque, & ad Christum perducunt, ut ascendant super eos cum soluti fuerint a peccatis, accipientes remissionem eorum. Super alligatos autem adhuc & vinculis peccatorum suorum constructos, non sedet Iesus. Secundum Marcum autem & Lucam etiam pullus introducitur alligatus, super quem nemo hominum sedit, nihil enim rationabile, neque quod secundum mores humanos fieri solet, in gentibus factum fuerat aliquando, neque fundatum in eis aliquid disciplinae, sed contra meritum suum a Deo sunt consecuti ut verbum Dei super eos federet, ut eo ducente ascendat in Hierusalem Dei. *Haec autem discipuli fecerunt, sicut praecipit eis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eum vestimenta sua, & sedit super eum.* Adducetes ergo ad Christum asinam & pullum, quos non dimiserunt, sed ornamenta eis imposuerunt, quibus fuerant adornati, & vestes, quibus ipsi fuerant cooperti, honestatem eis adiicientes quos suo studio soluerant ipsi, ut super ornatos vestibus discipulorum Christi, Christus ascendant, & requiescat in eis, & apud eos Dei verbum fundetur: quoniam vnquamque discipulorum decebat aliquid Christo confecti regi mansueti, ut possint dicere quoniam Christi sumus operis participes. *Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem cadebant ramos de arboribus, & sternerant in via.* Multus ergo populus cum Christo ascendebat in Hierusalem, qui & ipsi fructum susceptionis Christi demonstrauerunt, vestimenta sua & quaecumque habuerant ornamenta sternerentes in via, per quam asina transibat, videlicet ut mundum incedentes, terram, & rerum terrenarum puluerem nequaquam contingant, vel patiantur in via illa qua in Hierusalem ascendebant. Et tertium agmen post discipulos, & plurimam turbam sternerentem vestimenta sua, introducit, qui pulchritudinem aliquam itineri faciebatur, per quod proficisceretur in Hierusalem Iesus. *Turba autem qua praecedebat, & quae sequeretur, clamabant dicentes, Osanna filio David. Benedictus qui venit in nomine domini, osanna in excelsis.* Et praecedentes quidem ante Iesum dicuntur, qui ante aduentum Christi fuerunt sancti prophetae, & caeteri iusti, sequentes autem, qui fuerunt post aduentum ipsius Apostoli, caeterique fideles, qui secuti sunt verbum Dei. Tamen non aliud dicebant, qui praecedebant, aliud autem, qui sequebantur, sed omnes clamabant in simul consona voce, humanam quidem Christi dispensationem laudantes in eo, quod dicebant, *Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine domini, restitutionem autem eius in sancta, in eo quod dicebant, Osanna in excelsis.*

S. HILARII EPISCOPI

Pictaviensis superioris Euang. expositio.

Tunc Iesus misit duos ex discipulis suis dicens, *Ite in castellum quod contra vos est, &c.* Duo discipuli ad vicum mittantur: ut asinam ligatam cum pullo eius absoluat, atque ad Christum perducant. Et si quis interroget, cur ita fiat: respondeant necessarios domino, ac statim emittendos. Post superiorem sermonem quo in duobus filiis Zebedæi duplicem ex Israel vocationem significatam meminimus, competenter nunc duo discipuli ad solvendam asinam & pullum destinantur: quia duplex erat ex gentibus plebis vocatio consecrata: Erant enim atque sunt Samaritæ præfecti quondam per secessionem ex lege, & sub quadam observantia suæ consuetudine servientes. Erant etiã gentes in domitæ, & feroces, Igitur duo mittuntur, ut solvant ligatos, & obstrictos, & erroris atque ignorantia vinculis præditos, & mittuntur extra Hierusalem: extra eam enim hæc duæ vocationes habebantur. Cæterum mater filiorum Zebedæi, intra Hierusalem Dominum oravit. Duabus enim vocationibus, Israel vel per Apostolos, vel per Ioannem ex lege saluatur, Verum adæque per Philippum Samaria creditur: Per Petrum autem Cornelius christo, tanquam primitiæ gentium adductus est. Quod autem instruuntur, ut quærenti respondeant, Domino necessarios, & mox emittendos: id est, eos ipsos genti suæ prædicatores fidei euangelicæ esse credendos. Impleta igitur est prophetia, quæ innectum asina & pullo novo dominum venturum in Hierusalem nuntiabat. Sed gestorum effectibus prophetatur. Asina nanque de vico soluitur, atque exhibetur: Samaria videlicet alieno & peregrino obsessa dominatu per Apostolos soluitur, & domino suo redditur. Pullum vero idem dominus accedit, novellum, contumacem, durum, atque hæc omnia gentilis ignorantia vitia domantur, & toramitorum ferocitates vestro Deo stræ sunt. Omnis autem hæc species futuri ordinem tenet: & parabolicis significationibus, rerumque præsentium conditionibus, futuri formam præmittitur. Eric enim dominus in claritatis suæ adventu gentes possidens: earumque mentibus, tanquam victor insidens toto comitatus sui agmine prædicabitur, patriarcharum, prophetarum, atque apostolorum. Nam gloriam suam in vestimentis patriarcharum domino subternunt. Eorum enim & generationibus & hominibus, & insectationibus est dominus prophetatus: eique omni dignitatis suæ ornatu concedentes, seque sedili subternentes, docent omnem gloriam suam, præparationi dominici adventus fuisse substratam. Illic etiam propheta vestimenta sua incendit itineri subternunt. Hanc enim viam gentium vestratum dominum prædicaverunt: quicquid seculi amore postposito, mortibus se & lapidationibus offerendo, ipsis quodammodo corporibus exuerunt ad ingressum via talis oblati. Apostoli quoque exciliarum arborum ramos, post vestimenta subternunt, sed nulla in hoc est humani officij reverentia. Rami enim incendit impediunt, & implicitum iter facerent properantibus ingressui: verum explicatur omnis ratio prophetiæ, & futuri forma servatur. Igitur instructuarum arborum

Rami, id est, fidelium quondam gentium fractus, per apostolos itineri Domini subternuntur, & saluatoris iustificatur ingressu: & per eos inceditur, & gratissimum sit incendit Deo ex Ramis incedit: radicis officij: *Turba autem & preceps: & consequens damnavat: Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine domini.* Sed crucifigendum quomodo turba collaudat, aut quomodo odium meruit ex favore: Verum laudantis verba, redemptionis in eo exprimit potestatem. Nam osanna Hebraico sermone significatur redemptio domus David. Deinde David filium nuncupant, in quo agnoscerent regni æterni hereditatem. Postremo benedictum in nomine domini venientem consistunt. Atqui acclamandum ab his erat, Crucifige blasphemum. Sed peragunt formam futuri gesta presentia: & compugnantibus licet eorum, inter quos hæc gerebantur, assensibus, quamvis mox diversa essent consecutura, rerum tamen celestium fidem etiam inuitorum meditatur operatio.

S. HIERONYMI PRES-

byteri in idem Euang. expositio.

ET cum appropinquasset Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliveti, tunc Iesus misit duos discipulos suos, dicens eis: *Ite in castellum quod contra vos est, &c.* Egreditur de Hiericho, turbis educis inde quamplurimis: & cæcis reddita sanitate appropinquat Hierosolymis, magnis ditatus mercibus: salute credentium reddita, ingredi cupit urbem pacis, & locum visionis Dei, & arcem speculatorij. Cumque appropinquaret Hierosolymis, & venisset Bethphage ad domum maxillaram: qui sacerdotum viculus erat, & confessionis portabat typum: & erat situs in monte Oliveti: ubi lumē scientiæ, ubi laborum & dolorum requies: misit duos discipulos suos *Discipulus ubi regni regnum, id est, ciuitatem & operam, ut ingrederentur castellum.* Dixitque eis: *Ite in castellum quod contra vos est.* Contra apostolos enim erat, nec iugum doctrinarum volebat accipere. Et statim, inquit, inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite & adducite mihi. Alligata erat asina multis vinculis peccatorum. Pullus quoque lascivus, & frænorum impatiens cum matre: secundum euangelium Lucæ: multos habebat dominos, nō vno errori & dogmati subditos: & tamē multi domini qui sibi potestatem illicitam vendicabant videntes verum dominum & seruos eius venisse, qui ad solvendum missi fuerant, non audent resistere. *Quæ sit autem asina & pullus asinæ, dicemus in subditis.* Hoc autem factum est, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: *Dicite filia Sion: ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiuugalis.* Hoc in propheta Zacharia scriptum: de quo plenius, si vitæ spaciū fuerit, in suo dicitur loco. Nunc stringendum breviter, quod secundum litteram in parvo itineris spaciō super vtrunque animal sedere nō quiescit. Aut enim sedet asinæ, & pullus absque seffore fuit: aut si pullo, quod magis competit, us est ad sedendum: asina ducta est libera. Ergo cum historia vel impossibilitate habeat, vel turpitudinem, ad altiora transmittitur: ut asina, ista quæ subiu-

galis

galis fuit, & edomita & iugum legis traxerat, synagoga intelligatur. Pullus asinæ lascivus & liber: gentium populus, quibus sederit Iesus, missis ad eos duobus discipulis suis, vno in circūcisionem, & altero in gentes. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit eis Iesus: & adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Pullus iste & asina, quibus apostoli sternunt vestimenta sua, ut Iesus mollius sedeat: ante adventum saluatoris nudi erant: multisque sibi in eos dominatum vendicantibus, absque operimento frigeabant. Postquā vero suscepere apostolicas vestes, pulchriores effecti, dominum habuere sefforem. Vestis autem apostolica, vel doctrina virtutum, vel ediffertio scripturarum intelligi potest: siue, ecclesiasticorum dogmatum varietates: quibus nisi anima instructa fuerit & ornata, sefforem habere dominum non meretur. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Videte differentiam vniuersiūque personæ. Apostoli vestimenta sua super asinum ponunt: turba quæ vilior est, subternit pedibus asini: nec ubi offendat in lapidem, ne calcet spinæ, ne labatur in foueam. Alij autem cædebant ramos de arboribus & sternebant in via. De arboribus frugiferis, quibus mōs Oliveti constitus est: cædebant ramos sternebantque in via: ut praua recta faceret, & æquaret iniqua: quo rectius atque securius in corde credentium Christus, daemonum atque vitorum victor incederet. Turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur clamabant, dicentes: *Osanna filio David, &c.* Quia manifesta est historia, spirituale sequamur ordinem differendi. Turbæ quæ egressæ fuerant de Hiericho, & sequuntur sunt saluatorem ac discipulos eius, postquam pullū asinæ solutum viderunt, qui ante ligatus fuerat: & apostolorum vestibus exornatum, & sedentem super eum dominum Iesum: supposuerunt vestimenta sua, & strauerunt viam ramos arborum. Cumque opere cuncta fecissent, vocis quoque tribuunt testimonium: & præcedentes atque sequentes non breui atque silenti confessione, sed clamore plenissimo resonant: *Osanna filio David: benedictus qui venit in nomine domini.* Quod autem dicit: *Turbæ quæ præcedebant & quæ sequebantur, vtrunque ostendit populum: & qui ante euangelium, & qui post euangelium domino crediderunt, consona Iesum confessionis voce laudare: & secundum superioris parabola exemplum diuersarum horarum operarios, vnum fidei accipere præmium.* Porro quod sequitur: *Osanna filio David, quid significet, & ante annos plurimos in breui epistola ad Damasum tunc Romanæ urbis episcopum dixisse me memini: & nunc perstringam breuiter. In centesimo decimo septimo psalmo: qui manifeste de aduentu saluatoris scriptus est: inter cætera hoc quoque legimus: Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, hoc est mirabile in oculis nostris. Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Statimque iungitur: O domine saluū me fac: O domine bene prosperare. Benedictus qui venit in nomine domini: benediximus vobis de domo domini, & cætera. Pro eo quod habetur in Lxx. interpretibus, *id est, id est, O domine saluum fac.* In Hebræo legimus: *וְיָשׁוּעַ אֱלֹהֵינוּ**

quod manifestius interpretatus est Symmachus, dicens: *Obsecro domine saluum fac, obsecro.* Nemo ergo putet ex duobus verbis, Græco videlicet & Hebræo sermone esse compositum, sed totum Hebraicum: & significare quod aduentus Christi salus mundi sit. Unde & sequitur: *Benedictus qui venit in nomine domini.* Saluatore quoque ipsum in euangelio comprobante: *Ego veni in nomine patris mei, & non me recepitis.* Alius veniet in nomine suo, & recipietis eum. Nec non quod iungitur: *Osanna, id est, salus, in excelsis: perspicue ostenditur, quod aduentus Christi non tantum hominum salus, sed totius mundi sit: terrena iungens cælestibus: Ut omne genu ei flectatur cælestium, terrestrium & inferorum.*

S. I O. CHRYSOSTOMI

*Episcopi Constantini in superioris**Euang. Homil.*

ET quando appropinquauit Hierusalem, & venit in Bethphage ad montem Oliveti, &c. Sæpe quidem etiam antea, nunquam vero ita clarè in Hierusalem ascendit. Quænam igitur huius rei causa est? In dispensationis exordio, cum neque ipse ita clarus esset, nec passionis tempus appropinquaret, indifferenter cum illis versabatur, occultans seipsum. Nam nec ipse mirabiliter patefaciendo se, visus esset, & illi maiore inuidiæ incendio flagrasset: nunc autem, cum virtutis sui multis signis periculum fecerat, & crux in ianuam adesset, clarus seipsum reuelat, & cum maiore, ac congruente omnia facere autoritate videtur, sed propter hæc maioribus inuidiæ stimulis tabescant: quæ quamquam sic ab initio agere poterat commoditatem tamen ordinati progressus conseruauit. Tu verò diligenter expende, quot mirabilia petagit, & quot prophetias adimplet: asinam inuenturos prædixit, neminem prohibitorium, & omnes tacituros affirmant, quæ Iudæorum culpa non parua esse videtur: siquidem, qui nunquam eum viderunt, sua ipsi sine controuersia tradunt, cum Iudæi etiam per discipulos signa facientem videntes non receperunt. Non fuit res ipsa parua. Quis enim illis persuasit, præsertim pauperibus, ac forsitan agricolis, nullo modo aduersari? Cur dixi non aduersari, sed nec interrogare quidem, aut interrogantes, responso auditio, tacere, atque cedere? Nā vtraque ista pariter mihi mirabilia, & inaudita videntur. Nō enim parum est, cum traherentur iumenta, nihil dixisse: & si dixerunt, cum audissent, quia dominus illis indigeret, cessasse, maxime cum non ipsum, sed discipulos eius viderent. Hinc omnes docet, Iudæos in ipsum irruentes solo nutu reprimere potuisse. Hinc etiam discipulos docet, quicquid ipse pereret, etiam si animam dare iuberet, absque villa controuersa esse paratum. Nam, si cesserit ignoti, quid discipuli facere debent? Duplicem autem ad hæc prophetiam: alteram opere, alteram verbis adimplebat. Opere quidem, quia scriptum est à Zacharia, quod in asina sicuti rex sedebit. Cum igitur id, veluti scriptum est, expleisset, alterius ipse prophetiæ dabat initium, quæ futura erant, ipsis factis significando: immundarum enim vocationem gentium, & quia in ipsis requiesceret, & venient, atque adorabunt eam, res ista significabat:

batita prophetiæ prophetia successit. Mihi verò nō idcirco solum in asina sedisse videret, verum etiam ut viuendi philosophia nos erudiret, ita simul & prophetias adimplebat, & dogmata veritatis plantabat, & viuendi præcepta exemplis præbebat, & affirmabat. Regulas enim nobis præbet, ne maiora, quam necessarius usus exigit, requiramus. Itaque, quando etiam nascebatur, non magnificas ædes, non locupletem matrem, sed pauperrimam, & rabro desponsatam elegit, & in tugurio nascitur, & in præsepio ponitur. Sic discipulos non oratores, aut sapientes voluit, nec genere, aut fortuna claros, sed inopes valde, atque ignotos. Mensa sua ordeaceis nonnunquam panibus, nonnunquam quos discipuli è foto emerent, referta erat. Recumbebat prætere in fœno: vestes viles, nec conditionem vulgi excedentes induebatur. Domum nullam habebat, cumque de loco in locum traesundum erat, pedibus iter faciebat, & sic faciebat, ut labore plerumque conficeretur. Nunquam in sede, nec in puluinari, sed in ipsa superficie terræ, modò apud fontes solus sedebat, & mulierem Samaritanam alloquebatur: sic mediocritatem in mœrendo nos docens, quando res postulabat, lachrymas effudit, terminos nobis in omni re constituens, ut, quousque progrediendum esset, non ignoremus. Quibus etiam nunc, quoniam iumentis opus esse imbecillioribus non ignorabat, modum exemplo dedit, nec aut equis, aut mulis sublimes feramur, sed asino, quando res cogit, insidete: neque vltius progredi, sed vbiq; necessitate usum terminare. Sed videamus iam tam verborum, quam rerum prophetiam: quæ igitur est illa? *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, ascidens super iugalem, & pullum nouum: non currus, ut reges cæteri agens, non vectigalia exigens, non elatus timore, nec facellitibus constipatus, sed magnam vndique monstrans humilitatem.* Interrogetur ergo Iudæus, quisnā regem asina vectus Hierosolymam intravit? Neminem profectò præter Christum dicere possunt. Hæc faciebat, ut, quemadmodum diximus, figuris ventura significaret. Etiam enim hic, & nouus populus olim immundus per pullum significatur, qui, postquam in eo Iesus quieuit, ab omni sordē liberatus, mundus effectus est. Perpende autem examumissimam imaginem esse conseruatam. Discipuli quippe iumenta soluunt, quoniam & nos, & illi per apostolos vocati sumus, & nostra fides in zealum illos deduxit. Prætere idcirco asina pullum suum sequi perspicitur, quoniam, postquam in gentibus Christus sedebat, tunc & Israëlites zelantes venient: quod Paulus significans dicebat, *Quia cæcitas ex parte Israël accidit, quousque plenitudo gentium intraret, & sic vniuersus Israël saluabitur.* Quod enim figura hæc factum prophetiæ figurabat, à dictis manifestum est. Nisi enim ita esset, non tanta cura certè Propheta puli etiam ætatem prædixisset. Illud etiam discimus, quemadmodum nemo tunc apostolos, ne abducerent iumenta detinuit: sic nullus vetare potuit, ne gentes ab idololatria remouerentur. Non autem in pullo nudo, sed super apostolorum iniectas vestes insedit. Pullo enim oblato, vniuersa iam à se præbent, sicut & Paulus dicebat, *Ego autem iucundissimè consumam, & consumar ego ipse pro animabus vestris.* Tu verò subitam puli adorationem admire, quomodo, dum esset in-

Luce 1. 1. Cor. 16. Rom. 6.

Zeus. 4.

Rom. 11.

1. Cor. 11.

domitus, & fræni omnino expers non resiliit, nec reluctatus est, sed quiete quasi assuetus ferebatur. Gentium enim obedientiam hinc significatur, & repentina in meliorem vitam mutatio: quæ omnia illis verbis facta sunt, *Soluentes, adducite inhiuita inordinata in ordinè, & immunda ad munditiam redacta sunt.* Deiectionem Iudæorū considera, qui, quamuis tam multa eius signa viderint, nouquam tamen ipsum sic admirari sunt, quemadmodum nunc, quia turbas concurrere aspexerunt, vehementer obstupescunt. *Concessa enim fuit, inquit, vniuersa ciuitas, dicens, Quis est hic turba autem dicebant, Hic est Iesus Propheta, qui est à Nazareth Galilææ.* Ita quando tandem magnū quid de ipso dicere nisi sunt, tunc humilis, & abiecta sententia sua humi trahebatur. Hæc autem faciebat, non ut se hac pompa ostentaret, sed partim, ut & prophetiam (ut diximus) impleret, & vitam nostram instrueret: partim, ut discipuli hoc maxime solamen mortis eius haberent, quum viderent in nullo inuitum posse violari. Tu verò id etiam admirare, quomodo tam à Zacharia, quam à Dauid ad vnguem ista prædicta fuerunt. Sic igitur etiam nos faciamus, & laudes cætemus, & vestimenta eis tradamus, qui ipsum afferunt. Quia enim re digni erimus, quum illorum alij agram vestimentis suis Christi seffuri gratia ornaret, alij indumeta humi stererent: si nos nec nudū ipsum videtes, à receditis pro eo quicquā impedere volumus: Et quū illorū alij præcedat, alij subsequantur, nos aduenientē repellamus, atq; cōtēnamus: quo putas hæc supplicio digna esse? Accedit ad te dñs indigens, tu ne supplicatē quidē audire vis, sed acculas, & increpas, & præsertim quum talia verba perceperis. Quod si ad paululum argenti offerendum, & frustra panis præbenda adeo tenax, auarus, & piger es, quod faceres, si vniuersa tibi essent euacrandā? Non vides quot, quantaq; ij, qui se munificos vulgò appellari volunt, scortis in theatro largiuntur: illorum tu nec centesimam quidem partem dare sustines. At, quando diabolus quibuscunq; obuiis dare iubet, & si huic rei gehenna imminet, incundè tamen illi obtemperas: quum verò Christus regnum, si indigentibus obtuleris, tibi retribuatur, nō modò nihil præstas, sed insuper etiam petentes contumelias: sic apertè maus obedire diabolo, ut puniaris, quam Christo parere, ut salueris. Quia quidem vecordia nescio, si quid vesanius vnquam possit excogitari: gehennam ille, hic regnum pollicetur: & vos, hoc neglecto, ad illum accurritis, & hinc venientem repellitis, illum etiam, quum longè absit, vocatis. Non aliter ergo sit, ac si, quum diadema, & purpuram rex offerret, sperneretur: latro autem, qui acutum, quo te interficias, mucronem largiatur, facile persuadear. Quæ intelligentes, charissimi, aperiamus oculos aliquādo, & vigilemus oro. Ego enim iam erubescō, quum totiens me dixisse de elemosyna sciam, & nihil exhortationibus meis dignum concessisse videam: & factum quidem esse aliquid non ignoro, non tamen tantum, quantum optabam. Sed cerno quidem vos seminantes, non tamen plena dextera: quare timo, ne parcè quoque metatis. Ut tamen parcè proici semen videatis, considerate, si videtur, vtrum plures in ciuitate inopes, an diuites. Ego quidem puto decimam ferè partem ciuium puluitis affluere, & decimā tanta paupertate opprimi, ut ni

vt nihil penitus habeat, cæteros inter conditionē istorū collocari. Partiamur igitur multitudinem vrbis per egenorum numerū, & videbitis quam magnum ex hac cōsideratione dedecus erumpat. Nam, qui magna copia rerum abundant, pauci certè sunt, quorum verò mediocres fortunæ, multū: qui autem nihil habent paucissimi. Quumque plurimi sint, qui famelicètes possunt saturare, multi tamen esuriunt, non, quia non possimus illis satisfacere, sed, quia durities, & inhumanitas corda nostra occupauit. Nam, si locupletes, & illi, qui mediocri fortunæ sunt, cibo, & vestitu indigentes inter se partiantur, vix centum, aut quinquaginti viri vnum pauperem forrimentur. Et in tanta eorum multitudine qui subuenire possunt egenes, paupertatem suam quotidie famelicètes deplorent. Sed, ut apertissimè inhumanitatem eorum videas, vnus diuitis, nec valde locupletis hæc ecclesia fructus colligens, cogita tecum, quot viduis, quot virginibus quotidie succurrat. Lā enim numerus eorū in catalogo ascriptas ad tria milia puenierunt: & prætere multis, qui carceres habitant, auxiliatur, multis in hospitali laborantibus, multis aduenis, multis leprosis, omnibus, qui altari assistunt, cibaria, & indumenta præbet, multis etiam, qui quotidie ad petendum accedunt, nec tamen ecclesiæ opes, idcirco diminuat sunt. Quare, si decem solummodo viri hoc impendio in pauperes sic vterentur, nullus in hac vrbe fame aut nuditate laboraret. Sed quid, inquit, liberis nostris relinquimus? Sortem certè, quamuis & fructus ita depositi mitificè creuant, & in cælis reconditi vobis conferuntur. Quod si ita non vultis, mediam saltem fructuum partem, aut tertiam, aut quartam, aut quod minimum est, saltem decimā Christo præbeamus. Gratia enim, & misericordia Dei decem vrbium inopes hæc ciuitas nostra continuè posset enutrire. Quod si ita res pateat, vt nulla ratiocinatione nobis opus esse videatur. Videtis igitur quot, quantaq; vna domus ad ciuilia onera, quotannis cōferens, nunquam hac impensa labore, quam si diuitum singuli pauperum gratia susciperent, momento cælum raperent. Quæ igitur venia, quæ satisfactio poterit esse, quum ex istis rebus, quas omnino morituri relinquimus, non ita indigentibus copiosè præbeamus, sicut multi scenicis tribuunt, præsertim quum æternæ sic danti retributiones debeantur? Oportebat quidem, etiam si hac in vita perpetui maneremus, huic benignitati non parere: quū verò paulò postea nudū hinc rapiamur: quæ nobis satisfactio erit, si neque à nostrorum fructibus prædiorum esuriensibus optularum? Non enim cogo facultatem minuerè, non quia id nolum, sed quia te valde alienū ab hac respicio. Nō ergo a deo illud dicere, sed ad exponendos fructus hortor, & nihil esse hinc reponendum consulo: satis est tibi, quod quasi à copioso fonte pecunia fructuum, consistat in dies. Fac inopes rerum tuarum participes, dispensa probè, quæ tibi diuinitus commendata sunt. Sed onera publicè, inquit, tribuo. An ideo forsitan despicias, quia nemo te hō dare cogit? & publicè quidem, quamuis nihil agri tui produxerint, necessariè præbes, quum non audeas aduersari? Christo verò ita miti, & tunc solummodo petenti, cum fertilitate agrorum abundas, nec iucundè quidem

Videtur ecclesiam soluisse hereditates legari, cum in multis vrbibus, tam in pauperū subuentionem. Nota numerus ministrorum, que vel vniuersam vel videtur proficitur.

Esquitur de Antiochia.

respondere dignaris? Quis igitur te liberabit à tormentis futuris? Nullus certè. Nam, si propter has præsentis penas in tribuendo ciuitati diligentissimus es, grauiorē esse futurus memento, vbi non in carceres, sed in ignem deiticiis æternum. Quare horum omnium gratia hæc tributa pauperibus primū conferamus. Nam & facilius id facere possimus, & merces maior debetur, & maiora multò meremur, & acerbiora non facientibus supplicia imminet, quæ nullum vnquam habitura terminum sunt. Quod si milites tibi alendos obicias, qui pro re cum Barbaris pugnent, considera non parum esse pauperum exercitum, qui periculosum pro te bellum suscipere parati sunt. Nam, si quicquam abs te acceperunt, Deum orando propitium tibi reddent, & loco Barbarorum, insidias demonum procul repellent: vires diaboli debilitantes, ut nō possit omnino animam tuam expugnare. Quare, quum videas hos quotidie milites ad regem præcibus pro te intercedere, alimenta sibi quasi debitum conferas tributum. Mitissimus enim est rex hic noster, nulla vi exigit: sed sponte oblatum, etiam si minimum sit, suscipit: & si longo temporis spatio necessitate quapiā detentus non fueris, nō cogit. Nō abutamus ergo lōganimitate, ac misericordia eius: verum reponamus nobis, non iram, sed salutem: non mortem, sed vitam, nec tormenta, & penas, sed honores, atque coronas. Nil hic impendes, quum transferantur offerenda, nullus labor suscipiendus est, ut in argentum redigas: alimenta offeras solum, & ipse dominus in cælum transportet, ipse mercaturam hanc quaestuosam faciet: non indiges hic ministris deferendis, nec restibus, rutū semper est, quod dedisti. Et mirabili mercaturæ genere creuit, atque multiplicatur. Præterea, quæ reipublicæ tribuis, nunquam tibi redduntur, quam hæc eximio quodam scenore, & lucro spiritali restituntur. Istis enim reipublica, illis tu ipse vteris: quasi enim Deo credatur, chirographū tibi diuinitus sit. Qui enim, inquit, pauperis miseretur, Deo sceneratur. Etenim, quāuis dominus omnium sit, non est tamen de dignatus & artha, & vadibus rem firmare. Quanam igitur artha est? Hæc certè præsentia sensibilia, & spiritalia exordia futurorum. Quid igitur procrastinatis, & inertia corrumpis, quum multa iam receperis, & maiora expectes? An ignoras fortassis quot, quantaq; recepisti? ipse corpus tibi formauit, animam creauit, ratione solum ex omnibus animantibus honorauit, omnium visibilium rerum usum præstitit, cognitionem sui tibi largitus est, filium suum pro te tradidit, baptismum multis plenum donis concessit, sacra mensa donauit, regnum, & ineffabilia pollicitur. Qui ergo tot iam accepisti, tantaq; accepturus es (nō enim vereor eadem rursus repetere) pereuntibus pecuniis pro eo parcis, & qua venia dignus eris? Sed, quam filios aspiciam, inquit, non possum non retardari. Nimirum ad hæc lucra tibi filij quoque instituti sunt. Nam, si magno scenore argentum tibi esset collocatum, hominè grato, nec impotentis scio huius te malle debiti literas liberis relinquere, ut ingentes inde capiant fructus, quam pecuniam, ne cogere alios que-rete, vbi rursū queant collocare. Da igitur filiis tuis has literas, Deum sibi debitorem relinque. Agros quidem non vendis, sed liberis relinquis, Bibl. Hom. tom. 1. H h h vt

Proverb. 19.

vt eorum fructibus ditiores euadant. Hoc verò chirographum, quòd maiores omnibus prædiis fructus reddere solet, relinquere filio reculas: magna certe id est, simplicitas, imò verò dementia, præsertim cum scias, quia, quamuis hoc filius relictum chirographum sit, tamen & ipse abiens tecum portat. Talia quippe spiritalia sunt, vt multis multiplicata, satisfaciunt. Non sumus igitur ita pauperes animo, neque inhumani, atque crudeles aduersus nos ipsos: sed quæstuosam hanc mercaturam suscipiamus, quæ simul & nos abeuntes eomitabitur, & filios nostros non derelinquet, & tam nos, quàm illos ad futuram beatitudinem perducet, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria, & imperium cum patre, & spiritu sancto, Amen.

AVTHORIS DICTI IMPERFECTI in Matthæum, in idem Euang. Homil.

ET quum appropinquaret Iesus Hierosolymis, &c. Puto res ipsa exigit, vt queramus, Frequenter quidem Iesus venit in Hierusalem, sicut Ioannes testatur, nunquam tamen sibi adhibuit ministeria iamentorum, nec ramorum circa se virentia constituit ornamenta, nec ad terribilem laudem suæ diuinitatis animos populi excitauit, nisi modo quando, vt pateretur, ascendit. Ideo ergo cum tanta gloria est ingressus, vt amplius eorum aduersus se excitaret inuidiam, quia iam tempus urgebat, sed vt ipse magis aduersus se compellat mortem. Quoties enim de manibus sacerdotum elapsus enasit, quòd esset inuisibilis factus? Quando Iudæi Christum voluerunt occidere, tangere eum non potuerunt. Quando autem ipse secutus est mortem, parere ei Iudæi non potuerunt. Ergo, si Christus eos prouocauit, fortè nec de morte sua fecit innocuos? Absit. Excitauit eos, non vt facerent quod antè noluerant, sed vt possint facere quod prius volebant: facultas eis data est, non mutata voluntas. Tunc Iesus misit duos discipulos, dicens: *ite in castellum quod contra vos est, & confestim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi.* Asina & pullus eius Iudæi sunt, & gentes: Iudæa enim secundum Deum mater est gentium. Sic enim dicit ad eam Deus per Esaiam prophetam: *Et constituiam principes tuos, sicut antea, & consiliarios tuos sicut ab initio.* Et tunc vocaberis ciuitas iustitiæ, & mater ciuitatum, id est ecclesiarum, fidelis Sion. Propter quasdam tales similitudines, animalibus his assimilati sunt homines. Deum vel Dei filium, non cognoscentes. Est enim animal hoc immundum, & præ cæteris pendè iumētis magis irrationabile, & stultum, & infirmum, & ignobile, & oneriferum magis: sic fuerunt & homines, ante Christum aduentum, idololatras, passionibus diuersis immundis, & irrationabilibus, verbi ratione carentes, quæratum ad deum stultum. Quid autem stultius quam factorem contententem, quam facturam, & opus manuum suarum adorare, quæ factorem? Erant enim infirmi secundum animam, & ignobiles, non valentes resistere passionibus suis, & obliuiscere generationem suam celestem, facti fuerant serui passionum suarum, & demorum, quibus resistere non valebant. Et qui-

cunque demonum, vel philosophorum cuiusque erroris, vel dogmatis alicuius sarcinam eis voluisset imponere, sustinebant: & omnia non bonâ patientiâ supportabant, nec resistebant. Propter quæ omnia & Apostolus ad Corinthios dicit: *videre vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret.* At vbi Christus super eos ascendit, & iadaxit in templum, lauari per baptismum, facti sunt de immundis: de animalibus homines sancti. Percepta enim verbi ratione, sapientia Dei facti sunt rationabiles, & prudentes, & inuenta est irrationabilitas eorum esse simplicitas, & stulticia eorum mansuetudo. Nam simplicitas sine ratione verbi hominis irrationabilitas est, & mansuetudo si non sit propter Deum, stulticia est. Adhuc autem accepta gratia, & cognita regeneratione sua celesti, facti sunt de infirmis, & de ignobilibus fortes, & nobiles, & quæ videbatur infirmitas, innocentia est inuenta in eis, ignobilitas autem humilitas. Nam innocentia sine Deo infirmitas æstimatur, & humilitas non propter Deum ignobilitas iudicatur. Item reicientes à se onera demonum, suscipientes super se iugum Christi suauis, & onus eius leue, & ipsum sessorum in cordibus suis suscipientes, facti sunt patientes. Nam patientia irrationabilis onerifera æstimatur & ligata, id est, diabolici erroris vinculo impedita, vt non haberet libertatem ire quo vellet. Nam omnes homines antequam peccemus, liberum quidem habemus arbitrium, si volumus sequi voluntatem diaboli, iam non. Quod si semel peccates obligauerimus nos operibus eius, iam nostra virtute euadere non possumus. Sed sicut nauis, fracto gubernaculo, illic ducitur, vbi tempestas voluerit: sic & homo diuinæ gratiæ auxilio perditio per peccatum, agit quod non vult, sed quod diabolus vult. Et nisi Deus valida manu misericordiæ sic soluerit eum, vsque ad mortem in peccatorum suorum vinculis permanebit. Ergo nostra quidem voluntate & negligentia alligamur, sed per Dei misericordiam absoluiamur. Sicut enim videmus in istis mundialibus regnis, quomodo in primis, quidem nemo potest facere seipsum regem, sed populus creat sibi regem, quem elegerit: quum rex fuerit factus, & confirmatus in regno, iam habet potestatem in hominibus, & non potest populus iugum eius de ceruice sua repellere. Nam primum quidem in potestate populi est facere sibi regem, quem vult, factum autem de regno repellere, iam non est in potestate eius: & sic voluntas populi postea in necessitatem conuertitur. Sic & homo, priusquam peccet, liberum habet arbitrium, vt vult sub regno esse diaboli: quum autem peccatum se tradiderit sub regno ipsius, iam non potest de potestate eius exire: & sic prima voluntas eius in necessitatem conuertitur. Et hoc est: quod homines seculares, & peccatores dicere solent, Nūquid nolimus esse sancti? quis non vult esse iustus? Sed non possumus. Verum quidem est, quod dicunt, sed non habent excusationem: quia primum potuerunt non esse sub potestate diaboli, si voluissent: Postquæ verò potuerunt in throno diaboli in cordibus suis, nemo potest eos de potestate diaboli eripere, nisi solus Deus. *Soluite*, inquit.

Quomo

Quomo Ioseph doctrinam vestram, per miracula vestra: quia omnes Iudæi, & Gentes per Apostolos sunt liberati. *Aducite mihi.* Per mihi interitum, id est ad gloriam corrigite illos. Dux autem misit Apostolos, quia per duo generalia mandata omne ne genus hominum de peccato absoluitur. Quarta: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis omne peccatum expellitur, & omnis iustitia consumatur. Aut certe alia duo. Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Item, Quod vultis vt faciant vobis homines, facite & vos similitur. Quod iam istos duos Petrum, & Philippum apostolos expoat intelligi oportere: quoniam: hi primum transgredientes Iudæicos fines, Gentes adduxerunt ad Christum, Philippus quidem Sabaarium, quum ipsam Samariam asinam esse interpretatur. Petrus autem Gentes, accipiens Cornelium ex Gentibus, quasi Samariam pullum. *Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, dominus operam eorum desiderat.* Ne dicatis, dominus tuus: neque dominus nostrer: neque dominus iumentorum: vt intelligant omnes, quia ego solus dominus, non solum animalium, neque solium eorum, qui mihi subdit sunt, sed omnium hominum, etiam qui mihi contrarij sunt. Nam & peccatores condicione quidem miserunt, voluntate autem sua diabolici. Meus enim orbis terra, & plenitudo eius. *Dominus operam eorum desiderat.* Iustum est vt aliquando creatura seruiat suo creatori. Gentes enim Deus in potestate diaboli pro tempore relinquit vt teneat, non in æternam contempit vt perdat. Necesse est autem, vt faciat quod scriptum est: *Homines & iumenta saluabis, domine. Confestim autem remittet eos.* Animal quidè postquæ ingressum est in Hierosalem Iudææ, ad dominum suum remissum est, animalis autem propheta in Iudæa remansit. Nā de animalij illo non hoc quod videbatur necessariū erat Christo, sed illud quod intelligebatur, id est, non caro, sed ratio: ideoque caro remissa est, ratio autem retenta est. Aut ita, non dixit, & iterum remittet eos ad te: sed tantum, remittet eos: sed in mysterium præcederet rationem. Nam puto in primis hominem non sermone nudo vocauit apostolorum, sed per virtutem spiritus sancti soluii pariter, & adduxit. Postquam autem adduxit, iterum dimisit eos in arbitrio, vt labore suo comitate gratia iustificentur. Nam quod ad vocati sumus, Dei est: quod autem dignè vocatione viuimus, nostram pariter est, & Dei. Hoc est quod ait, iterum remittet eos, non ad diabolum qui prius tenebat eos, sed in arbitrio suo id iuuante gratiæ scilicet dono. *Hoc autem totum factum est, vt impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Dicit, filia Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium iumentorum.* Dominus noster ascendens ad mortem Hierosolymam, magnam gratiâ pacis, & concordia mundo inuertito quati in testamento reliquit. In mysterium enim gentium futurarum sedens super asinam & pullum eius intravit in templum, & sic Gentes Iudæis coniunxit. Sciens autem propheta malitiam Iudæorum: quia contradidit fuerant Christo ascendenti in templum: ideo præmonuit, vt per hoc signum cognoscerent regem suum Iudæi dicens: *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum equi.* Ecce, ostendens verbum esse, non corporali aspectu, sed spiritali intellectu opera virtutum eius aspiciat, non schema

visionem eius. Si enim schemata eius aspexeritis, deificandi estis, in natura humana: autem opus eius confideraueritis, saluandi estis in virtute diuina. Ante tempora autem multa constitutus propheta, videns eum spiritali aspectu, qui nondum natus fuerat, ideo dicebat: *Ecce, vt ostenderet, quia ille de quo loquebatur, antequam nasceretur, iam erat.* Quum ergo videritis eum in templo, & Iudæi, nolite superbe agere contra eum dicentes: *In qua potestate hæc facis? Quia ecce rex tuus venit tibi mansuetus, venit ille, sedens super asinam.* Nolite cõsiderare in qua potestate facit, sed considerate tantum si facere potest: quoniam hoc credere est, illud autè gerere. *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam.* Nolite dicere: *Nos non habemus regem, nisi tantummodo Cæsarem.* *Ecce rex tuus, venit tibi mansuetus sedens super asinam.* Si intellexeris, venit tibi non intellexeris, venit vt cõgrate. Id est, si intellexeris, venit vt saluet te, & sub pedibus tuis subiciat Gentes, & dicas per prophetam gaudens: *Quoniam Deus, excelsus terribilis, & rex magnus super omnem terram, subdit populos nobis, & Gentes sub pedibus nostris.* Legit nos in hæreditatem sibi, speciem iacob quem dilexit. Si autem non intellexeris, venit vt perdat te, & de templo sanctitatis expellat, & abiam sponsam de Gentijs, castitatem inducat in cubiculum sanctitatis, vt tu proiecta & in tenebris constituta dicas per Salomonem: *Ne aspexeris me, quoniam ego sum denigrata, quoniam despecta me sol.* Vis cognoscere mansuetudinem venientis, considerate speciem aduentus eius. Non sedet in curru aureo, preciosa purpura, fulgens: nec ascendit super seruidum equum discordiæ amatorem, & litis, qui gloriæ iactantia pectus habet repletam, qui de longe odorat bellum, & gaudet ad vocem tubæ: & quum viderit sanguineam pugnam, dicit in corde suo, bene est factum. Sed sedet super asinam tranquillitatis, & pacis amicum. Non autem vides in circuitu eius splendentes gladios, aut cætera ornamenta terribilium armorum. Sed quid? Ramos frondentes testimonia pietatis. Venit ergo mansuetus, non vt propter potentiam timeretur, sed vt propter mansuetudinem amaretur. *Sedens super asinam, & pullum eius.* Super matrem sedebat. Nunquid & super pullum sedebat? tamen & si corporaliter fieri non poterat, vt super animal vtrunque sederet, spiritaliter poterat, quum esset Deus, vt & in Iudæis sederet, & in Gentibus simul. Sedere autem super iumenta, est in præcordiis eorum habitare, vt dicat illis Christus: *Tollite onus meum super vos, & videte, quia mitis sum & humilis corde.* Mansueti enim mansuetum debent portare: qui vocauit eos, sessor est, non vt illos puniat propter peccata eorum, sed vt ipse requiescat in eis propter mansuetudinem eorum. Nam sicut hoc genus inuicent, si quid errat, in simplicitate errat, & non in asperitate: ita & homines qui crediderunt in Iesum Christum, sicut ex Iudæis, sicut ex gentibus, ante Christum non in malitia, sed in ignorantia peccauerunt. Ideo se deridebant non puniri sub gratia sessoris. Nam sicut peccatores equi sunt diaboli, ita & sancti equi dicuntur, Christi: quia diabolus in peccatoribus sedens instigat eos per desertam facinororum, id est, per fornicationes, per auaritias, &c. Christus sedens in sanctis dirigit eos per planam iustitiæ: id est, in castitate, in humilitate. Er-

Bibl. Homil. rom. 2. H h h 2 go

Homil. 27. in Matth.

1. Cor.

Deut. 6. Mat. 7. Atqui hic sic de omni non apostolus.

Psal. 33.

Psal. 13.

Franco. 1. in articulo. 1. in articulo.

Gen. 1. 1. in articulo. 1. in articulo.

Adrian. 1. in articulo. 1. in articulo.

2. in articulo. 1. in articulo.

1. in articulo.

Psal. 46.

1. in articulo.

Matth. 11.

go equitatus diaboli, perditio est: equitatus autē Christi, salus, sicut Habacuc dicit in Canticis suis ad ipsum Christum: Qui ascendis super equos tuos, & equitatus tuus sanitas est. Ergo induxit pullum in templum, ut gervēs Iudeis coningat, ut adimpleat, quod Iacob benedicens filiū suum Iudam prophetavit. Alligans, inquit, ad vitem pullum suum. Quæ est illa vitis? Iudæa, quæ de Aegypto translata est, & in Oriente plantata. Et sicut prophetauit Noë de filiis suis, dicens: Benedictus filius meus Sem, dilaret Deus Iaphet, & inhabitabit in tabernaculo Sem. Sem enim pater erat Iudæorum, Iaphet autem pater Gætium, quæ per Christū ingressæ sunt in tabernacula Iudæorum. *Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præceperat eis Iesus, & adduxerunt asinam, & pullum. Quonia euntes Apostoli soluerunt asinam alienam, ministerium quidem fuit eorum, virtus autem, & auctoritas Christi. Nec enim potuissent tollere iumentum alienum ab illo domino, qui eos nō cognoscebat vnde essent, nisi præueniens spiritus Christi cor domini eius præparasset ad dandum. Sic quoddam Apostoli soluerunt Iudæos, vel gentes de vinculo inimici, in prima quidem facie eorum videbatur opus, re vera autem fuit virtus, & gratia Christi. Nec enim à Christo duodecim constituti totum mundum ligatum sub potestate diaboli solvere potuissent, nisi gratia Christi confregisset virtutem inimici. Et imposuerunt super eum vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Vestimenta sunt præcepta divina, & gratia spiritualis. Sicut enim turpido nuditatis vestimento regitur, sic naturalia mala carnis nostræ præceptis & gratia divina regitur. Omnis homo enim naturaliter nō solum peccator est, sed etiam totum peccatum dicente Apostolo; Erasmus natura filij iræ, sicut & cæteri. Vnde & Adam ideo se vidit nudum, id est, peccatorem, & ideo foliis ficij, id est, mandatis asperæ legis cooperuit nuditatem suam. Et alibi promittens Deus iustitias suas, & gratias ablatum de gente Iudæa, sicut dicit dominus per Osê prophetam: Et auferam vestimenta mea, & linteamina, & ostendam gentibus turpitudinem tuam. Ergo imposuerunt vestimenta sua super eos, id est, mandata, & gratias, quas ipsi acceperunt à Christo, super Iudæos, & gentiles imposuerunt, id est, tradiderunt: nec enim requiescere in eis potuisset Christus, nisi mandata eius fuissent in eis. *Plurima autem turba vestimenta sua sternebant, alij autem cadebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Videlicet ut eo veniente calcarentur à iumento. Vestimenta sunt madata, sicut diximus, frondes autem speciei tenet pietatis. Quoniam ergo mandata legis, & species Iudæicæ religionis à Christianis fuerant conculcanda in via, id est, in Christo, ideo tunc illa sub pedibus iumentum sternebant in via. Et vide quoniam iumentum quidem Apostoli posuerunt vestimenta sua, sub pedibus autem iumentum cætera turba Iudæica; quoniam mandata Apostolorum sternuntur quidem Christiani, & adornantur: legis autem mandata conculcant. Quotiescunque enim circumcissionem spernimus, sacrificia Iudæorum pro nihilo æstimamus, & cæteris consuetudinibus Iudæicis reprobanus. Vestimenta Iudæorum, quibus ipsi induebantur, nos, qui sumus ex Gentibus, sub pedibus nostris conculcamus. Alius autem sic: Qui vestimenta, inquit, deposuerunt su-**

per asinam, Apostoli sunt, cæterique doctores, vestimenta autem sunt decus, & schema gloriæ. Gloriam ergo, quam Christus accepit à patre, dedit discipulis suis: discipuli autem accipientes eam à Christo, dederunt eam Gentibus, ut delectabiliter Christus sederet in eis, sicut ipse dicit: Et ego gloriam, quam mihi dedisti, dedi eis, ut sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Turba autem, quæ vestimenta sternebant in via, credentes erant ex circumcissione, qui gloriam, quam habebant ex lege, videntes Christum deiecerunt in terram semetipsum humiliantes, & cum Apostolo Paulo dicentes: Secundū iustitiam, quæ ex lege est, cōuersatus sum sine querela; sed quæ fuerūt mihi lucra, hæc æstimavi propter Christum detrimenta, & arbitror stercorea esse, ut Christum lucrificarem. Quid est autem aliud, quam iustitiam legis terræ conquare, ante sublimem gloriam Christi? Qui autem ramos de arboribus præcidebat frondentes, ipsi erant credentes, & eruditi doctores, qui ex prophetis accipientes exēpla viua de Christo, quasi de arboribus semper virentibus, & nunquam folia verborum suorum deiecentibus, ramos frondentes ante pedes subiugalis populi sternebant: & per ea exempla quasi per ramos frondentes, virentes sine offendiculo ambulantes per viam vitæ istius, donec introirent in sanctuarium Dei. *Turba autem que præcedebat, & que sequebatur, clamabat, dicens: Hos anna filio David, & c. Memores populi mirabilium eius, quæ ostendit eis, & sanitarum, quas præstitit eis, exultantibus cordibus suis ante, & retro clamabant: Hos anna filio David. Qui præcedebant seniores erant, id est, patriarchæ, propheta, cæterique sancti, qui ante aduentum Christi de aduentu eius & prædixerunt, & cognouerunt. Sequentes autem iuniores, id est, Apostoli, martyres, cæterique doctores, qui post ascensum Christi de resurrexerunt, & ascensione vel operibus prædicauerunt, & prædicant, & licet diuersis quidem temporibus fuerint, tamen in omnibus vnus exultationis spiritus fuit. Et illi quidem prophetantes de Christo venturo clamauerunt: Benedictus qui venit in nomine domini. Hi autem laudantes clamant de aduētu Christi iam impleto: Hos anna filio David. Hos anna autem quidam interpretantur gloriam, alij redemptionem, alij saluifica, siue saluum fac. Nam & gloria illi debetur, & redemptio illi conuenit, qui omnes redemit, & precioso sanguinis effusione saluauit.*

BEDÆ VENERABILIS
presbyteri eiusdem Euang. expositio.

ET cum appropinquasset Hierosolymis, & c. Bethphage enim erat viculus Sacerdotū in monte Oliueti, & interpretatur domus buccæ, siue domus maxillarum. Bethania, quam huic Lucas adiungit, villula siue ciuitas in eiusdem montis latere est constituta & dicitur domus obedientiæ, quas Hierosolymam venturus præsentia sua sublimauit: quia multos ante Passionem suam docendo donis piæ confessionis & obedientiæ spiritualis, impleuit. Quæ pulchre ciuitates in monte Oliueti posite referuntur, hoc est in ipso domino, qui nos spiritualium charismatum refouet vntione. *Tunc Iesus misit duos discipulos. Id est, doctores qui indocta totius orbis litora quasi contrapositi castelli mœnia*

EIVSDEM IN SVPER
vius Euang. Homilia.

li mœnia Euangelizando penetrarent. Hos quidam duos Apostolos Petrum & Philippum interpretatus est, qui primum Iudæicos fines transgredientes, gentiles ad Christum deduxerunt. Philippus summariam quasi asinam: Petrus Cornelium quasi pullum asinæ præsentavit. *Et statim inueniunt asinam alligatam, & c. Asina synagoga, quæ iugum legis traxerat: pullum asinæ, laicium ac liberum nationum populum demonstrat. Vtrumque ingrediētes mundum prædicatores perfidia vinculis & funiculis peccatorum inuenerunt alligatum: ut Apostolus, Omnes, inquit, peccauerunt, & c. Solus ergo Matthæus qui Hebraico sermone euangelium scripsit, asinam adductam domino commemorat: reliqui tres pullum, ut ostenderet synagoga etiam si pœniteret, salutem non esse dubitandam. Porro duo discipuli geminum prædicatorum ordinem in circumcissionem & præputium, siue gemine dilectionis sacramentum ostendunt. *Et si quis vobis aliquid dixerit, & c. Præcipitur doctoribus, ne obstitente aduersitate, prædicare desistant, eò quod etiam talium licet peccatores sint, aliqui ordinantur ad vitam. Hoc autem totum saluum est, & c. Hoc testimonium in Zacharia scriptum est. Sed sciendum est quoddam secundum literam in paruo itineris spacio super vtrumque animal dominus sedere non quieuerit. Ergo cum historia vel impossibilitatem habeat, vel turpitudinē, altiora petamus. Filia Syon, ciuitas est Hierusalem, & significat Ecclesiam fidelium, quæ est filia supernæ Hierusalem, quæ est mater omnium nostrum: quæ ex præputio & circumcissione per prædicatores adducta, Iesus super sedebat, quia in eorum præcordiis habitat, dicens eis, discite à me, quia mitis sum, & c. *Et imposuerunt super eos vestimenta sua, & c. Vestis apostolica, vel doctrina virtutum, vel disertio scripturarum vel ecclesiasticorum dogmatum varietas intelligi potest, quibus nisi animam instructa fuerit & ornata, lessorem habere Deum, non meretur. Plurima autem turba stauerunt, & c. Porante dominum animo multi vestimenta sua sternunt in via: quia sancti martyres propriæ se carnis amictu exuentes simplicioribus Dei famulis, viam suo sanguine parant, ut videlicet inoffenso gressu mentis ad supernæ mœnia ciuitatis, quod Iesus ducit, incedant. Moraliter Iesus asinam sedens Hierosolymam tendit, quando quilibet fidelis animam regens, videlicet iumentum suum, ad pacis intimæ visionem ducit: vestimenta verò in via sternunt qui corpora sua edomant, ut ei iter ad mentem parent, vel exempla bona sequentibus præbeant. *Alij cadebant Ramos, & c. Ramos de arboribus cadant, qui in doctrina veritatis sententias patrum excerpunt, & has in via Dei ad auditoris animum venientes humili prædicatione summittunt. Turba autem que præcedebat, & c. Præcessit fide populum Iudæorum, eademque subsequitur gentilium multitudine, vna omnes voce Oanna Hebraicum, quod Latine, Salua, clamabant: quia quoddam salus mundi sit Christus, agnoscebant, addebant. In excelsum, quia aduentus eius non tantum hominum salus, sed totius sit mundi, terrena iungens cælestibus, ut omne genu ei flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum.****

Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui pro humani generis salute passurus de cælo descendit ad terras, appropinquante hora passionis appropinquare voluit loco passionis, ut etiam per hoc claresceret, quia non inuitus sed sponte pateretur. In asino venire, & à turbis rex appellari & laudari voluit, ut etiam per hoc eruditus quisque cognosceret ipsum esse Christum, quem sic illo veterum prophetia olium præmissa signauerat. Ante quinque dies paschæ venire voluit, sicut ex Ioannis Euangelio didicimus, ut etiam per hoc ostenderet se esse agnum immaculatum, qui peccata tolleret mundi. Agnus quippe paschalis cuius immolatione populus Israel est ab Aegypcia seruitute liberatus, ante quinque dies paschæ, id est, quarta decima luna ad vesperam iussus est immolari, significans eum, qui nos suo sanguine redempturus ante quinque dies paschæ, id est, hodierno die magno præcedentium, sequentiumque populorum gaudio ad laudationem deductus, venit in templum Dei, & erat quotidie docens in eo. Quinta demum peracta die, ubi veteris paschæ sacramenta hæctenus obseruata consummavit, ad noui deinceps obseruanda discipulis sacramenta cōtradidit, egressus in montem Oliueti, tentus est à Iudæis, & mane crucifixus, ipsa nos die à demoniaca dominatione redemit, qua antiquus ille Hebræorum populus per immolationem agni iugū Aegypciæ seruitutis abiecit. Ergo dominus instar agni paschalis ante quinque dies, quàm pati inciperet, locum passionis adiit, ut se infinuaret esse illum, de quo prædixit Elaias: Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & nō aperiet os suum. Et paulo superius: Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & liuore eius sanati sumus. Sed inuidorū corda principium in cunctis, quæ prouidē gessit, eum potius persequi, quàm in eum credere maluerunt, & multum miseri vitæ autorem morti potius dare, quàm per eum ipsi viuificari studebāt. Verum nos perfidorum cæcitate declinata, eorum magis exempla, qui fideliter dominum laudauerunt, sequamur & iter eius mysticum mystica ut decet interpretatione seruetur. Asina, & pullus, quibus sedes dominus Hierosolymam venit, vtriusque populi, Iudæi videlicet, & gentilis, simplicita corda designant, quibus ille præsidens quæque à noxia libertate suo frenans imperio, ad visionem supernæ pacis perducit. Hierosolyma etenim visio pacis interpretatur. Et bene cum ad montem Oliueti venisset dominus, discipulos, qui hæc animalia adducerent, misit: quia non nostris ad eum meritis, sed sola ipsius gratia largiente peruenimus Ioanne attestante qui ait: Et in hoc charitas est, non quasi nos dileximus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Mons namque Oliueti celsitudinem dominicæ dilectionis, qua nos misericorditer illustrare, ac saluare dignatus est, infinuat, non solum quia olei natura lucis ministra est, & laborum, dolorumque solamen verum etiam quia cunctis quibus immiscetur, solet excellere liquoribus. Et Apostolus de charitate locutus, adhuc, inquit, excellentiorem vobis viam demon-

Habac. 3.

Genes. 9. 94.

ephe. 1.

Os. 2.

Tom. 7. quad.

Joan. 12.

Joan. 1.

Exod. 12.

Epai. 53.

ibidem.

1. Joan. 4.

1. Cor. 2.

Joan. 3. stro. Ad montem igitur Oliueti veniens dominus, afinos sibi, quibus Hierosolimam petat, præcepit exhiberi, figurate significans hoc, quod alibi dicit aperte, quia sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Duos ad exhibenda sibi iumenta misit discipulos, vt significaret in vtrique populum circumcissionis videlicet, & præputij prædicatores esse destinandos. Vel certe duos misit, vt eisdem prædicatores doctrina simul, & operatione perfectos esse moneret: ne vel erroris verba indocti veritati miscerent, vel ea, quæ recte docuissent, peruersè viuendo negarent. *Inuenietis, inquit, asinam alligatam & pullum cum ea, soluite & adducite mihi.* Pullum quoque alligatum fuisse alij Euangelistæ testantur. Vterque enim populus funibus peccatorum erat circumplexus, & solutione diuina opus habebat. Iste lege, quam acceperat, male vtendo, ille nunquam accipiendi peccauerat. Vnde benedixit Apostolus, quia non est distinctio: omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati per gratiam ipsius gratis. Et pulchre alij tres Euangelistæ, qui gentibus scripserunt, pullum solummodo domino adductum memorant. Matthæus autem Euangelista, qui ex Hebræis, & Hebræo sermone scripsit Euangelium, etiam asinæ facit mentionem prouida vtraque dispensatione, vt quorum salutem scribendo quæsierunt, hos saluandos à domino mystice docerent esse figuratos. *Et si quis vobis, inquit, aliquid dixerit, dicit quia dominus hinc opus habet, & confestim dimittet eos.* Et doctoribus præcipitur, vt si quid eis obstitit adneritatis, si quis prohibuerit peccatores à laqueis diaboli solui, & per confessionem fidei domino adduci, non tamen prædicando desistant, sed constanter insinuent, quia dominus ad ædificandam ecclesiam talibus opus habet. Quamuis enim sæuus sit persecutor & immanis, non potest eorum obistere saluationi, quos nouit dominus, quia sunt eius, quos ad vitam præordinauit æternam. Adhibetur autem huic facti prophetæ testimoniũ, vt appareat dominum quidẽ in omnibus, quæ de ipso erant scripta cõplessè, sed inuidia cæcatorum Scribas, & Phariseos ea, quæ ipsi legebant intelligere nequiuulise. *Dicite filia Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam, & pullum filium subiugatum.* Filia Sion ecclesia est fidelium, pertinens ad supernam Hierosolimam, quæ est mater omnium nostrum, cuius portio tunc non minima erat in populo Israel regem habens mansuetum: quia non terrena immitibus, sed mansuetis cælestia regna dare consuevit dicens: discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. De quibus Psalmista: Mansueti, inquit, possidebunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Rex vero mansuetus mansuetus, id est, humilibus corde terram pacis tribuit, quos in terra belli, & tribulationum quõdam rex impius, id est, diabolus, superbiæ vulnere strauit. *Sedens, inquit, super asinam & pullum filium subiugatum,* quia requiescit in corde humilium & quietorum & tremantium verba eius, siue eorum qui in synagoga iugum legis trahere nouerunt, seu illorum qui gentili diu liberato effugerunt, eiusdem synagogæ instantia ad fidei & veritatis sunt gratiam conuersi. *Adducetes autem asinam & pullum discipuli,*

Joan. 12.
Marc. 11.
Lucæ 19.
Prover. 5.
Psal. 118.
Rom. 7.

1. Tim. 2.

Esaiæ 62.
Zachar. 9.
Filii 5. v.
Galat. 4.

Matt. 11.

Psal. 36.

Esaiæ 66.

imposuerunt super eos vestimenta sua, & dominum desuper sedere fecerunt. Vestimenta discipulorum opera sunt iustitiæ, Psalmista teste qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitia. Afinos quos nudos inueniunt discipuli, suis sternunt vestimentis, & ita desuper dominum imponunt, cum prædicatores sancti quoslibet à sanctitatis habitu vacuos inueniunt, hosque virtutum suarum exemplis ad suscipiendam fidem, & dilectionem sui conditoris imbuunt. Non enim nudam dominus asinam, non nudum voluit ascendere pullum, quia siue Iudæus, siue gentilis, nisi sanctorum fuerit dictis ornatus, & actis, non potest dominum habere rectorem, sed regnat potius peccatum in mortali eius corpore ad obediendum concupiscentiis eius. *Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via.* Plurima hæc turba innumerabilem martyrum designat exercitum, qui corpora sua, animarum videlicet tegumenta, pro domino dabant, quo sequentibus electis planiore recte viuendi callem facerent: ne qui videlicet dubitarent ibi pedè bonæ actionis ponere in pace, vbi non paucos viderent in bello præcessisse martyrij. *Alij autem cadebant Ramos de arboribus, & sternebant in via.* Rami arborum, dicta sunt patrum præcedentium exempla. Et quisquis in exemplum recte credendi siue operandi quid propheta, quid Apostoli, quid ceteri sancti dixerunt, seu fecerunt, pandit Ramos, profecto de arboribus cædit, quibus iter asini dominum portantis complanet: quia sententias de sanctorum libris excerptis, per quas simplicium Christi corda ne in via veritatis errent adificet. *Turba autem que præcedebat & que sequebatur, clamabant dicentes: Hos anna filio Dauid.* Vna eademque confessionis & laudationis voce dominum, qui præcedit & qui sequuntur exaltant, quia vna nimirum fides est eorum, qui ante incarnationem dominicam, & qui postea probati, quamuis sacramenta habuerint pro temporũ ratione disparia, Petro attestante qui ait, Sed per gratiam domini Iesu credimus saluari, quem admodum & illi. *Quod autè aiunt, Hos anna filio Dauid, hoc est quod in psalmo legitur: Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua, hoc est quod in magna deuotione laudis in Apocalypsi sanctorum chorus resonat: salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Benedicimus qui venit in nomine domini.* In nomine domini, in nomine Dei patris significat, quod ipse alibi Iudæis non credentibus dicit: Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me alius venit in nomine suo, illum recipietis. Venit enim Christus in nomine Dei patris, quia in omnibus quæ gessit & dixit, patrem glorificare, & glorificandum hominibus prædicare curauit. Venit Antichristus in nomine suo, qui cũ sit homo omnium nequissimus, & diabolo comite plenus, non dedignabitur se filium Dei cognominari: aduersatur enim, & extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. Assumunt autem versiculum laudis turbæ de psalmo centesimo decimo septimo, quem de domino cantatũ nemo est qui dubitet. Vnde pulchre de ipso in eodem psalmo præmittitur: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: quia videlicet Christus quem reprobauerunt Iudæi, ædificantes suarum decreta traditionum, factus est in munimentum vtriusque populi credentis, Iudæi scilicet, & gentilis. *Quod enim in psal*

Psal. 118.

Epist. 1.

Prover. 18.

Act. 17.

Psal. 5.

Apoc. 7.

Joan. 5.

2. Tim. 1.

Esai. 3. & 28.
1. Petr. 2.

psalmo lapis angularis vocatur Christus, hoc est vtrique quod in Euangelio præcedunt sequenti inque collaudatur voce turbarum. *Quod autem in eisdem laudis prosecutione subiungitur, Hos anna, id est, salus siue saluifica in altissimis, perspicue docet aduentum domini in carne, non solum humani generis in terra, sed & angelorum in cælis esse salutem: quia dum nos redempti ad superna perducimur, eorum profecto numerus, qui Satana cadente erat minoratus, impletur. Hic enim Paulus ait, instaurari omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt in ipso. Recte igitur, Hos anna in altissimis in eius laudem canitur, cuius tota incarnationis dispensatio pro implenda gloria patriæ cælestis aderat. Proinde necesse est, fratres mei, vt ad promissam nobis patriã tota mentis deuotione tendamus, semper recordâtes, quia estis angusta est via, qua ingredimur, beata est mafsio ad quã festinamus. Felicius quippe est per asperum iter ad regnum, quam per amœnum, planumque ad supplicium duci: Felicius est continentia carnis temporali gaudium pœnne mereri, quam pro lasciuia parui temporis æternam luere vindictam. Ecce ieiunium quadagesimale domino auxiliante, iam plurima ex parte compleuimus, testis est vnicuique conscientia sua: quia quanto districtius se sanctis his diebus domino mancipasse meminit, tanto amplius gaudens sanctũ dominicæ resurrectionis tempus expectat. At si quem forte adhuc conscientia minus perfecte castigata accusat, nulli dubium quin pauidus, ac tremens tanta solennitatis præstolatur aduentum. Nec tamen hic talis de salute diffidat, ne aliqua suorum numerositate, vel enormitate scelerum confusus, barathrum desperationis incidat, iuxta illud Salomonis; Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit, sed sollicitè perpendat, quia si tempus annuæ festiuitatis, quæ de authoris nostri resurrectione lætamur, tanto vel gaudio castus, vel impurus metus, & confusio afficitur, multo magis in tempore districti examinis quando generalis omnium resurrectio celebratur & iam audita iudicis sententia, hos conscientia munda excusans lætificat, illos noxia accusans in perpetuum damnat. Quicumque ergo, fratres dilectissimi, continentia armis accincti ab initio iam quadagesima cum tentatore superbo certare cœperunt, videant cautè ne cœpta deserant, priusquam hoste prostrato ministerijs donentur angelicis. Qui vero hædenus armaturam virtutum non induit, vel hodie incipiat, hodie cum turbis illis fidelibus fidei opera assumat, imploret pietatem eius, qui in nomine patris adueniens benedictionem mundo attulit, & Osona in altissimis proclamans, saluari se superna in patria flagiret. Sterne vestimenta sua in via, id est, membra sui corporis humiliter in præsentem, vt exaltet ea Deus in futuro, memor illius Dauidici, quia exultabunt ossa humiliata. Ramos de arboribus cædat, & sibi sternat in via, id est, sanctorum scripta sedulus ad memoriam reuocet, qui bus stantes ne cadant roborant, lapsi ne diuitias iaceat hortantur, resurgentes vt virtutibus exerceantur instruant, exercitati virtutibus præmia in cælis vt sperent erigunt: hisque gressus suæ actionis, ne in lapidem offensionis, & petram scandali offendant, præmuniat, ac sic etiam ipse cum cæteris fidelibus redemptoris sui vestigia*

sequatur, passionisque, & resurrectionis eius mysteria digna mentis puritate veneretur, quæ electis omnibus membris videlicet suis in remedium vulnere simul & cælestium gaudiorum pignus dare dignatus est Iesus Christus dominus noster, qui viuunt, & regnat cum patre in vnitare spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

HAYMONIS EPISCOPI

Halberst. superioris Euang. expositio.

Cum appropinquasset Iesus Hierosolimam. Redemptor noster pro humani generis salute passurus, imminente tempore passionis suæ voluit & ipse loco quo interficiendus erat, appropinquare: ne quis scilicet diceret illum mortis supplicium expauisse. Sicut enim ante constitutionem mundi, in sua præscientia & prædestinatione decreuit locum, vbi pateretur, & tempus. Locum Hierosolimam, vnde alibi dicit: Non oportet prophetam perire extra Hierosolimam. Tempus in festiuitate Paschali, in qua agnus immolabatur, qui in tyrum domini Saluatoris præcessit. Veniens dominus de Galilæa. *Cum appropinquasset Hierosolimam.* Ipse & discipuli eius, & multi alij cum eo. *Et venissent Berphage ad montem Oliueti.* Quantum ad literam, Berphage est viculus in latere montis Oliueti situs, in quo habitabant sacerdotes, pontifices, & ministri, qui octonis diebus offerebant sacrificia, & ministrabant in templo domini. Vnde Berphage, domus Buccæ, siue domus maxillarum interpretatur, quia sacerdos inibi habitans, cum vxoribus, filiis & filiabus comedebant decimas, & primitias, & oblationes, quas in templo domini offerebat populus omnipotenti Deo. *Ad montem Oliueti.* Mons Oliueti frugifer erat, non erat sterilis, oleum habebat, & ab oleo vocatus est Oliuetus, mille passibus distans ab Hierosolimam. *Inde misit dominus duos de discipulis suis, & ait illis: Ite in castellum.* Hierosolimam, quæ quondam ciuitas regis magni vocata est, imminente tempore passionis, despectiue appellatur à domino castellum: quia ibi habitabant homicidæ, qui de morte domini tractabant. *Quod est con. vos.* Contra apostolos erat illud castellum, quia prædicationem illorum nõlebat accipere. *Et statim inuenietis asinam, & pullum cum ea, soluite, & adducite mihi.* Hoc secundum literam ita factũ est, sicut ita legitur. Cæterum secundum altiorum intellectum Berphage signat primitiuam ecclesiam ex Iudæis collectam. Antè quàm veniret dominus Hierosolimam, visitare dignatus est Berphage, quia, antè quàm veniret ad passionem, ædificauit in fide sua ecclesiam in apostolis, & cæteris credentibus. Vnde & Berphage domus Buccæ & domus maxillarum interpretatur, quia primitiuam ecclesiam ex Iudæis, id est, apostoli, primi corpus, & sanguinem domini comederunt, dicente alibi domino: Accipite, & comedite, &c. Ille vicus in monte erat positus. Mons ille mystice dominum Iesum Christum designat, qui mons domini dicitur, propter altitudinem deitatis suæ, vel propter virtutes, quæ in eo consistunt, de quo scriptum est: Hic est mons in quo, &c. Per hoc nanque quod ille vicus in monte erat constructus,

tus, designatur, quia primitiva ecclesia ex Iudæis, quæ signatur per Bethphage in fide redemptoris fuit collecta. Fundamentum ecclesiæ Christus est. Unde apostolus Paulus dicit: Fundamentum aliud, &c. Et oleum gignebat mons ille. Per oleum designatur unctio spiritus sancti, qui à monte, hoc est à Christo qui est mons electus processit. De qua unctio dicit Psalmista: Sicut unguentum in capite. Dominus Iesus Christus caput est omnium electorum, iuxta quod apostolus dicit: Et ipsum dedit caput, &c. Unguentum fuit in capite, id est, plenitudo spiritus sancti in domino Iesu Christo, requieuit tempore baptismatis in specie columbæ. De quo capite unguentum proflixit in barbam, quia à domino Iesu Christo venit gratia spiritus sancti in apostolos, iuxta quod eis dixit in die resurrectionis suæ. Accipite spiritum sanctum. De barba in oram vestimenti eius. Vestimenta domini sunt electi. De barba descendit in oram vestimenti eius unguentum, quia ab apostolis venit unctio spiritus sancti in ceteros credentes, & pervenit usque ad ultimum electum. Misit duos discipulos. Duo discipuli ad exhibenda domino animalia missi, duos ordines prædicatorum signant. Vnum ad Iudæicum populum designatum, alterum in gentes. De quibus prædicatoribus dicit Paulus apostolus: Qui operatus est Petro in apostolatū, & cetera, id est, qui Petrum fecit principem populo Iudæorum credentium in se, ipse me constituit magistrum, & doctorem gentium. Qui bene duo mittuntur, siue propter geminum præceptum dilectionis Dei & proximi, quod erat toti orbi prædicandum, seu propter intellectum, & operationem, seu etiam propter utrumque testamentum novum & vetus. Quisquis ergo officio prædicationis in ecclesia fungitur, ista tria debet habere, dilectionem Dei & proximi, scientiam veritatis & operationis. Munitia debet pollere, utroque testamento debet esse imbutus, si vno ex his caret, ad prædicationis officium nullatenus accedere debet. *Ite in castellum.* Interdum castellum signat generaliter totum mundum, qui ab initio prædicationis apostolorum contra illos erat, quia verbum euangelij, quod illi prædicabant, recipere volebat. Ite in castellum, hoc est, quod aliis verbis illis præcepit post resurrectionem: Euntes in mundum uniuersum, &c. Et statim inueneris asinam, & pullum cum ea. Ista duo animalia signant duos populos. Asina quæ erat subiugalis, & edomita, signat synagogam, quæ onere legis premebatur. Pullus lasciuus & liber, signat populum gentium, qui nondum habuerat sefforem, neque prædicationem, neque correctionis frenum in ore. Illa ligamina, quibus erant animalia stricta, signant vincula peccatorum, de quibus scriptum est, Salomone dicente: Frenibus peccatorum suorum uniuersusque constringitur. Utrumque animal erat alligatum, quia & populus Iudæicus, & populus gentilis vinculis peccatorum suorum erat alligatus. Nulla distantia erat inter Iudæos, & gentiles. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, ut ait Paulus: Iudæi peccauerunt, quoniam scriptam legem non seruauerunt. Gentiles peccauerunt, quia naturalem legem contempserunt, quia alligati erant. Sed hæc alligatio soluta est per domini passionem, quia ipse lauit, & mundauit nos per gratiam baptismatis. *Soluite, & adducite mihi.* Quomodo

soluerunt apostoli genus humanum vinculis peccatorum suorum irretitum? Prædicando, baptizando eos in nomine sanctæ trinitatis, in remissionem peccatorum. Taliter adduxerunt eos per fidem ad dominum Iesum Christum, ut illum infiderent sefforem. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicit quia dominus his opus habet, & confestim dimittet eos, id est, asinam, & pullum. Dixerunt domini illorum asinorum, id est, sacerdotes ad apostolos: Quid facitis soluentes asinam, & pullum? sed ut audierunt vocem domini, statim dimiserunt eos, signaturque per hoc, quia prædicantibus apostolis, & populis ad fidem confluentibus, multi contradicebant. Primum principes sacerdotum, de quibus legitur in Actis Apostolorum, quod dixerunt apostolis, præcipiendo præcepimus vobis, ne vilo modo loquamini in nomine isto. Deinde principes gentium, Nero, Decius, & multi alij, sed ubi audierunt nomen domini, quidam ex Iudæis, non solum subiectos suos dimiserunt venire ad fidem, sed & ipsi venerunt. De principibus Iudæorum sicut Nicodemus. De principibus gentium sicut Eraclitus, Constantinus, & multi alij. Dicit ergo, quia dominus his opus habet. Psalmista dicit: Bonorum meorum non eges. Si dominus omnibus bonis nostris nõ indiget, quare hic dicit, quia dominus his opus habet? Non sine causa, opus habebat dominus & gentibus, & Iudæis, ut utroque populo eius ecclesia constitueretur, sicut adificata est tam ex synagoga, quam ex gentilitate. De quo idem dominus alibi dicit: Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. *Hoc autem totum factum est.* Quid totum factum est? Sedit super asinam, & pullum, & venit Hierosolymam, ut adimpleret, quod dictum est per prophetam dicens: *Dicite filia Syon, ecce rex tuus venit, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.* Quantum ad litteram pertinet, Hierusalem filia Syon appellatur, quia in monte Syon est constituta. Multi erant in Hierusalem, qui prædicationem domini, & miracula eius crederunt. De illis dicit sermo diuinus, *Ecce rex tuus, non extraneus, nõ alienigena, ut Herodes, sed proprius venit tibi, non ferox neque superbus, sed mitis, & mansuetus sedens super asinam, &c.* Non sedit super equum frementem, non super mulum, neque super currum: sed super humile animal, super asinam pacis & tranquillitatis amicam. Sed si allegoricè volumus intelligere, per Syon, quæ interpretatur speculatio, designatur ecclesia cælestis, quæ regnat cum Deo in cælis. Apostolorum scilicet & martyrum, patriarcharum, prophetarum, & ceterorum iustorum, qui facie ad faciem contemplantur Deum omnipotentem. Huius Syon Hierusalem cælestis, filia est Hierusalem terrena: quæ adhuc peregrinat à Christo in terris, non videns eum, sed quod apostolus dicit: Illa autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra, quia hinc recedens uniuersusque electus ab illa suscipitur, ab angelis scilicet, patriarchis, & ceteris iustis. Huic terrestris Hierusalem, id est,

id est, recedentibus dicitur. *Noli timere, filia Syon, ecce rex tuus* id est, dominus Iesus, qui est rex regum, & dominus dominantium, *venit tibi humilis & mansuetus.* sicut ipse dicit: *Dicite à me: quia mitis sum, & humilis corde.* *Sedens super asinam, & pullum.* Scandendum litteram dominus in paruo itineris spatio super utrumque animal sedere nequiquit, sed quod forsitan secundum litteram non impletum, secundum spiritualem intelligentiam quotidie impletur, quia super utrumque animal, id est, super Iudæicum populum, & super gentilem dominus residens in cordibus illorum regnat, per fidem. *Reges autem discipuli fecerunt sicut præceperat illi Iesus, & adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua.* Vestimenta apostolorum possumus intelligere miracula, quæ gesserunt in Christi nomine; Vel vestimenta apostolorum possumus intelligere fidem, & explanationem noui, & veteris testamenti, & gratiam baptismatis. Qui vestimenta imposuerunt super asinam, & pullum, quia fecerunt & coram Iudæis, & coram gentibus miracula, mortuos resurgere, leprosos mundare, paralyticos curare. Ipsi & tradiderunt baptismi sacramentum, & notitiam noui, ac veteris testamenti exposuerunt. *Et cum desuper sedere fecerunt.* Noluit dominus super nuda animalia sedere, sed super imposita animalia vestimentis, quia nisi quibus gratia baptismatis ablutus fuerit, & fide sanctæ trinitatis imbutus, non potest habere dominum sefforem cordis sui. *Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via.* Illa turba, quæ vestimenta supposuit pedibus asinæ, & pulli, qui dominum portabant, ne offenderent pedibus, Iudæica gens erat. Quid designatur per hoc? Vestimenta Iudæicarum turbarum sunt, circuncisio legalis, obseruationes sabbarorum, & ceterarum solennitatum, oblationes etiam, quæ ponebantur in altari holocaustorum quod erat exterius, boues scilicet & arietes, & hirci. Hæc sunt vestimenta, id est, ornamenta Iudæorum quæ asina, vel pullus qui dominus præferat calcatur, quia modò nemo immolat carnes animalium super altare Christi, sed panem, & vinum. Omnes oblationes Iudæicas calcamus, id est, pro nihilo deputamus. Dicamus & aliter. Plurima turba, quæ sternerant vestimenta sua in via, signabant multitudinem martyrum, qui vestimenta animalium suarum, id est, corpora sua tradiderunt ad supplicia pro Christi nomine, ut & illi placerent, & simplicibus exemplum patienti præberent. Secundum morale intellectum per asinam & pullum designatur generaliter uniuersa ecclesia, specialiter verò vnaquæque anima fidelis. Dum uniuersalis ecclesia, specialiter verò vnaquæque anima fidelis dominum sefforem habens, ad Hierusalem, hoc est, ad patriam cælestem tendit, multi sternerant vestimenta sua in via, quia macerant corpora sua per abstinentiam, ut venienti domino ad se iter præbeant, & ut moriantur seculo, & non uiuant seculo, id est, iuxta quod Paulus dicit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. *Alij autem cadebant ramos de arboribus.* Rami arborum signant filios gentilium. Illi, qui ramos abscindunt, signant eos, qui filios paganorum prædicant ab infidelitate, & Christi iugo subdunt. E quibus fuit Hilarius Pictauiensis episcopus, qui vnum ranum, beatorum scilicet Martinum ab arbore in-

fidelitatis, & ad fidem perduxit, patre verò illius in infidelitate manente. Vel certe per ramos arborum possumus intelligere sententias, ex nouo & veteri testamento exceptas, quæ nobis à sanctis, prædicatoribus proponuntur, ut secundum quod in lege, & prophetis, necnon & in euangelio, legimus, & intellegimus, secundum illud & credamus, & operemur. *Turba autem, quæ præcedebat, & quæ sequebatur, clamabat dicens: Osanna, benedictus qui venit in nomine domini, rex Israel.* Sapè legimus dominum Iesum venisse Hierosolymam, non tamen legimus, eum venisse cum tanta gloria, sicut in tempore passionis sue fecit imminere, quando, sicut hic legimus, turba ramos palmarum deferentes eum colaudabant. Quare hoc fecit dominus? Ut animos Iudæorum excitaret ad se crucifigendum. Ergo Iudæi inculpabiles sunt de eius morte? Non. Quia illi quod cogitauerunt, & quod volebant facere, ex multo tempore, hoc permittit eis: filius Dei implere, ac se dicit eis: si me vultis interficere, scio quia vultis, sed quod vultis. *Turba autem, quæ præcedebat, & quæ sequebatur, clamabat dicens: Et quæ sequebatur, clamabat dicens: Osanna, benedictus qui venit in nomine domini.* Quia vna fides est Iudæorum credentium, qui incarnatione filij Dei præcesserunt, & gentilium qui post aduentum filij Dei fuerunt, sicut nos per fidem dominicæ incarnationis, passionis, resurrectionis, & ascensionis in cælum, saluamur, quia omnia credimus præterita: sic per eandem fidem, Iudæi saluati sunt, quia ante incarnationem filij Dei, permanserunt in fide, credentes omnia futura quæ nos credimus præterita, sicut nos credimus dominum Iesum iam venisse in mundum, & natum, & passum: ita illi crediderunt nasciturum & passum. Palmas deferrebant ante dominum turba. Palma victoriam signat, ac si dicerent illi, non verbis, sed rebus: Venis Hierosolymam, certam victoriam reportabis de morte diaboli, crucifigeris ibi, descendens ad inferna, & liberabis electos, & superabis diabolium, tertia die resurges à morte, certò victor existens, bonam argumentum illi fecerunt. Quid clamabant illi turba? *Osanna filio David.* Osanna Hebræus sermo est, compositus ex corrupto, & integro, ex eo quod est Osi, & anna. Et interpretatur, Osanna, salus, Osanna filio David, salus conuenit filio David. Dominus Iesus filius David est, id est, filius Dei. Vbi nos dicimus in Psalmis: Domini est salus. In Hebræo habetur: Domini est Osanna. Diuersi doctores de hoc nomine diuersa senserunt. Eucherius episcopus Lugdunensis dicit, quod Osanna interpretatur salus sum, saluifica: ut sit sensus, salua totum mundum, & saluifica populum Israëliticum. Beatus Gregorius dicit, quod Osanna interpretatur salua nos, & bene potest ita intelligi. Rectè namque, & qui præbant, & sequebantur, Osanna clamabant, id est, salua nos, quia ab illo & priores salutem quaesierunt, qui ante aduentum illius in carne crediderunt, & modò nos qui presentes sumus, qui post eius incarnationem ad fidem venimus, salutem ab eo quaerimus sempiternam. Osanna filio David.

David. *Benedictus qui venit in nomine domini*, id est, in nomine Dei patris. Obedientia apostolorum præceptum domini consequuta est. Eantes in mundum vnicuersum, præcepit eis post resurrectionem suam dominus. Collegerunt vtrumque populum per prædicationem & ministerium baptisimalis, & adduxerunt illos ad Deum per fidem. *Os* verbum est, & dicitur salua nos, sine salua Anna apud Hebræos interiectio est, & interpretatur obsecro, quod nos deprecatur. Quare dicit, *in nomine domini*, id est, in nomine Dei patris quia quicquid filius Dei egit in carne, totum ad laudem, & gloriam Dei patris reppulit, dicens: *Pater in me manens ipse facit opera.* Rex Israel, non est promotio, sed dignatio, quia Deus erat angelorum in celo. Mirum est, quod rex Israel dignatus est appellari in terra. *Osanna in excelsis.* Cum dicit *Osanna* in excelsis, ostendit quia aduentus & passio filij Dei, non solum profuit hominibus in terra, sed & angelis in celo. Hominibus profuit in terra, quia redemit eos de manu mortis, & de manu diaboli, & ad immortalitatem reduxit. Angelis profuit in celo, quia illorum numerus, qui perante diabolo erat immensus, quotidie restauratur de hominibus. Christi sanguine redemptis. Aduentus filij Dei ad Israel, tunc temporis cum gloria aduentum ipsius præfigurabat in die iudicij, quando veniet cum gloria, cum angelis suis reddere vnicuique secundum opera sua. Tunc acclamabunt ei electi, veraciter dicentes: *Benedictus qui venit in nomine domini, rex israel.* Et tunc reddet eis vicem dicendo: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &c.* Ad quod regnum introducere nos filius Dei dignetur.

Matth. 25.

CHRISTIANI DRVTHMARI eiusdem Euang. expositio.

ET cum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliueti. Dominus noster Iesus Christus cuncta ordinat & sapienter dispensat, sicuti sapientia Dei quod ipse veraciter fecit quædam miracula ad excitanda corda electorum & reproborum, & vnde boni profecerunt, mali deteriorauerunt: quousque de morte eius inuicem conspirauerunt: & quando eum ante placitum voluntatis eius occidere gestierunt, tangerent eum nequiter. Cum vero dies voluntatis eius appropinquauerunt, licentiam acceperunt: & de mirificis gestis amplius infanterunt. Vt autem ostenderet se dominum filium illius esse, qui quodam ad Samuelis tempore allophyllis cum diis suis percussisset: & arcam suam per vaccas fortas referri ad locum debitum fecerat, adhibuit sibi aliud pectus ad hoc demonstrandum. Sicut enim illæ vaccæ, quæ nec dum iugum traxerant: quamuis vitulos ferentes haberent, tamen accepta arca domini, abierunt viam, quam ignorauerunt, pergentes & magister quasi dicerent & vitulos non obliuiscuntur, sed tamen creatorem, cuius arcam ducimus, plus timemus. Similiter & hic asellus, qui nunquam antea a matre separatus fuerat: & nunquam fessorem habuerat, accepto domini corpore fecit. *Cum venisset Bethphage, misit duos discipulos dicens.* Bethphage, est villa parua in monte Oliueti iuxta Bethaniam & erat sacerdotum vicus: & interpretatur domus buccæ, sive maxillæ, propter capita arctum, & hircorum, quæ ibi

iacebant. Cum ergo ibi venisset dominus prima feria, qui dominicus apud nos vocatur, misit duos discipulos suos: & ipse peruenit ad Bethaniam: & mansit ibi ipse nocte in domo Simonis leprosi. Et venit ibi Maria soror Lazari: & effudit vnguentum super caput eius. Et discipuli interim adduxerunt asinam & pullum, & audierunt in Hierusalem quia ibi esset ipse. Non enim viderant eum, postquam Lazarum sollicitauerat. Frequenter quidem dominus Hierusalem uenerit, & nunquam cum tanta gloria, ut in ingressis est, sicut tunc: ut hi qui ante eum uoluerant occidere, tunc haberent locum: quia tunc ei placuit mori: quasi in factis suis dixisset eis. Vos pro beneficiis à me uobis impensis detertorimini, & occidite me uultis, modo si uultis, dabo uobis locum. Facio tamen mirabilia: quam ante feci: & faciat uobis mortuos: ipso die modo resuscitauit quatuordecim annis. Et ut cognoscatis me illius Dei filium, quem uos dicitis adorare: sicut legitis oblitus fuisse buccas naturam suam, & amorem vitulorum suorum pro arca domini, quæ super eos erat: sic uidete asellum oblitum amorem matris suæ, & sine fraude, & capistro ire uiam meam. Quasi uobis dicat ipsum brutum animal: Amo matrem, sed plus timo creatorem, quem habeo fessorem. Tunc Iesus misit duos discipulos suos dicens, *ite in castellum quod contra uos est.* Castellum modo appellatur Hierusalem, quæ quondam ciuitas regis magni, id est, Dei dicta est: quia conspiratum habebat eiues eius occidendi saluatore suum. *Quod contra uos est,* quia uidere iam poterant de ipso monte Oliueti: Tamen quindecim stadiis erat Bethania ad Hierusalem: sed sic erat constructum templum: ut de ipso possent uidere Oliueti in monte eodem: & de ipso monte ardens oleum in templo domini. Et statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea. Asina ista ad templum domini data fuerat, & in commune sacerdotum erat: & quisquis de eis uolebat accipere, pullus dicitur asellus, id est, paruus: quia diminitutum est eius. Et uinculatumque bestia, aut auis matris pullus potest dici, dum tener est: ut pulli columbarum, & passerum. *Soluite, id est, absolute à uinculo. Adiuuete in manu,* quia uirtutem debeo cum eis facere. Vt separatum ab inuicem. *Et si quis uobis aliquid dixerit, dicite quod dominus his opus habet, & confestim dimittet eos.* Quia multos dominos habebat, propterea præcepit ut absolute dominum dicerent, & non designarent aliquem. Et placuit domino hanc uirtutem facere de asello sacerdotum, ut ipsi scirent quod nunquam fessorem super se habuerit: quia sacerdotes magis eius operibus contradicebant. *Hoc autem totum factum est.* Quod totum factum est, ut adducerentur, ut sederentur ab ipso. *Quia sic prædictum fuerat à propheta Zacharia.* Quæcunque Deus acturus fuit in hoc seculo corporaliter, prædicta fuerunt omnia à prophetis, & istud etiã prænuntiatum est ipsum acturum. Placuitque domino concordari dicta prophetarum cum factis suis: ut in prophetarum dictis & in factis suis uerax haberetur, quia ueritas est, mentiri non potest. Vt potens, inquit, iustus dominus in omnibus uis suis: & sanctus in omnibus operibus suis: nam hoc quod legitimus in libro Regum, quod dixit spiritus egrediar, & ero, spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius: non spiritus sanctus, sed diabolus ibi intelligitur: qui ad tempus pro-

pter

pter peccatum regis corda prophetarum eius decepit. *Dicite filia sion.* Exultando & gaudento dicite. Erat conuersus apud Romanos post triumphatos hostes cum triumpho ingredi Romam: ut ueniret ei obuia omnis senatus & omnis dignitas cum omni populo: & haberent meretrici uades, & decantarent ei: ille proiecisset super eos uas uice de aureis denariis, alia uice de argenteis. Sed nullus gloriose ingressus est, sicut hic dominus noster, quia illis mendacia cantabatur. Isti autem supplicabant, saluum fac in excelsis. *Ecce.* Admiratis est. *Rex.* Nō Tyrannus: quia regis ministerium est regere & gubernare populum: oppressos liberare, opprimentes debellare. Qui non facit hoc: non est rex, sed Tyrannus: qui locum occupat, & forsitan & ipse eos uastat, & alios deprecare sinit. *Tuus.* Ad Israel spiritualis sermo propheticus sic dicens: Tuus erit, ut saluet te, & regat, si uolueris. Si autem nolueris: non disperdet te, sed finer disperdet: quia Deus intentator est malorum. *Venit tibi.* Ad tuum profectum inquit. *Mansuetus.* Vt possit ipse dixit. *Mitis sum & humilis corde.* Sedens super asinam. Potuit dominus equum, vel elephantem habere ad sedendum: quia potuit habere leones, & gryphes ad domandum Aegyptios: sed sicut illic per parua animalia domuit superbos: sic hic per uile animal & brutum uoluit confundere sapientes seculi. Ac si dicat Propheta: Non seder super currum aureum, neque super feruidum equum litis & discordiæ amatorem, qui habet pectus de superbia repletum & cum audierit sonitum buccinæ, & uiderit bellum, percutit uingula terram, & dicit in corde suo uab. *Sedit super pullum, super quem nullus hominum sedit.* Qui non solum non mandit ferrum, nec maculat aurum salina, nec capistrum habet: & uiam suam incedit, & est subiugalis: quia amicus pacis, *Euntes autem discipuli, fecerunt sicut constituit Iesus.* Dixerunt sicut præcepit. *Ducite* (ut alij Euangelistæ narant.) Et adduxerunt & non sederunt: sed in manu adduxerunt. *Et imposuerunt super eos uerimenta sua.* Non sellam auro redimitam, vel argenteam: quia solummodo ad mysterium ista requirebat. *Plurima autem turba strauerunt uerimenta sua in uia.* Ne asellus in foueam decideret. *Alij uerimenta sua, uij ramos de arboribus sternerant.* Turba autem, quæ præcedebat, & quæ sequebantur, clamabant dicentes. Turba præcedebat, quæ de ciuitate uenerunt obuiam ei: Sequebantur, quæ de Hiericho & de alijs ciuitatibus cum secute sunt uenientes ad diem festum Paschæ. *Osanna siko David: benedictus qui uenit in nomine domini.* Osanna uerbum Hebræum est, compositum ex integro & corrupto. Saluum fac apud Hebræos dicitur. Osanna interiectio deprecantis. Et cum iunguntur in simul auferunt, & per Synalepham, ita ut nec scribatur & sit Osanna. O separatum, & s, coniunctum cum a, & n. Denique & in Psalmo: 117. ubi scriptum est apud nos. O domine, saluum fac: & in Hebræo Osanna habet, *henedictus qui uenit in nomine domini.* Ideo benedictus: quia in nomine patris uenit. Alius uenit in nomine suo, & ideo erit maledictus. Quia ex parte aliquid diximus, nunc spiritualiter percurramus. Dominus uenit ad mortem Oliueti: hoc est ad ecclesiam suam, non quod tunc esset. Sed quam quaerendo suam fecit, in qua est laborum & dolorum solamen. Et misit in Bethania, uidelicet in domo obedientiæ: quia ante

passionem suam & fundamētā ecclesiæ sure iacta erant, & in ea erant, de quibus dici poterat. Super quem quiescam nisi super humilem & quietum: & tremem sermones meos. Misit duos discipulos propter duos populos: seu propter duos mandata, dilectionem Dei & proximi: præcepit sibi exhiberi asinam & pullum, Iudæos & gentes: quia secundum Deum Iudæa mater est gentium. *Inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea.* Quia quando dominus aduenit, omnis mendax sub peccatis originalibus astrictus tenebatur. *Soluite,* per ministerium uestrum. Adduxerunt apostoli ad ipsum. *Et imposuerunt uerimenta.* Doctrinas sacras. Et Christum desuper sedere fecerunt: ut qui habebat ante fessorem diabolum, haberent deinceps Deum. Nam alij Euangelistæ, qui de gentibus scripserunt, pullum solummodo commemorant adductum. Mattheus uero, qui Iudæis credentibus scribebat, etiam asinam mentionem facit: ut Iudæos ostendat fidem Christi suscepuros. Quomodo uero ex toto colligenda gentilitas Iudæa in fine differenda, super pullum sedisse dicitur. Et bene dicitur: *Super quem nullus hominum sedit.* Quia nullus doctorum ad eos missus fuerat: qui eos à locutione, uel ab opere malo restitueret doceret. *Plurima autem turba strauerunt uerimenta sua in uia.* Quia multi de gentibus dederunt corpora sua pro domino in martyrium: uel daret alijs exemplum qualiter Deum amare deberent. *Alij, cadebant ramos de arboribus.* Doctores exempla sanctorum eis proponebant: ad cohortandum eos. Et qui præcedebant, & qui sequebantur. Patriarchæ & Propheta præcesserunt, & nos sequimur: unum Deum adorantes, unumque supplicantes. Quamuis Iudæi unum dominum nostrum Iesum Christum recipiant: nos tamen in eundem credimus: Deum Hebræorum nos credimus adorare summissima fide: cui dicimus quod dixit David. O domine saluos nos fac, & in terra, & perduc ad celestem Hierusalem possidendam, & habitandam. Iuxta Anagogen si mandata domini custodimus: habitat & præsidet Christus in corpore nostro. Et uerimenta proferimus: si corpora per abstinentiam castigamus, ut semper ei uiam pareamus, & alijs bonum exemplum actionis prebeamus. Frondes auellimus, si in doctrina ueritatis sententias partum excerptimus. Et benedictum in nomine domini confitemur: quia uis spes nostra & fides præcedentium, & sequentium populorum.

THEOPHYLACTI EPI-SCOPI BULGAR. superioris Euang. expositio.

ET cum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliuetum, &c. Sedit super asinam non in ullum alium usum, quam ut impleteretur propheta, & ut ostenderet quomodo oportet uiliter uchi non enim equo, sed a fello uili ueritus est. Implet igitur prophetiam, & iuxta historiam uisibili asino incedit, & iuxta anagogen quoque nouo, indomito, & obediens nescio populo. Ligati autem erant asina, & pullus catenis sutorum peccatorum. Duo missi sunt ad soluendum Paulus quidem ad gentes, Petrus uero in circuitu nationem, hoc est ad Iudeos. Et utque in hodiernum diem

Galat. 1.

diem duo nos solvant, Apollolus, & Euangelista. Venit autem Christus mansuetus. Non enim venit ut iudicet mundum in primo aduentu, sed ut saluet. Et alij quidem reges Iudaeorum fuerunt rapaces & iniusti, Christus autem mansuetus. Et adduxerunt asinam & pullum, &c. Lucas quidem, & Marcus subiugalem solum dixerunt, Matthaeus autem asinam, & pullum. Non dixerunt autem contraria, ducentes enim pullum, sequuta est mater. Collocauerunt autem eum super illam, non super duo iumenta, sed super vestem. Primum quidem sedit super asinam, postea super subiugalem: quia primum quieuit in Iudaeorum synagoga, deinde in gentili populo. *Plurima autem turbauerunt vestimenta sua in via, &c.* Iuxta historiam multum habet in se honoris, vestes strauisse, & ramos obiectasse. Nam ostendunt magnam gloriam. At iuxta anagogen discit, quod postquam apostoli superposuerunt vestimenta sua, virtutes inquam suas, tunc super illas sedit dominus. Nam, nisi anima nostra ornata fuerit apostolicis virtutibus, non equitabit eam dominus. Praecedentes sunt prophetae, qui ante incarnationem Christum fuerunt sequentes autem martyres, & doctores, qui vestimenta sua sternunt Christo, hoc est, carnem subiciunt spiritui. Vestimenta enim, & tegumenta animae corpus. Strauerunt igitur in via, hoc est, in Christo. Ego enim sum via inquit. Si enim quis carnem suam, non strauerit, hoc est, humiliauerit, in via, hoc est, in Christo manens, & non haereticus existens, non insidebit in eo dominus. *Osanna autem quidam dicunt quod hymnum, vel Psalmum significet: alij autem, id quod euidenti, Salua obsecro: Venturus autem dicitur dominus quia expectabatur ab Hebraeis venturus. Sic enim & Ioannes dicit, tu es, qui venturus es: Hoc est, qui expectaris ut venias: eo quod aduentus eius quotidie expectabatur. Debemus & nos omnes confirmationem mundi & aduentum Christi expectare, ac preparari.*

Ioan. 3.
Luc. 19.
Mar. 2.
Ioan. 14.
Osanna.
Sup. 11.
Luc. 7.

INCERTI CVIVSDAM
sub nomine Eusebij Emisseni
in idem Euang.

Duos discipulos suos dominus ante se mittit: per quos duos testamenta intelligimus. Hos autem discipulos ipse docuit. Hae duo testamenta ipse edidit, omnique sapientie, & scientie plenitudine ea repleuit. Sapientes sunt isti discipuli, à sapientissimo magistro instructi, sine quorum doctrina nemo sapiens inuenitur. Hos ante se dominus mandat, isti pullum, & asinam solvant, eosque solutos ad eum ducunt. Sed quid per asinam, nisi Synagoga: quid per pullum, nisi Gentilis populus figuratur? Illa enim à prophetis domita, & legis pondere onerata erat: hic autem laesus erat & indomitus, supra quem nullus unquam hominum sederat. Vterque autem ligatus erat, vterque solutione indigebat. Non poterant solui ab vno, solvantur à duobus. Nemo enim nisi vtriusque testamenti fide & doctrina, à peccatorum vinculis liberatur. Sequitur: *Et si quis vobis aliquid dixerit, dicit quia dominus hic opus habet, & confitemini ei.* Dominus (inquit) hic opus habet: non qualis enim dominus, sed hoc opus quoque & omnium dominus. Vnde & sine dilectione dicitur

dominus. In eo enim quod dominus dicitur, & non additur cuius, omnium dominus esse ostenditur. Quis igitur tenere audeat, quos omnium dominus solvere iubet? *Hoc factum est ut adimpleretur quod scriptum est per prophetam, dicentem: Dicitur filia Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalem.* Expone euangelista cur dominus omnia haec agere voluerit, ne forte inconueniens & indecens hoc aliquid esse videretur, ut in illo tam paruo itineris spatio, quasi fatigatus, super asinum dominus sederet. Alij enim euangelistae, non super asinam, & pullum, sed super pullum solum Christum dominum sedisse narrant. Matthaeus autem suo more non rem ipsam, sed significationem sequens, simul cum propheta eum super vtrumque sedisse dicit. Corporaliter enim super pullum, spiritualiter autem super vtrumque dominus sedit. Qui enim intelligit quid vterque significet, intelligit etiam quomodo in vtroque dominus sedeat. Anima enim iusti, sedes est sapientiae. *Enites autem discipuli, fecerunt sicut illi praecepit Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & cum desuper sedere fecerunt.* Si enim (ut superius dictum est) duo isti discipuli duo testamenta intelligunt, quae erunt eorum vestimenta, nisi singulae sententiae quibus ornantur & vestiuntur? Si igitur Christum portare, & eius asinus esse velis, necesse est ut his sententiis vestiatur & hac doctrina & fide ornentur. His enim vestibus induitur anima, his ornatur & decoratur. Nuda enim & pauperula est, quae his induta & ornata non est. *Plurima autem turbae strauerunt vestimenta sua in via.* Testamenta quidem duo sunt, testamentorum verò libri plures sunt. Plurima igitur turbae, id est, omnis patriarcharum & prophetarum multitudo, vestimenta sua strauerunt in via, viam domino parauerunt, & fidem suam alios docuerunt. *Alij autem cadebant ramos de arboribus, & sternerant in via.* Isti enim alij, apostoli sunt, & doctores. Isti de singulis prophetarum libris quasi de quibusdam arboribus ramos cadunt, sententias exponunt, & viam parant & sternunt, per quam Christi animalia incedere debeant. Et bene isti ramos de arboribus cadere dicuntur, quia non suam, sed aliorum fidem, & doctrinam exponunt, & praedicant. *Turbae autem quae praecedebant & quae sequebantur, clamabant dicentes, Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine domini. Osanna in altissimis.* Turbae enim praecedentes, vtriusque populi sunt. Ambae igitur clamant, quia vterque populus Christum praedicat, & benedicit. Quid enim aliud significat, Osanna filio David, nisi gloria, laus, & honor filio David? siue etiam, salus sit nobis à filio David. Quamuis enim haec vox certam significationem non habeat, laudem tamen potius significare videtur, quae in ore totius populi ad Christi laudem & gloriam personabat.

PETRI DAMIANI IN
Dominica Palmarum Sermo.

Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc misit duos de discipulis suis dicens eis: *Ita in castellum, quod contra vos est, &c.* Castellum, quod contra vos est, &c. Castellum, quod contra dominum, & discipulos eius fuit, non solum opprobrii, & flagellum eos persequendo,

ad locum passionis accedit. Ad hoc venit in mundum, ad hoc natus est, ut sua passione nos liberaret. Scieniter Hierosolymam venit, scieniter magna popularum comitatus caterua pomposè equitatem intravit, in qua tradendus, in qua crucifigendus erat. Hae est Hierusalem, quae occidit Prophetas, & lapidat eos, qui ad eam missi sunt. O infelix ciuitas, quam gloria deie dicerentur, si venientem Dominum agnouisses, si ei cognito debitam reuerentiam exhibuisses. O misera, o malitiae errore caecata, venit ad te Saluator tuus, & non potes, nec vis cognoscere eum. Venit ipse ad saluandum, tu recedendo accedis ad perendum eum. Ipse parat tibi ut egrotum saluem, & tu paras ei veluti furi oracem. Cur te tanta reuerentia caligo contexit? Cur non ascendis quod dictum est per Zachariam Prophetam: *Noli timere, filia Syon, ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super pullum subiugalem.* Ecce tanta es, perdita consilio es, times Regem suum suscipere, ne regnum ex te eum accipias. Sed dum ipsum non recipis, regnum perdis, & gentem. Vis vnum interficere, ne tota gens pereat. Sed dum vnum interficis, tui peris, & vniuersi. Proinde de te bene dicendum est: *Ve genti peccatrici populo graui iniquitate, semini nequam, filij sceleratis.* Genitrix es vniuersum, quae non nisi offensa materni lacrimis oriatur: *De tu non parus euadere, nisi Parris tui, qui fecit te, lacus eruentes.* Cruclis parus est, & enecandus, qui enecat patrentem. Sed quid accipit ad propositum caritatis Iudaeorum? Caeci fuerunt, duces eorum, & ideo vtriusque, id est, principis eorum, & imitatorum foueam exciderunt. De te autem Domine Iesu admiratio & compassio crescit. Cur ad Iudaeos vadis, qui anime tuae indigni sunt, & hominicide quidem sunt, ne credas te ipse, quia non te diligunt, non tui miserebantur, crudeli, & turpissima morte te contemnunt. Cur tot illusiones, torflagella, tot opprobria acceleras suscipere, spinis coronari, conspui, aceto potari, lancea perforari, mori, & in sepulchro collocari? In hac tua deliberatione, in hac tuo consilio deficit spiritus meus. Compassio Domine Iesu, super passionis tuae angustias. Consilium Petri amici tui videtur mihi sedere, qui ait: *Abstine à te, Domine, nequaquam fiet hoc.* Non decet filium Dei matrem gustare. Sed differ hoc consilium à tuo, qui disponis matrem subire. Quid ergo? Petri an Iesu consilium est tenendum? Serui an Domini? Discipuli, an Magistri? Sed non est sensus maior domino suo, nec discipulus doctior magistro. Ac quiescendum est itaque Domini, & magistri consilio, qui consilio aullo eger, ne dicatur mihi quum *Petero Vade retro, satana non sapius que Dei sum.* Nesciebat enim Petrus Christum disposuisse ab initio, ut mortem nostram moriendo destrueret, & vitam resurgendo repararet. Quod igitur diuina sapientia disposuerat, sapienter voluit adimplere. Voluit secundum prophetica verba, humilis, & pauper sedere super asinam, & Hierosolymam venire, sicut Euangelista narrat, dicens: *Cum appropinquasset Iesus Hierosolymam, & venisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc misit duos ex discipulis suis dicens eis: Itaque in castellum, quod contra vos est, &c.* Castellum, quod contra vos est, qui contra dominum, & discipulos eius fuit, non solum opprobrii, & flagellum eos persequendo,

sed etiam crudelissimam mortem inferendo. Vnde Dominus: *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.* Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret; quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Per asinam, & pullum, qui erant in castello ligati, Iudaeorum significatur populus, & gentilis, quorum vterque peccatorum vineulis subiacebat. Asina subiugalis Iudaeum populum signat, iugo legis subiugatum. Pullus lasciuens, & effrenis, gentilem populum notat secundum desideria carnis ambulantes. Duo discipuli missi in castellum, duorum sunt testamentorum praedicatorum, gemina praedicti charitate Dei scilicet, & proximi dilectione. Sine Petrus, & Paulus quorum vnus gentium, aliter fuit Apostolus Iudaeorum. Vnde ipse Paulus: *Qui operatus est Petrus, inquit, in Apostolatu, operatus est & mihi inter gentes.* Isti soluerunt vtrumque populum ab infidelitatis errore, & verbo praedicationis duxerunt ad fidem Iesu Christi. Dominus sedit super eos, quia ex fide sua iustificauit illos, sicut scriptum est: *Anima iusti sedes est sapientiae.* De vtriusque iustificatione dixit Apostolus: *Ab Iudaeorum matrem Deus, Nonne & gentium? Immo & gentium, quoniam quidem vnus Deus, qui iustificat circumcissionem ex fide, & praepitium per fidem.* Possunt etiam haec moraliter intelligi. Bethphage interpretatur domus buccae (& est intellectus sacerdotum) per quam designatur confessio. Ad hanc Dominus venit, quia ad confessionem cordis accendit. Castellum, quod est contra dominum, & eius discipulos, est animus obstinatus, praonitiam deditus voluntati. Duo discipuli ad eum missi, sunt spes, & timor; asina, & pullus aligati, humilitas, & simplicitas. Huiusmodi enim animus aliquando nouit quid sit humilitas, quid simplicitas, & quod simpliciter, & humiliter sit viuendum; sed quales aligati, & repositi, dum non vult eas opere exercere. Tenter hunc timor, ubi à malo respuerit, minans ei tormenta. Confortat eum spes, si peruenit, premia pollicendos. Compungitur his duobus animus. Solutur asina, & pullus, cum obuiam Domino eundo Bethphage confiteretur se peccasse, & promittit se deinceps humiliter, & simpliciter viuendum. Et sic qui prius erat castellum diaboli, efficitur vrbis fortitudinis ostre Syon; Saluator ponitur in ea murus, & aeternale. Murus humilitas est, aeternale patientia. Egre diamur igitur charissimi, obuiam Domino Bethphage, compungenti timore peccatae, & spe caelestis vitae firmati, confitemini peccata humiliter, & simpliciter ambulando, subiugatis vestibus nostrae carnalitates, ut in vobis dignetur sedere Dominus, & nos secum in caelestem Hierosolymam introducere. Amen.

EVTHYMII ZIGABONI
Superioris Euangelij expositio.

Et qui appropinquasset Hierosolymam, venisset Bethphage, &c. Iam morte sua appropinquante, maiori auctoritate negotia attingit: quia de asina, & pullo propheta tum erat, nunc tanquam omnium dominus iubet iis, quos emittebat, ut dicant: *Dominus hic opus est, & post habitum vsum reduci hos ad dominum eorum.* Sed Matthaeus

Mat. 11.
Luc. 19.

asinam dicit, & pullum: Marcus vero pullum fo-
 lum. Inuenietis, inquit, pullum alligatum, super
 quem nullus hominum sedit. Similiter autem
 scribit & Lucas. Ioannes vero, pullum asinae huc
 appellauit, tanquam tenellum asinum. Quid er-
 go dicemus: Quod utroque opus erat Christo:
 sed pullo, ut super eum veheretur; asina autem,
 ut pullum sequeretur: explebat enim mysterium,
 quod futura praefigurabat. Et erat pullus in fi-
 guram noui gentibus populi, venturi ad fidem;
 quae est in Christo: qui ad diuinae legis iugum
 inexercitatus erat: super quem nullus hominum
 federat, propheta videlicet, vel apostolus. Asina
 vero in typum veteris & Iudaeis populi sub iugo
 legis degentis, Et pullus quidem Christum vehit
 indidentem: asina vero sequitur, docente se ipsa,
 quod postquam Christus gentibus infederit, &
 in eis tanquam in se credentibus requieuerit, se-
 quentur & Iudaei. Dicit enim & Paulus; Caecitas
 ex parte facta est in Israel, donec plenitudo Gen-
 tium intrauerit: & tunc omnis Israel saluus erit.
 Propterea ergo Mathaeus exacta diligentia utrius-
 que iumenti meminit: ceteri autem breuitatis
 causa pullum quidem scripserunt, eo quod super
 illum vectus sit: Saluator: asinam vero silentio
 praeterierunt, ut quae tantum sequebatur. Vectus
 est itaque super pullum Christus: simul praefigurans,
 ut dictum est, quod futurum erat: simul etiam,
 quia contingebat quosdam inobedientes indige-
 re iumentis, etiam in hoc modum posuit; ostendens
 non oportere discipulum suum equo; aut mulo uti,
 sed asino: & ubique solaid fieri necessitate.
 Hoc autem totum factum est: ut completeretur,
 & c. super asinum & pullum, filium subiugalis. Hoc.
 Quid? Discipulos missos esse ut asinam, & pul-
 lum adducerent. Prophetam autem dicit, nunc
 Zachariam. Completa est itaque huiusmodi pro-
 phetia: eius vero completio rursus facta est alterius
 rei propheta, puta fidei Gentium, ut diximus.
 Filia autem Syon est ipsa Syon, sicut filius
 hominis ipse homo. Nam & hoc idiomata est He-
 braica phrasia. Et Syon quidem est Hierusalem:
 rex autem Syon ipse Christus, vel tanquam Deus;
 vel tanquam regia David radice progenitus:
 vel etiam tanquam is, qui in eam plurima con-
 tulit beneficia. Venit ergo ad eam mansuetus:
 neque satellites habens, neque qui lanceam, gla-
 dium, aut faces ferant: sed multam praese ferens
 mansuetudinem, ac humanitatem. Sedens vero
 super asinum, & pullum, non diuisum, modo su-
 per hunc, modo super illum: neque tanquam su-
 per bigam ab his tractam, sed asinum, & pullum;
 intellige ipsum pullum, asinum quidem natura,
 pullum vero aetate. Tu ergo interroga Iudaeum
 quis rex venerit Hierusalem asino, & pullo ve-
 ctus: nullum enim alium dicere poterit praeter
 Christum. Non te turbet, quod in hac prophetia as-
 num masculino genere viderimus. Ad id enim & auctoris
 enarratio nos cogit, & Graecum vocabulum dyos, quod
 tam asinum significat quam asinam id permittit, maxime
 quum hic careat articulo. Praeterea apud Zachariam li-
 tera. 70. interpretum non habet dyos sed dyosvriop, id
 est, subiugale. In Hebraica autem origine haec dictio. dyos
 hamor, asinum masculino genere ubique significat. Ali-
 ter quoque filia Syon est Hierusalem, eo quod subiecta sit
 monti, qui vocatur Syon. Dicitur quoque ipsa Hierusalem
 Syon, propter montem Syon, qui supra ponitur, ut sit me-
 taphorica appellatio. Eius autem discipuli fecerunt si-

Rom. 11.

cut praeceptis illis Iesus, &c. Marcus autem particula-
 rius recitat id, quod fecerunt. At enim; Abie-
 runt, & inuenient pullum alligatum iuxta ianuam
 foris, qui ibi stabant dixerunt eis; Quid facitis
 soluentes pullum? At illi dixerunt, sicut praecipit
 Iesus, & dimiserunt eos. Haec sane Marcus, ianuam
 dicens domus dominorum pulli. Confide-
 ra autem, quod omnia ad praefigurationem fa-
 ciaat. Sicut enim asina, & pullus funiculis alliga-
 ti erant foris in biuio, ita quoque antiquus Iu-
 daeorum populus, nouisque Gentium, peccatis
 alligantur extra ecclesiam in vita: Nam hanc per
 biuium intelligimus. Et quemadmodum Apo-
 stoli soluta illa animalia adducunt ad Christum,
 ita sane & istos. Ad haec sicuti tentauerunt qui-
 dam prohibere hos, puta domini ipsorum, sicut
 dicit Lucas: audito autem quod domino his opus
 esset, concesserunt: ita sane & in his: tentant qui-
 dem, qui dominantur eis daemones prohibere:
 auditio vero quod Deo his opus est, permittunt.
 Et posuerunt super eos vestimenta sua. Posuerunt &
 super asinam, & super pullum, ignorantes super
 quem illorum vehi vellet. Et sedit super ea. Super
 ea tripartita vestimenta, quae pullo erant superposi-
 ta. Possunt autem discipulorum vestimenta re-
 conditori intelligentia dici virtutes, quae intelli-
 gibilia sunt animae vestimenta, illos adornantia,
 qui Christo adducuntur: Lucas autem dixit, quod
 discipuli imposuerunt Iesum super pullum: disci-
 pli enim verbum Gentibus superimponunt.
 Hanc commode adiunxit expositionem, quod apud Gre-
 cos ad id sensum faciat ambiguum. Purissima autem turba
 stravit in via vestimenta sua. Ostenderunt, quod
 plusquam prophetam eum habebant: deo etiam
 excellenti modo ipsum honorauerunt. Nam &
 modico ante tempore, quum Lazarum resuscita-
 set, magnam apud eos reuerentiam acquisiuit.
 Abijcimus ergo & nos corporis ornatum pro-
 pter Christum, & ornemus viam eius, abijcientes
 opes, ac affectiones quibus induimur, aut circun-
 damur. Alij autem cedebant ramos de arboribus, & ster-
 nebant in via. Marcus vero quibusdam dixit. Est au-
 tem quibusdam ramorum congeries. Oliuarum nempe
 rami erant. Nam tunc montem oliuarum praeteri-
 bant. Turba autem, quae praebant, &c. Hosanna
 Hebraicum est, & significat interdum triplimum, &
 sine laudem: quandoque vero serua. Nunc ergo
 tantundem est, ac si dicat; Hymnus filio David.
 Hinc plane liquet auctorem nostrum vixisse Hebraice
 litterarum ignarum ad eundem cum Hieronimo impigisse
 lapidem. Nam הוֹשִׁיָא הוֹשִׁיָא hosia na, dictiones duae sunt,
 quarum prior hosia imperatiuus est: tertia Hebraeorum
 conjugationis significans idem, quod saluum fac: cuius fores
 sine radice, quam vocant est יֵשׁוּעַ iasa, id est, saluauit: al-
 tera pars interiectio est estlagitanti, vel obtestanti, ac si
 dicas, Saluum fac, obsecro, ut habetur Psalmo 117. Potest
 etiam dictum verbum in praedicta imperatiui persona habere
 הוֹשִׁיָא hosia, ut dicatur הוֹשִׁיָא hosia na: & ita no-
 stri verterunt. Quod autem dicitur, Hosia na filio David,
 & Hosia na in excelsis, phrasim opinamur esse Hebraeorum,
 qui hosia na tanquam particulam bene ominantem vel pre-
 cantem, & adclamantem, varijs addere solent dictionibus, ut
 הוֹשִׁיָא הוֹשִׁיָא הוֹשִׁיָא quemadmodum. S apud He-
 braeos articulus dicitur, nonnunquam etiam designat accu-
 satiuum: Et הוֹשִׁיָא הוֹשִׁיָא capitur pro הוֹשִׁיָא הוֹשִׁיָא
 quis qui est in excelsis: sicut & הוֹשִׁיָא הוֹשִׁיָא, qui es in
 caelis. Est ergo sensus; Saluum fac obsecro filium David: &
 saluum

saluum fac obsecro tu, qui es in excelsis.
 Benedictus, qui venit in nomine domini. In nomine do-
 mini, hoc est a domino. Benedictus, qui venit a
 Deo, benedictus qui missus est a Deo. Marcus
 autem addidit; Benedictum, quod venit regnum
 in nomine domini patris nostri David. Exultaba-
 bat enim, quod erigeretur abiectus thronus regni
 David: vnde gaudentes dicebant; Benedictum,
 quod redit regnum primi patris nostri David.
 Quod venit in nomine domini autem, hoc est a
 Deo. Ioannes vero dicit, Benedictus, qui venit in
 nomine domini, rex Israel. Verisimile enim est
 tunc omnia fuisse dicta a turbis, quae praecedebant
 & quae sequebantur: quaeque egressae erant in

occursum eius. Intelligitur etiam, in nomine domi-
 ni, in maiestate domini, in ordine regio. Hosanna
 in excelsis. Laus in excelsis. Laudent etiam, qui sunt
 inter excelsas virtutes: sicut angelos Deum, qui
 nobis misit regem, ac instaurauit regnum David. Lu-
 cas vero loco, Hosanna in excelsis, dixit; Gloria
 in excelsis. Hic autem & de discipulis scribit; quod
 dicebat; Benedictus, qui venit rex in nomine do-
 mini, pax in caelo, & gloria in excelsis. Considera
 vero, quomodo in tali plausu, tantoque clamore,
 pullus quanquam omnino indomitus, mansue-
 rissime tamen incedebat, praefigurans plane Gen-
 tium obedientiam, & omnimodam eorum ad di-
 sciplinam imitationem.

E ADEM DOMINICA PAL-
 MARVM PASSIO DOMINI
 SECUNDVM MATTHAEVM,
 MATTH. 16.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Scitis, quia post bi-
 duum Pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur.
 Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores po-
 puli in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Cayphas: & confi-
 lium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem:
 Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset Iesus
 in Bethania, in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier habens
 alabastrum vnguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Viden-
 tes autem discipuli indignati sunt, dicentes: Ut quid perditio haec? Potuit enim
 istud venundari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait illis: Quid
 molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam sem-
 per pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Mittens enim
 haec vnguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit. Amen dico vo-
 bis: vbiunque praedicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur
 quod haec fecit in memoriam eius. Tunc abiit vnus de duodecim, qui di-
 cebatur Iudas Scarioth ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi
 dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et
 exinde quarebat opportunitatem, ut eum traderet. Prima autem die azy-
 morum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere
 pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quemdam, & dicite ei: Magister dicit,
 tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt
 Bibl. Homil. tom. 2. l. 2. discipu



^a Praenotit & non declinauit, sed etiam ceteris ire nolentibus, pergit in te epidias.
^b Qui debuerunt se parare ad pascha, contra verum agnum se arment.
^c Nam si palam, timebant ne eis tolleretur.
^d Non dimittes seditionem, sed ne auxilio populi de suis manibus tolleretur.
^e Mundum redempturus moratur in domo obedientiae.
^f Olim, sed postea a Christo mandati.
^g Genus marioris in quo bene seruatur vnguenti sine detrimeto.
^h Synecdoche.
ⁱ Deuotionis & pietatis.
^k Id est, quocumque se dilatauerit ecclesia.
^l Nota notitiam futurorum in Christo.
^m Id est, ecclesia.
ⁿ Id est, obsequium quod mihi pre exhibuit.
^o Maris.
^p Damnum de effusione vnguenti vult magistri precio compensare.
^q Idem precium quo Ioseph venditus est fratribus.
^r Quod sine turbis eum tradere posset, quod Lucas aperte ait.
^s Ecco oportet quibus.
^t Pascha.

Quando verus sol ad occasum properabat.

discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. ^v Vespere autem facto ^x discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est. Et ^y contristati valde coeperunt ^z singuli dicere: Nunquid ego sum domine? At ipse respondens ait: Qui intingit ^a mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit sicut ^b scriptum est de illo. Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. ^b Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi: Tu dixisti. ^d Cœnatis autem ^e eis, accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: ^e Accipite, & comedite: Hoc est ^f corpus meum. Et accipiens calicem ^g gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes: ^h Hic est enim sanguis meus ⁱ noui testamenti, ^k qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, ^l non bibam amodo de hoc ^m genimine ⁿ vitis, vsque in diem illum, cum bibam vobiscum ^o nouum in ^p regno patris mei. Et hymno dicto ^q exierunt in montem Oliueti. Tunc dixit illis Iesus: Omnes vos ^r scandalum patiemini in me in ista ^s nocte. Scriptum est enim: ^t Percutiam pastorem, & ^u dispergentur oves gregis. Postquam autem resurrexero, precedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam ^v scandalizabor. Ait illi Iesus: Amē dico tibi, quia in hac nocte, antequam ^w gallus cantet, ter me ^x negabis. Ait illi Petrus: Etiam si ^y oportuerit me mori tecum, non te negabo. ^z Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani. Et dixit discipulis suis: ^a Sedete hic donec vadam illuc & ^b orem. Et assumpto Petro, & ^c duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse. Tunc ait illis: ^d Tristis est anima mea vsque ad ^e mortem. ^f Sustinete hic, & ^g vigilate mecum. Et progressus pusillum ^h procidit in faciem suam orans & dicens: Pater mi, si ⁱ possibile est transeat a me calix iste, ^k Veruntamen non sicut ego ^l volo, sed ^m sicut tu vis. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos ⁿ dormientes, & dicit ^o Petro: Sic non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non ^p intretis in tentationem. Spiritus quidem ^q promptus est, caro autem ^r infirma. Iterum secundo abiit, & ^s orauit dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & ^t inuenit eos dormientes: Erant enim ^u oculi eorum grauati. Eradicit illis, iterum abiit, & ^v orauit tertio eundem sermo

sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam & requiescite. ^a Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba mala cum gladiis, & fustibus misit a principibus sacerdotum & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit eis signum, dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit: ^b Aue rabbi: Et osculatus est eum. Dixitque illi Iesus: ^c Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. ^d Et ecce vnus ex his, qui erant cum Iesu, extendens manum exemit gladium suum, & percutiens seruum principis sacerdotum amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus: ^e Conuerte gladium tuum in locum suum. ^f Omnes enim, qui ^g acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plus quam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur ^h scripturæ? Quia sic oportet fieri in illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere me quotidie apud vos sedebam docens in templo, & nõ me tenuistis. ⁱ Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur ^j scripturæ prophetarum. Tunc ^k discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi tenentes Iesum duxerunt ad ^l Caypham principem sacerdotum, ^m ubi scribæ & seniores conuenerant. ⁿ Petrus autem ^o sequebatur eum a ^p longè vsque ad atrium principis sacerdotum. Et ^q ingressus intro, ^r sedebat cum ministris, vt videret finem. ^s Principes autem sacerdotum, & omne consilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent. ^t Et non inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit: Possum destruere templum Dei, & post triduum reedificare illud. ^u Et surgens ^v princeps sacerdotum, ait illi: Nil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem ^w tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. Dicit illi Iesus: ^x Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & ^y venientem in nubibus cæli. Tunc princeps sacerdotum scdit vestimenta sua, dicens: ^z Blasphemaui. Quid adhuc egemus tibi? Ecce nunt audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt: ^a Reus est mortis. Tunc expauerunt in faciem eius, & ^b colaphis eum caeciderunt. Alij autem ^c palmas in faciem eius dederunt, dicentes: Prophetiza nobis, Christe: Quis est, qui te percussit? Petrus vero ^d sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galilæus es. Ait illi ^e negauit coram omnibus, dicens: Nescio

quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait, ^h his, qui ^h Cum quibus calefaciebat se Petrus.
 erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum ⁱ negavit cum iuramento, ⁱ Ab illis inquisitis quibus ancilla propalauerat.
 quia non noui hominem, Et ^k post pusillum accesserunt, qui stabant, & dixe- ^k Lucas ait quasi factio interuallo vntus horæ.
 runt Petro: Verè & tu ex illis es: Nam & ^l loquela tua manifestum te facit. ^l Hierosolymite & Galilæe que sunt Hebraei vnius lingue, sed, quæque provincia habet suum sonum.
 Tunc cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem. Et continuo gallus ^m Respiciente se domino.
 cantauit. Et recordatus est ⁿ Petrus verbi Iesu, quod dixerat: priusquam gallus ⁿ Vt haberet liberum locum flendi.
 cantet, ter me negabis. Et ^o egressus foras, fleuit amarè.

CAPVT XXVII.

^a Vide quam solliciti in malo tota nocte vigilauerunt vt facerent homicidium.
M Ane autem factio consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & se- ^b Quem vixerant in horro, vt Ioannes ait.
 niores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Et ^b vincum ad ^c Mos erat, vt quem morti adiudi cassent, ligatum iudici traderent.
 adduxerunt eum, & ^c tradiderunt Pontio Pilato præfidi. Tunc videns Iudas, ^c Magnitudinem auaritiæ, impietatis pondus excludit.
 qui eum tradidit, quod damnatus esset, poenitentia ductus, retulit triginta ar- ^d Quanto magis qui emerunt.
 genteos principibus sacerdotum & senioribus, dicēs: Peccaui, ^d tradens sangui- ^d Emisse se audiunt, & tamen extra reatura se trepant, & in vendente scelus constituunt.
 nem iustum. At illi dixerunt: ^e Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis ^f Vt ostenderet se exosum cælo & terræ.
 in templo, recessit, & abiens ^f laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum ^g Oblatio impiorum abominabilis est domino quæ offertur ex scelere. ^h Corbonan interpretatur oblatio gazophylacium.
 acceptis argenteis dixerūt: ^g Non licet eos mittere in ^h corbonan, quia precium ^g Magnitudinem auaritiæ, impietatis pondus excludit.
 sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam ⁱ Huius seculi.
 peregrinorum: propter hoc vocatus est ager ille Alchedemach, hoc est ager ^k Quod in Zacharia appenderunt, id est, alij rei comparauerunt. ^l Hoc scilicet.
 sanguinis, vsque in hodiernum diem. Tunc impletum est, quod dictum est per ^l Illius Chelthi. ^m Scilicet me. ^o Id est, non plus precij me facientes, quam vile maucipium.
 Ieremiam prophetam, dicentem. Et ^k acceperunt triginta argenteos, ^l precium ^m appreciati: quem ^o appreciauerunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum ^p Constitutum mihi reuelauit.
 figuli, sicut ^p constituit mihi dominus. Iesus autem stetit ante præfidem & in- ^q Sic temperat, vt sermo eius calumniæ non pateat: & tamen verum dicat.
 terrogauit eum præses, dicens: Tu es rex Iudæorum? Dixit illis Iesus: ^q Tu dicis. ^r Vt verum patientiæ det exemplum, sicut flagellatus ante, ita modo silet accusatus.
 Et cum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil ^r respondit. ^s Ethnicus est qui condemnat Iesum, sed causam refert in populum Iudæorum.
 Tunc dicit illi ^s Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et ^t Ne crimen dilapsus dimitteretur à præfide, & crucis vilitati disretetur.
 non ^t respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præses vehementer. Per ^v Non imperiali sanctione, sed ductus populi consuetudine, cui placere volebat.
 diem autem solemnem ^v consueuerat præses dimittere populo vnum vincum, ^x Propter seditionem & homicidium. ^y Vulgatum in malicia.
 quem voluissent. Habebat autem tunc vnum ^x vincum ^y insignem, qui dice- ^z Barrabas filius magistræ, vel Barrabas filius patris, quod rectius.
 batur ^z Barrabas. Cōgregatis ergo illis dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vo- ^a Timentes, ne omnes crederent in eum.
 bis, Barrabam, an Iesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim, quod per ^b inui- ^b In Pilato & vxore eius, Christum iustum consistentibus, gentilis populi testimonium est.
 diam tradidissent eum. ^b Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor ^c Egressa est iniquitas à senibus & iudicibus.
 eius dicens: nihil tibi & iusto illi: Multa enim passa sum hodie per visum pro- ^c Egressa est iniquitas à senibus & iudicibus.
 pter eum, Principes autem sacerdotum & ^c seniores persuaserunt populis, ^d vt pete

vt peterent Barrabam: Iesum verò perderent. Respondens autem præses, ait il- ^d Qui rex vester est.
 lis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barrabam. Dixit illis ^e Vt vxor mandauerat, nihil tibi & iusto illi. ^f Quanto plius audiebant, quod Pilatus velle eum liberare.
 Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur ^d Christus? Dicunt omnes: Cru- ^e Vt vxor mandauerat, nihil tibi & iusto illi. ^f Quanto plius audiebant, quod Pilatus velle eum liberare.
 cifigatur. Ait illis præses: ^e Quid enim mali fecit? At illi ^f magis clamabant, di- ^g Id est, rebellionis crimen ei contra Cæsarem impingeretur. ^h Quodammodo contempsit, ergo innocencem voluit liberare. ⁱ Non
 centes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis ^h Quodammodo contempsit, ergo innocencem voluit liberare. ⁱ Non
 tumultus fieret, ^h accepta aqua, lauit manus coram populo, dicēs: ^k Innocens ^k Ego minister sum legum, vestra vox sanguinem fundit.
 ego sum à sanguine huius iusti, vos ^k videritis. Et respondens vniuersus popu- ^l Culpa & pena. ^m Vnde per Isaiam: Si leuaueritis manus ad me, non exaudiam: manus enim vestrae sanguine plene sunt.
 lus, dixit: ^l Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Bar- ^m A Pilato, vt Ioannes ait. Ideo flagellatum, vt nos à flagellis liberetur.
 bam: Iesum verò ^m flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites præ- ⁿ Quia obiciebatur ei quod videret imperium in populo Iudæorum, illis quibus hoc ostendunt.
 fidis suscipientes Iesum in prætorio, ⁿ congregauerunt ad eum vniuersam co- ^o Proptis vestimentis. ^p Pro purpura qua reges utebantur.
 hortem, & exuentes eum, ^o chlamydem ^p coccineam circumdederunt ei. Et ple- ^q Pro diademate. ^r Pro scapulo.
 ctentes ^q coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & ^r arundinem in dex- ^s Adorans vt regem.
 tera eius: & ^s genu flexo ante eum illudēbant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. ^t Vbi erat area damnatorum, ibi fuit vexilla martyrum. ^v Decollatorum.
 Et exuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et ^t Vbi erat area damnatorum, ibi fuit vexilla martyrum. ^v Decollatorum.
 postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde: & induerunt eum vestimen- ^x Qui omnes conuersi sunt ei in amaritudinem vitæ aliene. ^y Vel pro amaritudine. ^z Gustauit quidem mortem ad horam, sed
 tis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenērunt homi- ^z Gustauit quidem mortem ad horam, sed
 nem Cyreneum nomine Simonem: hūc angariauerunt vt tolleret crucem eius. ^z Gustauit quidem mortem ad horam, sed
 Et venerunt in locum qui dicitur ^t Golgatha, quod est ^v Caluarie locus. Et de- ^x Qui omnes conuersi sunt ei in amaritudinem vitæ aliene. ^y Vel pro amaritudine. ^z Gustauit quidem mortem ad horam, sed
 derunt ei ^x vinum bibere cum ^y felle mixtum. Et cum ^z gustasset, noluit bibe- ^z Gustauit quidem mortem ad horam, sed
 re. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mit- ^a Tunicam inconfutilem. ^b Diligentia hæc nobis proficit, vt apertior virtus resurrectionis appareat.
 tentes, vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Diuiserunt si- ^c Filius & minister.
 bi vestimenta mea, & super ^c vestem meam miserunt sortem. Et sedentes ^d ser- ^e Sicut mobiles gressu corporum, ita & mente, ita sermone.
 uabant eum. Et ^c imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic Ie- ^f Farus populis concordat voci falsorum testium.
 sus est rex Iudæorum. Tūc crucifixi sunt cum eo duo latrones, vnus à dextris, ^g Non in via veritatis pedemponentes. ^h Sicut mobiles gressu corporum, ita & mente, ita sermone.
 & vnus à sinistris. ^g Prætereuntes autem blasphemabant eum ^h mouentes capi- ⁱ Compatiuntur elementa conditori suo, Ne sol pendente dominum videret, vel ne impij suis uerentur luce.
 ta, & dicentes: ⁱ Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reedificas. ^j Ne putetur consuetudo cælypsus per tres horas tenebra facta sunt.
 Salua te ipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes sacer- ^k Nolentes verum dicunt, & qui hoc poruit, possit vtiq; sed minus volebat vt faceret magis.
 dotum illudētes cum scribis & senioribus, dicebāt: ^k Alios saluos fecit, seipsum ^l Non in via veritatis pedemponentes. ^m Sicut mobiles gressu corporum, ita & mente, ita sermone.
 non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & cre- ⁿ Compatiuntur elementa conditori suo, Ne sol pendente dominum videret, vel ne impij suis uerentur luce.
 demus ei. Confidit in Deum: liberet eum nunc si vult. Dixit enim, quia filius ^o Plurale pro singulari.
 Dei sum. Id ipsum autem & ^o latrones, qui crucifixi erant cum eo imprope- ^p Compatiuntur elementa conditori suo, Ne sol pendente dominum videret, vel ne impij suis uerentur luce.
 rabant ei. A sexta autem hora tenebræ ^p factæ sunt super vniuersam terram, ^q Ne putetur consuetudo cælypsus per tres horas tenebra facta sunt.
 vsque ad horam ^q nonam. Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna ^r Sufcepit naturam in primis parentibus corrupte, deplorat miseriam. ^s Humanitatis erat derelicta, sed non Dei filius.
 dicens: ^r Eli eli lamma zabatani, hoc est: Deus meus, Deus meus, vt quid ^m de- ⁿ Ex eo quod dixit eli
 reliquisti me? Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant: ⁿ Eliam vocat ^o Eliam vocat iste. Et continuo currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, & ^o Eliam vocat iste.

imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri verò dicebant. Sine: videamus, an
 o ^{Quid dixerit Lucas aperit. Pater in manus tuas commendo spiritum meum.} ^{p Non alius extorfit.}
 veniat Elias liberans eum. Iesus autè iterum clamans voce magna, ^q emi sit spi-
 rium. ^q Et ecce velum templi scissum est in ^r duas partes, ^r à summo vsque
 deorsum. Et terra mota est, & petrae scissae sunt, & monumenta ^s aperta sunt, &
 & multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt. ^s Et exeuntes de ^t mo-
 numētis post resurrectionem eius venerunt ^t in sanctam ciuitatem, & apparuc-
 runt ^y multis. Centurio autem, & qui cum eo erant, ^y custodientes Iesum, viso
 terræ motu & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Verè filius Dei erat
 iste. Erant autem ibi mulieres multæ à longè quæ sequutæ erant Iesum à Ga-
 lilæa ministrantes ei. Inter quas erat ^a Maria Magdalenæ, & ^b Maria ^c Iacobi, &
 Ioseph mater, & ^d mater filiorum Zebedæi. Cùm serò autem factum esset, venit
 quidam homo diues ab ^e Arimathia nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat
 Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi
 corpus. Et accepto corpore Ioseph inuoluit illud in syndone munda, & posuit
 illud in ^f monumento suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxū ^g ma-
 gnum ad ostium monumenti, & abiit. Erant autem ibi Maria Magdalenæ & al-
 tera Maria sedentes contra sepulchrum. Altera autem die, quæ est post ^h Para-
 sceuen conuenerunt principes sacerdotum, & Pharisei ad Pilatum dicentes:
 Domine, recordati sumus quia ⁱ seductor ille dixit adhuc uiuens: post tres dies
 resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium, ne fortè ve-
 niant discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi: surrexit à mortuis: & erit
 nouissimus error ^k peior priore. At illis Pilatus: Habetis custodiam. Ite custo-
 dite sicut scitis. Illi autem abeuntes ^m munierunt sepulchrum signantes lapidem
 cum custodibus.

GLOSSA ORDINARIA.

B Isa. est cum con. De consummatione
 seculi, & discretione iudicij: vel ab
 initio euangelij vsque ad passionem
 omnia faciendo, & predicando cõple-
 uerat. Post sermonem quo se ventu-
 rum in claritate prædixit, passurū se ostēdit, vt fa-
 cramentum crucis admixtū esse gloriæ æternita-
 tis admoneret. ^{scitis quia.} Sicut ex Ioānis narratio-
 ne colligitur: ante sex dies Paschæ venit Iesus Be-
 thaniam; ibique factum est illud cõnuuium; in
 quo de vnguento precioso fit commemoratio.
 Inde venit Hierusalem sedes super asellum: post
 ea geruntur ea, quæ narrantur post hunc aduen-
 tum Hierosolymis acta vel gesta. Ex illo ergo die,
 quo venit Iesus Bethaniam vsque ad diem, quo
 omnia ista gesta & dicta sunt, intelligimus esse
 cõsummatum quadriduum, vt occurreret dies
 quem ante biduum Paschæ Matthæus & Marcus

diffiniuerunt. Mysticè. Post duos dies clari lumi-
 nis veter. & nou. testam. verum Pascha per mun-
 dum celebratur. Pascha quod Hebraicè dicitur
 phasè, non à passione sed à transitu nominatur:
 quia exterminator viso sanguine in foribus Israël
 transiit eos, & Deus auxilium præbens eis de-
 super ambulauit. Mysticè. Quia in ea festiuitate
 agnus Dei de hoc mūdo erat transiturus, vel nōs
 salubri transitu quasi de Agypto huius mundi
 educurus: Pascha propriè solus dies dicitur: quo
 agnus ad vesperam occidebatur, id est xiiij. luna
 primi mēsis: Decima quinta luna qua egressi sunt
 de Agypto erant azyma septem diebus. Sed in-
 differenter: & Pascha pro diebus azymorum, &
 dies azymorum pro Pascha: ait Marcus: Erat Pa-
 scha & azyma post biduum: Lucas: dies festus
 azymorum qui dicitur Pascha. Mysticè. Vno die
 agni in mōdo septem dies azymorum sequū-
 tur, quia Christo semel passo, per totum tempus
 seculi viuendum est in azymis sinceritatis & ve-
 ritatis.

ritatis. *Cum au* Habito coasilio ordo narrationis
 illac transit. Tunc abiit vnus ex duodecim, vt
 factum Iudæ coniugatur ad consilium sacerdotum.
 Redit autem ad eum diem, qui erat ante sex
 dies Paschæ dicens: Cum autem, &c. *Simon.* Per-
 manet pristinum nomen vt virtus curantis appa-
 reat. Per eam domum accipe illam partem popu-
 li qua credidit domino & curata est. Simonis,
 id est, obediens. *Accessit.* Hier. Diligenter observa,
 quæ de duabus super caput. Si quidem peccatrix
 super pedes, & ea quæ dicitur nō fuisse peccatrix,
 super caput. *Uoluit ha.* Maria Magdalenā foror La-
 zari modo iusta & familiaris, quæ quondam pec-
 catrix venit & pedes lachrymis lauit, nunc caput
 & pedes unxit, pedes nunc: vt Ioannes dicit. *Fr-*
guenti precij. Marcus: nardis precij, id est, de spicis
 & folijs confecti, quod preciosus est. Ioannes
 nardis precij, id est, fidelis non adulterat aliis her-
 bis: pistis Græce, fides Latine. Mysticè. Hæc de-
 uotio Mariæ, fidem significat ecclesiæ, quæ dum
 deitatem Christi prædicat caput ungit: dum hu-
 manitatem, pedes. De hoc vnguento in domo
 Simonis leprosi in Bethania dicitur, & Matthæus
 & Marcus & Ioannes. Lucas vero aliud dicit si-
 mile huic factum ante in domo alterius Simonis
 Pharisei non leprosi, neque in Bethania, sed de
 eadem muliere quæ tunc accessit peccatrix. *Dis-*
ci-pul indignati. Ioannes dicit hæc Indam locutum,
 & hoc gratia cupiditatis: alij potuerunt verbis
 eius consentire, vel etiam idem dicere: sed pro-
 pter curam pauperum. *Opus enim bon.* sicut Ma-
 ria piæ deuotionis adepta est gloriam, ita econ-
 tra Iudas contradicens perfidiæ infamiam, sed
 dominus qui bona laudat, tacendo hæc præterit.
Me au. Corporalis præsentia, alioquin dicit alibi,
 omnibus diebus vitæ vobiscum sum vsque ad
 consummationem seculi. *Mitris enim.* Officiam
 est sepulture: quod vos perditionem esse putatis.
 Nec mirū, si mihi dat fidei odorem, pro qua mox
 fufurus sum sanguinem. *Tunc abiit.* Præmissa est
 causa, quæ compulsi ludam ad vendendum do-
 minum. Cum enim fur esset, & loculos haberet,
 & vidisset vnguentum super caput & pedes do-
 mini effusum, quod putauerat esse vendendum
 & precium sibi esse tradendum, vt aliquid inde
 furaretur: quod perdidit in effusione vnguenti,
 voluit recompensare in venditione magistri.
 Quando congregati sunt principes. Vbi pater
 quod non inuitus neque coactus, sed spontè iniit
 consilium sceleratorum. Quarta feria congregati
 sunt principes sacerdotum, &c. Iudas accessit, vt
 venderet magistrum. Et hoc ostendit propheta
 Isaia, quæ legitur quarta feria vbi dicitur: Ecce
 merces eius cum eo. *Quid vultis.* Quasi vile man-
 cipium tradens; ponit in potestate eminentium
 quantum velint dare. *Et exinde.* Multi hodie sunt,
 qui factum Iudæ execrantur; & idem faciunt.
 Nam cum pro munere falsum testimonium di-
 cunt, quia veritatem negant, Deum qui veritas
 est vendunt: dum charitatem violant, Deum qui
 charitas est prodant: præsertim cum non igno-
 rantia, sed opportunitate faciendi quæ sita hoc fa-
 ciunt. *Prima interm dit.* &c. id est, quarta decima die
 primi mensis, quando abiecto fermento agnum
 immolant ad vesperam, quod exponit Apostolus:
 Etenim Pascha nou. imm. est, &c. Qui licet die se-
 quenti, id est xv. luna sit crucifixus; tamen ea no-
 cte passionis suæ tentus à Iudæis celebravit expor-

dium. *Vbi vs.* &c. Non erat eis certa domus: In
 quo improbatuæ edificatio superflua. *Ad quem.*
 Eundem significat, quem Marcus & Lucas dicunt
 patrem familias. Qui ergo ait ad quemdam, tan-
 quam ex persona sua (& non domini) studio bre-
 uitatis illum compedio insinuauit. *Ad quem.* Non
 ad quemlibet, sed ad aliquem certum, quem ex
 persona sua loquens rectè posuisset. Modo autem
 cum verba domini posuit: *te in ciuitatem:* inter-
 ponit ipse, *ad quemdam:* non quia dominus hoc
 dixerit, sed vt ipse nobis insinuaret tacito nomi-
 ne proprio fuisse ibi quemdam, ad quem mitte-
 bantur. *Et se. di. si.* In alio euangelio scribitur in-
 uenerunt cœnaculum gran. stræ: Cœnaculum, lex
 spiritualis est, quæ de angustiis literæ egrediens
 in sublimi loco recipit Saluatorem. Nam qui li-
 teram sequitur, in imo Pascha facit. Sed qui aqua
 bantulum, id est, præconem gratia in domum eccle-
 siæ sequitur, hic per spiritum literam transeun-
 dens in alto mentis Christo resurrectionem parat.
Quia vnu. Qui prædixit de passione, prædixit de
 proditore, vt vidēs se non laterē pecciteret facti.
 Mittit crimen numero, vt agat conscius peniten-
 tiam, non tamen designat specialiter, ne impu-
 dentior fieret. *Corperum sup.* Quia plus credunt
 magistro quàm sibi: & timentes etiā fragilitatem
 suam, querunt de peccato cuius non habent cõ-
 scientiam. *Qui intingit.* Aliis contritis & à cõ-
 ho manum retrahentibus, ea impudētia quæ tra-
 didit manū cum magistro mittit, vt audacia bon-
 nam conscientiam mentiretur. Ecce humilitas &
 patientia, qua proditorem ad mensam admittit.
In paro. Marcus in catino. Paropsis est vas efcarium
 quadrangulum à paribus absidibus, id est, ab æ-
 quis lateribus dictum. Catinum vas fictile aptū
 ad admittendū liquorem, & potuit fieri vt men-
 sa fictile vas & quadrangulum contineret. Pœnia
 prædicatur, vt quem pudor non vicerat: corrigant
 denunciatæ supplicia. *Bonum. si.* Multò melius
 esset omnino non esse, quàm malè esse: vitate &
 simpliciter hoc dicit. Non potest enim ei bene
 esse qui non est. An diabolo dicit non nasci ad
 peccatum: an etiam bonum illi erat vt Christo
 nasceretur per vocationem, vt non esset apostata
 per proditorem. Vel solemus dicere simplicitet,
 melius esset non esse, quàm malè esse. *Rabbi.* Alij
 dicunt, domine iste *rabbi.* Quasi minus peccatum
 habens prodere magistrum quàm dominum, vel
 bladiendo. *Tu dixi.* Nec hic aperte dicitur, an ipse
 esset: Potest enim intelligi quasi dicat, nō ego di-
 xi. *Cœnantibus autem.* &c. Finitis solēnibus gaudiis
 veteris Paschæ, quæ in memoriam liberationis
 populi Dei de Agypto agebantur, transit ad no-
 uum quod in sui memoriam, ecclesiam frequen-
 tare volebat. Vt videlicet pro carne agni, ac san-
 guine, sui corporis, ac sanguinis sacramentū sub-
 stitueret: Ipsumque esse monstraret, cui iurauit
 dominus, & non penitebit eum: tu es sacerdos,
 &c. *Accipit.* Hieron. Postquam typicum pascha
 fuerat impletum, & agni carnes cum apostolis
 comederat, assumpsit panem. *Et benedixit.* Quia ho-
 minem assumptum ita morti subdidit, vt ei im-
 mortalitatis potentiam inesse: & ideo cito resur-
 rectorum esse monstraret. *Fragit.* Vt ostendat cor-
 poris sui fractionem non sine sua sponte fore. Be-
 nedixit prius, quia naturam, quam assumpsit, cum
 patre & spiritu sancto, gratia diuina virtutis im-
 pleuit. Ideo post: cœnā corpus suum dedit, quia
 necesse

Ican. 12.

Exod. 11.

Ica. 40.

I Cor. 5.

Matth. Luc. 22.

Psal. 109.

necessitate erat Pascha typicum prius consummari, & sic veri Pasche sacramenta post substitui. Nos vero pro reuerentia tanti sacramenti prius reficimur dominice passionis sacramentis, quam corporalibus escis. *Gratus egit.* Ostendit quod quisque facere debet in flagello culpa propria, cum ipse æquanimiter tulit aliena: quia panis corpus confirmat, vinum sanguinem operatur. Mystice, Hoc ad corpus, illud ad sanguinem Christi refertur. Verum nec panis sine aqua conficitur, nec vinum sine aqua offertur: per aquam populus signatur, qui nec sine Christi passione saluatur, nec sine eius amore Christus passus est. Oportet ergo ut nos ei uniamur, ut ipse in nobis maneat, & nos in ipso. *Non bibam.* Non delectabor ceremoniis huius populi, in quibus sacra Paschalis agni præcipua sunt. Post passionem nõ assumam carnem, donec assumam eam nouam, quæ modo mortalis est. *De hoc geni. vi.* Vitis est humana natura, gemina eius mortalitas, & legis vetustas. Mortaliter bibit Christus, & legis vetustate, dum ipsi placuit, & ipse obseruando impleuit. *De gemimine vitis eiusdem bibit in resurrectione factus immortalis:* quia immortalitas est gemimen illius vitis, quam in resurrectione bibent sui. Ideo dixit *vobiscum.* Immortalitate enim resurrectionis eadem remanebit substantia, & si qualitas sit mutata. Si autem vitem, de cuius vetustate nunc passionis calicem bibit, Indeos accipis, signat etiam gentem ad corpus Christi per nouitatem vitæ accessuram, cum post gentes ingressas omnis Israel saluus fiet. *Vinea domini Saboth domus Israel est,* de qua semper bibit, quia non defuerunt aliqui, quorum pietate delectaretur, sed passio domino tempus erat, ut illa legalis obseruantia cessaret, & in spiritum transiret. *Nouum in re. pa.* Dicens, *illud nouum,* hoc vetus, ostendit corpus, scilicet de veteri Adam, quod immortalitate immutabitur. *Vobiscum:* per hoc & suis immortalitas promittitur, & si non eodem tempore. De hoc gemimine, quia eadem corpora resurrectura. Erit autem dies mea resurrectionis, cum in regno Dei, id est, immortalitatis gloria sublimatus, de salute eiusdem populi spiritali gratia regenerati, nouo vobiscum gaudio perfundar. *Et hym.* Hæc est quod *Psalmus dicit:* edent pauperes, & saturabuntur, &c. Vel hymnum secundum Ioan. patri gratias agens cantabat in quo pro se & discipulis & credituris precabatur. *Exierunt in mon.* ut per sacramentorum perceptionem & suam intercessionem ad altiora charitativa quibus corde perungamur nos ascendere doceat: ubi laboris, refectio, doloris solatiu. *Omnes vos scandalum pati.* Prædicit illis quid passuri sunt, ut post euentum non desperent, sed penitentia liberentur. *Postquam.* Sicut prædixit locum passionis, sic prædicit locum resurrectionis, ut sicut sunt tristes ex passione, sic lætentur glorificati resurrectione vel visione. *Præcedam vos, &c.* Ut infirmitatem eorum, sponcione redditus sui consolaretur. *Esti omnes.* Non est mendacium, nec temeritas, sed fides, & ardens dilectio, intantuna ut inabecillitatem suam, & fidem verborum Dei, non contueretur. *Antequam gallus.* Tres ita simpliciter, solus Marcus, antequam gallus bis vocem dederit. Tertia negatio Petri, si tota post primum galli cantum inciperet, mentij viderentur res qui dicunt. *Antequam gal. can.* Item si tota ante, superflue diceret, Marcus antequam

Psalm. 21. Ican. 11.

Mat. 14.

idem.

bis careret. Sed quia ante primum cæpta, attendunt illi tres, non quando completus esset eam, sed quanta futura esset quoadcunque incæpta. Vel tota in animo timentis Petri peracta est ante primum cantum: quoniam verbis ante primum cæpta, ante secundum peracta sit. Tantus enim timor metem eius inuaserat, qui ter negare faceret. *Matthæus, & Marcus* negationem Petri subnectunt, postquam Iesus egressus est de domo, ubi manducauit pascha. *Lucas & Ioannes,* antequam inde egressus esset Iesus. Sed facile intelligimus illos recapitulasse, vel istos præoccupasse, nisi magis moueret, quod tam diuersa non modo verba, sed etiam sententias domini præmittunt: quibus permotus Petrus illam præsumptionem præferet moriendi, ut magis cogant intelligi ter illam expressisse præsumptionem suam diuersis locis ad sermones Christi; & ter illa à domino responsum, quod eum ante galli cantum esset negaturus: sicut post resurrectionem an se amaret ter interrogauit: & ter de pacendis omnibus præcepit. *Ante galli cantum,* id est, crescentibus tenebris negat, post gallicantum, id est, luce vicina culpa lachrymis lauat. *In vil. qua dicitur Gethse.* Lucas, in montem Oliuarum. Ioannes, trans torrentem Cedron: quod idem est: quia Gethsemani locus in quo orauit est ad radicem montis Oliueti ubi est ortus. Gethsemani interpretatur valis pinguium: & loca & tempora plena sunt figuris. Cum in monte orat sursum nos habere cor in oratione docet. Cum in valle & hoc in valle pinguium, docet in oratione humilitatem, & internæ pinguedinem dilectionis esse seruandam. *Et orem.* Proxima morte apte orat in valle pinguedinis, quia per humilitatem & charitatis pinguedinem pro nobis subit mortem. *Capit contristari.* Non timore passionis, qui ad hoc venerat: sed pro scandalo apostolorum, & perditione impiorum. Cum in monte orat sursum nos habere cor in oratione docet. Cum in valle & hoc in valle pinguium, docet in oratione humilitatem, & internæ pinguedinem dilectionis esse seruandam. *Et orem.* Proxima morte apte orat in valle pinguedinis, quia per humilitatem & charitatis pinguedinem pro nobis subit mortem. *Capit contristari.* Non timore passionis, qui ad hoc venerat: sed pro scandalo apostolorum, & perditione impiorum. *Hieron. Capit contristari,* ut veritatem assumpti hominis probaret. Verè contristatus est, sed non passio eius animo dominatur: verum propassio est. vnde ait: *capit contristari.* Contristatur autem non timore patendi, qui ad hoc venerat, sed propter infelicem Iudam, & scandalum apostolorum, & eiectionem Iudæorum, & euersionem Hierusalem. *Tristis.* Anima est, quæ timet, & tristatur. Petrus inferior non timet dicens, animam meam ponam pro te: quia vt homo vim mortis ignorat. Christus timet, quia vt Deus in corpore constitutus fragilitatem carnis exponit, qui corpus suscepit, omnia debuit sub re quæ corporis sunt. *Vsq. ad mortem.* Hilar. Non propter mortem sed donec apostolos sua liberet passione. Non mors. sed tempus mortis in metu est, quia post virtutem resurrectionis, fides est firmanda credentium. *Si possibile est.* Hoc non pro timore, sed pro misericordia: ne Iudæi qui excusationem ignorantia non habent, me occidant. vnde ait: *iste, id est,* populi Iudæorum: non simpliciter calix. *Si possibile est.* vt sine interitu Iudæorum credant Gentiles, passionem recuso. Sin autem: illi excæcandi sunt, vt gentes intrent: fiat, nõ mea, sed tua voluntas. *Non si ego vo.* Aug. Transfiguratur in se suos, qui nihil aliud vult quam patet, vt ibi: *Estanti & de. mi. man.* Et quid, me persequeris? Docet autem: eos priuatam voluntatem corrigere, & dirigere iuxta diuinam. *Ambr.* Hominem quem veritate corporis demonstrabat, æquabat affectu,

Luc. 22. Ican. 11.

Luc. 22. Ican. 11.

Mat. 14.

Mat. 18.

Psalm. 119.

Luc. 22.

Sup. 29. Act. 9.

affectu, vt dicitur: *Sed non sicut ego volo, sed sicut tu.* Suscepit voluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Confidenter tristitiam nominat, qui crucem prædico. *Caro autem.* Non de se vtrique hoc dicit, sed de his, qui dixerunt se nunquam negaturos. *terium secunda.* Secundum orat, id est, si non potest Niuidæ saluari aliter, nisi aruerit, cœnabit, id est, populus Iudæorum, qui peius fuit eius tabernaculum, vt me occidat. *Oravit ter.* Tribus vicibus orauit, vt & nos à præteritis peccatis, veniam, & à presentibus malis tutelam, & à futuris periculis cautelam oremus, & vt omnem orationem ad patrem & filium & spiritum sanctum dirigamus. Item sicut est trina tentatio cupiditatis, ita & timoris. Est enim concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum & ambitio seculi. Est & timor mortis, & timor vilitatis & timor doloris, contra quæ omnia docet nos debere muniri oratione. Vnde & propter trinam tentationem passionis, potest intelligi dominus ter orasse. *Dormite.* Primum reuertens obiurgat, secundum silet, & tertio quiescere iubet. Quia primum post resurrectionem diffidentes reprehendit. Secundum, misso spiritu grauatos ad conuendum euangelij libertatem oculos vstravit. Tertio, claritatis suæ reditu securæ quieti eos restituit. *Dormite iam & requi.* Huic videtur repugnare quod connectit: *Eccc appropin.* Sed sciendum post illa verba sicut dominum, vt fieret quod promiserat. Et post secundum Marcum intalit. Sufficit, quod iam requieuitis. Addiditque: *Eccc ap. surgite eamus.* Vltro nos offeramus: non timentes inueniant, vt confidentiam & gaudium passuri videant. Postquam in hortum domini cum discipulis ingressum dixit Ioannes, non commemorat quid illic egerit donec traditor venit. *Cum gla. & su.* Factum congruit mutata menti. lam enim venit cum sustibus, qui quandiu cum pace fuit tranquillius se egit: *Dedit eis sign.* Putabat signa quæ viderat non diuinitus sed magicè facta: & quem in monte transformatum audierat, timebat ne tali modo nunc de manibus eorum laberetur: & ideo dabat signum. *Quemcumque oscu.* Habebat adhuc aliquid de verecundia discipuli, cum non eum palam tradidit persecutoribus, sed per signum osculi. *Et oscu. est.* Suscepit dominus osculum, nõ quod simulare nos doceat, sed ne prodicionem fugere videatur. vnde: Cum his qui oderunt pacem, eram pa. *Seruum prim. sa.* Mystice. Seruus, est populus Iudæorum principibus sacerdotum indebitè mancipatus, qui in domini passione dexteram aurem, id est, spiritualem intelligentiam perdidit, sinistra, id est, vilitate literæ contentus, non Petro tollente, sed diuino iudicio ablatam pendente: qua auris in his, qui credere maluerunt, pietate Dei restituitur. Vel auris amputata & sanata: significat auditum ablatam vetustate innouatum, vt sit in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ, quod ei datur à Christo, datur & regnare cum eo. Vnde bene Malchus dicitur, quod est rex vel regnator. Quod seruus inuentus est pertinere ad vetustatem, quæ in seruitutem generat: sed cum accessit sanitas, figurata est libertas. Lucas addit, quod dominus tangens aurem sanauit: qui nec hostium pietatis obliuiscitur. *Gladio per.* Gladio illo, quo igneus vertitur ante paradisum, id est, diuine vindiçæ, & gladio spiritus, id est, verbi Dei. *An pu. quasi* dicat non indigeo auxilio apostolorum duodecim, qui possunt

habere duodecim legiones angelorum, in quibus sunt lxxij. millia, quibus omnium gentium lingua exprimitur. Innuat autem non esse verendum, si contra Iesum omnes nationes insurgant, cum multo fortiores ipse habeat exercitus angelorum. Aliter, hic numerus significat omnem genus hominum cum Romano imperio contra Iudæos cœturum. Hi sunt angeli Dei, qui post resurrectionem anno quadragesimo secundo, cum Tito & Vespasiano, perdidit omnes illos, & ciuitatem illorum succenderunt. *Existis cum gla.* Stultum est cum gladiis & sustibus querere eum, qui vltro se tradit, & in nocte per proditorem inuestigare quasi latitantem, qui quotidie in templo docebat. Sed in tenebris congregamini, quia potestas vestra in tenebris est. *Timo. di. om. 70.* Sicut Petrus qui negationem lachrymis abluuit, & confessione Dei funditus extirpauit, recuperationem eorum significat, qui in martyrio labuntur. Ita ceteri qui fugerunt, cautelam fugiendi docent eos, qui minus idonei sunt ferendis aduersis: quibus tutius est latere, quam se discrimini committere. Ita etiam adolecens, qui secundum Marcum relicta syndone nudus profugit, illorum opus & animum designat, qui vt securiores sint, omnia quæ in mundo habent abijciant: & Deo potius famulari nudi quam hærendo mundi rebus, meretriciam tentandi & à Deo reuocandi dare didicerunt. Iuxta exemplum Ioseph, qui relicto adulteræ pallio, maluit nudus Deo quam indutus meretricis cupiditatibus seruire. *Ad Cap. Conuenit nomen actioni.* Cayphas, id est, inuestigator vel sagax ad implendam, scilicet doli sui nequitiam. Vel uomens ore, quia impudens ad proferendam mendacium, & ad petendum homicidium. *A. longè.* Merito à longè, qui in proximo fuerat negaturus, significat ecclesiam imitaturam passionem Christi longè differenter, quia ecclesia patitur pro se, sed Christus pro ecclesia. *Duo falsi testes, &c.* Quia non eo sensu quo dominus, qui dixit de templo corporis sui: sed in verbis quibusdam addidit vel mutatis quasi iniustam calumniam facti. Dominus dixerat: Soluite templum hoc. Commutat. Ego dissoluam templum hoc manufactum. Vos, inquit, soluite, non ego: quia non est licitum vt nobis mortem inferamus. Item dominus dixerat: Et ego suscitabo, quod de animali templo dicitur. Illi inuertunt. Aliud manufactum ædificabo, vt proprie de templo iudaico dictum videatur. *Tu dixisti.* Marcus: Ego sum: quod idem est: Et est similis contra Pilatum & Caypham responso, vt à propria sententia condemnentur. *Filium homin.* Me in forma, quam iudicatis exaltatum, & habentem nomen, quod est super omne nomen. *Scidit ve.* Furor, qui fecit de folio surgere, facit & vestem scindere. Magnò mysterio: cum vestis domini nec à militibus scindi potuit. Significat enim sacerdotum eorum pro sceleribus pontificum esse poenitus soluendum. Sed soligitas ecclesie (quæ vestis Dei dicitur) vsque in finem: sculi indurpta manebit. Mos est Iudæorum, cum aliquid blasphemie audiunt, sciunt vestimenta. Quod Paulus & Barnabas fecerunt in Licæonia, cum dicti sunt Iupiter, & Apollo. *Tunc expue.* Sicut tunc consputus est saluus infidelium, ita nunc opprobriis exhonaturus fallorum fidelium, & colaphis, id est, blasphemis eorum dem ceditur. *Prophecia.* Dicunt contumeliam ei, qui se prophetam

Mat. 14.

Gen. 19.

Joan. 2.

Mat. 14.

Philip. 2.

Joan. 19.

Act. 14.

GLOSSA ORDINARIA

phetam haberi voluit, populis. Velauerunt enim faciem eius secundum Marcum, non ut eorum scelera non videat, sed ut à seipsis gratiam cognitionis eius abscondant. Sicut velum fuit super faciem Moysi, quo dicitur; hodie manet. *Præ ancilla.* Cur prima ancilla præcedit, cum viri magis poterat cognoscere: nisi ut iste sexus ostendatur in necem domini peccasse: & per passionem redemptionis accepit: & mandata custodire, ut veterem prævaticam non aboleret errorum. Sicut per feminam hostis antiquus primum parentem seduxit, ita per mulierem ad magistrum negandum, quem Christum filium Dei confessus fuerat, principem ecclesie compellit. *Examine autem.* Hic Marcus adimplet quod iste brevitatis causa omisit. Exiit, inquit, foras ante atrium, & gallus cecavit: quo reuerso, in atrio sit negatio, *Examine autem.* In hac secunda negatione à duobus compellitur. Ab ancilla, ut ait Marthus & Marcus. Et ab alio, ut ait Lucas dicens: Et post pusillum ait alius: Et tu de illis es. In hoc pusillo exiit, & reuersus stans ad focum, ut Ioannes ait: Iterum negat. *Examine autem illo.* id est, cum exiret, hoc est cum exurgeret ut exiret animaduertit eum ancilla, & dixit his qui circa ignem erant: Quibus rediens iurat Petrus. *Non novi hominem.* id est, non sum eius discipulus, in quo & ipsum Christum negavit. Nota, primum ait: *Nescio quid dicit.* Secundò, cum iuramentum negavit. Tertiò, *capit detestari & iurare, quia non novissit hominem,* quia perseuerare in peccato dat incrementum scelerum: & qui minima spernit, cadit in maiora. *Non novi hominem.* Quod noxia pravorum colloquia, quæ cogunt Petrum negare Christum, vel hominem se nasse, quem confessus est inter discipulos Dei filium: *Qui habent,* Ioannes & Lucas vnum dicit cognatum Malchi. Sed vel est plurale pro singulari. Vel vnus erat, qui eum viderat; & præcipue dicebat: quem secuti ceteri simile arguebant. *Et continuo galcan.* Post tertiam negationem sequitur galli cantus. Sacramenta rerum, per statum temporum designantur. Media nocte negat, in galli cantu penitet, post resurrectionem, sub luce, quæ ter negauerat, ter se amare professus est: Quia quod in tenebris obliuionis erravit, sperata iam lucis rememoratione correxit: & eiusdem veræ lucis potentia plene quidquid mutauerat erexit. Mysticè. Gallus aliquis doctor est, qui somnolentos increpans, ait: Euigilate iusti & nolite peccare. Quod Petrus ante primum galli cantum negat, eos significat, qui Christum ante resurrectionem Deum non putauerunt esse mortem eius turbati. Quod bis ante secundum galli cantum negat, illos significat, qui nunc in illo secundum hominem vel secundum Deum in vtraque substantia errant, & ideo veritatem negant. Primum galli cantus, est domini resurrectionis in seipso. Secundus, est eiusdem in corpore ecclesie. *Recordatus est.* In alio euangelio dicitur: Resurrexit dominus Petrus, & incuiti provocavit ad lachrymas, quasi in mentem ei rediens quotiens negauerat, & quod ei prædixerat non potuit in tenebris permanere, quæ lux mundi sepevit, et egressus. *Ab impietatis consilio scelus culpam tenet, quod non inquit. Ob hoc hesitare permissus est, ut in ecclesia principe remedium penitentia conderetur, & nemo auderet de sua virtute confidere.*

Marcus autem, Marthus, & Marcus contexterunt narrationem de his, quæ cum domino acta sunt usque ad mane: sed postea redierunt usque ad negationem Petri narrandam: quæ terminata redeunt iterum ad mane, ut inde cetera contexterent. *Peccatus tradens, &c.* Quasi in potestate sua esset mutare peccatorum sententiam: licet autem mutauerit voluntatem, tamen primæ voluntatis exitum non mutavit. *Quid ad.* Quid ad nos pertinet de hoc: tu videtis, tu scias quid fecisti. Vel quid videris pertinere ad nos? *Quid ad nos pertinet precii acceptum?* tu istud probaueras, tu inde fac quod vis. Qui ad mortem peccans, tantam habent ignorantiam, & cæcitate, ut nec turbentur in sceleribus suis, nec penitentia dolore crucientur. *Et proiesit.* Sicut penitentia eius fuit instructuosa: sic & hæc oblatio in templo est execrabilis. *Et abiens.* Hieronymus, nihil profuit iudæ egisse penitentiam, per quam scelus corrigere non potuit. Sed quando frater sic peccat in fratrem, ut emendare valeat quod peccavit, potest ei dimitti. Sin autem permanent opera, frustra voce assumitur penitentia. Hoc est quod de eo dicitur: Et oratio eius fiat in peccatum: ut non solum emendare nequiverit conditionis nefas, sed proprii homicidij scelus addiderit. Leo Papa. Sceleratior omnibus, & iudæ, & infelicior extitisti, quem non penitentia reuocavit ad dominum, sed desperatio traxit ad laqueum: Expectasles consolationem criminis tui, & donec sanguis Christi pro omnibus effunderetur, in forma læti suspendium distulisses. *Non licet eos.* verè colantes culicem, & camelum glutientes, si enim ideo non mittunt pecuniam in corbonam, id est, in gazophylacium, id est, inter dona Dei: quia precium sanguinis est, cur ergo ipse sanguis effunditur: Er quid præmij eis, si inde ager emittit in sepulcrum pauperum: *Emittunt ex illis.* Allegoricè. Magnum mysterium est in factis iniquitatis. Figulus est Deus, in cuius manu est ex eodem luto facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Ager eius, seculum, quod vniuersum precio eius emittit, ut ei commortui sepeliantur peregrini. Non vtiq; israel, sed alieni: qui in precio sanguinis Christi sepulti æternam requiem fornicantur. Illi quidem fecerunt alia voluntate, ut æternam relinquerent suæ nequitie monumentum. Sed nos, qui peregrini eramus ad lege & prophetis, praua eorum studia suscepimus in salutem, & in precio sanguinis Christi requiescimus. *Per Hieremiam.* Hiero. Hoc non in Hieremia: sed in Zacharia legitur: tamen aliis verbis. Legi nuper Hieremize apocryphum, in quo hæc verba scripta reperiri. Sed tamen magis mihi videtur hoc sumptum de Zacharia more apostolorum, qui verborum ordine prætermisso sensus ratum de veteri Testamento proferunt. *Per Hieremiam prophetam.* Sed hoc in Hieremia non inuenitur: sed in Zacharia fere secundum sensum, non secundum verba. Vnde quidam eodices non habent, per Hieremiam, sed tantum, per prophetam. Tamen secreto Dei consilio factum est, ut animo Marthæ pro Zacharia occurreret Hieremias: quia omnes prophete vno spiritu sunt loquuti, ita ut singula sint omnium, & omnia singularum. Quare ergo Marthus hoc emen-

temen daret, quod spiritu regente fecerat: ut per hoc admoneretur tantam inter prophetas esse concordiam, ut vni deputetur congruè, quod ab alio dicitur. Vel apud Ieremiam inuenitur de empto agro, sed non sub hoc nomine pretij. Apud Zachariam de triginta argenteis, & nihil de emptione agri. Vtrumque ergo interpretatur euangelista ad hoc, quod de domino completum est, & confert in vnum triginta argenteos quod est in Zacharia, & agrum emptum quod est in Ieremia. Quod subdit: *Quem appreciauerunt.* Apud neutrum inuenitur, sed ex persona euangeliste accipiendum est, quia hoc ex reuelatione domini cognouit ad hanc rem, quæ de pretio Christi facta est huiusmodi pertinere prophetiam: Liber quippe empti agri apud Ieremiam iubetur mitti in vas fictile. Et hic emittit ager figuli de pretio domini in sepulturam peregrinorum, id est ad permansionem quietis eorum, qui peregrinantur cum domino & consequuntur ei per baptismum: nam & illam emptionem agri hoc significat. Ieremize dominus dicit: quia erit permansio de captiuitate liberatorum in illa terra. *A filijs israel, &c.* A quibus minus oportuerat, qui magnificat debuerant. *Tu es rex iudæorum.* Secundum Lucam duo obiectant, scilicet quod prohibebat dari censum Cæsari, & quod diceret re regem. De regno ergo Pilatus, quia nescit interrogat. De tribuitis, quia audierat eum respondisse: Reddite quæ sunt Cæsari Cæsari: quasi apertum mendacium inuidorum negligit. Vnde Marcus: Et non erant convenientia testimonia eorum. In hoc quod Pilatus nihil aliud criminis interrogat, nisi an sit rex iudæorum arguuntur impietatis iudæi, qui nec falso inuenire poterunt quod obijcerent Saluatori. *Tu dicit.* Sacerdoti, quæ de præteritis respondit: quia lex omnis venturum Christum prædicauerat: *Tu dixisti:* quasi venturum Christum ex lege ipse dixisset. Hæc legis ignaro dicitur: *Tu dicit:* quia per fidei presentis confessionis salus gentium est. Nota quod: Pilato: aliqua ex parte responderet qui inuitus ferebat sententiam. Phariseos verò indignos suo sermone iudicauit. *Qui dicitur.* Barrabas in euangelio secundum Hebræos filius patris: vel magister eorum interpretatur. Ipse est antichristus, quem illi Christo præferunt, quibus dicitur: Vos ex patre diabolo estis. Pilatus qui os malleatoris interpretatur, diaboli significat, qui est malleus vniuersæ terræ: per quæ dominus vasa sua permittit probari: & ad vltimum conterit, quando in extrema damnatione confringet. *Quem vultis.* Populo volens satisfacere, dat optionem; quamuis non dubitet Christum eligendum sciens per inuidiam traditum. *Qui dicitur Christus.* Idem quod Marcus ait: regem iudæorum, quoniam rex Christus vocabatur. *Pro tribunali.* Tribunal sedes iudicium; ut solium regum, cathedra doctorum. *Uxor eius.* Uxor. vni gentilibus hoc in visione intelligit; quod Iudæi vigilantes intelligere noluerunt. *Nihil tibi.* Nunc dicitur diaboli intelligens per Christum se spolia amissurum, sicut primum per mulierem mortem inuitit, ita modo per mulierem vult Christum de manibus iudæorum liberare: ne per mortem eius mortis amittat imperium. *Barrabas, &c.* Filium diaboli elegerit pro filio Dei, vel Saluatorem cum sua salute perderent; & prædixit regem liberarent, quæ sua peccatio hodie etiam hæret eis. Amissa

gentes, & locos, & libertate: quæ daret sem libertatis. petere viderunt. *Quid tibi faciam de istis.* Multas quærebatur detractiones: ut eum cum benevolentia populi liberaret. Petrus, latronem iustis conferens: *Dei nate.* *Quid ergo faciam de istis, qui dicitur Christus?* Et dum dicerent, crucifigatur, non statim acquiescit, sed iuxta suggestionem crucifiguntur: *Quid enim mali fecit?* *Quid dicit Pilatus ab soluit Christum?* *Luce manus.* Gentilem populum ab impietate iudæorum alienum designans, qui clamauerunt: Crucifige crucifige eum. *Sanguis eius.* Perferretur usque hodie imprecatio: & sanguis Christi non auferretur ab eis. *Tunc dicitur.* Barrabas latro seditiosus, & homicidiorum autor, dimissus est populo iudæorum: *Idem.* Diabolus qui iam olim ob superbiam à patria lucis expulsi, & in reuerentiam carere fuerat missus. Er ideo iudæi pacem habere non possunt, quia seditionum principem eligere maluerunt. Vel Barrabas typum gerebat antichristi. *Iesum verò.* Ideo crebendus est: Pilatus Iesum flagellasse, & militibus ad illudendum dedisse, ut satari poenis eius, & opprobriis, iudæi in partem eius vltra non sicerent. *Iesum verò.* Seruens Romanis legibus; quæ crucifigendos prius iubent flagellari. *Chlamydem edo.* Quæ quoniam ferebant, licet alia nente, tamen nobis sacramenta dederunt. *Chlamydem idem quod Marcus dicitur.* purpuram, in qua Christi caro passionibus obiecta infunditur: vnde propheta: *Quæ te ergo rubrum est in dardaniis.* In spinea coronâ, nostrorum susceptio peccatorum, quæ per spinas notantur. *In calamo: venenata occidit animalia.* Iuxta Lucam apud Herodem alba veste indutus, quo innocentia, & castitas assumpta humanitatis exprimitur; & gloria regni immortalis; quæ in per passionem accepit. Vel induitur purpura, quæ est sanctis martyribus, alba veste, illis sanctis: quæ vero solet calamo scriptura fieri; caput Christi percutitur calamo; qui diuinitatis illius contradicentes, circum suam auctoritate scripturæ sanctæ confirmare conantur. In faciem spuunt, qui Iesum in carnem venisse denegant. Vt illi falso adorabant, ita hodie qui credunt, sed pernetis adibus verba eius & promissa regni despiciunt quasi fabulosa. Hiero. In chlamyde coccinea opera gentium cruenta sustentat. In corona spinea, inaledictum soluit antiquam. In calamo, venenata occidit animalia. Vel calamus tenet in manu, ut facitilegium scriberet iudæorum: in suis vestibus non illuditur, sed in his quæ propter peccata nostra portauit. Cuius crucifigeretur suam recepit ornamentum statim: quia elementa turbauerunt, & creatori testimonium dat creatura. *Exomites autem.* Arind. dominus: ortem: *Aliam portauit:* quod Ioannes refert antequam ipse veniret obuius: eum impoſita est: *Et hoc congruus ordine mysterij,* quia Christus passus est pro nobis; hinc exiit, ut se se eius. Et quia Simon de Cyrenis est, quæ est in Libya; per eum gentes signantur; qui primò peregrini à testamento Dei, nunc obediendo reues sunt & domestici Dei & hæredes. Simò enim obediens; Cyrene hæres interpretatur. Qui bene de villa venit, id est, de gentilitate: Villa Græcè pagus vnde pagani, qui à ciuitate Dei sunt alieni: qui relicti paganis ritibus passionis vestigia imitantur. Vel in domino figurantur: qui sponte portant oracem domini, in Simone qui inuiti: *Cyrenam.* Ecce non Hiero; sed alienigena opprobrio. *Bibl. Hom. tom. 2. K k k brio*

Mar. 14

221

Euang. 18

Ioan. 18

Luc. 22

Rom. 22

Item. 12. Zach. 11.

Item. 13.

Luc. 15. Luc. 20.

Mar. 14

Act. 1.

Rom. 9.

Item. 3.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

Mar. 15. Luc. 63.

Luc. 23.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

brío Christi subditur, ut plenitudo sacramentorum transire à circumcissione ad præputium ostendatur. *Golgotha*. Syrac est, & interpretatur Caluarie, non ob caluarium Adæ quem mentiuntur ibi sepultum sed ob decollationem damnatorum. Adam iuxta Hebron in libro Iesu legitur sepultus. Loca sunt foris portam in quibus capita truncabantur damnatorum. Et Caluarie: hoc est decollatorum sumptere nomen. Quia ergo noxius inter noxios. *Cum felle mi*. Alius euangelista dicit Myrrhatum, id est, amarissimam. Et potuit utraque esse commixtio felis & myrrha. *Et cum gust. nobilit*. Hoc Marcus tacet noluit bibere. Hoc est quod Marcus ait: non accepit, scilicet ut biberet. *Dixit enim*. Hoc Ioannes distinctius: vestimenta in quatuor partes ut ecclesia in quatuor partibus mundi signatur. Tunica sortita, significat omnium partium unitatem vinculo charitatis, qua sorte, id est, gratia Dei provenit, non humano arbitrio. *Causam*. Pro qua eum Iudæi Pilato tradiderunt. Rex per crucem non perdidit, sed confirmavit imperium, velint nolint Iudæi. *Vnus à dex.* Unus à dextris, per quem mortificatio significatur carnis pro caelesti gloria: vnus à sinistris, per quem iterum significatur mortificatio carnis pro aliqua mundi causa. *Blasphemabant*. Pridictum erat in libro Sapientie: Morde rursissima condemnemus eum: Erit enim respectus in sermonibus illius: Si enim verè filius Dei est suscipiet illum, de manu contrariorum suorum liberabit illum. Quia ergo crucifigebatur, & non liberabatur, credebant illum non esse Dei filium; propterea pendentes in ligno insultant: & caput agitant. *Si filius Dei es*. Si insultantibus cedens descenderet de cruce, virtutem patientiæ non demonstraret. *Et credemus ei*. Fraudulenta promissio: maius facit surgens de sepulchro, & non creditis: si ergo de cruce descenderet, non crederetis. Sed hoc demones immiserunt, statim enim senserunt virtutem crucis, & suas vires fractas & hoc agunt ut de cruce descenderet. Sed sciens hoc dominus, permanet ut diabolum destruat. *Id ipsum autem & latro*. Prius uterque blasphemavit, deinde visis signis vnus credidit. Ita uterque populus Deum prius blasphemavit: sed alter signis terribus penituit, & nunc Iudæos arguit. *Vnitatis dicitur*: Et rustici insultant mihi, si vnus hoc facit. Ita & hic. Lucas enim ait vnus fideliter dixisse. *Memento mei domine dum, &c.* Moralem sanctæ crucis figuram describit Paulus, ubi ait: in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis: quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum. Cognoscere etiã supereminentem scientiæ charitatem Christi. In latitudine quippe opera charitatis significat. In longitudine, perleuantiam conuersationis sanctæ usque in finem, in altitudine, spem caelestium premiorum. In profundo, inscrutabilia iudicia Dei. Quando ista gratia inter homines venit, & hæc coarctantur sacramento crucis, ut in latitudine recipiant transuersum lignum quo extenduntur manus propter operum significationem. In longitudine, ab ipso usque in terram, ubi totum corpus erat, significatur persistere, id est, longanimiter permanere. In altitudine, ab ipso usque in caelum, ligno sursum versus, ubi caput erat, propter speculationem supernorum, ne ille bona opera, & in eis perseverantia, propter infirmitatem Dei retr-

na ad temporalia facienda credatur: sed propter illud sempiternum quod desuper sperat fides quæ per dilectionem operatur. In profundo autè pars illa quæ in terra abdita defossa latet, sed inde con surgit omne illud quod eminet. Sicut ex occulta Dei voluntate vocatur homo ad participationem tantæ gratiæ alius sic, alius autem sic: Supereminentem verò scientiæ charitatem Christi, eam profecto ubi pax illa est, quæ præcellit omnem intellectum. *A sexta au. ho.* Nota sole à centro mundi recessuro crucifigitur dominus, quia propter peccata moritur, & Adam post antecedentem cum peccasset vocem domini audivit: Et ordo est rationis, ut quo tempore præuaricanti Adæ clausit, eo tempore peccanti latroni ianuam resecerit paradisi. Quod Marcus ait hora tertia crucifixisse dominum, ideo est, ut Iudæos qui se excusant, magis crucifixisse ostendat linguis quàm milites quorum manibus factum est: qui hora tertia ut crucifigeretur inclinauerunt: Quando enim crucifixus est, hora erat quasi sexta, id est, non adhuc plenè sexta. *Et circa horam no.* Cum inclinata est dies ad vesperam & repectus est sol à feruore, passionem consummat, ostendens se mori propter peccata nostra quibus à diuina luce & dilectione in hanc noctem ceoidimus. Mane surrexit dominus, docens resuscitatos in anima se esse producturum in lucem æternæ felicitatis. *Eli Eli lamma*. Quorum suscipit naturam eorumdem plorat miseriam. In quo ostendit quantum ipsi flere debent qui peccant. Ne miretis vorborum humilitatem, & querimoniam derelicti, cum formam serui scandalum crucis videas. *Quidam autem*. Non omnes, forsitan Romani, Hebræi sermonis ignorant proprietatem. Vel aliqui Iudæi Christum minorum Elia reputantes, ut eius auxilium deprecetur, *Et continuo cur*. Quare acetum dignus fuit. *Discipulus erat Iesu*. Hic accessit ad Pilatum. Etsi oculus, vians prius inimicitias Iudæorum, in hoc extremo officio nihil curat de illis. *In syndone munda*. Mysticè Syndone munda Iesum inuoluit, qui pura mente eum suscipit. Hinc etiam mos ecclesiæ habet, ut sacrificium altaris non serico, non panno tinctor, sed puro lineo celebretur. *In monu*. Quia si in monumento, ubi alius positus esset, poneretur, alius fortasse resurrexisset fingeretur. In petra, ne si ex multis lapidibus edificatum esset, suffossis tumuli fundamentis, ablatus furto diceretur. *Erant autem ibi*. Aliis notis Iesu ad sua redeuntibus, solæ mulieres, quarctius amabat, obsequium funeris inspiciebant, expectantes quod promiserat Iesus: & ideo primæ resurrectionem vident. *Post pascha*. Pasche, id est, præparatio: hoc nomine dicitur sexta sabbati, id est, in qua præparabantur necessaria sabbati, ut de manna dictum est: sexta die colligeris duplum, quia sexta die homo factus est, & in septima requieuit dominus. Ideo sexta die Iesus pro homine moritur: vnde & dixit: Consummaturum est, id est, sexta die pro redemptione mundi opus expletum est: & in sabbato quieuit in sepulchro. Ita & nos in hac sexta ætate pro domino pati debemus, & in septima (quæ est mortuorum) in secreta pace quiescere, donec octaua resurrectionis veniat. In Genesi septimus dies versperam habere non legitur, quia in illo seculo requies animarum nullo morere consumitur: sed gaudio futuræ resurrectionis augetur. Nostrum pascha est immolatio Christi, id est, pasche, iudæ

IN PASS. DOM. SECVNDVM MATTHEVM. 939

Corda terrenorum per passionem Christi commutantur. Petræ fessæ sunt, quia duritia Iudaica ex parte erat emollienda. *Et monuuen*. Et tamen cum monumenta aperta sunt, non ante surrexerunt, quàm dominus resurgeret, ut esset primogenitus ex multis fratribus. *Corpora sancti*. Hi credendi sunt cum domino ascendente similiter ascendisse cum corpore. *In sanctam ciui*. Hierusalem quæ sancta dicitur propter templum: & sancta sanctorum quod nulla alia. *Centurio autem*. Hi in scandalo crucis confitentur Dei. Arius in ecclesia prædicat creaturam, quem cæci Iudæi nec tot miraculis credunt. In centurione fides ecclesiæ designatur, quæ velo caelestium mysteriorum per motum domini referat, Iesum filium Dei tacente synagoga confirmat. *Mulieres multæ*. Matthæus & Lucas dicunt Mariam Magdalenam à longè stetitisse. Ioannes vero iuxta crucem, quia tanto intervallo aberat, ut iuxta diceretur: quia præsto erat in conspectu eius, & longè comparatione turbæ propioris. Possumus etiam dicere, quod illæ quæ erant cum matre domini postquam eam commendauit discipulo, abire cœperat iam, vt à densitate turbæ euerent se. & cætera quæ facta sunt longius intuerentur. *Mimstrantes ei*. Consuetudinis Hebræicæ erat, ut mulieres de substantia sua præceptoribus suis ministraret: quod & dominus accepit, vt exemplum daret apostolis. *Iacob*. Iacobus Alphaei minor dicitur ad differentiam Iacobi, qui inter primos apostolos vocatus est & electus à domino. *Homo diues*. quia ad præsidem nisi diues accedere non poterat, non quod diuitias commendat euangelista. Dicitur est & decurio, quia fuit de ordine curiæ, & officium curiæ ministrabat, per hoc potuit habere facultatem, per hoc quod discipulus, hoc ministerio dignus fuit. *Discipulus erat Iesu*. Hic accessit ad Pilatum. Etsi oculus, vians prius inimicitias Iudæorum, in hoc extremo officio nihil curat de illis. *In syndone munda*. Mysticè Syndone munda Iesum inuoluit, qui pura mente eum suscipit. Hinc etiam mos ecclesiæ habet, ut sacrificium altaris non serico, non panno tinctor, sed puro lineo celebretur. *In monu*. Quia si in monumento, ubi alius positus esset, poneretur, alius fortasse resurrexisset fingeretur. In petra, ne si ex multis lapidibus edificatum esset, suffossis tumuli fundamentis, ablatus furto diceretur. *Erant autem ibi*. Aliis notis Iesu ad sua redeuntibus, solæ mulieres, quarctius amabat, obsequium funeris inspiciebant, expectantes quod promiserat Iesus: & ideo primæ resurrectionem vident. *Post pascha*. Pasche, id est, præparatio: hoc nomine dicitur sexta sabbati, id est, in qua præparabantur necessaria sabbati, ut de manna dictum est: sexta die colligeris duplum, quia sexta die homo factus est, & in septima requieuit dominus. Ideo sexta die Iesus pro homine moritur: vnde & dixit: Consummaturum est, id est, sexta die pro redemptione mundi opus expletum est: & in sabbato quieuit in sepulchro. Ita & nos in hac sexta ætate pro domino pati debemus, & in septima (quæ est mortuorum) in secreta pace quiescere, donec octaua resurrectionis veniat. In Genesi septimus dies versperam habere non legitur, quia in illo seculo requies animarum nullo morere consumitur: sed gaudio futuræ resurrectionis augetur. Nostrum pascha est immolatio Christi, id est, pasche, iudæ

est, præparatio eius ab hora captiouis. *Post tres dies*. A parte totum: pars hæri diei quo crucifixus est cum sua nocte pro vno die. Sabbatum integrè. Tertius dies à parte prima, id est, nocte totus cum suo diurno: & sic est triduum. *Minierunt se*. Diligentia eorum nostræ profuit fidei. Nam quando, amplius seruabatur, tantò magis virtus resurrectionis ostenditur.

CATENA AVREA
in idem Euang.

ET factum est circa consummationem Iesus sermones hos omnes dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Hilar. Post sermonem quo venturum se dominus in reditu charitatis ostenderat, nunc passurum esse se admonet, ut sacramentum crucis admixtum esse gloriæ æternitatis agnoscerent. vnde dicitur: *Et factum est circa consummationem Iesus sermo hos omnes*. Rab. de consummatione seculi & die iudicii. Vel quia ab initio euangelij vsque ad passionem omnia faciendo & prædicando cõpleuerat. Orig. Non simpliciter autem dixit omnes, sed hos omnes: adhuc enim oportebat eum etiam alios loqui sermones priusquam traderetur. dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum pascha fiet. Rab. Sicut etiam ex Ioannis narratione colligitur: ante sex dies pasche venit Iesus in Bethaniam, inde venit Hierusalem sedens super asellum, postea genuitur ea quæ narratur Hierosolymis gesta. Ex illo ergo die quo venit in Bethaniam, intelligimus consummatum quatuoriduum, vt occurrat dies ante biduum pasche. Hoc autem inter pascha & azyma distat, quod pascha ipse solus dies appellatur in quo agnus occidebatur ad vesperam, hoc est, 14. luna primi mensis: 15. autem luna quando egressus est populus de Agypto, succedebat festiuitas azymorum: verum euangelista vnum pro altero ponere solent. Hiero. Pascha autem quod Hebræicè dicitur pascha, non à passione, vt plerique arbitrantur, sed à tràsitu nominatur, eo quod exterminator videns sanguinem in foribus Israëliitarum pertransierit, nec percussit eos, vel ipse dominus præbens auxilium populo suo de super ambulauerit. Remi. Sine quia auxiliante domino populus Israëliticus liberatus ab Agyptiaca seruitute, transiit ad libertatem. Orig. Non autem dixit: Post biduum pascha erit aut veniet, ne ostenderet illud pascha futurum, quod fieri solebat secundum legem, sed, pascha fiet, hoc est quale nunquam factum fuerat. Remig. Mysticè enim pascha dicitur, siue quia ea die Christus transiit de mundo ad patrem: de corruptione ad incorruptionem, de morte ad vitam. Sine quia salubri transiit à dæmoniaca seruitute mûdum redemit. Hiero. Post duos etiam dies clarissimi luminis veteris & noui testamenti, verum pro mundo celebratur pascha: transitus etiam noster, id est, pasche, ita celebratur, si terrena dimittentes ad cælestia festinemus. Orig. Prædicat autem discipulis se tradendum, cum subdit: *Et si ho. trade. vt crucifi.* Præmuniens eos, ne priusquam audiant quæ fuerant futura subito videntes tradi magistram ad crucem obtupecant: ideo autem impersonaliter posuit. *Tradetur*, quia Deus tradidit eum propter misericordiam circa genus humanum, Iudas

Galat. 1.
Rom. 8.
Luc. 23.
Matth. 19.
Sapient. 3.
Luc. 23.
Ipses. 3.
Exod. 16.
Genes. 2.
Matth. 15.
Iuan. 19.
1. Cor. 11.
Genes. 2.

Galat. 1.
Rom. 8.
Luc. 23.
Matth. 19.
Sapient. 3.
Luc. 23.
Ipses. 3.
Exod. 16.
Genes. 2.
Matth. 15.
Iuan. 19.
1. Cor. 11.
Genes. 2.

Christum in præfati seculo, quando miscet se membris Christi, & accedunt ad mensam eius; sed non semper sic habebunt, quando solis electis dicitur est, Venite benedicti patris mei. Sequitur, *Mit. enim hac vnguentum, &c.* Consuetudo erat illius populi ut corpora mortuorum diversis aromatibus condirentur, quatenus diutius illæsa conservarentur. Et quia futurum erat ut hæc mulier corpus domini mortuum veller perungere, & tamen non posset, quia resurrectione anticiparetur: idcirco divina providentia actum est, ut viuum domini corpus perungeret. hoc est ergo quod dicit, *Mit. hac, &c.* id est, cum hæc mulier corpus meum viuum perangit, me moriturum & sepeliendum ostendit, Chr. in ho. Quia ergo sepulchrum & mortem commemorauerat, ut non videatur in tristitiam mittere mulierem: rursus eam consolatur per ea quæ consequuntur, *Amen di. vo. vbi cumq; prædici fuerit, &c.* Raba. id est, in quocumque loco dilatabitur ecclesia, per totum mundum dicitur, & hoc fecit, &c. Istud & appositum notat, quod sicut Iudas contradicens adeptus est perfidiæ infamiam, sic & ista pia deuotionis gloriam. Hiero. Attende noticiam futurorum quod passurus post biduum & moriturus, sciat euangelium suum in toto orbe celebrandum. Chryl. in ho. Ecce autem quod dixit factum est, & vbi cumque terrarum abieris, videbis hanc mulierem famolam effectam: quod virtus prædicantis efficit. Et regum quidem multorum & ducum victoriæ silentur, & multi, qui ciuitates construxerunt, & gentes multas seruituti subegerunt, nec ex auditu neque ex nomine sunt cogniti, quoniam autem hæc mulier oleum effudit in domo leprosi cuiusdam, duodecim viris presentibus, hoc omnes concinunt per orbem terrarum, & tempus tantum pertransiit, & memoria eius quod factum est non est tabefacta. Sed quare nihil speciale promissit mulier, sed sempiternam memoriam? quia ex his quæ dixit intelligi potuit. Si enim opus bonum fecit, manifestum est quod mercedem dignam suscipiet. Hierony. Myllicæ autem passurus pro omni mundo moratur in Bethania, in domo obedientiæ, quæ quodam fuit Simonis leprosi. Simon quoque ipse obediens dicitur, quia iuxta aliam intelligentiam mundus interpretari potest, in cuius domo curata est ecclesia. Orig. Oleum autem vbi que in scripturis, aut opus misericordię intelligitur, quo lucerna verbi enutrita clarescit; aut doctrina, cuius auditu verbum fidei, quod est accensum, nutritur. Generaliter ergo omne quo quis vngitur, oleum appellatur. Olei autem aliud est vnguentum, item vnguenti aliud est pretiosum: sic omnis actus iustus, opus bonum dicitur. Operis autem boni aliud est quod facimus propter homines, vel secundum homines, aliud quod propter Deum & secundum Deum, Itē hoc ipsum quod facimus propter Deum, aliud proficit ad usum hominum, aliud tantum ad gloriam Dei; ut puta aliquis benefacit homini naturali iustitia motus, non propter Deum, quomodo faciebant interdum & gentes: opus illud oleum est vulgare non magni odoris, & ipsum tamē acceptabile apud Deum quoniam ut dicit Petrus apud Clementem, Opera bona, quæ sunt ab infidelibus, in hoc seculo eis profunt, non in alio ad consequendam vitam æternam. Qui autem propter Deum faciunt, magis illis in illo seculo pro-

ficat, hoc est vnguentum boni odoris. Sed aliud sit ad vililitatem hominum, ut puta elemosina & cætera huiusmodi. Hoc qui facit in Christianos, pedes domini vngit, quia ipsi sunt domini pedes: quod præcipue solent facere pœnitentes pro remissione peccatorum suorum. Qui autem castitati studet, in ieiuniis, & orationibus permanet, & cæteris quæ tantum ad gloriam Dei proficiunt: hoc est vnguentum quod vngit domini caput: & hoc est vnguentum pretiosum, ex cuius odore, tota repletur ecclesia: & hoc est opus proprium non pœnitentium sed perfectorum, aut doctrina quæ necessaria est hominibus, hoc est vnguentum quo pedes domini vnguntur. Agnitio autem fidei quæ ad solum pertinet Deum est vnguentum, quo vngitur caput Christi: quo conspeliuntur Christo per baptismum in mortem. Hilar. Mulier autem hæc in præfiguratione plebis genitrix est, quæ in passione Christi gloriam Deo reddit. Caput enim eius perunxit, caput autem Christi Deus est. Nam vnguentum boni operis est fructus, sed discipuli fauore saluandi Israelis vendi hoc in usum pauperum dicunt debuisse: pauperes autem Iudeos fide indigentes, in fine prophæticæ nuncupant: quibus dominus ait plurimum esse temporis, quo habere curam pauperum possent. Cæterum non nisi ex præcepto suo salutem gentibus posse præstari, quæ secum infuso mulieris huius vnguento sunt cõsepulta. quia regeneratio non nisi cum mortuis in baptisimo professione reddetur: & idcirco, vbi prædicabitur hoc euangelium, narrabitur opus eius, quia cessante Israel, euangelij gloria fide gentium prædicatur. *Tunc abiit vnus de duodecim qui dicebatur Iudas Scarioth, &c.* Glo. Posita occasione proditorum, conuenienter de prodicione Iudæ agit euangelista. vnde dicit, *Tunc abiit vnus de duo, &c.* Chryl. in ho. Tunc scilicet quando hoc audiuit, quoniam prædicabitur hoc euangelium vbi que, timuit enim: nam virtutis ineffabilis erat quod dictum est. Aug. de con. euang. Ita enim sermo dirigitur dicente domino, *Scitis quia post biduum pascha fit. tunc congregati sunt principes sacer. Tunc abiit vnus de, &c.* Inter illud enim quod dictum est. *Ne tumultus ferret in populo:* & hoc quod dicitur, *Tunc abiit vnus de duodecim.* interpositum est illud de Bethania, quod recapitulatio dictum est. Orig. Abiit autem aduersus vnum principem sacerdotum, qui factus est sacerdos in æternum ad multos principes sacerdotum, ut venderet pretio volentem redimere totam mundum. Raba. Abiit autem dicit quia non coactus, non innitus sed sponte sceleratum inuit consilium. Chryl. in ho. Addit autem, *vnus de duodecim.* ac si diceret, de primo choro eorum qui sublimiter electi sunt, & ad designationem eius adiungit, *Qui dicitur Iudas Scarioth.* Erat enim alius Iudas, Rem. Scariothaque fuit villa vnde ortus est iste Iudas. Leo. pa. in ser. de passio. Qui non timoris perturbatione Christum deseruit, sed pecuniæ cupiditate straxit: amore enim pecuniæ vilis est omnis affectio: & anima lucri cupida, etiam pro exiguo perire non metuit; nullumque est iustitiæ in illo corde vestigium, in quo sibi auaritia facit habitaculum. Hic perfidus Iudas inebriatus veneno, dum sitit lucrum tam stultè impius fuit, ut & dominum venderet & magistrum. vnde dicit principibus sacerdotum; *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tra-*

Hieron.

Hieron. Infelix Iudas damnus quod ex effusione vnguenti se fecisse credebatur, vult magistri pretio conueniens; nec certam tamen postulat summam, ut saltem lucrosa videretur proditio, sed quasi vile tradens incipium, in potestate ementiam posuit quantum vellent dare. Orig. Hoc autem faciunt omnes qui accipiunt aliquid corporaliū aut mundialiū rerum, ut tradant & eiciant ab anima sua saluatorem & verbum veritatis quod erat in eis. Sequitur, *Et illi const. ei triginta argen.* Tantam mercorem constituentes, quantos annos saluator conuersatus fuerit in hoc mundo. Hieron. Ioseph autem, non ut multi putant, iuxta 70. interpretes 30. aureis venditus est, sed iuxta Hebraicam veritatem 30. argenteis. neque enim poterat seruis pretiosior esse quam dominus, August. de con. euang. Quod autem dominus 30. argenteis venditus est, significauit per Iudam Iudæos iniquos, qui persequentes carnalia & temporalia, quæ ad quinque pertinent sensus corporis Christum habere noluerunt; & quia sexta mundi ætate fecerunt, sexies quinque eos quasi pretium venditi domini accepisse signatum est. & quia eloquium domini argentum est, illi autem ipsam legem etiam carnaliter intellexerunt, tanquam in argento impresserat secularis principatus imaginem, quam amisso domino tenuerunt. Sequitur, *Et exin. quæ. op. ut eum traderet.* Orig. Qualem autem opportunitatem quærebat Iudas, Lucas manifestius explanat dicens, Et querebat opportunitatem ut traderet eum sine turba, id est, quando populus non erat circa eum, sed secretus erat cum discipulis: quod & fecit tradens eum post cenam, cum secretus esset in prædio Gethsemani, & inde vsque nunc opportunitas ista videtur his qui volunt prodere Dei verbum in tempore persecutionis, quando multitudo credentium non est circa verbum veritatis. *Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, &c.* Glo. Profecutus fuerat euangelista de his quæ erant præambula ad Christi passionem, scilicet de præparatione passionis, de consilio principum, & de tractatu proditorum, nunc autem tempus & seriem passionis incipit proficere, dicens: *Prima autem die azymorum.* Hic. Prima dies azymorum 14. dies mensis primi est, quando agnus immolatur, & luna plenissima est, & fermentum abijcitur. Remi. Et notandum quod apud Iudæos primo die pascha celebratur, reliqui verò 7. sequentes dies azymorum vocabantur, sed nunc dies azymorum dicitur pro die pasche. Chryl. in ho. Vel hanc primam diem azymorum dicit quia 7. dies azymorum erant, assueverunt enim Iudæi à vespera semper numerare diem: vnde huius diei facit mentionem, secundum quam in vespera Pascha erat immolandum, quod 7. feria fuit. Remi. Sed forte dicit aliquis, Si ille typicus agnus figuram huius veri agni gestabat: quare non ea nocte passus est Christus, quando solebat agnus immolari? Sed sciendum quia eadem nocte mysteria sanguinis, & corporis sui discipulis celebranda tradidit, & sic tenus & ligatus à Iudæis & suæ immolationis, id est, passionis sacramentum exordium. Sequitur, *Acced. ad. te. disc. di. Vbi vnus para. ti. come. pascha?* Inter eos autem discipulos qui accesserunt ad Iesum interrogantes, & Iudam fuisse æstimo proditorem. Chryl. in ho. Ex hoc autem manifestum est, quoniam non erat ei domus neque tu-

guriū. Ego autem æstimo neque discipulos habuisse: profectò enim eum illic rogassent venire; sequitur, *Et. Ie. di. Ite in. ciui. ad quendam, &c.* Aug. de com. euang. Eum scilicet quem Marcus & Lucas dicunt patrem familiam vel dominum domus. Quod ergo interposuit Matth. *Ad quendam,* tanquam ex persona sua studio breuitatis illud compendio voluit insinuare: nam neminem sic loqui ut dicat, Ite ad quendam, quis nesciat? Ac per hoc cum Matthæus verba domini posuisset dicentis, Ite in ciuitatem; interposuit ipse. *Ad quendam,* non quia ipse dominus hoc dixerit, sed ut ipse nobis insinuaret tanto nomine fuisse quendam in ciuitate ad quem domini discipuli mittebantur: ut præpararent pascha. Manifestum est enim discipulos à domino non ad quemlibet, sed ad quendam hominem, id est ad certum aliquem, missos esse. Chryl. in ho. Vel dicendum quod per hoc quod dicit, *Ad quendam;* ostendit quod ad ignotum hominem mittit, monstrans hinc quoniam poterat non pati. Qui enim mentis huius perfusur ut eos susciperet, quid non vti que operatus esset in his qui eum crucifigebant, si tamen voluisset non pati? ego autem neque hoc admiror solum quoniam eum suscepit, ignotus existens, sed quoniam suscipiendo Christum multorum odium contempnit. Hilar. Vel ideo hominem cum quo pascha celebraturus esset non nominat, non enim Christi nominis honor creditibus erat præstitus; Raba. Vel noten prætermissis, ut omnibus verum pascha celebrare volentibus, Christumque hospitio suæ mentis suscipere tanta facultas designetur. Hiero. In hoc etiam ueterem veter. testam. noua scriptura conseruat, frequenter enim legimus, Dixit ille illi: & in loco illo, & illo: & tamen nomen personarum locorumque non ponitur. Sequitur, *Et dicite ei, Magister dicit, tempus meum propè est.* Chryl. in ho. Hoc autem dixit discipulis passionem commemorans, ut ex multiplici passionis enuntiatione exercitati meditarentur quod futurum erat, si muli autem demonstrans quod volens ad passionem venit. Sequitur, *Apud te facio pascha.* In quo demonstrat quoniam vsque ad vltimum diem non erat contrarius legi. Addidit autem, *Cum discipulis meis;* ut sufficiens fieret præparatio, & ut ille ad quem mittebat non existimaret eum occultari velle. Sequitur, *Et fec. di. sicut const. il. te. & pa. pascha.* Orig. Fortitan autem aliquis requireret ex eo, quod Iesus celebravit more Iudaico pascha, quia conuenit & nos imitatores Christi similiter facere, non considerans quod Iesus factus est sub lege: non ut eos qui sub lege erant, sub lege relinqueret: sed ex lege educeret: quare ergo magis non conuenit illos introire in lege, qui prius fuerat extra legem: sed spiritaliter celebrantes quæ in lege corporaliter celebranda mandantur: ut in azymis sinceritatis & veritatis celebremus pascha secundum voluntatem agni dicentis, Nisi manducaueritis carnem meam, & bibe. san. meum, non ha. vi. in vobis. *Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis, &c.* Hiero. Quia supra dominus de passione sua prædixerat, nunc etiam de proditore prædicit, dans ei pœnitentiæ locum, ut cum intelligeret sciri cogitationes suas & occulta cordis consilia, pœnteretur eum facti sui: vnde dicitur, *Vespere autem facta. cum 12. disc. suis.* Remi. Cum 12. dicit quia Iudas adhuc erat in numero, quia iam

K k k 4 recef

recesserat merito. Hieron. Omnia enim sic ait Iudas ut tollatur suspicio proditoris. Rem. Et notandum, quia pulchrè vespere factò discubuisse dicitur: quoniam ad vespèram agnus immolari solebat. Rab. Ideo etiam vespere discubuit cum discipulis, quia in passione Christi, quando verus sol ad occasum properavit, refectioem æternam omnibus fidelibus præparavit. Chryl. in homil. Designat autem evangelista quòd comedentibus illis disputat Iesus de traditione Iudæ, vt & à tempore & mensa ostendat malitiam proditoris, & ideo sequitur, *Et edentibus illis dixit, Amen dico vobis quia vnus, &c.* Leo Papa in serm. de passio. In quo notam sibi esse proditoris sui conscientiam demonstravit, non aspera ac aperta impium increpatione confundens, sed leui, & tacita admonitione conueniens; vt facilius corrigeret penitendo, quem nulla deformasset abiectione. Origen. Vel dixit generaliter, vt testimonio percussis cordis singulorum qualitas probaretur, & vt Iudæ ostenderet malitiam qui nec cognitori consilio: rum suorum credebatur, esto quia in primis putavit latere quasi hominem, qui postquam vidit conscientiam suam positam in verbis ipsius: quorum primum infidelitatis erat. Secundum imprudentiam, & vt etiam discipulorum ostenderet bonitatem, quia plus credebatur verbis Christi quam conscientiam suam: vnde sequitur, *Et con. val. & cap. sing. di. Nunquid ego sum dominus? Vnusquisque enim discipulorum sciebat ex his quæ docuerat Iesus, quoniam ad malum vertibilis est humana natura, & in colluctatione aduersus rectores huius mundi tenebrarum, & propter hanc fuerit vnusquisque eorum, timens, interrogavit: vnde & de omnibus futuris timendum est nobis infirmis. Videns autem dominus de seipsum timentes discipulos, demonstravit proditorem indicio prophetice vocis, dicentis, Qui manducat panem meum, ampliat aduersum me supplantationem: vnde sequitur, *Et ip. resp. ait, Qui intin. mecum, &c.* Hieron. O mira domini patientia, prius dixerat, *Vnus vestrum me tradet*, perseuerat proditor in malo: manifestius arguit, & tamen nomen proprium non designat. Iudas enim cæteris contristatis & retrahentibus manum & interdicentibus cibis ori suo, temeritate & imprudentia qua proditor erat, etiam manum cum magistro mittit in paropsidem, vt audacia bonam conscientiam mentiretur. Chryl. in hom. Mihi autem videtur & hoc Christum fecisse, quòd scilicet, Iudas cum eo in paropside intingeret, magis eum confundens & in amorem suum attrahens. Raba. Quod autem dicit hic Matth. in paropside, Marc. dicit in catino. Paropsis enim vas elearium quadrangulatum à paribus assibus, id est, æquis lateribus dictum. Catinum verò vas fictile aptum ad immitendum liquorem, & potuit fieri vt in mensa vas fictile quadrangulatum contineretur. Orig. Hæc est autem propria consuetudo hominum nimis malorum, vt post salem & panem insidiantur hominibus, maxime nihil amicitiam ab eis habentibus. Si autem & post spirituales mensam abundantius videbis multitudinem malitiam eius non recordatus, nec in corporalibus bonis, magistri dilectionem: nec in spiritualibus, doctrinam. Tales sunt omnes in ecclesia, qui insidiantur fratribus suis, cum quibus ad eandem mensam corporis Christi frequenter simul sument. Hieron. Iudas*

autem nec primo nec secundo correctus à prodicione retrahit pedem, sed patientia domini nutrit impudentiam suam: & ideo poena prædicatur, vt quem pudor non vicerat, corrigat denunciata supplicia: vnde sequitur, *Filius quidem hominis, &c.* Remi. Humanitatis namque est ire & re dire, diuinitatis semper manere & esse: & quia humanitas pati potuit & mori, idcirco pulchrè dicitur filius hominis abire. Apertè etiam dicit, *Sicut scriptum est de eo*, quoniam quæcunque passus est, prius à prophetis prædicta sunt. Chryl. in homil. Hoc autem dicit ad consolandum discipulos, vt non existimarent infirmitatis id esse quòd passus erat, & vt etià corrigeret proditorem: quamuis autem scriptum fuerit passurum esse Christum, nihilominus tamen inculsatur Iudas. Non enim traditio Iudæ salutem nostram operata est, sed sapientia Christi, qui aliorum nequitiam ad id quod nobis expediebat, vt beatur: vnde sequitur, *Va autem homini, &c.* Orig. Non autem dixit vae homini illi, à quo traditur, sed, *per quem traditur*: ostendens alterum à quo tradebatur, id est, à diabolo, ipsum autem Iudam ministrum esse traditionis: vae autè omnibus proditoribus Christi: quicunque enim discipulos Christi tradit, ipsum Christum tradit. Remi. Vae etiam erit omnibus, qui maligna conscientia, & polluta ad mensam Christi accedunt: quamuis enim Christum non tradat Iudæis crucifigendum, tradunt tamè suis iniquis membris sumendum: & ad maiorem exaggerationem subdit, *Bonum erat ei, &c.* Hieron. Non autem ideo putandum est ante fuisse quam nasceretur, quia nulli posset esse bene, nisi ei qui fuerit: sed simpliciter dictum est, multò melius esse non subsistere quam malè subsistere. August. de qua. quang. Et si quispiam contendit aliquam vitam esse ante istam, non Iudæ tantum, vt nasceretur, sed nulli expedire conuincitur. An diabolo dicit nò expedire nasci, scilicet ad peccatum, ante iam bonum erat illi vt Christo non nasceretur per vocationem, ne effe apostata. Orig. Iudas autem post omnium apostolorum interrogationes, & post Christi narrationem de ipso vix aliquando & ipse interrogavit versuto consilio, vt similia cæteris interrogando celaret prodicionis consilium. Nam vera trinitas non sustinet moram: vnde sequitur, *Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum rabbi? Hieron.* In quo blandientis fingit affectum siue incredulitatis signum. Cæteri enim qui non erant prodituri, dicunt: *Nunquid ego sum domine? Iste qui proditor erat non dominum, sed magistrum vocat: quasi excusationem habeat si domino denegato saltem magistrum prodiderit.* Orig. Vel hoc ipsum quasi subannas dicit, quia vocabatur magister cum non esset hoc vocabulo dignus. Chryl. in hom. Quamuis autem dominus poterat dixisse: argentum es pactus accipere, & adhuc audes interrogare: sed nihil horum dixit mitissimus Iesus, nobis terminos & regulas præfigens. Sequitur enim, *Et ait illi, tu dixisti.* Remi. Quod sic potest intelligi, Tu dicis & verum dicis, siue tu dixisti & non ego, vt adhuc ei locus penitentiam concederetur, dum non apertius eius peruersitas manifestatur. Rab. Potuit hoc etiam sic dici à Iuda & à domino responderi, vt non omnes aduerterent quod dictum erat. *Conantibus autem eis, accepit Iesus panem, &c.* Hieron. Postquam typicum pascha fuerat impletum, & agni carnes

cum

cum apotolis comederat: ad verum paschæ transgredimur sacramentum, vt quando omni præfiguratione eius Melchisedech, summi Dei sacerdos, panem & vinum offerens fecerat, ipse quoque in veritatem sui corporis, & sanguinis representaret: vnde dicitur, *Conantibus autem illis.* August. ad Ianuarium. In quo liquidò apparet, quando primo acceperunt discipuli corpus & sanguinem domini, non eos accepisse ieiunios. Nunquid tamen propterea calumniandus est ritus vniuersæ ecclesie, quòd à ieiunio semper accipitur? Placuit enim spiritui sancto vt in honorem tanti sacramentum in Christi prius dominici corpus intraret, quàm cæteri cibi. Saluator namque quo vehementius commendaret mysterij huius altitudinem, vltimum hoc voluit insigere cordibus, & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressus erat: & ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeretur, vt apotolis per quos ecclesiam dispositurus erat: seruaret hunc locum. Glof. Sub alia tamen specie carnem & sanguinem suum tradidit Christus, & deinceps sumendum instituit: vt fides haberet meritum, quæ de his est quæ non videntur. Ambro. de sacra. Et vt nullus horror tuoris sit, & pretium tamen operetur redemptionis. Aug. super Ioan. Commendauit autem dominus corpus & sanguinem suum in eis rebus, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Panis namque in vnum ex multis granis conficitur: vinum verò in vnum ex multis acinis confuit: ita dominus Iesus Christus nos signauit, & mysterium pacis ac vnitatis nostræ in sua mensa consecrauit. Remi. Aptè etiam fructum terræ obtulit, vt per hoc demonstraret, quia ad hoc venerat vt illam maledictionem auferret, qua maledicta est terra propter peccatum primi hominis. Congruenter etiam iustus offerri, quæ de terra nascuntur, & pro quibus homines maxime laborant: vt non esset difficultas in acquirendo, & homines de labore manuum suarum sacrificium Deo offerrent. Ambro. de sacra. Ex hoc autem accipe anteriora esse mysteria Christianorum quàm Iudæorum. Obtulit enim Melchisedech panem & vinum similis per omnia filio Dei, cui dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, de quo & hic dicitur, *Accipit Iesus panem.* Glof. Quod de pane frumenti intelligi debet: grano enim frumenti se comparauit dominus dicens: Nisi granum frumenti cadens in terra. Talis etiam panis competit sacramento, quia eius vsus est communior: nam alij panes propter eius defectum sunt. Quòd verò Christus vsque ad vltimum diem demonstrauit se non esse contrarium legi, vt supra ex verbis Chryl. habitum est: in vespere verò, quando pascha immolabatur, secundum legis præceptum, azyma comedendum erant, & omne fermentatum abijciendum, manifestum est quòd panis iste, quem dominus accepit, vt discipulis tra deret, azymus fuit. Gregor. in registro. Solet autem nonnullos mouere, quòd in ecclesia alij offerunt panes azymos, alij fermentatos, Ecclesia namq; Romana offert azymos panes, propterea quòd dominus sine vlla commixtione susceperit carnem: alie verò ecclesie offerunt fermentatum, pro eo quòd verbum patris induratum est carne, & est verus Deus & verus homo: nam & fermentum commiscetur farinae, sed tamen tam azymum quàm fermentatum dum sumimus, ve-

rum corpus domini nostri saluatoris efficiuntur. Ambro. de sacra. Ille autem panis ante verba sacramentorum, panis est visitatus: vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Consecratio autem quibus verbis est, & quibus sermonibus, nisi domini Iesu? Si enim tanta vis est in eius sermone vt inciperent esse quæ non erant, quàm magis operatorius est vt sint quæ erant, & in aliud commutentur? Si enim operatus est sermo celestis in aliis rebus, non operatur in celestibus sacramentis? Ergo ex pane corpus fit Christi, & vinum fit sanguis consecratione verbi celestis. Modum requiris? Accipe. Consuetudo est vt non generetur homo nisi ex vitò & muliere: sed quia voluit dominus, de spiritu sancto virgine natus est Christus. August. de verb. dom. Sicut ergo per spiritum sanctum vera caro sine coitu creatur, ita & per eundem substantia panis, & vini idem corpus Christi, & sanguis consecratur: & ideo quia verbo domini fit prædicta consecratio, subditur, *Benedixit.* Remi. Per hoc etiam monstratur quia humanam naturam vnà cum patre & spiritu sancto gratia diuinæ virtutis impleuit, & æternæ immortalitatis munere ditauit. Sed vt monstraret quia corpus eius non absque sua voluntate subiectum erat passioni, subditur, *Ac fregit.* Aug. in lib. sen. Prosper. Cum enim frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam dominici corporis immolatio in cruce, eiusque sanguinis effusio de latere designatur? Diony. in eccle. hierar. In hoc etiam ostenditur quòd vnum & simplex Dei verbum per humanationem compositum & visibile ad nos peruenit, & ad se nostram societatem benignè peragens, spiritualium bonorum distributorum nos participes fecit: vnde sequitur, *Deiique discipulis suis.* Leo pa. in ser. de pas. Nec ab hoc quidem mysterio traditorè submoto, vt ostenditur Iudas nulla iniuria exasperatus, quæ impietate voluntaria erat præsciis. Aug. super Ioan. De vno enim pane & Petrus accepit, & Iudas, sed Petrus accepit ad vitam, Iudas ad mortem. Chr. in ho. Et hoc Ioannes ostendit dicens, Quoniam post hoc intravit in eum Satan. Etenim maius peccatum est factum, & quoniam cum tali mente ad mysteria accessit, & quoniam cum accessisset nò factus est melior, neque timore, neque beneficio, neque honore. Christus autem nò prohibuit eum, quamuis omnia nouerit, vt discas quoniam nihil dereliquit eorum, quæ in correptionem conueniant. Remi. In hoc etiam factò reliquit exemplum ecclesie, vt neminem à societate sui neque à comunione corporis & sanguinis domini seget, nisi pro aliquo manifesto & publico crimine. Hil. Vel sine Iuda pascha accepto calice & fracto pane conficitur: dignus enim æternorum sacramentorum comunione non fuerat: discessisse autem eum hinc intelligitur, quod cum turbis reuersus ostenditur, sequitur, *Et ait, accipite & comedite.* Aug. de ver. do. Inuitat dominus seruos vt præparet eis cibum, scilicet seipsum. Sed quis audeat manducare dominum suum? & quidem quando manducatur, reficit, sed non deficit: vni manducatus, quia surrexit occisus: nec quando manducatur, partes de illo facimus, & quidem in sacramento sic fit. Norunt fideles quemadmodum manducet carnem Christi, vnusquisque partem suam accipit, per partes manducatur in sacramento, & in-

reget

Veritas carnis, & sanguinis Christi in eucliaris sita offertur.

teger manet, totus in celo, totus in corde tuo. Ideo autē ista dicuntur sacramēta, quia in eis aliud videtur, & aliud intelligitur: quod videtur, habet speciem corporalem: quod intelligitur, fructū habet spirituales. Aug. super Ioan. Carnē autē Christi non edamus tantum in sacramēto, quod & multi mali faciunt, sed vsque ad spiritus participatiōnem manducemus, vt in domini corpore tanquam membra maneamus, vt eius spiritu vegetemur. Amb. de sacra. Ante enim quā consecratur, panis est: vbi autem verba Christi accesserint dicentis, Hoc est corpus meum, corpus Christi est. *Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis, dicens: Bibite, &c.* Rem. Quia corpus suum sub specie panis dominus discipulis dederat pulchre etiam calicem sui sanguinis tradidit eisdem. vnde dicitur, *Et acci. cal. &c.* In quo demonstrat quātum de nostra salute gratuletur, pro quibus etiam sanguinem suum funderet. Chr. in ho. Ideo etiam gratias egit, vt nos doceret qualiter oporteret nos hoc mysterium percipere, & etiam monstravit quoniam ad passionem nō venit nolens. Erudiunt enim nos quodcumque patimur, cum gratiarum actione ferre, & etiā ex hoc bonam spem nobis dedit. Si enim figura eius sacrificij, scilicet immolatio agni paschalis, facta est liberatio populi ab Ægyptiaca seruitute, multo magis veritas liberabit orbem terrarum. Sequitur, *Et dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes.* Ne autem hoc audientes turbarentur, primū ipse sanguinem suum bibit, inducens eos sine turbatione ad communionem mysteriorum. Hic, contra Hel. Sic igitur dominus Iesus fuit conuiuia, & conuiuium, ipse comedens, & qui comeditur. Sequitur, *Hic est sanguis meus noui testamenti, &c.* Chr. in ho. Hoc est annuntiationis legis nouæ, hoc enim promittebat vetus testamentum quod continet nouum. Sicut enim vetus test. habuit sanguinem vitulorum & ouium, ita nouum habet sanguinem dominicum. Remi. Sic enim legitur, quia accepit Moyses sanguinem agni & misit in crateram, & intincto falciculo hyssopi, aspersit populum, dicens, hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad nos Deus. Chr. in ho. Sanguinem autem nominans, & passionem suam pronunciat, dicens: *Qui pro multis effundetur.* Et rursus dicit mortis causam, cum subdit, *In remissionem peccatorum.* quasi dicat sanguis agni in Ægypto effusus est pro salute primogenitorum populi Israelis: hic autem in remissionem peccatorum vniuersi orbis terrarum. Rem. Et notandum quia non ait, Pro paucis, aut pro omnibus, sed, *pro multis:* quia non venerat vnam tantum gentem redimere, sed multos de omnibus gentibus. Chr. in ho. Hoc autem dicens ostendit quod passio eius mysterium est salutis humanæ, per quod etiam discipulos consolatur. Et sicut Moyses ait, Hoc erit vobis memoriale sempiternum, ita & ipse dixit vt Lu. refert, hoc facite in meam cōmemoratiōnem. Rem. Non solum autem panem, sed etiam vinum offerendum docuit, vt esurientes & sitientes iustitiam, his mysterijs doceret esse recreandos. Glo. Sicut enim corporalis refectio fit per cibum & potum, ita sub duplici specie & potus nobis spirituales refectiōnem dominus preparauit. Conueniens etiam fuit ad signandum dominicā passionem vt sub duplici specie hoc sacramentum institueretur. In passione enim sanguinem suum

effudit, & sic sanguis eius fuit à corpore separatus. Oportuit ergo ad dominicam passionem representandam seorsum proponi panem & vinum quæ sunt corporis & sanguinis sacramēta. Sciendum tamen est, quod sub vtraque specie totus Christus continetur, sub specie quidem panis simul sanguis cum corpore, & sub specie vini simul corpus cum sanguine. Amb. in epist. ad Cor. Ideo etiam in duobus speciebus celebratur. Vallet enim ad tuitionem corporis & animæ, quod percipimus. Chry. ad conci. Calix verò domini non est aqua sola, & vinum solum, nisi vtrumque miscatur: quomodo nec corpus domini potest esse farina sola aut aqua sola, nisi vtrumque fuerit adunatum. Ambr. de sacra. Si autem Melchisedech panē & vinum obtulit, quid sibi vult aquæ mixtio? Accipere rationem. Terigit Moyses petram: & petra vndam maximam fudit. Petra autē erat Christus: & vnus de militibus læcæ tergit latus Christi, & de latere eius aqua fluxit, & sanguis: aqua vt mundaret, sanguis vt redimeret. Rem. Sciendum etiam quod vt Ioannes dicit, Aquæ multæ populi sunt. Et quia nos oportet semper manere in Christo, & Christum in nobis: vinum aquæ mixtum offertur, vt ostendatur, quia caput, & membra, id est, Christus & ecclesia vnus sunt corpus: vel vt de monstretur quia nec Christus passus est absque amore nostræ redemptionis, nec nos saluari possumus absque illius passione. Chry. in ho. Quia verò de passione, & cruce eis locutus erat, consequenter eum qui de resurrectione est sermonem inducit, dicens, *Dico au. vo. non vi. amo. de hoc genimine vitis, &c.* Regnum autem resurrectionem suam nominat. Ideo autem hoc de resurrectione dixit, quod scilicet cū apostolis esset bibiturus, ne aliqui existimarent pharisaicam esse resurrectionem, & ideo persuadentes hominibus de Christi resurrectione, dixerunt, Simul comedimus & bibimus cum eo: postquam resurrexit à mortuis. Per hoc ergo ostendit quod videbunt eum resuscitatum, & cum ipsis rursus erit. Quod autem dicit, *Nouum,* clarè intelligendum est nouum, id est nouo modo, non quasi corpus passibile habens & indigens cibo. Non enim post resurrectionem comedit & bibit, quia cibo indigeret, sed propter resurrectionis certitudinem. Quia verò sunt quidam hæretici in sacris mysterijs aqua vntes, non vino, demonstrat per hæc verba quoniam & cum sacra mysteria tradidit, vinum dedit, quod & resuscitatus bibit: propter hoc dicit, *Ex hoc genimine vitis.* Vitis enim vinum non aquam generat. Hic. Vel aliter, De carnalibus dominus transit ad spiritualia: quod vinea de Ægypto transplantata, populus fit Israel, sacra scriptura testatur. Dicit ergo dominus se de hac vinea nequaquam esse bibiturum, nisi in regno patris. Regnum patris fidem puto esse credentium: ergo cum Iudæi regnum receperint patris, tunc de vino eorum dominus bibit. Attende autem quod dicit patris, & nō Dei. Omnis enim pater nomen est filij, ac si diceret, cum crediderint in Deum patrem, & adduxerit eos pater ad filium. Rem. Vel aliter, *Non bibam de gen. vi. huius, id est,* non vltra synagoge carnalibus oblationibus delectabor, in quibus illa paschalis agni immolatio præcipuum locum tenere solebat. Aderit autem meæ resurrectione & dies in quo in regno patris constitutus, id est gloria æternæ immortalitatis

Sub alius specie huius Christi

mortalitatis sublimatus vobiscum illud bibam nouum, hoc est de saluatione illius populi iam renouati per aquā baptismatis, quasi nouo gaudio lætabor. Aug. de quæ. euang. Vel aliter, Cum dicit, *Bibam illud nouum,* vult intelligi hoc verus esse. Quia ergo de propagine Adam, qui verus homo appellatur, corpus suscepit, quod in passione morti traditurum erat, vnde etiam per vini sacramentum commendauit sanguinem suum. sed quid aliud nouum vinum, nisi immortalitatem renouandorum corporum intelligere debemus? Quod autem dicit, *Vobiscum bibam,* etiam ipsius resurrectionem corporum ad inducendam immortalitatem promittit: *vobiscum enim non ad idem tempus,* sed ad eandem inuocationem esse dictū accipiendum est. Nam & nos dicit apostolus resurrexisse cum Christo vt spes rei futuræ iam lætitiā presentem afferat. Quod autem de hoc genimine vitis, etiam illud nouum esse dicit, significat vtque eadem corpora resurrectione secundum inuocationem celestem, quæ vnus secundum terrenam vetustatem sunt mortuata. Hilari. Videtur autem ex hoc quod Iudas cum eo non biberit, quia non erat bibiturus in regno, cū vniuersos tunc bibentes ex vitis istius fructu bibiturus secum posset polliceretur. Glo. sed sustinendo aliorum sanctorum sententiam: quod scilicet Iudas sacramenta receperit à Christo dicens, non est omnes referendū esse. *Et hymno dicto, exierunt in motem Oliueti, &c.* Orig. Discipulos qui acceperant benedictionis panem, & biberant calicem gratiarū actionis docebat dominus pro his omnibus hymnum dicere patri. vnde dicitur, *Et hymno dicto exie. in modo. Oli. vr. de alto trāsirent ad altum:* quia fidelis non potest aliquid agere in conuale. Chry. in ho. audiant quicumque, velut porci, simpliciter manducantes, cū ebrietate surgunt, cum deceret gratias agere & in hymnum mensam desinere. Audiant quicumque vltimam orationem in sacris mysterijs non expectant. Vltima enim oratio missæ illius hymni est signum. Gratias ergo egit antequam sacra mysteria discipulis daret, vt & nos gratias agamus. Hymnum dixit postquam dedit, vt & nos hoc ipsum faciamus. Hic. Iuxta hoc exemplum saluatoris qui panem Christi & calice saturatus, & inebriatus fuerit potest laudare Deum & consensuere montem Oliueti: vbi laboris refectio, doloris solatium & veri luminis notitia est. Hila. Per hoc etiam ostenditur quod homines consummati in vniuersis diuinorum mysteriorum virtutibus gaudio, exultationeque communi, in celestem gloriam efferruntur. Orig. Apte etiam mons, misericordia est electus, vbi pronunciaturas fuit scandalum infirmitatis discipulorum: iam tunc paratus vt non repelleret discipulos discedentes, sed vt reciperet reuertentes, vnde sequitur, *Tunc dixit ih. Iesus, Omnes vos sciam patre, in me in ista nocte.* Hic. Pro. Prædicit quidem quod passuri sunt, vt cum passi fuerint non despererent salutem, sed agentes penitentiam liberentur. Chr. in ho. In quo etiam docet nos quales ante crucem fuerunt discipuli, & quales post crucem. Etenim qui neq. cum Christo dum crucifigebatur stare poterant, post mortem Christi ad manes fuerunt fortiores. Fuga enim discipulorum & timor, demonstratio est mortis Christi, vt confundantur qui hæresi Marcionis ægro-

tant. Si enim neque ligatus est, neque crucifixus, vnde Petrus & reliquis apostolis inuallus est tantus timor? Hic. Et ligna uter addidit *in ista nocte,* quia quomodo qui inebriantur, nocte inebriantur: sic & qui scandalum patiuntur, in nocte & in tenebris sustinent. Hil. Huius etiam prædicationis fides, auctoritate prophetæ veteris continebatur. vnde sequitur, *Scriptum est enim, &c. Hic.* Hoc aliis verbis in Zacharia. propheta scriptum est, & ex persona prophetæ ad Deum dicitur, *Per cute pastorem, & dispergentur oues.* Percutitur autem pastor bonus, vt ponat animam suam pro ouibus suis, & de multis gregibus errantium, fiat vnus grex, & vnus pastor. Chry. in ho. Hanc autem prophetiam inducit, sicut quidem suadens eis attendere semper quæ scripta sunt, sicut etiam ostendens quoniam secundum Dei consiliū crucifigebatur, & vndique monstrans non alienum se esse à ver. test. & à Deo qui in eo pronunciauerat: non autem permittit eos in tribus permanere, sed se læta pronunciat, dicens: *Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galileam.* Non enim confestim post resurrectionem in celo eis apparuit, neque in longam quandam regionem, vt eis appareat, vadit sed in ipsa gente, & in ipsis ferre regionibus: vt & hinc crederent, quoniam qui crucifixus est ipse, est qui resurrexit. Propter hoc etiam se in Galileam abire dicit, vt à timore Iudeorum liberam, crederent ei quod dicebatur. Orig. Prædicit etiam hoc eis vt qui ad modicum disperguntur scandalum passi, post congregentur à resurgente Christo & præcedere eos in Galileam gentium. Hil. Sed Petrus in tantum & affectu, & charitate Christi efferebatur, vt & inbecillitatem carnis sue, & fidem verborum domini non contemneret, quasi dicta eius efficienda non essent: vnde sequitur, *Respondens Petrus ait illis, Et si, &c.* Chry. in ho. Quid ais & Petrus? Prophecia dicit, *Dispergentur oues, & Christus confirmabit quod dictum est: tu dices, Nequaquam.* Quando dixit, *Imo ex vobis me trahet,* timebas ne tu esses traditor, quāuis nihil tibi tale conspicias: prorsus autem manifestè eo dicente, quoniam omnes scandalizabimini, contradicit, quia eripus erat ab anxietate, quā de prodicione habuerat, confidens de reliquo, dicebat, *Ego nunquam scandalizabor.* Hieronym. Non tamen est temeritas, nec mendacium, sed fides est apostoli Petri, & ardens affectus erga dominum, saluatorem. Remig. Quod ergo ille dicit præuidendo, ille deuegat amando: vbi moraliter instruitur, vt quantum consistimus de ardore fidei, tantum timeamus de carnis fragilitate. Videtur tamen accusabilis Petrus, & quoniam contradicit, & quoniam alius seipsum præposuit: & tunc, quoniam totum sibi attribuit, quasi fortiter esset perseveraturus. Vt hoc igitur in eo sanaret, permittit fieri eius casum, non impellens eum ad negandum, sed eum sibi deserens, & naturam humanam de fragilitate conuincens. Orig. Vnde alij discipuli scandalizati sunt in Iesu. Petrus autem non solum scandalizatur, sed abundantius relinquitur vt ser denegaret. vnde sequitur, *Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quæcumque hac nocte auerueris galileam, conuertet te in euangelium.* Aug. de con. euang. Potest autem moueri quiddam diuersa non tantum verba, sed etiam sententias euangelicæ præmittunt, quibus præmonitus Petrus illam præsumptionem profert, vel cum

cum domino vel pro domino motus dicitur ut cogit intelligibiliter eum expressisse presumptionem suam diuersis locis, sermonis Christi: & ter illi à domino respõsum quod cum esset ante galli cantum ter negaturus, sicut etiã post resurrectione ter illum interrogat: vtrum eum amet, & mardam de pascẽdis omnibus ter præcepit. Quid enim habent hæc verba Marthæ vel sententiæ similes illis, vel quibus secundum Io. vel quibus secundum Luc. Petrus protulit presumptionem suam? Marcus autem penè ipsis verbis hoc commemorat, quibus & Matthæus nisi quoddam distinctius quemadmodum futurum esset, expressit dictum esse à domino: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam bis gallus vocem dederit, ter me es negaturus: vnde nonnullis qui parum attendunt Marcus videtur non congruere ceteris. tota enim negatio Petri trina est: quæ si post primum galli cantum inciperet, falsum dixisse viderentur tres euangelistæ, qui dicunt dixisse dominum, quod antequam gallus cantaret, eum Petrus esset negaturus: rursus si totam trinam negationem ante peregrisset, quam cantare gallus inciperet, superfluo dixisse Marcus deprehenderetur ex persona domini: Priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus: Sed quia ante primum galli cantum cepta est illa trina negatio: attendunt tres euangelistæ non quando eam completurus esset Petrus, sed quanta futura esset, & quando inceperat, id est, ante galli cantum: quãquam in animo eius, & ante primum galli cantum tora posset intelligi, quoniam ante galli cantum tantus timor obfederat mentem, qui eam posset vsequere ad tertiam negationem perducere. Multominus igitur moueri debet, quia trina negatio etiam trinis negantis vocibus ante galli cantum cepta: & si non ante primum galli cantum peracta est, tanquam si alicui diceretur: Antequam gallus cantet ad me scribes epistolam, in qua mihi ter conuiliaberis: nõ vti que si eam ante omnem galli cantum scriberes: inciperet, & post primum galli cantum finiret: ideo dicendum erat falsum fuisse prædictum. Orig. Quæres autem si possibile erat vt non scandalizaretur Petrus, semel saluatore dicente: quoniam omnes vos scandalum patimini in me? Ad quod aliquis respoñdebit, quoniam necesse erat fieri, quod prædictum erat à Iesu. Alius autem dicit: quoniam qui exortus à Nipiuinis, quæ prædixerat per Ionam, non fecit, possibile fuit vt repelleret etiam scandalum à Petro depreccante: Nunc autem promissio eius audax in affectu quidem prompto, non sine prudenti facta est ei causa, vt non solum scandalizaretur, verum etiam ter denegaret. Postquam autem cum affirmatione iuramenti pronunciauit dicit aliquis quod non erat possibile vt hõs deieget. Si enim iuramentum erat Christi, amen: mentitus fuisset, dicendo: Amen dico tibi, si verum dixisset Petrus, quia non te negabo: videntur autem isthi ceteri discipuli cogitantes quod primum fuerat dictum: Omnes vos scandalum patimini. Ad hoc autem quod dictum est Petro: Amen dico tibi, & c. promiserunt similiter Petro, quia non erant commoheati in illa propheta: vnde sequitur: At illi dixerunt: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt: hic etiam Petrus nescit quid loquatur. Cum Iesu enim mori pro omnibus moriente hominum non erat: quod

filiam omnes fuerant in peccatis, & omnes opus habebant vt pro eis alius moreretur, non ipsi pro aliis: Rab. Sed quia intellexerat Petrus dominum præ timore mortis eum se prædixisse negaturum, ob hoc dicebat, quod licet periculum mortis immineret, nullo modo ab eius fide posset auelli, & similiter alij apostoli per ardorem mentis non timuerunt damnum mortis: sed vana fuit presumptio humana sine protectione diuina. Chr. in ho. Hinc ergo magnum discimas dogina, quod non sufficit desiderium hominis, nisi diuino: aliquis potestatur auxilio. *Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani, &c.* Remig. Patribus superius euangelista dixerat quia hymno iam dicto, exiit cum discipulis in montem Oliueti, & vt ostenderet ad quem locum ipsas montis dixerat, consequenter adiunxit: *Tunc venit Iesus cum illis, &c.* Rab. Lucas dixit: In montem Oliueti: Ioannes trans torrentem Cedron, quod idem est quod Gethsemani; & est locus in quo orauit ad radicem montis Oliueti, vbi ortus est: vbi etiam ecclesia est edificata. Hieron. Gethsemani interpretatur vallis pinguis, in qua iussit discipulos sedere paulisper, & expectare redeuntẽ, donec pro cunctis dominus solus oraret. Orig. Non enim conueniebat vt ibi caperetur, vbi cum discipulis manducauerat pascha: edueñiebat autẽ & priusquam prõderetur orare & eligere locum mundum ad orationem: vnde sequitur: *Et dixit discipulis suis, sedete hic, donec, &c.* Chryl. in hom. Hoc autem dicit quia discipuli indistincte sequebantur Christum. Consuetudo enim ei erat sine discipulis orare. Hoc autem faciebat erudiens nos in orationibus quietem nobis constitutere, & solitudinem querere. Damasc. in lib. 3. Sed cum oratio sit ascensus intellectus ad Deum, vel petitio decentium à Deo, qualiter dominus orabat? Neque enim ascensione, quæ à Deo est, indigebat intellectus eius, semel secundum personam Deo verbo unitus, neque enim ea quæ à Deo est petitione: vnus enim Deus & homo; Christus est. Sed formans in seipso quod nostrum est, docuit nos à Deo patre petere, & ad ipsum extendi: sicut enim passiones sustinuit vt triumphans, nobis aduersus eas victoriam tribueret: ita orat, nobis viam faciẽtis ad eum quæ ad Deum est ascensione, & pro nobis omnem iniustitiam implens, & reconcilians nobis patrem suum, & vt principium ipsum honorans & monstrans quod non est Deo contrarius. Remig. Cum autem dominus in monte orauit, docuit nos in oratione pro celestibus dominum supplicare. Cum vero in villa orauit, nos instruxit vt in oratione semper humilitatem seruare studeamus. Rab. Pulchre autem appropinquans passioni, in valle pinguedinis orasse dicitur, vt demonstraret quod per vallem humilitatis, & pinguedinem charitatis, mortem pro nobis suscepit. Moraliter etiam nos instruxit, vt non gestemus cor aridum à pinguedine charitatis. Rab. Appropinquans morti dominus, in valle pinguedinis orauit, quia per vallem humilitatis, & pinguedinem charitatis, pro nobis mortem subijt. Remig. Quia vero fidem discipulorum & constantiam deo sibi voluntatis acceperat, sed turbandos illos & dispergendos præsebat, ideo iussit eos in loco sedere. Nam sedere requiescentis est, laborantibus enim erant eum negaturi. Qualiter autem progressus sit manifestat, eum subiungit:

iungit: *Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cepit conuiliari & mañus esse.* Illos videlicet assumpti, quibus in monte claritatem suam maiestatis ostendit. Hilar. Sed quia dicit, *Capit conuiliari, & mañus esse*, hæreticorum omnis hic sensus est: vt opinentur metum mortis in Dei filium incidisse: quia asserunt non de æternitate prolatum, neque de infinitate paternæ substantiæ extitisse, sed ex nihilo per eum qui omnia creauit effectum: & ideo in eo doloris anxietas, ideo metus mortis, vt qui mortem timere potuit, & mori possit: qui vero mori potuit, licet in futurum erit, non tamen per eum qui se genuit ex præterito sit æternus, quod si per fidem capaces euageliorum essent, scirent verbum in principio Deum, & hoc in principio apud Deum, & eandem esse æternitatem gignentis & geniti. Sed si virtutem illam incorruptæ substantiæ, imbecillitatis suæ forte assumptio carnis infecerit, vt sit ad dolorem infirma, ad mortem trepidam, iam & corruptioni subdita erit: ac si æternitate demutata in metum hoc quod in ea est, poterit aliquando non esse. Deus autem sine mensura temporum semper est, & qualis est, semper æternus est. Mori igitur nihil in Deo potuit: nec ex se metus Deo vllus est. Hiero. Nos autem ita dicimus hominem passibilem à Dei filio susceptum, vt deitas impassibilis permaneret. Passus est enim Dei filius non putatiue, sed verè omnia, quæ scriptura testatur: secundum illud quod pati poterat, secundum, scilicet substantiam assumptam. Hilar. 10. de trinit. Puto autem non alia hic ad timendum, quam passionis & mortis causa à quibusdam præceditur. Interrogo autem eos qui hoc ita existimant, an ratione subsistat, vt mori timuerit, qui omnem ab apostolis timorem mortis expellens, ad gloriam eos sit martyrij adhortatus: quid enim ipse in mortis sacramento doluisse existimandus est, qui pro se morientibus vitam rependit? Deinde quem dolorem mortis timeret, potestatis suæ libertate moriturus? Si etiam passio honorificata eum erat, quomodo tristem eum metus passionis effecerat? Hilar. Quia ergo meritum dominum fuisse legimus, causas meriti reperimus. Admonerat superius omnes scandalizandos. Petrus etiam dominus ter negaturum esse respondit, assumptisque eo, & Iacobo, & Ioanne cepit tristis esse: ergo non ante tristis est quam assumit, sed omnis metus illis esse cepit assumptis: atque ita non de se orta est, sed de eis quos assumpserat meritu. Hiero. Contristabatur ergo dominus non timore patendi, qui ad hoc venerat vt pateretur, & Petrum temeritatis arguerat. sed propter infelicissimum Iudam, & scandalum omnium apostolorum, & reiectionem vel reprobationem populi Iudæorum, & euerisionem miseræ Hierusalem. Damasc. in lib. 3. Vel aliter, Omnia quæ non ante ad esse deducta sunt à conditore existendi naturaliter fugiunt: & Deus igitur verbum homo factus habuit, & hoc est desiderium, quod Dei desiderauit escam & potum & somnum, quibus scilicet conseruatur ita desiderans, & naturaliter in experientia horum factus, & e contrario desiderauit corruptiorum amotionem: vnde & tempore passionis, quam voluntarie sustinuit, habuit mortis timorem naturalem, & tristitia: est enim timor naturalis, anima nolens diuidi à corpore, propter eam quæ ex principio à conditore im-

posita est naturalem familiaritatem. Hiero. Dominus ergo noster vt veritatem assumpti probaret hominis, verè quidem contristatus est, sed ne passio in animo illius dominaretur, per passionem cepit contristari: aliud est enim contristari, & aliud incipere contristari. Remig. Destruuntur autem in hoc loco Manichæi, qui dixerunt illum phantasticum corpus assumpsisse, nihilominus & illi qui dixerunt eum veram animam nõ habuisse, sed loco animæ diuinitatem. Augustin. lib. 83. quæst. Habemus enim euangelistarum narrationes, per quas Christum & natum de beata virgine Maria cognouimus, & comprehensum à Iudæis, & flagellatum & crucifixum atque interfectum & sepultum in monumento, quæ omnia facta esse, intelligere sine corpore nemo potest: nec figuratè accipienda quisquam vel dementissimus dixerit, cum dicta sint ab eis qui res gestas vt meminuerant, narrauerunt. Sic ergo isti corpus eum habuisse testantur, sicut & cum habuisse indicant animam affectiones illæ quæ non possunt esse nisi in anima, quas nihilominus eisdem euangelistis narrantibus legimus. Et miratus est Iesus, & iratus, & contristatus. Ambro. super Luc. Cum ergo in euangelista ista referuntur, non falso vti que referuntur, verum ille hos motus certissima dispensationis gratia, ita cum voluit suscipere animo humano, vt cum voluit factus est homo. Habemus quidem & nos huiusmodi affectus ex humana conditionis infirmitate: non autem ita dominus Iesus, cuius infirmitas fuit ex potestate. Damasc. in 3. lib. Quapropter naturales nostræ passionis secundum naturam & supra naturam fuerunt in Christo. Secundum naturam enim quia permittebat carni pati, quæ propria: super naturam autem, quia non precedebant in eo voluntatem naturalia: nihil enim coactum in Christo consideratur, sed omnia voluntaria. Volens enim esuriuit, timuit, & contristatus est. Et ideo de manifestatione tristitiæ subditur: *Tunc ait illis, tristis est anima mea usque ad mortem.* Ambros. super Luc. Tristis autem est, non ipse, sed anima. Non enim tristis sapientia, non diuina substantia, sed anima. Suscepit enim animam meam, suscepit corpus meum. Hiero. Non autem propter mortem, sed vsque ad mortem dicitur contristatus, donec apostolos sua liberet passione. Dicant qui irrationabilem Iesum sumpsisse animam suspicantur, quomodo contristetur, & nouerit tempus tristitiæ: quamuis enim & bruta mereant animalia, tamen non nouerunt, nec causas, neque tempus vsque ad quod debeant contristari. Origen. Vel aliter: *Tristis est anima mea usque ad mortem*, quasi dicat, Tristitia cepta est in me, non semper, sed vsque ad tempus mortis: vt cum mortuus fuero peccato, moriar & vniuersæ tristitiæ, cuius principium tantum fuit in me. Sequitur: *Sustinete hic, &c.* ac si dicat: Ceteros quidem iussi sedere. ibi quasi infirmiores ab agone isto seruans eos securos, vos autem quasi firmiores: adduxi, vt collaboretis mecum in vigiliis & orationibus: tamen & vos manete hic, vt vnusquisque in gradu suæ vocationis consistat: quoniam omnis gratia quamuis fuerit magna, habet superiorem. Hieron. Vel ideo à somno prohibet, cuius tempus non erat imminente discrimine, sed à somno infidelitatis & torpore mentis. *Et progressus pusillum, prociatis in faciem suam, orans, &c.* Orige. Petrus magis de

se confidentem, & alios adduxit, ut videant cadentem in faciem & orantem, & discant non magna, sed humilia de se sapere, nec veloces esse ad promittendum: sed solliciti ad orandum: & ideo dicitur: *Et progressus pusillum.* Nolebat enim longè fieri ab eis, sed iuxta eos constitutus, orare, & qui dixerat: Discite à me quia mitis sum & humilis corde: laudabiliter se humilians cadit in faciem: unde sequitur: *Procidit in faciem suam orans, & dicens, Pater mi, &c.* Manifestans autem in oratione sua deuotionem, quasi dilectus & complacens dispositioni patris addidit: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Docens ut non oremus fieri nostram voluntatem, sed Dei. Secundum autem quod cepit pauere, & tristari, secundum hoc orat calicem passionis transire: & non sicut ipse vult, sed sicut pater: hoc est non secundum substantiam eius diuinam & impassibilem, sed secundum naturam humanam & infirmam. Suscipiens enim naturam carnis humanæ omnes proprietates impleuit, ut non in phantasia habuisset carnem æstimaretur, sed in veritate. Proprium est autem hominis fidelis, primum quid nolle pati aliquid doloris, maximè quod ducit vsque ad mortem, quia homo carnalis est: si autem sic voluerit Deus acquiescere, quia fidelis est. Nam sicut multum confidere non debemus, ne nostram virtutem videamus profiteri: sic diffidere non debemus, ne Dei adiutoris nostri impotentiam videamus pronuntiare. Notandum est autem quoniam Marcus quidè & Lucas hoc ipsum scripserunt, Ioannes autem orantem Iesum ut transiret ab eo calix, non introducit. quoniam hi quidem magis secundum humanam naturam eius exponunt de eo, quam secundum diuinam: Ioannes autem magis secundum diuinam. Aliter autem Iesus videns qualia erant Iudæi passuri petentes eum ad mortem, dicebat: *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste.* Hierony. Unde signanter dicit: *Calix iste, hoc est populi Iudeorum, qui excusationem ignorantie habere non possunt, si me occiderint, habentes legem & prophetas, qui me vaticinantur.* Orige. Rursus videns quanta utilitas totius mundi esset futura per passionem ipsius, dicebat: *Sed non sicut ego volo, sed sicut tu, id est, si possibile est ut sine passione mea omnia illa bona proueniant, quæ per passionem meam sunt prouentura, transeat passio hæc à me, ut & mundus saluetur, & Iudæi in passione mea non pereant.* Si autem sine perditione quorundam multorum salus non potest introduci, quantum ad iustitiam tuam non transeat. Calicem autem hunc qui bibitur, passionis in multis locis nominat scriptura. Bibit autem calicem totus, qui patitur pro testimonio quicquid fuerit ei illatum. Effundit autem accipiens, qui denegat, ne aliquid patiat. August. de con. euang. Et ne quis eum putaret patris minuisse potestatem, non dixit. Si facere potes, sed si fieri potest, vel si possibile est: ac si diceretur, si vis. Fieri enim potest quod ille voluerit: veruntamè & Lucas hoc ipsum planius intimaui, non enim ait: Si fieri potest, sed si vis. Hilar. Vel aliter: Non ait, Transeat à me calix iste: hæc enim esset pro se timentis oratio. quod autem ut à se transeat, rogat: non ut ipse prætereat orat, sed ut in alterum illud quod ad se transit accidat. Totus igitur supra eos qui passuri erant metus est, atque ideo pro his orat qui passuri post se erant, dicens:

*Transeat calix à me, id est, quomodo à me bibitur, ita ab his bibatur, sine spei diffidentis, sine sensu doloris, sine metu mortis. Ideo autem ait, si possibile est, quia carni & sanguini horum terror est: & difficile est eorum acerbitate corpora non vinci humana. Quod autem ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu. Velle quidem eos non pati, ne forte in passione diffidant si cohereditas suæ gloriæ, sine passionis suæ difficultate mereantur. Non ergo ut non patiantur, rogat dicens: Non ut ego volo, sed sicut tu, ait: eo quod pater vult ut bibendi calicis in eos ex ipso transeat fortitudo, quia ex voluntate patris non tam per Christum vinci diabolum, quam etiam per eius discipulos oportebat. Aug. in Enchi. Sic igitur Christus hominem gerens, ostendit priuatam quandam hominis voluntatem, in qua & suam & nostram figurauit, qui caput nostrum est, cum dicit: *Transeat à me.* Hæc enim erat humana voluntas proprium aliquid & tanquam priuatam volens, sed quia rectum vult esse hominem & ad Deum dirigi, subdit: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* ac si diceret: Vide te in me quia potes saliquid proprium velle: & si Deus aliud velit, conceditur hoc humanæ fragilitati, hæc vox capitis, salus est totius corporis. Leo papa in ser. de pass. Hæc vox omnes fideles intriuit, omnes confessores accendit, omnes martyres coronauit. Nam quis mundi odia, quis tentationum turbines, quis posset persecutorum superare terrores, nisi Christus in omnibus & pro omnibus patri diceret: fiat voluntas tua? Discant igitur hæc vocem omnes ecclesiæ filij: ut, cum aduersitas violenter alicuius tentationis incumbit, se parato timore formidinis, accipiant tolerantiam passionis. Orige. Pusillum autem progrediente Iesu ab eis, nec vna hora potuerunt vigilare eo absente: propter quod oremus ut nec modicam aliquando Iesus progrediatur. Sequitur: *Et ve ad discipulos suos & inuenit eos dormientes.* Chryl. in hom. Quia tempus intempestæ noctis erat, & oculi eorum à tristitia erant grauati. Hilar. Postquam ergo ad discipulos redit & dormientes deprehendit, Petrum arguit. unde sequitur: *Et dicit Petro, sic non potuisti vna hora vigilare mecum?* Petrum ideo præ omnibus ex tribus arguit, quia præ cæteris non se scandalizandum fuerat gloriatus. Chryl. in hom. Sed quia & alij idem dixerunt, omnium etiam infirmitatem arguit. qui enim mori simul cum Christo elegerant, neque simul cum eo potuerunt vigilare. Orige. Inueniens autem dormientes suscitauit verbo ad audiendum, & præcipit vigilare, dicens: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem:* ut primum vigilemus, & sic vigilantes oremus. Vigilat, qui facit opera bona, & qui sollicitè agit, ne in aliquod tenebrosum dogma incurrat, sic enim vigilantis exauditur oratio. Hiero. Impossibile est humanam animam non tentari. Ergo non ait, Vigilate & orate, ne tentemini, sed, ne intretis in tentationem. hoc est ne vos tentatio superet. Hilar. Cur autem ne in tentationem venient, admonere eos voluisset orare, ostendit, dicens: *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Non enim de se hoc dicit, ad eos enim hic sermo conuersus est. Hiero. Hoc autem est aduersus temerarios, qui quod crediderint, putant se posse consequi. Itaque quantum de ardore mentis confidimus, tantum de fragilitate carnis timeamus. Orige. Hic considerandum est vtrum sicut omnium caro infirma est, sic omnium spiritus*

tus promptus est: an omnium quidem caro infirma est, non autem & omnium hominum spiritus promptus est, sed tantum sanctorum: infidelium autem spiritus segnus est, & caro infirma. Est autem & alio modo caro infirma eorum solū quorum spiritus promptus est, qui cum spiritu prompto opera carnis mortificant. Hos ergo vult vigilare & orare, ut non intrent in tentationem, quoniam qui spiritalior est, sollicitior debet esse, ne magnum bonum ipsius grauem habeat lapsum. Remig. Vel aliter: his verbis ostendit se veram carnem ex virgine sumpsisse, & veram animam habuisse. unde & nunc dicit spiritum suum, promptum esse ad patientiam, carnem verò infirmam, timere dolorem passionis. Sequitur: *Iterum secundo abiit & orauit, dicens: Pater mi, si non potest calix iste transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* Orige. Ultimo quod calix ille passionis, omnino à Iesu fuerat transire, sed cum differentia: ut si quidem biberet eum & ab ipso transiret, postmodum & ab vniuerso genere hominum. Si autem non biberet eum, ab ipso quidem forsitan transiret, ab hominibus autem non transiret. Hunc ergo calicem passionis volebat transire: à se transire, sic ut omnino neque gustaret amaritudinem eius, sitamen possibile esset, quantum ad iustitiam Dei. Si autem non poterat fieri, magis volebat ut sumeret eum, & sic transiret ab eo: & ab vniuerso hominum genere, quam ut contra voluntatem paternam bibitionem eius effugeret. Chryl. in ho. Quod quidem secundo vel tertio orat, ex affectu, scilicet humanæ infirmitatis quo mortem timebat, certificat quod verè factus est homo. Secundo enim vel tertio aliquid fieri, veritatis est maximè demonstrationem in scripturis. unde Ioseph dixit Pharæoni: Quod vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnij, firmitatis indicium est. Hiero. Vel aliter: Secundo orat ut si Ninive, id est, gentilitas aliter saluari non potest, nisi auerit cucurbita, id est, Iudæa, fiat voluntas patris: quæ non est contraria filij voluntati, dicente ipso per prophetam: Ut facerem voluntatem tuam Deus meus volui. Hilar. Vel aliter: Passus discipulis omnem in se corporis nostri infirmitatem assumpsit, crucique secū vniuersa, quibus infirmamur, affixit: & ideo transire ab eo calix non potest, nisi illum bibat: quia pati, nisi ex eius passione, non possumus. Hiero. Christus autem solus orat pro omnibus, sicut & solus patitur pro vniuersis. Sequitur enim: *Et ve. it. & inue. eos dor. Erant enim oculi eorum grauati.* Languescebant enim & opprimebatur apostolorum oculi negatione vicina. Origen. Puto enim quod non tantum corporum oculi, quantum animarum grauati erant: nondum enim erat eis spiritus datus: unde non eos reprehendit, sed vadens iterum orauit: docens ut non deficiamus, sed permaneamus in oratione, donec impetremus ea, quæ postulare iam cœpimus. unde sequitur: *Et relictis illis iterum abiit, & orauit tertio eundem sermonem dicens.* Hiero. Tertio autem orauit, ut in ore duorum vel trium testium staret omne verbum. Rab. Vel ideo tribus vicibus dominus orauit, ut nos à peccatis præteritis veniam, & præsentibus malis tutelam, & futuris periculis cautelam, oremus: & ut omnem orationem ad patrem & ad filium & ad

spiritum sanctum dirigamus, & ut integer spiritus noster & anima & corpus seruetur. Aug. de quaest. euang. Non absurde etiam intelligitur propter trinam tentationem passionis, ter dominum orasse. Sicut enim tentatio cupiditatis trina est, ita & tentatio timoris trina est. Cupiditati quæ in curiositate est, opponitur timor mortis: sicut enim in illa cognoscendum verum est auditas, ita & in ista metus amittenda talis notitia. Cupiditati verò honoris vel laudis, opponitur timor ignominie & contumeliarum. Cupiditati autem voluptatis, opponitur timor doloris. Remig. Vel ter orat pro apostolis, & maximè pro Petro, qui ter erat eum negaturus. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: *Dormite iam, &c.* Hilar. Post orationem frequentem, post discursus requisitusque multiplices, metum demit, securitatem reddit, in requiem adhortatur. unde dicitur: *Tunc ve ad discipulos, &c.* Chryl. in ho. Et quidem tunc vigilare oportebat, sed hoc dixit, ut ostenderet quoniam neque visum possent ferre futurorum malorum, & quoniam eorum non indiget auxilio, quoniam omnino tradit eum oportebat. Hilar. Vel hoc dicit, quia voluntatem patris de discipulis iam securus expectabat, de qua dixerat: *Fiat voluntas tua, quæ, scilicet transiret in nos calicem bibens infirmitatem corporis nostri, & timoris sollicitudinis, & ipsum dolorem mortis absorbit.* Origen. Vel non est ille ipse somnus, quem iubet nunc discipulos suos dormire, & ille qui eis superius scribitur contigisse. Illic enim dormientes inuenit non requiescentes, sed grauatos oculos habentes: nunc autem præcepit eis non simpliciter dormire, sed cum requie, ut ordo seruetur, ut primum quidem vigilemus orantes, ut non intremus in tentationem, ut postea dormiamus & requiescamus, ut cum aliquis inuenit locum domino, tabernaculum Deo Iacob, ascendat supra lectum stratus sui, & det somnum oculis suis. Forsitan autem & anima non potens semper sufferre labores, quasi incarnata, remissiones aliquas sine reprehensione consequetur, quæ moraliter dormitiones dicuntur, ut vsque ad aliquantum temporis habens remissionem renouata resuscitetur. Hilar. Quod autem ad eos reuertens, dormientesque reperiens: primum reuersus obiurgat, secundo silet, tertio quiescere iubet. ratio ista est, quod primum post resurrectionem dispersos eos, & diffidentes ac trepidos reprehendit. Secundo missis spiritu paracletico grauatis ad contuendam euangelij libertatem oculis, visitauit: nam aliquandiu legis amore detenti, quodam fidei somno occupati sunt. Tertio verò, id est, claritatis suæ reditu securitati eos, quietique restituit. Origen. Postquam autem resuscitauit eos à somno, videns in spiritu apertè opinquantem Iudam traditioni, qui nondum videbatur à discipulis eius, dicit: *Ecce appro. ho. &c.* Chryl. in hom. Per hoc autem quod dicit: *Appropinquauit hora,* ostendit quoniam diuinæ dispositionis erat quod gerebatur: per hoc autem quod dicit: *in manus peccatorum, demōstrat quoniam illorum nequitia hoc opus erat, non quod ipse delicto esset obnoxius.* Origen. Sed & nunc in manus peccatorum traditur Iesus, quando hi qui videntur Iesum credere, habent eum in manibus suis, cum sint peccatores. Sed quotiescunque iustus habens in se Iesum in potestate factus fuerit peccator, Iesus est traditus in manus peccatorum. Bibl. Hom. tom. 2. Lll 2 Hiero.

tifices patribus succederet, & generationis in sacerdotibus series texeretur. non ergo mirum est si iniquus pontifex iniqua iudicet. Raba. Conuenit etiam nomen actioni: Cayphas, id est, inuestigator vel sagax ad implendam suam nequitiam, vel vomens ore: quia impudens fuit ad proferendum mendacium, & ad perpetrandum homicidium. Ideo autem illuc adduxerunt ut cum consilio omnia facerent. Vnde sequitur: *Vbi scribe & seniores conueniant.* Orige. Vbi Cayphas est princeps sacerdotum, illic congregantur scribæ, id est, literati: qui præfunt literæ occidenti: & seniores, non in veritate sed in vetustate literæ. Sequitur: *Petrus autem sequebatur eum à longè.* Non enim poterat de proximo eum sequi, sed de longinquo, nec tamen omnino recedens ab eo. Chrys. in ho. Multus enim erat seruo Petri, qui cum alios fugientes vidisset, non fugit, sed stetit & intrauit. Si autem & Ioannes intrauit, tamè notus erat principi sacerdotum. Longè autem sequebatur, quia erat dominum negaturus. Rem. Neque enim negare potuisset, si domino perperam adhæsisset. Per hoc etiã significatur, quod Petrus dominum ad passionem eum ter secutus, id est, imitaturus. August. de con. euang. Significatur etiam ecclesiam securam quidem, hoc est imitaturam passionem domini, sed longè differenter: ecclesia enim pro se patitur, at ille pro ecclesia. Sequitur, *Et ingressus intro sedebat cum ministris, ut videret finem.* Hiero. Vel amore discipuli, vel humana curiositate scire cupiebat quid iudicaret de domino pontifex, vtrum eum neci addiceret, an flagellis caelum dimitteret. *Principes autem sacerdotum, & omne concilium querebant, &c.* Chrys. in hom. Congregatis principibus sacerdotum, & tota pestilentia conuenticula, volebant suis insidiis iudicij formam imponere. vnde dicitur, *Principes autem sacer. & om. con. querebant fal. test. con. Iesum, &c.* Sed quod fictum erat iudicium, & omnia tumultus & turbationis plena, manifestatur per hoc quod subditur, *Et non inueniunt, cum multi falsi testes accessissent.* Origen. Falsa enim testimonia tunc locum habent, quando cum colore aliquo proferuntur. Sed nec color inueniebatur qui posset contra Iesum adiuuare mendacia, quamvis essent multi, gratiã tribuere volentes principibus sacerdotum: quod maximam laudem exhibet Iesu, qui sic omnia irreprehensibiliter dixit & fecit, ut nullam verisimilitudinem inuenirent in eo reprehensionis mali multi astuti. Sequitur: *Novissime autem venerunt duo falsi testes, &c.* Hiero. Quomodo autem falsi testes sunt, si ea dicunt quæ dominum dixisse legimus? Sed falsus testis est qui non eodem sensu dicta intelligit, quo dicuntur: dominus enim dixerat de templo corporis sui, sed in ipsis verbis calumniatur, ut paucis additis vel mutatis, quasi iustã calumniam faciant, Saluator dixerat: *Soluite templum hoc: isti cõmutant, & aiunt: Possunt destruere templum Dei.* Vos inquit soluite, non ego: quia illicitum est ut nobis ipsis inferamus manus; deinde illi vertunt, *Et post triduum reedificabo illud, ut propriè de templo Iudaico dixisse videretur: dominus autem ut ostenderet animale & spirans templum dixerat: Et ego in triduo suscitabo illud, aliud est ædificare, aliud suscitare. Chr. in ho. Sed quare non adduxerunt in medium accusationem de solutione sabbati? quia multo magis eos super*

hoc confutauerat. Hiero. Ira autem præcepit & impatiens, non inueniens calumniæ locum, excutit de solio pontificem, ut vesaniam mentis motu corporis demonstraret. vnde sequitur: *Et surgens princeps sacerdotum ait illi: Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur?* Chr. in ho. Hoc autem dixit volens ab eo inexcusabilem responsionem elicere: vt ex ipsa eum capiat. Inuitus autem erat excusationis responsio, nullo eam exandiente. Et ideo sequitur: *Iesus autem tacebat.* Etenim solum figura iudicij ibi erat, in veritate autem latronum erat incurfus, sicut in spelunca: & ideo silet. Orige. Ex hoc autem loco discimus contemnere calumniantium & falsorum testimonium voces, ut nec responsione dignos eos habeamus; qui non conuenientia dicunt aduersus nos: maxime vbi maius est liberè & fortiter silere, quam defendere sine vilo profectu. Hier. Sciebat enim quasi Deus, quicquid dixisset torquendum ad calumniam. Quam ergo Iesus magis tacebat ad indignos responsione sua falsos testes & sacerdotes impios, tantò magis pontifex furore superatus eum ad respondendum prouocat: vt ex qualibet occasione sermonis, locum inueniat accusandi. vnde sequitur: *Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, &c.* Origen. In lege quidem adiurandi vsum aliquoties inuenimus. Ultimo autem quoniam non oportet vt vir, qui vult secundum euangelium vivere, adiuret alterum. Si enim iurare non licet, nec adurare: sed & qui respicit Iesum imperatorem dæmonibus & potestatem dantem discipulis super dæmonia, dicit quod secundum potestatem datam à Saluatore non est adiurare dæmonia. Principes autem sacerdotum peccatum faciebat insidians Iesu, & ideo imitabatur proprium patrem, qui bis dubitè interrogauit Saluatore, *Si tu es Christus filius Dei.* vnde quis rectè dicere potest, quoniam dubitare de filio Dei vtrum ipse sit Christus, opus diaboli est. Non decebat autem dominum ad adiurationem principis sacerdotum respondere quasi vim passum: propter quod nec denegauit se filium Dei esse, nec manifestè confessus est. vnde sequitur: *Dicit illi Iesus: Tu dixisti.* Non enim erat dignus Christi doctrina: propterea non eum docet, sed verbum oris eius accipiens, in redargutionem ipsius cõuertit. Sequitur, *Veritatem dico vobis, &c.* Videtur mihi quoniam firmitatem quandam regalem significat sessio filij hominis: iuxta virtutem ergo Dei, qui solus est virtus, fundatus est qui accepit omnem potestatem à patre, sicut in celo & in terra. Erit autem quando hanc fundationem videbunt etiam aduersarij, quod à tempore dispensationis incepit impleri. Viderunt enim eius discipuli eum resurgentem à mortuis, & per hoc viderunt eum fundatum ad dexteram virtutis. Vel quia secundum longitudinem sempernam quæ est apud Deum à constitutione mundi vsque ad finem, est vnus dies. Nihil ergo mirum quod hic dicit Saluator: *A modo, spatium est breuissimum, vsque ad finem ostendens & non solum sedentem eum ad dexteram virtutis viros prophetabat, sed etiam venientem in nubibus caeli.* Hæc nubes sunt propheta: & apostoli Christi: quibus mandat pluerè cum oportet, & sunt nubes caeli non transeuntes: quasi portantes imaginem cælestis, & dignæ sunt vt sint sedes Dei quasi hære

si hæredes Dei & coheredes Christi. Hiero. Pontificem autem quem de solio sacerdotali furor excusserat eadem rabies ad scindendas vestes prouocat. Vnde sequitur: *Tunc princeps sacerdotum scindit vestimenta sua dicens: Blasphemauit.* Consuetudinis enim Iudaicæ est, quod cum aliquid blasphemum, & quasi contra Deum, audierint, scindant vestimenta sua. Chrys. in hom. Hoc igitur fecit, vt accusationem redderet grauiorem: & quod verbis dicebat, factis extolleret. Hiero. Per hoc autem quod scindit vestimenta sua, ostendit Iudæos sacerdotalem gloriam perdidisse, & vacuam sedem habere pontificis. Dum enim vestem sibi scindit, ipsum quo tegebatur velamentum legis abrupt. Chrys. in hom. Cum ergo scidisset vestimenta sua, non fert sententiam à seipso, sed ab altisiam exquirit, dicens: *Quid vobis videtur?* Sicut in confessis peccatis & blasphemia manifestari solet, & quasi cogens & violentiam inferens ad sententiam proferendam præuenit auditorem, dicens: *Quid adhuc egemus testibus? Ecce, &c.* Quæ autem fuit illa blasphemia? Etenim ante eis congregatis dixerat, *Dixit dominus domino meo sede à dextris meis: & interpretatus est eis, & siluerunt, nec de cætero contradixerunt, qualiter ergo nunc quod dictum est blasphemiam vocant?* Sequitur, *At illi respondentes dixerunt, Reus est mortis.* Ipsi accusantes, ipsi discitantes, ipsi sententiam proferentes. Orige. Quam tu putas fuit erroris? ipsam principalem omnium vitam ream mortis pronuntiare, & per tantorum surgentium testimonia non respicere fontem vitæ, de quo in omnes resurgentes vita fluebat, Chr. in ho. Vt autem venationem inuenientes, ita suam demonstrabāt ebrietatem, & insania ferebantur. Sequitur, *Tunc expue in faciem eius, &c.* Hiero. Vt compleretur quod dictum est, *Dedi maxillam meam alapis, & faciem meam non auerti à confusione sputorum.* Sequitur, *Aij autem pal. in fac. eius. dede. dicen. Prophetia, &c.* Glo. In contumeliam ei hoc dicitur, qui se prophetam haberi voluit à populis. Hiero. Stultum autem erat verberatibus respondere & prophetae cadentem, eum palam percutientis insania videretur, Chrys. in ho. Attende autem quod euangelista cum summa diligentia, ea quæ videntur esse exprobatissima exponit, nihil occultans aut verecundans, sed gloriam existimans maximam, dominantem orbis terrarum pro nobis alia sustinere. Hoc autem legamus continuè, hoc nostræ menti inscribamus & his gloriamur. Aug. de quæst. euang. Quod autem dictum est, *expuerunt in faciem eius,* significauit eos qui præsentiam gratiæ eius respuunt. Item tanquam colaphis eum cædunt, qui ei honores suos præferunt. Palmas in faciem eius dant, qui perfidia cæcati eum non venisse affirmant tanquam præsentiam eius exterminantes & repellentes. *Petrus verò sedebat foris in atrio: & accessit ad eum vna, &c.* Aug. de con. euang. Inter prædictas domini contumelias trina negatio Petri facta est, quam non omnes euangelistæ eodem ordine narrant. Lucas enim explicat prius tetationem Petri, tunc demum contumelias domini. Sed Mattheus & Marcus eas primò commemorant, & deinde Petri tetationem. Sic enim sequitur: *Petrus verò sedebat foris in atrio.* Hiero. Foris sedebat, vt videret exitum rei, & non appropinquabat Iesu, ne ministris aliqua suspicio nasceretur. Chr. in ho. Et qui quando de-

tentum magistrum vidit solum, ita efferbitur: vt gladium euaginanerit, & auriculam abscederet, quando contumelias Christi audiuit, negator & efficitur, & vilis puellæ minas non sustinet. Sequitur enim: *Et accessit ad eum vna ancilla dicens: Et tu cū Iesu Galilæo eras?* Rab. Quid tibi vult, quia prius ma eum pròdit ancilla, cum viri magis eum potuerint recognoscere: nisi quod iste sexus peccator in nece domini videretur, & eius passioe redimeretur? Sequitur: *Et ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicas.* Palam coram omnibus negauit, quia se manifestare expauit, quod dicebatur se nescire respondit, quia pro saluatore adhuc mori noluit. Leo. pa. in sermone de pas. Ob hoc autem sicut apparet hæsitare permissus est, vt in ecclesiæ principe remedium penitentia concederetur, & nemo auderet de sua virtute confidere, quando mutabilitatis periculum non beatus Petrus potuisset euadere. Chr. in ho. Non solum autem semel, sed & secundò, & tertio negat in breui tempore. vnde sequitur, *Exiit autem, &c.* Aug. de con. euang. Intelligitur autem quod postquam exiit foras cum iam semel negasset, gallus cantauit primum, quod Marcus dicit. Chrys. in hom. Vt ostendat quod neque vox galli eum à negatione detinuit, neque in memoriam suæ promissionis reduxit. Aug. de con. euang. Non autem foris atrianam iterum negauit, sed cum rediisset ad forum: neque enim iam exierat, & foris eum vidit altera ancilla: sed cū exiret eum vidit, id est, cum surgeret & exiret, animaduertit: & dixit his qui erant ibi, id est, qui simul aderant ad ignem in atrio. Et hic erat cum Iesu Nazareno. Ille autem qui foris exierat, hoc auditu regressus est: vt se quasi purgaret negado. Vel quod est credibilis, non audiuit quod de eo dictum fuerat cum foras exiret, & posteaquam rediit quod dictum est ei, quod Lucas commemorat. Sequitur: *Et iterum negauit cum iuramento, &c.* Hiero. Scio quosdam pio affectu erga Apostolum Petrum locum hunc interpretatos: vt dicerent Petrum hominem negasse, non Deum: & esse sensum, Nescio hominem, quia scio Deum. Hoc quam friuolum sit, prudens lector intelligit. si enim iste non negauit: ergo mentitus est dominus, qui dixerat: *Ter me negauit.* Rab. In hac autem negatione Petri, dicimus non solum abnegare Christum, qui dicit eum non esse Christum: sed qui cum sit, negat se esse Christianum. August. de con. euang. Nunc iam de tertia negatione inspicimus. Sequitur enim: *Et post pusil. access. qui sta. & dix. Petro: Verè & tu ex illis es.* Lucas autem dixit: *Intervallo facto quasi horæ vnus, & vt eum conuincant consequenter adiungunt: Nam & loquela tua manifestum te facit.* Hiero. Non quod alterius sermonis esset Petrus, aut gentis externæ: omnes quippe Hebræi erant & qui arguebant, & qui arguebantur: sed quo vnaquæque prouincia & regio habeat proprietates suas, & vernaculum loquendi sonum vitare non possit. Rem. Vide autè quam sint noxia prauorum hominum colloquia, ipsa quippe coegerunt Petrum negare dominum, quem prius confessus fuerat esse Dei filium. Sequitur enim: *Tunc cepit detestari, &c.* Raba. Nota quia primum ait: *Nescio quid dicas.* Secundò cum iuramento negat. Tertio quia cepit detestari & iurare, quia non nouit hominem. Perseuerare quippe in peccato dat incrementum sceleris: & qui minima aspernit,

cadit in maiora. Rem. Spiritualiter autem per hoc quod Petrus ante primum galli cantum negavit, illi designantur qui ante Christi resurrectionem non credebant eum esse Deum eius morte turbati. Per hoc autem quod post galli cantum negavit, illi designantur qui in utraque domini naturam & secundum Deum, & secundum hominem erant. Per primam autem ancillam designatur cupiditas, per secundam carnalis delectatio: per illos qui astabant, demones intelliguntur. His enim trahuntur homines ad Christi negationem. Origen. Vel per primam ancillam intelligitur synagoga Iudaeorum, qui frequenter compulerunt denegare fideles: per secundam, congregatio gentium, qui & persecuti sunt Christianos: per tertios stantes in atrio, iustos in vtraque domini naturam. August. de quaest. euan. Ter etiam Petrus negavit, nam & error hereticorum de Christo tribus generibus terminatur: Aut enim de diuinitate, aut de humanitate, aut de utroque falluntur. Rab. Post tertiam autem negationem, sequitur galli cantus: & hoc est quod subditur: *Et contigit galli cantum.* Per quem doctor ecclesie intelligitur qui somnolentos increpans, ait: *Euigilate iusti, & nolite peccare.* Solec autem sacra scriptura sapere meritum causarum per statum temporum designare. vnde Petrus qui media nocte negavit, ad galli cantum poenituit. vnde sequitur: *Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis.* Hier. In euangelio legimus: quod post negationem Petri, & galli cantum, respexit saluator Petrum, & intuitu suo eum ad amaras lachrymas prouocauit: non enim fieri poterat vt in negationis tenebris permaneret, quem lux perspexerat mundi. vnde & hic sequitur: *Et egressus foras fleuit amarus.* In atrio enim Cayphæ sedens non poterat agere poenitentiam vnde foras egreditur de impiorum concilio: vt pauidæ negationis fordes amaris fleatibus lauet. Leo pa. Felices o apostole sanctæ lachrymæ tuæ, quæ ad diluendam culpam negationis virtutis sacri habuere baptismatis. Affuit enim ne dextera domini Iesu Christi quæ labentem te priusquam deiiceret exciperet, & firmitatem standi in ipso cadendi periculo recepisti: cito itaque ad soliditatem rediit Petrus, tanquam recipiens fortitudinē: vt qui tunc in Christi expauerat passione in suo post supplicio non timeret, sed constans permaneret.

CAPITULUM XXVII. *MANE autem factum consilium interunt omnes principes sacerdotum, &c.* August. de con. euan. Contextuerat superius euangelista narrationem in his quæ cum domino acta sunt, vsque ad mane. Sed postea rediit ad narrandam Petri negationem, qua terminata rediit ad mane: vt inde cætera contexeret. Et hoc est quod dicitur: *Mane autem factum consilium interunt omnes principes sacerdotum, &c.* Seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Origen. Putantes per mortem extinguere eius doctrinam, & fidem apud eos qui crediderunt in eum, quasi in filium Dei. Talia autem contra eum concilians, allegauerunt, Iesum soluentem à vinculis, vnde sequitur: *Et vinculum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præfidi.* Hieron. Vide sollicitudinem sacerdotum, in malum tota nocte vigilauerunt, vt homicidium facerent: & vinculum tradiderunt Pilato. Habebant enim hunc morem, vt quem adiudicasset morti, ligatum iudici traderent. Rab. Attamen, notandum quod non tunc

primum ligauerunt, sed mox comprehensum in horto, vt Ioan. declarat. Chryl. in ho. Ideo autem eum non occulte interfecerunt, quia volebant eius gloriæ detrabere. Multi enim eum admirabantur, & propter hoc studuerunt publice, & coram omnibus eum occidere, & ideo ad præfidentem eum duxerunt. Hiero. Videns autem Iudas dominum adiudicatum morti, pretium retrahit sacerdotibus, quasi in potestate sua esset perceptorum mutare sententiam: vnde sequitur: *Tunc videns Iudas qui tradidit eum, quod damnatus esset, poenitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, &c.* Seniores populi, dicens: Peccasti, tradens sanguinem iustum. Origen. Respondeant mihi qui de naturis qualdam fabulas introducunt: vnde est quod Iudas cognoscens peccatum suum dixit: *Peccasti, tradens sanguinem iustum:* nisi ex bona plantatione mentis & seminatione virtutis quæ seminata est in omni rationabili anima: quam non coluit Iudas, & ideo cecidit in tale peccatum. Si autem naturæ pereuntis est aliquis hominum, magis huius naturæ fuit Iudas. Et siquidem post resurrectionem Christi hoc dixisset Iudas: forsitan erat dicendum: quoniam compulit eum poenitere de peccato ipsa virtus resurrectionis. Nunc autem videns eum traditum esse Pilato poenituit, forsitan recordatus quæ frequenter Iesus dixerat de sua resurrectione futura. Forsitan & Sathanas qui ingressus in eum fuerat, præfuit ei, donec Iesus traderetur Pilato. Postquam autem fecit quod voluit, recessit ab eo, quo recedente poenitentiam capere potuit. Sed quomodo vidit Iudas quoniam condemnatus est? nondum enim à Pilato fuerat interrogatus: forsitan dicit aliquis: quoniam cõsideratione mentis suæ vidit exitum rei ex eo quod traditum aspexit. Alius autem dicit: quoniam quod scriptum est: *Videns Iudas quia condemnatus est: ad ipsum Iudam refertur, tunc enim sensit malum suum & intellexit se condemnatum.* Leo pa. Dicendo tamen, *Peccasti, tradens sanguinem iustum:* in impietatis suæ perfidia persistit, qui Iesum, non Dei filium, sed nostræ tantummodo conditionis hominem, etiam inter extrema mortis suæ pericula credidit: cuius flexisset misericordiam: si eius omnipotentiam non negasset. Chryl. in homil. Vide autem quoniam poenitentiam agit: quando completum est & finem accepit peccatum. Non enim permittit diabolus eos qui non vigilant, videre malum, antequam perficiant. Sequitur, *Et illi dixerunt. Quid ad nos? tu videris.* Remig. Ac si dicant, *Quid ad nos pertinet si iustus est? tu videris,* id est, opus tuum quale sit manifestabitur. Quidam autem coniunctim voluerunt legere hæc verba, vt sit sensus, cuius estimationis deputaris apud nos, qui eum quem tradidisti iustum confiteris? Origen. Recedente autem ab aliquo diabolo, obseruat iterum tempus, & postquam cognouerit, & ad secundum peccatum induxerit, obseruat etiam tertiæ deceptiois locum. Sicut ille qui primo vxorem patris habuit: de hoc malo postea poenituit. Sed postea diabolus voluit hanc ipsam tristitiam exaggerare: vt ipsa tristitia abundantior facta absorberet tristitiam. Simile aliquid factum est in Iuda. Postquam enim poenituit, non seruauit cor suum: sed suscepit abundantiorē tristitiam à diabolo sibi submissam: quia voluit eum absorbere: vnde sequitur: *Et abiens, laqueo se suspendit.*

* Alii sunt.

Si autem locum poenitentiae requisisset & tempus poenitentiae obseruasset: forsitan inuenisset eum qui dixit, *Nolo mortem peccatoris.* Vel forte æstimauit præuenire magistrum mortuum: & occurrere ei cum anima nuda, vt confitens, & deprecans, misericordiam mereretur: nec vidit quia non conuenit seruum Dei seipsum expellere de hac vita, sed expectare Dei iudicium. Raban. Suspendit autem se laqueo, vt se ostenderet æglo, terræque perosum. Aug. de nou. & vete. testa. Sed occupatis principibus sacerdotum ad necem dominum à mane vsque ad horam nonam: quomodo Iudas eis retulisset pretium sanguinis, quod acceperat ante crucem domini, probatur & dixisse illis in templo: peccasti, quod tradiderim sanguinem iustum: cum confiter omnes principes & seniores ante passionem domini non fuisse in templo? Quippe cum in cruce posito insultarent ei, Nec enim inde potest probari, quia ante passionem dominum relati est, cum sint multa quæ ante facta probantur: & nouissima ordinantur. Sed ne forte post horam nonam factum sit, vt videns Iudas occisum saluatore, & ob hoc velum templi scissum, terram tremuisse, saxa scissa, elemēta conterrita ipso metu correptus doluerit. Sed post horam nonam occupati erant (vt existimo) seniores & principes sacerdotum ad celebrationem paschæ. Sabbato autem secundum legem non licet nummos portare, ac per hoc non est probabile apud me, quo die, imò tempore, laqueo vitam finierit Iudas. *Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, &c.* Chryl. in hom. Quia principes sacerdotum nouerant quod occasione emerant, à propria conscientia condemnati fuerunt, & ad hoc ostendendum subdit Euangelista, *Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbanam, quia pretium sanguinis est.* Hiero. Verè culicem liquantes, & camelum glutientes: si enim ideo non mittunt pecuniam in corbanam, hoc est gazophylacium, & dona Dei, quia pretium sanguinis est: cur ipse sanguis effunditur? Origen. Videbant autem quoniam circa mortuos magis eam pecuniam conueniebat expendi, quia pretium sanguinis erat: sed quæ & inter loca mortuorum sunt differentie, vsi sunt pretio sanguinis Iesu ad comparationem agri figuli alicuius: vt in eo peregrini sepeliuntur, non secundum votum suum in monumentis paternis: vnde sequitur, *Consilio autem inico, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum.* Aug. in ser. de cecido. Prouidentia autem Dei factum puto vt pretium saluatoris non peccatoribus sumptum præbeat, sed peregrinis requiem subministret: vt iam exinde Christus & viuos sanguinis sui passionem redimat: & mortuos pretiosa passione suscipiat. Pretio ergo domini sanguinis ager figuli comparatur. Legimus in scripturis quod totius generis humani salus redempta sit sanguine saluatoris. Ager ergo iste, mundus hic totus est. Figulus autem qui mundi possit habere dominatum, ipse est qui vascula corporis nostri fecit de limo. Istius itaque figuli ager, Christi sanguine emptus est: peregrinis inquam, qui sine domo, patria, & toto orbe exules iactabantur, requies Christi sanguine prouidetur. Istos autem peregrinos esse dicimus deuotissimos Christianos, qui renunciantes seculo, nihil possidentes in mundo in Christi sanguine requiescunt. Sepultura enim Christi nihil

aliud est quam requies Christiani. Consepulti enim sumus (sicut ait Apollolus) cum illo per baptismum in morte. Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus: & tanquam hospites in hac luce versamur. Hiero. Qui etiam peregrini eramus à lege & prophetis, praua Iudaeorum studia suscepimus in salutem. Origen. Vel peregrinos dicimus qui vsque ad finem extranei sunt à Deo. Nam iusti consepulti sunt Christo in monumento nouo, quod excisum est in petra. Qui autem alieni sunt à Deo vsque ad finem, sepulti sunt in agro figuli comparantis lutum, qui pretio sanguinis est comparatus, & ager sanguinis nominatur: vnde sequitur, *Propter hoc vocatus est ager ille Albedemach, hoc est ager sanguinis, usque in hodiernum diem.* Glof. Quod referendum est ad tempus quo euangelista hoc scripsit: deinde confirmat idem propheticum testimonio, dicens: *Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem, Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiatum, quem appretiauerunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus.* Hieron. Hoc in Hieremia penitus non inuenitur, sed in Zacharia (qui penultimus est duodecim prophetarum): quædam similitudo referatur: & quanquam sensus non multum discrepet, tamen ordo & verba diuersa sunt. Aug. de con. euang. Si quis ergo putat ideo fidei euangelistæ aliquid derogandum, primò nouerit non omnes codices euangeliorum habere, quod per Hieremiam dictum sit: sed tantummodo per Prophetam. Mihi autem hæc non placet defensio: quia & plures codices habent Hieremiæ nomen, & antiquiores: & nulli fuit causa cur adderetur hoc nomen, & mendositas fieret. Cur aut tolleretur, fuit utique causa vt hoc audax imperitia faceret, prædicta questione turbata. Potuit autem fieri, vt animo Machabei euangelium scribentis, pro Zacharia Hieremiæ occurreret, vt fieri solet: quod tamen sine vlla dubitatione emendaret, saltem ab hæc admonitus, qui ipso adhuc in carne viuente hæc legere potuerit: nisi cogitaret recordationis suæ, quæ spiritu sancto regebatur, non occurrisset aliud pro alio nomen prophete, nisi quia dominus hoc ita scribi constituit. Cur autem constituerit, prima causa est: quia sic insinuat, ita omnes prophetas vno spiritu locutos, mirabili inter se cõsensione constare, vt hoc multò amplius sit, quam si omnium verba prophetarum vno vnus hominis ore demonstrarentur: & ideo indubitanter accipi debent, quæcunque per eos spiritus sanctus dixit: & singula esse omnium, & omnia singulorum. Si enim hodie quisquam volens alicuius verba iudicare, dicat nomen alterius à quo dicta sunt, qui tamen sit amicissimus illius cuius verba dicere voluit: & continud recordatus alium pro alio se dixisse, ita se corrigat, vt tamen dicat bene dixi, nihil aliud intens nisi inter ambos esse concordiam, quantum magis de prophetis sanctis hoc commendandum fuit? Est etiam alia causa cur hoc nomen Hieremiæ in testimonio Zacharie sit manere permisum, vel potius sancti spiritus autoritate præceptum sit. Est apud Hieremiam quod semit agrum à filio fratris sui, & dedit ei argentum: non quidem sub hoc nomine pretij, quod positum est apud Zachariam triginta argenteis: quod autem prophetiam de triginta argenteis ad hoc interpretatus sit euangelista, quod modò de domino

mino completum est, manifestum est, sed ad hoc pertinere etiam illud de agro empto, quod Hieremias dicit. hinc potest mysticè significari, ut non hic Zachariæ nomen poneretur qui dixit triginta argenteis, sed Hieremiæ qui dixit de agro empto: ut lecto euangelio, atque inuento nomine Hieremiæ, lecto autem Hieremia, & non inuento testimonio de triginta argenteis: inuento tamen agro empto, admonetur lector utrunque conferre, & inde sensum enucleare prophetiæ, quomodo pertineat ad hoc quod in domino cõpletum est. Nam illud quod subiecit huic testimonio Matthæus, cum ait, *Quem apprehenderunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus*: nec apud Zachariam nec apud Hieremiam reperitur. Vnde magis ex persona euangelistæ accipiendum est, & mysticè incertum quia hoc ex domini reuelatione cognouerit: & ad hanc rem, quæ de Christi pretio facta est huiusmodi pertinere prophetiam. Hiero. de optimo genere interpretandi. Absit ergo de pedisse quo Christi quod possit argui de falso: cui cura fuit non verba & syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere. Chryl. in hom. Legi nuper in quodam Hebraico volumine, quod Nazarae sectæ mihi Hebræus contulit, Hieremiæ apocryphum, in quo hoc ad verbum scriptum reperitur, sed tamē mihi videtur magis de Zacharia sumptum testimonium euangelistarum & apostolorum more vulgato, quo verborum ordine prætermisso, sensus tamen de veteri testamento profertur exemplum. *Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses, &c.* August. de con. euan. Finitis his quæ Matthæus de Iuda proditore interposuit, ad ordinem narrationis reuertitur, dicens: *Iesus autem stetit ante præsidem*. Orig. Iudex totius creaturæ constitutus à patre, vide quantum se humiliavit ut acquiesceret stare ante iudicem tunc terræ Iudææ, & interrogatus est interrogationem, quam forsitan detidens, aut dubitans Pilatus interrogat. vnde sequitur, *Et interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex Iudæorum?* Chryl. in ho. Id Pilatus interrogat, quod aduersarij contra ipsum continuè reuoluebant. Quia enim sciebant Pilatum nullam curam facientem legalium, ad publicas accusationes rem ducunt. Origen. Vel pronuntiatinè hoc dixit Pilatus. vnde & alibi scripsit in titulo, Rex Iudæorum. Principi autem sacerdotum respondens, Tu dixisti, obliquè arguit eius dubitationem. Pilati verò sententiam confirmat pronuntiantis. vnde sequitur, *Dicit ei Iesus, Tu dicis*. Chryl. in hom. Confessus est se esse regem sed cælestem: ut in alio euangelio manifestius legitur. Regnum (inquit) meum non est de hoc mundo: ut neque Iudæi neque Pilatus excusationem habeant, huic accusationi insistentes. Hilar. Vel interroganti pontifici, an ipse esset Iesus Christus dixerat, Tu dixisti, quia semper futurum Christum ex lege ipse dixisset, huic verò legis ignaro interroganti, an ipse esset rex Iudæorum dicitur, *Tu dicis*: quia per fidem præsentis confessionis salus gentium est. Hiero. Attende autem quod Pilato, qui inuitus promebat sententiam aliqua ex parte respondit: sacerdotibus autem & principibus sacerdotum respondere noluit, indignos eos suo sermone iudicans. vnde sequitur, *Et cõ accen. à prin. sacer. &c.* August. de con. euang. Lucas autem ipsa crimina quæ accusantes obiecerunt, aperuit.

dicit enim, Cœperunt illum accusare dicentes, Hunc inuenimus subuertentem gētem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Nihil autem interest ad veritatem quo ordine ista retulerint, sicut nihil interest si alius aliud tacet quod alius commemorat. Orig. Accusatus autem Iesus sicut tunc, illis nihil respondit, sic nec & modò: non fit enim eis verbum Dei, sicut aliquando fuerat ad prophetas sed neque dignum erat ut Pilato interroganti responderet, qui non habebat permanentes & firmum de Christo iudicium, sed ad contraria trahebatur. vnde sequitur, *Tunc dicit ei Pilatus, Non audis quanta aduer. te dicunt testimonia?* Hiero. Gentilis quidem est qui contemnit Iesum, sed causam refert in populum Iudæorum. Chryl. in hom. Ideo autem hoc dicebat, quia volebat eum liberare, dum se excusando responderet. Sequitur, *Et non respon. ei ad vl. verbum, ita ut mi. præ. vehementer.* Quia enim multas habentes demonstrationes ex ipsis rebus virtutis, & mansuetudinis eius, & humilitatis, tamen in ipsum indignabantur, & peruerso iudicio agebantur contra ipsum, propter hoc nihil respondet: & si aliquando responderet, breuia quidem dicit, ne continua taciturnitate pertinaciæ opinio de ipso accipiatur. Hiero. Vel ideo Iesus nihil respondere voluit, ne crimen diluens dimitteretur à præside, & crucis utilitas differretur. Orig. Miratur est autem præses constantiam eius: forsitan sciens quod idoneus esset pronuntiare crimen, & tamen videbat eum in tranquilla, & quieta sapientia, & gravitate non turbabili stare, sed & vehementer miratur. Dignum enim ei videbatur magno miraculo ut exhibitus Christus ad criminale iudicium, imperturbabilis staret ante mortem, quæ apud omneis homines terribilis æstimatur. *Per diem autem solemnem consueuerat præses populo dimittere unum vinculum quem voluissent, &c.* Chryl. in hom. Quia Christus ad accusationem Iudæorum nihil responderat per quod posset eum Pilatus ad accusationibus Iudæorum excusatum habere, aliud machinatur per quod eum liberare possit. vnde dicitur: *Per diem autem solemnem consueuerat præses populo dimittere unum vinculum, quem voluissent.* Orig. Sic enim quædam gratias præstant gētes eis quos subiciunt sibi donec cõfirmetur super eos iugum ipsorum: tamen consuetudo hæc aliquando fuit apud Iudæos. Saul enim non interfecit Ionatham: omni populo penitente eum ad vitam. Chryl. in hom. Per hanc autem consuetudinem Christum eripere tentauit, ut neque vmbra excusationis Iudæi sibi derelinquant, manifestus homicida in comparatione Christi adducitur: de quo sequitur, *Habebat autem tunc unum vinculum insignem qui dicebatur Barrabas.* Non simpliciter dicit latronem, sed, *insignem*, hoc est in malitia diffamatum. Hiero. Iste Barrabas in euangelio quod inscribitur iuxta Hebræos, filius magistri eorum interpretatur, qui propter seditionem & homicidium fuerat condemnatus. Offert autem optionem eis Pilatus dimittendi quem vellent, latronem an Iesum, non dubitans Iesum potius eligendum. vnde sequitur: *Congregatis ergo illis dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis? Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus?* Chryl. in hom. quia dicit: Si non vultis sicut innocentem dimittere: saltem condemnatum festiuitati dimittatis. Si enim oportebat in peccatis ma

ris manifestis existentem dimittere: multò magis in dubiis. Vide autem ordinem conuersum. Peritio pro condemnatis solet esse plebis, concessio autem principis: nunc autem contrarium gestum est. Princeps enim petit à plebe, & plebs ferocior redditur. Glof. Quare autem Pilatus ad liberationem Christi laborauit, manifestat euangelista cum subdit: *Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum.* Remig. Quæ autem inuidia fuerit Ioannes manifestat, qui narrat eos dixisse, Ecce mundus rotus post eum vadit, & si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Notandum etiam loco eius quod Matthæus dicit, *An Iesum qui dicitur Christus.* Marcus dicit, *Vultis dimittam vobis regem Iudæorum: soli namque reges Iudæorum vngbantur, & ab ipsa vnctione Christi vocabantur.* Chryl. in hom. Deinde subditur aliud quod sufficiens erat omnes à passione reuocare: Sequitur enim, *Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius di. Nihil tibi est iusto illi.* Cum demonstratione enim quæ erat à rebus, & somnus non paruam quid erat. Raban. Notandum verò quia tribunal iudicis, sedes est iudicis, solum regum, cathedræ magistrorum. In visionibus autem & somniis gentilis viri vxor hoc intellexit, quod Iudæi vigilantes nec credere, nec intelligere voluerunt. Hiero. Nota etiam quod gentilibus sæpe à Deo somnia reuelatur. Et quod in Pilato & vxore eius inustum dominum confidentibus gentilis populi testimonium sit. Chryl. in homil. Sed cuius gratia non ipse Pilatus somnium videbat: quia illa magis digna erat, vel quia si Pilatus vidisset, non æqualiter sibi creditum esset, vel fortè neque dixisset: propter hoc dispensatur à Deo, quod mulier vidit, ut manifestum omnibus fieret. Et non simpliciter vidit, sed & pariter multa. Sequitur enim, *Multa enim passa sum ho. per vi. propter eum, ut scilicet à compassionem, quæ erat ad vxorem, desiderior fieret vir circa occisionem: sed & tempus non parum conferebat, etenim eadem nocte vidit.* Aug. in ser. de pas. Sic ergo iudex terretur in coniuge, & ut crimini Iudæorum non præbeat in iudicio consensum, pertulit in vxoris afflictione iudicium, iudicatur ipse qui iudicat, & torquetur antequam torqueat. Rab. Vel aliter, Nunc demum diabolus intelligens per Christum se spolia sua amissurum, sicut primum per mulierem, mortem intulerat: ita per mulierem vult Christum de manibus Iudæorum liberare, ne per eius mortem, mortis amittat imperium. Chryl. in homil. Nihil autem præmissorum Christi aduersarios mouit, quia eos omnino inuidia excecauerat: vnde ex propria malitia plebem corrumpunt, & hoc est quod sequitur: *Principes autem sac. & seni. &c.* Orig. Et est videre nunc quomodo populum Iudæorum à senioribus suis, & Iudaicæ culturæ doctoribus suadet, & exciatur aduersum Iesum ut perdant eum. Sequitur, *Respon. autem præses, ait il. Quem vult, &c.* Glof. Respondisse autem dicitur Pilatus hæc dicens, siue ad ea quæ vxor nuntiauerat, siue ad petitionem populi, qui iuxta consuetudinem aliquem in die festo sibi dimitti petebant. Origen. Turbæ autem quasi feræ, quæ spatiofam ambulat viam, voluerunt sibi Barrabam habere solutum: vnde subditur, *At illi dixerunt, Barrabam.* Ideo gens illa habet seditiones & homicidia & latrocinia secundum quosdam gentis suæ in rebus quæ foris habetur:

secundum autem omnes, intus in anima. Vbi enim non est Iesus: illic lites & prælia sunt: vbi autem est, ibi sunt omnia bona & pax. Omnes etiam qui Iudæis sunt similes vel in dogmate vel in vita, Barrabam sibi solui desiderant. Quicumque enim mala agit, solutus est in corpore eius Barrabas, Christus autem vincit. Qui autem bona agit, Christum habet solutum, Barrabam vincit. Voluit autem Pilatus pudorem tantæ iniuicitatis eis incutere: vnde sequitur, *Dicit il. Pilatus. Quid iustum, &c.* Non solum autem hoc, sed & mensuram colligere volens impietatis eorum. Illi autem nec hoc erubescit quod Pilatus Iesum Christum esse confitebatur: nec modum impietatis seruauit: vnde sequitur, *Dixerunt omnes, Crucifigatur.* In quo multiplicauerunt impietatis suæ mensuram, non solum homicidam postulantes ad vitam, sed etiam iustum ad mortem: & ad mortem turpissimam crucis. Rab. Pendentes siquidem in ligno crucifixi, clauis ad lignum pedibus manibusque confixi, producta morte necabantur: & diu vivebant in cruce, non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur: ne dolor citius finiretur: verum Iudæi de morte pessima cogitabant: sed à domino non intelligentibus eis electa erat. Ipsam enim crucem diabolo superato erat tantquam tropheum in frontibus fidelium positurus. Hiero. Cum autem hoc responderent, non statim acquieuit: sed iuxta suggestionem vxoris quæ mandauerat, Nihil tibi & iusto illi: ipse quoque respondit: vnde sequitur, *Ait illis præses, Quid enim mali fecit? Hoc dicendo Pilatus absoluit Iesum.* Sequitur, *At illi magis clamabant dicentes, Crucifigatur.* Ut impleteretur quod in Psal. dicitur, *Circumdederunt me canes multi, congregatio malignantium obsedit me.* Et illud Hieremiæ, *Facta est mihi hæreditas mea, sicut leo in sylua: dederunt super me vocem suam.* Aug. de con. euang. Sæpius autem Pilatus cum Iudæis egit, volens ut dimitteretur Iesus: quod paucissimis verbis testatur Matthæus, cum subdit, *Videns Pilatus quia nihil proficiat, sed magis tumultus fieret: quod non diceret, nisi multum ille conatus fuisset, quamuis tacuerit quoties hoc tentauit, ut erueret Iesum furor eorum.* Sequitur, *Accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Imocens, &c.* Remi. Mos enim erat apud antiquos, ut cum vellent quis se ostendere immunem ab aliquo crimine, accepta aqua, lauaret manus suas coram populo. Hiero. Pilatus ergo accepit aquam iuxta illud propheticum, *Lauabo inter innocentes manus meas, quodammodo in hoc contestans, & dicens: Ego quidem innocentem volui liberare, sed quoniam seditio oritur, & rebellionis mihi contra Cæsarem: etiam impingitur, innocens sum à sanguine iusti huius.* Iudex ergo qui cogitur contra dominum: ferre sententiam, non damnat oblatum, sed arguit offerentes: iustum esse pronuntians eum qui crucifigendus est. Sequitur, *Vos videritis*: quasi dicat, Ego minister legum sum: vox vestra sanguinem fundit. Sequitur, *Et respon. vni. po. dixit, Sang. &c.* Perseuerat usque in præsentem diem hæc imprecatio super Iudæos, & sanguis domini non auferetur ab eis. Chryl. in homil. Intuere autem & hæc Iudæorum multam insaniam: eorum enim impetus & pernitiosa concupiscentia, non permittit eos quæ oportet inspicere: & sibi maledicunt di. *Sanguis eius super nos: qui? ad filios maledictionem attrahunt*

hant di. *Et super filios nostros?* Sed tamen misericors Deus eorum sententiam non firmavit: sed ex eis & eorum filiis suscepit, qui penitentiam egerunt: etenim & Paulus ex ipsis fuit, & multa millia eorum in Hierosolymis crediderunt. Leo pa. in serm. de pas. Excessit ergo Pilati culpam facinus Iudaeorum: sed nec ipse evasit reatum qui reliquit proprium iudicium, & in crimen transiit alienum. Sequitur enim, *Tunc dimisit Bar. Iesum autem flagellatum, &c.* Hiero. Sciendum est autem Pilatum Romanis legibus ministrasse, quibus sanctum est, ut qui crucifigitur, prius flagellis verberetur. Traditur igitur Iesus militibus verberandus, & illud sanctissimum corpus, pectus Dei capax flagellis secuerunt. Aug. in ser. de pas. Ecce dominus aptatur ad verbera: ecce iam caeditur, rupit sanctam cutem violentia flagellorum, repetitis ictibus crudelia verbera scapularum terga confindunt. Proh dolor! iacet extensus ante hominem Deus, & supplicium patitur rei, in quo nullum peccati vestigium potuit inveniri. Hiero. Hoc autem factum est, ut (quia scriptum erat, Multa flagella peccatorum) illo flagello nos à verberibus liberemur. In laqueo etiam manuum Pilati gentiliam, omnia opera purgantur, & ab impietate Iudaeorum nos alieni efficiunt. Hilar. Hortantibus autem sacerdotibus populus Barrabam elegit, qui interpretatur patris filius, in quo arcanum futurae infidelitatis ostenditur, Christo antichristum peccati filium praeferebatur. Raban. Barrabas etiam qui seditiones faciebat in turbis, dimissus est populo Iudaeorum, id est, diabolus qui usque hodie regnat in eis, & idcirco pacem habere non possunt. *Tunc milites praesidia suscipientes Iesum in praetorio, &c.* Aug. de con. euang. Post accusationem Christi consequens est ut ipsam domini passionem videamus, quam Matthaeus sic incipit, *Tunc milites praesidia suscipientes Iesum in praetorio, congregaverunt ad eum universam cohortem.* Hieron. Quia enim rex Iudaeorum fuerat appellatus, & hoc ei scribit & sacerdotes crimen obiecerant, quod sibi in populo Israel usurparet imperium: illudentes hoc faciunt ut nudatum pristinis vestibus induat chlamidem coccineam pro rufo limbo, quo reges veteres utebantur: & pro diademate, imponant ei coronam spineam: pro sceptro regali, dent calamum, & adorent quasi regem: & hoc est quod subditur, *Et exuentes eum, chlamidem coccineam, &c.* Aug. de con. euang. Per hoc autem intelligitur Marcus dixisse indutum purpura. Pro regia enim purpura chlamis illa coe cinea ab illudentibus adhibita erat: & est rubra quaedam purpura cocco simillima. Potest etiam fieri, ut purpuram etiam Marcus commemoraverit quam chlamis habebat, quamvis esset coccinea. Chryl. in homil. Quae igitur erit nobis cura de reliquo, si contumelias ab aliquo patiamur, postquam Christus hoc passus est? Etenim quod fiebat in Christum, ultimus terminus contumeliae erat: nec vna particula tantum, sed universum corpus patiebatur iniurias: caput per coronam & arundinem & colaphos, facies, quia inspuabatur, genae quia alapis caedebantur, corpus totum per flagella. Et quia denudatum est per circumdationem chlamidis, & per sictam adorationem: manus per arundinem, quae dederunt ei pro sceptro, ac si timerent ne aliquod praetermitterent gravissimae praesumptionis. Aug. de con. euang. Apparet

autem Mattheum recapitulando ista commemorasse, non quo tunc factum sit: cum eum Pilatus crucifigendum tradidisset. Ioannes enim antequam diceret, quod eum Pilatus crucifigendum tradiderit, ista commemoravit. Hiero. Nos autem omnia haec intelligamus mystice. Quomodo enim Cayphas dixit, Oportet vnum hominem mori pro omnibus, nesciens quid diceret: sic & isti quodcumque fecerunt, licet alia mente fecerint, tamen nobis, qui credimus, sacramenta tribuebant. In chlamide coccinea, opera gentium cruenta sustentant: In corona spinea, maledictum soluit antiquum: In calamo venenata occidit animalia, siue calamum tenebat in manu, ut sacrilegium scriberet Iudaeorum. Hilar. Vel aliter, Suscepit omnibus corporis nostri infirmitatibus à domino, omnium deinde martyrum, quibus regnum seculum erat debitum, sanguine cocci colore perfunditur. Spinis quoque, id est, compungentiunt quondam peccatis gentium coronatur: est enim aculeus in spinis, ex quibus Christo victoriae corona contextitur. In calamo verò earundem gentium infirmitas atque inanitas manu comprehensa sumatur, quoniam etiam capiti eius illiditur, ut infirmitas gentium manu Christi comprehensa, etiam in Deum patrem, qui caput eius est, coquiescat. Orig. Vel calamus mysticus fuit, quod priusquam crederemus, confidebamus in virga arandinea Aegypti, vel cuiuscunque regni contrarij Deo quem accepit ut triumphet eum in ligno crucis. Percutiunt autem cum hoc calamo caput Christi Iesu, quoniam semper regnum illud verberat Deum patrem caput saluatoris. Rem. Vel aliter, Per chlamidem coccineam, caro domini designatur, quae rubra dicitur propter sanguinis effusionem: per spineam coronam, susceptio peccatorum nostrorum, quia in similitudinem carnis peccati apparuit. Rab. Calamo igitur Christi caput percipiunt, qui divinitati eius contradicentes errorem suum autoritate sanctae scripturae, quae calamo scribitur, confirmare conantur. Spunt in faciem eius: qui praesentiam gratiae illius verbis execrandis respiciunt, & Iesum in carne venisse denegant. Falso autem illum adorant, qui in eum credunt, sed peruersis actibus despiciunt. Aug. de con. euang. Quod autem dominum in passione exuerunt vestem propriam, & induerunt fucatam, signati sunt haeretici, qui eum dicunt verum corpus non habuisse, sed fictum. *Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, &c.* Gl. Postquam evangelista commemoravit ea quae ad illusionem Christi pertinent: nunc narrare incipit processum crucifixionis ipsius. vnde dicitur, *Et postquam ille exue eum chlamyde, &c.* Aug. de con. euang. Hoc autem in fine factum esse intelligitur: cum iam duceretur ad crucifigendum. Postquam, scilicet Pilatus tradidit eum Iudaeis. Hiero. Notandum autem quando flagellatur Iesus & conspuitur, non habet propria vestimenta, sed ea quae propter peccata nostra sumperat: cum autem crucifigitur & illusionis pompam praeterierit, cum pristinas vestes recipit & proprium assumit ornatum: statimque elementa turbantur, & creatori dat testimonium creatura. Orig. Et de chlamyde quidem scriptum est: quoniam denovo expoliaverunt eum: De corona autem spinea nihil tale evangelista scripsit: vti iam non hinc spinae nostrae antiquae: postquam semel eas à nobis abstru-

lit Iesus super venerabile caput suum. Chr. in ser. de pas. Non autem voluit dominus pati sub tepto, non in templo Iudaico: ne putares pro illa tantam plebe oblatum, & ideo foras civitatem, foras muros, ut scias sacrificium esse commune, quod totius terrae est oblatio, quod communis est purificatio: & hoc signatur cum dicitur, *Exuentes autem inueniunt hominem Cyr. nomine Simonem, &c.* Hier. Ne quis autem putet huic loco euangelistae Ioannis historiam esse contrariam: ille enim dicit, exuentem dominum de praetorio portasse crucem suam. Mattheus autem refert quod inueniunt hominem Cyrenum, cui imposuerunt crucem, Iesu. Sed hic intelligendum est quod egrediens de praetorio Iesus, ipse portauerit crucem suam, postea obuiam habuerunt Simonem, cui portandam crucem imposuerunt. Orig. Aut egressi quidem angariaverunt Simonem, appropinquantes autem ad locum, in quo eum fuerant suspensuri, imposuerunt crucem & ipsi, ut ipse eam portaret. Non fortuito autem angariatus est Simon, sed secundum dispositionem Dei ductus est ad hoc, ut euangelica scriptura dignus inueniretur & ministerio crucis Christi. Non solum autem saluatorem conveniebat accipere crucem suam, sed & nos conveniebat eam portare, salutarem nobis angariam adimplentes, nec tamen sic profecisset nobis eam accipere, sicut cum ipse eam accepit. Hieron. Mystice enim crucem suscipiunt nationes: & peregrinus obediens portat ignominiam saluatoris. Hil. Indignus enim Iudaeus erat Christi crucem ferre, quia fidei gentium erat in reliquum & crucem accipere & compati. Rem. Ille enim Simon non erat Hierosolymita, sed peregrinus, & advena, scilicet Cyrenus. Cyrene enim civitas est Lybia. Interpretatur autem Simon, obediens, Cyrenaeus haeres, vnde pulchre per eum designatur populus gentium qui peregrinus erat testamentorum Dei, sed credendo factus est eius sanctorum, & domesticus, & haeres Dei. Greg. in ho. Vel aliter, Per Simonem qui crucem dominicam in angariam portat, designatur abstinentes & arrogantes, quia per abstinentiam quidem carnem afficiunt, sed fructum abstinentiae interius non requirunt. vnde idem Simon crucem portat, sed non moritur: quia abstinentes & arrogantes per abstinentiam quidem corpus afficiunt, sed per desiderium quidem gloriae mundo vivunt. Sequitur, *Et vena. in lo. qui dicitur Gol. quod est Calvaria locus.* Rab. Golgotha enim Syrum nomen est: & interpretatur Calvaria. Hiero. Audiui quendam exposuisse Calvariae locum, in quo sepultus est Adam: & ideo sic appellatum, quia ibi antiqui hominis sit conditum caput. Favorabilis interpretatio, & mulcens autem populi, nec tamen vera. Extra urbem enim, & foris portam, loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum: & Calvariae, id est decollatorum, sumptere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Iesus: ut ubi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij. Adam verò sepulchrum iuxta Ebron & Arbae, in Iesu filij Naue volumine legitur. Hila. Locus autem crucis talis est ut positus in medio terrae ad caespitandam Dei cognitionem universis gentibus esset aequalis. Sequitur, *Et dedit ei bibere vinum cum fel. mixtum.* Aug. de con. euang. Hoc Marcus ita narrat, *Et dabant ei bibere myrrhatum vinum.* Fel quippe pro ama-

ritudine Mattheus posuit, myrrhatum enim vinum amarissimum est. quaquam fieri possit ut & fel & myrrha vinum amarissimum redderent. Hier. Amara vitis amarum vinum facit, quo potat dominum Iesum, ut impleatur quod scriptum est, *Dederunt in cibum meum fel.* Et Deus loquitur ad Hierusalem, *Ego te plantaui vineam veram, quomodo facta es in amaritudine vitis alienae? Et cum gustasset, noluit bibere.* Aug. de con. euang. Quod autem Marcus ait, *Et non accepit: intelligitur non accepit ut biberet, gustavit autem sicut Mattheus testis est.* & quod idem Mattheus ait, *Noluit bibere, hoc Marcus dixit, Non accepit.* tacuit etiam quod gustavit. Quod autem cum gustasset noluit bibere, hoc indicat quod gustaverit quidem pro nobis mortis amaritudinem, sed tertia die resurrexit. Hilar. Vel ideo oblatum vinum selle admixtum bibere recusavit. non enim aeternae gloriae incorruptioni peccatorum amaritudo miscetur, *Postquam autem crucifixum eum, diuiserunt vestimenta eius, &c.* Glo. Praemisso quomodo Christus ad locum passionis est ductus: hic euangelista ipsam passionem profecit, genus mortis exponens, cum dicit, *Postquam autem crucifixum eum.* Aug. in lib. 83. quae. Sapientia quidem Dei hominem ad exemplum, quo recte viueremus suscepit: pertinet autem ad vitam rectam ea quae non sunt metuenda, non metuere. Sunt autem homines qui quamvis mortem ipsam non timeant, genus tamen mortis horrescunt: ut ergo nullum mortis genus recte viuenti homini metuendum esset, illius hominis crucem ostendendum fuit. Nihil enim erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilis & formidabilis. Aug. in ser. de pas. Quantum autem valeat virtus crucis aduertat sanctitas vestra. Contempnit Adā praecipuum, accipiens ex arbore pomum, sed quicquid Adam perdidit, Christus in cruce inuenit: de diluio aquarum humanum genus arca lignea liberavit: de Aegypto Dei populo recedente, Moyses mare virga diuisit, Pharaonem prostravit, & populum Dei redemit. Item Moyses lignum in aquam misit: & amaram aquam in dulcedinem commutavit. Ex lignea virga de spirituali petra salutaris vnda profertur, & ut Amalech vinceretur, circa virgam Moyses extensis manibus extenditur: & lex Dei aetate testamenti creditur lignae, ut his omnibus ad lignum crucis quasi per gradus quosdam veniatur. Chryl. in ser. de pas. Ideo & in excelso ligno non sub tepto passus est, ut etiam ipsius aeris natura mundetur: sed & terra simile beneficium sentiebat, decurrentis de latere sanguinis stillatione mundata. Glo. Lignum etiam crucis significare videtur ecclesiam in quatuor mundi partibus diffusam. Rab. Vel secundum moralem sensum, Crux per suam latitudinem significat hilaritatem operantis, quia tristitia angustias facit. Latitudo enim crucis, est in transuerso ligno ubi figuntur manus. Per manus autem opera intelliguntur. Per altitudinem autem crucis cui caput adiungitur, significatur expectatio retributionis de sublimi iustitia Dei. Longitudo autem quae totum corpus extenditur, tolerantiam designat. vnde longanimes dicitur qui tolerant: profundum autem quod terra infixum est, secretum sacramenti praefigurat. Hil. Sic ergo in ligno vitae cunctorum salus & vita suspeditur. vnde dicitur, *Postquam autem crucifixum eum, &c.* Bibl. Hom. tom. 2. M m m Aug.

Aug. de con. euang. Hoc breuiter à Matthæo dictum est. Ioannes autè distinctius explicat quem admodum gestum sit. Milites (inquit) cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius: & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem: & tunicam. Erat autem tunica inconfutilis. Chr. in ho. Notandum ergo quoddam non parua hæc abiectionis Christi erat: quasi enim circa dehonorationem & omnium vilissimum in Christo hoc agebant: in latronibus autem nihil tale operati sunt. Diuidere enim vestimenta in condemnatis valde vilibus & abiectis sit, & nihil aliud habentibus. Hiero. Hoc autem quod circa Christum gestum est, in psal. fuerat prophetatum, & ideo sequitur, *Vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Sequitur, *Et sedem, ser. eum, sicut milites.* Diligentia militum & sacerdotum nobis profuit, vt maior & apertior resurgens virtus appareat. Sequitur, *Et in sa. ca. eius cau. ip. scriptam, Hic est Iesus rex Iudæorum.* Non possum autem dignè admirari pro rei magnitudine quoddam emptis falsis testibus, & ad seditionem, clamoremque infelicis populo concitato, nullam aliam inuenere causam interfectionis eius, nisi quoddam rex Iudæorum esset: & illi forsitan illudetes, ridentesque hoc fecerunt. Rem. Diuinitus autem procuratum fuit, vt talis titulus super caput eius poneretur, vt per hoc Iudæi agnoscerent, quoniam nec etiam occidendo facere potuerunt vt eum regem non haberent. Per mortis enim patibulum non amisit imperium, sed potius corroborauit. Orig. Et princeps quidem sacerdotum, secundum literam legis, portabat in capite suo sanctificationem domini scriptam. Verus autem princeps sacerdotum: & rex Iesus in cruce quiddam habet scriptum, Hic est rex Iudæorum. Ascendens autem ad patrem pro literis, & pro nomine quo nominatur habet ipsum patrem. Rab. Quia enim rex simul & sacerdos est, cum suæ carnis hostiam in altari crucis offerret regis quoque dignitatem, titulus præterdit, qui non infra, sed supra crucem ponitur: quia licet in cruce pro nobis hominis infirmitate dolebat, super crucem tamen regis maiestas fulgebat, quam per crucem non perdidit, sed potius confirmauit. Sequitur, *Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones. vnus à dex. & vnus à sinistris.* Hier. Sicut enim pro nobis maledictus crucis factus est Christus, sic pro omnium salute inter noxios, quasi noxius crucifixus. Leo pa. in ser. de pas. do. Duo autem latrones, vnus ad dextram, & alter ad sinistram crucifiguntur, vt in ipsa patibuli specie, monstraretur illa, quæ in iudicio ipsius omnium hominum est: faciendæ discretio: Passio igitur Christi salutis nostræ continet sacramentum, & de instrumento quod iniquitas Iudæorum parauit ad poenam, potentia redemptoris gradum fecit ad gloriam. Hil. Vel aliter, Duo latrones leuæ ac dextræ affiguntur, omnem humani generis vniuersitatem vocari ad sacramentum passionis domini ostendentes, sed quia per diuersitatem fidelium, ac infidelium, sit omnium secundum dextram sinistramque diuisio, vnus ex duobus ad dextram eius situs, fidei iustificatione saluatur. Rem. Vel per istos duos latrones designantur omnes, qui arctioris vite continentia apprehendunt, quicunque enim sola intentione placendi Deo hoc faciunt, desi-

gnantur per illum qui à dextris Dei crucifixus est, qui verò appetit humanæ laudis, vel aliqua minus digna intentione, designatur per illum, qui à sinistris crucifixus est. *Præterea autè blasphemabant eum mouentes capita, &c.* Chr. in hom. Cum Christum denudarent & crucifixissent, vltra procedunt, & in cruce videntes affixum exprobrant ei. vnde dicitur, *Præterea autem blasphemabant eum, &c.* Hier. Blasphemabant quidem, quia prætergredebantur viam, & in vero itinere scripturarum ambulare volebant. Moueabant autem capita sua, quia iam ante mouerant pedes, & non stabant supra petram. Id ipsum autem insultans dicit fatuus populus quod falli testes confinxerant. vnde sequitur, *Et dicentes, Vab qui deservis templum Dei, &c.* Rem. Vab interiectio est insultantis siue irridentis. Hil. Quid ergo venie erit cum post triduum reedificatum templum Dei, in corporis resurrectione cernetur: Chr. in ho. Vt quasi prioribus signis incipientes detrahere, subiungunt, *Salua tenebris si filius Dei es, descende de cruce.* Chr. in ser. de pas. Sed e contrario quia filius Dei est, ideo non descendit de cruce. Nam ideo venit, vt crucifigeretur pro nobis. Sequitur, *Similiter & principes sacerdotum, &c.* Hier. Etiam nolentes Scribæ & Pharisei cõsententur quod alios saluos fecerit. Itaque vestra vos condemnat sententia: qui enim alios saluos fecit, vniue si velle se ipsum saluare poterat. Sequitur, *Si rex israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei.* Chr. in ser. de pas. do. Considera autem nunc vocem filiorum diaboli, quomodo imitantur vocem paternam. Diabolus enim dicebat, Mitte te deorsum si filius Dei es, & Iudæi dicunt, Si filius Dei es, descende de cruce. Leo pa. De quo erroris fonte Iudæi talium blasphemiarum venena potastis? Quis vobis magister tradidit? quæ doctrina persuasit, quod illum regem israel, illum Dei filium credere deberetis, qui se, aut crucifigi non sineret, aut à confusione clauorum liberum corpus excuteret? Non hoc vobis legis mysteria, aut prophetarum ora cecinerunt. Sed illud verè legistis, Faciem meam non auerti à confusione sputatorum. Et iterum, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Nunquid legistis, Dominus descendit de cruce? sed legistis, Dominus regnauit à ligno. Raba. Si autem tunc de cruce surgeret insultantibus cedens, virtutem nobis patientiæ non demonstraret: sed expectauit paululum, irrisionem sustinuit, qui de cruce surgere noluit, de sepulchro resurrexit. Hieron. Fraudulenta autem est promissio cum addunt, Et credimus ei. Quid enim plus est, de cruce adhuc viuente descendere, an de sepulchro mortuum resurgere? Resurrexit, & non credidistis. Ergo etiam si de cruce descenderet non crederetis. Sed mihi videtur hoc demones immittere: statim enim vt crucifixus est dominus, senserunt virtutem crucis, & intellexerunt fractas vires suas esse, & hoc agunt vt de cruce descendat. Sed dominus sciens aduersariorum insidias permanet in patibulo, vt diabolum destruat. Sequitur, *Confidit in Deo, liberet eum si vult.* Chr. in hom. O iniquitati valde! Nunquid prophetæ & iusti non erant, quia eos non eripuit à periculis Deus? Si aptem illorum gloriæ non obtulit, quod eis pericula indaxisset, multo magis in isto non oportebat vos scandalizari per ea, quæ patitur, quia

semper

semper per ea quæ dixit, hanc vestram remouit suspitionem. Sequitur, *Dixit enim quidam filius Dei sim.* Per quod ostendere volebant eum pari obductoris & erronei caulam, & sicut superbum & vanè gloriantem in his quæ dicebat. Sic ergo non solum Iudæi milites de subus eum deridebant, sed & desuper latrones cum eo crucifixi. vnde sequitur, *Id ipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.* Aug. de con. euang. Potest autem putari Lucas, repugnare ei quod hic dicitur, qui dicit quoddam vnus de latronibus blasphemabat eum, quem alter increpabat: nisi intelligamus Matthæum breuiter restringentem hunc locum, pluralem numerum pro singulari posuisse, sicut in epist. ad Hebr. legitur pluraliter dictum, clausurunt ora Leonum: cum solus Daniel significari intelligatur, Quid autem visitatus quam vt aliquis dicat, En rultus mihi insultant, etiam si vnus insultet? Et sic autem contrarium si Matthæus dixisset ambos latrones conuictos dono. Cum vero dictum est latrones, nec additum est ambo, potuit visitato locutionis modo per pluralem numerum significari. Hiero. Vel potest dici quod primum vterque, scilicet blasphemauerit, deinde sole fugiente, terra cõmota saxisque dirupis: & ingruentibus tenebris vnus credidit in Iesum, & priorem negationem sequenti confessione emendauerit. Chr. in hom. Vt enim non existimes ex quadam cõuenientia id gestum fuisse neque latronem fuisse, qui latro videbatur à cõtumelia, ostendit tibi quoniam etiam in cruce posita latro erat: & inimicus, & repete transmutatus est. Hil. Quid autem latrones ambo conditionem ei passionis exprobrant, vniuersis etiam fidelibus scandalum crucis futurum esse significat. Hiero. Vel in duobus latronibus vterque populus gentium & Iudæorum primò dominum blasphemauit, postea signorum multitudinem alter exterius egit penitentiam, & vsque hodie Iudæos increpat blasphemantes. Orig. Sed & latro qui saluatus est, potest esse mysterium eorum, qui post multas iniquitates crediderunt in Christum. *À sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam, &c.* Chr. in ser. de pas. Non poterat ferre creatura iniuriam creatoris: vnde sol retraxit radios suos, ne videret impiorum facinora. Et ideo dicitur, *À se. au. hor. tenebræ factæ sunt super, &c.* Orig. Ab hoc textu quidam talumphantur euangelicam veritatem. Defectio enim solis à seculo semper fuit in suo tempore facta. Sed defectio solis, quæ secundum consuetudinem temporum ita currentium fieri solet, non in alio tempore sit nisi in conuentu solis, & lune: quando luna subitus currens, solis impedit radios occurrentis ei. In tempore autem quo passus est Christus, manifestum est quoniam conuentus non erat lune: ad solis enim quoniam tempus erat paschale, quod consuetudinis est agere, quando luna plena est. Quidam autem credentium volentes defensionem aliquam inducere, contra hoc dixerunt: quoniam illa defectio solis cõuenienter secundum cætera prodigia nouæ cõtractæ cõsuetudinem facta est. Dion. in epist. ad Poly. Inopinabiliter enim soli lunam incidentem videbamus: non enim erat conuentus temporis, & rursus ipsam à nona hora vsque ad vesperam ad diametrum solis supernaturaliter restitutam. Eclipsim etiam ipsam ex oriente vi-

dimus inchoatam, & vsque ad solarem terminum venientem, postea regredientem, & rursus nõ ex eodem & defectum & repugnationem, sed e contrario secundum diametrum factam. Chr. in ho. Tribus etiam horis tenebræ permanerunt cum eclipsis in momento transear: non enim habet moram vt sciunt illi qui considerauerunt. Orig. Sed aduersus hoc filij huius seculi dicunt, Quomodo hoc factum tam mirabile, nemo Græcorum, aut Barbarorum scripsit eorum qui notauerunt, si quid tale nouum factum est aliquando? Et Phlegon quidam in Chronicis suis scripsit, in principatu Tyberij Cæsaris factum, sed non signauit in luna plena: Arbitror ergo, sicut cætera signa quæ facta sunt in passione ipsius, scilicet velum scissum, & terra tremuit, &c. Hierusalem tantummodo facta sunt. Aut si latius voluerit quis extendere ad terram Iudæam, sicut in j. lib. Reg. dixit Abdias ad Eliam, Viuit Deus tuus, si est gens aut regnum, vbi nõ misit dominus meus querere te: ostendens quoniam satis eum in gentibus quaesierat circa Iudæam. Est autem consequens intelligere quasdam tenebrosissimas nubes & multas & magnas cõcurrisse super Hierusalem & terram Iudææ. Et ideo factæ sunt tenebræ profundæ à sexta hora vsque ad nonam. Duæ enim creaturæ in sexta die factæ fuisse intelliguntur, ante sextam quidem, animalia: in sexta autem homo: & ideo conueniebat pro salute hominis morientem in hora sexta suspendi, & à sexta hora propter hoc tenebras fuisse factas super omnem terram vsque ad nonam. Et sicut Moyses manus extendente in caelum, factæ sunt tenebræ super Aegyptios, seruos Dei tenentes in seruitute, similiter & Christo in sexta hora manus extendente in cruce ad caelum super populum qui clamauerat, Crucifige eum, factæ sunt tenebræ, & ab omni lumine super primati, in signum futurarum tenebrarum, quæ cõprehensuræ erant gentem Iudæam. Item sub Moyse factæ sunt tenebræ super omnem terram Aegypti tribus diebus, omnibus autem filiis israel erat lumen. Sub Christo autem factæ sunt tenebræ super omnem Iudæam tribus horis, quoniam propter peccata sua primati sunt à lumine Dei patris & à splendore Christi, & ab illuminatione spiritus sancti. Lumen autem fuit super omnem reliquam terram, quod vbiq; illuminat omnem ecclesiam Dei in Christo: Erã vsque ad horam nonam tenebræ factæ fuerunt super Iudæam, manifestum est quoniam iterum eis lumen resurrexit, quia cum plenitudo gentium intrasset, tunc omnis israel saluus fiet. Chr. in hom. Vel aliter, Hoc aduersarij erant, quod in omnem terram tenebræ factæ sunt, quod nunquam prius contigerat: In Aegypto enim solus tenebræ factæ sunt, quando pascha perficiendum erat: quæ enim tunc agebantur, horum typus erant. Et intueri quoddam sunt tenebræ in media die, quando vbiq; terrarum dies erat, vt omnes qui habitabant terram, hoc miraculum cognoscerent. Hoc autem est signum quod penitentibus promittebat dare, dicens: Generatio praua & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ, crucem signans & resurrectionem. Etenim multo mirabilius est in eo qui crucifixus erat hoc fieri, quam ambulante eo super terram. Hoc autem sufficiens erat eos conuertere, non solū magnitudinè miraculi, sed quia hoc gestum

Bib. Hom. tom. 2. M m m 2 est

est postquam omnia locuti fuerant quæ vole-
rant, & satietatem acceperant contumeliarum.
Qualiter autem nõ admirati sunt vniuersi, neque
æstimauerunt eum esse Deum? quia, scilicet ho-
minum genus tunc multa malitia, & desidia de-
tinebatur, & hoc miraculum factum, confestim
transiit & non mouerant, quæ esset causa eius
quod gerebatur. Et propter hoc ipse postea lo-
quitur vt ostendat se viuere, & quod ipse hoc
miraculum fecit. vnde sequitur, *Et circa horam no-
nam clamauit Iesus voce magna dicens, Ely, Ely, lamaz-
abathani, hoc est: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliqui-
sti me?* Hier. Principio vicesimi primi Psal. versus
est. Illud verò quod est in medio versiculi, *Respi-
ce in me, superfluum est.* Legitur enim in Hebræo,
Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?
Ergo impij sunt qui Psal. ex persona David, siue
Hester, & Mardochei dictum putant, cum etiam
euangelistæ testimonio ex ea sumpta super salua-
tore intelligantur, vt est illud, Diuiserunt sibi ve-
stimenta mea, & foderunt manus meas. Chryl. in
hom. Ideo autem emisit prophetica vocem, vt
vique ad vltimam horam testimonium perhibeat
vet. test. & vt videant quoniam honorat patrem
& non est Deo cõtrarius: & ideo Hebraicam vo-
cẽ emisit, vt eis fieret cognita & manifesta. Orige.
Requendum est autem, quid est quod à Deo de-
relictus est Christus. Et quidam quia non possunt
exponere, derelinqui Christum à Deo dicunt,
quod per humilitatem dicitur esse. Sed manifestè
intelligere poteris quid sit quod dicit, faciens
comparationem gloriæ illius quam habuit apud
patrem ad confusionem quam contemnens su-
stinuit crucem. Hilari. Per hanc autem verba inge-
nia contendunt heretica, quod aut defecisse om-
nino Deum verbum in animam corporis voluit,
dum corpus officio animæ viuificat, aut omnino
nec fuerit Christus homo natus, quia in eo Dei
verbum modo spiritus habitauerit prophetalis,
quasi Iesus Christus animæ solû & corporis ho-
mo communis: hoc habet sui exordium, quo esse
cepit homo, qui nunc à Dei verbo cõtracta rur-
sum protectione desertus clamat, Deus meus,
quare me dereliquisti? Vel certè in anima verbi
natura mutata, paterno Christus in omnibus
vltus auxilio, nunc inops eius, mortique permisus
solitudinem suam conqueratur, relinquenteque
se arguat. Sed inter has impias infirmasque
sententias ecclesiæ fides imbuta apostolicis do-
ctrinis, nõ patitur Iesum Christum ne filius Dei,
non & filius hominis intelligatur. Nam querela
derelicti mortis infirmitas est, promissio autem
paradisii viuientis Dei regnum est. Habes in con-
trarietate ad mortem relictum se esse, quia homo
est, habes eum qui moritur proficentem se in pa-
radiso regnare, quia Deus est. Non ergo mireris
verborum humilitatem & querimonias derelicti:
cum formam serui sciens, scadalum crucis videas.
Glos. Dicitur autem Deus eum deseruisse in mor-
te, quia potestati prosequendum eum exposuit
subtraxit enim protectionem, sed nõ soluit vnio-
nem. Orige. Postquam autem vidit super omnem
terram Iudæam tenebras, hoc, dixit, ostendere vo-
lens. Dereliquisti me pater, id est, talibus exina-
nitum calamitatibus tradidisti vt populus qui
fuerat apud te honoratus, recipiat quæ in me au-
sum est, vt priuatur à lumine tuæ prospectio-
nis, sed & pro salute gentium dereliquisti me. Quid

autem tam bonum fecerunt qui ex gentibus cre-
diderunt, vt pretioso sanguine super terram effu-
so pro eis eruerem eos à maligno? Aut quid tale
dignum facturi sunt homines pro quibus patior
ista? Forsitan autem videns peccata hominum
pro quibus patiebar, dixit, *Quare me dereli-
quisti?* vt fierem quasi qui colligit stipulam in
messa, & racemos in vindemia. Non autem
æstimes humano more saluatorem ista dixisse
propter calamitatem quæ comprehendat eum in
cruce. Si enim ita acceperis, non audies magnam
vocem eius qui ostendit aliquid esse magnum
absconditum. Rab. Vel saluator hoc dixit, nostros
circumferens motus: qui in periculis posi-
ti à Deo deserti nos putamus. Humana enim
natura propter peccatum à Deo fuerat dereli-
cta, sed quia filius Dei factus est noster aduoca-
tus, quorum suscepit culpam, deplorat miseriam:
in quo ostendit quantum flere debeant qui pec-
cant, quando sic fleuit qui nunquam peccauit.
Sequitur, *Quidam autem illic stantes & audientes di-
cebant, Eliam vocat iste.* Hiero. Non omnes, sed qui-
dam quos arbitror milites fuisse Romanos: non
intelligentes Hebraici sermonis proprietatem, sed
ex eo quod dicit, Ely, Ely, putant Eliam ab eo in-
uocatum. Sinautem Iudæos qui hoc dixerint in-
telligere voluerimus, hoc more sibi solito fecisse,
vt dominum imbecillitatis infamet, qui Eliæ au-
xilium deprecetur. Sequitur, *Et continuo currens
vnus ex eis, accepit spongiam, &c.* August. in ser. de
pas. Sic ergo propinator fontium potatur aceto,
mellis dator cibatur felle, flagellatur remisso,
condemnatur venia, illud dicitur maiestas, ridetur
virtus, profunditur largitor imbrium sputis. Hil.
Est autem acetum, vinum quod per vitium, aut
incuria aut vasis acies. Vinum autem est honor
immortalitatis aut virtus. Cum igitur in Adam
coacuisset, ipse accepit & potauit ex generibus. In
calamo enim & spongia, vt potaret, offertur, id
est, ex corporibus gentium in se ad communio-
nem immortalitatis ea quæ in nobis erant vitata
transfudit. Rem. Vel aliter, Iudæi acetum erant
degenerantes à vino patriarcharum & propheta-
rum, habebant fraudulenta corda, quasi spongiam
cauerositas atque tortuositas latibulis. Per arundinem
designatur facta scriptura quæ in hoc facto
implebatur, sicut enim lingua Hebræa vel Græca
dicitur loquela, quæ fit per linguam: sic & arundo
dici potest litera vel scriptura quæ in hoc facto
implebatur, quæ fit per arundinem. Orige. Et for-
sitan quicumque secundum doctrinam ecclesia-
sticam sapiunt, viuunt autem malè, dant ei vinum
bibere felle permixtum. Qui autem alienas à ve-
ritate sententias applicant Christo, quasi eas di-
centi, hi spongiam implentes aceto imponunt
calamo scripturæ: & offerunt ori eius. Sequitur,
*Ceteri verò dicebant, Sine, videamus an veniat Elias
liberans eum.* Raban. Quia enim milites præue-
sonum vocis dominicæ intelligebant, ideo ina-
niter aduentum Eliæ expectabant. Deum ergo
quem saluator Hebraico sermone inuoca-
bat, inseparabiliter semper secum habebat. Au-
gustinus in ser. de pas. Cum ergo nihil iam Chris-
to restaret ex pœnis, mors moratur, quia sumum
esse ibi nihil sentit. Suspecta est vetustati noui-
tas. Hunc primum, hunc solum vidit homi-
nem peccati nescium, noxa liberum, juris sui
legibus nihil debentem. Accedit tamen con-
fœderata

facta etata Iudaico morsurori, & desperata vita
inuadit aurorem. vnde sequitur, *Iesus autem ite-
rino clamauit voce magna, emisit spiritum.* Quare au-
tem displicet, si Christus de sinu patris ad no-
stram securitatem venit, vt nos suæ redderet libera-
ti: nostram mortem suscepit, vt nos eius morte
liberemur, quando nos despectu mortis mortales
in deos retulit, terrenos caelestibus æstimauit.
Quantum enim diuina virtus operum contem-
platione lucebat, tantum pari pro subiectis, pro ser-
uis mori in signe est charitatis immensæ. Ergo hæc
prima causa est dominicæ passionis, sciri voluit
quantum amaret hominẽ Deus, qui plus amari vo-
luit quam timeri. Secunda causa est, vt sententiam
mortis, quam iuste de deat, iustias aboleret. Quia
nãque primus homo ad iudicãtẽ Deo de reatu in-
currerat mortẽ, & eã transmittit ad posteros: ve-
nit de caelo secutus homo peccata nescius, vt
mors dãnaretur, quæ rapere iudicãtẽ in nocentia
ipsum inuadere presumpsit autorem. Nec miran-
dum est si pro nobis posuit quod suscepit à no-
bis, scilicet animam qui propter nos fecit: tanta
& talia largitus est nobis. Aug. cõtra Felicianũ.
Abstulit enim à fidelibus ista suspicio, vt sic Chris-
tus senserit mortem nostram, vt quantum in se
est vita, perdat vitam. Nam si hoc ita esset, quo-
modo illo triduo potuisset dicimus, nisi quid viuere,
si vitæ fons dicitur aruisse? Sensit igitur mor-
tem deitas Christi participations humana, siue
humani affectus quem sponta susceperat, non natu-
ræ suæ potentiam perdidit, per quam cuncta
viuificat. In morte enim nostra sine dubio desit-
tutum corpus vita animam nostram non perimit,
dum discens anima non vim suam perdit, sed
quod viuificauerat hoc dimittit, & quantum in
se est alterius mortem facit, ipsa non recipit. De
saluatoris nunc anima dicemus, qui vt nõ dicam
propter inhabitantem diuinitatem, & propter
institiam singulatẽ, certè propter communem
moriendi sortem corpus illo triduo sic potuit de-
ferere, vt ipsa non posset penitus interire. Credo
enim Dei filium mortuũ esse non secundum pœ-
nam iniustitiæ, quam ex toto non habuit, sed se-
cundum legem naturæ, quam pro humani gene-
ris redemptio suscepit. Damasc. Et si tamen mor-
tus est vt homo, & sancta eius anima ab incon-
taminato diuisa est corpore, sed tamen deitas in-
separabilis ab vtrisque permansit, ab anima dico
& corpore. Et neque vna ita hypostasis in duas
diuisa est. Corpus enim & anima sicut à princi-
pio in verbi hypostasi habuerunt existentia etiam
in morte. Neque enim anima, neque corpus pro-
prium habuerunt hypostasim, præter hypostasim
verbi. Hiero. Diuinæ autem potestatis indicium
est emitte spiritum, & ipse quoque dixerat, Ne-
mo potest tollere animam meam à me, sed ego
pono eam, & iterum sumo eam. Spiritum enim
in hoc loco pro anima intelligamus. Sed quod
vitalè aut spirituale corpus faciat, seu quod ipsius
animæ substantia spiritus sit, iuxta id quod scri-
ptum est, Auferes spiritum eorum & deficient.
Chryl. in hom. Propter hoc autem & voce magna
clamauit, vt ostendatur quoniam secundum eius
potestatem id geritur. Per hoc enim quod mor-
tiens vocem emisit magnam, apertissimè se, ver-
um Deum esse ostendit, quoniam homines cum
moriuntur, vix tenuem vocem emitte possunt.
Aug. de con. euang. Quid autem voce magna di-

xit, Lucas declarat: dixit enim, clamans Iesus
voce magna ait, Pater in manus tuas commendo
spiritum meum. Hilari. Vel spiritum cum clamo-
re magna vocis emisit, dolens non se omnia pec-
cata portare. *Et ecce velum templi scissum est in duas
partes à summo vsque deorsum, &c.* Orige. Magna fa-
cta sunt: ex eo quod magna voce clamauit Iesus,
vnde sequitur, *Et ecce velum templi scissum est, &c.*
Aug. de con. euang. In quo satis ostendit tunc esse
fissum, cum emisit spiritum. Si autem non addi-
disset, *Et ecce!* & simpliciter dixisset, Et velũ tem-
pli scissum est: in certum esse verum ipse & Mar-
cus hoc recapitulando commemorassent. Lucas
autem ordinem tenuisset, qui tunc dixisset: Sol
obscuratus est, & cetera, nõ fuisset videndum æstimauit:
Et velum templi scissum est. At Lucas recapitula-
uisset, quod illi ordine posuissent. Orige. Duo
autem fuisse velum intelligitur, vinum quod velat
sancta sanctorum, aliud exterius siue tabernacu-
li siue templi. In passione ergo domini saluatoris,
velum quod erat à fons consilium est à fissum
vsque deorsum, vt ab initio mundi vsque ad si-
nem consilio velamine mysteria publicentur,
quæ vsque ad aduentum domini rationabiliter
fuerunt occultata. Cum autem venisset quod per-
fectum est, tunc auferetur secundum velum, vt vi-
deamus etiam quæ interioris sunt occulta, scilicet
veram arcam testamenti, & sicut ipsa se habet
natura, videamus cherubin & alia. Hilari. Vel ideo
velum templi scinditur, quia exinde populus est
diuisus in partes, & veli honor cõtra custodia an-
geli protegentis auferatur. Leo pã. in sermone de
passione. Est autem ad testimonium venerandæ
passionis sufficiens signum, elementorum inor-
dinata turbatio. vnde sequitur, Et tertia mota est,
& petra, &c. Hiero. Nulli enim dubium est quid
significet iuxta literam magnitudo signorum, vt
crucifixum dominũ suum & calum & terra om-
nia demonstrarent. Hilari. Mouetur terra, quia ca-
pax huius mortis esse non poterat: petra scilicet
sunt, omnia enim valida & fortia penetrans Dei
verbum & potestas æternæ virtutis irruerat. Et
monumenta aperta sunt, erant enim mortis clau-
sura referata. Sequitur, *Et multa cor. sanc. qui dor. sur.*
Illuminans enim mortis tenebras, & inferorum
obscura collustrans mortis spolia detrahat. Chri-
in hom. Ipse quidem in cruce manente, eum irri-
dentes dicebant: Alios saluos fecit, seipsum nõ
potest saluum facere, & quod in se facere noluit,
in seruatorum corporibus cum multa superabun-
dantia demonstrauit. Stenim quãtriduanum La-
zarum exurgere magnum fuit; multo magis eos
repente qui olim dormierant apparere viuentes,
quod futuræ resurrectionis erat indicium, vt au-
tem non putaretur esse phantasma quod factum
est, euangelista subiungit, *Et ecce de mon. post resur.*
eius ve. in san. ci. & appa. mul. Hiero. Quomodo au-
tem Lazarus mortuus resurrexit, & sic multa cor-
pora sanctorum resurrexerunt, vt dominũ osten-
derent resurgentem, & tamen eum monumenta
aperta sunt, non ante resurrexerunt, quàm resur-
geret dominus vt esset primogenitus resurrectionis
ex mortuis: sanctam autem ciuitatem in qua
vlti sunt resurgentes, aut Hierusalem caelestem
intelligamus, aut hanc terrẽnam quæ ante san-
cta fuerat, sancta enim appellabatur ciuitas Hieru-
salem, propter templum & sancta sanctorum,
& ob distinctionem ab arum vrbium, in quibus
Bibl. Hom. tom. 2. M m m 3 idola

idola colebantur. Quanto verò dicitur, *Appa-
multis*, ostenditur non generalis fuisse resurrectio,
quæ omnibus appareret: sed specialis ad pluri-
mos, ut hi viderent qui cernere merebantur. Re-
mini. Quereret autem aliquis quid de illis factum sit
qui resurgente domino resurrexerunt. Creden-
dum quippe est quoniam ideo resurrexerunt, ut
testes essent dominicæ resurrectionis, Quidam
autem dixerunt quod iterum mortui sunt, & in
cinerem cõuerfi, sicut & Lazarus & ceteri quos
dominus suscitauit. Sed istorum dictis nullo mo-
do est fides accommodanda, quoniam maius il-
lis esset tormentum qui surrexerunt, si iterum
mortui essent, quam si non resurgerent. Incun-
tanter ergo credere debemus, quia qui resur-
gente domino à mortuis resurrexerunt, ascendē-
te eo ad cælos & ipsi pariter ascenderunt. Orige-
ne. Semper autem hic eadem magna quotidie sunt,
velum enim templi ad reuelandum quæ intus
habentur, scinditur sanctis. Terra etiam moue-
tur, id est omnis caro nouo verbo & nouis rebus
secundum nouum testamentum. Petræ autem
scinduntur, quia mysterium fuerunt prophetarum,
ut in profundis eorum posita spiritualia my-
steria videamus. Monumenta autem, dicuntur
corpora peccatricum animarum, id est mortua-
rum Deo, cum autem per gratiam Dei animæ hu-
iusmodi fuerint suscitata, corpora eorum quæ
prius fuerunt monumenta, fiunt corpora sancto-
rum, & videntur à seipsis exire, & sequuntur eum
qui surrexerit, & in nouitate vitæ ambulant cum
eo. Et qui digni sunt habere cõuersationem in
cælis, ingrediuntur in sanctam ciuitatem per sin-
gula tempora, & apparent multis vidētibus ope-
ra bona ipsorum. Sequitur, *Centurio autem qui
cum eo. c. c. i. Te. viso terram. & his qua sic. ti. val. di. ve.
filius Dei erat iste.* Aug. de con. euan. Non est con-
trarium quod Martheus viso terramotum dicit
admiratum Centurionem & eos qui cum eo erant,
cum Lucas dicat hoc admiratum, quod emissa
magna voce expirasset. In eo enim quod Mar-
theus non solum dixit: *Viso terra motu*, sed etiam
addidit: *His qua fiebant*, integrum locum fuisse de-
monstrauit Lucæ, ut diceret. Centurionem ip-
sam domini mortem fuisse miratum, quia & hoc
inter illa est quæ tunc mirabiliter facta erant. Hic.
Ex hoc considerandum quod Centurio in ipso
scandalo passionis verè Dei filium confiteatur, &
Arius in ecclesia prædicet creaturam. Raba. Vn-
de merito per Centurionem fides ecclesiæ desi-
gnatur: quæ verò mysteriorum cælestium per mor-
tem domini referat continuo Iesum & verè ius-
tum hominem & verè Dei filium synagoga ta-
cente confirmat. Leo pa. in ser. de pas. Exemplo
igitur Centurionis contremiscat in redemptoris
sui supplicio terrena substantia, rumpantur infi-
delium mentium petræ, & qui mortalitatis gra-
uabantur sepulchris, discussa obstaculorum mo-
ta profiliant, appareant nunc quoque in ciuitate
sancta, id est ecclesia Dei futuræ resurrectionis
indicia, & quod credendum est in corporibus
fiat in cordibus. Sequitur, *Erant autem ibi mul-
tæ. Hierony.* Consuetudinis enim Iudaicæ
fuit, nec ducebatur in culpam mortis gentis anti-
quæ, ut mulieres de substantia sua vicium atque
vestitum præceptoribus ministrarent. hoc quia
scandalum facere poterat in gentibus, Paulus so-
abiecit memorat. Ministrabant autem domino

de substantia sua, ut meteret illarum carnalia e-
ius illæ merebantur spiritualia, non quia indigebat
cibus dominus creaturaturis: sed ut typus ostenderet
magistrorum, quia victu atque vestitu ex discipulis
deberent esse cõtenti. Sed videamus quales comi-
tes habuerit. Sequitur enim: *Inter quas erat Maria
Mag. iac. & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.*
Orige. Apud Marcum autem tertia illa Salome
appellatur. Chr. in ho. Hæ autem mulieres conti-
derabant quæ gerebatur, quæ maxime erant con-
passibiles, & quæ sequebantur ministrantes vsque
ad periculosa affuerunt, maximam fortitudinem
ostendentes, quia cum discipali fugerunt, ipse af-
fuerunt. Hiero. con. Helui. Ecce inquit Heluidius
Iacobus & Ioseph sunt filij Mariæ matris domini,
quos Iudæi appellauerunt fratres Christi. Dicit
autem Iacobi minoris ad distinctionem Iacobi
maioris, qui erat filius Zebedæi. Impium enim
dicit esse Helui. hoc sentire de Mariæ matris alia
femina: ibi fuerint matrem eius abesse dicamus,
aut alteram esse Mariam nescio. quam conginga-
mus; præsertim cum euangelium Ioannis referat
eam illic fuisse presentem. O furor cæcus & in pro-
prium exitum mens vana, audi quid Ioan. enā.
dicat, Stabant iuxta crucem Iesu mater & soror
matris eius Mariæ Cleophe & Maria Mag. Nulli
dubium est duos fuisse apostolos Iacobi nuncu-
ptos vocabulo, Iacobum Zebedæi, & Iacobum
Alphæi. Ille autem nescio quis minor Iacobus
quem Mariæ filium scriptura commemorat. Si
apostolus est, Alphæi filius erit: si non est aposto-
lus, sed tertius, nescio quis Iacobus quomodo
putandus est frater domini, & quomodo tertius
ad distinctionem maioris, minor appellabitur,
cum maior & minor non inter tres, sed inter duos
soleat præbere distantiam, & frater domini apo-
stolus sit, Paulo dicente. Alium apostolum vidj
neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Ne au-
tem hunc Iacobum putes filium Zebedæi, lege
Actus apostolorum, iam ab Herode fuerat inter-
emptus. Restat conclusio ut Maria ista quæ Iaco-
bi minoris scribitur mater, fuerit vxor Alphæi,
& soror Mariæ matris domini, quam Mariam
Cleophe Ioan. euang. commemorat. Si autem in-
de tibi alia atque alia videtur, quod alibi dicitur
Maria Iacobi minoris mater, & alibi Maria Cleo-
phe: discas scripturæ cõsuetudinem eundem ho-
minem diuersis nominibus appellari, sicut Ra-
guel socer Moysi latio dicitur: Et similiter dicitur
Matia Cleophe vxor Alphæi: hæc eadem di-
cta est Maria mater Iacobi minoris: quæ si mater
esset domini, magis eam ut in omnibus locis ma-
trem alterius voluisset intelligi. verum & si alia
fuerit Maria Cleophe, & alia Maria Iacobi & Io-
seph mater: hoc tamen constat non eandem Ma-
riam Iacobi & Ioseph esse quam matrem domi-
ni. Aug. de con. euan. Possemus autem dicere alias
mulieres à longè, ut tres euangelistæ dicunt, &
alias iuxta crucem fuisse, ut Ioannes dicit, vbi
Matthæus & Lucas Mariam Magdalenam nomi-
nauerunt inter stantes longè, quam scilicet Ioan-
nes nominauit inter stantes iuxta crucem. Quo-
modo autem hoc intelligitur, nisi quia eo inter-
uallo erant, ut & iuxta dici possent quia in con-
spectu eius præstiterant, & à longè in compa-
rati one turbæ propinquius circumstantis cū Cen-
turione & militibus? Possimus etiam intelligere
quod illæ quæ simul aderant cum matre domi-
ni,

ni, postquam eam discipulo commendauit, abite
iam cœperant, ut à densitate turbæ se exuerent,
& cetera quæ facta sunt longius intuerentur, ut
euangelistæ qui post mortem domini eas com-
memorauerunt, & longè stantes commemorent.
Cum autem sero factum esset, venit quidam homo diues
ab Arimathia, nomine Ioseph, &c. Gl. Postquam euā-
gelista retulerat ordinem dominicæ passionis &
mortem, nunc agit de eius sepultura, dicens: *Cum
autem sero factum esset, &c.* Remig. Arimathia au-
tem ipsa est & Ramatha ciuitas Helcanæ & Sa-
muclis, quæ sita est in regione Chananitica iuxta
Diospolim. Ille autem Ioseph secundum seculi
statum magnæ fuit dignitatis. Sed multo maioris
meriti apud Deum fuisse laudatur: siquidem ius-
tus fuisse describitur. Decebat quippe eum ta-
lem existere qui corpus domini sepeliret quate-
nus per iustitiam meritorum dignus esset tali of-
ficio. Hier. Diues autem referunt non de iactantia
scriptoris, quo virum nobilem atque ditissimum
referat Iesum fuisse discipulum, sed ut ostendat cau-
sam quare à Pilato corpus Christi poruerit im-
petrate. Sequitur, *Hic accepit ad Pila. & pe. corpus Iesh.*
Pauperes enim & ignoti non essent ausi ad Pila-
tum præsidem Romanæ potestatis accedere, &
crucifixi corpus impetrare. In alio autem euange-
lio Ioseph iste Balites appellatur, id est consilia-
rius, & de ipso quidam putant primum psalmum
fuisse compositum: Beatus vir qui non abiit in
consilio impiorum, &c. Chry. in hom. Inspice au-
tem huius viri fortitudinem: in mortis enim pe-
riculum se tradidit, inimicitias omnes assumens
propter beneuolentiam Christi, & non solum an-
det corpus Christi petere, sed & sepelire. vnde se-
quitur, *Et accepit. Io. in u. l. in synd. munda.* Hieron.
Ex simplici sepultura domini ambitio diuitem
condemnatur: qui nec in tumultis quidem pos-
sunt carere diuitiis. Possimus autem iuxta in tel-
ligentiam spirituale & hoc sentire, quod cor-
pus domini non auro, non gemmis, non serico,
sed linteamine puro obuoluendū sit, quanquam
& hoc significet quod ille in syndone munda in-
uoluit Iesum, qui pura mente eum suscepit.
Remig. Vel aliter, Quia syndon lineus pannus
est: lino autem ex terra procreatur, & cum ma-
gno labore ad candorem perducitur, designatur
quia corpus illius quod ex terra, id est, ex virgine
sumptum est, per laborem passionis peruenit ad
candorem immortalitatis. Raba. Hinc etiam ec-
clesiæ mos obtinuit ut sacrificium altaris non se-
rico, neque in panno tincto, sed in lino terreno
celebretur, ut à beato Syluestro legitur esse sta-
tutum. Sequitur, *Et po. illud in mo. suo no. quod exci-
derat in petra.* Aug. in sermone de Sabbaro sancto.
Ideo autem saluator in aliena sepultura ponitur,
quia pro aliorum moriebatur salute: ut quid er-
go in propria sepultura, qui in se morte propria
non habebat: ut quid illi tumultus in terris, cu-
ius sedes manebat in cælis? ut quid illi sepultura
propria, qui tridui tantum temporis spatium in se-
pulchro non tam mortuus iacuit, quam velut in
lectulo conieuit? Sepulchrum autem mortis
est habitaculum. Necessarium ergo non erat mor-
tis habitaculum Christo, quia vita est, nec opus
habebat semper viuens habitaculo defunctorum.
Hiero. In nouo autem ponitur monumento, ne
post resurrectionem ceteris corporibus remanen-
tibus surrexisse alius fingetur. Potest autem &

nouum sepulchrum Mariæ virginalem veterum
demonstrare. In monumento autem exciso in pe-
tra conditus est, ne si ex multis lapidibus adifica-
tum fuisset suffolis tumuli fundamentis ablatum
furto diceretur. Aug. in ser. de sab. sancto. Si etiam
sepulchrum fuisset in terra, dicere poterant: sus-
foderunt terram & furati sunt eum. Si fuisset la-
pis paruulus superpositus, dicere poterant, dor-
mientibus nobis tulerunt eum: vnde sequitur, *Et
aduol. sax. ma. ad. osti. monu. & abier.* Hier. Saxum enim
magnum appositum ostendit, non abique auxi-
lio plurimorum sepulchrum potuisse referari. Hila.
Mythicè autem Ioseph apostolorum habet speciem,
hic in munda syndone corpus inuoluit, & qui-
dem in hoc eodem linteo reperimus de cælo ad
Petrum vniuersorum animantium genera sub-
missa: ex quo intelligitur sub linteo illius nomine
consepeliri Christo ecclesiam. Domini ergo cor-
pus inferitur in vacuum & nouam requiem lapi-
dis excisi, quia per apostolorum doctrinam impe-
tus duritiæ gentilis quodam doctrinæ opere exci-
sum Christus inferitur, rudes, scilicet ac nouum,
& nullo antea ingressu timore Dei peruium, &
quia nihil præter eum oporteat in pectora nostra
penetrare: lapis ostio aduoluitur, quia nullus an-
tea in nos diuine cognitionis auror fuerat illatus,
nullus absque eo postea inferatur. Orig. Non au-
tem fortuito scriptum est, quoniam inuoluit cor-
pus in syndone munda & posuit in monumento
nouo, & quod aduoluit lapidem magnum: quo-
niam omnia quæ sunt circa corpus Iesu munda
sunt, & noua & omnia magna valde. Remig. Post-
quam autem corpus domini sepultum est, ceteris
ad propria remeantibus, solæ mulieres quæ cum
arctius amauerunt, perseverauerunt, & diligent
cura notauerunt locum, in quo corpus domini
poneretur, quatenus congruo tempore munus
sua denotionis ei offerret, & ideo sequitur: *Erant
autem ibi Mar. Magdal. &c.* Origen. Mater autem fi-
liorum Zebedæi non scribitur sedere contra se-
pulchrum, forsitan enim vsque ad crucem perue-
nire potuit. Iste autem quali maiores in charita-
te neque his quæ postea gesta sunt desuerunt.
Hieron. Vel ceteris relinquentibus dominum
mulieres in officio perseverant, expectantes quod
promiserat Iesus. Et ideo meruerunt videre re-
surrectionem, quia qui perseverauerit vsque in
finem, hic saluus erit. Remig. Quod vsque hodie
sanctæ mulieres id est humiles animæ sanctorum
in hoc seculo faciunt, & pia curiositate attendunt
quemadmodum passio Christi completa sit. *Al-
tera autem die qua est post pascheven, conuenerunt prin-
cipes sacerdotum.* Hiero. in hom. Non sufficerat
principibus sacerdotum crucifixisse dominum
saluatorem, nisi sepulchrum eius uiderent, & quan-
tum in illis est, manus imponeret resurgenti: vnde
dicitur, *Altera autem die, qua est post pascheven,*
&c. Raban. Pascheve dicitur præparatio: hoc
nomine vocatur sexta sabbati, in qua præparabatur
necessaria sabbato, ut de manna dictum est, Sexta
die colligitis duplum quia enim sexta die factus
est homo, in septima die requieuit Deus. Ideo sex-
to die Iesus pro homine moritur, & in sabbato
quieuit in sepulchro. Hiero. Principes autem sa-
cerdotum licet immensum facinus in nece domi-
ni perpetraverint, tamen non sufficit eis, nisi etiā
post mortem eius conceptæ nequitia vim exer-
ceant, famam eius lacerantes: & quem innocen-

rem sciebant, seductorem vocant: unde dicunt, *Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit, &c.* Sicut autem Cayphas ignorans ante prophetauerat, dicens: Expedi vnum hominem mori pro populo & non tota gens pereat, sic & modò: Seductor enim erat Christus: non à veritate in errorem mittens, sed à falsitate in veritatem, à vitiis ad virtutes, à morte ad vitam dicens. Remig. Ex hoc autem dicunt eum dixisse quod post tres dies resurgat, quia dixerat: Sicut fuit Ionas tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti, &c. Sed videndum quomodo post tres dies resurrexit. Nonnulli voluerunt tres horas tenebrarum vnam intelligi noctem, & lucem quæ secuta est tenebras diem, sed hi vim figuratæ locutionis ignorauerunt. Figuratè enim sexta feria qua passus est, comprehendit noctem præcedentem. Sequitur autem nox sabbati cum suo die: mox verò dominici dici comprehendit suum diem, ac per hoc verum est quod post triduum resurrexit. Aug. in ser. de pas. Ideo autem post tres dies resurrexit, vt in passione filij totius trinitatis monstraretur assensus. Triduum enim legitur in figura, quia trinitas quæ in principio fecerat hominè, ipsa in fine hominem per Christi reparat passionem. Sequitur, *Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in tertium diem.* Rab. Discipuli enim Christi fures spiritualiter erant, quia ab ingratu Iudæis scripta noui & veteris testamenti ablata in vsum ecclesiæ conferebant, & saluatorem qui eis promissus fuerat illis nocte dormientibus, hoc est, infidelitate torpentibus, abstulerunt gentibus credendum tradentes. Hilar. Metus furandi corporis & sepulchri custodia atque obsequio, stultitiæ atque infidelitatis testimonium est, quod signare sepulchrum eius voluerunt, cuius præcepto conplexissent de sepulchro mortuum suscitatum. Raban. In hoc autem quod dicunt, *Et erit nouissimus error peior priore:* ignoranter verum dicunt. Peior enim fuit contemptus poenitentiae in Iudæis, quam error ignorantiae. Chrys. in homil. Vide etiam qualiter nolentes concertant ad demonstrandam veritatem: irrefragabilis enim demonstratio resurrectionis facta est per ea, quæ præterdiderunt: quia enim custoditum est sepulchrum nulla fraus facta est. Si autem fraus facta non est, manifestè & irrefragabiliter dominus surrexit. Quid autem Pilatus respondit subiungitur, *Aut illis Pilatus, habetis custodiam. Ite custodite sicut scitis.* Raban. Quasi dicat, Sufficiat vobis quod cõsensu in necem innocentis, de cætero vester error vobiscum permaneat. Sequitur, *illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodiibus.* Chrys. in homil. Non autem permittit Pilatus solos milites sigillare: si enim soli milites sigillassent, possent dicere, quoniam milites permiserunt quod discipuli corpus domini furarentur, & ita resurrectionis infringere fidem: nunc hoc dicere non possunt, cum ipsimet sepulchrum sigillassent.

ORIGENIS PRESBYT. eiusdem Euang. expositio.

Ex Hom. 35. in Matth. **S**I ergo etiam hora fuerat definita secundum quod diximus, vt non traderetur ante omnem doctrinam, quomodo nõ magis & dies fuerat definitus, vt pascha nostrum Christus immolaretur,

diffoluens Iudaicum pascha, & tradens secundum nouum testamentum discipulis suis? Oportebat etiam mensẽ esse definitum pascha. Ego autem puto etiam annum, de quo & Propheta dicebat, Prædicare annum domini acceptum, & diem salutis. Prædicat ergo discipulis suis præmuniens eos, vt ne priusquam audiant quæ fuerant euentura, subito videntes traditi ad crucem magisterium, obstupescant pauore propter passionem domino accidentem. Ideo dixit eis: *Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ad crucifigendum.* Non autem sicut arbitrabantur quidam hoc dicere vult, quia post biduum pascha dies aduenit, sed quia post biduum nouum pascha fiet. Nec enim dixit, post biduum pascha erit, aut veniet, vt non ostenderet illud pascha futurum quod fieri solebat secundum legem, sed pascha fiet, hoc est quale nunquam fuerat factum, vt per hoc nouum pascha, illud fucidat antiquum, denique sic addit, *Et filius hominis tradetur ad crucifigendum.* Post duos autem dies factum est pascha secundum quod fuerat prophetatum ab eo, quando traditus est in nocte: & dixit osculanti se Iudæ, Amice ad quid venisti? Si autem post biduum pascha factum est, quartadecima luna: manifestum est quod quando ista dicebat, secundum Iudæos vndecima erat luna, quando & parabolas supradictas exposuit. A quo autem traditus est, hic non est scriptum. Congregabis autem de scripturis, quod & pater tradidit eum, secundum quod scriptum est, *Qui vnico filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Secundum alias autem scripturas, Iudas tradidit illum. Sed & Saranas qui intrauit in Iudam tradidit eum. Sed & principes sacerdotum, & seniores tradiderunt eum. Propterea hic impersonaliter seu absolute posuit tradetur, non dicens à quo, quod verbum potest ad omnes respicere qui tradiderunt eum. Sed non omnes eodem proposito tradiderunt. Deus enim tradidit eum propter misericordiam circa genus humanum, qui vnico filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Ceteri autem tradiderunt eum iniquo proposito, vnusquisque secundum malitiã suam, Iudas propter auaritiã, sacerdotes propter inuidiã, diabolus propter timorem, ne auelleretur de manu eius genus humanum per doctrinã ipsius, non aduertens quod magis eripiedum fuerat genus hominũ per mortem ipsius quam fuerat ereptum per doctrinã & miracula. Traditus est enim ad crucifigendum, vt exuẽs principatus & potestates, fiducialiter trididit eos in ligno. *Thi congregati sunt principes sacerdotũ, & scriba, & seniores populi in atrij principis, &c.* Quod dixit Propheta, Et principes conueniunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius, tunc impletum videtur cum principes sacerdotum & seniores populi congregati sunt in domum principis sacerdotum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Non veri sacerdotes, sed populi, & seniores non aliorum, sed illius qui videbatur populus Dei, vere autem erat populus Gomorræ, quoniam dixerunt, Crucifige, crucifige eum, & tolle talem de terra. Et quod dixerat Elias, Audite verbum domini principes Sodomorum, attendite legem Dei plebs Gomorre, conuenit illis infideliãibus Iudæis qui fuerunt in generatione temporis Christi. Et quod dicit Ezechiel ad Hierusalẽ, Iustificata est magis Sodoma ex te:

ex te: magis cõuenit dici ad Hierusalẽ super quã dominus fleuit quã ad tempus Prophetæ. Peiora enim Sodomis peccauerunt principes populi, quia non intelligentes summum sacerdotem Dei, infideliã sunt ei, & seniores populi non cognoscentes primogenitum vniuersæ creaturæ, & seniore omnibus creaturis, consiliati sunt contra eum. Et propter arrium puto illud, in quo consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, desolata est Hierusalẽ. Oportebat enim iam non esse ciuitatem quæ aduersus totius mundi egerat fundatorem, quæ prius quidem occiderat prophetas, postmodum autem dominum prophetarum. *Vt dolo eum tenerent.* Ideo conuenienter de eis dixit Propheta, Disperdat dominus vniuersa labia dolosa. Dolo autem eum tenere, & occidere voluerunt, vt non fiat tumultus in populo illo, qui multa signa & prodigia Iesum viderat facientem. Et propterea multi quidem ex his erant pro eo: qui forte dixerant, quod magnus Propheta surrexit in Israel. Alij autem erant aduersus eum, qui dixerant, Hic non eicit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Necessè ergo erat tumultum fieri domino comprehenso propter diuersa studia populi diligentis Christi, & odientium, & non credentis. Stetit enim consilium eorum quasi firmum, cum ipsi qui consiliabantur statuti non essent, vt non in die festo occideretur, sed in alio die, videlicet vt pascha nostrum immolaretur Christus, vt relinquẽtes azyma Iudæorum festiuemus in spiritalibus azymis, & veris. Cõsidera autem si potes, omne verbum, quod proficitur quocumque modo doctrinã Dei, dicere principem esse sacerdotum Dei. Cum sint autem multa falsorum dogmatum verba quasi sacerdotum Dei non autem Dei, sed populi qui seductus ab eis est, consiliantur aduersus vnum & verum Dei verbum. Verbum autem Dei præbet quidem se infideliãibus, nihilominus tamen resurget, non immutatum neque corruptum ab eis, & in cælum ascendet, vt suscipiat eos qui tollunt crucem suam, & sequuntur eum. *Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti preciosi, &c.* Multi quidem existimant de vna eademque muliere quatuor Euangelistas exposuisse, quia conscripserunt tale aliquid de muliere, & omnes similiter alabastrum vnguenti nominauerunt. Ioannes autem pro alabastro posuit libram vnguenti. Sed & quod dicitur, potuit hoc venditari, & pauperibus dari, dixerunt Matthæus, & Marcus, & Ioannes, & quod ad sepulturam suam vnguentum illud Christus pronuntiauit effusum, ipsi exposuerunt, & quod in Bethania in domo Simonis leprosi factum est, ipsi tres conscripserunt. Ioannes autem Bethaniam quidem dixit, vbi fecerunt ei cenã, & Martha ministrabat, & Lazarus vnus erat ex discumbentibus, & Maria accepit libram vnguenti Nardi pisticæ preciosi, & cætera. Ex quibus apparet, quod ipsi ei fecerunt cenam. Lucas autem quatuor non leprosum posuit Simonem, tamen Phariseum dixit fuisse, qui rogauerat Iesum vt manducaret cum eo; sicut de nomine eius dominus ipse testatur, dicens ad eum ibi, Simon, habeo quid tibi dicere. Multa ergo similitudo & cognatio quædam de muliere apud quatuor euangelistas. Dicam tamen ad eos, qui arbitrantur vnam fuisse mulierem, de qua omnes

Euangelistæ scripserunt. Putas quod hæc mulier, quæ effudit super caput Iesu pretiosum vnguentum, sicut Matthæus & Marcus exposuerunt, ipsa & myrrha vnxit pedes ipsius, sicut Lucas & Ioannes exposuerunt? Non est autem possibile, vt de eadem muliere exponentes euangelistæ cum essent consummati in eodem intellectu, & in eodem spiritu, & in eadem sententia qui fuerant ministraturi salutem ecclesiarum, contraria sibi dixissent. Si autem aliquis arbitratu ipsam fuisse, quæ vnxit vnguento domini pedes apud Lucam & Ioannem, dicat nobis si Maria ipsa erat, quæ apud Lucam fuisse scribitur in ciuitate peccatrix, quæ dicens, quod recubuit in domo Pharisei, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes eius plorans lachrymis laubar pedes eius. Nec enim credibile est, vt Maria, quam diligebat Iesus, soror Marthæ, quæ meliorem elegerat partem, peccatrix in ciuitate fuisse dicatur. Et putas, quod mulier, quæ secundum Matthæum & Marcum effudit super caput Iesu pretiosum vnguentum, euentu non scribitur fuisse peccatrix? Quæ autem secundum Lucam peccatrix refertur, non fuit ausa ad caput Christi venire, sed lachrymis pedes eius lauit, quasi vix etiã ipsius pedibus eius digna, præ tristitia poenitentiam in salute stabilẽ operante. Et quæ secundum Lucam est, plorat, & multum lachrymat, vt pedes Iesu lachrymis lauet, quæ autem secundum Ioannem est Maria, neque peccatrix, neque lachrymans introducit. Forsitan ergo quis dicit quatuor fuisse mulieres, de quibus conscripserunt Euangelistæ; ego autem magis sententio tres fuisse, & vnam quidem, de qua conscripserunt Matthæus & Marcus nullam differentiam expositionis suæ facientes in vno capitulo: alteram autem fuisse, de qua scripsit Lucas: aliam autem, de qua scripsit Ioannes, quoniam differunt ab aliis mulieribus non solum in his, quæ scripta sunt de vnguento, sed quoniam & diligebat Iesus Mariam & Martham quamuis & ipsa in Bethania referatur fuisse, sicut & mulier, de qua exponunt Matthæus & Marcus. Tertia differentia est, quod Matthæus quidem, & Marcus in domo Simonis leprosi hoc factum fuisse exponunt. Ioannes autem, quod Iesus ante sex dies Paschæ venit in Bethaniam vbi erat Lazarus, quem suscitauerat Iesus, & fecerunt ei cenam: & non simul, sed Maria & Martha, forte & Lazarus: & Martha ministrabat, Lazarus autem erat vnus ex discumbentibus. Adhuc autem secundum Ioannem ante sex dies Paschæ venit in Bethaniam, quando & fecerunt ei cenam Maria & Martha. Hic autem quando & recumbentem in domo Simonis leprosi accessit ad eum mulier post biduum pascha erat futurum, sicut dictum est supra. Restat vt aliquis dicat. Si de altera muliere Matthæus & Marcus scripserunt, de altera autem Ioannes, de tertia vero Lucas, quomodo in persona vnus mulieris semel à Christo increpati discipuli quasi male indignantes de facto mulieris, non se ement dauerunt, vt non super alteram mulierem similiter facientẽ indignarentur? Propterea sciat, quod apud Matthæum & Marcum discipuli indignantur ex bono proposito: apud Ioannem autem solus Iudas furandi affectu: apud Lucam autem insinuat nemo. Ex his ergo, & aliis, quæ & ipse poteris obseruare, certum est, quod aut sibi conuenticia dicunt: Euangelistæ, vt quidam eorum mentiantur:

riantur: aut, si hoc impium est credere, necesse est dicere, non de eadem muliere omnes conscripserunt. Et Euangelistas, sed aut de tribus, aut de quatuor. Dicit autem aliquis paulo audacior. Forſitan ſecundum hiftoriam vna quaedam mulier fuit, quæ tale aliquid fecit. Pone autem & alteram, ſi vis, & tertiam tamè principaliter Euangeliftarum propoſitum fuit reſpicens ad myſteria: & non factis curauerunt, vt ſecundum veritatem enarrarent hiftoriæ, ſed vt retum myſteria quæ ex hiftoria nalcabantur, exponerent. Propter quod & atteruerunt quofdam ſermones myſteriorum intellectibus conuenientes, & conſonos. De his autè, quæ apud quatuor exponuntur euangeliftas cauſa mulierum, vel vnus mulieris, ſicut exiſtimant multi, diligentius tractauimus exponentes Euangelium ſecundum Ioannem, quæ videbantur nobis cum ſimilia eſſent & cognata, quaſi contraria & diſtanta. Nunc autem ea breuiter perſtringamus. Rationabiliter ergo Lucas cum de peccatrice muliere loqueretur, introduxit eam ſententiam abundantius, vt etiam Ieſu pedes lauaret, & non infundentem quidem vnguentum, ſed tantum vnguentem non caput, ſed pedes. Illa autem, quæ non accuſabatur peccatrix, non vnxit, ſed effudit: & non ſuper pedes, ſed ſuper caput. Si autem quis & quæ de Maria Lazari ſorore ſcripta ſunt, tractet, quæ & ipſa vnxit domini pedes, notet ſibi, quæ ſcripta ſunt ibi, quod omnis domus repleta eſt ex odore vnguenti, quod nõ eſt ſcriptum de ea, quæ dicebatur eſſe peccatrix. Sed nec de muliere, de qua ſcriperunt Matthæus & Marcus, quæ nõ dicebatur fuiſſe peccatrix, tale aliquid ſcriptum eſt, quod omnis domus repleta eſt ex odore vnguenti. Forſitan ergo per differentias iſtarum mulierum, differentia fidelium demonſtratur, quorum quidam quidem effundunt ſuper caput Ieſu pretioſum vnguentum: alij autem non caput vngunt, ſe pedes: alij autem non infundunt, largiter, ſed vngunt tantum. Vngentium vero quidam tali vngunt vnguento, vt omnis domus impleatur ex odore diuinitatis ipſius: alij autem non tali, tamen quidem & ipſi acceptabili apud Chriſtum, quoniam & ipſi vngunt pedes eius vnguento, quos Phariſæus nec cum oleo vnxit. Oportebat autem hæc in Bethania fieri, quæ interpretatur, domus obedienciæ, & ab hac, quæ ſuper caput domini effudit vnguentum, non accuſata quaſi peccatrix in ciuitate, & à Maria, apud quam cum fieret conuiuium Ieſu, acceſſit ad eum & vnxit. Domum autem obedienciæ, eccleſiam intelligi oportere dubitat nemo. Illa autem, quæ apud Lucam, dicebatur peccatrix, adhuc non erat digna in Bethania eſſe, quamvis poenitentiam peccatorum ſuorum agebat. Adhuc enim minus habebat, vt poſtmodum inueniretur in dome obedienciæ facta, vt iam conſummata neque peccatrix dicere-tur, nec lachrymans; & lauans domini pedes, ſed & ipſa effundens vnguentum ſuper caput ipſius. Sed & ſimilis obedienciæ myſterium eſt, quoniam, ſic interpretatur, ſed obediencialiter non ſpiritus, propter quod Simon eleuatus à litera legis per Ieſum ad legem ſpiritualem, iam non erat Simon tantum, ſed factus eſt Petrus, & pro ædificatione eccleſiæ ſuper petram fundanda. Factus eſt ergo Ieſus in domo Simonis quidem, & alicuius obedienciæ, tamen leproſi, & adhuc opus habentis

mandatione ab Ieſu. Non autem memoratum eſt apud Lucam de Simone, quod & leproſus erat. Exiſtimo, quod ipſe debitor erat quinquaginta denariorum, & iam acceperat remiſſionem eorū, quoniam dilexerat modicum. Tamen diligens aliquantulum, rogauit eum vt manducaret ſecum. Acceſſit autem mulier, non peccatrix ſecundum Matthæum & Marcum, alabaſtrum habens vnguenti pretioſi. Et conſidera quàm caute apud hos, qui peccatricem nõ retulerunt, vnguentum eius quaſi pretioſum laudatur. Apud Lucam autem, qui expoſuit peccatricem, vnguentum ſimpliciter nominatur, nec pretioſum, nec nardi piſticæ, vt ex odore eius impleteretur domus. Adhuc enim habere non poterat vnguentum huiusmodi: ſed hoc erat magnum, quia, vel vnguento poterat vngere domini pedes. Huius autem mulieris pretioſum fertur vnguentum. Nec enim decebat eſſe non pretioſum, quod ſuper caput Saluatoris effundebatur. Et ſuper vnguentum quidem peccatrici vngentis domini pedes, & non effundetis, neque indignari ſunt diſcipuli, neque doluerunt, nec dixit Iudas, Quare vnguentum hoc non eſt venditum trecentis denariis: & datum eſt pauperibus? Super mulierem autè apud Matthæum & Marcum, indignari ſunt diſcipuli, & doluerunt perditionem vnguenti, quod decurrebat à capite eius ad cæterum corpus. Nam eſti poterat venditari vnguentum illud multo pretio & dari pauperibus, tamen non debebat fieri hoc, quia conueniens erat vt ſuper caput Chriſti infunderetur ſancta & decenti infuſione. Qui autem conſiderant intelligere iſta ſecundum ſimplicem textum: dicant effuſum vnguentum ſuper caput Ieſu laudabiliter, qualem habebat ſecundum textum decorem, vt effunderetur ſuper caput talis, & tãti magiſtri. Non erat ergo vnguentum illud pauperibus dignum, nec conueniens, quantum ad ſuum honorem, vt diuideretur in multos, ſed vt integrum manens effunderetur ſuper caput tantummodo Ieſu. Propter quod & mulierem, quæ fecerat hoc, ſuſcipit Ieſus, & indignantibus diſcipulis dicit, *Sinite eam, & nolite ei moleſti eſſe, quoniam bonum opus operata eſt in me.* Vique adeo autem efficaci eſt huiusmodi laus operis boni, vt exhortetur omnes non odoriferis, & diuitibus operibus implere domini caput, vt & de nobis dicatur, quod ſemper quidem habemus, quando in hac vita conſiſtimus, pauperes nobiſcum, & opus habentes, cura eorum, qui profecerunt in verbo, & diuites facti ſunt in ſapientia Dei: non autem poſſunt ſufficere, vt ſemper diebus, & noctibus habeant ſecum filium Dei, verbum Dei, & ſapientiam, & omnia quicquid eſt dominus noſter Saluator. Vide & quod ait, *Bonum opus operata eſt in me,* quia non dixit de peccatrice vngente pedes ipſius, quod bonum opus: ſed in me. Si autem oportet diſcutere & quod ait, *Ad ſepeliendum me fecit:* compaſans ei quod dicitur, Conſpuli ſumus Chriſto per baptiſmum, & conſurreximus ei. Adhuc autem hoc conſidera, quod de muliere ſecundum Lucam non eſt dictum, *Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, dicetur & quod fecit hæc in memoriam eius.* De muliere autem ſecundum Matthæum & Marcum, hoc ſcriptum eſt. Inſum enim erat non de illa, quæ vnixerat pedes, ſed de hac quæ vnguentum effuderat ſuper caput eius. dici: Vbicunque prædicatum fuerit

fuerit euangelium hoc in toto mundo, dicetur & quod fecit hæc in memoriam eius. Si ergo volumus, vt & de nobis dicatur quod facimus in Ieſu effundentes pretioſum vnguentum ſuper caput ipſius: proſitiamus ab vnctione pedum eius, ad effundendum pretioſum vnguentum ſuper caput eius. Quid autem eſt oleum, & quid vnguentum? Vnguentum autè quod proficit ad corpus Chriſti vngendum, & quod ad caput, difficile eſt explicare. Tamen id, quod nobis videtur, demonſtrare tentabimus certiffime cognofcetes, quod oleum vbique in ſcripturis, aut opus miſericordiæ intelligitur, quo lucerna verbi enutrita clareſcit: aut doctrina, cuius auditu affiduo, verbum fidei, quod eſt accenſum in nobis, nutricur, & clariuſ lucet. Sicut ergo generaliter omne, quo quis vngitur, oleum appellatur: olei autem aliud eſt vnguentum, aliud nonitem vnguentum aliud eſt mediocriter vnguentum; aliud pretioſum, ſic omnis actus iuſtus opus dicitur bonum. Operis autem boni, aliud eſt quod facimus propter homines, vel ſecundum homines: aliud autem quod propter Deum & ſecundum Deum. Item hoc ipſum, quod facimus propter Deum, aliud eſt quod proficit ad vſum hominum, aliud quod non proficit ad vſum hominum, ſed tantum ad gloriam Dei. Vt puta, bene quis facit homini naturali iuſtitia motus, non propter Deum, quomodo faciebant interdum & gentes, & multi faciunt homines: opus illud oleum eſt vulgare, non magnum odoris, & ipſum tamen acceptabile apud Deum: ſicut Daniel ſignificat dicens ad Balchaſar Deum non cognofcentem. Audi conſilium meum, rex: & peccata tua elemoſynis redime. Tale aliquid dicit & Petrus apud Clementem, quod opera bona, qua ſunt ab infidelibus, in hoc ſeculo eis profunt, non & in illo: ad conſequendam vitam æternam. Et conuenienter, quia nec illi propter Deum faciunt, ſed propter ipſam naturam humanam. Qui autem propter Deum faciunt, id eſt fideles: non ſolum in hoc ſeculo proficit eis, ſed in illo, magis autem in illo. Quod autem fideles faciunt propter Deum, hoc eſt vnguentum boni odoris. Hoc ipſum autem opus fidelium propter Deum, quod eſt vnguentum, aliud ſit ad vtilitatem hominum, vt puta, elemoſynæ, inſirmorum viſitationes, peregrinorum ſuſceptiones, humilitas, manſuetudo, indulgentia, & cætera huiusmodi: quæ hominibus profunt. Hæc qui facit in Chriſtianos, pedes domini vngit vnguento, quia ipſi ſunt domini pedes cum quibus ambulat ſemper, quod præcipue ſolent facere poenitentes pro remiſſione peccatorum ſuorum. Et illud eſt opus, quod dicitur vnguentum odoriferum quidem, non autem ſummum. Qui autem caſſitati ſtudet, in ieiuniis, & orationibus permanet, in aduerſis patientiam habet ſicut Iob, in tentationibus veritatem Dei non timet conſiteri: quæ omnia cæteris hominibus nihil profunt, ſed tantum ad gloriam Dei proſciant, hoc eſt vnguentum quod vngit caput domini Chriſti, & exinde per totum corpus Chriſti, id eſt per totam decurrit eccleſiam: & hoc eſt vnguentum valde pretioſum, ex cuius odore tota repletur domus, hoc eſt eccleſia Chriſti. Et hoc opus eſt proprium non poenitentium, ſed perfectorum ſanctorum: Aut certe doctrina, quæ neceſſaria eſt hominibus, per quam nutriuntur anime pauperes in ſpiritibus bonis, aut forte &

debiles in deuitandis peccatis: hoc eſt vnguentum mediocriter, quo pedes domini vnguntur. Agnitio autem fidei vera, quæ ad ſolum pertinet Deum, vnguentum eſt pretioſum, quo vngitur caput Chriſti Deus. Tunc abiit vnus de duodecim qui dicitur Iudas Scariota ad principes ſacerdotum, & dixit eis: *Quid vultis mihi dare, & ego cum vobis tradam? At illi conſtituerunt ei triginta ſtateres, & exinde quærebatur opportunitatem, vt cum traderet eis.* Iudas interpretatur conſeſſor. Cum ſint ergo duo diſcipuli hoc nomine nominati, ſecundum quod Lucas euangelista dinumerat inter duodecim fuiſſe Apollolos, Iudam Iacobi, & Iudam Scariotam. Cum nihil ergo à myſterio vacuum ſit apud Chriſtum, exiſtimo duos diſcipulos Iudas in myſterio fuiſſe Chriſtianoſum conſentientium fidem Chriſti quorum vna quidem pars fideliter permanet apud Chriſtum, cuius myſterium fuit Iudas Iacobi: altera autem pars poſtquam credidit & conſeſſa eſt fidem Chriſti, propter auariciam reſquit Chriſtum, & facta proditrix veritatis ipſius, tranſiit ad hærefes, & ad falſos ſacerdotes Iudæorū falſorū, id eſt ſimulatorum Chriſtianoſum, & tradidit eis Chriſtum quantum ad ſe, id eſt verbū veritatis, vt crucifigatur, & occidatur verbum veritatis ab eis, cuius myſterium fuit Iudas Scariota, qui abiit ad ſacerdotes, & de traditione Chriſti pactus eſt pretium. Audiui quendam exponentem patriam proditoris Iudæ ſecundum interpretationem Hebraicam Exſuffocatum vocari. Quod ſi ita eſt, magna conuenientia inuenitur nominis patriæ eius cum exitu mortis ipſius, quoniam & ipſe laqueo ſe ſuſpendens prophetiam nominis patriæ ſuæ ſuſſocatus impleuit. Hic ergo Iudas, ad quem dictum eſt per Prophetam, Tu autem homo vanitatis mihi, dux meus, & notus meus, cecidit, cum fuiſſet vnus eorum, quos Chriſtus ad dicitur ſuſcepit populi Chriſtiani. Et vide quomodo quod ſcriptum eſt, Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus caderis, referatur modo ad illum principem qui cecidit tanquam fulgur de cælo, modo ad Iudam qui electus ad principatum apoſtolatus, & & quali in cælo conſtitutus, & ipſe quali fulgur ante conſtitutus cecidit in proditionis ruinam vadens aduerſus vnum principem ſacerdotum, qui in æternum factus fuerat ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, ad multos principes ſacerdotum & aduerſarios vnus ſacerdotis ſummus, vt venderet precio volentem redimere totum mundum à maledictione legis & totius peccati, & redimere nos non corruptilibus pecuniis, ſed pretio ſanguinis ſui. Quid autem dixit Iudas ad ſacerdotes audiamus. *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Volebat enim accipere pecuniam, & tradere verbum Dei. Quod faciunt omnes, qui accipiunt aliquid corporaliū, aut mundialiū rerum, vt tradant, & eiciant ab anima ſua Saluatorem, & verbum veritatis, quod erat in eis. Et opportune hinc veteris exemplo ad omnes, qui quocumque peccatum faciunt propter auariciam, & cauſam pecuniarum, aut alicuius lucri, verbum Dei tradunt, & contemunt. Nam huiusmodi homines quaſi manifeſte clamare videntur, & dicere virtutibus aduerſariis præſtantibus lucrum aliquod pro peccato tranſgreſſi verbi Dei, *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Quod & ſi traditus fuerit, ſit quidem

dem extra tradentem, vincēs autem eos qui eum suscepisse videntur: operatur decentia se, vt euacuare cupientes eum, nihil operetur in ipsum. *At illi statuerunt ei triginta stateres.* Tantam ei dationem constituentes, quantos annos Saluator peregrinatus fuerat in hoc mūdo. Triginta enim annorum baptizatus cōpēt Euangelium prędicare, quasi Ioseph factus triginta annorum, vt erogaret frumenta fratribus suis. Nam sicut tunc propter filios quidem Israel à Deo fuerat pręparatum frumentum illud, erogatum est autē etiam Ægyptiis, sic Euangelium sanctis quidem fuerat pręparatum, tamen prędicatum est etiam infidelibus & iniquis. *Extremē querebat opportunitatem, vt traderet eum.* Qualem autem opportunitatē querebat Iudas, Lucas manifestius explanauit, dicens, Et querebat opportunitatem, vt traderet eum eis sine turba, id est quādo populum non erat circa eum, sed secretus erat cū discipulis suis. Quod & fecit eum tradens post cōenam cum secretus esset in prędio Gessemani. Arbitrabatur enim Iudas opportunitatē sibi esse post pactum quod fecit, quando cum multitudine non erat Iesus. Et vide nisi vsque nunc opportunitas ista videtur proditoribus verbi veritatis, qui volunt prodere Christum Deum verbum in tempore persecutionis Christianorum, quando multitudo credentium non est circa verbum veritatis, nec potes impedire, aut prohibere persecutores, maxime ybi pauci fideles habentur. Et cum sit omnium rerum tempus, Salomone dicente, Tempus patiendi, & tempus moriendi, & cetera, tempus proditorum veritatis proprium hoc est, quando non sunt circa Christum multi fideles. *Prima autem azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes ei, Vbi vis paremus tibi pascha manducare? Iesus autem dixit, Ite in ciuitatem ad quandam, & dicite ei, &c.* Apud Marcum autem sic dicitur, Et prima die azymorum, quando pascha immolabatur, dicitur ei discipuli eius, Quo vis eamus, & pręparemus, tibi vt manducemus pascha? Et misit duos ex discipulis suis, dicens, Ite in ciuitatem: & ingrediētibz vobis occurret vobis homo amphorā aquę portans, & vbicumque ingressus fuerit, dicite patrifamilias, Magister dicit, vbi est diuerforium meum, vbi cum discipulis meis manducem pascha? Et ipse vobis ostendet locum in superiori bus stratum magnum paratum, illic parate nobis. Sic ergo apparēt quōd vna eademque dies erat paschę, quando oportebat immolare pascha azymorum, & quādo oportebat tollere fermentum vetus, & azyma manducare cum carnis agni. Et dies quidem paschę vna erat, azymorum autem vij. cōnumerata videlicet die paschę cum ceteris sex. Secundum hęc forsitan aliquis imperitorum requirit cadens in Ebionismum, ex eo quōd Iesus celebravit more Iudaico pascha corporaliter, sicut & primam diem azymorum & pascha, dicens quōd conuenit & nos imitatores Christi similiter facere, non considerans quōd Iesus cum venisset temporis plenitudo, & missus fuisset, factus est de muliere, factus est sub lege, non vt eos, qui sub lege erant, sub lege relinqueret, sed vt educeret eos ex lege. Si ergo ideo venit vt educeret eos, qui erant sub lege, quanto magis non conuenit illos introire in legem, qui prius fuerant extra legem? Ergo de litera quidem egredimur legis, in tra virtutem autem

spiritalē constituti, legem spiritaliter celebrantes implemus omnia, quę illic corporaliter celebranda mandantur, Expellimus enim verus fermentum malitię, & nequitię, & in azymis sinceritatis & veritatis celebramus pascha, Christo nobiscum cōcupante secundum voluntatē agni dicentis, Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam manentem in vobis. Qui tulit peccatum mundi, & prohibet verum exterminatorem non solius Ægypti, sed totius generis humani exterminatorem tangere nos celebrantes festiuitatem paschę secum. Et ascendimus ipso domino nobiscū constituto ab inferioribus ad locum superiorem, in quo diuerforium est quod demonstratur ab intellectu, qui est in vnoquoque homine paterfamilias, discipulis Christi. Hęc autem domus superior sit nobis magna, vt capiat Iesum verbum Dei, & sapientiam, & veritatem, & omne quod est filius Dei, qui non capitur nisi à magnis sensu, Et sit domus hęc pręparata à patrefamilias intellectu filio Dei, non solum in loco superiori, nec tantummodo magna, sed etiam mundata, nullo modo habens malitię sordes, quasi à scopis legis coadunatas atque proleatas. Sit domus ista & in ciuitate Dei, id est in ecclesia. Sit autem domus illius princeps non qualibuscunque cognitum habens nomen, ideo & mystice dicit Iesus, *Ite ad quandam.* Et illi dicant, qui Christo pręparant pascha, *Magister dicit, apud te faciam pascha cum discipulis meis.* Annunciet etiam patrifamilias illi & quod dicit, Magister dicit, vbi est diuerforium vbi cum discipulis meis manducem pascha? vt paterfamilias ille qui pręparat diuerforium Iesu & discipulis eius, ascendat locum superiorem, & stratum, & paratum, & magnum, vt veniens illuc Iesus festinet cum discipulis suis. Ego autem puto, quōd homo, qui ingredientibus discipulis in ciuitatem occurrit eis amphoram aquę portans, quem voluit Iesus vt sequerentur discipuli eius eūtem in domum, qui subtilem illam aquam domui apportabat, vt non solum esset mundata, sed etiam aquis plenius eluta, erat quidam ministris patrifamilias, id est intellectu, portans mundatariam aquam in fictili vase, vt sublimitas virtutis sit Dei. Aut certe potabilem aquam subministrabat in illo fictili vase, vt filius quidem Dei generationem prębeat vitis: ille autem intellectus minister ex lege & prophetis aquam portet, quę miscetur cum vino euangelici verbi. Nos ergo, qui optamus de ecclesia esse, volentes celebrare pascha cum Iesu, sequamur hominem illum, qui vas baiulat huiusmodi aquę, quę puto esse Moysen legis datorem spiritalē doctrinam portantem in corporalibus historiis. Qui autē accedit ad legē, & prophetas quasi ad eloquia ipsius Dei, non autem sequuntur eum spiritaliter, qui vas baiulat aquę viue, non celebrant pascha cum Iesu, nec calicem bibunt noui testamenti. Pręparent autem discipuli pascha Iesu, & post sermones discipulorū quibus catechizauerūt patrefamilias, id est intellectu: veniat & diuinitas vni geniti cōcupans discipulis suis in domo prędicata. Scire tamen debemus, quōd qui in epulacionibus & sollicitudinibus secularibus sunt, non ascendunt in domum illam superiorem, nec vident magnitudinem eius, nec considerant stratus illius ornatum. Propterea nec celebrant eum Iesu pas-

su paschę, nec accipiunt panem benedictionis ab eo, nec calicem noui testamenti. *Vespere autem facto, distribuit cum discipulis suis, & edentibus eis dixit. Amen dico vobis, quōd vnus ex vobis tradet me.* Discipulis edentibus pascha secundum legis mādacum, dixit Iesus, qui sciebat quid esset in homine: & propterea non habebat opus vt aliquis testimonium daret ei de homine, & dixit de Iuda cum confueto sibi iureiurando, Amen dico vobis, quōd vnus ex vobis me tradet. Cum enim potuisset à principio proditorem specialiter demonstrare, hoc quidem non fecit: dixit autem generaliter, quōd vnus ex vobis me tradet, vt testimonio percussis cordis singulorum qualitas probaretur: vt & discipulorum ostenderet bonitatem, quia plus credebant verbis Christi, quā conscientię suę & Iudę malitię, quia nec cognitori consiliorū suorū credebatur vt turbaretur, aut tristaretur: existimo quia in primis putauit latere quasi hominem. Qui postquam vidit conscientiam suam notam Christo, amplexus est occultationem positam in verbis ipsius, quorū primum infidelitatis erat, secundum autem impudentię. *Et contristati nimis cęperunt singuli dicere, Numquid ego sum, domine? Quæret autem aliquis, quo modo si bonę cōscientię erant vndecim Apostoli, quia munderat ab omni prodicione magistri, vt quid contristati sunt de auditu, quasi potuisset fieri vt vnus esset ex ipsis, de quo dicebatur: Existimo autem quōd vnusquisque discipulorum sciebat ex his, quę docuerat Iesus, quōd mutabilis ad malum veritabilis est natura humana, & quōd in colluctatione aduersus principatus, & potestates, & rectores huius mundi tenebrarum potest fieri vt deciderat homo aut circunuentus, aut vim passus ab aduersariis virtutibus ad malum perficiendum. Hoc ergo considerantes vnusquisque discipulorum, ne forte ipse esset, qui pręcognitus erat proditor, contristati sunt valde, propterea quōd dictum fuerat eis, vnus ex vobis me tradet, & cęperunt dicere quasi nescentes singuli futurum de se, Numquid ego sum, domine? Si autem habet rationem, quōd propter hanc causam timens vnusquisque eorum dixit, numquid ego sum, domine? de omnibus futuris timendum est nobis infirmis, qui nondum sapientiam perfectionis accepimus, secundum quam dicit Apostolus, Confido enim, quia neque mors, neque vita, & cetera, potest nos separare à charitate Dei, quę est in Christo Iesu. Qui autem nondum perfectus est, dubitat de seipso, quasi possit & cadere. Secundum quam infirmitatem humanam scribens Corinthiis Paulus dicebat, Se & castigo corpus meum, & seruituti redigo, ne forte, cum aliis prędicauerim, ipse reprobos efficiar. Et vide quōd dicit, Ne forte cū aliis prędicauerim ipse reprobos efficiar, sic pronunciat quasi timens ne forte & cadere possit, & reprobos fieri. Quod autem dixit, Confido & cetera, confidentis hominis & firmi est propter suā perfectionem, quoniam mille contraria separare eum à charitate Christi non valeant. Quod autem Apostoli adhuc erant infirmi: & iuste timebant, manifestum est ex eo, quod dicit, qui sciebat propositum singulorum, Quoniam omnes vos scandalum patiemini in me in hac nocte. Et quōd propensius quis meliora aliquotes ad malitiam transuerterit victus in colluctatione contrariarum virtutū, manifestum est ex eo, quod*

scriptum est de Petro, quoniam ipse quidem confideras propositum suum, qualem circa Christum haberet affectum, respondit non cum simulatione, sed ex veritate cordis sui quantum ad se, Quod si omnes scandalizati fuerint, ego solus non scandalizabor. Saluator autem sciens infirmum eum in suis promissionibus fore, & quod brevis timor hominis facturus esset eū recedere à proposito meliori, dixit ad eum, Amen dico tibi, quōd in hac nocte priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et talibus nō est importunum dicere semper, ne gloriaris in castitum, nec enim scis quid pariat dies superuetura. Et Paulus similiter, Fratres, inquit, si pręoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, confirmate huiusmodi in spiritū mansuetudinis, considerantes ne & vos tentemini: docens quōd incertus est exitus noster de nobis, quamuis forte meliorum propositum habeamus. Hęc autem omnia recordantes, quōd nescimus quid pariat nobis dies superuentura, non inflabimur, neque superbiemus, neque gloriabimur aliquando, quamuis sciamus nos multa bona habere, sicut & Paulus cum dixisset de se, Nihil mihi conscium sum: superaddit. Sed nec in hoc iustificatus sum, tanquā sciens Deum sacrificantem quos pręcognoscit, & quos prędestinauit vocantem. Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Videns eos de seipsis timentes, demonstrauit proditorem indicio prophetice vocis dicentis, Qui manducat panem meum mecum, amplificauit aduersus me supplantacionem. Nec enim discrepat illud ab hoc quōd dicit, Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Et hoc quoque considerandum est, quid utique nos volens docere Saluator signum dat discipulis de Iuda proditore ex eo quōd cum Iesu manum suam in paropsidem intulisset, in quam sicut existimo intingebant carnes pascha edentes. Existimo autem quōd malitiam eius multam manifestam facere volens hoc dicit, quoniam quem suscepit ad mensam communem, & commandauit ei, fortē quia à principio bene agebat, ipse Iesum prodidit tantis honoribus se complectentem, & neque salis eiusdem, neque mensę, neque panis communicari memor est factus, sed omnia illa transgrediens propter triginta staterum promissionem tradidit largitore tantorum bonorum. Et hęc est vere propria consuetudo hominum nimis malorum, vt post salē, & panem insidiantur hominibus maxime nihil nocentibus eis, cum quibus communicauerunt panem & salē. Denique Daniel de quibusdam huiusmodi hominibus feralibus, & valde malis ita prophetans dicebat, Super mensam vnā falsā loquentur. Si autem potes spiritalem mensam, & cibum spiritalem, & dominicam intelligere cęnam, quibus omnibus dignificatus fuerat à Christo, abundantius videbis multitudinem malitiarum eius, quibus magistrum cum cibo diuine mēse, & calicis & hoc in die paschę tradidit Saluatorē, nō recordatus nec in corporalibus bonis magistri dilectionem, nec in spiritualibus doctrinam eius sine inuidia semper cōmunicaram. Tales sunt omnes in ecclesia, qui insidiantur fratribus suis, cum quibus ad eandem mensam corporis Christi, & ad eundem potum, sanguinis eius frequenter simul fuerunt. Si autem oportet & ipsius paropsidis interpretationem accipere, nos

quidem ab huiusmodi nos abstineamus, ne aliquid frigidum, quibusdam dicere videamur. Tamen qui vult etiam in hoc aliquid inuenire morale, consideret in lege ubi dona à principibus singularum tribuum offeruntur in dedicatione altaris. Forte intelliget ibi etiam paropsidem aliquid esse intelligendam. In prima, inquit, die obtulit donum suum Naason filius Aminabab princeps tribus Iuda, & obtulit donum suum paropsidem argenteam, siclorum triginta & centum pondus eius: & phialam unam argenteam siclorum septuaginta, secundum solum sanctum. *Et filius quidē hominis vadit sicut scriptum est de eo, Vbi autē homini illi, per quem filius hominis tradetur.* Et Iesus quidem secundum quod videbatur ibat passus per crucem, secundum autē quod vere erat, & ibat, & remanebat in mundo, cum discipulis suis custodiens eos in fide. Nec enim potuissent permanere in fide ipsius, præcipue cum mortuura eum vidissent, nisi ab ipso inuisibiliter custodita fuissent corda eorum: Et non dixit vā homini illi, à quo traditur, sed, *per quem traditur*: ostendens alterum à quo tradebatur, id est à diabolo, ipsum autem Iudam ministrum esse traditionis. Vā autem nō solum Iudæ, sed omnibus proditoribus Christi, quicumque enim discipulos Christi tradit, ipsum Christum tradit. Propterea à diabolo, quidem traduntur, tamen per homines illos, & ideo vā illis. Nam si omnem malitiam in hominibus diabolus per homines operatur, & quicumque interficitur ab aliquo, & si non ab ipso, tamen per ipsum est interfectus, Et si iudex aliquē interfecerit iniuste, mortis sententiam ferens in aliquem, sciendum est quod ipse locum dans in se, ministrum se præbuit diabolo ad interfectionem hominis innocentis. *Bonum erat ei, si nō fuisset natus homo ille.* Hoc est, illi bonum erat, si natus non fuisset, quia nec hoc bono fuerat dignus, vt non nasceretur. Sed quoniam aptus fuerat ex arbitrio suo, vt hoc ministerium proditoris consummaretur per eum, ideo natus est malo suo, vt in malum, quod secundum propositum suum merebatur, incideret. *Respondens autem Iudas dixit, Nunquid ego sum Rabbis?* Et vide quod expectans Iudas tantum sermonem Christi de se, non præcidit narrationem eius sua responsione, sed post omnes respōdit dicens, Nunquid ego, sum Rabbis? Non ex affectu discendi, sed secundum consuetudinem nominādi magistrum eum vocauit magister, quasi subannans eū, quia vocabatur magister, cum non esse hoc vocabulo dignum. *Et dixit ei Iesus, Tu dixisti.* Vt ex ore ipsius indicaret eum, quoniam ille quasi dubitans dixerat, *Nunquid ego sum Rabbis?* Non quidem secundum conscientiam dubitans, sed fingēs se de hoc dubitare. Non enim habebat ipsum timorē quem ceteri Apostoli habuerunt: sed ille sine timore, quasi timens dicebat, Et ideo forsitan post omnium Apostolorum sigillatim interrogationes, & post Christi narrationem de ipso, vix aliquando & ipse interrogauit, quasi excogitatu quodā, & versato consilio, vt similia ceteris apostolis interrogando, & claret interim proditoris suę consilium. Nam vera tristitia, & vrgens non sustinet moram, sicut nec Apostolorum sustinuit. *Edentibus autem eis accipiens Iesus panem, &c.* Panis iste quem Deus verbum corpus suū esse fatetur, verbum est nutritorium animarum, verbum de Deo verbo procedēs, & panis de pane cælesti, qui po-

fitus est super mensam, de qua scriptum est, Præparasti in conspectu meo mensam aduersos eos, qui tribulant me. Et potus iste, quem Deus verbum sanguinem suum fatetur, verbum est potās, & inebrians præclare corda bibentium qui est in poculo, de quo scriptum est, Et poculum tuum inebrians quam præclarum est! Et est potus iste generatio vitis veræ, quæ dicit, Ego sum viris vera. Et est sanguis vix illius, quæ missa in torcular passionis protulit potum hunc: Sic & panis est verbum Christi factum de tritico illo quod cadēs in terram bonam multum reddidit fructum. Cur autem nō dixit, Hic est panis noui testamenti: sicut dixit, hic est sanguis noui testamenti? Quoniam panis est verbum iustitiæ, quæ manducantes animæ nutriuntur. Potus autem est verbum agnitionis Christi, secundum mysterium eius natiuitatis, & passionis. Quoniam ergo testamentum Dei in sanguine passionis Christi positum est ad nos, vt credentes filium Dei natum & passum secundum carnem: salui efficiamur non in iustitia, in qua sola sine fide passionis Christi salus esse non poterat, ideo tantum de calice dictum est, *Hic est calix testamenti: Amen dico vobis, quod à modo non bibam de generatione vitis huius, nisi cum bibam illud vobiscum nouum in regno patris mei.* Sed & de pane dictum est apud Lucam similiter, *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum.* Dico vobis quod à modo non manducabo illud, nisi impletum in regno Dei. Ergo manducabit Saluator: & biberet panem illum, & potum paschalem renouatum in regno Dei, & manducabit, & biberet cum discipulis suis. Sicut enim non rapinam arbitratus est esse se æquale Deo, sed semetipsum humiliavit vsque ad mortem: sic manducabit panem, & biberet de generatione vitis, & biberet nouum, & propter multam bonitatem suam, & dilectionem hominum manducabit & biberet cum discipulis suis, cum tradiderit regnum Deo & patri. Attende enim quod dicit, *Cum bibero ipsum vobiscum nouum*, non alio tempore nisi in regno patris mei. Et alias autem non regnum Dei esca & potus. Corporaliter enim & secundum similitudinem presentis cibi & potus non est regnum Dei esca & potus his qui exhibuerunt se dignos pane cælesti & pane angelorum, & esca illa, de qua dicit Saluator, *Mea esca est vt faciam voluntatem eius, qui me misit, & perficiam opus eius.* Quod autem in regno Dei manducabimus, & bibemus, ex multis locis scripturarum est demonstrare, præcipue ex eo quod scriptum est, Beatus, qui manducauerit panem in regno Dei. Ergo implebitur in regno Dei hoc pascha, & manducabit ipsum Iesus cum discipulis suis, & biberet. Et quoniam quod dicit Apostolus, *Nemo vos iudicet in esca, & in potu, & cæteris, quæ sunt vmbra futurorū, relationē ad habet futura mysteria de escis & potibus spiritualibus, quorum vmbra fuerunt, quæ de escis & potibus in lege fuerāt scripta.* Manifestum est autē quod verā escam, & verum potū manducabimus, & bibemus in regno Dei ædificantes per ea & cōfortantes verissimā illā vitam. Et quod dicit, *Accipiens Iesus panē, similiter & accipiens calicem*: qui paruulus quidem est in Christo, & in Christo adhuc carnalis, intelligat communiter, prudentior autem querat, à quo accipiens Iesus. Deo enim dante accipit: & dat eis qui digni sunt à Deo accipere panem, & calicem. Quomodo

do autem dat Deus panem, significat, & Jacob dicens, Si fuerit dominus meus mecum, & dederit mihi panem ad manducandum, & vestimentum ad vestiendum, omnia quecunque mihi, domine, dederis, decimabo decimabo tibi. Item scriptum est in Euangelio secundum Ioanuem, *Non Moyses dedit vobis panem, sed pater meus dat vobis panem de celo verum.* Et semper Iesus his, qui secum pariter agunt festiuitatem, accipiens panem à patre gratias agit, & frangit, & dat discipulis, secundum quod vnusquisque eorum cupit accipere, & dat dicens, *Accipite & manducate*: & ostendit quando eos hoc pane nutrit, proprium esse corpus, cum sit ipse verbum, quod & nunc necessarium habemus, & cum fuerit in regno Dei impletum. Sed nunc quidem nōdum impletum, tunc autem impletum, cum & nos preparati fuerimus ad capiendum pascha plenum, quod venit vt impleat, qui non venit soluere legem, sed adimplere. Et nunc quidem implere quasi per speculum in ænigmate impletionis, tunc autem facie in faciem implere, cum venierit, quod perfectum est. Si ergo & nos volumus panem benedictionis accipere ab Iesu, qui conseruetur, est enim dare, eamus in ciuitatem in domum cuiusdam, vbi facit Iesus pascha cum discipulis suis præparantibus ipsam notis ipsius, & ascendamus ad superiorem partem domus magnam, & stratum, & præparatum, vbi accipiens à patre calicem, & gratias agens, dat eis qui cum ipso ascenderint dicens, *Bibite, quia hic est sanguis meus noui testamenti, qui & bibitur & effunditur*: bibitur quidem à discipulis: effunditur autem in remissionem peccatorum commissorum ab eis, à quibus bibitur & effunditur. Si autem queris quomodo etiam effunditur, discere cum hoc verbo etiam quod scriptum est, *Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris.* Si autem sanguis testamenti infusus est in corda nostra in remissionem peccatorum nostrorum, effuso eo potabili sanguine in corda nostra remittuntur, & delentur omnia, quæ gessimus ante peccata. Ipse autem qui accepto calice dicit, *Bibite ex hoc omnes*, nobis bibentibus non dedit à nobis, sed bibit eum nobiscum cum sit in singulari ipse: quoniam non possumus soli, & sine eo vel manducare de pane illo, vel bibere de generatione illius vitis veræ. Nec miretis quoniam ipse est & panis, & manducat nobiscum panem, ipse est & potus generationis de vite, & bibit nobiscum: Omnipotens enim est verbum Dei, & diuersis appellationibus nuncupatur, & innumerablest est ipse secundum multitudinem virtutum, cum sit omnis virtus vnus & ipse. Deinde docebat discipulos, qui festiuitatem celebrarent cum magistro, & acceptant benedictionis panem & manducauerant corpus verbi, & biberant calicem gratiarum actionis, pro his omnibus hymnum dicere patri, & de alto transire in altum, quia fidelis non potest aliquando aliquid agere in conualle, propterea ascenderunt in montem Oliueti, in quo vnaquæque oliua quasi arbor faciens fructum dicere potest, *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei.* Et qui nondum sunt facti quasi oliua fructifera in domo Dei, sed sunt adhuc quasi nouella oliuarum in circuitu monte spiritualis patris sui, possunt esse in monte Oliueti, de quo propheta & Zacharias, *Et quam apte monis misericordiae est electus, vbi prænnunciatur*

rus fuerat scandalum infirmitatis discipulorum suorum: quia non optabat vt figeret, sed prænnunciabat quod erat futurum, iam tunc præparatus non vt repelleret discipulos discedentes, sed vt reciperet conuergentes. *Tunc dicit eis Iesus, Omnes vos scandalum patiemini in me in hac nocte.* Qui scandalizantur, non in die scandalizantur, sed in nocte, & in nocte illa in qua proditur Christus. Sic enim & Petrus denegans, non in die denegat, sed in nocte, & in nocte cui nondum properauerat lux. Ante cantum enim galli negat. Si quis autem querat quomodo post tanta & talia signa, & prodigia, & sermones non ex inferiori virtute, quam ex qua facta fuerant signa, & prodigia, dictos scandalizantur discipuli, sciat quod vult ostendere per hæc sermo, quod sicut nemo potest dicere dominum Iesum nisi in spiritu sancto, sic nemo potest sine scandalo esse sine spiritu sancto. Quando autem implebatur quod dixerat Iesus, *Omnes vos scandalum patiemini in hac nocte*, nondum datus erat spiritus sanctus adhuc, quoniam Iesus nondum fuerat honorificatus. Nos autem, postquam confessi fuimus dominum Iesum in spiritu sancto, quoniam qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt, si post spiritum sanctum scandalum passi fuerimus, aut denegauerimus, non habemus excusationis locum, quasi scandalizati sine spiritu sancto, aut denegantes sine spiritu sancto. Et illi quidem scandalizati sunt quasi adhuc confestentes in nocte, nobis autem iam nox remota est, dies autem appropinquauit. Propter quod dicitur, *Sicut in die honeste ambulemus.* Qui autem honeste ambulat & in luce est, nō denegat Christum, quia non est in nocte. Adhuc autem ideo illi scandalizati sunt in nocte, sicut dominus ipse restatur, quoniam secundum scripturam pro nobis omnibus pater filio vnico nō peperit, sed tradidit eum pro nobis in passionem, vt ad modicum dispergantur oves gregis scandalū passi, post hoc autem congregentur à resurgente Christo, & præcedere eos in Galileam, qui se sequi voluerint in Galileam, vt gentium populus, qui sedebat in tenebris videat lumen magnum, & qui in regione & vmbra mortis, lux ei oriatur. *Respondens autem Petrus dixit ei, Si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor.* Dicit Apostolus in epistola ad Romanos, *Si autem Deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, non præcipiens omnem hominem fieri mendacem, sed pronuncians esse mendacem.* Psalmo dicente, *Ego dixi in excessu mentis meæ, omnis homo mendax.* Hic autem Petrus audiens Saluatorem dicentem, *Omnes vos scandalum patiemini in me in hac nocte*, dominum nostrum profitebatur facere mendacem: per ea quæ sibi confidens dicebat, *Si omnes scandalizati fuerint, ego non scandalizabor, non considerans quoniam qui dixit, Ego suam veritatem, mentiri non poterat.* Propter hoc, sicut existimo omnes quidem discipuli scandalizati sunt tantum in Iesum, Petrus autem qui existimauit mendacem posse facere veritatem: non tantum scandalizatus est, sed etiam derelictus propter audacem suam pronissionem, iuxta scādalum etiam denegauit. Et quoniam non solum inconsiderate, sed pene etiam impie dixit, *Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabor*: nec cogitans lubricam naturam humanam, magnum protulit verbum, ideo nec ad modicum est derelictus, vt scilicet denegaret.

vel semel denegaret, sed abundantijs derelinquitur, ut ter denegaret, ut arguatur audacia promissionis eius per unam ancillam, & hoc verbum interrogantem, & dicentem, Et tu cum Iesu Galilaeo eras? Et denegavit coram omnibus dicens, Nescio quid dicis. Et iterum denegavit non simpliciter, sed cum iuramento. Et tertia vice non solum cum iuramento, sed cum deuotione, quia nescio hominem. Per hoc autem instruitur, ut nunquam sine consideratione aliquid promittamus super habitudinem nostram humanam, quasi qui valeamus Christi implete confessionem: ex nobis aut aliquid praecceptorum Dei, admonente nos Apostolo, & dicente, Noli altum sapere, sed time. Debetur enim postquam audiuit, quia omnes vos scandalum patiemini in hac nocte, & postulasse dominum, & dixisse, Etsi omnes scandalizati fuerint in te, esto in me, ut non ego scandalizer, & dona mihi praecipue gratiam hanc, ut in tempore, cum omnes discipuli tui fuerint scandalum passi ego in denegationem non cadam, nec ab initio scandalizer. Si enim postulasset, forsitan amotis ab eo ancillis, ceterisque ministris, non denegasset. Nec enim poterat fieri, ut facta interrogatione, potuisset dicere dominum Iesum in spiritu sancto, aut confessus fuisset, cum spiritus sanctus nondum fuisset datus. Quaeseres autem si possibile erat ut nec scandalizaretur semel Salvatore dicente, Quia omnes vos scandalum patiemini in me. Ad quam quaestionem aliquis respondebit, quod necesse erat ore verissimo praedicere, quod omnes vos scandalizabimini, fieri quod praedictum erat ab Iesu. Alius autem dicet, quod qui exoratus a Niniuitis quae praedixerat per Ionam non fecit propter poenitentiam Niniuitarum, sic possibile fuit ut repelleret etiam a Petro scandalum deprecante. Nec autem promissio eius audax ex affectu quidem prompto, non tamen prudenti, facta est ei causa, ut non solum scandalizaretur, verum etiam ter denegaret. Quaeseres adhuc, si postquam audiuit Iesum dicentem, Amen dico tibi, priusquam gallus ceteret in hac nocte, ter me negabis, non addidisse, Si fuerit mihi mori tecum, non te negabo, sed deprecatus fuisset, ut repelleretur ab eo praecognita ipsius denegatio, si forte non denegasset. Et aliquis quidem dicit, quod locum quidem habebat deprecatio Petri, cum dixisset, Omnes vos scandalum patiemini in me, auxilium accipere ut non scandalizaretur. Nec enim cum amen prolatum fuerat, dictum est, omnes vos scandalum patiemini. Postquam autem cum affirmatione iuramenti pronunciauit, non erat possibile ut non denegaret. Si enim iuramentum erat Christi amen, mentitus fuisset dicens, Amen dico tibi, si verum dixisset Petrus, quia non te negabo. Videntur autem mihi ceteri discipuli Iesu cum prospectu & cogitatu, quod primum quidem fuerat dictum, Omnes vos scandalum patiemini in me in hac nocte, nihil dixisset, neque professos fuisse quasi non essent scandalizandi, Videbant enim veracem esse Iesum hanc praedicentem. Ad hoc autem quod soli dictum est Petro: Amen dico tibi antequam gallus ceteret, ter me negabis; promiserunt similiter & Petro, Et si fuerit nobis mori tecum, non te negabimus. Quod Petrus quidem non conuenienter fecit post Christi prophetiam de eo negaturo ter ante galli cantum. Ceteri autem quasi qui non erant comprehensi in illa prophetia, nec tenebantur in illis, quae ad Pe-

trum fuerant dicta, responderunt promittentes non promissionibus suis mendacem dominum facere cupientes, sicut facere voluit Petrus. Sicut enim cum transfiguratus fuisset in monte excelso, apparentibus in gloria simul cum Iesu Moyses & Helia dixit, Vis faciamus hic tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi, & vnum Heliae: nesciens quid loqueretur, sicut scriptura testatur de eo: sic & hic nesciens quid loqueretur dixit. Si fuerit mori mihi tecum, non te negabo. Cum Iesu enim mori pro nobis omnibus moriente ut nos viuamus, hominum non erat, quoniam omnes fuerant in peccatis, & omnes opus habebant ut pro eis alius moreretur, non ipsi pro aliis. Tunc venit Iesus cum illis in praedium quod dicitur Gethsemani. Scienti Hebraeorum nominum interpretationem, etiam nomen huius praedij quod vocant Gethsemani prodest ad manifestationem loci istius, quoniam non sine causa positum est apud Matthaeum, & Marcum etiam praedij nomen. Nos autem praemittentes illud hoc solum suggerimus, quomodo Iesus cum discipulis venit ad praedium hoc, quod vocatur Gethsemani, accipiens eos ex loco illo in quo pascha cum eis manducauit. Nec enim conueniebat cum proderetur, ab illo capi loco, ubi cum discipulis manducauerat pascha. Conueniebat autem & priusquam proderetur orare, & orandi eligere locum mundum ad orationem. Sciebat enim quod sicut differt aer ab aere mundiore, sic terra sancti loci & sanctioris, sicut scriptum est, Locus, in quo tu stas, terra sancta est. Et quaeras si praeter affectum orantis, etiam ex loco orationis in quo quis orat, sit oratio mundior & acceptabilior, secundum quod scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur. De qua & alibi dicitur, Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam. Et vir quidam Iudaicus nec dubitat de huiusmodi, qui autem propter Christi doctrinam recessit a Iudaicis fabulis, & ab omnibus, quae corporaliter ab eis intelliguntur, dicit non propter locum fieri orationem distantem ab oratione, sed quia melius est cum nullo orare quam cum malis orare. Ad demonstrationem autem traditionis istius vtetur exemplo, quod Iesus in domo Iairi sacerdotis oraturus pro mortua filia eius omnes eiecit foras, & tres tantum elegit secum, qui & super montem facti fuerant testes transfigurationis ipsius. Propter hoc enim & in ecclesiis Christi consuetudo tenuit talis, ut, qui manifesti sunt in magnis delictis, eiiciantur ab oratione communi: ut ne modicum fermentum non ex corde mundo orantium totam vnitatis conspersionem, & consensus corruptat. Habet autem & hic sensus, quod iuste obiciatur his, qui non quomodo debent sic intelligunt, accipientes sic occasionem, ut dicant proximo suo, Ne appropinques mihi, quia mundus sum. Quod fecit & Phariseus ad Publicanum longe orantem, & peccus suum percipientem, & dicentem, Domine, propitius esto mihi peccatori. Mensurate ergo facete hoc debemus, ut ne cum indignis premus propter honorem orationis, secundum eum qui dixit, Si duo in vobis congenerint in idipsum, de omni re quae uenque petierint, fiet eis. Nec inferiores spernamos nos proponentes propter iactantiae casum, secundum eum qui dixit, Qui se exaltat, humiliabitur. Hanc autem tractauimus propterea quod dictum est, Sedete hic, do-

Causa pro
Linhum
qui hic
orationem
causa
habet

nec eo illuc orare. Accipiet autem Petrum, & duos filios Zebedaei, cepit tristari, & tediari. Vel sicut Marcus exponit, cepit pauere, & tediari. Hos ipsos autem discipulos assumpsit, & super montem cum esset transfigurandus, & ad filiam Iairi sacerdotis. Et quare si aliquis secretus forte vidit in tempore priusquam pateretur Iesus, & eo iret ubi voluit orare. Forsitan enim vidit assistentes reges terrae, & principes congregatos in vnum aduersus dominum, & aduersus se Christum eius. Propter quod quasi multis illis constitutis, & in malitia potentibus, cepit tristari & tediari, vel & pauere. Et considera quod non dixit tristabatur & tediabatur, sed cepit tristari & tediari. Multum enim interest inter tristari & incipere tristari. Si ergo aliquis defendens passiones humanas profert nobis etiam ipsum tristatum fuisse Iesum, audiat quod qui tentatus est per omnia secundum similitudinem praeter peccatum, hic non est tristatus tristitia passionis ipsius, sed factus est secundum humanam naturam tantum in ipso principio tristitiae, & pauoris, ut ostendat discipulis suis praesentibus, maxime Petro magna de se aestimanti, rebus ipsis, quod postea eis dixit, Quod spiritus promptus est, caro autem infirma. Et non est aliquando consistendum in ea, sed semper timendum de ea, quia incauta confidentia ad iactantiam ducit, timor autem infirmitatis ad auxilium Dei confugere adhortatur, sicut & dominum ipsum paululum progredi, & cadere in faciem, & orare. Ergo cepit quidem tristari secundum humanam naturam, quae talibus passionibus subdita est, non autem secundum diuinam virtutem, quae ab huiusmodi passione longe remota est. Et haec dicimus de Iesu, ut non arbitremur sicut quaedam haereticos hominem tantum fuisse, sed Deum veram humani corporis suscepisse naturam, qui poterat compati infirmitatibus nostris, quoniam & ipse circumdatus erat infirma natura humani corporis: similiter & ipse participans corpus, & sanguinem, quemadmodum & pueri, de quibus dicit, Ecce ego, & pueri, quos mihi dedit Deus, participant carni, & sanguini. Videns ergo instans sibi certamen quod non erat ei aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus tantos reges terrae assistentes, & principes congregatos in vnum aduersus se, quantos nunquam, cepit pauere, vel tristari, nihil amplius tristitiae vel pauoris patiens nisi principium tantum. Nec enim scriptum est, quod pauit, vel tristatus est, sed cepit pauere, & cepit tristari, quando & dixit, Tristis est anima mea usque ad mortem. Quod ipsum tale aliquid significare videtur, tanquam si dicat, tristitia accepta est in me, ut non omni modo sine fine gustu tristitiae: non semper, sed usque ad tempus mortis in me est, ut cum mortuus fuero peccato, moriar & inuertes tristitiae, & incipere principium tantum fuit in me. Sustinete hic, & vigilate mecum. Ac si dicat, etsi aliis discipulis dixit, Sedete hic donec vado illuc orare, & adduxi vos tres vsque; huc, nolo vos ulterius progredi, nondum enim potestis. Propter hoc manete hic vigilantes, sicut & ego vigilo, scientes quod ceteros quidem iussi sedere ibi quasi inferiores, ab agone isto seruans eos secutos: vos autem quasi firmiores adduxi, ut mecum conlaboretis in vigiliis, & orationibus. Tamen & vos manete hic, ut vnusquisque in gradu suae vocationis consistat quoniam & omnis

gratia, quamuis fuerit magna, habet & superiorem. Quod autem hoc significat dicens, Manete hic, manifestum est ex eo quod in sequentibus dicitur, Progressus autem pusillum, cecidit in faciem suam. Propter quod maneamus ubi praecipit Iesus, secundum quod & Apostolus mandat, Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in hac maneat apud Deum, ut omnia faciamus, ut cum eo pariter vigilemus, qui non dormit, neque dormitat custodiens Israel. Ad hoc autem adduxit eos, maxime Petrum magna de se confidentem, ut videant & audiant ubi est posse hominis, & quomodo impetratur. Videant quidem cadentem in faciem suam, audiant autem dicentem, Pater, si possibile est, transeat calix iste a me: & dicant non magna de se sapere, sed humilia aestimare: nec veloces esse ad promittendum, sed solliciti ad orandum. Ideo & illos duxit, qui videbantur fideliores & fortes, similes Petro, in quibus similiter facile poterat locum inuenire iactantia propter fiduciam fidei. Mediocres autem (quorum ad periculum dico iactantiae) ipsa fidei exiguitate muniti sunt. Et progressus pusillum cecidit in faciem suam orans, & dicens, Pater, si possibile est, transeat calix iste a me. Quid dixit, Dicitur a me quia mitis sum & humilis corde: laudabiliter se humilias, & nunc cadit in faciem suam orans, & adhuc amplius postmodum humiliat se factus obediens usque ad mortem: quoniam precium exaltationis humilitas est. Nec enim exaltatur a Deo nisi qui humiliauerit se propter Deum. Cadit autem in faciem orans non multum progressus, sed pusillum a tribus discipulis suis manentibus secum. Nolebat enim longe fieri ab eis, sed iuxta eos constitutus orare. Quod autem dicit, orans, si possibile est, transeat calix iste a me, manifestans in oratione suam deuotionem, quasi dilectus filius & complacens dispositionibus patris, addidit, Sed non sicut ego volo, sed sicut tu. Docens ut non oremus nostram voluntatem, quando factum fuerit ut aliquid aliud velimus quam Deus. Pater si possibile est transeat calix iste a me, sed non sicut ego volo, sed sicut tu. Secundum quod cepit pauere & tristari, secundum illud & orat calicem passionis transire a se, sed non sicut vult, sed sicut vult pater. Suscipiens enim naturam carnis humanae, omnes proprietates impleuit, ut non in phantasia habuisse carnem existimaretur, sed in veritate: secundum quod in hoc loco orat calicem passionis transire a se, sed non sicut vult ipse, sed sicut vult pater. Quoniam proprium est omnis hominis fidelis, primum quida nolle pati aliquid doloris, maxime quod ducit usque ad mortem, quia homo est carnalis: si autem sic voluerit Deus, acquiescere etiam contra voluntatem suam, quia fidelis est, ne plus videatur in se desperare, quam in Deum sperare. Nam sicut multum confidere non debemus, ne nostram virtutem videamus profiteri, sic multum pusillanimitate agere, & distidere non debemus, ne Dei adiutoris nostri impotentiam videamus pronuntiare. Hanc ergo voluntatem quam dicit, Si possibile est transeat calix iste a me, sed non sicut ego volo, sed sicut tu, non est secundum substantiam eius diuinam & impassibilem, secundum naturam humanam eius, & infirmam. Altera autem interpretatio loci huius est talis, quoniam quasi filius charitatis Dei, secundum praescientiam quidem diligebat eos, qui ex gentibus fuerant cre-

dituri: Iudæos autem quasi semen parrum sanctorum, quorum adoptio, & gloria, & testamenta, & repromissiones, diligebat quasi ramos bonæ oliuæ. Diligens autem eos videbat qualia erant passurū petentes eum ad mortem, & Barrabā eligentes ad vitam, ideo dicebat dolens de eis, *Pater, si possibile est, transeat calix iste à me.* Rursum renouans desiderium suum, & videns quanta utilitas mūdi totius esset futura per passionem suam dicebat, *Sed non sicut ego volo, sed sicut tu.* Videbat adhuc propter illum calicem passionis, etiam ludam qui ex duodecim vnus erat, filium fore perditionis. Rursum intelligebat per illum calicem passionis principatus & potestates triumphandas in corpore suo. Propter hos ergo quos in passione sua nolebat perire dicebat, *Pater, si possibile est, transeat calix iste à me.* Propter salutem autē totius humani generis quæ per mortem eius Deo fuerat acquirēda, dicebat quasi recogitans, *Sed non sicut ego volo, sed sicut tu,* id est, si possibile est vt sine passione meam sunt prouentura, transeat passio hæc à me, vt & mundus saluetur, & Iudæi in passione mea non pereant. Si autem sine perditione quorundam, multorum salus non potest introduci, quantum ad iustitiam tuam, non transeat sicut ego volo, sed sicut tu. Ac si dicat, ista quidem est mea voluntas: sed quoniam tua voluntas multo eminentior est, quasi ingeniti Dei, quasi patris omnium, propterea magis volo tuam voluntatem fieri, quam meam. Calicem autem hunc, qui bibitur passionis in multis locis nominat scriptura præcipue qui à martyribus proprie bibitur, sicut est ibi. Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutatis accipiam & nomen domini inuocabo. Si ergo calix salutatis calix martyrii est, necesse est vt saluemus calicem illum, totum illum bibentes, quia calix est salutatis, vt nihil fundamus ex eo. Bibit ergo calicem totum, qui patitur pro testimonio quicquid fuerit ei illatū. Effundit autem accipiens, qui vocatus ad martyrium ire denegat ne aliquid patiat. Est & alterius generis calix inebrians, quem bibit quis postquā manducauerit præparatam sibi mensam à Deo aduersus illos, qui tribulant iustum. Notandum est autem quoddam Marcus quidem, & Lucas hoc ipsum scripserunt, qui & tentatum exponunt à diabolo Iesum. Ioannes autem passionem quidem exponit quemadmodum alij, orantem Iesum vt transeat ab eo calix non introducit, sicut nec tentatum exponit à diabolo Iesum. Causam autē hanc arbitror esse, quoniam hi, qui magis secundum humanam eius naturam exponunt de eo, quam secundum diuinam. Ioannes autem magis secundum diuinam quam secundum humanam interpretabatur naturam, diuinitas autem intentabilis erat. Ideo tres quidem euangelistæ exposuerunt tentatum, Ioannes autem secundum quod cœperat, in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, nescit Deum verbum posse tentari. Sic & hic tres quidem isti retulerunt Iesum postulasse à patre vt transeat calix ab eo, quoniam & proprium hominis erat quantum ad infirmitatem pertinet carnis, velle euadere passionem. Ioannes autem propositum habens exponere Iesum Deum verbum, sciens quoddam ipse est vita & resurrectio, nescit Deum im-

passibilem refugere passionem. *Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes. Et dixit Petro, Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem.* Quādiu quidem affuit Iesus discipulis suis, non dormierunt: pusillum autem progrediente eo ab eis, nec vna hora potuerunt vigilare eo absente. Propter quod oremus vt nec modicum aliquando Iesus progredietur à nobis: sed impleat quod promisit in nobis dicens, Ecce ego vobiscum ero omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Sic enim vigilabimus eo excutiente somnum ab anima nostra, sine quo possibile nō est implere mādaturam quod dicit. Ne des somnum oculis tuis, aut palpebris tuis dormitationē, vt cadas sicut damula ex rebus & sicut auis ex laqueo. Tamen veniens ad discipulos, & inueniens dormientes, suscitauit eos verbo ad audiendum, vt iam quasi audientibus dicat, quod dicit sic, *Non potuistis vna hora vigilare mecum?* Præcipit autem vigilare, vt vigilantes oremus. Vigilat autē qui facit opera bona: vigilat qui sollicitè agit de fidei veritate, ne in aliquod tenebrosum dogma incurrat. Qui enim sic vigilans orat, illius exaudit oratio. Hoc enim significat dicens, *Vigilate & orate:* vt primum vigilemus, & sic vigilantes oremus. *Vt ne intretis in tentationem.* Hoc secundum quod non multi intelligunt tale est, ac si dicat, vt non tentemini. Si autem sic placuerit Deo, acquiescite Deo, sicut me audistis orantem. Considera autem si possibile est sic intelligere magis, quoniam vita nostra ipsa tentatio est secundum Iob. Intrare autem in tentationem, aut venire in tentationem, est cadere in tentationem, & vinci ab ea. Et puto quod nemo venit ad Iesum simul & in tentationem: sed si quidem venit ad Iesum, non venit in tentationem: si autem venit in tentationem, non venit ad Iesum. Ad Iesum enim nemo venit nisi quem trahit pater ad Iesum, vt resuscitetur ab eo. Ad Iesum ergo venimus, vt & si tentator nos fuerit persecutus, & mala ex eo, non comprehendamur ab eis: sicut scriptum est, Persequetur te mala, & non comprehendent. Ad peccatorem autem dicitur, *Consequenter te mala, & comprehendent te.* Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Sicut & tuus, & Petre spiritus fuit promptus ad promittendum, caro autem erat infirma ad consistendum. Sed hoc est considerandum, vt utrum sicut omnium hominum caro infirma est, sic omnium spiritus promptus est: an omnium hominum caro quidem infirma est, non autem & omnium hominum spiritus promptus est, sed tantum sanctorum. Ergo ad solos apostolos, vel ad eos, qui similes eis inueniuntur dicit, quod spiritus promptus est, caro autem infirma. Infidelium autem & spiritus segnus est, & caro infirma. Si ergo ad sanctos tantum Christum dicere hoc procedit, prouocat nos, vt queramus quoniam est & alijs caro infirma: eorum tamen solorum, quorum spiritus promptus est. Ego enim dico carnem infirmam esse illius, qui non habet peccatum, nec carnis sapientiam fortem, sed defectam, qui cum spiritu prompto carnis opera mortificauit, & sapientiam carnis ad nihil reduxit, vt semper mortem Christi circumferat in corpore suo, prævalente videlicet spiritu in concupiscentiis suis aduersus concupiscentias carnis, quoniam caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Et hæc in imperfe-

impetfectis quidem aduersantur inimicem: in perfectis autem iam non aduersatur caro sed mortificata est, & infirmata est sapientia carnis in carne, & concupiscentia eius extrinsecta est: viuunt autē in ea sapientia spiritus, viuunt autem & operatur. De qua infirmitate & dominus ad Apostolum dicit, *Quoniam virtus in infirmitate perficitur, id est in infirmitate carnis & sapientie eius.* Propter quod ait Apostolus, Cum enim infirmor, tunc potens sum. Potens enim tunc fit vnusquisque nostrum, cum infirmata fuerit caro ipsius, vt non perficiat opera carnis, sed habiter virtus Christi in ea. Unde dicebat. Sic certe repugno, & castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Quoniam per multas castigationes facit homo carnem suam infirmam proficiens spiritu, & mortificans opera carnis. Hoc ergo dicere vult ad discipulos suos secundum istam traditionem, *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem, vos quorum spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Quoniam qui spiritalior, & perfectior est, sollicitior esse debet ne magnum bonum ipsius grauem habeat lapsum. *Iterum vadens Iesus orauit dicens, Pater meus, si non potest hoc transire à me nisi illud bibam, fiat voluntas tua.* Petit autem nunc vt transeat calix ab eo, & si nō sic quomodo voluit ipse, transeat quomodo vult pater. Hic iam secundum quod postsumus intelligere exposuimus, vt cum hoc etiam præcedentia videamur exposuisse. Existimo enim quod calix ille passionis omnino quidem ab Iesu fuerat transiit, sed cum differentia, vt si quidem biberet eum, & ab ipso transiret postmodum, & ab vniuerso genere hominum: Si autem non biberet eum, ab ipso quidem forsitan transiret, ab hominibus autem non transiret, sed maneret apud eos donec perficeret eos. Hunc ergo calicem passionis principaliter quidem volebat à se transire, sic vt omnino neque gustaret amaritudinem eius, si tamen possibile esset quantum ad iustitiam Dei. Quod enim dicebat, *Si possibile est, non ad potentiam Dei referebat solam, sed etiam ad iustitiam eius, quoniam in quantum ad potentiam quidem Dei omnia possibilia sunt, siue iusta, siue iniusta: quantum autem ad iustitiam eius, qui non solum potens est sed etiam iustus, non sunt omnia possibilia, sed ea sola, quæ iusta sunt.* Si autem non poterat fieri, magis volebat vt biberet eum, & sic transiret ab eo, & ab vniuerso genere hominum, quam vt faceret contra voluntatem paternam, bibitionem eius effugiens. Propter exitum ergo bonum qui erat futurus post bibitam amaritudinem calicis, orat vice secunda dicens, *Pater meus, si non est possibile vt transeat nisi bibero eum, fiat voluntas tua.* Manifestum est itaque, quod bibere eum volebat. Quantum ad comparisonem enim, melius erat vt propter bibitionem eius transiret, quam vt non transiret, propterea quod non biberat eum. Pone enim Dominum non bibisse calicem illum, & propter hoc eum non transisse, sine dubio nec à genere humano transissent spiritus operantes peccata. Cōuenienter autem neque poenæ transissent quæ debebantur peccatis. Ergo expediebat omnibus, vt transiret calix ab eo, propterea quod biberat eum saluator, vt nos omnes credentes in eum qui biberat eum, non bibamus calicem illū vini meri, qui potat & potaturus est omnes gentes, vt bibentes inebrientur, & euomāt, & insanire desi-

stāt. Sicut enim pro nobis omnibus mortuus est, vt trāseat & nos mors inimica Christi: sic pro nobis omnibus, qui debitores eramus ne in aeternū biberemus, calicem illum bibit, vt per hoc ipsum quod transiit ab eo calix, transeat & à nobis non bibentibus illum. De quo calice dicit Hieremias, Dixit Dominus Deus Israel ad me. Accipe calicē vini meri huius de manu mea, & porabis omnes gentes, ad quas ego mitto te, & bibent, & euoment, & insanire desinent à facie gladij quē ego mitto in medio eorum. Qui ergo audiunt Dominum, & viuunt secundum verbum eius, & sunt emundati per fidem ipsius, iam non opus habent illa mundatione, quæ fit per calicem illum iræ. Sicut enim qui loti sunt non opus habent lauari, quia sunt mundi, quia Christi discipuli sunt: sic qui non sunt mundi necessarium habent calicem illum, Domino eos hortante, Bibite, & inebriamini, & euomite. Audi enim quomodo loquitur Hieremias, magis autem Deus in Hieremia exhortans eos qui necessarium habent calicem illū talem, quoniam voluntarie debent eum bibere qui necessariam habent talem mundationē. Quoniam autem exhortans ad bibendum hæc dicit Deus, considera quod dicit inferius, *Et erit (inquit) cum noluerint suscipere calicem de manu tua ad bibendum, dices eis. Hæc dicit Dominus virtutum, Bibentes bibetis, quoniam in ciuitate, super quam inuocatum est nomen meum, super ipsam incipiam ego inducere mala, & vos mundatione mundabimini.* Vide autem quod post primam orationem venit ad discipulos, & inuenit eos dormientes: similiter post secundam veniens inuenit eos dormientes. *Quoniam erant oculi eorum grauari.* Puto autem quod non tantū corporum eorum oculi, quantum animarum eorum. Adhuc enim nondum amoterat ab oculis discipulorum suorū grauumen impositum: nec enim fuerat adhuc honorificatus. Et sicut nondū erat spiritus datus, quoniam Iesus nondum erat honorificatus: sic oculi eorum nondum fuerant releuati à grauumine, quoniam Iesus nondum fuerat honorificatus. Unde non eos reprehendit, sed vadens iterum tertia vice orauit id ipsum, docens & nos per hoc ipsum, vt non deficiamus in oratione, sed permaneamus in ipso verbo orationis, donec impetremus ea quæ postulare iam cœpimus. *Tunc veniens dixit discipulis suis. Dormite nunc, & requiescite. Ecce appropiat qui me tradet.* Tunc sine dubio post orationem. Non autem est ille ipse somnus, quem iubet nunc discipulos suos dormire, & ille, qui bis superius scribitur contigisse discipulis. Illic enim dormientes inuenit, & non requiescentes, & iterum dormientes inuenit grauatos oculos habentes: Nunc autem præcipit eis non simpliciter dormire, sed cum requie. Multum enim differt secundum præceptum Christi dormire, & requiescere à dormitatione contra voluntatem ipsius dicentis, *Manete hic, & vigilate mecum:* & improperantis propter somnum, & dicentis: *Sic non potuistis vna hora vigilare mecum?* Non ergo contraria sibi dixit, dicens illic: *Vigilate mecum:* hic autem, *Dormite & requiescite:* sed vt ordo seruetur, vt primum quidem vigilemus orantes, vt non intremus in tentationem: & postea dormiamus & requiescamus secundum Dei præceptum. Quem somnum & Salomon ponit in promissione bene viuentibus, dicens in Proverbijs

fuis, Si enim sederis, sine timore eris: Si autem dormieris, suauiter dormies, & non timebis pauiorem superuenientem, nec impetus impiorum irruentes. Et Dauid diuersas sciens vigilias, & dormitiones iurauit domino, & votū vouit Deo Jacob, non ascendere supra lectum stratus sui, nec dare somnum oculis suis, nec palpebris suis dormitationem, & hoc tandiu facere donec inueniat locum domino, tabernaculū Deo Jacob, ut cum inuenerit locum domino ascendat super lectum stratus sui, & det somnum oculis suis renouantibus se, & post requiem preparatibus ad nouam, & diuinorem surrectionem, secundum quod solet corporalibus hominibus euenire post somnū naturalem, & sanum. Forstā autē & anima non potens semper suffere labores quasi creata, & incarnata, & non sufficiens sine intermissione seruare bonum, remissiones sine reprehensione aliqua consequetur: quæ moraliter somnia, atque dormitationes dicuntur, ut vsque aliquantulum temporis habens remissionem, surgens renouata resuscitetur. Vtrum autem hoc erit semper an non, abundantius quærat qui potest de talibus & quærere, & intelligere de diuinis scripturis, & sine periculo pronuntiare. *Ecce appropiauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.* Propter hanc horam puto & ad matrem suam dicebat, Nondū venit hora mea. Et hic enim docet, quod hora appropiās hoc agebat, ut filius hominis traderetur in manus peccatorum. Vtinam & in illorum peccatorum tantummodo manus Iesus traditus tunc fuisset: nunc autem arbitrator semper in manus peccatorum traditur Iesus, quando hi, qui videntur in Iesum credere, habent Iesum in manibus suis, cum sint peccatores. Sed & quotiescunque iustus habens in se Iesum, in potestate factus fuerit peccatorum facientium ei quod possunt: Iesus est traditus in manus peccatorū. Surgite eamus, ecce appropiauit qui me tradet. Postquam suscitauit eos ab illo somno, quē diximus, consequenter dicit discipulis suis, *Surgite eamus.* Et videns in spiritu appropinquantem Iudam traditioni, qui nondum videbatur à discipulis eius, dixit: *Ecce appropiauit qui me tradet.* Ego autem puto nō esse idipsum, ecce appropiauit mihi, & ecce appropiauit qui me tradet. Nec enim ipsi Iesu appropinquabat traditor eius qui se elongauerat peccatis suis ab Iesu, & prodicione qua tradere eum consiliatus est, sed appropiauit ad tradendum filium Dei quem iam prodiderat. Sed & omnes transgressores prius produnt Iesum, postea tradunt. *Et adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus ex duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus missi à principibus sacerdotum, & senioribus populi.* Quæret autem aliquis etiam causam, cur multa turba fuerit congregata cum gladijs & fustibus super eum. Erat autem secundum Ioannem, multa hæc turba cohors militum, & ministri à principibus sacerdotum transmissi. Et potest dicere aliquis, quod propter multitudinem eorum, qui iam crederant in eum ex populo tanti venerunt aduersus eum, timentes ne multa multitudo credentium de manibus eorum raperent eum. Ego autem existimo alteram causam congregatæ multitudinis contra eum: quoniam qui putabant eum in Belzeub eijcere demonia, arbitrabantur eum ex quibusdam maleficis discipulis, & magicis posse effugere de medio volen-

tium eum tenere. Et forstā quidam eorum audierant quomodo aliquando cum iam præcipitandus fuisset de supercilio montis, effugit manus iam tenentium se: non fuga simplici, & humana, sed alia quadam extra naturam humanam. Propter hanc etenim causam etiam apud Marcum Iudas dicebat turbæ, quæ veniebat cum ipso gladijs, & fustibus, *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenere eum, & adducite diligenter maligne, & cum significatione videtur dixisse: tanquā si dicat, nisi diligenter eum tenentes adduxeritis, cum voluerit, effugiet vos.* Illi autem audientes secundum existimationem Iudæ quasi non paternā diuinitate adiutum hoc agere, vel alia multa, omnia faciebant ut diligenter eum tenerent, & custodirent. Multi & nunc cum spiritualibus gladijs, specie malignorum, & fustibus similiter contra Iesum militantes, quemadmodum illi, quorum insidijs omnino melior sit Iesus, quāuis pro tempore suscipiat in se eorum incurtus, ut impleatur peccata insidiantium ei, & manifesta fiat malitia voluntatis eorum aduersus veritatem vniuersi verbi. Qui autem sic cum gladijs & fustibus militant contra Iesum, varijs & diuersis dogmatibus venientes exposito insidiantur Iesu. Sunt autē & qui à presbyteris impijs sui transmissi populi contra verbum militant veritatis, quod est in Iesu. *Qui autem tradidit eum dedit eis signum dicens, Quemcumque osculatus fuero ipse est, tenere eum.* Dignum est quærere quam ob causam cum palam docuisset Iesus per singulas ciuitates, & vicos, & synagogas, prædicans euangelij verbum: ita ut fama eius exiret in omnem regionem, & diuersam faciem manifestatus esset omnibus habitantibus in Iudæa, quasi non cognoscentibus effigiem eius dedit signum Iudas missis à principibus sacerdotū, dicens, *Quemcumque osculatus fuero, ipse est.* Quod autem & ipsi qui venerant cum Iuda ad comprehendendum eum, frequenter eum vidissent, manifestatur ex eo quod ipse Iesus dicit ad turbas, *Quasi ad latronem venistis cum gladijs & fustibus comprehendere me, quotidie vobiscum sedebam in templo docens, & non tenuistis me.* Similiter & Ioannes refert eum dixisse, Ego palam locutus sum huic mīdo: ego semper docui in synagoga, & in templo, vbi omnes Iudæi cōueniunt. Venit ergo traditio talis ad nos de eo, quod non solum duæ formæ in eo fuerunt, vna quidem secundum quā omnes eum videbant: altera autem secundum quam transfiguratus est coram discipulis suis in monte, quando & resplenduit facies eius tanquā sol, sed etiam vnicuique apparebat secundum quod fuerat dignus. Et cum fuisset ipse, quasi non ipse omnibus videbatur. Secundū quod de manna est scriptum, quando Deus filiis Israël panem misit de cælo omnem delectationem habentem, & ad omnem gustum conuenientem, quando desiderio offerentis obsequēs ad quod quis voluerat vertebatur. Et non mihi videtur incredibilis esse traditio hæc, siue corporaliter propter ipsum Iesum, ut alio & alio modo videretur hominibus: siue propter ipsam verbi naturam, quod non similem cūctis apparet. Si autem hoc ita se habet, possibile est solutionem eius inuenire quod quæritur. Quoniam & si frequenter eum viderunt turbæ venientes cum Iuda, nihilominus opus habebant propter transfigurationem eius, qui eū ostenderet eis, habens notitiam eius familiariorē per multam

multam commorationem cum eo, ut intelligeret transformationem eius, secundum quas suis apparere solebat. Hoc idem significatur etiā per Ioannem euangelistam, vbi sciens Iesus, quæ superuentura erant ei, procedens foras dixit, *Quem quæritis?* At illi dixerunt, Iesum Nazarenum. Et dixit eis, Ego sum. Et abierunt & ceciderunt retrorūm. Vides quod non eum cognoscebat cum frequenter vidissent, propter transfigurationes ipsius. Si autem etiam illam causam quærat aliquis, cur osculo Iudæ tradidit Iesum: hanc dabitur rationem. Quoniam secundum quosdam quidem, voluit reuerentiam quandam ad magistrum seruare: non audens manifeste in eum irruere, & impudenter profiteri se proditorem magistri. Secundum alios autem hoc ideo fecit Iudas, timens, ne forte si manifestum se aduersariū præbuisset, & proditorem magistri, ipse ei fieret causa euasione, cum posset quantum ad ipsius opinionem ex quibusdam secretioribus discipulis effugere, & facere se in parum. Ut ergo nihil tale suspicans Iesus secundum quod Iudas opinabatur, sed putans eum amicum, quomodo necit sic insperate comprehendatur: ideo hoc dedit signum sciens iam quod si non uisisset comprehendere nūquam comprehensus fuisset, sed volens præbuit se manibus peccatorum. Ego autem puto quod etiā omnes proditores veritatis amare veritatem fingentes, & osculi signo vtrates quasi quadam indicatione charitatis produnt verbum Dei volentibus ipsum tenere aduersarijs eius, nihil pacificum indutus: bellicos autem gladijs, & iniurias, & fustes habentibus. Et dicit proditor Iesu, *Rabbi.* Omnes enim heretici quemadmodum Iudas se Iesu dicunt, Rabbi: qui & osculantur eū sicut & Iudas. Ad quos omnes placabilia dicit Iesus, cum sint omnes Iudas proditor, *Iuda osculo filium hominis tradis?* Dicit autem ei improperans simulationē amicitie eius. *Amice ad quid venisti?* Hoc enim nomine neminem honorum in scripturis cognoscimus appellatū. Ad malum enim, & non indutum nuptialibus vestimentis, dicit: *Amice, quid huc venisti, non habens vestem nuptialem?* Malus autem est qui & in parabola denarij audit, *Amice, non tibi facio iniuriam.* Nonne ad denarium conuenisti mecum? Accipe quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. *Tunc accedentes, manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum.* Post osculum continuo nihil differentes turba illa, forstā timentes ne de manibus eorum effugiat Iesus, manus iniecerunt in eum. *Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu extendens manum, &c.* Vnus autem eorum qui erāt cum Iesu, nondum manifeste concipiens apud se euangelicam patientiam illam traditam sibi à Christo, nec pacem, quam dedit discipulis suis: sed secundum potestatem datam Iudæis per legem de inimicis, extendens manum, accepit gladiū, & percussit seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius. Sicut autem dicit Ioannes, ei dextera auriculam amputauit: apud quem & nomē serui dicitur, quod Malchus vocabatur. Et forstā quod agebat Petrus, mysteriū erat, quoniam Iudæici populi dextra auditio fuerat amputanda propter malitiam eorū demonstratam in Iesum. Nam & si videntur audire legem modo, cum sinistro auditu audiunt vrbam traditionis de lege, non veritatem, cum sint serui sermonis profi-

teris seruitium Dei, non autem seruentis in veritate. Huius sermonis mysterium erat aduersus Christum: aduersarius Christi princeps sacerdotum Cayphas. Videtur autem mihi, quod qui ex gentibus crediderunt, omnes vnus populus constituti in Christo, per hoc ipsum, quod crediderunt in Christum facti sunt causa, ut præcideretur Iudæorum auditio dextra, secundum quod fuerat prophetatum de eis, Graua antes populi huius, & oculos eorum deprime, ut ne videntes videant, & audientes intelligant, & conuertantur, & sanem eos. *Tunc ait Iesus ei, Conuerte gladium tuum in locum suum.* Mox Iesus ad eum, qui fuerat gladio vsus, & abstulerat auriculam serui illius dextram: non dicit, *exime gladium, sed, conuerte gladium in locum suum.* Est ergo gladij aliquis locus, ex quo non licet accipere eum, qui non vult perire maxime in gladio. Pacificos enim vult esse Iesus discipulos suos, ut bellicum gladium hunc deponentes aliter pacificum accipiant gladium, quem dicit scriptura gladium spiritus. Simile autem mihi videtur quod dicit, *Omnes qui accipiunt gladium, gladio & peribunt.* Id est omnes, qui non sunt pacifici, sed belli concitatores, in eo bello peribunt quod concitant, ut sit in eis gladius mysterium belli, & litis. Et puto quod omnes tumultuosī, & concitatores bellorum, & conturbantes animas hominum maxime ecclesiarum, accipiunt gladium, in quo & ipsi peribunt. Quoniam qui fodit foueam, ipse incidit in eam. Quoniam conuertetur dolor eorum in caput ipsorum, & iniquitas eorum in ceptum eorum descendet. Sed & simpliciter audientes quod dicit, *Qui accipiunt gladium, gladio peribunt,* cauere nos conuenit, ut ne occasione militiæ, aut vindictæ propriarum iniuriarum eximamus gladium, aut ob aliquam occasionem, quam omnem euangelicā abominatur hæc Christi doctrina, præcipiens ut impleamus, quod scriptum est, *Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus.* Si ergo cum odientibus pacem, debemus esse pacifici: aduersus neminem gladio uti debemus. Ita volens ad eum, qui non didicerat loquens docere nos omnes, quoniam volens tradidit semetipsum pro nobis omnibus, addit & dicit, *An putas quoniam non possum modo rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones angelorum?* Tanquam si dicat, Tu quidem sic gladium eximisti, & percussisti principis seruum, quasi mihi auxilium præstans: ego autem si voluissem poteram rogans patrem non humanum auxilium impetrare, sed meliorum, id est angelorū: nec vnus: sed plus quā duodecim legionum. Ex hoc demonstratur, quod secundum similitudinem angelorum militiæ mundialis, sunt & angelorum legiones militiæ cælestis militantium contra legiones demonum habitantium in sepulchris. Nam & apud Lucam multitudo militiæ cælestis audita est laudantium Deum propter Christi natiuitatem. Si autē multitudo militiæ cælestis erat laudantium Deum: militia autem omnis propter aduersarios intelligitur constituta: consequenter & illa militia propter aduersarios militat Deo. Sed etiam Iacob locum aliquem vocauit castra domini, quoniam militiam illi aspexit angelorum. Et vbiunque sunt Deum timentes, circa eos sunt castra angelorum. Immittit enim angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos: sicut fuisse & circa Helisæum liber refert, regnorum.

gnorum. Et attende putas, quasi angelis inferior saluator, aut indigens auxilio angelorum dicebat, *An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones angelorum?* Aut forte secundum exultationem Petri volentis ei auxilium ferre, & gladium proferentis, & amputantis auriculam serui; talia est locutus? Magis enim angeli opus habent auxilio vniuersi filij Dei quam ipse illorum. Propter hoc & quod scribitur: quoniam angelis suis mandauit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis: non de filio Dei vniuerso intelligitur dictum, sed dicitur in persona Christi de omni viro iusto, quem Christus portabat in corpore suo, aut de Christo secundo humanam eius naturam. Denique & quod dicit, Liberabit te a ruina, & daemone meridiano: nequaquam conuenit filio Dei. Sed & quod dicit, Non timebis a timore nocturno, a sagitta volante per diem, a negotio perambulante in tenebris: magis conuenit viro iusto, quam filio Dei. Cum ergo possit accipere legiones, volebat accipere, ut per patientiam eius implerentur scripturae prophetantes de ipso, quoniam ita eum pati conueniebat. *In illa hora dixit Iesus ad turbas, Sicut ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me, quotidie apud vos in templo sedebam docens, & non tenuistis me.* Voluntas eorum quae in hoc loco dicitur talis mihi videtur, quod dicit Saluator ad turbas. Si quis latronem vult tenere, non est incongruum cum gladiis & fustibus venire ad eum, quia talis est & latro, ut omnia audeat, dum modo nihil mali patitur, & si potest paratus est & gladio uti, & fuste aduersus comprehendere se volentes, potius quam ut vltro tradat se in manus eorum: Ego autem quod non sum talis, omnes qui sunt in Iudaea sciunt: alij quidem videtes doctrinam meam, & opera mea: alij autem auditum habentes de me, aut conuersationem meam sequentes: quoniam quotidie sedens in loco sancto templi, quasi congruo ad doctrinas diuinas, manifestabam quae pertinentia erant ad pietatem & vitam sanam secundum legem Dei, & per hoc commendabam pacificum me esse. Quod autem nullam habet rationem idoneam, neque insidiatio vestra aduersus me, neque militia vestra cum gladiis & fustibus facta manifestum est omnibus cognoscentibus me. Quomodo autem & non estis placati quotidie permansionem meam videntes in templo Dei, & presentem me omnibus volentibus me audire, ut coniungerem eos mihi ad perfectionem eorum per verbum & vitam ad beatitudinem Dei? Aut tunc quidem non tenuistis me videntes docentem, & nihil facientem dignum reatu: nunc autem quasi mutatum in exultatione, ut quasi latronem debere comprehendi putatis: sed nec in hoc occasionem aliquam inuenitis, quasi ad verbum mutatum ab eis quae in primis proposueram prodesse volentibus verbis & factis. Et vide postquam dixit ad Petrum, *Recorde gladium tuum in shecram suam,* quod est patientiae, postquam auriculam restituit amputatam, sicut alter dicit euangelista, quod & summae benignitatis indicium fuerat pariter & diuinae virtutis: tunc ista verba locutus est, ut fidelia viderentur ex praecedentibus verbis & factis, ut & si praeterita benefacta non recordarentur, vel praesentia recognoscant. *Hoc autem totum factum est, ut implerentur scripturae prophetarum de vniuerso modo.* Multum autem est

nunc eligere de prophetis, qualia quae tunc impleta sunt eloquia prophetarum, quando haec fecit Christi dicebat: & studiosi hominis est, & multa scientis, congregare verba prophetarum, quae sunt impleta. Et in centesimo octavo psalmo forte pleraque inuenimus conuenientia istis, qui venerunt cum Iuda comprehendere Iesum, sicut & alia de Iuda in eodem dicta sunt psalmo. *Tunc simul omnes derelicto eo, fugerunt.* Timentes ergo turbas, & principem eorum Iudam fugerunt. Nec enim habebant adhuc spiritum, quoniam Iesus nondum fuerat honorificatus, nec spiritum virtutis, & charitatis, quem si habuissent, non essent infirmati, nec aliquid aliud extra diuinam charitatem egissent. *Et illi tenentes Iesum duxerunt ad Caypham principem sacerdotum, ubi scribae & seniores conueniebant.* Arbitror enim quod sermo deseruionis Iudaicae quo nunc derelicti, deseruio profertur, Cayphas est, qui aduersus veritatem militat Iesum, qui dicitur princeps sacerdotum. Iesus autem secundum veritatem sacerdos est verbum Dei, sub quo constituti sunt omnes, qui acceptabiliter seruiunt Deo patri. Vbi autem Cayphas est princeps sacerdotum, sibi congregantur scribae, id est, literati, qui praesunt literis occidenti. Et secundum literam qualitate scribarum sunt seniores, qui non in veritate, sed in vetustate literae simplicis sunt recumbentes, & nihil amplius negotiari volentes. *Petrus autem sequebatur eum de longe usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro sedebat cum ministris, ut videret exitum rei.* Cum duceretur autem magister sequebatur eum Petrus: non autem poterat de proximo eum sequi, sed de longinquo: nec omnino recedens ab eo, nec cum eo incedens: nec iuxta eum, sed de longe sequens peruenit ad atrium principis sacerdotum. Et ingressus Petrus intus sedebat, neque quod illi ministri ministrans, neque faciens quae docuerat Iesus, sed expectabat exitum omnium horum volens videre, quoniam adhuc non intelligebat, neque videbat exitum dispensationum Christi quo tenderent. Nec enim est exitus eorum in atrio Cayphae nec ubi Scribae, & seniores populi illius congregantur. Si tamen proprie quis videat exitum ipsum, videbit verbum Dei & sapientiam dicentem, Ego sum & principium & finis. *Principes autem sacerdotum, & seniores, & vniuersum concilium querebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent, & non inuenierunt: & multi falsi testes accesserunt, & non inuenierunt.* Et per haec manifestum est, quod peccatum non fecit Iesus, nec fuit dolus in ore eius. Mundissimam autem fuisse vitam ipsius, & omnino irreprehensibilem, & auferentem occasiones eorum, qui quaerunt occasiones, ex hoc demonstratur, quod non inueniebatur aduersarij eius quod dicere possent aduersus eum, vel colorare, sed querebant omnes sacerdotes, & concilium vniuersum, & nihil verisimile poterant inuenire. Quoniam falsa testimonia tunc locum habent, quando cum colore aliquo profertur: aduersus Iesum autem nec color intuebatur qui posset contra Iesum adiuuare mendacia, & hoc cum essent multi volentes gratiam tribuere Cayphae, & principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus, & vniuerso concilio hoc ipsum audire desideranti. Et haec qui consideramus maximam laudem exhibent Iesu propter vitam eius, & doctrinam ipsius,

ipsum, qui sic omnia irreprehensibiliter & dixit, & fecit, ut nullam verisimilitudinem reprehensionis inuenirent in eo, nec multi, nec tales astuti, & ingeniosi. *Nonissime autem accedentes duo falsi testes dixerunt. Hic dixit, Possum destruire templum dei, & post triduum illud reaedificare.* Non arbitris Matthaeum duos hos testes sine causa falsos dixisse, cum vera viderentur esse testimonia eorum, ex eo quod exponit Ioannes Christum dixisse, *Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud: quando & additur, Hoc autem dicebat de templo corporis sui.* Sed vide veritatem falsorum testimoniorum, quae per uisione ventres sumpta ab aliquo dicto vero quod dixerat Iesus, sinxerunt testimonium falsum. Iesus autem non dixit soluo templum hoc, & in tribus diebus suscito ipsum, sed, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum.* Falsi autem testes reulerunt eum dixisse quod non fuerat dictum ab eo: nec dixit, *Possum soluere templum dei, & in tribus diebus reaedificare illud.* Impietatem ergo solutionis templi non ipse promissi facere, sed illis qui fuerant apti ad huiusmodi opus commisit dicens, *Soluite templum hoc. Sibi autem quod reseruauit, id est, Et ego in triduo suscito ipsum.* Et quod ille dixit de templo corporis sui, Iudaei praepediti malitia tranfauderunt, & intellexerunt de templo illo lapideo. Quod manifestum est ex eo quod respondentes dixerunt. Quadraginta & sex annis aedificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus suscitas illud? Et considera, quod non vnus falsus testis processit in testimonium hoc: nec enim sufficebat vnus volentibus interficere Iesum, quoniam lex praecipiebat. Non manebit testis vnus testimonium dare aduersus hominem. Sed nec tres erant: multis enim accedentibus testibus falsis, vix duo inuenti sunt, qui aliquid dicere viderentur. Sed nec ipsorum testimonia conuenientia erant, sicut Marcus exponit: dicit enim hoc modo, quoniam principes sacerdotum, & concilium vniuersum querebant contra Iesum testimonium, ut eum morti traderent, & non inuenierunt. Multi enim falsum testimonium dixerunt aduersus eum, & conuenientia non erant testimonia eorum. Alij autem exurgentes falsum testimonium dicebant aduersus eum, quoniam nos audiimus eum dicentem, quoniam ego soluo templum hoc manibus factum, & in tribus diebus aliud non manibus factum faciam. Sed nec sic conuenientia erant eorum testimonia. Tunc enim est conueniens testimonium quando eadem dicunt: non autem sunt conuenientia quando dissonant sibi, qualia erant testimonia horum qui aduersus Iesum testimonia proferebant. Et si verum dicunt Matthaeus & Marcus, quod credere nos oportet, tenemus ostendere quomodo non erant conuenientia neque duorum ipsorum testimonia, quoniam non eadem protulerunt. Secundum Matthaeum enim dixerunt, *Hic dixit, Possum soluere templum dei, & in tribus diebus reaedificare illud.* Secundum Marcum autem, quoniam nos audiimus eum dicentem, quoniam ego soluo hoc templum manibus factum, & in tribus diebus aliud reaedificabo non manibus factum. Siue ergo bis dicentes haec, quoniam non eadem dixerunt, non sunt inuenta testimonia eorum conuenientia sibi, siue autem vnus quid dicit quod exponit Matthaeus:

alter autem secundum quod scripsit Marcus, ac per hoc testimonia eorum non erant conuenientia sibi. *Et exurgens princeps sacerdotum dixit ei, Nihil respondes ad ea quae isti testificantur aduersus te? Iesus autem tacuit.* Potest in istis impleta intelligi propheta quae dicit, *Dum constituit peccator aduersus me, obmutui, & humiliatus sum, & sicut a bonis, ut peccator ille in istis prophetatus intelligatur Cayphas, qui constituit contra Iesum. Simul & dicimus ex hoc loco contemneret calumniantium, & falsorum testimonium voces, ut nec responsione nostra dignos eos habeamus, nec defendere nos meritos, ubi non sunt conuenientia, quae dicuntur aduersus nos. Quid enim opus est illis resistere, qui sibi ipsi contraria dicentes resistunt: maxime ubi maius est libere, & fortiter filiare quam defendere sine villo profectu, ut non humiliemur a testibus falsis, & calumniatoribus improbis. *Et dixit ei princeps sacerdotum, Adiuro te per Deum viuum, ut dicas nobis si tu es Christus filius Dei.* Et dixit ei Iesus, Tu dixisti. Et in lege quidem adiurandi usum inuenimus. In Numeris enim dicit lex, *Quoniam adiurabit eam sacerdos, id est, mulierem illam in cuius viro factus est spiritus zeli, & dicit mulieri sacerdos, Si non dormiit aliquis tecum, & nisi transgressa es, ut maculeris a viro non tuo, innocens eris ab aqua argutionis haemaledicta.* Et post pauca: *Et adiurabit (inquit) sacerdos mulierem in adiurationibus maledictionis huius.* Item in tertio Regum dixit rex Achab ad Michaeam, *Adiuro te ut loquaris ad me veritatem in nomine domini.* Adiuuravit autem rex prophetam, & adiuravit non sicut sacerdos in Numeris. Ille enim ex legis praepcepto, iste autem ex arbitrio suo. Et nunc in loco praesenti Iesum sacerdos adiurat per Deum viuum. Existimo autem, quod non oportet ut vir, qui vult secundum euangelium viuere, adiuret alterum. Simile est enim, quod dicit in euangelio dominus ipse, *Ego autem dico non iurare omnino, & non adiurare omnino.* Si enim iurare non licet quantum ad euangelicum Christi mandatum, verum est, quia nec adiurare alterum licet. Propterea manifestum est, quod princeps sacerdotum illicite Iesum adiuravit, quamuis videatur per Deum viuum adiurasse. Queret aliquis si conuenit vel daemones adiurare, & qui respicit ad multos, qui talia facere ausi sunt, dicit non sine ratione fieri hoc. Qui autem aspicit Iesum imperantem daemonebus, sed etiam potestatem dantem discipulis suis super omnia daemona, & ut infirmitates sanarent: dicit quod non est secundum potestatem datam a Salvatore adiurare daemona: Iudaicum est enim. *Hoc est aliquando a nostris tale aliquid fiat, simile sit ei, quod a Salomone scriptis adiurationibus solent daemones adiurari.* Sed ipsi, qui vtuntur adiurationibus illis, aliquoties nec idoneis constitutis libris vtuntur, quibusdam autem & de Hebraeo acceptis adiurat daemona: Tamen non decebat dominum nostrum ad adiurationem principis sacerdotum respondere, quia vim passum ab adiurante contra propriam voluntatem. Propter quod nec negavit se Christum filium dei esse, nec manifeste confessus est, sed quasi ipsum testem accipiens adiurantem, quoniam ipse est qui in interrogatione sacerdotis pronuntiatus est Christus filius dei, dicens, *Tu dixisti.* Et quoniam omnis, qui facit peccatum, ex diabolo natus*

natus est: faciebat autem peccatum etiam princeps sacerdotum insidians Iesu, & propterea de diabolo erat natus, & quasi de diabolo natus imitabatur proprium patrem qui his dubie interrogat saluatorem, si tu es filius dei, sicut scriptum est in tentationibus eius. Simile est enim, si tu es filius dei, & si tu es Christus filius dei. Recte enim quis dicere potest in loco hoc, quod dubitare de filio dei verum ipse sit Christus, opus diaboli est, & principis sacerdotum insidiantis domino nostro, sed non talis inuentus est Petrus. Nam sine aliqua dubitatione pronunciauit, tu es Christus filius dei viui, nec posuit ibi si. Propter quod beatus est appellatus, quia non caro, & sanguis renouauerat ei, sed deus pater, qui est in caelis. Qui autem cum dubitatione dicunt, si tu es filius Dei, ab omni beatitudine sunt alieni. Nam quia non erat dignus princeps ille sacerdotum Christi doctrina, propterea non eum docet, nec dicit quia ego sum, sed verbum oris eius accipiens in redargutionem ipsius conuertit dicens, Tu dixisti, ut eo modo videretur argui, non doceri. Amen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis, & venientem super nubes caeli. Quoniam non est scriptum a dextris dei, sed apud omnes euangelistas ad dexteram virtutis sedere filium hominis: item tres euangelistae similiter scribunt, videbitis sedentem, & simplicibus quidem conceditur qui nihil altum possunt audire in eo quod dicit sedentem, ac si dicat, supra virtutem fundatum. Quibus autem possibile est spiritu omnia perferuari etiam altitudines dei, & quod scriptum est. Qui sedes super cherubim appare, & Vidi dominum sedentem super sedem excelsum & eleuatam. & Dixit dominus domino meo se de dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: & alia similia quae de deo sedente dicta sunt, similiter & de Christo dicuntur: quae conferre oportet cum dicto presenti, ut ex humilitate existimatione, & fabulosa videamus quid significet more humano sessio Christi. Videtur autem mihi, quod fundamentum quandam, & firmitatem regalem significat sessio filii hominis. Iuxta virtutem ergo qui solus est virtus, & proprie nominatur, & a dextris fundatus est: & qui accepit omnem potestatem a patre sicut in caelo & in terra. Et hanc fundamentum videbunt etiam aduersarij, postquam cum laetitia viderint eum beati. Sed secundum Marcum quidem non habet amodo, sed puriter, id est videbitis filium hominis a dextris sedentem virtutis: secundum quem nihil erit contrarium his, quae tradidimus. Secundum Matheum autem qui dicit, Amodo videbitis: & secundum Lucam dicentem, Ex hoc erit filius hominis, & cetera: querendum est, si ex quo haec dixit Saluator impleta sunt & in eis qui audierunt quod dixit, Amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis. Et dicimus quod potest impletum videri, quoniam ex illo, id est a tempore dispensationis filius hominis sedit ad dexteram virtutis, & viderunt eum discipuli resurgentem a mortuis, & per hoc viderunt eum fundatum ad dexteram virtutis, secundum quod tradidimus supra. Aut ita, vide si potes horam, & diem meriti non secundum breuitatem, quae est apud homines horarum, atque dierum, sed secundum longitudinem, quae est apud dominum sempiternum, cui a constitutione mundi vsque ad consumma-

tionem eius vnus est dies, quod demonstrat parabola, vbi dicit de conductis mane in vineam, & tertia hora, & sexta, & vsque ad vndecimam. Nihil ergo mirum & quod hic dicit saluator, amodo spatium esse breuissimum vsque, tunc in quo spatio dicebat, Videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis, ad illos qui tunc eum audiebant: forte tunc, quando dixit dominus domino meo sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, in quibus erant & illi ad quos dicebat, Amodo videbitis. Inimicus enim erat & Cayphas, qui insidiabatur Christo. Et non solum sedentem eum ad dexteram virtutis visuros hos prophetauit, sed etiam visuros eum venientem sicut Mathaeus quidem dicit, super nubes caeli. Quae sunt autem nubes, super quas veniet qui fundatus est a dextris virtutis, aut cum quibus veniet, aut ad quas pertingit veritas dei secundum quod scriptum est, Et veritas tua vsque, ad nubes: Haec sunt, viae nubes, prophetae Dei, & apostoli Christi, quibus madaat plere cum oportuerit, aut non plere super vineam sine fructu. Si autem quas non vult esse huiusmodi nubes, super quas, & cum quibus veniet filius hominis apparatus, ipse scit. Saepe enim super illas, & cum illis venit ostendens suum aduentu dignis se Deus verbum, & sapientia, & veritas, & iustitia. Haec autem, quas tradidimus nubes, quasi portantes imaginem celestis nubes sunt caeli non transeuntis sedis dei, & regno dei significata, quasi haeredes dei & coheredes Christi, & conregnent ei. Tunc princeps sacerdotum confudit vestimenta sua dicens, Blasphemauit. Haec domino prophetauit inimicus domini sacerdos ille quasi qui non erat propinquus, ut videret filium hominis, & virtutem a cuius dextris sedebat, quasi inclinatus & non potens aspicere sursum, non audiens quae dicebat, confudit vestimenta sua ostendens turpitudinem suam, & nuditatem animae suae, & mysterium manifestans, confundendum esse sacerdotum vetus, & scholam sacerdotum eius, & culturam, quae secundum litteram fuerat. Blasphemiam autem arbitratus est esse magnitudinem verborum Christi, & gloriam existimauit Iudaicam & fabulosam historiarum litterae occidentis. Et putabat quasi intelligens Christi sermones sufficientes esse ad testimonium contra ipsum, & qui testes erant diuinitatis ipsius quantum ad eos, qui intelligere possunt, & dicit ad eos, qui eadem sapiebant, Ecce nunc audistis blasphemiam eius, quid vobis videtur? donec respondentes & ipsi aduersus animam suam pronunciant de Iesu, quod reus est mortis. Quantum putas fuit erroris ipsam principalem omnium vitam ream mortis pronunciare, & tantorum resurgentium testimonio non aspicere fontem vitae: de quo in omnes viuentis vita fluebat? Quoniam sicut pater vitam habet in se, sic & filio dedit vitam habere in semetipso. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes, Propheetiza nobis, Christe, quis est qui te percussit. Pellime, sicut arbitror, illi qui audierunt dicentem Iesum, Amen dico vobis, quoniam amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis, & venientem in nubibus caeli: audi sunt expuere in faciem eius. Arbitrabantur enim in eo quod confunderent eum mentientem, & quod non sustineret expuitionis opprobrium, qui sedebat ad dexteram virtutis, & venturus erat in nubi-

nubibus. Quoniam ignorabant sermones Esae prophetae haec eadem prophetantis de eo, & dicentis ex persona ipsius Domini Saluatoris, Quid quoniam veni, & non erat homo, vocaui, & non erat qui obediret. Non quid non valeret manus mea erigere, aut non possum eripere: Ecce increpatione mea desertum faciam mare, & ponam flumina deserta, & siccabuntur pisces eorum ex eo quod non habent aquam, & morietur in siti, & in duabus caelum tenebris, & sicut lacum amictum eius. Dominus det mihi linguam doctrinae, ut sciam quomodo me oporteat dicere verbum. Posuit me mane: apposuit mihi aurem ad audiendum, & doctrina Domini aperiet aures meas. Ego autem non sum incredulus, neque contradicor. Dorsum meum praebui ad flagella, & maxillas meas ad palmas. Faciem autem meam non auerti a confusione sputamentorum, & Dominus Deus factus est adiutor meus. Omnes enim qui sunt ab ecclesia, consentunt Christum esse qui dicit, Dominus Deus dedit mihi linguam doctrinae, & cetera quae exposui. Ego autem conuenienter & ea quae superius his erant coniuncta exposui, volens ostendere de illo glorioso esse hoc prophetatum ut expuatur, colaphizetur. Cui autem alij conuenienter dicere, Veni, nisi Christo qui venit in mundum: aut quem decebat dicere, Vocaui: & non erat qui obediret, nisi eum qui venit ad vocandum populum Iudaeorum, & non est auditus: & ideo non eruit populum, neque eripuit eum, sed dereliquit? Christus est autem qui dicit, Ecce increpatione mea desertum faciam mare, & ponam flumina deserta, qui consummationem facturus est mundi. Ipse est enim qui caelum induet tenebras, & induet id velut factum, & accipiens a patre lingua doctrinae sciebat quomodo oporteat dicere verbum, quod commiserat ei Deus, & apposuit ei aurem ut amplius audiat audientibus cunctis, & doctrina patris aperuit ei aurem: quia non fuit incredulus patri mittenti, sed neque contradicens, & opere ipso docuit dicere cupientes mansuetudinem, laudabilemque humilitatem. Opus autem erat in eo quod factis ista docebat, dorsum suum exhibens ad flagella, & maxillas ad palmas, & faciem non auertens a confusione sputamentorum, ut non sicut arbitror, qui digni fueram omnes has infamias pati, erueret ipse pro nobis patiens eas. Non enim mortuus est pro nobis, ut non moriamur, sed ut pro nobis non moriamur: & alapis caesus est pro nobis, & expurus est, ut ne nos, qui digni fueramus omnibus his propter nostra peccata, patiamur eas, sed ut pro iustitia patientes ea gratianter excipiamus. Et Paulus quidem dicit de Saluatore, quod humiliavit se factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Non enim ipse in dederunt ei, qui vult numerare in quantum se Christus humiliavit, ut dinumeret extra ea, quae Paulus exposuit dicens, Humiliavit se factus obediens vsque ad palmas, vsque ad confusionem sputamentorum, & flagellorum, & mortis: propter quae omnia exaltavit eum Deus. Nec enim propter mortem solum quam pertulit propter nos exaltavit eum: sed etiam propter palmas, & sputamenta, & cetera. Quod autem ad extremam iniuriam accipitur sputamentorum iniuria: manifestum est etiam in lege, in qua scriptum est, ut mulier defuncti, si noluerit frater viri eius accipere eam, accedens ad

eum qui noluit eam accipere sibi uxorem coram senioribus exalceabit calcamentum eius vnum ex pedibus, & expuet in faciem eius, & dicit, Sic facient homini, qui non edificauerit domum fratris sui. Non ergo auerit faciem suam Christus a confusione sputamentorum, ut magis glorificetur vultus eius, quam fuit vultus Moyse glorificatus: tanta & tali gloria, ut comparatione glorificationis istius, vultus illius glorificatio destruat, sicut in conspectu solis lumen lucernae destruitur, & sicut scientia quae ex parte est destruitur cum venerit quod perfectum est. Sed & colaphis ceciderunt sanctum ecclesiae caput: propter quod ipsi colaphizantur a Satana: non ut non extollantur, neque ut virtus eorum perficiatur, sed ut traditi inimico ut vindicta recipiant quod fecerunt peccatum colaphizantes Iesum. Et non contenti tantummodo expuere in faciem eius, & colaphis eum caedere, sed adhuc & palmis eum ceciderunt, & deludentes dixerunt. Propheetiza nobis quis te percussit. Propter quod receperunt aliam aeternam, & ab omni prophetia priuati sunt, percussi, & castigati: & nec sic volentes recipere disciplinam, secundum quod prophetauerat hoc ipsum de eis Hieremias, flagellasti eos, & non doluerunt, & noluerunt suscipere disciplinam. Et nunc qui iniuriant vnum aliquem de ecclesia, & faciunt ei haec in faciem expuunt Christi, & Christum colaphis cadentes castigant & palmis. Petrus vero sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum vna ex ancillis dicens, Et tu eras cum Iesu Galileo? Abundantius considerates Petri negationem dicimus, quod nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto, sicut Paulus nos docet. Et nondum erat tunc in hominibus spiritus sanctus, quoniam Iesus nondum fuerat honorificatus, sicut dicit Ioannes. Propterea non erat possibile, neque illum talem Petrum tunc Iesum confiteri: nec tamen erat reprehendendus non confitens Iesum. Quoniam ad confitens dicitur, Non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Non autem cum sit potens spiritus ille patris nostri loqui in nobis, & cum in nostra sit potestate locum dare in nobis spiritui sancto, & non diabolo, si denegauerimus, excusationem ullam habemus. Forsitan autem & quicumque est in atrio Cayphae principis sacerdotum non potest confiteri dominum Iesum, nisi fuerit egressus ex atrio eius, & foris fuerit factus ab omni doctrina contraria Iesu. Nam qui illic sunt Iudaicas tradent traditiones, & non secundum voluntates scripturarum, sed secundum mandata hominum, & doctrinas. Considera enim quod Petrus foris sedens ab Iesu segregatus, & in atrio principis constitutus, coram omnibus Iesum denegauit: & iterum vice secunda similiter, non extra ianuam foris factus, sed volens exire, nondum autem egressus ianuam denegauit. Sed & tertia vice quando qui stabant dixerunt, Vere ex illis es, & quando cepit se denotare, & iurare, quia nescio hominem, adhuc non erat foris. Et omnes denegationes factae sunt ei in nocte, & in tenebris priusquam veniat dies, & signum diei, id est galli cantus, qui suscitavit volentes a somno. Et ut verbi gratia dicam, si post galli cantum Petrus negasset, ut diceretur, Nox promouit, dies autem appropinquauit, sicut in die honeste ambulamus, nulla excusatione di-

Certe lege-
nario videtur
dicere ex ne-
cessitate Pe-
tri negatione
contingisse, ac
propterea non
potuisse cum
Iesu factum
post spiritus
sancti de-
fensionem esse
voluntariam
ac proinde
peccatum.

gnus fuisset Petrus. Forſitan autem & omnes homines, quando denegant Ieſum, ita vt peccatum denegationis eorum recipiat medicinam ante galli cantum denegare eum videntur nondum eis nato ſole iuſtitia, nec appropinquante eis ortu ipſius. Si autem poſt ortum huiusmodi ſolis ad animam, volentes peccauerimus, poſtquam accepimus ſcientiam veritatis, iam non relinquitur nobis ſacrificium pro peccato, ſed terribile iudicium, & zelus ignis qui coneuſtorum eſt inimicos. Et in Petro quidem tunc denegante non conueniebat dicere, quomodo ne putaris peiora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerint, & ſanguinem teſtamenti communem exiſtimauerint, vnde ſanctificati ſunt, & ſpiritus gratia iniuriatiuerint: nondum enim ſanctificatus fuerat Petrus ſanguine Chriſti, qui fuerat ſanguis noui teſtamenti: nec iniuriat ſpiritus gratia, quæ à principio nec accepit, quoniam Ieſus nōdum fuerat honorificatus: nec erat in hominibus ſpiritus ſanctus. Si autem in nobis hoc impium fuerit factum denegationis peccatum, omnia hæc dicere conuenit: quod & in ſanguine teſtamenti ſanctificati ſumus, & ſpiritus gratia ſuſcepimus. Propterea communem putare ſanguinem teſtamenti pretioſiſſimum, & iniuriare ſpiritus gratia, omnibus peccatis deterius eſt: ita vt nec in hoc ſeculo, nec in futuro remiſſionem poſſumus accipere, ſi Dei filium denegemus, Quoniam ergo nobis nox promouit, dies autem appropinquauit, & ſignum diei galli cantus inſonuit nobis: propterea vſque ad ſanguinem ſtemus contra peccatum certantes: & propter charitatem nunquam excidētem omnia luſeramus, vt cum perfectus in ea conſequamur hæreditatem. Et hoc attende, quod ante galli cantum, & ante ſpiritus ſanctum, & in tempore noctis profundæ, etiam ſi frequenter denegauerit quis, viuere poteſt: quod manifeſtum eſt ex eo quod ter denegauit Petrus. Si autem poſt galli cantū vel ſemel in quocunq; periculo conſtitutus denegauerit quis, impoſſibile eſt eum tenuari in poenitentiam, vt iterum crucifigat ſibi filium Dei. Qui autem in huiusmodi denegationis peccato fuerit comprehenſus: aſpiciat illud quod ſcriptum eſt. Vbi his, qui attrahunt peccata ſua ſicut funem longum, & ſicut iuge Iocum vituli iniquitates: & non dicat, Peccata noſtra in nobis ſunt, & quomodo viuemus: Viuo (inquit) dominus, quoniam nolo mortem peccatoris, ſed poenitentiam. Ipſe autem ſcit Deus, de quo ſcriptum eſt, Et ipſe ſapiens adducet ſuper eos mala, qualia mala adducet ſuper denegantes, & non poenitentes, & qualia ſuper denegantes, & poenitentes, qualia bona ſuper eos, qui nunquam denegauerunt, neque verbo coram hominibus, neque operibus: longe autem efficiamur à priori ancilla, & altera, & ab omnibus qui ſtant in atrio eius, vel in ianuam eius, vt ne in proximo exiſtamus faciētib; denegare eum, qui fuerit iuxta eis. Cognoſcemus autem quæ ſit ancilla principis ſi intellexerimus, quæ ſit ancilla Dei: de qua ſcriptum eſt, Ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Quæ ſint autem atria principis poteris ſcire, ſi intellexeris, quæ ſint atria domus domini: de quibus ſcriptum eſt, Ecce nunc benedicite dominum omnes ſerui domini, qui ſtatis in domo domini in atrijs domus Dei noſtri. Si autem de ancilla altera debemus aliquid dicere,

*Ve hoc intel-
ligendum, niſi
poenitentiam
exigimus, vel
ſante legē.*

vt etiam ab illa recedamus, intelligamus quod ſcriptum eſt, Sicut oculi ancillæ in manibus dominae ſuæ, ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri. Puto priuam ancillam intelligi principis facientem denegare diſcipulos Chriſti, ſynagogam eſſe Iudæorum, ſecundum carnem, qui denegare frequenter compulerūt fideles. Secundam autem ancillam congregationem gentium, qui & ipſi perſequentes Chriſtianos, denegare cogebant. Tertios autem ſtantes in atrijs, miniſtros eſſe hæreſum diuerſarum, qui & ipſi veritatem Chriſti denegare compellunt. In nocte autem non ſolum ter denegat Petrus, ſed etiam deuorat ſeipſum & iurat, quia neſcio hominem. Et quidem tunc adhuc ſecundum carnem Chriſtum ſeiebat, nec adhuc poterat dicere, Et ſi Chriſtum aliquando, ſecundum carnem cognouimus, ſed nunc iam non cognouiſimus. Quamdiu enim ſignum diei non exiſtebat, denegans Petrus verborum Ieſu nō fuit memor. Poſtquam autem angelus diei clamauit ei, tunc recordatus eſt verborum Ieſu dicentis ad ſe, antequam gallus cantet, ter me negabis. Et quando recordatus eſt verbum Chriſti: iam non erat in atrio principis ſacerdotum, nec iuxta ianuam eius, ſed foris: alioquin nequaquam ploraret. Sicut enim ſcriptum eſt, Egreſſus foras, amariffime plorauit. Ergo & ſecundum Lucaam peccatrix mulier iuxta pedes domini poenitens fleuit, & hic Petrus egreſſus atrium principis, ad ianuam eius plorat ex amaritudine peccati, ex amaricans in poenitentia ſletum ſuum. *Mane autem factō, conſilium acceperunt omnes principes ſacerdotum, & ſeniores plebis aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent: & vinculum eum adduxerunt, & tradiderunt Pontio Pilato Praefidi.* Qui in tenebris & nocte offendit venia dignus eſt, qui autē in die circa offendit, nunquā poteſt culpate errore quaſi cōtinentē ſe, maxime quando habēs in ſe lucernā corporis offendit, ſed in continentia ſua. Hoc autem diximus, oſtendentes q̄ Chriſti quidem diſcipuli in nocte ſcandalizantur, ſecundū quod dominus eis prædixit, Omnes vos ſcandalum patiemini in me in hac nocte: & q̄ Petrus ante galli cantū ter denegauit. Qui autē conſiliū accipit contra Ieſum, omnes principes & ſeniores plebis mane factō, in lumine peccant, id eſt ſcientes: ſecundum quod ſcriptum eſt de hoc cōſilio, Quoniam conſiliati ſunt ex conſenſu in vnum, ſicut ſcriptum eſt in Pſalms, vt morti traderent Chriſtum: putantes per mortem extinguere eius doctrinā, & fidem eius apud eos qui crediderunt in eum quaſi in filium Dei. Talia autem contra eum conſiliantes principes culturae literæ occidentis, & miniſtri damnationis ſeniores, alligauerunt Ieſum ſolentem à vinculis, & dicentem eis, qui ſunt in vinculis, Exite: & compeditos ſoluerite, atque dicentem, Diſtumpamus vincula eorum: & qui filiam Abraham alligaram à Satana decem, & octo annis à vinculis ſoluerat, vt iam nequaquam ſit inclinata, quæ non poterat ſurſum aſpicere prius: & alligauerunt eum volentem, & in eo quod alligaretur vinculis ipſis inſidias dirumpentem: vt iam non habeant principes ſacerdotum, & ſeniores Iudæorum aduerſus homines vincula, à domino ea videlicet dirumpente in ſe. Si quis autem exigit à me ſcripturam hæc de diſtumpendis vinculis oſtendentem, quibus alligauerunt Ieſum princi-

pes

pes ſacerdotum, & ſeniores, intelligat quod propter ipſum hoc dicit ipſe Ieſus per prophetam, Diſtumpamus vincula eorum. Tanquam ſi dicat, principum ſacerdotum, & ſeniorū, aut multo magis eorum principum, qui ſunt operati in eis, & regum terræ qui aſtiterūt, & principum, qui conuenerunt in vnum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius: quorum & iugū proiciamus à nobis. Adhuc autem amplius te placabit, vt ſuſcipias, quod etſi alligantes Ieſum induxerunt qui conſilium fecerunt aduerſus eum, tamen diſrupit Ieſus vincula: ſi intellexeris quæ ſcripta ſunt de Sampſone, qui frequenter fuit ligatus, & diſrupit alienigenarū vincula, quoniam Nazareus fuerat Dei, & habebat comam plenam virtutis. Si ergo ille propter comæ virtutē, quam habebat in capite, potuit rumpere vincula alienigenarum, quibus alligauerant eum frequenter: quanto magis Chriſtus, qui poſt tanta prodigia & virtutes quas fecit, volens tradidit ſe ad vincula, ſoporans in ſe diuinitatis virtutem, & acquieſcens vt alligaretur, ſine dubio diſrupit vincula circumdantia ſe? Quorum vincolorum myſteria, vincula Sampſonis fuerunt. *Et tradiderunt eum Pontio Pilato.* Vtrum autem etiam nomina vtraque Præſidis habeant aliquam rationē conuenientem diſpenſationi domini ſaluatoris: non facile eſt ſententialiter reſpondere. Poterunt enim aliquem mouere principalia ex quibus hæc vocabula deducuntur Pontius & Pilatus. Vtrum autem bene quis moueatur, an non, vnusquisque potentium conſiderare cognoſcat. *Tunc videns Iudas qui eum tradidit quoniam damnatus eſt, poenitentia ductus, &c.* Reſpondeat mihi qui de naturis quædam fabulas introducunt, exiſtantes ſe dicere vera, & non cognoscentes quod eorum opinio iniquitatem creatoris accuſat: qui fecit quædam quidem vaſa in honorem; non ex cauſa virtutis eorum dūcētia eos ad honorem: quædam autem in contumeliam non propter peccata eorum dūcētia eos ad contumeliam. Si enim perditibilis naturæ erat Iudas, quomodo poenitentiam tantam ſuſcepit, vt non vinceretur cupiditate triginta argenteorum, propter quam impiam proditiōis ſuſcepit audaciam? Si enim ad proprietatem naturarum referunt quod eſt dictum, Non poteſt arbor mala fructus bonos proferre: dicat, niſi bonitatem aliquam ſpirēt, & ſi non perfectæ, neque ſicut debuit conuerſus fecit Iudas hoc ipſum quod retulit triginta argenteos, vnde eſt & quod dicit cognoscentis peccatum ſuum, *Peccauit tradens ſanguinem iuſtum*: niſi ex bona plantatione mentis, & ex ſeminatione virtutis, quæ ſeminata eſt in omni rationabili anima: quam non coluit Iudas, & ideo cecidit in tale peccatum. Si autem naturæ pereuntis eſt aliquis hominum, ſine dubio magis huiusmodi naturæ pereuntis fuit & Iudas. Quod ſine dubio fuiſſe videretur, ſi tradēs ſanguinem iuſtum, aut non retuliſſet pecunias condelectatus in eis, aut referēs nō dixiſſet, quia *peccauit tradens ſanguinem iuſtum*. Et ſiquidem poſt reſurrectionem Chriſti ex mortuis dixiſſet Iudas, quæ dixit, forſitan veriſimiliter erat dicendum, quoniam compulſit eum poenitere de facto, & conſiteri de ſuo peccato ipſa virtus reſurrectionis ipſius. Nunc autem mox vt vidit eum traditum eſſe Pilato, compunctus poenituit: forſitan autem & recordatus ea, quæ frequenter Ieſus

*Vbi hoc &
ſicut Calui-
ſtianos, qui
vult omnes
à Deo præde-
ſtinatos vel
ad bonū vel
ad malū, om-
nino libere at
bitrio deſi-
ſſunt.*

dixerat diſcipulis ſuis de reſurrectione ſua futura. Videns igitur Iudas magnitudinem facinoris ſui, poenituit quidem, & locutus eſt ex poenitentia cordis, conſeſſus peccatum ſuum, eo quod tradiderit ſanguinem iuſtum: non autem & ſecundum ſcientiam poenituit, ſicut debuit poenitere. Exiſtimauit enim præuenire in morte moriturum magiſtrum, & occurrere ei cum anima nuda, vt conſtrens & deprecans miſericordiam mereretur. Propter quod ipſe ſe indicauit, & cōdemnauit in eo quod ſciens peccauit, & nō aſpexit in hoc quod dixerat Iob in tantis cladiibus conſtitutus, Vtinam poſſim me interficere, aut aliq̄ rogare vt faceret mihi hoc. Nec vidit quod non conuenit ſeruum Dei ſeipſum expellere de hac vita, ſed expectare etiam de hoc Dei iudiciū, Videamus nunc ſi quod latet multos, loci iſtius Deo donante poſſimus explicare quod dictum eſt, *Videns autem Iudas, qui tradidit eum, quoniam condemnatus eſt, poenitentia ductus retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & cætera.* Si enim ſcriptum fuisset poſt ſententiam Pilati, poſtquam flagellis caſum Ieſum tradidit Iudæis vt crucifigerent eum, quod ita feciſſet Iudas, nihil ſine dubio huiusmodi quæreremus in eo quod dictū eſt, *Videns autem quia condemnatus eſt.* Nunc autē quomodo vidit Iudas quia condemnatus eſt? Nec enim adhuc cōdenatus fuerat Ieſus, neq; à Pilato interrogatus. Forſitā ergo dicit aliquis vim faciens, quoniam conſideratione mētis ſuæ vidit exitum rei, quia condemnatus eſt, ex eo q̄ traditum aſpexit à principibus ſacerdotū, & ſenioribus plebis. Alius autem dicit hoc modo quoniam quod ſcriptum eſt, *Videns autem Iudas quia condemnatus eſt,* ad ipſum Iudā referatur: Cū enim tradidiſſent Ieſum principes ſacerdotum, & ſeniores plebis Pilato, tunc ſenſit malum ſuum Iudas, & intellexit quoniam qui talia auſus eſt, ſine dubio iudicatus, & condemnatus à Deo eſt. Forſitan & Satanas, qui poſt panem intinctum fuerat ingreſſus in Iudam, præſto fuit ei donec Ieſus tradere- tur Pilato poſtquam fecit quod voluit, reſceſſit ab eo. Recedente autem diabolo, intellexit, & vidit, quoniam tradens ſanguinem iuſtum condemnatus à Deo eſt, & potuit intelligere ſenſus eius iam vacans, & non habens diabolum operantem in ſe. Potuit ergo à ſe recedente diabolo capere poenitentiam, & referre triginta argenteos his, qui dederant eos, & potuit dicere recedente diabolo quod priuſquam ab eo recederet, dicere non potuiſſet. Nec enim adhuc implente diabolo cor eius potuit dicere, Peccauit tradens ſanguinem iuſtum. Sed non hoc dicimus, quoniam diabolus recedens ab aliquo tali, iam nequaquam ei inſidiatur, ſed obſeruat iterum tempus, ſi poterit iterum ſe apponere ei: & poſtquam cognouerit ſecundum peccatum ſuum, quis obſeruat etiam tertie deceptionis locum in eo diabolus. Si autē opus eſt & exemplis vti, videamus in epiſtola ad Corinthios prima, eum qui vxorem habuit patris nec enim in huiusmodi malo ſine magno opere diaboli potuit eſſe. De quo malo poenituit, ſicut ſcriptura ipſa teſtatur, & triſtatis eſt triſtitiā ſecundum Deum, triſtitiā, quæ poenitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: ſed poſtquam inſcepit huiusmodi triſtitiā, appoſuit iterum ſe ei diabolus, volens ipſam triſtitiā, tunc ſupra modum exaggerare, vt iam nō eſſet ſecundū Deum.

sed ut abundantior facta absorberet tristantem supra mensuram, & ultra quam tristari deberet, & sic eum absorberet Satanas in abundantiori tristitia. Quod præcognoscens apostolus consilium Corinthiis dat, ut confirmet charitatem in eum, dicens huiusmodi causam. Ut ne, inquit, abundantiori tristitia absorbeatur, qui huiusmodi est. Non enim versutias eius ignoramus. Simile aliquid factum est in Iuda, qui tradidit Iesum, & secundum similitudinem illius tristitiæ, quæ penitentia in salutem stabilem operatur, tristatus & ipse, postquam penitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum dicens, *Peccavi tradens sanguinem iustum*: quod ipsum penitentia erat, & tristitiæ salutaris. Sed quia nunquam seruauit cor suum, neque sapienter tristatus est, sed susceptus abundantiore tristitia à diabolo sibi submissam, qui voluit eum absorbere in abundantiori tristitia, ideo postquam retulit argenteos illos in templum, abiens laqueo se suspendit. Si enim postquam retulit pecuniã, & confessus est se peccasse, eo quod tradidit sanguinem iustum, non abiens laqueo se suspendisset, sed locum penitentia requisisset, & tempus penitentia obseruasset: forsitan & inuenisset eum, qui dixit, *Viuo ego quoniam nolo mortem peccatoris, sed penitentiam eius*. Ego autem existimo, quod & maius aliquid de saluatore intelligens Iudas, non alibi proiecit triginta argenteos nisi in templum, vbi sciebat dominum eiecisse de templo oues, & boues, & dixisse venditoribus columbarum, *Tollite hæc hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis*. Satis ergo desperans ex se, quod intellexit magnitudinem sui peccati, iactans argenteos illos in templum, abiit, & laqueo se suspendit. Accipientes autem argenteos illos, voluerunt aliquid legitimum obseruare, & nõ mittere eos in corbonam vbi data populi propter necessitates pauperum congregabantur: sanguinis enim precium impium existimabat mittere in corbonam. Propter quod consilium accipientes, comparauerunt ex pecunia illa agrum figuli, & operantis lutum. Videbat enim quod circa mortuos magis eam pecuniam conueniebat expendi, & circa locum mortuorum, & sepultura, quoniam precium sanguinis erat: quam in corbona, aut in aliqua necessitate honesta. Sed quia & inter loca mortuorum differentia sunt: quoniam multi quidem secundum votum optabiliter sepeliuntur in monumentis suis paternis, quidam autem propter quasdam calamitates frequenter in peregrinis monumentis sepeliuntur: ideo accipientes precium sanguinis Iesu, vbi sunt eo ad comparationem agri figuli alicuius, ut in eo peregrini mortui sepeliuntur: non secundum votum, sed secundum casum aliquem contrarium hoc promerentes: Si autem & peregrinos spiritualiter intelligere conuenit, peregrinos dicimus esse, qui vsque ad finem extranei sunt à Deo, & peregrini testamentorum eius. Tales igitur peregrini huiusmodi habent finem, ut in agro figuli sepeliuntur, qui precio sanguinis est comparatus. Nam iusti sunt qui dicunt, *Consepulti sumus Christo in nouo monumento dolato, vbi nondum quicquam mortuorum positus est*. Qui autem vsque ad finem peregrini sunt à Christo, & alieni à Deo, dicunt sine

dubio consequenter, *Consepulti sumus perë grinis in agro figuli operantis lutum, qui precio sanguinis est comparatus, & sumus in agro qui ager sanguinis nominatur*. Sed quoniam quod post hæc dicit euangelista. *Tunc impletum est quod dictum fuerat per Hieremiam prophetam dicentem, &c.* Inter ea, quæ scripta sunt, non inuenitur hoc Hieremias alicubi propheta esse in libris suis, qui vel in ecclesiis leguntur, vel apud Iudæos referuntur: (Si quis autem potest scire, ostendat vbi sit scriptum) suspicor autem errorem esse scripturæ, & pro Zacharia positum Hieremiam: aut esse aliquam secretam Hieremiam scripturam in qua scribitur. Talis est autem textus apud Zachariã prophetam. Et dicam ad eos, Si bonum est in conspectu vestro, date mercedem meam, aut abnegate: & statuerunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me, Depone eos in fornacem, & vide si probum est, sicut probatus sum pro eis. Et accepit triginta argenteos, & misit eos in domum Domini in fornacem. Si autem hæc dicens aliquis existimat se offendere, videat ne alicubi in secretis Hieremiam hoc prophetur: sciens quod & apostolus scripturas quasdam secretorum profert, sicut dicit alicubi, *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit in nullo enim regulari libro, hoc positum inuenitur, nisi in secretis Helijæ prophetae*. Item quod ait, *Sicut Iamnes, & Mambres resisterunt Moyfi: nõ inuenitur in publicis scripturis, sed in libro secreto, qui supra scribitur, Iamnes & Mambres liber*. Vnde audi sunt quidam epistolam ad Timotheum repellere, quasi habentem in se textum alicuius secreti, sed non potuerunt. Primã autem epistolam ad Corinthios, propter hoc aliquem refutasse quasi adulterinam, ad aures meas nunquam peruenit. *Iesus autem stetit ante. Præsides: Et interrogauit eum Præsides, dicens: Tu es rex Iudæorum? Dixit ei Iesus, Tu dicis*. Vere Iesus non rapinam arbitratus esse se æqualem Deo. Et non semel sed frequenter pro omnibus seipsum humiliavit. Et nunc ergo iudex totius creaturæ constitutus à patre, rege regum, & Domino dominorum, vide quantum se humiliavit ut acquiesceret stare ante iudicem tunc terræ Iudææ, & vocatus, interrogatus est interrogationem, quam forsitan deridens, aut dubitans Pilatus interrogauit dicens, *Es rex Iudæorum?* Ad quam interrogationem quod putauit esse condécens, respondit dicens, *Tu dicis*. Et à principe, quidem sacerdotum aditatus ut diceret si ipse est Christus filius Dei, respondit, *Tu dixisti: à Pilato autem interrogatus, Tu es rex Iudæorum?* respondit, *Tu dicis*. Vide interrogationes: nisi illa quidem interrogatio, Si tu es Christus filius Dei, Iudæicæ conueniebat personæ: Romano autem iudici dicenti interrogatorie, non, an tu es Christus, sed, tu es rex Iudæorum. Qui autem caute considerat ipsos apices euangelicorum sermonum, videbit quod princeps quidem sacerdotum dubitanter dixit, Si tu es Christus filius Dei, Iudæicæ conueniebat personæ: Romano autem iudici dicenti interrogatorie, non, an tu es Christus, sed, tu es rex Iudæorum. Qui autem caute considerat ipsos apices euangelicorum sermonum, videbit quod princeps quidem sacerdotum dubitanter dixit, Si tu es Christus filius Dei, Iudæicæ conueniebat personæ: Romano autem iudici dicenti interrogatorie, non, an tu es Christus, sed, tu es rex Iudæorum. Qui autem caute considerat ipsos apices euangelicorum sermonum, videbit quod princeps quidem sacerdotum dubitanter dixit, Si tu es Christus filius Dei, Iudæicæ conueniebat personæ: Romano autem iudici dicenti interrogatorie, non, an tu es Christus, sed, tu es rex Iudæorum. Qui autem caute considerat ipsos apices euangelicorum sermonum, videbit quod princeps quidem sacerdotum dubitanter dixit, Si tu es Christus filius Dei, Iudæicæ conueniebat personæ: Romano autem iudici dicenti interrogatorie, non, an tu es Christus, sed, tu es rex Iudæorum.

daorum esse. Propter quod apparet cum qua reuerentia requirebat de Iesu, & pronocabat populum; ut Iesum magis ad dimittendum peterent, quam Barrabam. Reuerentia autem Pilati illud etiam fuit signum, quod latans manus suas dixit, *Innocens ego sum à sanguine huius, vos videritis*. Quod autem dixit ad principem sacerdotum, *Tu dixisti, dubitans quem eius oblique arguens conuincit*. Et quod ait Pilato, *Tu dicis, sententiam eius pronunciantis confirmat*. Marcus autem profert tu es Christus filius Dei, sic scribit, *Tu es filius benedicti: Forsitan aut illud quod simpliciter scriptum est, aut hoc quod dubitanter, nescio si non mendosa habeat exemplaria, cum debuissent ambo æqualiter dicere, Si tu es, aut, Tu es. Et cum acciperetur à principibus sacerdotum, & senioribus plebis, &c.* Iudæicæ literæ occurrentibus, & senioribus filij sunt eorum sacerdotum & seniorum, qui accusauerunt Iesum, & accusantes Iesum. Propterea permanente eis ipse peccator, & præueniente eos semel ita, vsque in finem adhuc patiuntur operatores ipsos, derelicti cum populo viuiscro sicut tabernaculum in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ expugnatur. Accusatus autem Iesus, sicut tunc nihil illis respondit: sic & modo aduersus accusationes istorum sacerdotum, & seniorum, nihil respondit. Tacet enim eis verbum Dei, & iam non audiunt verbum Dei, sicut aliquando factum fuerat ad prophetas, & in consummatione seculorum caro factus est, & habitauit in nobis. Et non solis principibus sacerdotum & senioribus plebis falsa accusantibus non respondit: sed neque Pilato, quoniam volebat eum audire defendentem se contra accusationes eorum mendaces. Quando enim dixit ei Pilatus post accusationes principum sacerdotum, & seniorum, *Non audis, quanta te accusant? neque ipsi respondit*. Nec enim erat dignum respondere, vel dubitanti, utrum debeat aduersus accusationes eorum, falsas respondere. Hoc diximus, non oblitum quod dictum est de Pilato, quod vel momentum aliquod benignum erga Christum habebat. Hoc enim verum esse de Pilato, ex omni narratione eius ostenditur. Non autem dicere quis audebit, quod permanens & firmum erat in eo de Christo iudicium. Trahebatur enim & ad contraria: propterea & hunc trahenti ad deteriore opinionem, Dominus non respondit, contemptis omnibus, quæ dicta fuerat in accusationem ipsius. Miratus est autem Pilatus constantiam eius, forsitan sciens quomodo eum idoneus esset pronunciare & remittere crimen, miratus est videns eum in tranquilla, & quieta sapientiæ grauitate, & inturbabili cum iudicio stare: in quo ad mortem periclitari existimabatur ab iis, qui fuerant ibi: & fortior erat humana natura, & omni eius infirmitate volente obtundere virtutem spiritus eius: nõ autem præualente facere hoc. Quod autem scriptum est: nõ solum mirari Pilatum, sed etiam valde mirari, mouet me, ut existimem, quod dignum ei videbatur magno miraculo ut exhibitus ad criminale iudicium Christus inturbabilis maneret, & staret ante mortem, quæ apud omnes homines, terribilis existimatur. *Per diem autem solemnem conseruauit Præsides dimittere populo vinctum quem voluissent*. Non miteris si adhuc primordium habes

Romanus principatus in eis, & nouiter Iudæis iugum suscipientibus Romanorum, quod donatum erat Iudæis ut in solennitate paschali peterent vnum quem voluissent, quamuis mille homicidiis obnoxius videretur. Sic enim quãdam gratias præstare gentes eis, quos subiiciunt sibi, donec confirmetur super eos iugum ipsorum: Tamea consuetudo hæc absoluedi vincti fuit aliquando apud Iudæos. Nam cum Saul decreuisset, ut ne quis acciperet cibum. Ionathas autem fauim mellis gustasset contra regis decretum, inuenit obnoxium Ionathas, & quamuis filium consiliarium: tamen propter aliquod inamentum suum decreuerat interficere eum, sed non interfecit, omni populo Israel interueniente, & petente eum ad vitam. Sed quod Pilatus dimisit vnum vinctum populo, vel Saul secundum petitionem populi, quod dimisit Ionathas, non est mirum: sub culpa emimerat amborum petentium vitam, quoniam Iudæi semper obnoxii erant. Sed illud quæramus, si tale aliquid fiat & in iudicio Dei, ut omnis ecclesia petere possit aliquem peccatorem ut soluatur à condemnatione peccati, maxime autem si quando habeat perditionis cetera opera, ad beneficiendum autem ecclesie impigerit. Tales enim inuenies sæpe in potentibus constitutos: alias quidem peccatores, tamen pro Christianis, quantum possibile eis est, multa agentes. Adducere autem magis ad requirendum talia, si rationem habet idoneã quod etiam Israel pro vita Nabuchodonosor, & Balthasar filij eius, Deum orabat. Sed hoc videtur alicui dignum requisitione, requiret. Quod autem manifestum est, omnes curare tentemus, ut ex petentibus inueniamur esse, & in ordine eorum qui bene vixerunt, magis quam ex illis pro quibus petitur, quasi pro omnibus malis. Nã et si concedatur aliquis peccator ad preces ecclesie: non tamen iustum est gloriam; & beatitudinem consequi eum, qui huiusmodi est, sufficit enim quod pœna dimittitur. Arbitror autem propter istum diem festum Iudæorum in quo Barrabas ad vitam electus est, Christum autem neglectus, dominum dicere per prophetam: *leunia & ferias, & dies festos vestros odit anima mea: & quia magis solennitatem agere voluerunt cum latrone dimisso, quam cum Iesu*. Verbi gratia dicam: Si egissent solennitatem recte sicut Iohannes, aut aliquis similis ei, & data eis fuisset quem vellet petendi licentia, sine dubio Iesum postulasent, Barrabam autem cõdemnassent. Nos autem oremus ut festum diem colentes, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis, Barrabam quidem condemnare, Iesum autem ab omnibus vinculis liberum accipere nobis mereamur in regem, & dominum. Et quando hæc facimus, non conuertentur dies festi nostri in luctum, neque canticum nostrum in lamentationem, sed erunt in nobis solennitates veræ, solennitates Dei. *Quem vultis dimittam vobis, Barrabam, an Iesum, qui dicitur Christus?* In multis exemplaribus non continetur, quod Barrabas etiam Iesus dicebatur, & forsitan recte, ut ne nomen Iesu conueniat alicui iniquorum. In tanta enim multitudine scripturarum neminem scimus Iesum peccatorem, sicut in aliis nominibus inuenimus istorum, ut eiusdem nominis inueniantur esse etiam iniqui, ut

puta Iudas apostolus Zelotes, & Iudas patriarcha, ite & Machabæus Iudas, omnes laudabiles: sed Iudas proditor. Et in Genesi inueniuntur eiusdem nominis esse filij Seth, & filij Cain, sicut Enoch, & Lamech, & Metusalem, nō autem conueniebat esse tale aliquid & in nomine Iesu. Et puto quod in hæresibus tale aliquid superadditū est, vt habeant aliqua cōuenientia dicere fabulis suis, de similitudine nominis Iesu, & Barrabæ. Existimo enim in istis, rerum aliquod mysterium demonstrari, vt Barrabas quidem constitutus sit ad seditionem, & bella, & homicidia faciendā in animabus hominū: Iesus autem quasi filius Dei, & pax constitutus, & verbum, & sapientia ad omnia bona. Hi ergo duo cum sint vincti in rebus humanis & corporibus, populus ille sibi postulat absoluti Barrabam, propter quem non cessat gens illa habere seditiones, & homicidia, & latrocinia secundum quosdam gentis suæ in rebus quæ foris habentur, secundum omnes autem Iudæos qui non credunt Iesum, intus in anima. Vbi enim non est Iesus, illic seditiones, & lites, & prælia sunt. Vbi autem est Iesus vt dicere possint, Si autem Christus in nobis, corpus quidem mortuum propter peccatum, spiritus autem vita propter iustitiam: sibi sunt omnia simul bona, & innumerales diuitiæ spirituales in manibus eius, & pax. Ipse est enim pax nostra qui fecit vtraque vnum. Et si quis videat contrariam illam operationem, cognoscat quoniam ipse est in omnibus vinctus insignis Barrabas: quem sibi solui desiderant, non solum tunc peccans Israel secundum carnem, sed & omnes qui eis similes sunt, vel in dogmate, vel in vita. Quicumque ergo mala agit, solutus est in corpore eius Barrabas, Christus autem vinctus. Qui autem bona agit, Christus ei solutus est, Barrabas autem vinctus. *Sedente autem eo pro tribunali, misit ad eum vxor eius dicens. Nihil sit tibi, & in isto illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum.* Et Iesus quidem per inuidiam traditus erat: & ita per inuidiam manifestam, vt etiam Pilatus eam non ignoraret. Volunt autem euangelistæ non præterire rem diuinæ prouidentie laudem Dei continentem, qui voluit per visum cōuertere Pilati vxorem: vt quantum ad se videret virum suū, vt ne audeat contra Iesum proferte sententiam. Et visum quidem non exposuit Mattheus: tatum autem dixit, quia multa passa erat per visum propter Iesum. Et ideo per visum passa est, vt ne amplius pateretur. Vt beatam fuisse dicamus Pilati vxorem, quæ per visum passa est multa propter Iesum, & recepit per visum quod erat passura. Ex quo audebit quis dicere, quod melius est recipere aliquem mala in visu quam recipere in vita. Quis enim non eligat per visum mala sua recipere quam in vita sua, nisi forte talia mereatur, vt expedit ei aciora recipere in vita sua, potius quam recipere leuora in visu? Consolatur enim, & requiescat in sinibus Abraham, qui recepit mala in vita sua: & non hæc mala quæ recepit in visu suo, secundum quod & consolationem habebit. Vtrum autem & initium habebat conuersionis ad Deum ex eo quod multa propter Iesum fuerat passa per visum, Deus scitatem continetur etiam hoc in scripturis quibusdam non publicis. Et vides quod dicitur appellauit Iesum vxor Pilati, ne forte mysterium sit hæc vxor Pilati ecclesie ex gentibus, quæ aliquando quidem regebatur à Pi-

lato: nunc autem iam non est sub eo propter fidem suam in Christo. *Principes autem sacerdotum, & seniores perstruxerunt populo vt peterent Barrabam, &c.* Et est videre vsque nunc quomodo populus Iudæorum à senioribus suis, & Iudaicæ cultus doctoribus suaderetur, & excitatur aduersus Iesum, vt perdant eum, quantum ad se, & habeant Barrabam soluti. Credunt enim turbæ principibus, & sacerdotibus suis. Perunque & præles quidem dicit ad populum, *Quem vultis ex duobus dimittam vobis? Turbæ autem, quasi veræ turbæ & multa, quæ spatiosam & perducentem ad perditionem ambulat viam, petierunt Barrabam solui, volentes eum sibi habere solutum. Dicit eis Pilatus, Quid ergo faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigatur, &c.* Volens eis pudorem tantæ iniquitatis incurrere Pilatus, dicit eis: *Quid ergo faciam de Iesu qui dicitur Christus? Non solum autem, sed & mensuram colligere volens impietatis eorum: Illi autem nec hoc erubescerent, quod Pilatus Iesum Christum esse constebatur: nec motum impietatis seruantes, dixerunt omnes, crucifigatur. Et si quidem Barrabam petissent dimittere: non autem e contrario, & Christum postulassent ad crucem: vt puta Barrabam quidem petissent absolui, hunc autem non petissent crucifigi: sed in potestate dimississent Pilati, vt faceret de eo quod vellet: adhuc magnæ esset impietatis, quod relicto isto, homicidiam petissent. Nunc autem multiplicauerunt impietatis suæ mensuram, non solum homicidiam postulantes ad vitam: sed etiam iustum ad mortem, & ad mortem turpissimam crucis. Adhuc autem permanens in eo ipso quod confundere eos volebat, vt vel confusi ad electionem iusti venirent, etsi non ex iudicio cordis, dicit eis. *Quid enim mali fecit? Contra hoc nihil habentes quod responderent, amplius clamauerunt, non deponentes, sed augentes iram, animositatem, blasphemiam, & dixerunt: Crucifigatur.* Pilatus autem videns quod nihil proficeret, Iudaico vsus est more, volens eos de Christi innocentia non solum verbis, sed etiam ipso facto placare si voluerint: si autem noluerint, condemnare, faciens non secundum aliquam consuetudinem Romanorū. Accepit enim aquam in conspectu omnium, & lauans manus suas dixit, *Immo-rens ego sum à sanguine huius, vos videritis.* Et ipse quidem se lauit illi autem non solum se mundare noluerunt à sanguine Christi: sed etiam super se susceperunt dicentes, *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Propter hoc rei facti sunt non solum in sanguine prophetarum, sed implentes mensuram patrum suorum facti sunt rei in sanguine Christi: vt audiant Deum sibi dicentem, Cum expanderitis manus vestras ad me, auertam oculos meos à vobis, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Propterea sanguis Iesu non solum super eos factus est qui tunc fuerunt, verum etiam super omnes generationes Iudæorū post sequentes vsque ad consummationem. Propterea vsque nunc domus eorum derelicta est eis deserta. Pilatus autem oblitus verborum suorum bonorum quibus cœperat defendere innocentiam Christi, declinans ad malum, non solum tradidit Iesum, sed etiam flagellis eum tradidit, vt crucifigeret eum. *Tunc milites præsidis susceperunt Iesum in prætorium, &c.* Verisimile est, vt in primordiis tunc nouiter erecti Imperatoris, milites nondum disciplina*

discipline ordinem conseruantem decentem, extra coi. suerudinem discipline, quæ nunc est, faceret in Saluatore: quando accipientes eum in prætorium congregauerunt totam cohortem, & fecerunt quæ fecisse dicuntur, Iesum sibi Iesum facientes propter quod nominatus fuerat rex Iudæorum. Ego autem puto milites hoc fecisse, & perantibus in se inuisibilibus regibus, & principibus seculi huius: qui astiterunt, & conuenerunt in vnum aduersus dominū, & aduersus Christum eius, vt videatur illa delusio eorum potius fuisse quam hominum. Eorum autem qui non cognouerunt in illa dispensatione sapientiam Dei: si enim cognouissent, nunquam dominum: maifestatus crucifixissent. Ergo cohors illa mysterium erat militiæ alioquin malignæ. Et expolauerunt eum vestimenta eius, quæ desultum habebat: tunicam inconsutilem, & stolam (hæc enim vestimenta eius talia describit Ioannes) & induerunt eum deludentem propter nomen eius regale, coccineam chlamydem, non intelligentes: quod agunt. Illa autem coccinea chlamys mysterium erat coccinei signi, quod scriptum est in Iesu Naue, quod ad salutem suam habuit illa Raab: & in Genesi, quod factum est in vno filiorum Thamar ad manum nascentis, vt coccum alligaretur in signo future passionis Christi. Ergo & nunc suscipiens dominus coccineam chlamydem in se sanguinem mundi suscepit: & in spinea illa corona, suscepit spinas peccatorum nostrorū intextas in capite suo. Et de chlamyde scriptum est, quod denuo spoliauerunt eum chlamydem coccineam: de corona autem spinea nihil tale euangelistæ scripserunt, propterea quod & nos querere voluerunt exitum rei de corona spinea semel imposita, & nunquam detracta. Ego igitur arbitror quod spinea illa corona consumpta est à capite Iesu, vt iam non sint spinæ nostræ antiquæ postquam semel eas à nobis abstulit Iesus super venerabile caput suum. Si autem & de calamo, quem posuerunt in dextera eius, aliquid dicere conuenit, huiusmodi dicimus rationem. Calamus ergo ille mysterium fuit sceptri vani & fragilis, super quem incumbemus omnes priusquam crediderimus sceptrum maligni. Consideramus enim in virga calamina Aegypti, vel Babylonis, vel cuiuscunque regni contrarij contra regnum dei: & accepit calamum illum, & virgam fragilis regni de manibus nostris, vt triumphet eum, & conterat in ligno crucis: & pro calamo illo priori, super quem prius recumbemus, dedit nobis sceptrū regni cœlestis, & virgam de qua scriptum est, Virga æquitatis, virga regni tui: vel virgam quæ corripit eos, qui opus habent correptione: de qua dicit Apostolus, Quid vultis in virga veniam ad vos? Dedit nobis & baculum vt celebremus pascha, secundum quod scriptum est, Baculi vestri in manibus vestris sint: vt celebremus pascha deponentes virgam calami eam quam habebamus priusquam celebraremus domini pascha. Percutiunt autem cum hoc fragili & vano calamo caput Iesu venerabile, quoniam & semper regnum illud contrarium conuiciat, & verberat deum patrem caput domini Saluatoris. Et in his omnibus: vnigenita virtus nocita non est: sicut nec passa est aliquid, facta pro nobis maledictū, cum naturaliter benedictio esset: sed cum benedictio esset, cōsumpta, & soluit, & dissipauit om-

nem maledictionem humanam. *Execrantes autem inueniunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius.* Sicut enim secundum res Euangelistas tentatur à diabolo Iesus: secundum Ioannem autem, qui spiritualis naturæ eius fecit sermonem, non tentatur (nec enim tentatur veritas, & vita, & resurrectio, & lumen verum): sed tentabatur secundum hominē quem susceperat vnigenitus deus: sic secundum Ioannem quidem Saluator imponētibz eis, qui susceperunt eum, crucem suam portans egressus est in locum qui dicitur Caluarie locus, secundum reliquos autem sibi eam non portat. Execrantes enim qui dicebant eum ad crucifigendum, inueniunt quendam Cyrenæum nomine Simonem, quem angariauerunt vt acciperet crucem Christi. Non autem solum Saluatorem conueniebat accipere crucem suam, sed & nos conueniebat portare eam, salutarem nobis angariam adimplentes. Nec iterum autem sic prodificādi fueramus crucem eius accipientes, quantum modo prodificamur à cruce eius, cum & ipse sibi accipiat eam & portet. *Quæres si secundum textum vtrumque est factum, & non dissonant sibi euangelistæ ab inuicem, & quid eorum prius est factum: vtrum enim qui susceperunt Iesum ad crucifigendum, & imponentes ei crucem, vt portans eam exeat in locum Caluarie, hoc primum fecerunt, autem quam angariarent Simonem Cyrenæum, an egressi quidem angariauerunt Simonem, facti autem ad locum in quo eum fuerant suspensuri, imposuerunt crucem ei ipsi, vt ipse eam portaret.* Et qui potest discutere quærat discutens in vtroque vt inueniat, vtrum sine portanda crucis accepit, aut magis Cyrenæus Simon, non fortuito angariatus, sed secundum aliquam de eo præscientiam Dei: secundum dispositionē Dei ductus ad hoc, vt Euangelicæ scriptura dignus inueniretur, & ministerio crucis Christi: in qua mundus crucifigitur sanctis, & sancti mundo. Quidam autem & moraliter exponere voluerunt hunc ipsam Simonem Cyrenæum, ex eo quod de Pentapoli esset Cyrenes secundum Libyam, accipientes occasionem de sensibus quinque, vt dicant, quasi quinque sensus portauerunt dispensationis illius crucem. Simon autem interpretatur obedientia. Cui autem magis conueniebat vt crucem Christi portaret quam obedientiæ? aut, sicut secundus Liber filius vocatur, Symeon? Dupliciter enim apud Græcos nominatur & patriarcha, & Petrus, secundum propriam Hebraicam sermonis, vt conueniat ei qui ita vocatur, vt & Simon dicitur, & Symeon, quoniam iisdem literis scribuntur Hebræi & Symeonis nomen, & Simonis. Locus autem Caluarie dicitur non qualemcunque dispensationem habere, vt illic qui pro hominibus mortuus fuerat moreretur. *Vult enim ad me traditio quædam talis, quod caput Adæ primi hominis ibi sepultum est vbi crucifixus est Christus: vt sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes viuificantur: vt in loco illo qui dicitur Caluarie locus, id est locus capitis, caput humano generis resurrectionem inueniat cum populo vniverso per resurrectionem domini Saluatoris: qui ibi passus est, & resurrexit. Inconueniens enim erat, vt cum multi ex eo nati remissionem acciperent peccatorum, & beneficium resurrectionis consequerentur: non magis ipse pater omnium*

hominum huiusmodi gratiam consequeretur. *Et dederunt ei acetum bibere felle mixtū. Et cum gustasset, noluit bibere.* Sufficiebat enim nobis, ut tātum gustaret pro nobis sicut mortem tridui temporis non longiorem, sic & acetum felle permixtum. Aliud autem vinum non mixtum cum felle, nec cum alio aliquo cōtrario accepit, & bibit, & gratias agens discipulis dedit, & promisit se bibiturum nouum ipsum in regno dei. *Postquam autem crucifixum eum, diuiserunt sibi vestimenta eius sortem mittentes: & sedentes seruabant eum.* Et sunt vsque nunc qui ipsum quidem non habētes, vestimenta autem, id est verba in scripturis posita habent, nec ipsa ad plenum, sed ex parte nihilominus hoc ipsum Propheta dicente mylterum quod nunc est impletum. Vtrum autem concessum est aliquod vestimentorum eius in illa partitione, an mansit vnum quodq; eorum integrum sicut fuit, & qualia illa vestimenta fuerunt, non legimus apud tres Euangelistas: apud Ioannem autē didicimus quod milites postquam crucifixum Christum, acceperunt vestimenta eius, & fecerūt quatuor partes, vnicuique militi partem. Tunicam autem, quoniam erat non confutilis, sed a sursum textilis per totum, dixerunt ad inuicem, non cōscindamus eam, sed fortiamur de ea. Non ergo omnes acceperunt eam, sed qui sortitus est. Disputans autem aliquis de differentia eorum, qui vestimenta domini habent, inueniet sine dubio qui in dogmatibus suis, etsi nō habēt ipsum, tunicam tamen defursum textilem per totū habent: alij autem nec ipsam, sed aliquam particulam vestimenti eius. Et hoc considera, quod secundum Matthæum quidem Iesus accipiens acetum cum felle permixtum, gustauit, & noluit bibere: secundum Marcum autem cum daretur, & myrrhatum vinum, non accepit. *Et sedentes seruabant eum ibi.* Et milites quidem seruabant corpus, submissi à principibus sacerdotum, quasi furandum à discipulis eius si non seruaretur: dispensatio autē resuscitauit eum, & testes resurrectionis eius esse fecit non duos tantum, aut tres, sed multo plures. Visus enim Cephæ, postea illis vndecim: deinde apparuit amplius quam quingentis fratribus, nouissime autem omnium Paulo. Et non erat modicum signum resurrectionis eius, quod à tantis est visus, his, qui susceperunt periculum, ut prædicent eum viuentem in populis, qui perierant eum ad crucem. Et nunc noui principes sacerdotum, videlicet filij principum illorum, verbum veritatis positum in scripturis crucifixum falsis expositionibus suis; & occidunt mendacis: verbum autem veritatis, quia apud illos quidem occiditur, viuunt autem in sua natura, semper inueniunt, & eligunt sibi vasa, in quibus resurgat, & vinar, & adhuc confundat suos interfectores, multis testimoniis viuere demonstratum. *Et imposuerunt super caput eius causam eius scriptam, hic est Iesus rex Iudeorum.* Sive occasione sive veritate, Christus rex pronūciatur: & omnis litera regnū eius testatur, sine Græcorū, sive Romanorū, sive Hebraicorū: & pro corona super caput eius scriptū. *Hic est Iesus rex Iudeorum.* Et cū nulla inueniatur causa alia mortis eius, nec enim erat, hæc habeatur sola, rex fuit Iudeorū: de qua & locutus est, dicens: Ego autē cōstitutus sum rex ab eo super Syon montē sanctum eius. Et princeps quidē sacerdotū secundum literā legis portabat in capite

suo formam signi, & sanctificationē domini scriptam in metallo, verus autem princeps sacerdotum, & rex Iesus, in cruce quidem habet scriptū, Hic est rex Iudeorum: ascendēs autem ad patrem & suscipiens patrem in se pro nomine habet qui nominatur, & habet eum coronam, & dignus eo effectus, & domus Dei patris digna effectus, solus sufficiens patrem capere potest. *Tunc crucifixum eum eo duos latrones, vnum à dextris, & vnum à sinistris.* Crucifixus inter latrones dominus sicut ipsi latrones impleuit prophetiam dicentem de se, Et cum iniquis deputatus est. Et est videte discipulos eius testimonium dantes culturæ Dei quæ per eum est introducta, cum iniquis reputati, & cum eis crucifigi, aut passionem reliquas sustinere, sicut & illi. Mundus enim & spiritus qui in eo est, summus semper persequitur viros, & punit malitiam quidem summus propter utilitatem multorum: summus autem virtutis, quoniam non est dignus mundus iste eis, qui non considerant, quā videntur, & cum non videntur, & contemnunt eum, sicut & olim sancti ambulantes in melotis, & in pellicibus, & in speluncis, & in foueis terræ, quorum nō erat dignus mundus. *Transientes autem blasphemabant eum mouentes capita sua, &c.* Nemo stans Iesum blasphematur, neque recte incendens. Transientes enim blasphemabant eum, & sicut in Græco habetur *prætereuntes*: qui etiam maceriem vineæ dissoluta à Deo, vindemiant eos, qui remanescunt. Scriptum est enim. Ut quid posuisti maceriem eius, & vindemiant eā omnes, qui prætereunt viam? *Quandiu ergo quis non præteriuit viam, neque declinauit à via, stans dicere potest Deo, Statuisti supra petram pedes meos: & non blasphematur Iesum.* Si autem ceciderit, aut præterierit, vel transferit, vel declinauerit, tunc eum blasphematur. Sicut adhuc, qui in mala opera ceciderunt, & sicut qui dereliquerunt terminos æternos, & viam ecclesiæ cælestis, & fluctuantur, & circumferuntur ab omnino vento doctrinæ in fallacia hominum, in altitudo, ad remedium erroris. Omnes enim hæreses prætereuntes & declinantes esse si quis dixerit, non peccabit, propterea quod & ipsi inter prætereuntes habentur, & blasphemant Iesum non habentes caput firmum, sed mouentes ipsum sursum & deorsum, quoniam non sunt prudentes, nec habent oculos suos in capite suo, in quo habere debuerant, Ecclesiaste dicente, Sapientis oculi in capite eius sunt. Prætereuntium ergo & declinantium opus est Iesum blasphemare filium Dei, quia nemo in spiritu loquens, dicit anathema Iesu. Diuersi autem blasphemantium sermones habentur: quorum vnum est blasphemum, quod dicitur ab eis, qui non intelligunt, nec audiunt, quæ dicuntur, nec de quibus affirmat. Iesus enim dixit, Soluite templum hoc, & ego in triduo suscitabo illud. Prætereuntes autem quasi falsi testes contra Iesum dicebant quod non erat dictum de eo appetentes eum, *Vab qui destruit templum Dei, & in triduo reedificat illud:* Non enim ipse destruit templum, sed quod alij destruant ipse ædificat: siue templum proprium corporis, quod à Iudæis fuerat traditum morti, siue templum testium suorum & omnium qui habuerunt verbum Dei in se, & ex insidiis impiorum propter pietatem mortui sunt. Venit enim hora, quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & resurgent.

gent. Et non solum in eo quod dicebant, Qui destruit templum, mēti tu fecit: sed etiam illud quod dixerunt, Et ego in triduo reedificabo ipsam. Nec enim dixit reedificaturus se templum, sed reedificaturum. Sermo enim ædificationis non ostendit subitanum opus, suscitatio autem ostendit. Et qui quidem deridebant, dicebant: *Salua te ipsum:* ipse autem accipiens virtutem à patre, & hoc fecit, & amplius. Cunctis enim capientibus verbum suum, salutem suam ostendit. Et illi quidem deridentes dicebant, *si filius Dei es, descende de cruce:* Ipse autem filium Dei se deridentibus quidem non ostendebat, ostendit autem credentibus sibi: postquam dispensauit quæ oportebat eum dispensare in tribus illis diebus, postquam descendens ad inferos mortificatus corpore, viuificatus autem in spiritu, spiritibus qui erant in carcere, prædicauit, quod non crederant aliquando, quādo expectabatur patricia Dei in diebus Noë, cū fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo animæ, sunt saluati per aquam. Et non est derelictus illic, sicut ipse dicebat, Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Oportebat autem eum & ascendere ad proprium patrem & Deum, ut ascendens in altum captiuert captiuitatem, & accipiat dona in homines, & post hæc ostendat se fortiorem morte, dicens ad eam, Vbi est mors aculeus tuus? Similiter autem cæteris prætereuntes, & blasphemantes eum, principes quoque sacerdotum, & Scribæ prætereuntes & ipsi dicebant ad eum victi virtutibus ante gestis ab eo. *Alios saluos fecit, seipsum saluum facere non potest.* Videlicet nō credentes, quod qui alios saluare potuit, multo amplius poterat & seipsum saluare, & promittebant se credituros in eum, quasi in regem Israel, si descendens à cruce, videretur ab eis. Ipse autem non curabat indignū aliquid agere propter derisionis iniuriam, & facere quod dicebatur ab eis extra rationem & ordinem. Id ipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperebant ei. Et apud Ioannem sicut potuimus exposuimus de duobus latronibus, qui fuerunt crucifixi cum Christo: qui secundum Matthæum quidem & Marcū impropetauerunt ei ambo in cruce. Secundum Lucā autem dicentem quod vnus de pendentibus latronibus blasphemabat dicēs, Si tu es Christus, salua te ipsum & nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicens, Nō times tu Deum quod in eadem damnatione es? Et nos quidem iuste, nam condignam factis recipimus, iste autem nihil mali facit. Et dicebat ad Iesum, Memoro me cum veneris in regnum tuum. Respondens autem Iesus dixit ad eum, qui increpauerat blasphemantem, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Conuersus ergo est, ut in primis, quidem ambo latrones intelligantur dominum blasphemasse, post hoc autem vnum ex eis conuersum esse, & credidisse trahentem apud seipsum de his miraculis, quæ audiebat facta ab eo, forsitan autem & videns conuersionem ætæ, & tenebras fieri insuetas, & non sicut fieri frequenter solebant. Aut ne forte sicut & illic diximus, alij sunt hi duo latrones, qui ambo blasphemauerunt. Sed ille latro, qui saluatus est, potest esse mysteriorum eorum, qui post multas iniquitates crediderunt in Christum, & dixerunt Christo, Confixi sumus & configurati in morte Christi: & semper dicunt filio Dei

Memoro esto nostrum cum veneris in regnum tuum: & ideo in paradiso sunt cum ipso. *A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam.* Ad hunc textum quidam calumniantur Euangelicam veritatem, dicentes, Quomodo secundum textum potest esse verum quod dicitur, quod factæ sunt tenebræ super omnem terram à sexta hora vsque ad nonam, quod factum nulla refert historia: Et dicunt, quod sicut solet fieri in solis defectio, sic facta est tunc defectio solis. Defectio autem solis à seculo semper fuit in suo tempore facta. Sed defectio solis quæ secundum cōsuetudinem temporum ita currentium fieri solet, non in alio tempore fit, nisi in conuentu solis & lunæ, quando luna subit currens solis impedit radios occurrentes ei, & occurrū suo lumen eius obrundit. In tempore autem, quo passus est Christus, manifestum est quod conuentus nō erat lunæ ad solem: quoniam tempus erat Paschale, quod consuetudinis est agere quando luna solis plenitudinem habet, & in tota est nocte. Quomodo ergo poterat fieri defectio solis, cum luna esset plena, & plenitudinem solis haberet? Quidam autem credentium volentes defensionem aliquam introducere contra hæc, angustiarum sermonibus profrenentium ralia, ita dixerunt. Si nullum prodigium nouum factum fuisset in tempore passionis Christi, sed omnia secundum consuetudinem præderetur secundum consuetudinem facta fuisse illa defectio solis. Nunc autem cum constet cætera prodigia quæ tunc facta sunt non secundum consuetudinem facta fuisse, sed noua & miranda: nam & velum templi scissum est in duas partes ad sursum vsq; deorsum: & terra contremuit, & petreæ disruptæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora dormientium sanctorum resurrexerunt: manifestum est quod & illa defectio solis consequenter secundum cætera prodigia, noua contra consuetudinem facta est. Item aduersus hæc filij seculi huius, qui prudeniores sunt filijs lucis in sua generatione, talia dicunt. Pone quod extra consuetudinem facta est illa defectio solis in tempore non antiquo, sub principatu Romanorum, ita ut tenebræ fierent super omnem terrā vsque ad horam nonam: quomodo hoc factum tam mirabile, nemo Græcorum, nemo Barbarorum, factum conscripsit in tempore illo, maxime qui Chronica conscriperunt, & notauerunt, sicuti tale aliquid nouum factū est aliquando: sed soli hoc scriperunt vestri auctores? Et Phlegon quidē in Chronicis suis scripsit, in principatu Tyberij Cæsaris factum: sed non significauit in luna plena hoc factum. Vide ergo, nisi fortis est obiectio hæc, & potens mouere omnes homines sapientem, qui nec illis dicentibus, nec illis scribenibus consentit: sed omnia cum ratione & iudicio audit. Et nō est quidem durum, quod vnusquisque fidelis qui credidit quidem, non tamen cum ratione, & cum iudicio credit, ut ita sit cōstans in fide, ut et si mille crimina obiciant contra Euangelicam fidem, volentes destruere fidem nostram, ut in nulla parte eorum cotinueratur sermonibus, qui fingentes se credere scripturis euangelicis, per occasionē vnus, aut alterius questionis, aut difficultatis, aut forte & in dolo subilis, aduersantes scripturis scissant fidem Christi, & Euangeliorum eius, tollere de anima hostes, inroducentes, quædam mirabiles, & mirabilia Dei

Dei virtute consummata ad seculares quasdam consuetudines transferre volentes. Iudicium igitur bonum, ut accipiens bonum propositum eorum qui in fide constantes esse desiderant, solutiones criminum eorum in quantum mihi ex Deo est virtus, inueniam pro Evangelica veritate, ut fideles non solum fide simplici, sed etiam ratione fidei muniantur in fide. Dicimus ergo quod Mattheus & Marcus non dixerunt defectionem solis tunc factam fuisse, sed neque Lucas, secundum pluraque exemplaria habentia sic, Et erat hora sexta, & tenebrae factae sunt super omnem terram usque ad horam nonam, & obscuratus est sol. In quibusdam autem exemplaribus non habetur, Tenebrae factae sunt, & obscuratus est sol: sed ita, Tenebrae factae sunt super omnem terram sole deficiente. Et forsitan ausus est aliquis quasi manifestius aliquid dicere volens, pro, Et obscuratus est sol: ponere, deficiente sole, existimans quod non aliter potuissent fieri tenebrae, nisi sole deficiente. Puto autem magis quod insidiatore ecclesiae Christi mutauerunt hoc verbum, quod tenebrae factae sunt, sole deficiente, ut verisimiliter euangelia argui possint secundum adiuuentiones volentium arguere ea. Arbitror ergo: sicut caetera signa, quae facta sunt in passione ipsius, in Hierusalem tantummodo facta sunt: sic & tenebrae tantummodo super omnem terram Iudaeam sunt factae, usque ad horam nonam. Quae autem dico in Hierusalem tantummodo haec facta sunt, quod velum templi scissum est, quod terra contremuit, quod petrae diruptae sunt, quod monumenta aperta sunt. Nec enim extra Iudaeam petrae diruptae sunt, aut monumenta aperta sunt alia nisi ea tantum quae in Hierusalem erant, aut forte in terra Iudaea. Nec alia terra tremuit tunc nisi terra Hierusalem: nec enim refertur alicubi quod omne elementum terrae tremuerit in tempore illo, ut sentient (verbi gratia) & qui in Aethiopia erant, & in India, & in Scythia: quod si factum fuisset, sine dubio inueniretur in historiis aliquibus eorum qui in Chronicis scripserunt noua aliqua facta. Sicut ergo quod dicitur, Terra contremuit, refertur ad terram Hierusalem: aut si latius voluerit quis extendere, ad terram Iudaeam: sic & tenebrae factae sunt ab hora sexta usque ad nonam super omnem terram, intellige, quod super omnem terram Iudaeam sunt factae, aut certe super Hierusalem tantum. Sic ergo qui intelligit, sine culpa intelligit: & non magnitudinem miraculi ostendere volens, incidat in risum sapientium seculi huius: & magis infidelitatem in hominibus sapientibus operetur quam fidem. Dicit autem aliquis contra haec. Si non ex defectione solis factae sunt tenebrae tunc super omnem terram Iudaeam, & Hierusalem, sed ex altera causa: ostende causam. Cui talia respondemus. Primum quidem, quod omnino euangelistae nec nominauerunt solem in isto loco, sed tantum quod tenebrae factae sunt super omnem terram. Si ergo tenebrae factae sunt super omnem terram sole non nominato: sine dubio consequens est intelligere quasdam tenebrosissimas nubes, & forte non vniam, sed multas & maiores concurrisse super terram Iudaeam & Hierusalem ad cooperiendos radios solis, & ideo profundae factae sunt tenebrae a sexta hora usque ad nonam. Quomodo autem factae sunt in tali loco diximus, ne forte & tenebrae palpabiles in Aegyptum hoc modo factae fuerunt

*Haec opinio
ne probatur
conuenit.*

tribus diebus, non ex solis defectione, siue autem ex eo quod nubes tenebrosae concurrerunt in vnum, siue quod ad illuc tunc spissior factus est super Aegyptios tantum: omnibus enim filiis Israel sicut testatur scriptura fuerat lumen, in quibus fuerant commorati. Nam & impossibile est in solis defectione quae fit ex concursione lunae ad solem, tribus diebus continuis fieri tenebras: & crederetur aliqua alia tenebrarum causa fuisse in Aegyptio, si vel nominatus fuisset sol, siue quasi obscuratus in tempore illo: nunc autem scriptura Exodi nihil aliud dicit, nisi quod Moyses extendit manum suam in caelum, & factae sunt tenebrae, & caligo, & caetera, super totam terram Aegypti tribus diebus, & nemo vidit fratrem suum, neque surrexit aliquis de lecto suo tribus diebus. Quia autem dico super omnem terram Iudaeam, vel Hierusalem, ut non omne elementum terrae intelligamus, illud est argumentum, quod scriptura in est in tertio libro Regnorum: ubi Abdias dispensator Achab dixit Heli: quid peccauit, quia dedisti seruum tuum in manus Achab, ut mortificet me? Viuit Deus tuus si est gens aut regnum ubi non misit dominus meus querere te, & dixi, non est: & combussit regnum & regiones eius, quoniam non inuenit te. Quis enim tam lapideus sit legens ista, ut existimet quod rex Israel Achab in omnem gentem mundi, & in omne regnum orbis terrae querens Heliam, & combussit vbique dicitur, non est Helias: sed sine dubio exaggregatorie dicta sunt illa, ostendens quod satis eum quae sunt in gentibus, quae fuerunt circa Iudaeam secundum quod potuit requirere. Diximus autem etiam in aliis locis, quod cum dixit creaturae generales in sexta die factae fuissent, primum quidem animalia, deinde homo secundum Dei imaginem factus, consequens est ut & dies ille sextus tunc dicitur fuisse intelligatur in duas species creaturae, ut ante sextam quidem animalia intelligantur fuisse creata: in sexta autem hora dicitur dominum: Faciamus hominem ad imaginem nostram, & fecisse eum tunc. Propter quod conueniebat pro salute eiusdem hominis morientem in ipsa hora sexta suspendi, ac a sexta hora propter hoc tenebras fuisse factas super omnem terram usque ad nonam. Et sicut Moyses manus extendente in caelum, factae sunt tenebrae super Aegyptios seruos Dei tenentes in seruitute, imago futurarum tenebrarum quae comprehensurae fuerant Aegyptios: similiter & Christo in sexta hora manus extendente in cruce ad caelum super populum qui clamauerat, & Tolle de terra hunc, & crucifige, crucifigens eum, factae sunt tenebrae, & ab omni lumine sunt priuati: & imago fuit tenebrarum illa futurarum quae comprehensurae fuerant gentem Iudaeam, quia ausi sunt lumini vero manus suas inferre. Unde extitit omnis illa gens tenebris est repleta: sicut dicit propheta: Obscurentur oculi eorum ne videant. Item sub Moysse factae sunt tenebrae: & caligo super omnem terram Aegypti, tribus diebus: & nemo vidit fratrem suum, neque surrexit de lecto suo aliquis tribus diebus. Omnibus autem filiis Israel erat lumen in omnibus locis in quibus commorabantur. Sub Christo autem tenebrae factae sunt super omnem terram Iudaeam tribus horis: lumen autem fuit super omnem reliquam terram, quod ubique illuminat omnem ecclesiam Dei in Christo, Et si usque ad nonam horam tenebrae fuerint super

super omnem terram Iudaeam, manifestum est quod iterum lumen eis resulsit: quia cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus futurus est. Quod autem tribus horis factae sunt tenebrae super terram Iudaeam, ostendit, quod propter peccata sua priuati sunt a lumine Dei patris, & a splendore Christi, & ab illuminatione spiritus sancti. Circa nonam autem horam clamauit Iesus voce magna, dicens, Heli Heli iama sabachthani, hoc est Deus meus, Deus meus ut quid me dereliquisti? Digne Deo requirendum est quae fuit illa magna vox Christi, vtrum magna rebus significantibus magna mysteria, aut magna sententia & corporali magna vocis auditu, Puto autem, quod omnis vox Christi filij Dei magna est, etiam si fuerit lenis: & restatur de hoc ipso scriptura in locis maxime illis, in quibus vult erigere auditorem, ut transgrediat illud quod multi intelligere possunt in locis, & non maneat in eo, quamuis secundum simplicem intellectum habeat in eo aliquam veritatem, ut intelligere possit aliqua digne propter magnam domini vocem. Quoniam ergo his verbis ostendit aliquid esse absconditum, magnum quod clamat ad Deum dicens, Quare me dereliquisti? ideo requirendum est quid est quod a Deo derelictus est Christus. Nec enim fas est credere eum mentiri dicentem, Quare me dereliquisti? Et quidam colore religionis pro Iesu, & quia non possunt exponere quid sit Christum derelinqui a Deo, arbitrantur & dicunt: verum quidem est, quod dictum est, tamen per humilitatem dictum est. Nos autem videntes eum, qui in forma Dei fuerat constitutus ab humilitate magnitudine descendentes, & semetipsum exinanientem, per hoc quod formam serui suscepit, & videtes in his voluntatem eius qui ad haec talia eum misit: intelligimus quod quantum ad illa, in quibus fuerat forma Dei inuisibilis, & imago secundum patrem derelictus a patre est, quando suscepit serui formam, & derelictus pro hominibus, ut talia & tanta susceperet, & usque ad mortem veniret, & morte crucis, quae inter homines turpissima esse videtur. Extremum enim dilectionis eius factum est, quando crucifixerunt eum, & posuerunt super caput eius quasi deridentes eum literas dicentes, Hic est Iesus rex Iudaeorum. Extremum autem dilectionis eius erat & illud, quod inter latrones est crucifixus, & quod praetercentes blasphemabant eum, mouentes super eum capita sua: & quod principes cum Scribis dicebant, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Adhuc autem & illud, quod etiam latrones improperabant ei in cruce. Ergo manifeste intelligere poteris quid sit quod dicit, Quare me dereliquisti? faciens comparisonem gloriae illius, quam habuit apud patrem, ad confusionem, quam contemnens sustulit crucem. Si enim ille erat sicut sol in conspectu Dei, & sicut luna perfecta in aeternum, & erat testis eius fidelis in caelo: postea autem & pro quibus dicit, Quare me dereliquisti? superaddit, dicens, Tu autem repulisti, & pro nihilo deduxisti, & distulisti Christum tuum, eueristi testamentum serui tui, profanasti in terra sanctitatem eius, & caetera. Et quantum quidem fuit solis lumen, etiam tanta & talia sustinens, non dicebat, Quare me dereliquisti? postquam autem vidit super omnem terram Iudaeam usque ad horam nonam tenebras factas: dixit magna voce sua, Quare me dere-

liquisti? illud ostendens volens per haec, quod volens dereliquisti me pater, & talibus exinanitum calamitatibus tradidisti, ut populus, qui fuerat apud te honoratus, recipiat quae in me ausus est, implet mensuram patrum suorum, & quae super prophetas fecit, ut priuatur a lumine tuae protectionis, & efficiatur in tenebris quasi te Deo iam nequaquam eis presente. Sed & pro salute gentium dereliquisti me, ut derelicto Israel fieret gentium salus. Quid autem tam bonum fecerunt qui ex gentibus crederunt, ut precioso sanguine meo super terram effuso pro eis, emerem eos a maligno qui tenuerat eos? & quare faciem tuam auertisti, & factus sum conturbatus, ut dicam, Tristis est anima mea usque ad mortem: Aut quid tale dignum facturi sunt homines, pro quibus patior ista, ut pro eis ego patiar haec? sicut & Propheta iam ante de hoc ipso praedixit, quasi clamans ad te, & dicens, Quare veritas, o pater, hominibus facta est in sanguine meo, dum descendendo in corruptionem? Nunquid constabit tibi puluis, aut annunciet veritatem tuam? Forsitan autem & videns peccata hominum, pro quibus patiebatur, dicebat, Quare me dereliquisti? ut fierem quasi qui colligit stipulam in messe, & sicut, qui colligit racemos in vindemia, cum non sit botrio ad manducandum primitiua. Et haec dico, quia perit timoratus a terra, & qui corrigat inter homines non est. Unde non existimes humano more Saluatorem ista dixisse propter calamitatem, quae comprehenderat eum in cruce. Si enim ita acceperis: non eris audiens magnam vocem, in qua ista locutus est: nec digna voce diuina requies. Ergo tenebrae quidem a sexta hora factae sunt super omnem terram usque ad nonam: prius autem quam finiatur nona, clamauit dominus circa eam voce magna dicens, quae scripta sunt, quasi postulans ut oriatur sol terrae, solens in ea tenebras triam horarum, secundum quod tradidimus supra. Quidam autem illi stantes, & audientes dicebant, Quia Heliam vocat iste. Caeteri autem dicebant, Sine videamus si venit Helias, & liberet eum. Tamen si audissent quoniam Deum vocat, utique mirati fuissent orationem eius in cruce maiorem quam fuit oratio longiorantis in vtero ceti: & prodicati fuissent, ut etiam in extremis calamitatibus constituti orare non desinat Deum. Maiorem autem dico orationem Christi fuisse, quam Iona in vtero ceti propter magnitudinem rerum, quae demonstrantur ex ea, & propter magnum affectum voluntariae passionis eius. Et continuo accurrens vnus ex eis accepta spongia impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Et implet prophetiam in se dicentem de se, Et dederit in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Ideo & secundum Iohannem cum accepisset Iesus acetum cum felle, dixit, Consummatum est, etiam hoc quod de scriptura praedixerat. Iucunde autem quis potest vii hoc textu aduersus eos, qui maligna vel scripserunt, vel scribunt aduersus Christum: de quibus dicit Elaias, Vae qui scribunt maligna. Scribentes enim maligna scribunt. Dico autem illis, qui conscriptiones aliquas dimiserunt iniquitatem in excelsum loquentes: & videtur quis hoc textu videns eos ex quibusdam auditionibus siue ethnicorum verborum, siue barbaricorum sermonum congregantes, & facientes narrationem quasi spongiam quadam, adimplentes eam non de verbo potabili,

potabili, neque vino lactificante cor hominis, neque de aqua refectiois: sed de aliquo contrario, & nocivo & non potabili aceto intelligibili, & hanc spongiam imponunt calamo scripturæ suæ, & quantum ad se, læsiones inferunt Iesu ex huiusmodi potu. Et quidam quidem dant Iesu bibere vinum cum felle permixtum, quod non vult bibere Iesus filius Dei: alij autem non vinum, sed acetum. Et forsitan quanticumque secundum doctrinam quidem ecclesiasticam sapiunt, viuunt autem male, dant ei vinum bibere felle permixtum: qui autem alienas à veritate sapientias applicant Christo, quasi ea dicenti, hi spongiam implentes aceto imponunt calamo, & potant eum. Sunt autem qui & acetum, & fel sicut Ioannes scribit, offerunt ori eius: & forsitan qui sapiunt tantummodo male, spongiam implent aceto, & imponunt calamo scripturæ suæ, & potant eum: qui autem & sapiunt male de dispensationibus Christi, & viuunt nequiter, hi spongiam plenam ex aceto cum felle & hyssope imponentes calamo scripturæ, offerunt ori eius. Qui autem neque vinum eius bibere vult propter fellis commixtionem, multo magis non bibet acetum, neque acetum felle permixtum. Propterea nos vinum mundum ab omni acerbitate, & amaritudine, vinum quod lactificat cor hominis, & cor ipsius filij Dei, accipientes ex eo ipso Salvatore nostro Iesu, qui est vitis vera, potemus eum & discipulos eius, vt dicat nobis bene potantibus eum & ad discipulos suos, sicut, & deditis mihi potum. Accipiamus & aquam refectiois, qua nutrit infirmos pastor bonus, vt qui pascuntur ab eo dicant, Super aquam refectiois educavit nos. *Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum.* Quantum ad Matthæum quidem dicentem iterum clamasse Iesum voce magna, & emisisse spiritum, non autem manifestatam, quæ fuerit illa magna, qua clamauit iterum, erat dicere, quod eandem vocem clamauit iterum quam supra clamauerat dicens, *Deus Deus meus.* Lucas manifeste scribit, quam vocem clamauit cum emitteret spiritum, dicens, *In manus tuas commendo spiritum meum.* Est intelligere & in isto loco, quod vox illa, quam iterum clamauit emittens spiritum, fuit ista. In manus tuas commendo spiritum meum. Si ergo emittere spiritum aut sicut Ioannes scribit tradere spiritum id ipsum erat quod est mori: simpliciter erat intelligendum quod dicitur in hoc loco, emisit spiritum. Nunc autem cum mortem nihil aliud esse definiant sapientes, nisi separationem animæ à corpore: videamus ne forte aliud est simpliciter mori, aliud autem magna voce clamare & emittere spiritum, sicut præsens exponit Matthæus: aut in manus Dei commendare spiritum, & dimittere spiritum, secundum quod dicit Lucas: aut inclinare caput & tradere spiritum, sicut Ioannes exponit. Et mori quidem omnium hominum est, etiam malorum, quoniam omnium animæ separantur à corpore, etiam iniquorum, qui dicere non possunt quæ dixit Christus exiens de corpore suo. Magnam autem vocem clamare, & sic emittere spiritum, quod est in manus domini commendare spiritum, & sic emittere spiritum, aut inclinare caput & tradere spiritum: non est nisi tantum sanctorum qui bonis operibus Deum sibi preparauerunt sicut & Christus, vt possint exire de mundo fiducialiter in manus

Dei commendare, vel tradere spiritum suum. Si ergo intelleximus, quid est magnam vocem clamare, & sic emittere spiritum, id est in manus Dei commendare, sic enim exposuimus supra profertentes expositione euangelicæ Lucæ: si intelleximus quid est inclinare caput, & tradere spiritum, festinemus vitam nostram seruare, vt in exitu nostro possimus & nos magnam vocem clamare, & sic emittere spiritum: aut inclinare caput, & tradere spiritum, sicut Iesus, qui inclinauit caput, & quasi supra patris gremium illud repausans exiit, qui poterat illud in sinu suo fouere, & confortare. Quod si vis audire quid profuit Christo magnam vocem clamasse & sic emisisse spiritum, id est in manus domini commendasse spiritum, & sic emisisse, aut inclinasse caput super gremium patris, & tradidisse spiritum, audi quod dicit propheta, Propter hoc enim non dereliquit animam eius in inferno: nec dedit eum videre corruptionem. Si ergo & nos ita nos gesserimus, vt possimus commendare spiritum nostrum in manus Dei, aut inclinare caput super gremium Dei, & sic tradere spiritum: sine dubio neque nostras animas derelinquet in inferno, nec dabit nos in corruptione in perpetuum remanere: sed qui illum post diem tertium reuocauit ab inferis, & nos reuocabit in tempore opportuno: & qui illi donauit vt non videat caro eius corruptionem, nobis donabit: non quidem vt non videat caro nostra corruptionem, sed vt liberetur à corruptione tempore opportuno. Quoniam ille quidem peccatum non facit, neque dolus inuentus est in ore eius: nos autem iusti erimus, si vel aliquando à peccatis recesserimus. Deinde autem quoniam iterum voce magna clamans, & dicens, *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum,* emisit spiritum: ideo eo spiritum emittente signa facta sunt super eum, & prodigia testificantia dignitatem eius hoc modo. *Et ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum.* Quandiu quidem Iesus non suscepit pro hominibus mortem, ipse expectatio gentium constitutus, velum templi interiora templi velabat: oportebat enim ea velari, donec ille qui solus ea poterat reuelare, manifesta faceret ea videre volentibus: vt per mortem Christi Iesu destruentis credentium mortem, qui liberati fuerint à morte possint aspiciere quæ sunt intra velum. Quæ autem fuerint illa non est temporis huius exponere, quoniam multam & difficilem interpretationem sunt habentia. Conuenit autem ea exponere in tertio libro Regiorum, & in secundo libro Paralipomenon, in quibus scriptum est de templo, & de his quæ posita sunt intra velum: hic autem hoc tantum scriptum est quod velum templi scissum est in duas partes, à sursum vsque deorsum. Quæret autem aliquis qui non negligenter intelligit scripturas, & aspicit duo esse vala: vnum quidem interius quod velat sancta sanctorum: alterum autem exterius siue tabernaculi, siue templi, quæ figuræ erant tabernaculi sancti, quod præparauit ab initio pater. Quorum velorum templi vnum scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum, quando voce magna clamans Iesus emisit spiritum: hoc ostendens sicut puto mysterium, quod in passione domini Saluatoris velum quod erat à foris scissum est à summo vsque deorsum, vt ab initio mundi vsque ad deorsum, id est, vsque ad finem eius, vt scissio velamine

mine mysteria publicentur, quæ vsque ad Christi aduentum rationabiliter fuerant occulta. Et nisi ex parte cognosceremus, sed iam nunc manifestarentur omnia, adhuc in corpore constitutus dilectus Christi discipulis, vtunque velum fuerat scissum, id est, quod à foris est, & interius. Nunc autem quoniam ad scientiam rerum novarum producitur: ideo quod à foris quidem fuerat velum, interim scissum est à sursum vsque deorsum: vt quando venerit quod perfectum est, & reuelata fuerint cætera, quæ restabant, tunc auferatur etiam secundum velum: vt videamus etiam quæ intra secundum velum occultata, veram arcam testamenti, & sicut ipsa se habet natura, videamus Cherubin, & propitiatorium verum, & repositionem manæ in aureo vase, & omnia manifesta, atque maiora illis, quæ per legem Moyli fuerant demonstrata: in quibus dixit Deus ad eum, Facias omnia secundum formam eorum, quæ tibi ostensa sunt in monte. Nihil ergo est mirum, quod velum scissum est, quod interiora velabat mysteria: vt videat discipuli Christi accipientes oculos spirituales, ea, quæ nulli ante Iesum fuerat demonstrata. Nemo enim nisi solus princeps sacerdotum, quæ fuerant intra velum secundum, videt. Sed Aaron quidem, & qui ex eo erant, neque virtutem, neque dignitatem habebant reuelare quæ ipsi videbant alicui alteri: solus autem qui cum iureiurando factus est princeps sacerdotum in æternum secundum ordinem Melchisedech, potuit per dispensationem mortis suæ conscindere velum templi in duas partes à sursum vsque deorsum, vt videantur quæ fuerant intus oculis qui talia possunt videre. *Et terra mota est,* id est omnis caro, nouo verbo, & nouis rebus secundum nouum testamentum, & nouo cantico, & nouis omnibus atque cælestibus venientibus super terram: sicut & propheta de hoc ipso in aliquo dicit loco, Conturbati sunt omnes qui videbant eos, id est discipulos Christi, & timuit omnis homo. Item per alterum prophetam dominus dicit, Adhuc semel, & ego mouebo caelum & terram, & mare, & aridam: Locuti autem parua de motu terræ, non inutiliter iterum dicamus & de petris scissis in passione domini Saluatoris, quæ mysterium fuerunt sicut arbitror prophetarum: manifestata sunt enim in Christi aduentu lex & prophetiæ: propter quod ad dominum conuerentibus cum legitur Moyses velamen quod positum fuerat super cor eorum tollitur, & quod in lectione veteris testamenti positum erat velamen, in Christo aboletur. Aperta sunt ergo nunc petra, & scissæ sunt in profundum eorum, posita spiritalia mysteria videamus. Probamus autem scissas tunc petras esse prophetas: primum quidem ex eo quod Christus dicitur petra spiritalis: & rationis est omnes imitatores Christi, dici similiter petras esse, sicut & lux mundi dicuntur ex eo quod ipse dominus eorum lux est mundi: deinde etiam ex eo quod ipse Petrus à domino petra est appellatus cum dicitur ei, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non præualebunt ei. Maxime autem hoc demonstrat ex eo quod omnes quibus non præualent portæ inferorum, qui opus nominis petrae habent in se, id est Apostoli, & prophetae, petrae sunt & ipsi, & sunt fundamenta eorum qui super eos ædificantur, secundum quod

ait Apostolus, Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo domino nostro. Superædificantur autem Apostoli & propheti maxime qui sunt de ecclesia immaculata, & Apostolos Christi imitantur, & prophetas non spernant, sed seruantur etiam eorum scripturas. Nunc & de monumentis apertis dicamus. Venit autem hora secundum quod promiserat Christus, vt qui in monumentis sunt, audiant vocem filij Dei, & viuant. Propterea audientibus eis vocem filij Dei monumenta sunt aperta, quæ clausa quidem fuerunt quamdin mortui erant in eis: aperta sunt autem vt qui resurrexerant egrediantur ex monumentis: non ante resurrectionem primogeniti ex mortuis, sed post resurrectionem ipsius: & resurgentes derelinquant quidem monumenta, ingrediantur autem in civitatem sanctam, & appareant, & manifestentur multis volentibus & potentibus sanctam civitatem Dei videre, & quæ in ea resuscitata sunt corpora sanctorum. Monumenta enim dicuntur corpora peccatricum animarum, id est mortuarum Deo. Cum autem per gratiam Dei animæ huiusmodi fuerint suscitata ad fidem, corpora earum quæ fuerant prius monumenta mortuarum animarum, efficiuntur corpora sanctorum, & videntur à seipsis exire, cum desierint esse monumenta mortuarum animarum, & ceperint corpora esse sanctorum. Magna ergo facta ex eo quod magna voce clamauit Iesus & emisit spiritum: & semper hæc eadem magna quotidie sunt. Velum enim templi ad reuelanda quæ intus habentur, quæ non scinditur sanctis à sursum vsq, deorsum, & à principio vsq, ad finem: quæ & terra eis qui salute sunt digni non mouetur, & tremunt, quæ ante Christi mortem immobilis erat: quando & petra secundum quod tradidimus non finduntur? Sic semper & monumenta aperiuntur, & multa corpora sanctorum quidem dormiantium surgunt, & egrediantur de monumentis: post resurrectionem tamen eius in eis qui mortui sunt pro nobis, & sequuntur eum qui resurrexerunt, & in nouitate vitæ ambulant cum eo. Sic & qui digni sunt habere conuersationem in cælis, dicentes, Nostra autem conuersatio est in cælis, ingrediuntur in sanctam civitatem per singula tempora, & lumen eorum lucet coram hominibus: & multis apparent videtibus & intelligentibus opera bona ipsorum, & propterea glorificantibus patrem ipsorum qui est in cælis. Sed & dicere debemus de istis & sapere, quod omnis quidem litera euangelij quasi litera viuificans angelicos (vt ita eos appellem) scribas: spiritus autem qui supergreditur literarum naturam diuinius moribus magis eos illuminat quibus euangelium non est velatum: omnia enim agunt vt videant quæ in anima sua per resurrectionem Christi sunt mysteria. Prodificant enim quadam prodicatione eum qui credit scripturis: maiori autem repletur scientia qui videt quod conscinditur velum scripturæ à sursum vsque deorsum, & videt quæ sunt intra ipsum. Beatus est autem & cui terra, & omnia terrena mouentur: propterea enim & à Christo sunt mota: nec mouebuntur pedes eius nec dicet, Mei autem pene moti sunt pedes. Quanto autem beator est qui videt oculis: animæ scissas petras, quam illi qui tunc corporaliter fieri ista videntur? Si autem

quis videns & monumenta aperta, & corpora multa dormientium sanctorum surgentia, & de monumentis egredientia post resurrectionem corporis Christi, omnino alienus efficitur à monumentis, & domesticus efficitur ciuitatis Dei ingressus in eam: quanto magis prodificabitur amplius eis qui corporaliter prodigia ista videntur. Satis autem puto distare hunc qui ingreditur in ciuitatem sanctam & apparet multis quia est in ea, ab illo qui secundum historiam credit non ascendi à fide simpliciter ad aliora mysteria. *Centurio autem, qui cum eo erant, custodientes Iesum viso terra motu, & his quae fiebant, timuerunt valde, dicentes, Vere filius Dei erat iste.* Marcus autem sic scribit, Videns Centurio qui astant ibi, quod clamans expirauit, dixit, Vere hic homo filius erat Dei. Lucas autem, Videns Centurio quae facta sunt, glorificauit Deum, dicens, Vere hic homo iustus erat. Secundum Marcum quidem: Centurio non quia velum templi fuerat scissum à sursum usque deorsum, nec quia alia facta sunt signa, secundum quod refert Marthaeus, id est, quia mota est terra, & quia petrae sunt fissae, aut aperta sunt monumenta, est admirans. Dignum est ergo videre quid postea factum est super illud quod scriptum est apud Marcum ut miraretur Centurio dicens, Vere hic homo filius erat Dei. Et vide si dicere possumus secundum vnum quidem modum, quod miratus est in his, quae dicta fuerant ab eo ad Deum cum clamore, & magnitudine sensuum secundum quod capiebat intelligere, suspicans admiratus est, & dixit, Vere hic homo filius erat Dei. Secundum alterum autem modum quoniam forte praestare volens Pilatus populo vniuerso qui dixerat, Crucifige, crucifige eum: & timens populi totius tumultum, non iussit secundum consuetudinem Romanorum de his qui crucifiguntur percuti sub alas corporis Iesu: quod faciunt aliquando, qui condemnant eos, qui in maioribus sceleribus sunt inuenti. Quonia ergo maiorem sustinent cruciatum, qui non percutiuntur post fixationem, sed viuunt cum plurimo cruciatu aliquando autem & rota nocte, & adhuc post eam rota die: Iesus ergo cum non fuisset percussus, & speraretur diu pendens in cruce maiora pati tormenta, orauit patrem, & exauditus est, & statim ut clamauit ad patrem receptus est: aut sicut qui potestatem habebat ponendi animam suam, posuit eam quando voluit ipse, quod prodigium stupuit Centurio factum, & dixit, Vere hic homo filius erat Dei. Miraculum enim erat, quod post tres horas receptus est, qui forte biduum victurus esset in cruce secundum consuetudinem eorum qui suspenduntur quidem, non autem percutiuntur, ut videretur beneficium Dei fuisse quod expirauit, & meritum orationis eius magis quam violentia crucis. Illud etiam quod in sequentibus exponit Marcus, cum Ioseph intrasset apud Pilatum, & petiisset corpus Iesu, hoc ipsum significat. Sic enim dicit, quod Pilatus miratus est, si iam mortuus esset, & vocans Centurionem interrogauit eum, si iam mortuus esset; & cum audisset à Centurione, donauit corpus eius Ioseph. Si enim consuetudo, quae apud Romanos fuerat de crucifixis atque percussis, in Christo seruata fuisset: quomodo miratus fuisset Pilatus si iam mortuus esset? Vide ergo nisi nouum demonstrat miraculum quod iam mortuus erat, & quod

vocauit Centurionem Pilatus, & interrogauit, si iam mortuus est. Vide autem nisi huiusmodi cruciatum fuisse Christi etiam Marthaeus ostendit, dicens, Centurio & qui cum eo erant, seruabant Iesum. Quare autem eum seruabant, nisi vt diutius pendens in cruce amplius cruciaretur, neque interfectus neque depositus: Tamen Centurio secundum Marthaeum non tantum dixit de Iesu, Vere filius Dei erat iste: sed & timuit eum, terrae motu eum in timorem mittente. Forsitan autem & experimento sciebat, super terrae motus qui in gentibus fiunt, eum terrae motum fuisse: & in hoc stupuit videns. Et obserua quod apud Marcum vbi Centurio nullum miraculum vidisse refertur, hominem dixit Iesum filium Dei: qui autem consensione veli, vel à terrae motu stupuit, hominem illum fuisse non dicit, sed filium Dei. Consentit autem nobis ad tractatum quem fecimus de scriptura Marci, etiam sermo conscriptionis Lucae, quod & ipse sic scribit, Vere hic homo iustus erat: apud quem nihil aliud dicitur, nisi de velo. Videns (inquit) quae facta sunt Centurio glorificauit Deum, dicens, Vere iustus erat hic homo. Quod autem tale aliquid factum est in tempore condemnationis Christi, & non iussit Pilatus consuetudinem seruare vt percutiatur corpus Christi, manifestat etiam Ioannes, hoc modo scribens, quod rogauerunt Pilatum vt frangerentur crura eorum, & tollerentur. Quid autem necessarium fuerat rogare, & preces offerre de hoc, si secundum consuetudinem factum fuisset? Miserti sunt ergo Iudaei post crudelem condemnationem eorum, qui quantum ad existimationem eorum vivebant in cruciatu terribili. Et prioris quidem crura frangerunt, similiter & secundi.

Iesus autem non opus habuit intercessionibus eorum, aut precibus quas obtulerunt Pilato: propter quod venientes ad Iesum, quia iam mortuus erat, crura eius non frangerunt, sed propter misericordiam hoc fecerunt Iudaei, sed principaliter propter sabbatum, vt non maneant corpora super crucem in sabbato. Erat enim magnus dies ille sabbati. Haec tractauimus propterea quod scriptum est quod Centurio & qui cum eo erant, seruabant Iesum, & cetera: videntes terrae motum, & quaecumque fiebant, timuerunt: Verisimile est quod viderunt quomodo velum templi conscissum usque deorsum, & cetera mysterium ostendentia eorum quae supra tradidimus, & timuerunt valde: hoc enim significat quod dicitur valde. Vide autem ne forte & morale expositionem suscipit sermo hoc modo, quod sunt quidam qui suscipiunt Christum & seruunt: quasi quando viderint secundum quod tradidimus velum scindi, & petras sicut exposuimus scindi, & monumenta secundum quod exposuimus aperi, & corpora mortuorum sanctorum exeuntia de monumentis, & introeuntia in ciuitatem sanctam, id est ecclesiam, adducuntur in timorem Dei, & testimonium perhibent quod filius Dei est qui talia passus est, qui non erit mirus, si confessus fuerat aliquis filium Dei, verbis, & sapientia, & veritate, & omnia quaecumque dicitur filius Dei. Et laudabilis est, qui non conturbatur in his, quae videntur obtrigisse ei morte humano, & confiteretur quod filius erat Dei. *Erant autem ibi mulieres à longe videtes, quae secutae fuerant Iesum à Galilaea ministrantes illi, inter quas erat Maria Magdalena, & Maria Iacobi & Ioseph.*

& Ioseph mater, & mater filiorum Zebedaei. De istis mulieribus prophetae referunt Esaiam dicentem, Mulieres venientes ad spectaculum venite: non enim est populus habens sapientiam. Vocat enim mulieres quae fuerant de longe, & de longe videbant Iesum: vocat eas ad verbum, vt derelinquant quidem populum insensatum & derelictum, & accedant ad nouum testamentum, Beatas autem arbitror esse mulieres, quae edificantur ad beatitudinem à spectaculo verbi, & à morte corporis Iesu. Omne enim quod est in Christo, si vera videatur, beatum facit videntem. Aspiciunt ergo mortificationem corporis Iesu, & modum quomodo precibus spiritum suum commendauit patri. Haec primum secuta sunt à Galilaea, & vt audens dicam, vtens autoritate scripturae dicentis, à Galilaea gentium secuta sunt, non à recta neque à firma, sed circuitum quendam habentes: hoc enim intelligitur Galilaea, id est volutatio, vel vertigo: quam relinquentes secuta sunt Iesum, non ortosae, sed facientes quae mandabantur ab eo, & delectabant eum: ministrantes enim sequebantur eum. Omnis anima autem diuisionem aliquam gratiarum, & ipsum dominum participans, ministrat Iesu ministerium simile ministeris angelorum, de quibus scriptum est, quod accedentes angeli ministrabant ei. Multae ergo erant expectantes tunc Iesum: praecipuae autem nominatae sunt, & quasi attentius spectantes, & amplius ministrantes, & melius sequentes. Maria Magdalena, magis interpretatione nominis patriae suae conueniens quae Magdalena appellatur. Interpretatur autem magnificatio locus ille. Et erat haec Maria Magdalena de magnificatione propter nihil aliud nisi quia secuta fuerat Iesum, & ministrauerat ei, & spectauerat mysterium passionis ipsius. Erat autem inter praecipuas & Maria Iacobi & Ioseph mater, aut huius. Marcus dicit, Iacobi minoris & Ioseph mater, secundum nomen patriarchae Iacob supplantatoris fratris sui, & Ioseph super quem natum genitrix dicit, Adiciat mihi dominus filium alterum. Et haec igitur sequens dominum, & ministrans, & spectans dispersionem passionis ipsius, quoniam fidelis alicuius fuerat mater, non magis alicuius qualis fuerat patriarcha Iacob, sed minoris Ioseph alterius. Erat autem inter mulieres & mater filiorum Zebedaei, forsitan aliqua consistens in mysterio tonitruis propter fidem & vitam sanctam, & quia dominum sequebatur. & ministrabat, & spectatrix fuerat omnium quae gesta fuerant circa eum, quia filij Zebedaei vocati sunt filij tonitruum. Erant enim filij eius Ioannes & Iacobus. Ideo Ioannes audiuit septem tonitruum verba, quae quasi eminentiora omni scriptura vt non scriberet accepit mandatum. Si autem oportet opinari, & dicere etiam nomē matris filiorum Zebedaei: dico quod haec ipsa fuerat Salome, pacifica appellata. Opinatus sum autem hoc videns apud Marthaeum & Marcum tres praecipuas mulieres nominatas, de quibus praesens sermo habetur. Er duas quidem esse praesens euangelista exponit, Mariam Magdalenam, & Mariam Iacobi: tertiam autem dici matrem filiorum Zebedaei. Apud Marcum autem tertia illa Salome appellatur: & secundum Marcum, quae secuta fuerat Iesum à Galilaea: cum Christo ascenderunt in Hierusalem. Iste est etiam finis eorum, qui derelinquant

Galileam gentium, & sequantur Iesum, vt non solum ascendant in Hierusalem, sed etiam cum Iesu ascendant in eam. Hoc enim significat quod simul ascendisse referuntur cum Christo. *Circa seculo autem factum fuisset, venit quidam homo diues ab Arimathea nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.* Qui petiit corpus domini à Pilato: non qualiscumque aliquis erat, sed laudabilis diuitis diues: & quia Decurio constitutus, mysterium nominis Christi portabat in veritate, quod est decem: ideo libenter pro beneficio magno postulauit corpus Iesu à Pilato, & non permisit eum pendere in ligno. Propterea laudatur ab euangelistis quasi iustus: & discipulus fuerat Iesu, & fructus discipularis: sui reddidit forte sicut in multis sic & in corpore Christi, quia expositus erat regnum dei sicut docuerat Iesus. *Et accepto corpore Ioseph inuoluit in sindone munda, & in monumento munda inuoluit & in monumento posuit nouo vbi nemo mortuus erat, seruans corpus Iesu ad resurrectionem praecipuam.* Puto autem magis munditiam sindone illa: habebat ex quo inuolutum est corpus Christi quam prius: corpus enim Iesu etiam in morte constitutum, quasi corpus Iesu mundabat omnia quaecumque tangebatur, & magis in nouo monumento illud nouum quod fuerat excisum in petra: Et ne existimes quod à fortuita scriptum est, & euentu dictum est, quod inuoluit corpus in sindone munda: & in monumento posuit nouo, & quod monumentum illud erat excisum in petra: monumentum mundum, quod à corpore Iesu mundius erat factum quam fuerat prius quam poneretur Iesu corpus in eo. Quares autem si sunt homines nihil amplius habentes quam corpus Iesu, noui quidem & excisi in petra, & monumentum: sunt eius mundum, & ideo salui efficiuntur. Consequenter autem & alij sunt extra eos qui habent Iesum inuentem: & quidam eorum habent Iesum & ante passionem viuentem, quidam autem resurgentem à mortuis, quidam secundum quod multis apparet, non habentem speciem atque decorem. Alij autem habent in gloriam reformatum, alij autem vident eum ascendentem, & sperant cum eo rapi in nube, vt semper habeantur cum ipso. Ergo Marthaeus nouum esse monumentum conscripsit, & in petra excisum non exposuit manifeste. Et quod nouum erat ab omni corpore mortuo, manifestauerunt Lucas & Ioannes: quorum Lucas quidem dicit, In quo nondum erat aliquis positus: Ioannes autem, In quo nondum aliquis positus erat: plane si nunquam aliquis positus fuerat ibi, postea autem positi sunt: nam quod dicit, In quo nondum aliquis positus erat, caute considerantibus verbum hoc significatur. Dicimus ergo quod forte non simpliciter intelligere debemus hunc locum: quoniam qui dixit, Consepulsi sumus Christo per baptismum, & constricti sumus in monumento nouo & intelligibili exciso in petra consepulsi sumus: & ipse post Christum cum Christo, & omnes qui consepulsi sunt Christo in baptismo vt resurgant cum eo ex nouo monumento primogeniti ex mortuis, & in omnibus primatum tenentis. Aduoluit autem Ioseph non lapides multos ad ostium monumenti, sed vnum, & magnum: & maiore quam poterat esse insidiantium virtus, non tamen ma-

jorem quam virtus erat angeli descendens de celo, & reuoluentis ab eo lapidem, & sedentis super ipsum: quoniam omnia quae sunt circa corpus Christi Iesu munda sunt & noua, & non simpliciter magna, sed valde omnia magna. *Erant autem ibi Maria Magdalena & altera Maria sedentes contra sepulchrum.* Post haec charitas duarum Mariarum, Magdalena, & matris Iacobi & Ioseph, colligauit eas ad monumentum nouum, propter corpus Iesu quod fuerat ibi. Et hoc obserua, quod superius dicitur ista: Maria, & mater filiorum Zebedaei quam existimamus ipsam esse Salome, de longe spectabat mirabilia quae in passione Christi fiebant, & corpus eius suspensum in ligno. Hic autem non permanserunt tres, mater enim filiorum Zebedaei non scribitur cum Maria Magdalena, & cum Matia matre Iacobi & Ioseph simul sedere contra sepulchrum. Forsitan enim vsque hoc peruenire potuit mater filiorum Zebedaei: ista autem quasi maiores in charitate, neque his quae postea gesta sunt desuerunt. *Alteram autem die, quae est post Parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum, &c.* Rationis est interrogare principes sacerdotum qui venerunt ad Pilatum vt dicerent haec quae dixerunt. Dicite sacerdotibus: cum dixisset Iesus, Soluite templum hoc, & ego in triduo illud suscitabo: ad quod propositum eu dixisse putatis? an de solatione & resurrectione corporis fuit de templi destructione, & reparatione ipsius? Si enim intellexistis sic, quod de resurrectione sua ista dicebat, quomodo testimonium daret aduersus eum dixistis, quod hic dixit, Possum destruere templum hoc, & in triduo reaedificare illud? Si autem vere de templo illo non intellexistis secundum quod & testimonium praebuistis, vnde modo scitis quod dixit post tres dies a mortuis se resurrecturum? Vide ergo quomodo impietas seipsam suis verbis expugnat. Per haec enim verba ipsi testimonium suum illud condemnant: quoniam vere intelligentes eum de resurrectione corporis sui illa dicere, & scientes conuertunt sermones eius ad destructionem & reparationem illius insensibilis templi. Adhuc autem interrogo: Quid dicitis sacerdotibus? nempe quod dicebat hominibus, *Post tres dies resurgam, & seruetur mandabat discipulis suis, vt furerent eum noctu, & dicant post tres dies, quod surrexit a mortuis.* Sed hoc ex hoc ipso incredibile est, post tantos sermones morales quos in populo docuit vniuerso, & post tales & tantas virtutes quas vbi que in omni Iudaea ostendit, vt falleret discipulos suos verbis, vt etiam ipsi culparent ista mandantem, & ideo nequaquam faceret quod mandabat, maxime propter periculum quod imminerebat eis a populo si confiterentur eum qui ante modicum fuerat crucifixus, & doctorem se habere & Christum. Si autem hoc dixisse eum incredibile est, vide nisi consequens est, vt sicut prodigia fecit, vt sicut euangelium suum praedicandum in toto mundo praedixit, & sicut ante praedixit & reges stabitis, & sicut Hierusalem destrueret ab exercitu: sic & de resurrectione sua praedixit quod ait, Soluite templum hoc, & ego in triduo suscitabo ipsum. Propterea & in praedictum suum locuti sunt sacerdotes & Pharisei ad Pilatum dicentes, quod ille seductor dixit adhuc viuens, quod post tres dies resurgam. Adhuc autem vide quod quidam ve-

nientes de custodibus in ciuitatem nunciauerunt non alijs, sed ipsis principibus sacerdotum omnia quaecumque fuerant facta, vt ex omni parte inexcusabilis eorum constituitur impietas: illi autem nec sic miserimi acquirerunt documentis tantis, vt susciperent quia Iesus erat Christus, sed & post omnia haec malignabatur propter avaritiam cordis sui. Sicut induratum fuerat cor Pharaonis super tantis & talibus prodigijs quae in Aegypto fuerant facta: sic & isti sunt indurati, vt congregati cum senioribus, & consilium accipientes darent pecuniam auaris, vt dicant, quod discipuli eius venientes noctu furati sunt eum dormientibus nobis: & qui legebant in lege, Non falsum testimonium dices, etiam alios ad falsum testimonium inuiciabatur, expendentes pecuniam multam, vt milites quidem falsum testimonium dicant, propter avaritiam periculis se subdentes si furatum esset corpus Iesu: praedictum autem multo magis placarent, & ei suaderent traditis pecunijs quantis poterat praefes placari, siue autem & precibus, volentes eruere eos de periculis aduersus seipso falsum testimonium praebuerunt dicentes contra disciplinam militarem obdormisse se tunc tanto somno, vt discipuli ausi essent venire simul, & multi confidentes quod milites dormiant abundantia, & sic furarentur corpus Iesu. Et haec omnia gerebantur ab operibus contrariis virtutibus contra Christi doctrinam, existimantibus quod poterant extinguere a vita hominum, de resurrectione domini prouidentiam dei, & fidem. Et sicut nimia duritia Pharaonis non est mollita multis prodigijs factis per Moysen: sic aut amplius duritia cordis istorum non solum factis signis & prodigijs non est flexa, sed neque custodibus nuntiantibus crediderunt, qui venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt omnia quaecumque fuerat facta. Et Pharaoni quidem dictum est, Ad hoc ipsum te suscitauit, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra: istos autem supportauit magnanimitas Dei, vt per vasa irae praeparata in interitum, fiat salus in gentibus.

S. HILARII EPISCOPI
*Pictauiensis superioris Euang.
expositio.*

Postquam sermonem quo se venturum in reditu claritatis ostenderat: nunc passurum esse se admonet: vt sacramentum crucis, admixtum esse gloriae aeternitatis agnosceret. Sumitur inter haec perimendi eius a Iudaeis consilium, & congregatis principibus sacerdotum, occasio tanti facinoris expectatur. *Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & reliqua.* Sub ipso tempore passionis non ex nihilo est, vt mulier vnguentum pretiosum recumbentis Domini capiti infuderit. Dehinc, vt discipuli irascerentur & dicerent, vendi istud potius in usum pauperum debuisset: tum, vt Dominus & mulieris factum comprobaret, & metenam eum praedicatione euangelij operis huius esse memoria sponderet: postremo, vt post id Iudas ad vendendam salutem eius erumperet. *Mulier haec in prafiguratione gentium plebes est, quae in passione Christi gloriam*

Deo

Deo reddidit. Caput enim eius perunxit: caput autem Christi Deus est. Nam vnguentum boni operis est fructus, & propter corporis curam mulierum sexui maxime gratum est. Igitur omnem curam corporis sui, & totum pretiosae mentis affectum in honorem Dei laudemque transfudit. Sed discipuli fauore saluandi Israelis, vt sepe numero commouentur: vendi hoc in usum pauperum debuisset. Sed neque mulier haec venale vnguentum circumfererat, & pauperes fidei indignos instinctu prophético nuncupauerat: atque hanc gentium fidem emi potius ad salutem egeni huius populi debuisset. Quibus Dominus ait, plurimum esse temporis quo habere curam pauperum possent: ceterum non nisi ex praecipito suo salutem gentibus posse praestari, quae secum infuso mulieris eius huiusmodi vnguentum sint consepulta: quia regeneratio non nisi commortuis in baptisimi professione reddibetur. Et sic ubi praedicabitur hoc euangelium, narrabitur opus eius: quia cessante Israel, euangelij gloria fide gentium praedicatur. *Qua emulatione in Iudaei dicere quod cum eo Dominus pascha cum discipulis facere vellet. Qui praecipit, obtemperauerunt, & pascha parauerunt. Sed oportuerat eos scire quod pergerent, & de hominis nomine edoceri. Alioqui incerti ad quem mitterentur, quomodo missi quae praepcepta fuerant, ex quibus verum sermo propheticus rerum praesentium effectibus admisceretur. Hominem enim, cum quo pascha celebraturus esset, non nominat: non dum enim Christiani nominis honor creditibus erat praestitus, qui vere sunt Deum mentis ac fidei oculis contentes, vt cum eo pascha Domini apostolos praeparare scirent, eum in tempore Domini nouum nomen esset addendum. Post quae Iudas proditor indicatur, sine quo pascha accepto calice & fracto pane cocitur: dignus enim aeternorum sacramentorum communionem non fuerat. Nam discipulis statim hinc intelligitur, quod cum turbis reuersus ostenditur. Neque sane bibere cum eo poterat, qui non erat bibiturus in regno: cum vniuersos, tum bibentes ex vitis istius fructu, bibiturus secum postea polliceretur. *Etymusque dicitur, in montem reuersi sunt.* Consummatis scilicet vniuersis diuinorum mysterio virtutibus, gaudium & exultatione communi in caelestem gloriam efferantur. Futura quoque eos infirmitatis admonuit, & nocte eadem omnes metu atque infidelitate turbandos. Cuius rei fides etiam autoritate prophetiae veteris continebatur, percusso pastore oues esse spargendas: se tamen resurgentem in Galilaea praecellurum, vt infirmitatem eorum spontione reditus sui consolaretur. Sed Petrus pro fide sua calore respondit, ceteris hinc scandalizantibus nunquam se scandalizaturum. In tantum enim & affectu & charitate Christi efferebatur, vt & imbecillitate carnis suae, & fidei verborum Domini non conuinceretur: quasi res dicta eius efficienda non essent. *Cui ait, Ante quam gallus cantet, tu me negabis.* Sed tam illis, quam ceteri ne mortui quidem metu desessuros se de confessione nominis eius pollicerent. Ad omnem*

enim se ministerij constantiam, intrepida fidei voluntate firmauerat. *Tunc venit cum illis Iesus in agrum, qui dicitur Gethsemani, & dicit discipulis suis: Sedete hic donec eam illuc orare. Eadem discipulorum, & constantiam deuote sibi voluntatis acceperat. Sed & turbandos & diffusuros sciebat. Quos confidere in loco iubet dum progredieretur orare. Et assumpsit Petrum, Ioannem Zebedaei filios. Quibus assumptis, tristis esse moerensque cepit: & ait, tristem animam suam vsque ad mortem esse. Alioquorū ea opinio est, quod cadere propter se constitudo in Deum potuerit, eumque futurae passionis metus fregit: quia dixerit, *Tristis est anima mea vsque ad mortem, & illud: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste.* Et rursum: *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma:* & ad postremum, bis ad ipsum: *Pater, si non potest hic calix transire, nisi illum bibam, fiat voluntas tua.* Voluit enim ex infirmitate corporis arumnam spiritui adherere, ac si virtutem illam incorruptae substantiae, in beellitatis suae sorte assumptio carnis infecerit, & aeternitas naturae fragilitatis acceperit. Quae si ad metum tristis est, si ad dolorem infirma, si ad mortem trepidatam, & corruptioni subdita erit, & incidit in eam totius infirmitatis affectio. Erat ergo quod non erat, de angore mactata, de timore sollicita, de dolore perterrita: ac sic aeternitas demutata in metum, si potest esse quod non erat, potuit proinde hoc quod erat aliquando non esse. Deus autem sine mensura temporum semper est: & qualis est, talis aeternus est. Aeternitas autem in infinito manens, vt in his quae fuerant, ita in illis quae consequentur extenditur: semper integra, incorrupta, perfecta, praeter quam nihil quod esse possit extrinsecus sit relictum. Non ipsa in aliquo, sed intra eam cuncta potens ita largiri nobis ipsa quod suum est, vt sibi nihil de eo quod sit largita decedat. Sed eorum omnis hic sensus est, vt opinentur metum mortis in Dei filium incidisse, qui asserunt non de aeternitate prolatum, neque de infinitate paternae substantiae extitisse, sed ex nullo illum qui omnia creauit effectum: vt assumptus ex nihilo sit, & conceptus ex opere, & confirmatus ex tempore. Et ideo in eo doloris anxietas, deo spiritus passio cum corporis passione. Ideo metus mortis, vt qui mortem timere potuit, & mori possit. Qui vero mori potuit, licet in futurum erit, non tamen per eum qui se genuit ex praeterito sit aeternus. Quod si per fidem vitamque probitatem capacis euangeliorum esse potuissent, scirent verbum in principio Deum, & hoc a principio apud Deum, & natum esse ex eo, qui erat, & hoc in eo esse qui natus est, quod is ipse est: per nos quem erat, antequam nasceretur: eandem scilicet aeternitatem esse, & gignens & geniti. Moti dicitur nihil in Deo posuit, neque ex se metus Deo illis est. In Christo enim Deus erat mundum recondens sibi. Sed introspicendas omnis hic sermo est, vt quia multum fuisse Dominum legimus, causas in eum inuidiam reperimus. Admonet enim huiusmodi omnes scandalizatos. Petrus de se confidens responderat, etiam si ceteri perturbarentur, se non commouendum: quem Dominus etiam res negaturum esse respondit: haec & ille & ceteri omnes discipuli, ne si in ipsa quidem morte positi sint, pollicentur se negaturos. *Et procedent, missis discipulis suis, considerare dum oraret. Assumpsit quoque Petrus Iacobum & Ioannem: cepit tristis.**

*FFic in loco
Hilarij opus
natio reproba-
tur, cum u as-
firmet in chi
Hum dolore,
aut mactat
vere cetera
non posse.*

*De domo ce-
ni fere offit
mae Iudas
puffi partici-
pum myste-
riam.*

*Scandalizati
sunt, vt in
pni.*

esse. Ergo non ante tristis est quam assumit, & omnis memis illis esse cepit assumptis: neque ita nō de eo orta est, sed de his quos assumpserat, mestitudo. Et quidem recordandum est, non alios hic assumptos fuisse, quam ipsos illos, quibus venturus in regno suo filius hominis ostensus est: tum cum assistētibz in monte Moysē & Helia, toto aeternae gloriae suae honore circumdatus est. Sed quae tum assumendorum eorum, eadem & nunc fuit causa. Denique ait: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Nūquid ait: Tristis est anima mea propter mortem? Certē non ita. Nam si de morte erat metus, ad eam vtiq; referri per quam erat debuit. Sed aliud est vsque in id, aliud ob id metuere. Et causam non facit quicquid in fine est, quia vsque in id quod ab altero conceptum sit differatur. Superius igitur dixerat: Scandalum patimini in me in ista nocte. Sciebat exterrēdos, fugandos, negaturos: sed quia spiritus blasphemia nec hīc nec in aeternum remittitur, metuit ne se Deum abnegent, quem caelum & consputum & crucifixum essent contemplaturi. Quae ratio seruata in Petro est, qui cum negaturus esset, ita negauit: Non noui hominem. Quia dictum aliquid in filium hominis, remittitur. Tristis ergo est vsque ad mortem. Non itaque mors, sed tempus mortis in metu est: quia post eam resurrectionis virtute fides esset firmanda credentium. Sequitur illud: *Sustinete & vigilate mecum. Et progressus prociidit in faciem suam orans.* Manere secum perūgiles admonet. Sciebat enim ingruente zabulo fidem eorum conspiciendam. Ei parem secum vigilantiam imperat, quibus eadem passio imminebat: deinde orat, *Pater meus si possibile est transeat a me calix iste.* Sed tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Transire a se calicem rogat. Nūquid ait: Transeat a me calix iste? Haec enim futura erat pro se timētis oratio: sed aliud est, vt transeat deprecari. In eo enim quod a se trāsīt, ipse ille a molestia transeuntis excipitur. Qui autem, vt a se transeat rogat: nō vt ipse praeteratur orat, sed vt in alterum id quod a se transeat excedat. Nunquid impossibile erat non pati Christum? Atqui superius fundendum in remissionem peccatorum, corporis sui sanguinem consecrauerat. Quomodo ergo ait: *Pater si possibile est?* & quomodo: *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis?* Totus igitur super his qui passuri erant, metus est: atque ideo quia non est possibile se nō pati, pro his rogat qui passuri post se erant: dicens: *Transeat calix a me id est, quomodo a me bibitur, ita ab his bibatur: sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis.* Ideo autem si possibile est: quia & carni & sanguini horum grauis terror est, & difficile est eorū acerbitate corpora humana non vinci. Quod autem ait: *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis:* velle quidem eos non pati, ne forte in passione diffidant; sed cohereditatis suae gloriae sine passionis difficultate mereantur. Non ergo vt non patiantur rogat dicens: *Non vt ego volo: sed vt quod pater vult, bibendi calicis in eos ex se transeat firmitudo; quia ex voluntate eius non tam per Christum vinci diabolum, quam etiam per eius discipulos oportebat.* Post quae ad discipulos redit, & dormientes deprehendit; & Petrum coarguit, cur secum vna saltem hora non vigilet. Petrum ideo ex tribus, quia praeter ceteris non se scandalizaturum fuerat gloriat. Superioris autem metus

sui indicat causas, dicens: *Orate ne intretis in tentationem.* Hoc erat igitur quod volebat, & ideo in oratione tradiderat: Non inducas nos in tentationem; sciens quid in nos infirmitatis carnis liceret. Cur autem ne in tentatione veniret orare eos admonuisset, ostendit dicens: *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.* Non vtiq; de se: ad eos enim hic sermo conuersus est. Aut quomodo nunc sit spiritus promptus, si superius tristis est anima vsque ad mortem? Sed vigilare praecipit & orare: ne in tentationem incidant, ne infirmitati corporis succubant. Et idcirco si possibile est, vt a se transeat calix orat: quia bibendi eius, caro omnis infirma sit. Rursum verò discendens oravit dicens: *Pater si non potest transire calix iste nisi illum bibam, fiat voluntas tua.* Passus discipulis per fidei iustificationem, omnem in se corporis nostri infirmitatem assumpsit: cruciq; secum vniuersa ea, quibus infirmabamur affixit. Ideo peccata nostra portat, & pro nobis dolet: quia fidei in nobis calore seruente, cum aduersum diabolum passionis bello sit decertandum, omnes imbecillitatum nostrarum dolores cum corpore eius & passione moriuntur. Et ideo transire ab eo calix non potest, nisi illum bibat: qui pati nisi ex eius passione non possumus. Verum quod iterum reuersus reperit dormientes: ostendit absentiae suae tempore plures quodam fidei somno detinendos. Sed rursum orauit, idem repetens: reuersusque qui vigilare iusserat, qui consopitos oburgauerat ait: *Dormite iam & requiescite.* Post orationem frequentem, post discursus recursumque multiplices, metum demit, securitatem reddit, in requiem adhortatur, voluntatem patris iam de nobis securus expectat dicens, *Fiat voluntas tua:* quia transtrum in nos calicem bibens, infirmitatem corporis nostri, & timoris sollicitudinem, & ipsum dolorem mortis absorberet. Quod autem ad eos reuertens, dormientesque reperiens primum reuersus obiurgat, secundo silet, tertio quiescere iubet: ratio ista est, quod primum post resurrectionem dispersos eos & diffidentes ac trepidos deprehendit: secundo, misso spiritu paraclero, grauitatis ad contuendam euangelij libertatem oculis, visitauit. Nam aliquandiu legis amore detenti, quodam fidei somno occupati sunt. Tertio verò, id est, claritatis suae reditu, securitati eos quietique restituet. *Et adhuc eo loquente, Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo plurima turba.* In his omnibus passionis est ordo. Sed in oculo Iudae haec fuit ratio: vt doceremur, inimicos omnes, eosque quos sciverimus deservituros in nos esse, diligere. Oculum enim eius Dominus non respuit. Quod autem ait Iudae, *Fac quod facis, cito iraditionis suae potestatem sub verbis huius conditione praemittit.* Nam qui iuris sui habebat aduersum traditores aduocare plusquam duodecim legiones angelorum, longe facilius vnus hominis & consiliis & artibus potuisset occurrere. Denique Pilato ait: *Non haberes in me potestatem, nisi tibi esset.* Dat igitur in se potestatem dicendo: *Fac quod facis:* scilicet quia voluntatis crimen pro facti pensatur inuidia, re perageret, quod voluntate iam faceret. *Vnus autem ex his qui erant cum eo, gladium exierat, seruo principis sacerdotum aurem abscedit: eique Dominus ait, Convertere gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui gladio vivunt, gladio peribunt.* Ergo hic ipse iam iudicatus est, quia gladio

vtens gladio interibit? Sed non omnibus gladio vrentibus mors solet esse per gladium. Nam plures, aut febris, aut alius accidens casus absumit: qui gladio aut iudicij officio, aut resistendi latronibus necessitate sint vsi. Igitur ab apostolo seruo principis sacerdotum auricula delectatur: populo videlicet sacerdotio seruienti, per Christi discipulum inobediens auditus exciditur, & ad capacitatem veritatis hoc quod erat inaudiens amputatur. Turba autem omnis aduersus Dominum gladiis armata procefferat. Recondi gladium praecipit: quia eos non humano, sed oris sui gladio esset perempturus. Caeterum si secundum sententiam eius omnis gladio vtens gladio perimeretur: recte ad necem eorum gladius exerebatur, qui eodem vtentur ad facinus. Reliqua verò gestorum ordinem habent. Falsi testes conquisiti: sacerdotes eius ipsius in qua gloria batur legis igitur, etiam sacramento, an ipse Christus esset fidem quaerens: quasi occulte de eo lex prophetaeque loquerentur. Quin etiam is ipse Christus est confessus inuitus, Domino dicente: *Tu dixisti.* Cuius maiestate audita vestem sibi discidit, ipsum videlicet quo contegebatur velamentum legis abrupens. In palmis verò atque sputis, ad consummandam hominis humilitatem, vniuersa in eum contumeliarum genera exercebantur. Diligenter autem contuendum est, qua conditione Petrus negauerit: quamquam de hoc superius tractatum est. Nam primo ait, non se intelligere quid diceret: sequenti, non se ei adhaesisse: tertio verò se hominem non nosse. Et verè propè iam sine piaculo hominem negabat, quem Dei filium primus agnouerat: tamen quia ex infirmitate carnis vel ambiguus extitisset, amarissimè fleuit, recolens trepidationis istius culpam, se nec admonitum potuisse vitare. Traditur deinde Pilato gentium iudici. Non enim indicari reus poterat ex lege, ipse sine dolo atque peccato. *Tunc videns Iudas qui eum tradiderat quomodo damnatus esset, &c.* Iudas agens poenitentiam, precium sanguinis Christi reddidit sacerdotibus: vt licet ipse vendit sanguinis iusti autor esset, tamen ementium infidelitatem ipsa professio vendentis argueret. *Qui responderunt, Quid ad nos? Tu videris.* Professio audax atque caeca est. Emisse se iusti sanguinem audiuit, & extra iudicij reatum futuros esse se credūt: cum tamen dicendo, *Tu videris,* facinus ipsum in vendente constituitur, contra autem vendentis testimonio scelus ementium confirmetur. Secedens itaque suspendit se, damnato Christo. Ita mortis Iudae tempus est comparatum, vt sub passione Domini commotis infensisque omnibus & reuulsis, & in obliuionem officij sui vniuersorum elementorum procuratatione stupefacta: nec inter mortuos visitaretur, nec inter viuos post resurrectionem haberet poenitentiae facultatem. De argenteis verò redditis, quia precium sanguinis esset, neque in corbonam, id est, in oblationum pecunia admisceretur: consilio inito emittit ager figuli, & in sepulchrum imperegrinorum deputatur. Magnum in hoc prophetae sacramentum, & in factis & in dictis miraculi plena meditatio. Figuli opus est de luto vasa formare: cuius in manu sit, ex luto eodem vas, aut idipsum; aut pulchrius reformare. Agrum autem seculum nuncupari, ipsi Dominus nostri verbis continetur. Christi ergo pre-

cio seculum emittit, id est, vniuersitas eius acquiritur: & in sepulchrum peregrinorum atque inopum deputatur. Nihil hinc pertinet ad Israel, & totus hic seculi empti vsus alienis est: his videlicet, qui in precio Christi sanguinis sepelientur, quo vniuersa sunt empta. Omnia enim à patre accepit, quae in caelis & quae in terra sunt, & ideo hic ager figuli est, quia Dei omnia sunt: cuius in manu sit, nos vt velit tanquam figulus reformare. In hoc igitur agro Christo commortui & cosepulti, huius peregrinationis nostrae aeternam requiem fortiemur. In cuius rei fidem Hieremiae prophetae subditur, vt in facti istius opere tantae ante diuinam vocis auctoritas ostenderetur. *Interroganti autem Pilato, an ipse esset rex Iudaeorum, respondit: Tu dicis.* Sed perquam diuersus sermo est, qui fuerat ad sacerdotem. Illi enim quaerenti, an ipse Christus esset, dixerat: *Tu dixisti.* Hoc ideo, quia lex omnis venturum Christum praedicauerat, respondetur tanquam de praeteritis sacerdoti, quia semper venturum Christum ex lege ipse dixisset: huic verò legis ignaro, interroganti an ipse esset rex Iudaeorum, dicitur, *Tu dicis:* quia per fidem praesentis confessionis salus gentium est, & quod hoc de se ille qui antea ignorabat loquatur, quod hi negent qui antea loquebantur. *Sedente autem Pilato pro tribunali, misit ad illum vxor sua dicens: Nichil tibi sit & iusto ista.* Species in ea gentium plebis est: quae iam fidelis, eum cum quo conuersabatur incredulum populum, ad Christi fidem aduocat. Quae quia ipsa multum sit passa pro Christo, in eandem gloriam futurae spei illum eum quo conuersabatur inuitat. Denique Pilatus & manus lauit, & populo Iudaico innocentem se à Domini sanguine esse testatur: quia Iudaei suscipientibus in se ac filios suos fusi Domini sanguinis crimen, quotidie in confessionem fidei ablurum gentium populus demigrat. Offerenti verò Pilato, vt secundum solennem diei praescriptum, quo vnus ex reis poenitentibus dimitti oportebat, vt Iesum absolueret: Barrabam potius hortantibus sacerdotibus populus elegit. Interpretatio autem nominis Barraba, est patris filius. Iam itaque arcanum futurae infidelitatis ostenditur, Christo patris filium praefereudo, antichristum scilicet hominem peccati & zabolii filium: potiusque adhortantibus principibus suis, eligūt damnationi reseruatam, quam salutis autorem. Caeso deinde Domino imponitur ehlamys cocinea & vestis purpurea, & corona spinea, & harundo dextra: & genu posito adoratur, illuditur, suscepris videlicet omnibus corporis nostri infirmitatibus: omnium deinde martyrum, quibus regnum secum erat debitum, sanguine in cocci colore perfunditur: preciosoque prophetarum ac patriarumarum in purpura honore restitur. Spinis quoque, id est, compungentium quondam peccatis gentium coronatur: vt ex rebus perniciosis atque inutilibus, quae capiti eius, id est, Deo circumdata molliuntur, gloria quaeretur. Peccatorum est enim aculeus in spinis, ex quibus Christo victoriae corona contextitur. In calamo verò, earundem gentium infirmitas atque inanitas manū comprehensa firmatur: quin etiam capiti eius illiditur. Capiti, vt opinor, de ictu calami non grandis iniuria est: sed typica in eo ratio seruatur, vt infirmitas gentium corporum manu Christi comprehensa, etiam in Deum patrem, qui caput

illi Ambrosio
hoc verius
quod opinio
conuenit re
publiant.

eius est, acquiescat. In his autem omnibus Christus dum illuditur adoratur. *Procedentes autem, homini cuidam Cyrenensi lignum passionis imponunt.* Indigus enim Iudæus erat Christi crucem ferre: quia fidei gentium erat relictum & crucem accipere & compati. Locus deinde crucis talis est, ut positus in medio terræ, & tanquam in vertice huius vniuersitatis insistentis, ad capessendam Dei cognitionem vniuersis gentibus esset æqualis: oblatum quoque vinum felle admixtum bibere feculauit: non enim æternæ gloriæ incorruptioni peccatorum amaritudo miscetur. Vestis verd eius forte potius diuisa quam scissa, manserunt incorruptionem corporis indicabat. Atque ita in ligno vite cunctorum salus & vita suspenditur: cui duo latrones, leuæ ac dextræ affiguntur, omnæ humani generis vniuersitatem vocari ad sacramentum passionis Domini ostendentes. Sed quia per diuersitatem fidelium atque infidelium, fit omnium secundum dextram sinistramque diuisio: vnus ex duobus ad dextram situs, fidei iustificatione saluatur. Additur etiam illud opprobrium, quo se ipse Israel infidelitatis arguere indicatur: Hic est qui destruebat templum Dei, & in triduum illud reedificabat. Hoc igitur maximum omnium, & veluti difficillimum imponitur. Quid ergo veniæ erit, cum post triduum reedificatum Dei templum in corporis resurrectione cerneretur? Quod autem latrones ambo conditionem ei passionis exprobrant: vniuersis etiam fidelibus scandalum crucis futurum significat. Nox autem ex die, diuisio temporum est. Ita enim tertius dierum triduumque noctium numerus expletur: & occultum diuinæ operationis mysterium totius creationis stupore sentitur. Clamor verd ad Deum, corporis vox est: recedentis à se verbi Dei contempta dissidium. Denique cur relinquatur exclamat, dicens: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Sed relinquatur, quia erat homo, etiam morte peragendus. Quin etiam hoc quod per calamum datum in spongia acetum, cum gustasset proclamans spiritum reddidit, diligenter est conueniendum. Vinum & honor est immortalitatis & virtus: quod per vitium aut incuriæ aut valis comacescit. Hoc igitur cum in Adam coacuiisset, ipse accepit & potauit ex gentibus. In calamo enim ex spongia ut potaret offerretur, id est, ex corporibus gentium vitia corruptæ æternitatis accepit, & in se atque immortalitatis, communionem ea quæ in nobis erant vitata, transfudit. Denique in Ioanne postquam potauerat dixit, Consummatum est: quia omne vitium humanæ corruptionis hausisset. Et quia nihil agendum esset extrinsecus, spiritum eam clamore magnæ vocis emisit: dolens non omnium se peccata portare. Et deinceps velum templi scinditur: quia ex inde populus est dignus in partes, & veli honor cum custodia angeli protegentis aufertur. Mouetur terra: Capax enim huius mortui esse non poterat. *Petra fuisse sunt:* Omnia enim tum valida & fortia penetrans, Dei verbum & potestas æternæ virtutis irruentis. *Et monumenta aperta sunt:* Erant enim mortis claustra reuerata. *Et multi corporum sanctorum dormientium: suscesserunt:* Illuminans enim mortis tenebras, & inferiorum obscuræ collustrans: in sanctorum ad præsens consopitum resurrectionem, mortis ipsius spolia detrahebat. Ut autem infidelitatis facinus, Israel

accumularetur: centurio & castodes hanc totius naturæ perturbationem contuentes, Dei filium confitentur. Quod autem à Ioseph rogato Pilato ut corpus redderet, & sine indone inuoluitur, & in monumento nouo in petra exciso reponitur, & saxum monumenti ostio aduoluitur, quantum sit ordo gestorum & sepelire eum esset necesse, qui resurrecturus esset ex mortuis, tamè non sine rerum aliquatum momento expressa sunt singula. Ioseph apostolorum habet speciem: & idcirco quantum in duodecim apostolorum numero non fuerit, discipulus Domini nuncupatur. Hic munda sine dote corpus inuoluit. Et quidem in hoc eodem linteo reperimus de celo ad Petrum vniuersorum animantium genera summissa. Ex quo forte non superflue intelligitur sub linteo huius nominis cõsepeliri Christo ecclesiæ: quia tum in eo, ut in confusione ecclesiæ, mundorum atque immundorum animalium fuerit congesta diuersitas. Domini igitur corpus tamquam per apostolorum doctrinam infertur in vacuum & in nouam requiem lapidis excisi: scilicet in peccatis duritiæ gentilis quodam doctrinæ opere excisam Christus infertur, rude scilicet ac nouum, & nullo antea ingressu timoris Dei peritum. Et quia nihil est, quod præter eum oporteat in peccata nostra penetrare, lapis ostio aduoluitur: ut quia nullus antea in nos diuinæ cognitionis autor fuerat illatus, nullus absque eo postea inferatur. Merus deinde furandi corporis, & sepulchri custodia atque obsequio, stultitiæ atque infidelitatis testimonium est: quod signare sepulchrum eius voluerint, cuius præcepto conspexissent de sepulchro mortuum suscitatum.

S. HIERONYMI PRESBYTERI in idem Euang. expositio.

ET factum est cum consummasset Iesus, &c. Erubescant qui putat Saluatorem timuisse mortem, & passionis pauore dixisse: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Post biduum pascha facturus, tradendum se ut crucifigatur nouit: & tamen non declinat insidias: non terribus fugit: intantum ut etiam cæteris ire nolentibus, pergat intrrepidus: quando dicit Thomas: *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Et finem carnali festiuitati volens imponere umbræque transire, pascha reddere veritatem, dixerit: *Desiderio desiderant hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* Et enim pascha nostrum immolatus est Christus: si tamen comedamus illud in azyms sinceritatis & veritatis. Porro quod ait: *Post biduum pascha fiet: simplici intelligentia prætermissa: id quod: sacratum est, requiramus.* Post duos dies clarissimi luminis, veteris ac noui testamenti: verum pro mundo pascha celebratur. Pascha quod Hebraice dicitur, פסח, non à passione ut plerique arbitrantur, sed à transitu nominatur: eo quod exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarum pertransierit, nec percussit eos. Vel ipse dominus præbens auxilium populo suo, desuper ambulauerit. Lege Exodi librum, de quo plenius, si vita comas fuerit, disputabimus. Transitus autem noster, id est, pascha ita celebratur: si terrena & Aegypti admittere, ad cœlestia festinemus. Tunc congregantur principes sacerdotum & senio

seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Cayphas: & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, &c. Qui debuerant paschate victimæ præparare victimas: leuique templi parietes: pavimenta vertere: vasa mundare, & secundum ritum legis purificari: ut esu qui digni fierent, congregantur inuites consilium, quomodo occidant dominum: non timentes seditionem, ut simplex sermo demonstrat: sed cauentes ne auxilium populi de suis manibus tolleretur. *Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi.* Passurus pro omni mundo, & vniuersas stationes suo sanguine redempturus: moratur in Bethania, domo obedientiæ, quæ quodam fuit Simonis leprosi. Non quod leprosus & illo tempore permaneret, sed qui antea leprosus, postea a saluatore missus datus est: nomine pristino permanente, ut virtus curantis appareat. Nam in catalogo apostolorum cum pristino vitio & officio, Mattheus publicanus appellatur: qui certe publicanus esse desierat. Quiddam Simonis leprosi domum, eam voluerintelligi patrem populi quæ crediderit domus, & ab eo curata sit. Simon quoque ipse obediens dicitur, qui intra aliam intelligentiã mundus interpretari potest: in cuius domo curata est ecclesia. *Accessit ad eum mulier habens alabastrum ynguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recumbens.* Nemo patet eandem esse quæ super caput effudit ynguentum: & quæ super pedes. Illa enim & lachrymas lauat, & crine tergit: & manifeste meretricis appellatur. De hac autem nihil tale scriptum est. Nec enim poterat statim capite domini meretrici digna fieri. Alius euangelista pro alabastrum ynguenti preciosi: quod genus est martiris, nardum pistigam posuit: hoc est veram, & absque dolo: ut fidem ecclesiæ & gentium demonstraret. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: *Ut quid perditio hæc? Porro enim istud vendundari multo, & dari pauperibus. Scio quosdam hunc locum calumniari: quare alius euangelista Iudam solum dixerit conuersatum, eo quod loculos tenuerit, & fur ab initio fuerit: & Mattheus scribat omnes apostolos indignatos: nescientes tropum qui vocatur calambas, quo & pro vno, omnes, & pro multis, vnus appellari solet. Nam & Paulus in epistola sua que scribitur ad Hebræos, licet de ea multi Latinorum dubitent: cum sanctorum passiones & merita descripsisset, intulit: *Lapidati sunt: tentati sunt: serrati sunt: in occisione gladii mortui sunt: eum vnum tantummodo Esaiam prophetam secti Iudæi autem. Possimus & aliter dicere, quod apostoli vere propter pauperes indignati sint: Iudas autem propter lucra sua. Vnde & mausitatio eius cum crimine ponitur, quod non curam pauperum habuerit, sed suo furto voluerit providere. Scimus autem Iesus ait illis, &c.* Alia obicitur questio: quare dominus post resurrectionem dixerit ad discipulos: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem mundi: & nunc loquatur: me autem non semper habebitis. Sed mihi videtur in hoc loco de presentia dicere corporali: quod nequaquam cum eis ita futurus sit post resurrectionem: quomodo nunc in omni conuictu & familiaritate. Cuius rei maior Apostolus ait: *Et si noueramus Iesum Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus eum. Mittens enim hæc ynguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.* Quod vos**

putatis perditionem esse ynguenti, officium sepultura est. Nec mirum si mihi bonum odorem fidei suæ desiderium ego pro ea sustinens, sim sanguinem meum. Amen dico vobis: vbi uaque, &c. In toto mundo non tam mulier ista, quam ecclesia prædicatur, quod sepeliret saluatorem, quod aperit caput eius. Et attende notitia futurorum, quod passurus post biduum & mortuus, sciat euangelium suum toto orbe celebrandum. *Et ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Infelix Iudas damnus quod exestimatione ynguenti se fecisse erodebat, vult magisteri precio expeculare. Nec certam tamen postula summat, ut sciatrem Iudæa videretur proditio: sed quæsi vile tradens mancipium: in potestate emanatum posuit quantum vellit dare. *At illi constituerunt, si viginti argenteos. Et est inde quærebatur, opposuit tamen ut eum traderet, Ioseph non, ut multi putant, iuxta Lxx. interpretatus, viginti aureis venditus est, sed iuxta Hebraicam ueritatem, viginti argenteis, que enim proditor poterat esse seruus, quam dominas. *Primum autem die azymorum, &c.* Primum azymorum, quatuordecima dies mensis primi est, quando agnus immolatur: Luna plenissima est, & fermentum abicitur. Inter eos autem discipulos qui accesserunt ad Iesum interrogantes: *Vbi vis parentes tibi comedere pascha, & Iudam æstimo fuisse proditorem. At Iesus dixit: Iste in ciuitatem ad quendam, &c.* Moram veteris testamenti, noua scriptura conseruat. Frequenter legimus: *Dixit ille illi, & in loco illo & illo, quod Hebraice dicitur ירושלים & ירידה, & tamen personarum locorumque non ponitur nomen. Et in iusticiis ibi quendam portantem lagenam aquæ. Quorum idcirco vocabula prætermissa sunt, ut omnibus qui pascha facturi sunt libera festiuitatis occasio panderetur. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha.* In alio euangelista scriptum est: quod inueniunt cenaculum magnam, stratum atque mundatum, & ibi parauerunt ei. Videtur autem mihi cenaculum, lex spiritualis intelligi: quæ de angustiis literæ egrediens in sublimi loco recipit saluatorem, Paulo idipsum loquente: quod ea quæ ante pro lucro reputabat, quasi purgamenta quæquæque contempserit, ut dignum domino hospitium præpararet. *Vesperare autem factis, discumbebat cum duodecim discipulis.* Omnia sic agit Iudas, ut tollatur suspicio proditoris. *Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis: quia vnus vester, &c.* Qui de passione prædixerat, & de proditore prædicit: dans locum penitentiæ: ut cum intellexerit seiri cogitationes suas, & perculsa consilia, penitenter eum facti sui, & tamen non designat specialiter: ne manifeste coartatus: impudentior fieret. *Mittit crimen in numero, ut agat, conscius penitentiam. Et contristati valde, ceperunt singuli dicere: Numquid ego sum dominus? Et certe, nouerant vndecim apostoli, quod nihil tale contra dominum cogitarent: sed plus credunt magistro, quam sibi, pertimescentes fragilitatem suam, tristes interrogant de peccato: cuius conscientiam non habebant. At ipse respondens, ait: *Qui imingit mecum manum in paropside, hic me tradet.* Omnia domini patientia. Primum dixerat: *Vnus vesterum me traditurus est.* Perseuerat proditor in malo: manifestus arguit, & tamen nomen proprio non designat. Iudas ceteris contristatis, & terra tentibus manibus, & interdicens cibos omni suo: merita**

200.19.

Lxx. 5.

Iud. 11.

Hebr. 11.

2. Cor. 5.

Philip. 3.

meritate & impudentia, qua proditurus erat: etiam manum cum magistro mittit in paropside; ut audacia bonam conscientiam mentiretur. *Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est, &c.* Nec primo nec secundo correptus a prodicione retrahit pedem: sed patientia domini nutrit impudentiam suam: & thesaurizat sibi iram in die irae. Poena praedicitur: ut quae pudor non vicerat, corrigant denuntiata supplicia. Quod autem sequitur: *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.* Non ideo putandus est ante fuisse quam nasceretur: quia nulli possit bene esse, nisi ei qui fuerit. Sed simpliciter dictum est: multo melius esse non subsistere, quam male subsistere. Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit: *Nunquid ego sum rabbi? At illi: Tu dixisti.* Quia caeteri tristes, & valde tristes interrogauerat: Nunquid ego sum dominus? Ne tacendo se prode re videretur: & ipse similiter interrogat, quae conscientia remordebat: qui manum audacter miserat in paropside. Nunquid ego sum rabbi? Et blanditibus iungit affectum suae incredulitatis signum. Caeteri enim qui non erant proditori, dicunt: *Nunquid ego sum dominus?* Ille qui proditurus erat, non dominum, sed magistrum vocat: quasi exultationem habeat, si domino denegato, saltem magistrum prodiderit. Et ait illi: *Tu dixisti.* Eadem responsione confutatus est proditor, quia Pilato postea responsurus est. *Canantibus autem eis, accepit Iesus panem, &c.* Postquam typicum pascha fuerat impletum: & agni carnes cum apostolis comederat: assumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum paschae transgreditur sacramentum, ut quomodo in praefiguratione eius: Melchisedech summi Dei sacerdos, panem & vinum offerens fecerat, ipse quoque veritatem sui corporis & sanguinis repraesentaret. In Luca legimus duos calices, quibus discipulis propinavit, Vnum primi mensis, & alterum secundi: ut qui inter sanctos primo mense agnum comedere non potuerit, secundo mense inter poenitentes haedum comedit. *Dico autem vobis: non bibam, &c.* De carnalibus transit ad spiritualia, quod vinea de Aegypto transplantata sit populus Israel, cui per Hieremiam dominus loquitur: *Ego te plataui vineam veram: quomodo mutata es in amaritudinem vitis alienae?* Et Eliaias propheta in cantico, quod dilecto canit: & omnis spiritum scriptura testatur. Dicit ergo se dominus de hac vinea nequaquam esse bibiturum, nisi in regno patris sui. Regnum patris, fidem puto esse credentium: Apostolo quoque id ipsum confirmante: *Regnum Dei intra vos est.* Ergo cum Iudaei receperint regnum patris: attende quod dicat patris, non Dei. Omnis pater nomen est filij. Cum, inquam, crediderint in Deo patre, & adduxerit eos pater ad filium, tunc de vino eorum bibet dominus, & in similitudine Ioseph regnans in Aegypto, inebriabitur cum fratribus suis. *Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti.* Hoc est quod in quodam psalmo legimus: *Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terrae.* Iuxta hoc exemplum: qui saluatoris pane saturatus, & calice inebriatus fuerit, potest laudare dominum, & ascendere montem Oliueti: ubi laborum refectio, dolotisque solatium, & veri luminis noticia est. *Tunc dicit illi Iesus: Omnes vos scandalum patiimini in me in ista nocte.* Praedicit quod passuri sunt: ut cum passi fuerint, non desperent salutem: sed agentes poenitentiam liberentur. Et signanter addidit,

Gene. 14. Luc. 22.

Hier. 2. Esai. 5.

Luc. 17.

Psal. 21.

in ista nocte scandalum patiimini: quia quomodo qui inebriantur, nocte inebriantur, sic & qui scandalum patiuntur, in nocte & in tenebris sustinent. Nos vero dicimus: Nox praeteriit: dies autem appropinquavit: *Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* Hoc alius verbis in Zacharia propheta scriptum est: & (ni fallor) ex persona prophetae ad Deum dicitur: *Per eum pastorem & dispergentur oves gregis.* Sexagesimo quoque & octavo psalmo qui totus a domino canitur, huic sensui congruente. Quoniam quem tu percussisti, ipse persequuti sunt. Percutitur autem pastor bonus, ut ponat animam suam pro ouibus suis: & de multis gregibus errorum fiat vnus grex, & vnus pastor. De hoc testimonio in libello quem de optimo genere interpretandi scripsimus plenius dictum est. Respondens autem Petrus, ait illi: *Et sic omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabo.* No est temeritas nec mendacium sed fides est apostoli Petri: & ardens affectus erga dominum saluatorem: de quo supra diximus. *Ait illi Iesus: Amen dico tibi: quis in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis, &c.* Et Petrus de ardore fidei promittebat, & saluator quasi Deus futura nouerat. Et nota quod Petrus in nocte neget, & neget tercio. Postquam autem gallus cecinit & decrecentibus tenebris, vicina lux nuntiata est, conuersus fleuit amare ternae negationis, sordes lachrymis lauanis. *Tunc venit Iesus cum illis in villam qua dicitur Gethsemani, &c.* Gethsemani, interpretatur vallis pinguis: in qua iussit discipulos sedere paulisper & expectare redeuntem, donec pro cunctis solus dominus oraret. *Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedaei cepit contristari & maestus esse.* Illud quod supra diximus de passione & propensione in praesentem capitulo ostenditur: quod dominus ut veritatem probaret assumpti hominis: vere quidem contristatus sit, sed ne passio in animo illius dominaretur, per propassionem coepit contristari. Aliud est enim contristari, & aliud incipere contristari. Contristabatur autem non timore patienti, qui ad hoc venerat ut pateretur: & Petrum timiditatis arguerat: sed propter infelicissimum Iudam, & scandalum omnium apostolorum, & reiectionem populi Iudaeorum, & euersionem miseram Hierusalem. Vnde & Ionas super ariditate cucurbitae vel hederae contristatus est, nolens perire quondam tabernaculum suum. Si autem tristitiam animi non affectum saluatoris erga peccatores, sed passionem haereticis interpretantur: respondeant, quomodo exponunt illud quod ex persona Dei per Ezechielem dicitur: *Et in omnibus istis contristabas me.* Tunc ait illi: *Tristis est anima mea usque ad mortem: Sustinete hic & vigilate mecum.* Quae contristatur, anima est: & non propter mortem, sed usque ad mortem contristatur: donec apostolos sua liberet passione. Quod autem praecipit: Sustinete hic & vigilate mecum: non a somno prohibet, cuius tempus non erat imminente discrimine sed a somno infidelitatis & torpore mentis. Dicant ergo qui irrationabilem Iesum sumpsisse animam suspicantur, quomodo contristerit & nouerit tempus tristitiae. Quamquam enim & bruta animalia moreant, tamen non nouerunt, nec causas, nec tempus, usque ad quod debeant contristari. *Et progressus pusillum, prociadit in faciem suam, &c.* Dato apostolis praecipit

Roma.

Zach.

Isa. 53.

Isa.

praecipit ut sustinerent, vigilarentque cum domino, paululum procedens ruit in faciem suam: & humilitatem mentis habitu carnis ostendit, dicitque blandiens: *Mi pater: & postulat ut si possibile est, transeat ab me calix, sed calix iste hoc supra diximus.* Postulat autem non timore patienti, sed misericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicem propinatum. Vnde & signanter non dixit: transeat a me calix, sed, calix iste hoc est, populi Iudeorum: qui exculationem ignorantiae habere non potest, si me occiderit: habens legem & prophetas, qui me quotidie vaticinantur. Attamen reuertens in semetipsum: quod ex hominis persona trepidat reuerat, ex Dei filij confirmat. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Non, inquit, hoc fiat quod humano affectu loquor, sed propter quod ad tetras tua voluntate descendi. *Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro: Sic non posuisti vna hora vigilare mecum? Ille qui supra dixerat: Etiam si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor: nunc tristitia magnitudine somnum vincere non potest. Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* Impossibile est humanam animam non tentari. Vnde & in oratione dominica dicimus: *Ne nos inducas in tentationem: quam ferre non possumus.* Non tentationem penitus refusantes, sed vires sustinendi in tentationibus deprecantes. Ergo & in praesentiarum non ait: *Vigilate & orate ne tentemini, sed ne intretis in tentationem: hoc est, ne tentati vos superet & vincat: & vos intra castes teneat.* Verbi gratia: Martyr qui pro confessione domini sanguinem fundit, tentatus quidem est: sed tentationibus rebus non ligatur. Qui autem negat, in plagas tentationis incurrit. *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Hoc aduersum temerarios, qui quicquid crediderint, putant se posse consequi. Itaque quantum de ardore mentis confidimus, tantum de carnis fragilitate timeamus. Sed tamen iuxta apostolum, in spiritu, carnis opera mortificantur. *Iterum secundo abiit & orauit, dicens, &c.* Secundo orat, ut si Niniae aliter saluari non potest nisi aruerit cucurbita, fiat voluntas patris: quae non est contraria filij voluntati: dicente ipso per prophetam: *Vi facerem voluntatem tuam, Deus meus volui.* *Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum granati.* Solus orat pro omnibus, sicut & solus patitur pro vniuersis. Languescerant autem & opprimebantur apostolorum oculi negatione vicina. *Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam & requiescite: ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.* Postquam tertio orauerat, ut in ore duorum vel trium testium staret omne verbum: & apostolorum timorem sequenti poenitentia impetraret corrigendum, securus de passione sua pergit ad persecutores: & vltro se interficiendum praebet, dicitque discipulis suis: *Surgete: ecce appropinquauit qui me tradet, &c.* Ne nos inueniant quasi timentes & retrahentes, vltro pergamus ad mortem: ut confidentiam & gaudium passuri videant. *Qui autem tradidit eum, detur illi signum dicens: Quemcumque oscularis fuerit, ipse est, venite eum.* Mator Iudas & tamen non miserabilis, eadem infidelitate: qua magistrum & dominum tradidit: putabat signa quae saluatorem viderat facientem: non maiestate diuina, sed magister artibus facta

1. Petr. 3.

Psal. 39.

Et quia eum forte audierat in monte transfiguratum, timebat ne simili transformatione elaboraretur a manibus ministrorum. Dat ergo signum, ut sciant ipsum esse quem osculo demonstraret. *Et confessum accedens ad Iesum, dixit: Ave rabbi. Et osculatus est eum.* Impudens quidem & scelerata confidentia, magistrum vocare: & osculum ei ingerere, quem tradebat. Tamen adhuc aliquid habet de verecundia discipuli: cum non eum palam tradit persecutoribus, sed per signum osculi. Hoc est signum quod posuit Deus in Cain: ne quicumque inuenisset, interficeret eum. *Dixitque illi Iesus: Amice, ad quid venisti, &c.* Verbum, amice, vel *amika* & *amika* intelligendum. Vel certe iuxta illud quod supra legimus: *Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum, eximit gladium suum: & percussit eum in principio faceret, amputauit auriculam eius.* In alio euangelista scriptum est, quod Petrus hoc fecerit eodem mentis ardore quo caetera. Seruus quoque principis sacerdotum, Malchus appellatur: auricula quae amputatur, dextra est. Transitorie dicendum quod Malchus, id est, rex quondam populus Iudaeorum, feruus factus sit impietatis & denotationis sacerdotum: Dexteraeque perdidit auriculam: ut totam literae utilitatem audiat in sinistra: sed dominus, his qui ex Iudaeis credere voluerunt, reddidit aurem dextram, & fecit seruum genus regale & sacerdotale. *Tunc ait illi Iesus: Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Et si non frustra portat gladium qui vltro dominicae irae positus est in eum qui malum operatur: attamen quicumque gladium sumpserit, gladio peribit. Quo gladio? Illo nempe qui igneus vertitur ante paradysum: & gladio spiritus, qui in Dei describitur armatura. *Non putas quia non possim rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebitur scriptura: quia sic oportet fieri? Non indigeo duodecim apostolorum auxilio, etiam si omnes me desererent, qui possum habere duodecim legiones angelici exercitus.* Vna legio apud veteres sex millibus complebatur hominum. Pro breuitate temporis numerum non occurimus explicare, typos tantum dixisse sufficiat: septuaginta duo millia angelorum, in quot gentes hominum lingua diuisa est, de duodecim legionibus fieri. Sequens sententia promptum ad patendum demonstrat animum: quod frustra propheta cecinerint, nisi dominus ebs vere dixisset, passione sua assererit. In ista hora dixit Iesus turbis: *Tantumquam ad Ieronem existis cum gladio & fistibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis.* Stultum est, inquit, eum cum gladiis & fistibus quaerere qui vltro se tradit vestris manibus: & in nocte quasi latitantem, & a vestris oculis declinantem per proditorem inuestigare, qui quotidie in templo doceat. Sed ideo aduersum me in tenebris congregamini: quia potestas vestra in tenebris est. *Hoc autem totum factum est ut adimplerentur scripturae prophetarum.* Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. Quae sunt scripturae prophetatarum? Foderunt manus meas & pedes meos, Et alibi: *Stur omis ad victimam ductus est.* Et in alio loco: *Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem.* *At illi tenentes Iesum, dixerunt ad Caypham*

Gen. 4.

Ibid.

Psal. 118.

pham

appellatus: & hoc ei scriba & sacerdotes crimen obiecerant: quod sibi in populo Israel usurparet imperium: illudentes hoc faciunt, vt nudatum pristinis vestibus induant chlamydem coccineam pro rufo limbo, quo reges veteres utebantur: & pro diademate ponunt ei coronam spineam: pro sceptro regali dant calamum: & adorant quasi regem. Nos autem omnia haec intelligamus mystice. Quomodo enim Cayphas dixit: Oportet vnū hominem mori pro omnibus, nesciens quid diceret: sic & isti quacunq; fecerunt, licet aliamente fecerint: tamen nobis qui credimus, sacramenta tribuerunt. In chlamyde coccinea, opera gentium cruenta sustentant: in corona spinea, maledictum soluit antiquum: in calamo, venenata occidit animalia. Siue calamum tenebat in manu, vt facilem scriberet Iudaeorum. Et exuentes in eum, acceperunt arundinem & percussit eum caput eius. Eo tempore completum est: Non auerti faciem meam a confusione spatorum: & tamen cum caput eius percussit arundine, sustinet cuncta patienter: vt Esaiā verum ostendat vaticinium, & centis: Arundinem quassatam non coniringet. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, &c. Quando flagellatur Iesus & conspuitur & irridetur, non habet propria vestimenta: sed ea quae propter nostra peccata sumpterat. Cum autem crucifigitur, & illusionis atque irrisionis pompa praeterierit, tunc pristinas vestes recipit, & proprium assumit ornatum: itaque elementa turbantur: & creatori testimonium dat creatura. Exeuntes autem inueniunt hominem Cyrenaeum, nomine Simonem: hunc angariauerunt vt tol. &c. Nec quis putet huic loco Ioannis euangelistae historiam esse contrariam. Ille enim dixit exeuntes Dominum de praetorio portasse crucem suam: Mattheus autem refert quod inueniunt hominem Cyrenaeum, nomine Simonem quem angariantes imposuerunt ei crucem Iesu. Sed hoc intelligendum est, quod egrediens de praetorio Iesus, ipse portauerit crucem suam: postea obuium habuerint Simonem: cui portandam crucem imposuerint. Iuxta Anagogen vero, crucem Iesu suscipiunt nationes: & peregrinus obediens portat ignominiam saluatoris. Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluarie locus. Audiuimus quendam exposuisse Caluarie locum in quo sepultus est Adam: & ideo sic appellatum esse: quia ibi antiqui hominis sit conditum caput: & hoc esse quod Apostolus dicat: Surge qui dormis, & exurge a mortuis: & illuminabit te Christus. Favorabilis interpretatio, & multens autē populi, nec tamen vera. Extra urbem enim & foras portam, loca sunt in quibus truncantur capita damnatorū & Caluarie, id est, decollatorum sumptere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Dominus: vt vbi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij. Et quomodo pro nobis maledictum crucis factus est, & flagellatus est, & crucifixus: sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigeretur. Sin autem quispiam conseruare voluerit: ideo ibi Dominum crucifixum, vt sanguis ipsius super Adae tumulum distillaret: interrogemus eum, quare & alij latrones in eodem loco crucifixi sunt? Ex quo apparet Caluariam non sepulchrum primi hominis, sed locum significare decollatorum: vt vbi abundauit peccatum, superabundaret gratia. Adam vero sepul-

ephef.

rum iuxta Hebron & Arbee: in Iesu filij Naue volumine legimus. Et dederunt ei acetum libere cum felix mix. &c. Deus loquitur ad Hierusalem: Ego te plantavi vineam veram: quomodo facta es in amaritudinem vitis alienae? Amara vitis, amarum vinum facit: quod propinat domino Iesu: vt impleatur quod scriptum est: Dederunt in escam meam fel: & in potum meum potauerunt me aceto. Quod autem dicitur: Et cum gustasset noluit bibere: hoc indicat, quod gustauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem: sed tertia die resurrexerit. Postquam autem crucifixum eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes. Et hoc in eodem psalmo fuerat prophetaum: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super veltem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Diligentia militum & sacerdotum nobis profecit, vt maior & apertior resurgens virtus appareat. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus rex Iudaeorum. Non possum digne admirari pro rei magnitudine, quod redemptis precio falsis testibus, & ad seditionem clamoremque infelici populo conuocatis, nullam aliam inuenerint causam interfectionis eius, nisi quod rex Iudaeorum esset: Et illi forsitan illudētes ridentesque hoc fecerint. Caeterum Pilatus etiam nolentibus respondit: Quod scripsi, scripsi. Velitis, nolitis Iudaei: omnis vobis gentium turba respondit: Iesus rex Iudaeorum est: hoc est imperator credentium & confidentium. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones. Si Golgotha tumulus est Adam, & non damnatorum locus: & ideo Dominus ibi crucifigitur, vt suscipiat Adam: duo latrones quare in loco isto eodem crucifiguntur? Praeterites autem blasphemabant, &c. Blasphemabant, quia praetergrediebantur viam: & in vero itinere scripturarum ambulare volebant, mouebant capita sua, quia iam antea mouerant pedes: & non stabant super petram, Idipsum autem insultans dicit. fatuus populus, quod falsi testes confinxerant. Alios saluos fecit, seipsum non potest sal. &c. Etiam nolentes consistuntur scriba & Pharisaei, quod alios saluos fecerit. Itaque vos vestra condemnat sententia. Qui enim alios saluos fecit, vtique si veller, seipsum saluare poterat. Descendat nunc de cruce, & credemus ei. Fraudulenta promissio. Quid est plus: de cruce adhuc descendere viuētem, an de sepulchro mortuū resurgere? Resurrexit & nō credidistis: Ergo si etiam de cruce descenderet, similiter non crederetis. Sed mihi hoc videntur demones immittere. Statim enim vt crucifixus est dominus, senserunt virtutem crucis: & intellexerunt fractas esse vires suas: & hoc agunt vt de cruce descendat: sed dominus sciens aduersariorum insidias, permanet in patibulo, vt diabolum destruat. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei. Hic per tropum qui appellatur obdormio pro vno latrone vterque inducitur blasphemasse. Lucas vero asserit, quod altero blasphemante, alter confusus sit: & e contrario increpauerit blasphemantem. Non quod discrepent euangelia, sed quod primum vterque blasphemauerit: dehinc sole fugiente, terra commota, saxisque disruptis: & ingruentibus tenebris, vnus crediderit in Iesum: & priorem negationem sequenti confessione emendauerit. In duobus latronibus, vterque populus, & gentium & Iudaeorum primum dominum blasphemauerit. Postea signorum magnitudine al-

refect.

refect.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

psal.

ter exterritus egit poenitentiam: & vsque hodie Iudaeos increpat blasphemantes. Sexta autem hora tenebrae factae sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam. Qui scripserunt contra euangelia, suspicantur deliquium solis, quod certis statutisque temporibus accidere solet, discipulos Christi ob imperitiam super resurrectione domini interpretatos: cum defectus solis nunquam nisi ortu lunae fieri soleat. Nulli autem dubium est paschae tempore lunam fuisse plenissimam. Et ne forsitan videretur umbra terrae, vel orbis lunae soli oppositus, breues & ferrugineas fecisse tenebras: ritum horarum spacium ponitur: vt omnis casualium occasio tolleretur. Et hoc factum reor vt compleatur propheta, dicens: Occumbet sol meridie, & contenebrabitur super terram in die Iux. Et in alio loco: Occubuit sol cum adhuc media esset dies. Videretur mihi clarissimum lumen mundi: hoc est, luminare maius retraxisse radios suos: ne aut pendente videret dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur. Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Eli, Eli lamazababani: Hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me. Principio vicissimiprimi psalmi abusus est: illudque quod in medio versiculo legitur: Respice in me: superfluum est. Legitur enim in Hebraeo: Deus meus, Deus meus quare me dereliquisti: Ergo impij sunt qui psalmum istū ex persona David sive Hester & Machochai dictum putant: cum etiam euangelistae testimonia ex eo sumpta super saluatore intelligant. Vt est illud: Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super veltem meam miserunt sortem. Et alius: Foderunt manus meas & pedes meos. Ne murens verborum humilitatem & querimonias derelicti: cum formam serui sciens, scadalum crucis videas. Quidam autem illic san. &c. Non omnes, sed quidam: quos arbitror milites fuisse Romanos, non intelligētes sermonis Hebraici proprietatem: sed ex eo quod dixit: Eli, Eli, putantes Eliam ab eo inuocatum. Sin autē Iudaeos qui hoc dixerint intelligere voluerimus: & hoc more sibi solito faciūt, vt dominum imbecillitatis infamem, qui Elias auxiliū deprecetur. Et continuo currunt vnus ex eis, acetam spongiam implevit aceto: & imposuit arundini & abbat ei bibere. Et haec facta sunt vt compleretur propheta: In siti mea potauerunt me aceto: vsque hodie Iudaei & omnes increduli dominicā resurrectione, aceto & felle potant Iesum: & qant ei vinum myrrhatum vt eum conspiciant, & mala eorum non videat. Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. Diuina potestatis iudiciū est emittere spiritum: vt ipse quoque dixerat: Nemo potest tollere animam meā a me, sed ego pono eam a meipso: & rursum accipiam eam. Et velum templi scissum est in duas partes, a summo vsque ad deorsum. Velum templi scissum est: & omnia legis sacramenta quae prius tegebantur prodita sunt: atque ad gentium populum transierunt. In euangelio, cuius saepe facimus mentionem: superliminare templi infinite magnitudinis factum esse atque diuisum legimus: Iosephus quoque refert virtutes angelicas praesides quondam templi tunc patriter conclamasse: Transeamus ex his ledibus. Et terra mota est: & petra scissa sunt: & monumenta aperta sunt. Nulli dubium est quid significet iuxta literam magnitudo signorum: vt crucifixum dominum suum & caelum & terra & omnia demon-

strarent. Sed mihi videtur terramotus & reliqua typum ferre credentium: quod pristinis errorum vitis derelictis & cordis emollita duricia: qui prius similes erant tumulis mortuorum, postea agnouerint creatorem. Et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt: & exeuntes de monumentis post resurrectionem, &c. Quomodo Lazarus mortuus resurrexit: sic & multa corpora sanctorum resurrexerunt: vt dominum ostēderent resurgentem. Et tamen cū monumenta aperta sint, nō antea resurrexerūt quam dominus resurgeret: vt esset primogenitus resurrectionis ex mortuis. Sacram autem ciuitate in qua visi sunt resurgentes: aut Hierosolymā caelestem intelligamus, aut hanc terrenā, quae ante sancta fuerat. Sicut & Mattheus appellatur publicanus: nō quod & apostolus adhuc permaneat publicanus, sed quod pristinum vocabulū tenet. Sancta appellabatur ciuitas Hierosolyma propter templum & sancta sanctorum: & ob distinctionem aliarum urbium, in quibus idola colebantur. Quando vero dicitur, apparuerunt multis: ostenditur nō generalis fuisse resurrectionis: quae omnibus appareret: sed specialis ad plurimos: vt hi viderent qui cernere merebantur. Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terramotu & his quae fiebant, timuerunt valde, dicens: Vere filius Dei erat iste. In alio euangelio post terramotum manifestior causa miraculi Centurionis exponitur: quod cum vidisset eum spiritum dimissile dixerit: Vere filius Dei erat iste. Nullus enim habet potestatem dimittendi spiritum, nisi ille qui animarum conditor est. Spiritum autem in hoc loco pro anima intelligamus: sed quod spirituale & vitale corpus faciat: seu quod animam ipsius substantia spiritus sit: iuxta illud quod scriptum est: Auferes spiritum eorum & deficient. Et hoc considerandum: quod Centurio ante crucem in ipso scandalo passionis vere Dei filium confiteatur: & Atius in ecclesia praedicet creaturam. Erant autem ibi mulieres multae a longe, quae sequi fuerant Iesum a Galilea ministrantes &c. Consuetudinis Iudaicae fuit: nec ducebatur in culpam more gentis antiquo: vt mulieres de substantia sua victum atque vestitum praecipitibus ministraret. Hoc quia scandalū facere poterat in nationibus, Paulus abiecit se memorat. Dicit enim ipse: Nunquid non habemus potestatem sorores mulieres circducendi, sicut & ceteri apostoli faciunt? Ministrabant autem domino de substantia sua: vt meteret earum carnalia, cuius illae metebant spiritualia. Non quod indigeret cibis dominus creaturarum: sed vt typum ostēderet magistrorum: quod victu atque vestitu ex discipulis deberent esse contenti. Sed videamus quales commites habuerit: Mariam Magdalenam a qua septem daemonia eiecerat: & Mariam Iacobi & Ioseph matrem, materteram suam, sororem Matiae matris domini: & matrem filiorum Zebedae: quae paulo ante regnum liberis postularat: & alias quas in ceteris euangelijs legimus. Cum sero factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathia nomine Ioseph: qui & ipse discipulus erat Iesu, &c. Dies refertur, non de iactantia scriptoris, quo virum nobilem atque diuissimum referat Iesu fuisse discipulum: sed vt ostendat causam quare a Pilato corpus Iesu potuerit impetrare. Pauperis enim & ignoti non erat ad Pilatum praesidem Romanae potestatis accedere, & crucifixi corpus impetra-

1011

psal. 107

1. Cor. 9

Luc. 8

Luc. 23. 36. In alio euangelista Ioseph iste *Saxarius* appellatur; id est, consiliarius: & de ipso quidam putant primum Psalmum esse compositum: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & reliqua. Et accepto corpore Iosephi inuoluit illud in syndone munda. Ex simplici sepultura domini, ambitio diuitum condemnatur: qui nec in tumultis quidem possunt carere diuitiis. Possunt autem iuxta intelligentiam spirituales & hoc scire: quod corpus domini non auro, gemmis & serico, sed linteamine puro obnolendum sit: quanquam & hoc significet, quod ille in syndone munda inuoluit Iesum, qui pura mente eum suscepit. Et posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra: & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. In nouo ponitur monumento, ne post resurrectionem ceteris corporibus remanentibus resurrexisset aliusingeretur. Potest autem & nouum sepulchrum, Mariæ virginalem veterum demonstrare: saxumque ostio appositum: & saxum magnum, ostendere absque auxilio plurimorum sepulchrum non potuisse referari. Erat autem ibi Maria Magdalena: & altera Maria sedens contra sepulchrum, &c. Ceteris reliquisque dominum, mulieres in officio perseuerant, expectantes quod promiserat Iesus: & ideo meruerunt primæ videre resurgentem: quia qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. *Tube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium, &c.* Non succederat principibus sacerdotum & Scribis ac Pharisæis crucifixisse dominum Saluatorem: nisi sepulchrum custodirent, cohortem acciperent, signarent lapidem: & quantum in illis est, manum opponerent resurgenti: ut diligentia eorum nostræ fidei proficeret. Quanto enim amplius referatur: tanto magis resurrectionis virtus ostenditur. Vnde & in monumento nouo quod excisam fuerat in petra conditus est: ne si ex multis lapidibus ædificatum esset, suffocis tumuli fundamentis, ablatu furto diceretur. Quod autem in sepulchro ponendus esset, prophete testimonium est, dicens: Hic habitabit in excisa spelunca petra fortissima. Statimque post duos versiculos sequitur: Regem cum gloria uidebitis.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superius
Euang. Homil. 1.

Ex hom. 80. in Matth. **C**itis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur. Rursus quando de regno, de retributione futura, de æternis cruciatibus disseruit, opportunè passionis meminit: ac si diceret, Quid formidatis propter has temporales afflictiones, cum æterna bona uobis preparata sint? Tu autè perpende, quo pacto, quod eos maxime conuertebat, nouo quodam obduxit artificio, tam in superioribus ymnis, quam in hoc loco: non enim dixit, quia post duos dies tradetur, sed, quia post duos dies pascha fiet: & tunc adiecit, Et filius hominis tradetur, ut ostendat, in istis unum hoc esse maximum diem festum, atque solennitatem, quæ ad salutem orbis celebratur. Et quoniam ad consolationem eorum sufficiebat, omnia ipsum præfiteri, quæ passurus erat, idcirco mundum nihil de resurrectione subiecit, ad hæc quia superfluum fuit, cum eos, tanquam, de ipsa disputauerit, in mentio-

nem eius rursus incidere. Præterea, ut diximus, quia per pascha pascha illa, quæ in Ægypto facta fuerant beneficia, in memoria eorum rediit, propterea ostendit passionem suam à mille afflictionibus homines liberaturam. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & scribæ, &c. Vidisti maximam Iudaicarum rerum perturbationem, atque corruptionem. Iniquissima penitus aggressi negotia, ad summum pontificem ueniunt, ut inde licentiam, ac potestatem accipiant, unde à talibus prohiberi oportebat. Quos autem erant principes sacerdotum? Lex quidem uniuersum esse uoluit, sed multi tunc erant: unde liquet, quia res Iudaica dissolui iam incipiebat. Moses enim, ut dixi, unum iussit esse, quo mortuo, alterum creati uoluit, ut cuius exitum eorum terminabat, qui homicidium nolentes commiserunt. Quomodo igitur tunc multi erant: unum postea facti sunt: & hæc de Zacharia uerba Lucas faciens, significauit, dicens: ex uicissitudine ipsum Abiæ fuisse. Principes igitur sacerdotum hic eos dicit, qui de principibus sacerdotum fuerunt. Quod autem consilium ceperunt? Vt occulit eum caperent, atque interficerent: utrumque occultis facere uolebant: populum enim ualde formidabant, ac ideo præterire diem festum uolebant, dicentes: Non in die festo. Nam diabolus, ne manifestè passio extaret, ad aliud tempus reijcere ipsam studebat. Ne tumultus fiat in populo. Considera ualde ipsos timere, non Deum, neque, ne maius scelus esset in ipsa pascha celebratione, tam terram facinus facere, sed homines, & tumultum: ita tamen inflammatis pesteaquam propiorum inuenerunt, commutati expectare non potuerunt, sed, in ipsa solennitate ipsum occiderunt: quasi enim cæci cupiditate, furorèque iracundie, quam primum sibi facultas data est, pergerunt. Et quamuis ipse nequitia illorum, dispensando in melius utebatur, non tamen hæc de causa impunita euadent, cum mille cruciatibus ex uoluntatis prauitate mereantur, qui tempore, quo nos iam soluebantur, innocentem interficere uoluerit, à quo innumera, & immensa beneficia susceperunt, qui propter illos, gentes interea negligere uidebatur. Sed o misericordis, atque benignitatem Christi, qui ad tam nequam homines, tamque proteruos, Apostolos etiã suos post resurrectionem suam misit, ad manifesta pericula, mortemque certissimam! Talia ergo habentes exempla, nõ dico moriamini pro inimicis, licet hoc quoque haud recusandum esse: uerum, quoniam infirmiores sumus, illud interea dico, non inuideamus amicis, non insecuemur liuore benefactores, non dico interrim, uel male nobis facientibus beneficia conseramus, quamuis etiam hoc desidero; sed, quoniam tardiores ad perfectionem uirtutem estis, salutem uiciscendi animum deponite. An forte putatis scenam esse quandam hæc nostra, & histonum simulationis plena? Cur contra ueritatè pugnat, non temere scripta sunt omnia, quæ fecit, quæ certè poterat eos renouare: uerè ut tu Christi bonitatè imiteris, ut misericordiam eius sequaris. Nam illos uel supinos in terris piecit, & articula seruo restituit, & humiliter eos allocuit: est, & mirabilia pendens in cruce signa edidit, radios solis auribus, lapides frigidis, mortuos ad vitam renouans: uxorẽ iudicis formidinis territis, & in ipso iudicio inauditam humilitatem ostendens, quæ non minus quam signa potuisset eos attrahe-

Luc. 23.

attrahere, multa etiam prædicens, & in ipso patibulo crucis exclamans; Dimitte ipsi, pater, hoc peccatum. Sed sepultus quæ non fecit ad salutem ipsorum: sed post resurrectionem non statim Iudæos uocauit? non peccatorum dedit remissionem, milleque alia bona contulit? Quid enim mirabilius, quam eos, à quibus crucifixus, atque occisus est, in adoptionem filiorum Dei suscipere? Quid hac pia cura, simul, ac prouidentia inuis inueniri unquam poterit? hæc nos audientes, uelamine faciem operiamus, cum tam procul nos distare ab eo uideamus, quem imitari iubemur. Perpendamus quanto discrimine ab ipso differamus, ut nos condemnantes, rectius pœnitentiam agere possimus, nec eos offendamus, pro quibus animam Christus tradidit suam. Nos uerò nec reconciliari uolumus illis, quos ut reconciliet, ne acerrimum quidem, atque infame genus mortis reculauit. An forsitan expensam etiam hoc quendam, & pecuniarum proiectionem putatis, quod de elemosyna dicere soliti estis. Cogita quàm obnoxius sis, & non solum nõ retardaberis, uerum etiam rursum ad eos, qui offenderunt, uenies, omnemque læsionem eis dimittes, ut indulgentiæ tibi causa id fiat, utque tuorum malorum solamen inuenias. Gentiles sæ penumero nihil magni hac ex te expectantes, facilitate animi hostibus, atque inimicis pepercunt: & tu, qui ad tantam spem hinc profectus es, retardaris, atque torpescis. Et quod tempore ipso duce conficietur, id tu propter legem non prius conficies, sed expectabis, ut sine præmio, ac laude tua perturbatio hæc animi extinguatur, quã tu cum magno præmio deponere potes: præsertim cum certiores simus, si temporis beneficio indignationis animi ceciderit, non paruus nobis imminere cruciatus: quia, quod in nobis tempus efficit, id madata Dei facere nequiuertit. Si autem inflammari te dices, eum in mentem tibi contumeliarum ueniat, repute potius, si quid boni tibi ad iniuriarum collatum est, & quor tu afflictionis aliis inutilisti. De traxit tibi, & oblocutus de te est, expende, si quid simile aliis tu unquam fecisti. Quomodo igitur ueniam impetrabis, quam aliis concedere non poteris? At nihil tale, inquires, unquam dixi. Sed audisti libenter alios talia dicentes, quod absque culpa esse non potest. Vis discere quàm magnum bonum sit, iniuriarum obliuio, & quomodo summpere ea Deus placatur? eos, qui latantur, quoniam iuste ab eo quidam puniti sunt, non patitur omnino impune id facere. Nam, et si iuste illi uexati sunt, sed gaudere te hac de causa non oportet. Vnde propheta multa criminator, hoc tãdem subiunxit, dicens: Non passi sunt aliquid in contritione Ioseph, & rursus; Non exiuit ex domicilio suo ad plangendam uiam domum cõiunctam ei. Ita quamuis Ioseph, id est, tribus ex eo, & vicini eius ex Dei sententia punirentur, sed tamen etiam istis condolere nos uult. Nam, si nos, qui nequam sumus, quando in seruum nostrum animaduertimus, conseruorũque aliquem ridentem conspeximus, adeo irritamur, ut ad ridentem iram demuemus: quanto magis Deus supplicis aliorum latantes torquet? Quod si latandum non est, sed condolendum is, qui à Deo puniuntur: multo magis is condolendum, qui nos offenderunt: eius namque charitatis id signum est, quã Deus ceteris omnibus anteponit. Nam, sicut illi

flores colorum preciosissimi sunt, quibus trabea imperatoris tingitur: sic illa uirtutes magni precij sunt, quibus charitas cõtinetur. Nihil potest charitatem ita continere, atque conseruare, ut commissorum aduersus te peccatorum obliuio. An forsitan de altera parte nihil Deus curauit, an lædentem ad læsum non misit? Imò ab altari ad illum misit, & post reconciliationem ad mensam quoque uocauit. Sed noli tu hac de causa illum expectare: omnia enim sic perdidisti, propterea enim ineffabilis tibi merces reposita est, ut illum præuenias. Nam, si rogatus reconciliaberis, non mandato Dei, sed studio illius reconciliatus, brauia illi reliquisti. Quid tu ais, non ueris hominem inimicum habere? Nonne sufficit nobis diabolus, sed eiusdem etiam generis inimicos attrahimus? O uinum nec ille bellum nobis in dixisset, ut inam diabolus se non fecisset. Nescimus insani, nescimus quanta in reconciliatione uoluptas sit, quàm in ipsis inimicitis intelligere non possumus. Verum quanto suauis amare iniuriantem quàm odisse, post depositas inimicitias, optime percipies. Cur igitur furore agitato imitatur, alter alterum dentibus lacerantes, & in propriam carnem infantes? Audi quanta cura etiam legis tempore de hoc habebatur: uia, inquit, recordantium mala in mortem, homo homini conseruat iram, & à Deo quaerit sanari. Atqui oculi pro oculo, & dentem pro dente concessit: quomodo igitur increpat, atque criminator? Quia illa non ut alter alteri faciamus permittit, sed ut formidine pœnæ à similibus abstinemus. Præterea repentiã ista ira sunt, iniuriarum uerò memoria animi estis perniciem diutius cogitantis. Sed malè me uexauit, inquires. Nunquam ille tantum tibi facere potuit, quantum tu ipse, tibi læsionis memoria retinendo. Præterea non est possibile uirum fortem mali aliquid pati. Fingamus enim quempiam liberos, & uxorem habentem philosophari, qui etiam detrimenta occasiones habeat, multas, maguos sibi pecuniarum aceros, amicos quamplures, principatum non paruum, honores denique ingentes: uerum tamen Philosophiæ summpere inhæreat: huic homini fortunæ uulnera cogitatione afferamus. Nequam igitur aliquis damno ei non minimo, sit, quid igitur ad eum, qui nihil pecunias ducit? Liberos eius interficit, alius, quid ad eum, qui de resurrectione quotidie philosophatur? uxorem occidit quispiam, quid hoc ad eum, qui doctus est non lugere dormientes? Vituperationem alius ei afferat, quid ad eum, qui florem sœni præsentia cuncta existimat? Si uis, & corpus eius cædatur, & in carcerem quoque trahatur, quid ad eum, qui semel sibi omnino persuasit, quamuis exterior homo corumpatur, interior tamen renouari: & quia tribulatio patientiam efficit. Sic ego huc hominem nihil mali passurum ostendere pollicitus sum, oratio uerò progrediens, probiorem, atque perfectiorem fieri tentationibus demonstrauit. Nolite igitur in alios, uestro detrimento incitari, acumen animi iniuriis facientes. Non enim ex prauitate proximi magis, quàm uestra hæc concitatio malignitate, prorumpit. Quapropter, si quis contumelietur, lachrymatus confestim, atque contrahimur. Si quis nostra rapiat, eodem pacto mouemur, in tantum uicem supplentes, quos qui libertiores de æqualibus sunt, parua, aut nulla plerumque de

causa ad dolorem impellunt, quos tamen si moreri, atque dolere viderint, non desinunt mordentes: sicut verò ridentes, atque parvipendentes, confestim eos omittunt. Sed nos etiam istis sumus amentiores, his de rebus plangentes de quibus magnopere ridendum est. Quas ob res vehementer vos hortor, ut, his puerilibus contemptis moribus, ad caelos aspiremus. Vitos enim, & viros perfectos Christus nos esse desiderat, sicuti Paulus quoque iubet, dicens, Non sitis pueri mente, sed malitia paruuli estote. Infantes igitur secundum nequitiam sumus, & malignitate ommissa virtutem amplectamur, ut ad aeterna perueniamus, gratia, & misericordiam domini nostri Iesu Christi, Amen.

1. Cor. 14.

EIVSDEM IN IDEM
Homil. 2.

Homil. 81. in
Matth.
Sed communi
est sensu re-
cepta Maria
Lazarus soror
vni illa pec-
catorum fuisse,
que domi-
num inducit,
at id non se-
mel tantum.

Cum autem esset in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier, &c. Hæc mulier vna, & eadem apud omnes euangelistas esse videtur: meo autem iudicio eadem est apud tres, alia verò quædam & mirabilis Lazari soror apud Ioannem. Non autem absque causa lepra Simonis mentionem facit euangelista, sed, ut aperiat, quare confidens accessit mulier. Nam, quoniam immunda quædam res, & abominabilis ægritudo lepra esse videbatur: vidit autem curatum Simonem a Iesu (non enim aliter hospitatus apud leprosum fuisset) vehementer speravit, animam quoque suam sordes facile posse ab eo detergi. Ciuitatis autem Bethaniæ nomen non otiose addidit, sed ut discas sponte ad passionem accedere. Nam, qui prius a ludæis sibi cauebat, quædo maxime inuidia exarserunt, tunc propius ad eos venit, ut circiter duo millia passuum à Hierosolymis abesset. Qua ex re manifestè patet dispensationis quoque priores fuisse recessus. Cum igitur, ut diximus, apud Simonem mulier ipsum vidisset, fiducia inde capta, ingressa est. Nam, si illa, quæ sanguinis fluxum patiebatur, quanuis talis flagitij sibi conscia non esset, tamen, quoniam naturæ quodam defectu immunda videbatur, timens, ac tremens accessit: multo magis timendum isti erat, quæ conscientia pondere premebatur. Quocirca post multas mulieres, post Samaritanam, post Cananæam, post eam, quæ fluxum sanguinis patiebatur, alias quoque complures, Iesum adire ausa, quia turpis cõscia, factum est, ut nec publicè, sed in domo, atque priuatim accesserit. Cùmque cæteræ omnes curationis corporeæ gratia adissent, sola hæc ad honorem ei conferendum, & animæ incolumitatem acquirendam accessit: nulla enim corporis ægritudine laborabat, vnde merito de animo, atque affectione ipsius erga Iesum quispiam admirabitur: præsertim tamen eam non ut homini nudo afferret honorem, sed ut maiori cuidam, supraque hominem. Quippe cum capillis abstergeret pedes eius, honorabilis in toto corpore membrum, caput dico suum pedibus Christi subiiciebat. *Videntes autem discipuli eius (inquit) moleste viderunt, dicentes, &c.* Vnde discipulis hæc cogitatio suborta est: Audierunt sanè dicentem magistrum; Misericordiam volo, & non sacrificium, ludæosque increpantem, quia grauiora, iudicium scilicet, mi-

Luc. 8.

os. 6.

sericordiam, & fidem negligebat. Multa enim alia de elemosyna in monte ab ipso disputata meminerunt, ex quibus omnibus inferebant, quoniam si holocausta, & priscum cultum nõ suscipit, minus huius vnguenti effusionem gratam habebit. Sic igitur illi cogitabant, ipse verò mentem eius apertissimè videns, & quanta religione, quæ tunc studio erat succensa, nõ solum hoc, verum etiam valde condescendens in caput suum effundi vnguentum permisit. Nam si hominem aspergere, & vtero mulieris portari, & educari lacte non recusauit: cur miraris, si hoc quoque non depulit? Et certè, quemadmodum pater eius niderem, & fumum, sic & ipse meretricem suscepit, mentem, & animum eius considerans. Etenim Iacob statum Deo inunxit, & sacrificiis oleum offerebatur, & sacerdotes vnguento vnguebantur. Discipuli autem, qui mentem eius perspicere non poterant, importunè criminabantur, & accusantes munificentiã mulieris ostendunt. Nam, quum dixissent, vendi trecentis denariis vnguentum illud potuisset, quantum ipsa edidisset, aperuerunt; & sic magnanimitatem eius manifestarunt. Iesus autem increpat, dicens; *Cur molesti estis huic mulieri?* Et rationem vnã afferit, quæ rursus in passio nis suæ memoriam eos inducit. *Ad sepulcrum enim meam hoc fecit, ait, & item alteram, Pauperes enim vobiscum semper habebitis, me autem non semper habebitis. Et vnicuique prædicabitur hoc Euangelium, factum est istius dicitur.* Perpendis quomodo exitum ad gentes prædicat, hinc etiam mortis suæ solamen discipulis afferens. Si quidem tanta post crucem virtus eius futura est, ut, vbique terrarum prædicationis splendor refundatur. Quis igitur poterit aduersus veritatem hanc, tam latè, longèque patentè quicquam opponere? factum enim iam videmus, quod prædixerat, & quocunq; terrarum ibis, hæc mulier prædicari audies. Et certè nec insignis quædam, & nobilis fuit persona, nec multitudine testium res celebrata est, nec in theatro, sed in domo, & in domo leprosi confecta, vbi discipuli solummodo aderant. Quis igitur tam abiectæ mulieris factum ita exclamauit, ut per totum sic orbem, & ab omnibus audiretur? Virtus profectò eius, qui hæc prædixerat. Et quidem regum, ac imperatorum res gestæ, quorum nonnulla remanent monumenta, omnino tacentur: & de plebisque eorum, qui vrbis condiderunt, mœnia exerunt, bella gesserunt, trophæa statuerunt, multasque gentes subiugarunt, quanuis & statuas sibi fecerint, & leges sanxerint, nulla tamen sit mentio, multique ipsorum nec nomine quidem extat. Quod autem meretrix mulier in domo cuiusdam leprosi, decem viris præsentibus, oleum effudit, id per vniuersum orbem tanto tempore tràcto decantatur, sed Indi, Scythæ, Thraces, Sauronæ, quique Mauritaniam, quique Orchadas insulas habitant, quod in domicilio pauperis à flagitiosa fuerat factum muliere, magna prædicant voce. O ineffabilem misericordiam domini, qui à meretrice muliere pedes suos osculari patitur, & oleo precioso perungi, & pilis capitis eius abstergi: nec patitur Iohannem, verum etiam increpat criminantes! Non enim debebat pro tanto mulier studio reprehendi. Tu autem illud considera, quomodo iam sublimes animo, & ad elemosynam proniores erant discipuli. Sed quamnam ob rem non illico dixit, quia opus bonum fecit: sed ante

Grati
Luci 9

His fecit et
na de uatone
ni, qui eccl-
deat ornare,
sanctus do
non, est an-
im spiritus
aut emende-
uini, form-
nam pietatis.

posuit; *Quid molesti estis huic mulieri?* Ut erudiret eos, nõ statim ab incunabulis ab imbecillioribus sublimiora esse petenda. Quapropter non rem ipsam solummodo nudam, sed personam mulieris coniunctam exposuit: quæ certè si legem sanciret, non appossuisset. Ideo ergo personam cum re simul accepit, ut discas tu gratia mulieris hæc dicta esse, nõ germinatè fidem eius decuterent, sed irrigaret magis, ac ad maiora protraherent: vnde nos docet, quædo bonum quicquam fieri videmus, etiã si exactissimè non fiat, suscipiendũ tamè nobis esse & fauore nostro ad vltiora prouehendum. Nõ est enim exquisitissima ratio statim in principio rerũ querenda: hoc Christũ ita velle, inde patet, quia, quum non haberet vbi caput declinaret, oculos tamen circumferre iussit. Præterea non erat tempus tunc, factum mulieris contempnendi, sed commendandi duntaxat, atque approbandi. Et quemadmodum si quis ipsum, antequam mulier hoc fecisset, interrogasset, non admisset: sic, postquam fecit, illud vnũ solummodo respicit, nec increpatione discipulorũ ancipiti animo turbetur, sed hortatu suo, maiore animo suscepto, recedat. Non erat enim amplius increpatione post effusionem olei opportuna. Ita & tu, si præparasse quosdam vasa videris sacra, aut ornatum quædam alium circa parietes ecclesiarum, & pauimenta confecisse, nolli reprehendere, aut venedari iubebe, quod factum est, ne animum eius, qui fecit, perturbes: Sin verò, antequam fecerit, te confu- luerit, pauperibus offerre iubeto. Verum, quoniã ad sepulcrum suam id ipsam fecisse dixit, ne cõfundatur mulier, sepulchrum, & mortem audiens, vide quemadmodum rursus ipsam corroboret. In vniuerso, inquit, orbe, quod ista fecit, dicitur: quod & discipulis solamen affert, & illi solamen simul, & laudem. Vniuersi enim factum ab ea decantabunt, inquit, & modò passionem meam prædixit, quæ ad sepeliendos homines pertinent, adducens. Nemo igitur ipsam increpat, quum ego adeò procul absum, ut ipsam, quasi malè fecerit, reprehendam, ut nec latere quidem id patiar, sed vbique terrarum, quoniam mente pia, & seruenti fide factum est, prædicari faciam. Quam autem ob rem nihil spirituale, sed perpetuam mulieri memoriam pollicetur? Hæc laude de spiritualibus etiã confidere ipsam effecit. Si enim bonum operata est opus, procul dubio digna opus mercede non fraudabitur. *Tunc profectus vnus ex duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, &c.* Tunc istud, ad quodnam tempus referendum est? Quando ista loquutus esset, quando, ad sepulcrum, dixit: Ac neque hinc compunctus est: neque cum audisset, quod futurum erat, ut euangelium vbique terrarum prædicaretur, timore correptus est: istud enim ineffabilis cuiusdam eret potestatis: immo, quando mulieres, eaque meretrices tanto Christum persequebantur honore, tunc ipse diabolicum facinus meditabatur, & peragebat. Cognominant autem eum, quia erat etiam alius Iudas, nec verentur dicere ex numero ipsorum duodecim ipsum fuisse: sic etiam nihil eorum occultant, quæ opprobriosa sibi esse videbantur. Et certè potuerunt simpliciter dicere, ex discipulis illum fuisse: fuerunt enim & alij præter duodecim: nunc autem ex duodecim iam sublimes animo, ac primo eorũ choro, quos quasi optimos legio, qui cum Petro, atque Iohanne vniuersi ordinis erant. Vnica quippe cura il-

lis solummodo fuit, non tenebris obducendi, quæ facta sunt, sed veritatis exponendæ: quocirca multa de signis prætereunt & nihil eorum, quæ ignominiosa videntur, occultant, sed siue verbum sit, siue res quæpiam, opprobriose dictum, aut factum libet id prædicant: nec cæteri tantum, sed ipse quoque grandiloquus Ioannes diligenter obseruat. Exquisitissimè nanque omnium contumelias, & opprobria in Christum facta conscripsit. Vide autem Iudæa malignitatem, qui sponte ad prodendum abiit, qui argento id facit, & argento minimo. Lucas verò ait, cum magistratibus ipsum pepigisse. Nam propter Iudæorũ seditiones, quosdam præfecerunt Romani, qui eos in ordinem redigerent. Iam enim principatus eorum secundum prophetiam translatus erat. Ad magistratus igitur profectus dixit, *Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam ipsum? Isti autem statuerunt ei triginta argenteos. Extunc quærebatur opportunitatem, ut ipsum traderet.* Nam, quoniam multitudinem timebat, tempus quærebatur, quo solum posset circumuenire. O singularem amentiam! quia penitus habendi cupiditate fuit excæcatus. Nam, qui sæpius vidit ipsum per medios inimicos transisse, qui diuina omnipotentia ipsius multa documenta re ipsa percipit, retineri ipsum posse putauit, præsertim quum tot sibi tam terrentia, quàm molcentia verba ab eo dicerentur, ut sceleratam hanc cogitationem ab ipso abiicere omnino debuerit. Nam, quamuis nec etiam in ipsa cena curam eius prætermisit, sed vsque ad vltimam penè horam, qua fuit traditus, de hac re ille ænigmatische loquebatur: nihil tamen ille lucrari potuit, nec propterea dominus, quæ sua sunt, facere cessauit. Hoc igitur probè tenentes, cuncta libenter ad reuocandos peccatores, & desideres faciamus, admonentes, docentes, exhortantes, rogantes, consolantesque non cessemus, etiam si nihil prodesse videamur. Nam & Christus, quanquam inemendabilem Iudæa duritiem non ignorabat, non tamen cessauit, quæ sunt sua, facere, admonendo, minitendo, & quasi miserum lachrymando, nec apertè vnquam, & liquidò, sed tectè, & occultè. In ipso vero prodicionis momento, & osculari se ab eo dignatus est: sed nihil hinc ille consecutus est, tantus certè, tamque incredibilis auaritie furor est: hæc enim illum & proditorem nequissimum, & sacrilegum nefandissimum fecit. Audiat hæc attentius omnes auari, qui grauius Iudæa morbo laboratis: audiat inquam, & terribilissimam hanc ægritudinem fugiat: namque, si qui vnà cum Christo viuebat, si qui doctrinam Christi audiuit, si qui signa fecit, in profundissimum malorum barathrum ex hac ægritudine precipitatus est: multò facilius vos, qui nec scripturas audistis, & secularibus affixi estis, hic morbus agredietur, nisi iugiter, atque perpetuò vigiletis. Quotidie ille cum eo erat, qui non habebat, vbi caput reclinarer: & quotidie & verbis, & operibus instituebatur, ut non argentum, non aurum, non duas tunicas habere veller, & tamen depetere se non potuit. Quomodo igitur tu speras absque magna cura, & diligenti studio contagionem huius morbi effugere? Terribilis certè, terribilis hæc bellua est, si tamè volueris, facillimè ipsa superabis: nõ habet enim à natura originem hæc cupiditas. Nam, quæ à natura sunt, vniuersis hominibus communia sunt: hæc autem, cum omni-

Luci. 21.

bus non inuit, ex desidia solum originem trahit: inde nascitur, inde augetur, inde conseruatur: quum aliquos in seruitutem suam attraxerit, cōfestim illis præter naturā viuere persuadet. Nam, quum amicos, fratres, cognatos, vniuersos simpliciter, qui eiusdem generis sunt, & ad hæc omnia se quoque ipsos ignorant, præter naturam certè viuunt: vnde pater præter naturam esse malignitatem, & pestiferum auaritiæ morbum: in quem & Iudas quem incidit, proditor factus est: quem Christus, vocauit, non coëgit. Sanè Dei vocatio nec mentem eorum, qui virtutem volūt contemnere, vilo modo violentat, sed hortatur quidem, ac consulit, & omnibus modis bonos esse persuadet: si verò aliqui reluctanter, nullo modo coërcet. Quod si vis discere, vnde huiusmodi factus est: Argenti cupiditate ipsū deperisse inuenies. Sed quomodo inquit hæc passio ne victus est? Ex desidia certè, atque incuria. Vnde mutationes huiusmodi sic fieri solēt: quem admodum studio, ac diligentia illorum contraria. Multi enim ex rapacitate, ad lenitatem omnino mutati sunt: multi petulantes modestiam amplexi sunt: multi avari prius, & odiosi alienorum inuafores, postea etiā sua proiecerunt. Contrarium rursus à desidia solet accidere, Etenim Gihezi vnā cum viro sancto vinebar, & nequam hoc morbo affectus est. Pessima nempe omnium hæc passio est: hinc sepulchrorū violatores, hinc homicidæ, hinc bella, & pugna, hinc alia quamplura mala oriuntur. Vbi que certè auarus inutilis est, nec ad imperandum exercitū, nec vt præsit populo commodus. Cur dico in rebus publicis, quum in priuatis etiam inutilis sit? Si vxor ducenda est, non probam, sed impudētissimam omnium pro pecunia eliger. Si domus emenda, non eam, quæ homini libero conueniat, emet, sed quæ multis possit locari. Si serui, & quicquid aliud comparandum est, vilissimum semper inquirere. Quid minora percurro: si regnum orbis inuaserit, cæteris omnibus miserior, tamen est, atque pauperior terrarum pestis, vrbium perniciēs, singulorum calamitas: non enim quæ cæterorum sunt, quasi sua tutatur, sed veluti vnus ex multis omnia rapit, pauciora putās se cæteris omnibus habere. Nam, quum cupiditati eorum, quæ nondum possedit, ea, quæ habet, confert, nihil prorsus habere opinatur, propterea quidam ait, nihil esse avaro iniquius. Qui avarus est, etiā se ipsum perdit, avarus cōmunis omnium hominum hostis, avarus non parum dolet, quia terra pro spicis aurum non producit, quia fontes non manāt auro, quia montes loco lapidum aurum non habeant. Avarus fertilitatem temporum moleste fert, & communi felicitate cōtrahitur, omnemque fastidit causam, vnde argentum colligere nō potest: è regione verò cuncta suffert, vnde duos solummodo capere obolos possit, omnes homines tam pauperes, quàm diuites odio prosequitur: pauperes, nequid ab eo perant, diuites, quia, quæ illorum sunt, non possidet: vniuersos enim simpliciter, quæ sua esse deberent, occupare putat, & ideo quasi ab omnibus laesus omnibus infensus est. Hic quid plenum sit, nescit, saturitatem ignorat, omnium denique ita miserimus est, quem admodum expers auaritiæ, & oppositè virtuti deditus omnium est beatissimus. Quippe cum virtuosus, siue seruus sit, siue dominus, nemo male-

4. Re. 5.

Eccl. 10.

facere possit, nec si vniuersi homines cum armis, & machinis aduersus eum insurgerent: nequam verò, & rapax, & homo, qualem descripsimus, etiam si rex sit, etiam si mille purpuris exornetur, vel à quouis pati extrema potest: aded improbitas imbecilla res est, Deo è contrā virtus validissima. Quid igitur mores propter pauperitē? quid ploras, quum festum diem habeas? Quid lamentaris, quum solēnia ducas? Solentis quippe dies, & festus prudenti pauperes est. Quid plangis, o puer? pueri enim certè huiusmodi homines sunt. Vapulasti ab aliquo: quid hoc? fortioerem te reddidit. Quispiam pecuniam surripuit tuam? in hoc bonam tui oneris partem sustulit? Famam tuam læsit? ad aliam virtutis speciem resiliisti. Audias exteriores sic philosophantes, atque dicentes: nihil te mali, nisi fingas, passum inde fuisse. Sed magna te illa domo priuauit, & hortos circumpositos eripuit: Ecce publica ædificia, siue ad voluptatem, siue ad vsum ea requirit. Quid amoenius, aut pulchrius firmamento cælis? Quousque pauperes, atque inopes sumus? Non potest diues esse, qui animo pauper est: sicut nec pauper esse potest, qui animo diues est. Nam, si excellentis, atque præstantius corpore anima est, non possunt, quæ corporea sunt, ipsam ad se nolentem attrahere: sed illa, quæ princeps corporis est, cuncta corporea, vt vult trahit, atque transtulit. Nam & cor, quādo laborat, totam corpus patitur, & intemperies sua totum corpus aggreditur: sicut econtra temperies toti corpori prodest: quod si cæterorum languescat membrorum, cordē incolumi, & virtute vigenti facile languor etiam illius excutitur. Et, vt apertioerem totam hanc rem faciam, dic quæso, quod emolumentum ex arbore futuram est, si rami virescunt, & radix putrescat? aut quod detrimentum arbor habebit, si, foliis exiccatis, radix in columis penitus sit? Pariter hic igitur cogita, nullam vtilitatem esse pecuniam, si animus paupertate deprimitur: nec paupertatis vllum onus, si animus diues existit. Sed quomodo, inquit, diues animus esse poterit, si pecuniam non possidet? imò vero tunc maxime summis diuitiis pollet. Nam, si, vt sæpius dictum est, id argumentum diuitis animi est, quod pecuniam despiciat, ac re nulla indigeat, pater paupertatis è contrario argumentum esse, studio, & cura collectioni pecuniarum incumbere. Nec vllus vnquam dubitabit, facilius in paupertate, quàm in rerum copia posse pecuniam despici, ac multo magis à diuitibus, quàm à pauperibus magnitudinem pecuniam possit extingui, sed è contrā inflammari, atque incendi solet: & quemadmodum ignis, addita materia, magis effertur, sic pecuniarum cupiditas adiectione auri magis extollitur. Si ergo, qui plura expetit, inops est, at talis, qui multa possidet, esse inuenitur, hic maxima paupertate deprimitur. Perpendis diuitis animum in paupertate, & pauperis è contrā in diuitiis esse. Sed in personis quoque si placet, qualis sit hæc res videamus. Ponamus ergo duos diuites, quorum alter mille, alter decem habeat talenta, pecunia sua penitus à quoquam priuari: vter igitur maiore vexabitur dolore? nonne pater, eam, qui mille

amisit? Sed profecto non dolet magis, nisi magis pecuniam amaret. Qui verò magis amat, magis certè concupiscit: qui potrò magis concupiscit: hic pauperior est. Illud enim maxime cupimus, quo maxime indigemus. Ex indigentia enim cupiditas originem trahit: vnde, vbi satietas est, cupiditas esse non potest. Quippe tunc maxime stimus, cum potu indigemus. Hæc à me dicta sunt, vt ostendam, si vigilamus, neminem nobis nocere posse: vt que patet, non ex paupertate, sed à nobis ipsi detrimentum nobis fieri. Quare vehementer omnes rogo, atque oro, vt omni studio auaritiæ morbum expellamus, vt & hic in diuitiis nulla se indigentem viuamus, & æternis bonis perfruemur, gratiæ, & misericordiæ Domini nostri Iesu Christi, Amen.

EIVSDEM IN IDEM Homilia 3.

1. Re. 10.

Prima autem, azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: vbi vis paraueris, etc. Primam azymorum eam diem vocat, quæ ante azyma erat. Consueuerunt enim à vespere sæpè dies numerare, & eius mentionē facere in vespere cuius pascha erat immolandum. Quinta enim sabbati accesserit, quum hic quidè primam azymorum, id est, ante azyma vocat, tempus designans, quo accesserunt. Alius autem: Venit, inquit, dies azymorum, in qua oportebat immolari pascha. Nam, venit istud, prope & in ianuis erat, significat, vespere videlicet illa, à qua incipiebatur commemorat: ideo quique Euangelistarū adiiciunt, quod immolabatur pascha. Accedunt igitur discipuli ad Iesum, & dicunt: vbi vis paraueris, etc. comederit pascha? Hinc etiam patet, nullam ei domum, nullum diuersorium fuisse, puto autem neque discipulis eius. Nam profecto ipsam ad eos diuertere rogassent: sed nihil erat etiam istis, omnibus iam antea propter Christum neglectis, atque contemptis. Cuius autem rei gratia veniat ad pascha? Quibus semper vsque ad vltimum passionis diem non esse aduersarium se legi ostendit. Sed cur ad ignotum eos hominem inuissit? Ostendete quoque voluit, potuisse ipsum passionis tormento euitare. Nam, qui mentem illius verbis solum indurxit, vt ipsum cum discipulis velle suscipere: quid fecisset crucifigendus, si parti voluisset? pariter etiam de asina fecit. Si quia enim aliquis dixerit, inquit, dicite, quia dominus eius indiget, hic autem, Magister dicit, apud te eum discipulis meis pascha facio, dicendum præcipit. Ego verò non id solum admiror, quia ignotus erat, sed illud multo magis stupeo, quia bellū acertimū, & inimicitias præsertatū hac ex re incumbere sibi videt, omnibus his neglectis, libenter obtemperauit. Cæterum, quia ignotus erat, signum eis dedit, quale de Sarræ propheta dicens, inuenies hominem ascendentem, & vterem habentem, hic verò, aqua amphoram portantem. Tu autem perpende, turis, quomodo virtus eius apparet. Non enim solum dixit apud te facio pascha: sed illud proposuit, Tempus meum prope est: quod fecit partem, quia volebat ex ebreo passionis memoriam discipulis inculcare, vt hæc præmeditata ratione corroborati, minus turbarentur partem vt tam suscipiendi: quæ Iudæis, quum cæteris omnibus ostendit, quod semper dixit

1. Re. 10.

non inuitum se ad passionem accedere. Cum discipulis autem mox dicit, vt & sufficiens fieret preparatio, vt nemo latebras ipsam quæretes suscipere. Sero autem facta, discurreret cum duodecim. O ingentem impudentiam Iudæ, aderat enim etiam ille atque mysteris, ac mensa communicauit, & inter comedentes arguitur, quando etiam, si fera esset immanis, ad lenitatem compelli potuisset. Præterea idcirco & Euangelista signanter dixit, quia comedebat ipsis, de proditione Christus loquebatur, vt tum à tempore mysteris, tum à mensa communicatione nequiriam proditoris ostenderet. Postquam enim discipuli, sicut precepit Iesus, fecerunt: sed facta cum duodecim, inquit, comedebat. Comedebat autem eis, dixit, Amen dico vobis, vnus ex vobis me tradet. Cæterum ante cenam eius etiam pedes lauit: vide autem quomodo illi valde indulget, non enim dixit, ille sed, vnus ex vobis me tradet, vt rursus penitentiam occasionem latenti meliorem præberet. Itaque maluit omnes illos retinere, quàm huic penitentiam irritamenta non dare. Vnus, inquit, ex vobis duodecim, qui vbi que mecum fuistis, quorum pedes laui, quibus tot tantæque pollicitus sum. Dolor intolerabilis illico sanctum illud inuasi confortium. Et Iohannes quidem ait, ex ambiguitate alios in alios aperiisse, deinde, quauis nullus rei sibi consilij essent, singuli tamen de se timentes ipsum interrogauerunt. Item notanter ait, quia magnitudine meritis commoti, cœperunt singuli de se dicere: Nunquid ego sum dominus? Ipse autem respondens, dixit: Cui ego, cum in ianua, pariem porrige. Vide quomodo ipsum tandem reuoluit, quando scilicet ab hoc dolore animi liberare cæteros voluit, immortui enim iam erant, hoc dolore consternati, quo impulsu interrogabant. Nec ista de causa solum modo illum edidit, verum etiam vt terribus ille reliquisset. Nam, cum confusus, atque indignus audire non moueretur, vt magis sum tangeret, vel amara deiecit. Iesus autem, cum illi morientes interrogarent, Nunquid ego sum dominus? Respondens, dixit: Qui intinxit mecum manum in paropside, hic me traditurus est, etc. Quidam astuerant ita illum impudentem fuisse, vt parcipiendo Magistrū cū ipso tingeret: Mihi autē videtur Christi hortari id quoque factū fuisse, vel vt magis sibi Iudas afficeretur, vel vt maiore derideretur pudore: etenim etiam in hoc nō parus affectus. Hæc autē omnia nō festinè trāscurrēda sunt, sed postis meritis insidenda: sic enim nullū vnquā in nobis iralocum habebit. Quis enim rem illam animo voluens, & proditorem vnā recumbentem cum saluatore, ac eum, qui tradebatur, sic leniter, atque humiliter loqui, non eiciet omne furoris, atque ire yonem? Perpende igitur quum leniter ad ipsum sermonem conuertit. Eliya quidem hominis inquit, vadit, sicut scriptum est de ipso. Quibus verbis & discipulos cōfirmavit, ne imbecillitati hanc rem attribueret, & proditorem simul voluit emendare. Vt autem illi homini, per quem filius hominis tradetur: bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille. Perpende etiam, atque etiam in arguendo ineffabilem lenitatem, non enim acriter, sed commiserando profert orationem, aliquoties rursus quasi tenebris obductam. Et certè non superior solum yecordia, sed posterior impudentia omnem indignationem merebatur: postquam enim ita redargutus fuit, interrogauit, dicens: Nunquid ego sum Rabbie

1. Re. 10.

Rabbie

Rabbi? O singularē stultitiam, quærit de iis, quorum sibi conscius erat! Nam & Euangelista ex admiratione impudentiæ illius hæc dixit. Quid porro ad hæc lenissimus, & micissimus ille Iesus? *Tu dixisti.* Ita, quanquam dicere potuisset, scelerate, atque sordide, tam longo tempore hoc malum parturiens, & nunc, diabolicis factis conciliis, argentum ex pacto habiturus, audes redargutus, quasi nullius tibi rei conscius interrogare? Nihil tamen horum dicere voluit: sed quid? *Tu dixisti.* Ita terminos nobis, ac regulas obliuionis fixit iniuriarum. Sed obiciet quispiam; atqui si est scriptum, Christum hæc fuisse passurum, quam obrem Iudam, qui scripta perfecit, criminamur? Quia non illo certe animo, sed improbitate sola in turpissimum illud facinus fuit impulsus. Nam, nisi mentem respicias, ipsum quoque diabolum ab omni crimine liberabis. Sed non est ita, non est. Mille enim vterque meretur supplicia, etiam si orbis salutem inde consecutus est. Quippe, nõ Iudæ traditio, sed sapientia Christi, atque potentia salutem peperit vniuersis, Christus enim improbitate aliorum ad vilitatem nostram vsus est. Sed, inquit, quid igitur, si Iudas non prodidisset, quid hoc porro ad quæstionem crucifigi omnino Christum oportebat, nec crucifigi poterat, nisi per homines. Quid si omnes erga ipsum boni fuissent, hæc pro salute nostra dispensatio non processisset? Absit hoc omnino. Nam inestimabilis sapientia Christus, si ita concegisset, nouit, quo pacto res dispensanda fuisset. Præterea, ne quis putet ministrum dispensationis Iudam fuisse, quasi miserum deslet. Sed rursum quispiam obiciet, si bonum erat non fuisse Iudam natum, quare illum produxit? Quare autem cæteros prauos produxit: ita, quum te oporteat improbos coarguere, qui poterant improbitatem negligere, hoc derelicto, temerarie dispensationes, & opera Dei scrutaris, quamuis nullum necessitate cogit, vt improbitatem sequatur. Ita inquit. Sed bonos natos esse solum oportebat, nec gehenna, aut supplicii opus erat, cum nullum malignitatis extaret vestigium: improbos autem nunquam natos, aut natos concessum decedere. Nos verò primum illud Apostolicum dicendum arbitramur: *Quinimodò, o homo, tu quis es, qui aduersus Deum respondes?* Non dices, quod factum est, factori suo; cur me ita formasti? Deinde, si rationem humanam quæris, illud addi nõ dubitabimus, maiori admirationi bonos esse, quam inter improbos viuant: tunc enim innocentia eorum, & mirabilis philosophia malis elucet. Tu verò omnem luctationis, atque certationis materiam, ac causam funditus euertere vis. Quid ergo inquit, vt alij meliores videantur, alij puniuntur? Minime: sed propter improbitatem eorum. Non enim, quia nati sunt, nequitiam contraxerunt: sed, quia desidia se corruerunt, idcirco puniuntur. Quomodo ergo supplicio digni non sunt, qui, quum tales haberint virtutis magistrum, nihil boni facere voluerunt? Et veluti probi viri vixati suminis laudibus, & præmiis digni sic profecto & præmiis duabus de causis, tum quia, quum possent virtutem sequi, sicut & iusti, secuti non sunt, tum, quia nihil exemplo bonorum vitiorum lucrari studuerunt, supplicii digni contempnerunt. Quam autem ob rem a principio, sicut & cæteris Iudas, *Nunquid ego sum, domine & in-*

Rom. 9.

terrogauit: Quoniam generaliter, vnus ex vobis dictum erat, latere potauit. Quum verò iam videret manifestè se reprehendi, de lenitate domini confusus, posse redargutionem euadere, dominum interrogauit: quapropter etiam, *Rabbi*, solus in hoc loco appellauit. O cæcitate mentis inauditam, quod exactus, atque depulsus fuit. Tales nempe res auaritia est, amentes, stolidos, impudentes, canes pro hominibus: imò verò & canibus peiores, & demones è canibus facti. Quia sicut, vt Iudas quidem diabolus etiam insidiantem amplecteretur, Iesum verò beneficientem ei traderet, alter diabolus voluntate iam factus. Tales quippe insatiabilis pecuniarum cupiditas homines facit vecordes, fatiosos, ex pecunia penitus pendentes: qualis & Iudas factus fuit. Quomodo autem Mathæus, & alij duo, quamptimum de perditione pepigit, captum à diabolo dicitur: Ioannes, Nam post panem ingressus fuit in eum satanas? Non aliter quippe Ioannes, quam cæteri dicit; Cæna enim, ait, facta, quum diabolus iam in cor Iudæ immiserat, vt eum tradat: post igitur bucella introiuit in eum satanas, quia non subito, neque sub vno momento, sed sensim, diligenter facto periculo, hominè ingreditur: quod & hic factum esse intelligimus. Sensum enim ad eum accedens & pulsans, postquam apertum sibi habitaculum esse cognouerat, totus ad illum spirat. Quo modo autem, si pascha comedebant, aduersus legem recumbentes comedebant? Sed dicere possumus, quia, postquam comederunt pascha, ad cœnandum recubuerunt. Alius autem Euangelista dicit, quia vespere illo non comedebat solum Dominus pascha, verum etiam comedendo dicebat: *Desidero desiderari hoc pascha manducare vobiscum:* Quare hoc pascha, id est, hoc anno comedere pascha desiderauit? Quia videlicet tunc salutem orbis allaturus esset, tunc mysteria traditurus, & dolores mortis oppressurus erat, ita sponte ad crucem accessit. Sed nihil horum efferatam illam bestiam mitigauit, flexit, conuertit: quare iure quasi miserum illum desleuit, dicens: *Va homini illi; deinde terruit; Bonum fuisset ei, si natus non esset.* Sed, quoniam neque sic emendatus est, tandem eum manifestauit, dicens: Cui ego tinctum panem portexero, non fuit tamen ille commotus, sed quasi furore quodam, auaritia, atque insania captus induruit: imò verò multo peiore morbo; quam furor est, captus fuit. Quando enim tale aliquid furiosus, ac insanus operatus est? Non proiecit hic spumam in ore, sed dominicam cædem emittebat: non torquebat manus, sed extendebat ad vendendum infestabilis pretij sanguinem. Maior igitur hæc insania fuit: quia sanus furebat. Sed non loquebatur insulsa, dices. Et quid hac voce magis insulsum, quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? diabolus enim certè per os illius introiuit. Sed non repulit terram pedibus calcitrans. O quam melius est, furiosi pacto calcitrare, quam hoc modo rectum pedibus ambulare: Sed non cædebat se lapidibus: & quanto melius erat hæc, quæ illa conficere? Vultis igitur, in medium demoniacis, & auaris productis, alterum alteri comparemus. Sed nemo ad suum hæc dici contemptum arbitretur? Non enim natum, sed rem istam improbamus. Nunquam demoniacus vestem induit, sed lapidibus seipsum acerbissimò cædens,

cædens, per asperissima, & inuia loca à demone actus percurrit. Quid igitur, si auaros peiora his aggredi, atque pati, ad eum vt ludus hæc ad illa videantur, probabimus? fugietisne hæc ægritudinem? Eia igitur videamus vter minus laboret. Nihil enim alter ab altero differre videtur, imò hic multo deterius est: qualibuscunque, enim nudis auari sunt sordidiores. Multo enim melius est nudum omnino esse, nullaque veste contegi, quæ rapta pecunia magnificas sibi vestes comparare, qui mihi vestiri videntur, veluti qui trieteris Bacchi bacchantur. Nam, quemadmodum illi laruas, & vestes insanientium accipiunt, eodem hi quoque pacto. Sicut itaque demoniaci nuditatem à furore fieri videmus, sic hos amictus ab insania non negauerunt. Itaque nuditate illa hic amictus miserabilior, quod ostendere conabor. Quem enim ex ipsis insanis magis insanire dicemus, eumne, qui seipsum solummodo cedit, an eum, qui tam seipsum, quam quoscunque obuia habebit hunc videlicet vltimum. Demoniaci ergo seipso denudant, auari autem obuios omnes, dum possunt. Sed lacerant illi vestes, inquit. O quanto magis vnusquisque lasorum vellet laceratum sibi ponis indumentum fuisse, quam creptam esse vniuersam substantiam! Sed vulnera in hominis faciem non incutunt: imò verò hoc quoque rapaces faciunt, pauperatatem eis, & inedia inferentes corrodunt. Sed non mordent dentes sicut demoniaci: vtinam dēribus morderent, & non malis omni dente acutioribus. Dentes enim ipsorum scutum, & sagittæ. Præterea vter magis dolet, qui semel dente percussus, remedio concessum vsus est, an qui semper pauperatis corroditur dentibus? Quibus inuoluntaria paupertas bellua omnium atrocior, & fornice ardentior est. Sed non sequuntur deserta loca, sicut demoniaci: vtinam exeritum, & non ciuitates popularentur, vt omnes, qui vrbes habitant, in ocio viuerent. Nunc verò hac quoque ratione intolerabiliores sunt, quoniam, quæ in deserto illi, hæc in ciuitatibus isti facientes, eas desolat: præfertim cum nullo resistente, quasi hæc in deserto agerent, sic asportant vniuersa. Sed non perunt lapidibus quoscunque obuios, & quid hoc est? Multo certe facilius est à projectis lapidibus cauere, quæ literas, & stipulationes charta, & atramento in miseriam inopum confectas, & mille vulnerum pœnas euicare. Si consideremus nunc, qualia sunt, quæ sibi ipsi faciunt, nudi per ciuitatem ambulantes, quum nullum sibi virtutis amiculum sit: quod si ea res turpis eis non videatur, teterrimè hoc insaniam argumentum est, quia turpitudinem suam non percipiunt: sed corpore quidem nudi erubescunt, animo autem non modo non verentur, verum etiam iactant. Sed, si vultis, causam etiam impudentiæ exponemus. Quæ igitur causa est? Multos huiusmodi nuditatis habentes socios, quemadmodum in balneo mos non, sic alter alterum non verentur. Nam, si multi virtutis amictu essent vestiti, tunc turpitudinem eorum magis notaretur. Nunc verò illud maxime multis dignum est lachrymis, quia, quum multi sint mali, non pudet eos male agere. Ad alia enim hoc quoque à diabolo factum accedit, quia nec sensum improbitatis capere dimittitur, sed multitudine peccantium turpitudinem peccati tegitur: si enim contingeret in magna verè philo-

sophantium multitudine auarum tunc versari, perspicacius nuditatem suam intelligeret. Sed satis iam ex his patet demoniacis esse nudiores. Quia verò etiam deserta loca sequantur, nemo contradicet. Lata enim illa, spatiosaque via omni deserto desertior est. Nam, etsi multi per eam proficiscantur, tales quippe sunt, qui rapacitatem amplectuntur. Hæc igitur via non solum deserta, sed asperior est: quod inde patet, quia non ita lapides acuti, duræ rupes, & cacumina montium scandentes adeo lacerant, vt auaritia, & rapina eorum animas, qui aliena inuadunt. Quod autè sicut demoniaci apud sepulchra versentur, imò verò ipsi sepulchra sint, quis non viderit? Quid enim sepulchrum est: nihil aliud certè quàm lapis mortuorum corpora tegens. Quid igitur non illis lapidibus horum corpora miserabiliora sunt? Non enim lapides sunt cadavera regentes, sed corpora lapidibus magnis insensata mortuas animas regentia. Præterea nemo errabit sepulchra ipsos nominans, sicut & Dominus noster Iudæos appellauit, & subiunxit, dicens: *Intrinsicus autem rapina, atque auaritia pleni sunt. Vultis iam tandem probemus, quomodo lapidibus capita sua ferunt? dic, quælo, vnde incipiendum putas? nõ à futuris, præsentia ergo dicantur. Quibus igitur lapidibus grauioribus curæ non sunt, quæ non capita ferunt, sed animam corrodunt. Nam, dum timent, ne iure ex domo exeant sua, quæ iniuria sunt intrusa, multis, variisque turbationibus vexantur, tremunt, irascuntur, ingemiscunt, iritantur, modo in suos, modo in alienos: ita nunc mortificatio, nunc merus, modo ira ipsos inuadit, & seu à præcipitio in præcipitium transeuntes semper vexantur, ac dum quotidie acquisitioni student, nullam, aut minimam ex quæritis capiunt voluptatem. Nam trepidant, ne, quæ rapina collegerunt, disuant: cumque toto animo ad colligendum incumbant, quiescere nullo modo possunt: sed, quemadmodum, qui continua siti vexatur, etiam si mille fontes imbibit, tamen, quia satiare bibendo non potest, paruum inde percipit voluptatem: sic isti non modo non quiescunt adipiscendo, verum etiam, quoniam nullus huius cupiditatis terminus est, vehementius cruciantur. Tali enim præsentia sunt, in futuro verò die (dicendum à nobis est, etiam si minus attenditis) vbique in euangelio huiusmodi homines pœnas habituros videmus. Nam quando dicitur: *Efuriui, & nihil mihi ad comedendum dedistis: sitiui, & nihil mihi ad bibendum præbuitis, auari homines his verbis puniuntur: ad eos enim, qui male locupletati sunt, dicit, Ite in ignem æternum præparatum diabolo. Et nequam ille seruus, qui conferuis substantiam domini non distribuebat, auaritia perit. Et qui talentum suffodit: & quinque virgines: & vbiqueque, secundum leges auari esse inter nos, & vos: modò verò; Ite in ignem æternum: modò in duas partes decisis, vbi fletus, & stridor dentium. Ita vndique compulsi, ac nullo in loco quiescentes in gehennam soli detruduntur. Quid igitur fides tibi ad salutem prodest, si vbi est stridor dentium, vbi exteriores tenentur, vbi præparatus diabolo ignis, eò detrudetis, & in hac vita periculosus insidius, acerrimis maledictis calumniisque subiectus curis conficiaris, & ab ipsis, qui tibi adulari videntur, odio non paruo habearis?**

habearis? Sicut enim probos non boni solum, verumetiam mali admirantur, pariter certe malignos non solum probi, verumetiam improbi odio persequuntur. Quæ res aded vera est, vt avaros ipsos interrogare non dubitem. Sic alter alteri rædior esse studet, & quasi maximè officeret, inimicus putatur, atque seipsum conuincitur, & viruperari nimiam putant, si quisquam avaros eos appellauerit, & hoc opprobrium eis obiecerit: opprobrium quippe id extremum, & summam malignitatis argumentum. Nam, si pecuniarum cupiditate vincaris, quando inanis furorem gloriæ, quando iram, quomodo concupiscentiam carnis superabis? Hæc enim multo esse difficiliora, inde tibi persuadabis, quod multi complexione corporis ad iram, & cupidinè non nihil conferre arbitrantur, & ipsos excessus carnis complexionem attribuere medici consueverunt: & calidiorè quidem, & humidiorè procliuiorè esse aiunt ad Venerem, siciorè verò impetuofum atque iracundum: sed de avaritia nullus vnquam ab eis aliquid tale audiuit. Quare à desidia solummodo, & animi stupore pestifera hæc oritur ægritudo. Quapropter rogo, atque obsecro, studio iugi, atque diligentia hoc corrigamus, ceterasque passiones, quæ pro diuersitate nascuntur ætatis, pro viribus in contrarium transponamus. Si verò in vnaquaque vitæ nostræ particula hoc salum nauigantes, vtilissimos virtutis labores præteruchimur, vbi que naufragiis vexati, ac ad portum deuecti, si spiritualibus mercibus destituti simus, vltima profectò luemus supplicia. Pelagus enim est, latè, longè que protensum hæc vita, & quemadmodum in mari vniuerso sinus diuersi, aliis, atque aliis tempestatibus commouentur præcipue: velut Ægeum ventis exasperatur, Tyrrhenum propter angustias: & Charibdis, quæ est Lybien versus, propter stagna sylvæ, & breuia, Pontus magnitudine fluctuum, atque impetu: Hispanicus Oceanus, quia inuis carentia portuum, & locorum ignorantia intricatus, difficilis nauigantibus est: similiter alij aliis de causis: sic & in vita nostra fieri videmus. Nam primum in ea, pelagus statim videre licet, pueri ætatis conditione, quæ multis, ac magnis procellis exagitur, tum quia mens imbecilla est, tum quia nulla firmitate adhuc roboratur, sed huc, atque illuc flectitur. Quapropter pædagogos illi, & magistros præficimus, vt defectus naturæ diligentia suppleat, veluti & in nauigando gubernatoris artificio maris asperitas superatur. Adolecētium fluctus pueritiæ succedunt, qui vehementioribus sicut Ægeum pelagus exagitantur concupiscentiæ ventis: quæ quidem ætas, quanto magis correctione indiget, tanto minus instruitur, non solum quia magnis turbationum fluctibus cæditur, verumetiam quia peccantes non redarguuntur, cum & magister, & pædagogus subtrahantur magnitudine tempestatis, cum maiore turbine venti spirent, & gubernator sit imbecillior, nemòque alius tutor adsit, atque defensor: Virilis tertium locum ætas occupat, quam rerum omnium dispensatio maximè virget, quando vxor, nuptiæ, procreatio prolis, familiæ gubernatio, & in mentem plurimæ curæ, innumeræ que veniunt, quando auaritia, & inuidia maxime vigent. Si igitur vnamquamque partem ætatis cum naufragiis præteruchimur, quomodo hanc vitam tranlibimus? Quomodo æterna fugiemus supplicia? Nam, si ni-

hil sinceri, atque integri in prima ætate didicimus, si iuuenes modestè non vixerimus, nec auaritiam vici superauimus, quasi in sentinam quandam ætatis, in senectutem scilicet deuecti, videri iam tempestatibus animæ nauicula, cum fluctibus fatiscat compagine, deferemur in illum portum, non spiritalis merces, sed multum, ac sordidum lutum deportantes: vnde diabolo quidem risum incitabimus, nobis vero ipsis perpetuam mæsticiam comparabimus, intolerabili, ac æterno cruciatu vexati. Quod ne accidat, vndique colligamus nos, & aduersus omnes passiones pugnetes, cupiditatem pecuniæ penitus proiciamus, vt & hic tranquillè viuamus, & futuram beatitudinem adipiscamur, gratiâ, & misericordiâ domini nostri Iesu Christi, cui honor, &c.

EIVSDEM IN IDEM
Homilia 4.

Coenantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, atque fregit, & dedit discipulis suis, &c. O cæcitatem proditoris, qui, cum ineffabilibus mysteriis communicasset, idem permansit, & diuina mensa susceptus, in melius commutari noluit! quod Lucas significauit, dicens: quia post hoc satanas introiuit in eum, non quia dominicum corpus despiceret, sed quia proditoris stoliditatem irridebat: maius enim peccatum vtraque ratione fiebat, quia, tali animo mysteriis susceptus, nec timore, nec beneficio, nec honore melior factus est: Christus autem, omnia quantum sciret, vetare tamen eum noluit, vt tu dicas nihil ab eo prætermitti, quod ad emendationem pertineat. Præterea tam in superioribus, quam in sequentibus crebro eum reuocat, & verbis, & operibus, timore, colendo, minando, honorando retinere studebat, sed nihil horum illi mederi potuit. Quare illo iam prætermisso, his mysteriis in memoriam cædis suæ rursus discipulos reuocat, & inter cœnandum de cruce disputat, crebritate prædictionis dolorem mitigans discipulorum. Quid enim passi non fuissent, si eos ita non confirmasset, qui etiam his omnibus præmoniti turbati sunt? *Et comedentibus, inquit, eis, accepit panem, & fregit.* Quam ob rem passionis tempore hoc mysterium tradidit? Vt vndique discamus, ipsum veterem etiam legem sanxisse, & omnia, quæ in illa sunt, propter nouam hæc adumbrata fuisse: hæc igitur de causa veritatem figuræ adiunxit. Vespera verò illa adimpletionis temporum signum erat, & quia iam ad consummationem ipsam res peruenerunt. Gratias porrò egit, vt nos instrueret, quomodo mysterium hoc facere debeamus, & simul vt ostenderet sponte se ad passionem proficisci: Præterea; vt nos doceret omnia, quæ patimur, cum actione gratiarum esse ferenda, ac bonam nobis spem inde immitteret, atque foueret: Nam, si figura à seruitute liberauit, multo magis veritas terrarum orbem vendicabit. Ad hæc, vt significaret, quod ad beneficium naturæ humanæ traderetur, ideo nec ante hoc mysterium tradidit, sed quando cessare iam legem oportebat. Præcipuam autem solennitatem eorundem discipulorum, ac ad aliam eos mensam horrois plenam conuocans dicit: *Accipite, & comedite, hoc est corpus meum, quod pro multis frangeitur in remissionem peccatorum.*

Quod Christus factum apud Iudæos pro miris, idem in ista mensa exhibuit.
Quod Christus factum apud Iudæos pro miris, idem in ista mensa exhibuit.
Christus per hoc mensam soluit.

atorum. Quomodo turbati non fuerunt, cum hoc audissent? quia multa iam, & magna de hoc antea dixerat. Quopropter nec illud, quod iam crebro perceperat confirmauit, sed passionis causam peccatorum esse remissionem exposuit, & noui testamenti sanguinem vocauit, hoc est, pollicitationis, & promissionis legis nouæ. Hæc enim rursus pollicitus est, & testamentum nouum hoc ipsum confirmat, & quemadmodum verus peccator, & vitulos habebat, eodem modo nouum dominicum possidet sanguinem. Moriturum se hinc etiam ostendens: & propterea testamenti mentionem fecit: atque prioris quoque memoriam renouat: nam & illud per sanguinem fuerat dedicatum. Causam deinde rursus mortis suæ subiecit, dicens: *Qui pro multis effundetur, &c.* Deinde ait: *Hoc facite in meam commemorationem.* Vides quomodo ab Iudaicis abducit, & auocat moribus? Nam, sicut illud in rememorationem miraculorum, quæ in Ægypto patres vestri viderunt, faciebatis, sic & hoc in meam commemorationem. Sanguis ille ad primogenitorum salutem fuit effusus, hic in remissionem totius orbis peccatorum. *Hic enim est, sanguis meus, inquit, qui effundetur in remissionem peccatorum.* Quod dicebat, vt ostenderet passionem, & cruce mysterium esse & discipulos hinc consolaretur. Et quemadmodum Moses, hoc æternum vobis erit memoriale, dicebat: sic & ipse, *in meam, ait, commemorationem, donec veniam.* Hæc de causa desiderio desiderari hoc palcha vobiscum manducare, quo vos spiritalis faciam. Ipse quoque bibit, ex eo, ne, auditis verbis illis, dicerent: Quid igitur sanguinem bibimus, & carnem comedimus? ac ideo perturbarentur. Nam & quando prius de his verbis fecit, multi solummodo propter verba scandalum passi sunt. Ne igitur tunc id quoque accideret, primus ipse hoc fecit, vt tranquillo animo ad communicationem mysteriorum induceret. Quid porrò vetus quoque hoc facere potuit, inquit? Minime, ideo enim, *hoc facite,* dixit, vt ab illo abduceret. Præterea, si remissionem hoc peccatorum facit, sicuti certè facit, superuacaneum illud omnino est. Sed, sicut in veteri, eodem hic modo in beneficio reliquit, memoriam mysteriorum colligendo, & hinc hæreticorum ora frangendo. Nam, quando dicit, vnde pater immolatum Christum fuisse: præter alia multa, hæc etiam mysteria afferentes, ora ipsorum cõsuisit. Si enim mortuus Iesus non est, cuius symbolum, ac signum hoc sacrificium est? Vides, quantum ei studium fuerit, vt semper memoriâ teneamus pro nobis ipsum mortuum fuisse. Nam, quoniam Marcio Valentinus, Manichæus, & eorumque sequaces negaturi erant hanc dispensationem, in memoriam passionis per hoc semper ita reducunt mysterium, vt nemo non insanus seduci possit. Ita per sacratissimam istam mensam & saluat, & docet: hoc enim caput bonorum omnium est. Quare hoc Paulus voluit, ac repetit, sed tradito iam mysterio, *Non bibam, ait, de hoc genimine vitis, usque in diem illam, cum illud bibam nouum vobiscum in regno patris mei.* Nam, quoniam de passione, ac cruce locutus, & resurrectionis iam meminuit, regnum patris eam appellans. Sed quam ob rem post resurrectionem comedit, ac bibit? Ne phantasma quoddam resurrectionis à radiioribus putaretur, qui certam resurrectionis argumentum, id esse dicunt. Vnde

Apostoli quoque ad manifestandam resurrectionem dicebant: Qui comedimus cum eo, ac bibimus: Vt igitur signanter exprimeret, quia videbunt eum postea quæ clarè resurget, & quia cum eis rursus ita futurus est, vt & rebus, & vultu resurrectioni possint testimonium præbere, *quousque istud bibam vobiscum, inquit, nouum.* Testes enim vos eritis quia videbitis me; postquam resurrexero. *Nouum* autem, hoc est, nouo modo quodam, imò inaudito, atque mirabili: non enim passibile corpus habes, sed immortale, atque incorruptibile, alimentoque non indiges surrexit. Quare, cum opus non erat, post resurrectionem comedit, & bibit, cum eius corpus istis nullo modo amplius indigeat, sed vt certiori argumento resurrectionem firmaret. Sed cuius rei gratiâ non aqua, sed vinum post resurrectionem bibit? Perniciosam quandam hætesim radicatus euellere voluit, eorundem, qui aqua in mysteriis vtuntur, ita vt ostenderet, quia & quando hoc mysterium tradidit, vinum tradidit, & iam post resurrectionem sine mysteriis in simplici mensa vinum vsus est: Ex genimine autem, ait, vitis, quæ certè vinum, non aqua producit. *Et hymno dicto exiuerunt in montem oliuarum.* Audiatis omnes, qui quasi potius cum iam comederint, ouera caleibus mæsa, temulenti cõsurgunt, cum agere gratias debeant, & in hymnum à mæsa denentire. Audiatis etiam, quicumque vltimam mysterij orationem non expectatis, quæ illius symbolum est. Gratias enim egit, antequam discipulis dederit, vt etiam nos ab actione gratiarum incipiamus. Gratias egit postea quam dedit, & hymnum cecinit, vt nos quoque similiter faciamus. Quare autem ad montem proficiscitur, ad locum etiam Iudæ notissimum? Ne celare se videretur, prodire voluit, quod cum peruenisset, *omnes vos, inquit, scandalizabimini in me: & prophetiam subiecit: Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* His vitur, tum vt re ipsa persuadeat, attendendum semper scripturis esse, tum vt significaret Dei se voluntate, crucifigi, ac vndique non esse alienum à veteribus se demonstraret, nec aduersarium Deo, quem vetus sequitur testamentum. Et, quia omnes prophete à prisca temporibus dispensationem hanc futuram prædicarunt, quare meliorem spem expectandam esse hortatur? Illud etiam per hanc prophetiam docet, quales videlicet ante crucem, quales post mortem discipuli fuerunt. Nam, qui nec stare quidem, cum proderetur potuerunt, robusti postea, & adamante validiores fuerunt. Hic autem metus, & fuga discipulorum mortis eius argumentum est. Nam, si tot, tantisque factis, ac dictis impudenter nonnulli asserunt non fuisse ipsum crucifixum, quid dicere non auderent, si nihil horum accidisset? Hæc de causa non ipsa passione solum, verumetiam & mysteriis, & discipulorum dispersione verè se mortuum fuisse declarat. Marcionis morbum his omnibus euerget: ideo etiam ipsum Apostolorum veterem negare permisit. Si enim vincens, crucifixusque non est, vnde & Petrus, & ceteri tanto pauore pulsati fugerunt: non tamen dimisit eos in mæsticia. Sed quid? *Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam, &c.* Non enim statim apparuit, neque in longam quandam abiit regionem, sed in eadem regione, & eisdem pendulis apparuit, vbi crucifixus est. Vt etiam hinc credi faciat, quia ille ipse resurrexerit, qui crucifixus fuit: ita mororem eorum consolatus est. Idcirco

Instigati de Postcommunionis.
Zach. 13.

autem, in Galilea, dixit, ut à timore Iudaeorum liberari, facilius verbis suis & ardentibus, & ardentibus: hac enim de causa ibi apparuit. Tunc respondens Petrus dixit: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Quid ais, Petre? Propheeta dixit, quia oves dispergentur, & Christus dictum confirmavit, & tu negas? Non satis tibi est, quia cum pridem iam dixeris: Propitius tibi esto, increpatus fuisti. Idcirco igitur permisit ut caderet, ut in omnibus disceret Christo parere, veriorisque dicta istius crederet, quam sua sibi conscientia testaretur. Sed & ceteri non parum à negatione Petri fructus acquirunt, humana infirmitate, & Dei veritate precepta. Cum enim ipse aliquid praedixerit, nullus se sapienterem putare, nec in alios insurgere debet. Gloria enim tua, inquit, in te, non in alio est: cumque dicendum esset, opem nobis feras, ne scandalizemur, & contrarium nimium sibi arrogans, inquit: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, tamen ego non scandalizabor: quantis omnibus id patiantur, ego tamen solus non patiar. Ita hæc res sensum eum ad terrum, & insolens crimen dõuehebat, quem reprimere Christus volens, quoniam nec propheta, nec sibi obtemperavit, negationem fieri permisit: idcirco enim testantem quoque prophetam adduxit, ne quid repugnet auderet. Quare Petrus cum verbis non crederet, & rebus ipsis eruditur. Ut autem credas hac de causa permissione divina Petrum negasse Christum, audias. Ego, inquit, deprecatus sum pro te, ne deficiat fides tua: hoc enim ut vehementius eum tangeret, dicebat, significans eius causam multo peiorem esse aliorum casu discipulorum, ac ideo maiori etiam patrociniò indigere. Duplex enim crimen erat, tum quia repugnavit, ac resistit, tum quia ceteris seipsum praeposuit, imò verd etiam tertium non paruum crimen cum commisisse dixerim, quia sibi totum imposuit. His igitur mereri omnibus volens, cadere illum permisit, ac ideo, ceteris praetermissis, ad eum orationem direxit, dicens: Simon, ecce Satanaz expetivit vos, ut cribraret sicut triticum, id est, tentaret, perturbaret, vexaret: ego autem rogavi pro te, ut non deficeret fides tua. Cur nam, si omnes expetit, pro omnibus deprecatus nò est? Pater, hinc quod paulo ante dicebam, quia vehementius eum tangens, & ostendens multo peiorem eius, quam aliorum lapsum esse, ad eum convertit orationem. Cur autem non dixit, Ego non dimisi, sed ego deprecatus sum? Humilius iam loquitur ad passionem iturus, ut humanitatem suam demonstraret. Nam, qui super confessionem eius ecclesiam ita fundavit, atque munivit, ut nullum periculum, neque mors ipsa posset eum superare, qui claves regni caelorum ei concessit, & totam potestatem ei commisit, nec vniquam pro illis omnibus orationem indigerit, quanto magis hac in re indigisset? Maxima quippe auctoritate, illa dicta, edificabo super te ecclesiam meam, & dabo tibi claves regni caelorum. Quomodo igitur, oratione opus fuit, ut vnius hominis commotum animum stabiliret? Quare igitur ita dixit: Propter causam profecto, quam iam exposuimus: & propter infirmitatem discipulorum, qui nondum decerant omnino de ipso existimatiõem habebat. Quomodo igitur negavit? Non dixit quippe non negabis: sed, ut non deficiat fides tua. Quia enim ipse, atque favore factam

3011

est, ne omnino Petri fides evanesceret: ingens enim pavor eum inruerat, & ingens ideo, quoniam divina protectione valde fuit de nudatus, quod porro factum est propter arrogantiam, & contradicendi pertinacem duritiam. Ita, quoniam & Christo, & Prophetae aperitissimè repugnavit, in eum restorem deuenire permisit, ut radicibus ab eo illa passiones euellerentur: aded enim pertinax fuit, ut cum Christus ei dixerit, Amen dico tibi, quoniam hac nocte, antequam cõter gallo, ter me negabis, non dubitauerit respondere. Si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Lucas vero ad hoc addit, quia, quanto magis Christus casurum Petrum significabat, tanto magis asseruit ab, id se nunquam passurum. Quid hoc est, o Petre? quando vnus ex vobis me tradet, Christus dicebat, tunc, ne esis ille, timebas, & nullus rei conscientius cogebat vnus de discipulis interrogare ipsum: nunc vero, si liquidissime ipse clamante, quia omnes vos in scandalum incidetis, contradicere audes? neque id semel solum facis, sed bis, & saepius, ut Lucas asserit, vnde id tibi accidit? Ex multo certe amore, & multa voluntate. Nam, quoniam à sollicitudine illa, quam de prodicione frustraneam cognovit, nimium sibi ipsi confusus hæc dicebat, & in alios insurgebat dicens, estis omnes in te scandalizati fuerint, ego tamen nunquam scandalizabor. Puto autem ambitione quoque aliqua, & iactantia in ea verba Petrum lapsurum fuisse. Nam & in ipsa cœna quoniam inter eos maior esset ambigebant, adeo inanis gloriae passio animos adhuc eorum turbabat: Christus autem ab his passionibus eum liberare volens, non impellebat ad negationem, (absit hoc enim) sed fauorem suam ab eo subtraxit, & humanam redarguit naturam. Perspice autem quomodo post resurrectionem hinc eruditus submissus loquitur: cum enim dixerat, Domine, hic autem quid coarguitur nihil apponere ausus tacuit: cumque audierit, nò est vestrum nosse tempora, aut momenta, non repugnavit. Deinde in cenaculo & sindone cum vocem audierit, quæ Deus mandavit, tu nolli communià dicere: quoniam, nec quid diceretur quidem statim intellexerit, quæ quid tamen in illo omnino vnus confensionem hæc omnia casus ille perfecit. Nam antea totum sibi attribuebat, dicens, Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego tamen nunquam scandalizabor. Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo: cum dicere debuisset, si patrociniò tuo iuuaberis, & contra verò postea dicit: Quid nobis attenditis quasi propria virtute, vel potestate ipsum ambulare fecerimus? Magni profecto dogma hinc discimus, quia videlicet nullo modo hominis voluntas sufficit, nisi auxilio superiori roboretur. Et, quia nihil lucrari poterimus superiõri patrociniò, si voluntas nostra repugnat: quorum alterum Petrus, alterum Iudas confirmat: hic enim est praesidium Christi largum habuerit, tamen, quoniam noluit attendere, nullam inde utilitatem consecutus est: ille verd, et si bene animatus fuerat, diuino tamen subtrahente auxilio, stare non potuit. Quas ob res vehementer rogo, atque obsecro, ne velitis cuncta ita Deo attribueri, ut osecrandum, dormendumque vobis putetis: nec rursus, si vigilatis, laboribus rem vestris aliquam efficii arbitremini. Nam nec desidēs, atque resupinos iacere nos Deus vult, ac ideo non nihil à nobis petit: nec arrogantia

Luci

Luci

Luci

Luci

rogantia corrumpi, ac ideo totum nobis non commisit: ita, ex vtraque parte incommodo remoto, quod nobis vtile, ac necessarium idem operatur: quibus rationibus veritem quoque Apostolorum labi permisit, humiliorum ipsam faciendi, & ad maiorem profectò charitatem inducendo. Credamus itaque vbi que Deo, nec repugnemus ei, etià si sensui, & cogitationi nostræ absurdum esse videatur, quod dicit, superet & sensum, & rationem nostram sermo ipsius, quod in omnibus, & præcipud in mysteriis faciamus, non illa, quæ ante nos iacent, solummodo aspicientes, sed verba quoque solum tenentes. Nam verbus eius defraudari non possumus, sensus vero nosfer deceptum facillimus est: illa falsa esse nò possunt, hic sapius, atque sapius fallitur: quoniam ergo ille dixit: Hoc est corpus meum, nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, & oculis intelletus id percipiamus. Nihil enim sensibile traditum nobis à Christo, sed rebus quidem sensibilibus: omnia verd, quæ tradidit, insensibilia sunt. Sic & in baptismo per aquam, quæ res sensibilis est, donum illud conceditur: quod autem in ea conficitur, regeneratio scilicet, ac renouatio, intelligibile quiddam est: nam, si tu incorporatus es, nude ipsa dona incorporea tradidit tibi: quoniam vero corpori coniuncta est anima tua, in sensibilibus intelligenda tibi traduntur. O quomodo dicunt, vellein formam, & speciem eius, vellein vestimenta ipsa, vellein calcamenta videre! Ipsum igitur vides, ipsum tangis, ipsum comedis. Vestimenta quida suscipis videre, ipse vero se ipsum tibi tradidit, non ut videas solum, verum etiam ut tangas, & in te habeas. Nemo igitur nauasciam accedit. Nam, si Iudæi stantes calcæati, & baculos in manibus habentes cum festinatione comedebant, quanto magis nobis vigilandum est: Nam illi ab Ægypto in Palaestinam erant profecturi, ac ideo viatoris habitum habebant; tu de terra in caelum ascensurus es. Vigilandum igitur est, non enim paruum supplicium indignatione communicantes expectat. Cogita quanta indignatione aduersus proditorem, aduersus eos, qui crucifixerunt ipsum moueris: & caue ne tu quoque corporis, & sanguinis Christi reus efficiaris. Illi acerbissime trucidantur, tu post tot, tantaque beneficia fordida suscipis omnia. Non enim sufficit ipsi, hominem fieri, flagellis interim cædēs: sed nos secum in vnâ, ut ita dicam, massam reducit, neque id fide solum, sed re ipsa nos corpus suum efficit. Qua igitur re mundioem esse non oportet eum, qui hoc sacrificio participaturus est: quos radios solares non debet excedere manus illa, quæ hanc carnem pertractat, os, quod igne impletur spiritali, lingua, quæ truentur hoc admirabili sanguine? Veniat in mentem tibi, quam sis honoratus, qua mensa fruaris. Ea nantque re nos alimur, quam angeli videntes tremunt, nec absque pauore, propter fulgorem, qui inde resilit, aspiceri possunt, & nos in vnâ cum illo massam reducimus, Christi corpus vnum, & caro vna. Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius: quis pastor vnquam mēbris suis oves suas nutruit? Multæ matres post partum alius nutritibus infantem dederunt, quod ipse facere noluit, sed proptio corpore nos alit, & sibi coniungit, atque conglutinat. Consideremus autem ex nostra generatus est substantia. Sed

Vide quomodo aperit asserit in Eucharistia non esse separatum corpus Christi, sed vnum verum, nec aliud esse, sed illud esse.

Luci 11

Luci

Luci 13

nihil hoc, inquit, ad omnes pertinet: immò ad omnes. Nam, si ad naturam nostram descendit, patet quoniam ad omnes: quod si ad omnes, & ad vnum quæque profectò. Sed quomodo non omnes inde lucrum consecuti sunt, inquit? Id certe non illius causa, qui maxime hoc optat, accidit: sed eorum culpa, qui eum suscipere noluit. Singulis enim fidelibus per hoc mysterium se coniungit, & quos peperit, non alij nutriendus tradidit, sed ipse studioissime alit, hac etiam re tibi persuadens carnem illam tuam assumpsisse. Tanta igitur charitate, atque honore affectu non torpescamus. Non videtis quanta infantes animi a sapientate mamillas arripiunt? qua pressione papillis infigunt labia? Non minore cupiditate nos quoque ad hanc mensam, & ad huius calicis spiritaliorem accedamus papillam, immò vero maiore desiderio quasi lactentes pueri gratiam spiritus fugamus: vnus sit nobis dolor, vnâ mœritia si hoc alimento spiritali priuamur. Non sunt humanæ virtutis hæc opera, quæ tunc in illa cœna confecit: ipse nunc quoque operatur, ipse perficit, ministrorum nos ordinem tenemus, qui vero hæc sanctificat, & transmutat, ipse est. Nullus itaque Iudas, nullus auarus adit: qui discipulus non est, sed ceteri qui tales non sunt, ab hac mensa excludunt. Cum discipulis, inquit, meis facio pascha: hæc enim illa, non alia mensa est, hæc nulla re minor quam illa est. Non enim illa Christus, hanc homo quispiam facit: sed vtranque ipse. Hoc est illud cenaculum, vbi tunc Christus cum discipulis erat, hinc ad montem oliuarum exiit. Hinc & nos ad manus pauperum exeamus, ibi enim mons oliuarum est. Oliuæ quippe in domo Dei plantata, multitudo pauperum est, hinc stillat illud guttatim oleum, quo nobis tuc opus omnino erit: hoc est, quod quinq; illæ virgines habebant: hoc est, quo altera carentes inde perierunt: hoc nobiscum habentes progrediamur, & cū fulgentissimis lampadibus ad sponsum proficiscamur. Adeat nullus crudelis, nullus inimicus, nullus impurus quoniam modo: hæc tam ad vos, qui communicatis, quam ad eos, qui ministratis, dicta esse volo. Oportet enim eadem ad vos dicere, ut magno studio, & diligenti cura dona hæc distribuatis. Non parua vobis immineret pena, si quem aliqua improbitate teneri scieris, ei huius mensæ participationem permittatis: Sanguis enim eius ex manibus requiretur vestris. Si dux igitur quispiam, si consul ipse, si qui diademate ornatur, indignè adeat, cohibe, ac coerce, maiorem tu illo habes potestatem. Ita, si limpidissimus aquæ fons vt intactum gregi seruares, tibi commissus esset, cum petulos lues, ac fordidissimos venire aspiceres, non patereris influentia illos insilire, nec fontem ab his perturbari: Nunc vero, cum non aquæ, sed sanguinis, & spiritus sacratissimi fons commissus tibi sit, si peccatis inquinatissimos videbis accedere homines, non indignaberis, neque prohibebis? Et quom veniam huius contemptum consequeris? Idcirco vos Deus tanto voluit honore decorare, ut hæc diligentissime discernatis. Hæc est dignitas vestra, hæc est stabilitas, hæc cõrona, non quia tunicam induti candidissimam per ecclesiam ambulatis. Sed vnde, inquit, ego illum, atque illud, qualis sit, cognoscere possum? Non de ignorantibus, sed de notis hæc disputo. Dico horribile quoddam. Bibl. Hom. tom. 2. R r r 2 dam,

Nota vestri, Tris, vntat

Sacerdotalis maior potestas regia.

Alloquitur discipulos, qui tunc non erant, sed postea in ecclesia diffusa sunt, quæ ab eis accedebant.

dam, atque tremendum: non est ita malum dæmoniacos intus esse, sicut istos, qui peccatorum fordibus pollutuntur. Illud enim pessimum est, sicut Paulus ait, Christum conculcare, & testamenti sanguinem ducere communem, & spiritus gratiam contemnere. Multo igitur dæmoniaco peior est, qui peccati sibi conficius accedit, illi enim quoniam dæmone vexantur, non puniuntur: qui vero indigne adeunt, æternis tradentur tormentis. Omnes igitur simpliciter pellamus, quos indignè accedere videmus. Nullus communet, nisi ex discipulis sit, nullus impuro animo, sicut Iudas, panem assumat, ne similia patiat. Corpus Christi etiam hæc multitudo est, quare cauendum tibi est, qui hæc myteria ministras, ne Dominum irrites, corpus hoc non purgando, nec acutum gladium pro cibo præbeas. Sed si quidem aliquis præ vœcordia, & amentia mēsam aduerit, nullo timore territus abiice: Deum, nō hominem timeas: si hominem times, ab eo ipso, quem times, derideberis: si vero Deum, hominibus quoque venerabilis eris. Quod si ipse pelere non audes, mihi dicas, non permittam ista fieri, animam prius tradam meam, quam dominicum alicui corpus indignè, sanguinemque meum effundi potius patiar, quam sacratissimum illum sanguinem, præterquam digno, cōcedam. Quod si quis venerit cum fordibus ignoranter, nulla vestra culpa est. Nam hæc mihi de notis, ac manifestis disputata sunt, quibus emendatis, cito nobis Deus etiam ignotos notificabit: si vero notos admittemus, qua de causa ignotos nobis manifestabit? Hæc mihi dicta sunt, non ut coerceamus solum, sed ut corrigamus, & reducamus, & curam omnium habeamus: sic enim & Deum nobis propitium faciemus, & eos multiplicabimus, qui dignè communicare possint, ut tam vestri studij, ac diligentia, quam pia in alios cura magna præmia cōsequamur, gratia, & misericordia Domini nostri Iesu Christi, Amen.

Non erat in quidā Antiochenus Episcopus, sed in die episcopus abfuisse, etiam sic gerebat: Præterea olim Ecclesia in solidum a presbyteris rna in episcopo administrabatur, ut S. Cyprianus testatur.

EIVSDEM IN IDEM
Homilia 1.

Homil. 84. in Matth. Marc. 14. Luc. 22.

Tunc venit cum eis Iesus in villā, quæ dicitur Gethsemani, &c. Quoniam ipsi valde inhærebant, nec ab eo libenter separabantur, idcirco confedere ibi iubet, donec abiens oraret. Consueverat namque seorsum orare, quod faciebat, ut nos erudiret, quietem, ac tranquillitatem in orationibus diligenter appetere. Tres autem secum accepit, & dicit eis; *Tristis est anima mea usque ad mortem. Quamobrem alios non secum accepit: Ne laberentur, & caderent: illos autem solos elegit, qui gloriam eius in monte viderunt, quos tamen etiam dimisit, & paululum progressus oravit, dicens; Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: verumtamen, &c.* Non frustra, neque otiose ad Petrum maxime dirigit orationem, quanquam & alij similiter dormirent: sed tangere ipsum acrius etiam hinc voluit, ea de causa, quam iam ante explicauimus. Verum, quoniam & cæteri pariter dixerunt: cum enim Petrus dixisset; Et si oportuerit me tecum mori, non te nego: similiter, inquit, omnes discipuli dixerunt. Idcirco infirmitatem eorum redarguens, omnes alloquitur: nam, qui mori cum eo volebant, nec quando contristaba-

Mar. 14.

tur quidem, contristati negligentes potuerunt, sed victi à somno, ceciderunt. Ipse vero intentius orat, aded ut vel sudores vberius defluerent. Ea rursus de causa, ne hypocritis res ista videatur, neve possint hæretici dicere, quia sollicitudinem, & tristitiam istam simulauerit, idcirco & sudores quasi guttas sanguinis defluerunt, & angelus confortans eum, & multa signa timoris apparuerunt. Nam, ne quis ficta hæc audeat verba dicere, hac de causa. Hoc igitur, quod dixit, *transeat si possibile est, humanitatem suam ostendit: eo vero quod, non ut ego volo, sed ut tu, sublimem admirabilis philosophia virtutē tradidit: cum exemplo nos doceat, etiam natura horrore percussa, ac renitente, esse Deum sequendum. Quandoquidem autem nō satis est imperitis merentis faciem solummodo videre, verba quoque addidit: nec verba rursus amentibus sufficit, rem magis querentibus: & rem ergo merentibus adhibuit, ut vel qui valde contentiosi, & pertinaces sunt, credere possint vere hominem factum, verèque mortuum fuisse. Si enim, quum & vultus, & verba, & res merorem significauerunt, nō creditur tamen à nonnullis passio: quidnam dicerent, si ista non essent? Vides quot, quantisque dispensationis veritatem ostendit, cum iis, quæ loquitur, tum iis, quæ patitur? Venit deinde, ac dicit Petrus; *Sic non potuisti mecum vna hora vigilare?* Omnes dormiebant, & Petrum coarguit, occultius eum de iis reprehendens, quæ in superioribus fuerat locutus, ac ideo, *Mecum, non otiose adiecit: sed quasi diceret, vigilare mecum non potuisti, & mecum mori poteris? Id etiam insinuat, quod sequitur; Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.* Vides quo modo ipsos rursus ab arrogantia remouet, ac tristis mentis, & humiles esse hortatur, Deo totum attribuentes: & modo ad Petrum, modo communiter ad omnes verba dirigit. Et illi quidem dicit; Simon, Satanas petiit te cūbrare, ego vero deprecatus sum pro te: communiter autem omnibus, *orate non intrare in tentationem.* Ita vbique arrogantiam, atque pertinaciam amputat, & magis sollicitos facit: & ne acrior videatur, vniuersa mitigando dicit; *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma:* etsi enim mortem contemnere volueris, inquit, non poteris tamen, nisi Deus tibi manum porrexerit, quum carnalis abhorreat sensus. *Rursus autem abiens, oravit dicens; Pater, si non potest istud transire à me, fiat voluntas tua.* Hic ostendit voluntatem se Dei omnino continere, & vbi que voluntatem Dei querendam, & eligendam esse. *Rediit autem, & inuenit eos dormientes.* Nam præterquam quod nox erat, & intempesta, oculi etiam eorum merore grauabantur. *Ipse autem profectus tertio idem oravit.* Confirmans hominem vere factum fuisse: quod enim secundo, & tertio fit in scripturis, maxime optere veritatem ostendit: veluti & Ioseph ad Pharaonem dicebat; Secundo id tibi apparuit somnii veritatis gratia: ita enim factum est, ut ita credas omnino futurum, hac de causa etiam ipse non semel, sed bis, & ter idem orando protulit, ut dispensatio firmiter crederetur. Cur autem iterum ad discipulos rediit? Ut eos redargueret, quoniam aded sopiti mœsticia erant, ut neque præsentiam quidem eius sentiret: non tamen redarguit, sed paululum recessit, magnam eorum esse infirmitatem significans, qui nec increpaci quidem vigilare potuerunt, non excitati autem,*

antem, nec increpat amplius, ne perterritos magis terreat: sed recedens oravit, & rediens inquit; *Dormite iam, & requiescite.* Quamuis enim vigilare opus erat, significans tamen, quia ne aspiceret quidem mala valebat, sed fugerent præ timore, ac fugerentur: & quia minime eorum egeret auxilio, & tradi omnino ipsum oporteret, *Dormite, inquit, & requiescite. Ecce appropinquat hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.* Ostendit rursus dispensationis hoc factum fuisse, & simul animos ipsorum erigit, eo quod dixit, *tradetur in manus peccatorum:* significat enim proteritatis illorum hoc opus esse, non quia ipse peccato sit obnoxius. *Surgite enim, ecce appropinquat, qui me tradet.* Ita vndique iplos erudit, non necessitatis, nec infirmitatis hæc rem fuisse, sed dispensationis cuiusdam inestimabilis: præciebat enim eos venturos, non solum non fugit, verum etiam eos inessit. *Adhuc enim ipso loquente, ecce Iudas vnus ex duodecim, &c.* Hæc sunt sacerdotum instrumenta cum lateris, inquit, & lampadibus egrediuntur. Iudam autem iterum ex duodecim vnum dicere non veretur. *Qui autem tradebat eum, dedit autem eis signum dicens; Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* Proh dolor, quantam animam prauitatem suscepit: quibus oculis tunc magister aspexit? quo porro desideratus ore est? O scelera tissimam mentem! quid cogitauit? quid ausa est? quod signum proditiōis dedit? *Quemcumque osculabor,* inquit, confitebatur enim in lenitate magistris: quæ res maxime omnium confunderet illum, & omni priuare venia sufficit, quia mentem, atque mansuetum prodebat magistrum. Sed cur nam hoc signum datum est? *Qui sepius circumuentus ab ipsis, petranfuit per medium ipsum, nescientibus ipsis: quod & tunc factum fuisset, nisi ipse assensisset.* Et hæc re volens eos erudire, etiam tunc tenebris oculos eorum inuoluit. At tunc interrogauit, dicens; *Quem queritis?* & quamuis lateras, & lampades, & Iudam ipsum secum habere non nouerunt tamen, sed responderunt, Iesum. Quibus ipse; ego sum, quæ queritis. Et ad Iudam; Amice, inquit, ad quid venisti? Postquam enim vires patefecerat suas, tunc iam permisit. Lucas autem ostendit in ipsa quoque hora, qua traditus est, Iudam corripuisse, dicendo; Iuda, osculo filium hominis tradis: ac si diceret, non te pudet in habitu proditiōis venire: sed tamen, quoniam neque sic eum prohibuit, & osculari dignatus est, & vltro se dedit, tunc immiserunt in eum manus, & tenuerunt illum. Ipsa nocte, in qua comederunt pascha, tanta infania, tantoque furore agitabatur. Nihil tamen omnino potuissent, nisi ipse permisisset. Idcirco Iudas maxima nō euitabit supplicia, quinimo multo magis iure vexabitur, quia omnipotentia, humilitatis, lenitatisque domini tot, tantæque habes argumenta, omnem feram belluam crudelitate superauit. Hæc igitur considerantes, auaritiam fugiamus. Auaritia enim tunc illi furorem immisit: auaritia omnes, qui ei seruiunt, crudeles efficit, atque atrocēs. Nam, si propinam avaritas salutem negligit, quid faciet de aliena? Præterea sic terra, & tyrannica hæc passio est, ut vehementissimam etiam corporis libidinem nonnunquam superet. Erubescendum igitur est, quia pecuniarum parumonia à luxuria multi se aliquando referuarunt: timore autem Christi modestè viuere, atque honè-

Luc. 11.

Luc. 22.

Hæc nota con- in Greco, qui pertinet ad defensionem, et anno Passio celebratum fuisse à Iuda in Iudam Parua, ut de- fuisse suam fermentatam contra Labi- ni.

stè noluerunt. Fugiamus ergo ipsam, fugiamus inquam, nunquam enim cessabit id prædicari. Cur enim aurum, homo, accumulatur? Cur seruitutem hanc maiorem, duriorēque tibi constituis? Cur fordorem tibi carcerem parat? Cur maioribus te curis quotidie angis? Putas tuas omnes esse, quæ in metallis sunt, aurum, argentum, ætatis regum ætati potest. Quippe, si hæc omnia tua essent, diligenter seruaret, neque vniquam videris. Nam si modicis, quæ habes, nota vteris, sed tanquam ab alienis magis abstinere, multo diligentius, si plura possideres, id certe faceres. Nempe quanto plura possideris, tanto parcius solet fieri. Sed terneris, inquit, quia hæc mœlant. Exultatione igitur, non vni rerum possessionem diuitiarum requiris. At inquit, venetabilior apud homines sum pecuniis abundans, & pleniusque timendus: imò verò eunuchis diuitibus, pauperibus, laborantibus, ceterisque huiusmodi hominibus facile contemnendus. Vis metui, atque esse terrori abijce causas, quibus te illi esse posse possunt; qui huius rei multam dant operam. Non audis quid triu proverbio dicatur? Centum simul viros vitium pauperem, atque nudum spoliare hunc posse. Maxima enim paupertatis propugnatio defenditur, quæ nullas rex, nullus imperator vitæ coram possit auarum autem vniuersis facile possunt obesse, neque homines solum, verum etiam tinea, atque vermes eum aggrediuntur. Cur dico, tinea, & vermes, quum tempus solum, nulla re addita, sui plus natura maxime talibus officere possit? Quæ igitur diuitiarum est voluptas, tu explices, oro. Ego enim dolores, & merores ipsarum video. Sod qui sunt, inquit, isti? Cura, invidia, desidia, odium, timor, perpetua sitis, & mœsticia sempiterna. Nam, quæ admodum, si quis amatam mulierem amplexus, ut non possit, extremo dolore cruciatur: sic diuites facultate, quam habent, si auari sunt, nullis modo se satiare possunt: sed tale eis accidit, quæ quidam vir sapiens de eunuchis dicit; Cupiditas autem eunuchi virginitatis adolescentule florem nititur eripere. Sicut igitur eunuchus virginem amplexus ingemiscit, sic omnes, qui diuitis inhiant. Qui autem posset omnia persequi, aut exponere, quomodo vniuersis fastidio est auarus, seruis, vicinis, re publicam gerentibus, agricolis, atque in opibus iniuria læsis, vixoti præcipue, atque liberis, quos non ut liberos, sed quasi mancipia miserimè solet educare? Sed mille doloris, molestia, iræ, ac denique derisionis aduersus se argumenta præberet, si communiter omnibus exhibendus proponeretur. His igitur tædiis, his fastidiis, his doloribus auaritia subiacerit, modo vero multo pluribus. Nemo enim hæc oratione assequetur, quæ cum periculo in dies experitur. Tu verò voluptates modo mihi expone, quæ indorientur. Videor, inquit, diues esse, & diuitem me omnes æstimant. Quæ nam est hæc voluptas, si pateris inuidiam, solummodo ut pateris? Sed nomen, inquit, maxime habeo. Rectè id dicit, nempe huiusmodi diuitiarum nomen solummodo sunt omni re desolata. Sed lætatur hæc æstimatione diues, inquit. Eadem re lætatur, pro qua sibi valde dolendum esset. Quam ob rem dolendum? Quia se ipsum inutilem, vilem, ac timidum ad omnia reddit, in peregrinatione proficisci non aude, mortem multo magis, quam

alij formidat: pecuniarum potius, quam lucis cupidus: hic pulchritudine cœli nō delectatur, quia sibi non offert aurum, nec magnitudine, ac motu solis, quoniā non immittit in domū suam aureos radios. Sed multi sunt, iniquis, qui iucundē diuitiis fruuntur, vincentes in deliciis, ventrē colentes, vino se replentes, magnificē omnia præparantes. Peiores illis modo nominasti, qui maximē omnibus vitia distabant. Nam auarus quidem cupiditate, vitis alligatus, saltem ab aliis abstinet vitia, illi vero abiectiones multo sunt, quā ad ea, quæ diximus, turpissimo aliorum quoque vitiorum dominari soedantur, truculentissimis quasi tyrannis, ventri, voluptati corporis, ceterisque vitiiis quotidie seruientes, scorta diligenter alentes, cenas oppipare sumptuosas præparantes, parasitos, assentatores studiosē colligentes, & ad cupidines, quas natura non sustinet, incitantes, mille propter hæc ægritudinibus tam corpus, quam animam conscientibus. Non enim ad necessitatem, sed ad corruptionem corporis, & animæ perditionem rebus vitur, & idem faciūt, quem admodum si summa corpore ornato diligentia, pudeat ad sui ipsius vsum pecuniam consumere. Quas ob res ille solus vera fruitor voluptate, ac rerum suarum dominus est, qui diuitiis rectē vitur: alij autem ornates serui, atque mancipia sunt: passiones enim animæ, & corporis ægrotationes adaugent. Quæ igitur tranquillitas, aut voluptas ibi animi est, ubi continua obsessio, bellum ingens, & tempestas vniuersos maris fluctus exuperans viget? Pecunia quippe si amentem hominem inuenit, insanū omnino facit: si lasciuum, in maiorem impellit luxuriam, sed quid, iniquis, pauperi confert sapientia, & prudentia? Merito id ignoras. Nemo quippe captus luminibus, lucis iucunditatem cognoscere potest. Salomonem dicentem audias, tanto sapientem insipienti præstare, quantum inter lucem, & tenebras interest. Quæ igitur ratione docere poterimus eū, qui degit in tenebris? Pecuniæ nempe cupiditas tenebra est, qua efficitur, vt aliter, quam se habeant, res videantur: sed quemadmodum, si quis in profundissimis tenebris, aut vas aureū, aut lapides pretiosos, aut vestes aureas videat, dignitatē earum rerum discernere non potest: pariter certē auarus optimarum rerum pulchritudinem nullo modo percipit. Depelle igitur huius passionis caliginem, & tūc naturam rerum cognosces, quæ nunquam sic apertē, vt in paupertate discitur: nunquam ita probē cognoscitur ea, quæ, quum non sint, esse putantur, quemadmodum in philosophia. Sed o stultos homines illos, qui pauperibus maledicunt, dicentes inopia vniuersam perturbare vitam, & dedecore claras nonnunquam domos maculari: quod est enim hoc dedecus, dic quæso? Nō est eis constructus ebore lectulus, non argentea vasa, sed famiacuncta sunt, & lignea, ac magna istud gloria, & nobilitas domus est. Iterum enim secularium rerum contemptus vniuersum sapienterum studium, totamque operam ad curam animæ conuertit. Quare, quum ab exterioribus nimium pendere hominem videas, tunc dedecore illius erubescere debes. Nullus enim habitus, nulla honesta species in diuitum ædibus aspicitur. Nam, quando vides ligna percipetasmatibus, lectos, exornatos argento, quasi in rhusatro, & superba scenarum pompa: quid hac

deformitate deformius fieri potest? Quæ igitur domus orchestra, ac tripodiorum locis similis est, diuinitate an pauperis? Diuitis certē: hæc ergo dedecoris plena est. E regione autem quæ domus, Pauli, aut Abrahæ domui confert potest? nōne domus inopis? Hæc igitur optima, atque probatissima est: quod vt melius dicas, Zachari domum cogitatione ingrediatis, & considera, quum audisset Christum apud eum mansurum, quomodo eam ornauit. Non enim curricula ad vicinos contendit, mensas, sedes, subsellia petens eburnea, nec extaxit de loculis Laconica quædam mensarum velamina, sed ornata Christi gratissimo decorauit. Quis porro iste? Dimidium, inquit, rerum mearum do pauperibus, & quadruplicata reddo, quæ rapui. Sic & nos, oro, domos nostras exornemus, vt Christum suscipere mereamur, hæc pulcherrima sunt portarum velamina. Hæc in coelis solummodo fiunt, ibi texturur, ibique ista sunt, ibi cœlorum rex habitat. Si verò aliter ornabis, diabolus, & illius conuocatus chorum. Cæterum Christus ad Marthæum quoque publicanum diuertit: quid igitur ille fecit? Voluntate prius seipsum ornauit optima, qua sibi persuasit, neglectis omnibus, Christum esse sequendum, Sic & Cornelius orationibus, & elemosynis domum suam orauit. Vnde factum est, vt vsque in hodiernam diem fulgentissimam habitet regiam. Vilitas enim, & deformitas domus, non a vasis inordinatē proiectis, non a neglecto lectulo, non a muris fumo decoloratis, sed ab improbitate habitantium cernitur. Quod inde Christus ostendit, quia virtute habitantis vel vilissimas petere casas non dedignatur. Ad improborum autem ædes, etiam si aureis contegantur laquearibus, nunquam tamen ingreditur. Illa igitur regia rutilantissima est, in qua dominus omnium habitat. Hæc verò quamuis aureis tectis, ingentibusque columnis conster, cloacis tamen, & omni sorditie confluentibus riuus similis est, cum diaboli vasa in ea contineantur. Hæc mihi non de diuitibus iis, qui vt oportet, impendunt: sed de rapacibus, & auaritis dicta sunt, hic nullum studium, nulla cura de rebus necessariis est, sed omnis opera pro ventre, ac turpitudine consumitur, ibi ad rectē philosophandum omnia impenduntur. Quapropter nusquam videmus Christum in splendidas ædes diuertisse, sed, regis omisissis, & molles indutus purpuras post habitus, publicanorum casas, & piscatorum elegisse. Quare tu etiam, cum ipsum in domum tuam vocare volueris, elemosyna, orationibus, supplicationibus, vigiliis ipsam diligenter ornato. Hæc Christi regis ornamenta sunt, illa vero mammonæ, qui hostis Christi, atque inimicus est: quas ob res nemo vilitate domus erubescat, si his ornamentis eam decorat, nemo magnificentiam ædium sublimis incedat: imò verò magis erubescat, & altis omnino contemptis palatiis, humiles eligat casas, vt in hac vita Christum suscipiat, & in futura æternis ædibus perfruatur, gratiā, & misericordiam Domini nostri Iesu Christi, Amen.

EIVSDEM IN IDEM

Homil. 6.

Et ecce vnus eorum, qui cum Christo erant, extendens manum suam, euaginat gladium, &c. Quisnam est iste

Jan. 18. est iste, qui auriculam serui amputauit? Petrum certē fuisse, Ioannes testatur, cuius ardentissimo animo iure ista res attribuitur. Cæterum, illud querendum est, cuius rei gratia gladios ferebat? Non enim hinc solum verumetiam inde liquido patet gladios eos habuisse, quia interrogati responderunt, duos se gladios portare. Sed quam ob rem Christus istud permisit? Lucas sanē ait, quæ dixit ad eos; Num, quando vos absque peracalcamentisque misi, re quapiā caruistis? Cūque illi nulla responderent: sed modo, intulit, qui habet sacculum, tollat & peram: & qui non habet, vendat vestimentum suum, & emat gladium: tunc illi dixerūt duos se gladios habere. Ad quod Christus satis esse respondit. Cur igitur hoc permisit? Vt facilius crederent, quia traditur: propterea dixit eis, emite gladios, non vt percussant animas, sed vt prodicionem hæc re ante oculos poneret. Quare autem peram etiam addidit? Vt eos erudiret, studere, ac vigilare multum, quoniam proprio vsuri studio sint. Nam in principio quidem rudes, ac teneros virtute sua fouebat, nunc autem quasi de nido pullos educens, suis etiam pennis vt horatur. Deinde, ne putent imbecillitate se omisissis esse, ac ad suam operā compulso, ad propriam memoriam reducit, dicens; Num, quando misi vos sine sacculo, re quapiam caruistis? ita vtrique ad agnoscendas vires suas inducit, tum quia eos protexit, tum quia sensim, ac paulisper ad operam suam eos remisit. Sed vnde nam ibi gladij sunt inuenti? A cena, & mensa tunc iam exiuerunt, vbi propter agnum gladios esse oportuit: illi vero, quoniam audissent venturos aduersus eum aliquos esse, quos magistrum defensori secum gladios acceperunt. Quæ res discipulorum animos solummodo erat. Propterea Petrus, qui gladio vsus, cōminatione, & quidem vehemēti reprehenditur. Vltus enim seruum magno ardore animi est, quod non ad sui, sed ad magistri fecit defensionē: Christus vero nullum detrimētum fieri permisit: confestim enim illum curauit, & hac magnitudine miraculi & lenitatem, & potentiam suam ostendit. Tu verò discipuli quoque, & amorē pium, & humilitatem considerat: alterum enim ex diligenti seruoere, alterū ex obediētia fecerat; Nā, cū audisset, Mitte gladium in vaginam: quod antea nūquam fecit, statim obtemperauit. Alius autē Euangelista dicit, interrogasse discipulos, si gladio percussendum erat, & Christum nō solum perhibuisse, verumetiam percussum sanasse. Sed Petrus agit, & quidem mirando increpat, vt eum, & cæteros simul ab huicemodi defensione deterreat. Omnes enim qui gladium acceperunt, gladio morientur: & adiecit: An putas, quoniam non possum rogare patrem meum, &c. His rationibus feruētes animos eorum restinxit, maximē cū ostenderet iam ita prædictum esse à scripturis. Vnde superius quoque orabat, vt cū audirent voluntatem hanc esse Dei, mitiori animo ferrent. Ita duobus consolatus eos est: tum quia, qui sunt insidiati supplicio, (Omnes enim, qui acceperunt gladium, inquit, gladio morientur) tum quia sponte sua hæc sufferat. Possum enim auxilium, ait à patre habere, si volo. Cur autem non dixit, an putas, quia non possum omnes hos perdere? Quia nondum decentem, atque constantem de ipso fidem habebant, credibilibus illis hoc erat, præsertim cū paulo ante

dixerit; Tristis est anima mea vsque ad mortem: &, pater, transeat à me calix iste. Et ad hæc sudor quidem, & labor animi apparuit, & ab angelo confirmatus fuit. Quoniam igitur multa humanitati cōuenientia fecerat, si se illos perdere posse dixisset, non fuisset verisimile. Ideo, an putas, inquit, non posse me impetrare à patre meo? & id ipsum humiliter profert, dicens; Et exhibebit mihi duodecim legiones angelorum. Etenim, si vnus angelus centum octuagintaque armatorum hominum millia interfecit, quid facerent duodecim legiones angelorum? Ita ad imbecillitatem, atque timorem eorum, qui metum iam semimortui erant, orationem accommodauit, & autoritate scripturarum munivit. Quomodo igitur implebuntur scripturæ? Sic eos ab omni defensione deterret. Nam, si scripturis quoque ita videtur, quid vos repugnatis? Et hoc quidem ad discipulos: ad illos autem ait, Tanquam ad latronē existis cum gladijs, &c. Recense quot modis eos exlucit. Supinos eos, proiecit, aurem seruo restituit, interitū eis cōminatus est, vt gladio moriantur, qui gladium accipiunt, quod futurum præsentī miraculo confirmauit. Sic vndique & à præsentibus, & à futuris potentiam suam ostendit, vt nulla vi derentur esse videatur, & ideo subiecit; Quotidie vobiscum eram, & sedebam docens, & non tenuistis me. Hinc ostēdit permissione sua id voluisse, miraculis autem prætermisissis, de doctrina mentionem facit, ne iactare se videretur: docentem me non tenuistis, inquit, glitem aggressi estis: in templo eram, & nemo manum in me iniicit, modo nocte concubia cum gladijs, & fustibus irruistis: quid opus aduersus me his armis fuit? His omnibus manifestum facit, quia, nisi vltro seipsum tradidisset, nihil etiam tunc ipsi potuissent. Si enim inter eos erat, & capere volentes nunquam potuerunt, vti que neque tunc potuissent, nisi voluisset, deinde ipsam quoque ambiguitatē soluit, quare istud voluerit, dicens: Hoc factum est, vt scripturæ impleantur. Vides quomodo semper etiam in ipsa prodicionis hora ad emendationem eorum omnia faciebat, sanando, prædicando, et terendo (gladio enim peribunt) sponte se ad passionem venire ostendendo? Quotidie namque vobiscum eram docens, & non tenuistis me; concordem se patri significando, vt prophetarum scripturæ adimpleantur. Cur autem in templo ipsum non tenuerunt? Non fuissent auti propter turbas. Quam ob re etiam exiit à loco, & opportunitate temporis illis potestatem concedens, & excusationem eorum vndique succidens. Nam, qui seipsum tradidit, vt scripturas impleat, quomodo aduersus Deum patrem dicebat? Tunc discipuli omnes, dimisso ipso, fugam cepērunt. Quando vero hæc ad turbam locutus est, tunc in pedes se omnes dedere, nullam iam videntes eius defensionem, qui vltro se traderet, ac diceret secundum scripturas ista fieri. Sed discipuli quidem fugiunt, illi vero Iesum ad Caypham ducunt. Petrus autem sequobatur, & introiit videre finem. Ingens huius discipuli ardor fuit, qui nec cæteris quidem fugientibus, territus est, sed securus etiam introiuit. Nam, & si Ioannes quoque id fecerat, sed tamen notus erat potestifici. Cur autem ipsum eo duxerunt? Ibi omnes erant congregati, & omni concilio pontificum res gerebatur, Idcirco ad eum omnes conueniunt, qui illo anno summum pontificium obtinebant,

Non est admodum probabile, eos in alteram diem pascha distulisse.

vbi pernoctarunt vigilantes, aded vt pascha ea nocte comedere neglexerint. Mane autem factum non intrarunt in praetorium, vt Ioannes inquit, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha. Vnde liquidò patet, cupiditate interficiendi Christum prauaricatos fuisse, ac alia die pascha comedisse. Nò enim Christus tempus pasche transgressus est, sed illi audacissimi homines, & mille transgressores legis precepta, quoniam ita in flammam erant, & sepe conati capere ipsum, nihil face- re potuerunt, ex insperato nati, quod cupiebant; tempus pasche transposuerunt, vt ardentis caede animos eorum explerent: propterea congregantur omnes, & consilium iam pestilens erat. Et nonnulla more iudicis quaerunt, vt habitum iudicij, atque figuram in fidiis praetexerent. Non enim conueniebant testimonia: sed tumultus, atque turbationis omnia plena erant, aded vt aperte sicuti pateret esse iudicium. Venerunt autem duo falsi testes dicentes, iste dixit, soluite templum hoc, &c. In tribus dixit certe diebus, sed non soluo; sed, soluite. Nec de illo templo, sed de corpore suo dicebat. Quid igitur pontifex fecit, vt ad respondendum compelleret, vnde capi ipsum arbitrabatur? Non audia, inquit, quid isti testantur aduersus te? Iesus autem, quia nullum videbat excusationis locum, ratabat: figura enim ibi duntaxat iudicij erat, re autem ipsa latronum impetus: pontifex igitur perseuerabat dicens: Adiuuro te per Deum, vt nobis dicas, si tu es Christus filius Dei viui, &c. Quod ait, vt atrocius dictum Christi videretur, & atrocior acensio fieret, Nam, quoniam audientes perterriti fuerat: sicut in Stephano postea fecerunt, aures obstruentes: simile quid à pontifice factum est. Sed quoniam erat ipsa blasphemia? Nam congregatis ipsis alibi istud proposuit: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: quod latius ab eo exponi audientes, nihil dicere ausi, & tunc tacuerunt, & nihil postea ipsi contradixerunt. Quomodo igitur blasphemiam nunc istud appellabant? Cuius etiam rei gratia Christus hoc eis responsum dedit: Vt omnem eorum tolleretur excusationem. Idcirco ad extremam vsque diem aperte seipsum Christum esse dicebat, qui à dextris sedeat patris, quique rursus ad iudicandum orbem venturus sit: quare res magnam eius concordiam ad patrem significat. Vestimentis ergo confectis, ceteros interrogat dicens: Quid vobis videtur? Noluit se ipso sententiam proficere, sed quasi manifestissimo peccato, & blasphemia petente, ab illis eam elicere voluit. Non enim ignorabat, si res in cognitione, & examinationem veniret exquisitam, ab omni eum crimine liberari, ac ideo apud seipsum condemnari studebat, & auditores praecipue occupabat, dicens, Vos ipsi blasphemiam audistis: hæc dicit, vrgens quasi atque impellens aduersus eum sententiam proferre. Quid igitur illi? Reus est mortis. Condemnatum enim iam à se ad Pilatum ducere volebant, vt facilius ipsum quoque ad eodem nandum impellerent, cuius rei omnes conscij vna voce respondent, reus est mortis: sic ipsi accusabant, ipsi disceptabant, ipsi sententiam ferebant, omnium officia tunc ipsi occuparunt. Quomodo autem sabbara in medium non proposuerunt? Quia sapius ora eorum frenauit, ex illis, quæ tunc facta fuerant, condemnare ipsum cupiebat, & ad ea peruenit pontifex, vt, omnibus scissione vestis-

ad se attentius attractis, sententia iam ab ipsis prolata tanquam condemnatum ad Pilatum ducant: ita cillide, atque malitiose cuncta gerebat: nihil certe tale apud Pilatum dicitur: sed quomodo? Nisi malefactor hic esset, non utique tibi tradidissimus eum: ita publicis criminibus intermere ipsum studebant. Cur autem occultis non interfecerunt? Malam de Christo existimationem suscitare volebant. Quia igitur multi audiverunt eum, & admirabantur vehementer, atque stupēbāt tam de signis quam de doctrina: idcirco dederunt operam, vt publice necaretur. Christus vero non prohibuit, sed in veritatis affirmationem proteruitate illorum vsus est. Manifesta enim morte ipsius omnibus facta, contrarius est consecutus euentus, quam illi optabat. Illi enim ad dedecus ipsius publice eam necarunt, ipse autem summa hinc gloria perfulsit. Et quem admodum dicebat: Occidamus ipsum, ne Romani veniant, & civitatem nobis, atque gentem etipiat: quo interfecto, illud maxime passi eodem nunc pacto publice crucifixerunt, vt magna infamia notarent: euenit autem omnino contrarium. Postestatem autem habuisse illos per seipsum interficere, Pilatus declarauit dicens: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate ipsum. Voluerunt autem vt tanquam iniquus, tanquam tyrannus, tanquam factiosus turpissima videretur morte necatus. Qua de re latrones quoque simul cum eo crucifixerunt, & ad Pilatum dicebant: Non scribe regem hunc esse ludæorum, sed quia dixit regem se esse: quæ omnia ita pro veritate faciunt, vt nec ymbra quidem excusationis impudentissimi iudij habeant: imò custodia, & signacula sepulture, magnum splendorem veritatis addiderunt, idem etiam conuicia, & contumelias fecerunt. Huiusmodi certe res falsitas est, vt his rationibus dissoluatur, quibus retēdit indias, quod illis accidisse videmus. Nā, quæ vicissim putarent, tūc maxime ea re, qua putabāt vicissim, in summū dedecus impulsis perierunt: quibus autem victus visus est, hinc maxime refulsit, & mirabili est portus victoria. Nō queramus igitur vbi que victoria, nec semper superari vereamur. Est enim quandoque victoria detrimentū, offensio vero emolumentum adducit. Etenim in ira qui valde contumeliatu alii est, sperasse videtur, quum reuera ipse maxime à turpi hac perturbatione victus non parū sibi ipsi nocuerit. Qui autē magno animo tulit iniuriam, hic profectò & quidem cum laude superauit. Ille nanque nec suam quidem ægritudinem compressit, hic etiam alienam extinxit: & ille suo morbo superatus est, hic etiam alienum curauit, nec solum ipse inflammatus non est, verum etiam ingentem alterius flammam extinxit. Quod si apparentem hanc, & non victoriam consequi voluisset, & ipse victus iaculisset, & aduersarium magis incendisset, sic turpiter, ac miserabiliter, quæ admodum mulierculæ ab ira exagitata, ambo prostrati fuissent. Nūc verò & huius dedecoris expertus est, qui philosophatur, & praelatum tam sibi quam proximo de iracundia trophæum constituit. Non igitur vbi que victoria querenda est. Qui enim lædit, superare læsus videtur, sed perniciosa sibi victoria superat. Læsus autem, si magno animo profert iniuriam, quamquam victus videatur, coronam tamen splendidam adeptus est. Sæpenumero ergo vinci

EIVSDEM IN IDEM

Homilia 7.

go vinci quam vincere præstantius est, optimus profectò iste victoriae modus est: Nam siue quis rapiat, siue percutiat, siue inuideat, qui suffert, & non cominus aggreditur, ille pulcherrimus victor est. Cur rapinam, & inuidiam dico, quum etiam, qui ad martyriū traditur cæsus, laceratus, iugularis que hoc pacto denique superat. Et quidem in bellis decertans qui ceciderit, is victus dicitur. Sed hæc apud nos clarissima est victoria: nulli certe malè agentes, & vbi que mala sufferentes superamus: illa fulgentissima victoria est, qua inferentem patiendū superasti. Cū que oppositam exteriori victorie naturam habeat, quod maxime virtutis argumentum est, à Deo esse demonstratur. Sic scopuli fluctibus cæsi facile ipsos dissoluunt, sic sancti omnes præconio præclaro coronati, præclara trophæa statuerunt, hanc victoriam laboris expertem consecuti. Non enim ludari te, aut laborare oportet, Deus eas tibi vires concessit, vt non confertione manuum, sed patientia vincas. Non exeat igitur in prælium, & vicisti: non colluderis, & coronatus es, multo tu præstantior; & fortior aduersario es. Tu te ipsum dedecoras: noli committere, vt ille possit dicere, vix à te in prælio superatum fuisse: sed fac vt inexpugnabilem hanc virtutem admoretur, & stupeat, prædicetque abs te sine prælio victum fuisse. Sic beatus ille Ioseph, qui magno animo iniurias tulit, vbi que & victor prædicatur. Nam & fratres, & Aegyptiam illam mulierem insidiantes, æquo animo ferendo superauit. Noli mihi carceres, vbi victus fuit, nec regiam, vbi mulier illa versabatur, domum obiecare: sed victum mihi, atque victorem ostende, & qui in voluptate, qui in merore vivebat, patefacias: Illa nec iustum illum virum, nec cupiditatem propriam superauit: hic & mulierem repulit, & à difficillimo capris morbo non est. Et, si vis, verba mulieris audiamus, & à superato penitus, atque prostrato animo proferri videas. Adduxisti nobis huc, inquit, puerum Hebræum illudere nobis. Non ille, o misera, atque iniquissima, sed diabolus tibi illi, quia persuasit posse adamantinum abs te animum infringi. Non adduxit tibi maritus Hebræum insidiantem puerum, sed calidissimus demon, qui in illicitam te impulit cupidinem. Quid autem Ioseph? tacet omnino: & sic condemnatur, velut & Christus. Figura enim ille Christi fuerant. Sed erat ille, inquit, in vinculis, hæc in regia spaciabatur. Et quid est hoc? nonne illa splendide fuit coronatus, etiam quum in carcere victus iacere videretur? Hæc autem omni victo inferior, quamquam in regali thalamo versabatur, sed non hinc solum, verum etiam ab exitu rerum victoriam aspiciere licet. Vter enim, quod voluit, nactus est? Ille victus profectò, nō hæc regia mulier. Nam ille castimoniam studuit conseruare, hæc castum illius animum corrumpere. Quis igitur voluntatem adimpleuit suam? Ille, qui passus æquo animo iniuriam est, aut hæc, quæ iniquissime intulit? Ille procul dubio, ille igitur clarissima fuit potius victoria, quæ omnia nō ignorant, hanc victoriam, quæ à patientia originem trahit, totis viribus persequamur: illam diligentissime fugiamus, quæ ab inferenda iniuria nascitur. Sic enim & præsentē vitā quietē, atque tranquillē peragemus, & futurā consequemur, gratia, & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amē.

Tunc sperunt in faciem eius & colaphis eum ceciderunt, &c. Quamobrem hæc faciebant, cum occiduri eum essent? Quid enim huiusmodi illusionis opus erat? Crudeles corum mores in omnibus ostendunt, qui quasi venatores, fera inuenta, sic violentia, & furore ferebantur, solenitatem habere cupientes, & ingenti cum voluptate insipientes. Tu autem sublimē discipulorum philosophiam admirate, qui aded exquisitē ista referunt vt quanti facerent veritatem, facile appareat, cum ea, quæ turpissima videntur, ad vnguem exposuerunt, nihil celantes, nec erubescences, sed eximiam putantes gloriam: & profectò eximia est, quod dominus orbis talia pro nobis pati voluerit: quæ res & ineffabilem erga nos charitatem, proteruitatemque eorum nulla venia dignam ante oculos ponit. Quippe aduersus minimum illum, atque lenissimum, qui vel quādo cædebat, ea verba dicebat, quibus etiam leonem in agnum redigere posset, tantam crudelitatem ostendebat, sed, vt ipse nihil lenitatis prætermisit, sic ipsi nihil contumelias, nihil inapertatis: sed tam verbis quam factis explere furorem suum conabatur: quæ omnia Esaias ille prædixit, qui paucissimis verbis omnem hanc contumeliam multo ante aperuit. Quem admodum, inquit, obstupescet super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus tuus, & forma tua inter filios hominum. Quid enim illi contumelias potest exequari? In faciem illam, quam fluctus maris reueriti sunt, quam sol in cruce videndo radios oculuit, spuebant, cædebant, caput percutiebant, abunde animos suos explentes, & vulnera contumeliosissima inferentes, quibus spuendi contemptum addere non verebantur. Verba rursus derisionis plena proferēbant: Prophetiza nobis, Christe, dicentes, quis est qui te percussit? Sic illudēbant, prophetam ipsum appellātes. Alius autem Euangelista dicit, quia velamine eius facie adoperata, hæc faciebant, quasi quandam infamem, & nullius rei hominem, non liberi solum, verum etiam serui deludentes. Sæpius, oro, hæc attentē audiamus, hæc in cordibus nostris cōscribamus: hæc enim pulcherrima, & gloriosissima sunt: in his ego summopere glorior, nec minus me hi eius dolores sublimem efferūt, quam mille mortui, quos excitauit. Hæc & Paulus item, & item voluit, atque reuoluit, crucem, mortem, passiones, conuicia, iniurias, contumelias, & modo quidem ait, Exeamus ad ipsum, opprobrium eius ferentes: modo autem, Qui pro gaudio sibi proposito crucem sustinuit ignominiam contemnens. Petrus autem sedebat in atrio foris, &c. O res nouas, & mirabiles: quando capi magistrum vidit, aded efferbuit, vt, stricto gladio, seruum percussit, quando autem magis indignari, inflammari, succendique debebat, tot, tantaque opprobria videndo, atque audiendo, tunc abnegauit. Quis enim indignatione non insaniret, nefandissima illorum facta conspiciens: paupere tamen ille omnino superatus, non modo nō indignatur, sed pernegat, ac misera, viliisque puellæ verba ferre non potest, nec semel modo, nec secūdō, sed etiam tertio negat, & hoc in breuissimo tempore, nec coram

coram iudicibus, foris enim erat. *Sedebat enim, inquit, in aula foris, & cum in vestibulū exisset, eum aggrediuntur, nec lapsus suum ipse antea sensit.* **Luc. 22.** *vt Lucas dicit, quā in eum Christus respexisset.* Ita non solum negavit, sed etiam, quāvis gallus cantasset, casum suum tamen à seipso non sensit, sed magistri admonitione indignus, Cuius inspectio vox illi facta est. Marcus ait, cū semel Petrus negasset, tunc primò gallum cantasse: cū vero tertio illum, tunc gallum secundò. Ita ex quiritate solus explicavit, & piam magistri ad discipulum curam, & imbecillitatem Petri, & quod formidine motus vix seipsum cognoscebat, hæc ab ipso magistro Marcus didicit: discipulus enim Petri fuit: vnde maxime ipsum admirari debemus quia non solum magistri delictum non occulta-uit, sed exquisitius etiam quā ceteri hoc ipso, quia discipulus erat, conscribere potuit. Quomodo igitur cum Mathæus dicit, *Antequam gallus caneret, ter me negabis:* cum tertio negasset, secundò gallus cantavit, vt Marcus scripsit: & quomodo hæc vera, & consona esse possunt? Valde ista certè vera, & sibiipsis cōuenientia sunt. Nam, quoniam in vna vice ter, & quater gallus cantare alluevit significare voluit Marcus, quia nec voce quidem galli in memoriam adductus est: nec se à negatione retinuit, vtrumque igitur verum est. Nam, antequam vnam cantandi vicem gallus absoluisset, ter negavit. A Christo autem in memoriam delicti redactus, ne lachrymis proderetur, non est palam ausus, sed exiit foras, & fleuit amarè. *Falso autem dicit, ducunt Iesum à Caypha ad Pilatum.* Nam, quoniam interficere ipsum statuerunt, & propter diem festum non poterant, ad Pilatum eum ducunt. Tu verò considera, quomodo res ista compulsā est, vt in die festo ageretur. Quippe ita iam à prisca temporibus fuerat figuris significatum. *Tunc videns Iudas, qui tradidit eum, quod condemnatus esset, penitentia ductus retulit triginta argenteos.* Hoc tam Iudæ, quā pontificum culpam exauger: illius, non quia eum pœnituit, sed quia tardè pœnituit, & seipsum condemnauit, cōfessus à se factam esse traditionem. Horum autem, quia, cū possent mutare propositum, perseverarunt pertinaces, nulla pœnitendi cogitatione compuncti. Tu verò cogita, quando illum effectum magnitudinem peccati præuidere, vt pœnitentiā ductus à peccato resiliat. Tam multis enim admōitionibus Christi nihil flexus, cum verò in vltimum iam effectum res venit, tūc pœnitentiā ducitur, neque tunc vtiliter, & vt oportebat. Nam, quoniam quidem condemnauit seipsum, & argenteos proiecit, nec Iudæos veritus fuerat, omnia hæc laudabilia sunt: quòd verò seipsum suffocauit, id ab omni venia remotū, perniciosum fuit cōsiliū dæmonis, præripuit enim sum, antequam pœniteret, vt pœnitentiæ fructum amitteret, & extrema morte, cunctisque manifesta, suspensus periret. Ita vndique considera magnum veritatis splendorem conflari ex his rebus, quas aduersarij agunt, vel patiuntur. Ipsum enim mortis genus, quo proditor periret, eorum ora, qui Christum damnauerunt, profectò consuit, nec finit, vt vmbra saltem excusationis inueniant. Quid enim dicere possunt, si talem aduersus se

proditor sententiam protulisse inuenitur? Sed videamus etiam, cū argenteos principibus sacerdotum retulit, quibus vitur verbis: *Peccati tradens sanguinem iustitiam.* At illi dixerunt: *Quid ad nos tu videris, etc.* Nec enim potuit acerbos conscientie stimulos, & flagella perferre. Similiter autem & Iudæi faciunt. Nam, cū debuissent istis commoueri, pertinacissimè tamè perstiterunt, quousque ad exitum & effectum peccati peruenerunt. Nam peccatum quidem illius, quod erat proditionis, ad extremum modo venerat, illorum verò nondum. Cū autem etiam illi scelus perfece- runt, & crucifixerunt illum, tunc conturbantur modò dicentes, *Noli scribere hunc Iudæorum esse regem.* Quid enim timeris? cur turbamini, corpore iam exanimò in cruce suspensum? modò diligenter custodiunt, dicentes, *Ne forte discipuli suffugerunt, & dicant à mortuis eum resurrexisse, & erit error vltimus peior priore.* At certè si dicent, nisi res vera fuerit, facile redarguitur. Sed quomodo fuerunt, qui nec stare quidem poterunt, cū caperetur, quorum caput, & vertex puellæ verba non ferens, tertio ipsum negavit? Sed, vt diximus, cogitatione turbine ferebantur, grauius enim se commississe non ignorabant, quod inde patet, quia dicebant ad Iudam, *Tu videris.* Audite ista, audite, inquam, auaritia, versatè animo quid ille passus fuit. Nam & pecuniam amisit, & scelus admisit, & animam perdidit. Hæc atrox auaritia tyrannis facere solet, non est argento, nec hæc vltus vita, non fructur futura, vniuersa simul amisit: prauaque vel apud eos, quibus tradidit, æstimatione de se suscitata, laqueo demum gulam fregit. Sed vt dicebam, non antequam rem perficerent, nonnulli inspiciunt: video enim etiam illos nolle interea, quantum rem auderent aspicere, sed dicentes, *Tu videris:* quæ res culpam eorum maiorem reddit. Apertè tamen audacissimè iniquitatis testantes passione se ferri, & nolle à perperam cepit desistere ostendunt, ficto ignorantia velamine stultè se adoperientes. Nam, si post crucem, & mortem ipsius istud dixissent, quāuis neque tunc rectè dici poterat, non tamen adeò illos cōdemnaret: nunc autem, cū adhuc in potestate vestra sit, & possitis ab hac vos abducere cede, quomodo hæc dicere potestis? Hæc excusatio vestra multò magis accusat. Quoniam pacto? quia totum ad proditorem crimen refertis, cū possitis ipsi huius sanguinis expertes esse: vos autem pertinacissimè ad peiora progredientes, crucem proditioni addidistis. Quid enim prohibuit, cū illi dictum sit, *Tu videris?* à prauo proposito desistere: sed contrarium omnino faciunt, interitum inferentes, & vbiq; tam nequiter agentes, vt in pœnas inevitabiles se coniecerint: sic & paulò post à Pilato eis potestate commissa latronem maluerunt, quā Iesum eligere, & latronem quidem manifestis criminibus inquinatum, & tanquam innocentem complectuntur. Christum verò, qui non modo nihil criminis vnquam fecit, sed plurimis etiam, ac maximis beneficiis illos affecit, interfecerunt. Quid autem Iudas? Postquam vidit inutilem se laborem perferre, quia nollet illi argenteos accipere, proiecit in templo pecunia, abiit, & gulam laqueo fregit. *Principes autem sacerdotum profectos argenteos capientes, dixerunt: Non licet mittere in corbonam, etc.* Video rursus propitiā eos conscientia

scientia condemnari, quoniam enim non ignorabant iniquè se hominis cædem commississe, noluerunt in corbonam pecuniam deponere, sed agrum in peregrinorū sepulchra emerantique res proditionis aduersus illos. testimonium est. Nomen enim villæ inditū omni clariis tuba sceleratam eorum prædicat: cædem: nec simpliciter, sed, concilio congregato, id factum. Et in omnibus procedat, ne aliquis ab hac crimine innocens sit, sed omnes simul hæc magnitudine peccati premantur. Hæc autem multis seculis antea prædixit propheta. Trespicias, non ipsos solum, verum & prophetas turpissima opprobria exquisitè narrasse, & vndique magna vocè passionem prædicari. Sed Iudæi amentia conuolunt, hoc modo fecerunt. Si enim in corbonam pecuniam immisissent, nō ita manifesta res facta esset: nunc verò, villa emptā, etiam posterioribus rem vniuersam prodiderunt. Audiatis quicunque animæ hominis, pretium capientes, beneficium postea ex cæde confertis. Iudaica huiusmodi elemosyna est, imò vero diabolica. Sunt enim, sunt, inquam, etiam nunc qui, alienis diræptis, excusatos se à toto crimine putant, si aliquam partem pauperibus dederint, de quibus ait Propheta: *Altare meum lachrymis velastis.* Non vult certè Christus rapina nutrire, ingratiſſima hæc ei sunt alimentia. Quid ita tu dominum conuenis, vt res immundas offerre audeas? melius est committere, vt inedia tabescat, quā huiusmodi alimentis sustentari. Altare nempe crudelitatis simul, & contumeliæ: & melius est, nihil omnino dare, quā rem aliorum aliis concedere. Dic, quæso, si duos quosdam videres, alterum omnino nudam, altetam indutum, nullamne iniuriam faceres, si vestigium spoliare, vt nudum indueres? imò vero maximam. Quid si, re integra concessa, non elemosyna vltus es, sed iniuriam commisisti: cū nec tricesimam partem raptorum rerum dederis, & elemosynam rem appelles, quo supplicio non vexaberis? Si enim acculabuntur, qui claudicantes offerrebant animantes, cū tu peiora facias, quomodo veniam impetrabis? Nam, si etiam ipsi à quo abstulit, fur rem reddiderit, adhuc iniuriæ adeò reus est, vt vix additione quadruplici erimen persoluat, & hæc in veteri testamēto: qui non solum furatur, sed violenter rapit, & nec illi, à quo abstulit, reddit, sed alteri donat, & non quadruplum, sed ne dimidium quidem, atque hoc non sub veteri, sed sub noua gratiæ lege viuens, confidera quantum in caput suum ignem exaggeret? quod si nondum pœnas luat, idcirco magis lachrymandum est, quia iram sibi thesaurizat maiorem, nisi pœnitentiam egerit. Quid enim, existimat sine, ait, illos solos peccatores fuisse, super quos turris cecidit? Non dico vobis, sed vos quoque, nisi pœnitentiam egeritis, similia patiemini. Agamus igitur pœnitentiam, demus elemosynas ab omni auaritia tabe puram: & demus non parçè, sed copiosè. Veniat in mentem vobis, octo millia Leuitarum Iudæos. alere solitos fuisse, & cum his viduas, & paruos orbos, præterea mueribus aliis, & tribuitis subiectos militiæ quoque operam dedisse: nunc aut agrorū, domorū, locutiones, vehicula, equos, mulos, multaque alia huiusmodi propter vos, & vestram crudelitatem ecclesia possidet. Oportet enim huc ecclesiæ thesaurum vos retinere, ac ecclesiam non paruos ex

vestra deuotione consequi fructus. Modò autem duo quædam mala committuntur. Nam & vos, quasi nihil dare debeatis, nihil confertis, & Dei sacerdotes à sacerdotio aliena pertrahit. An non poterant etiam tempore Apostolorum domus, & agri ab ecclesia possideri? Cuius rei gratiā vendentes pecuniam offerebant? Quia id inuile melius erat profectò. Nunc verò secularium curam retinui vobis furentibus, timor nostros inuasisse patentes, ne, dem colligere, ac nihil seimare. *Studeatis, viduarum, orphanorum, & virginum multitudine fame deperat, quia re commoti, hæc sibi vniuersa parare coacti sunt.* Non libentes ad hanc deformitatem immiserunt, qui desiderabat fructus ex vestra deuotione sic acquirere, vt orationibus solam attendere possent: nunc verò cōgissis eos eorum, qui secularia gerunt negotia, curam, & gubernationem imitari, vnde vniuersa commiserunt, atque turbantur. Cū enim & nos eadem solitudine teneamus, quis propitiū faciet Deum? Proprietas os aperire non possumus, quia non melius ecclesia, quā secularia gubernantur. Non audistis, quia nec quidem has pecunias, quæ abique labore fuerant collectæ, distribuendas præcauerunt Apostoli? Modò autem in procuratores, dispensatores, cautiones redacti episcopi sunt, imò vero istos etiam curam, & sollicitudine secularium rerum superant. Cū quis oporteat ipsos animarum habere curam vestrarum, hoc prætermisso, illa sollicitudine curant, quæ publicanis, quæstoribus, atque villicis curanda sunt, de his quotidie cogitant, & peruigilant. Hoc non frustra deplorat, sed, vt harum rerum mutatio quædam in melius fiat, vt & nos, qui graue hanc seruitutem patimur, misericordiam consequamur, & vos fructus, & thesauros ecclesiæ præparatis: Si autem ita facere non vultis, ecce ante oculos vestros pauperes sunt, ex quibus quotquot poterimus, alere non negligemus: quos verò non possumus, vobis dimitemus: quos alere, oro, diligenter, ne in terribili die iudicij illa verba, quæ aduersus immisericos dicentur, audiat; *Famelentem me vidistis, & non aluitis, hæc certè inhumanitas nos quoque vobiscū desolabiles facit:* orationibus enim, atque prædicatione, cæteroque cultu ecclesiæ prætermisso, alij vini, alij frumētorum venditoribus, alij cautionibus per totam vitam colluctantur: vnde iurgia, contentiones, conuicia, opprobria quotidie oriuntur, & vnicuique sacerdotum secularibus idonea negotiis imposta nomina sunt: oportet igitur in talia hæc mutari, & inde presbyteros nominari, vnde apostoli leges sanciebant: à nutritione videlicet inopum, ab eorum qui lædebantur protectione, & diligenti erga peregrinos cura, à patrocinio eorum qui opprimuntur, in orbos parentibus cura, à protegendis viduis, à defendendis virginibus. Hæc officia loco villarum, & domorum curæ presbyteris distribuere decet: hæc ornamenta ecclesiæ sunt, isti conuenientes thesauri, qui & nobis faciliorem vitam, & vobis fructuosorem præbere possunt, imò vero nobis quoque non paruum afferent vtilitatem. Gratia enim Dei centum millia hominum huc conuenire opinor, quorum singuli si vnum panem quotidie paupertati offerrent, omnes certè pauperes abundarent: si vnum vnusquisque obolum solummodo, nemo penitus indigeret: & nō adeò

1. Cor. 16.
Fiat autem officium nomina nō extant in nouo testamēto, sed apud Clem. & in doctrina Apostolorū. Admittit ergo traditio contra Romanos.

villis, & agris attenti essemus, nec tot iurgia, & conuitia quoti die pateremur. Illud enim euangelium, Vade ac vende vniuersa, quae habes, & da pauperibus, & veni, ac sequere me, opportunae nunciad ecclesiae praesides, propter laras ecclesiarum possessiones, & inperito, dici potest. Non enim sequi Christum aliter possumus, nisi omnis secularis curae finis expertes. Nunc vero (pro dolor) vindemiae, ac messi, Dei sacerdotes, & venerationi, ac simplici fructuum assistunt: & illi quidem, qui figurae, atque vmbrae cultum habebant, quamuis corporaliter eis administratio esset commissa, omnium tamen harum rerum erant immunes: nos vero, qui ad penetralia coelorum vocamur, quique ad vera sancta sanctorum ingredimur, mercatorum rursus, & cauponum curas suscipimus, unde & magna scripturarum oritur negligentia, ingens in orando segnitia, & ceterorum omnium contemptus. Non enim possibile homini est sufficienter studio, atque opera in vtraque distendi. Quare rogo, atque obsecro multos, vndique fontes scaturire, atque, atque torcular vestrae deuotionem nobis fieri. Sic enim & pauperes facilius, eo alerunt, & Deus glorificabitur, & vos ad maiora misericordiae opera progressi, aeterna vobis bona imperabitis: quibus vnam omnes perscrutemur, gratia, & misericordia Domini nostri Iesu Christi. Amen.

EIVSDEM IN IDEM

Homil. 8.

Homil. 87. in Matth. Iesus autem stetit ante praesidem, & interrogauit eum praeses dicens, Tu es rex Iudaeorum, &c. Respicias illud primum inuestigari, quod Iudaei crebro malitiose volebant? Nam, quoniam videbant nullam a Pilato de legalibus curam fieri, ad publica crimina accusationem reduxerunt. Sic aduersus etiam Apostolos faciebant, eadem ipsa semper clamantes, quia circumuagantur, Iesum quendam regem esse praedicantes. Ita cum quasi de homine nudo haec dicerent, ad suspicionem tyrannidis impellere auditores conabantur: unde patet scissionem quoque illam tunicam, & indignationem pontificis simulatam fuisse. Cuncta enim vertebant, atque turbabant, vt in mortem ipsum iniicerent. Quod igitur illi maxime opponebat, id nimirum Pilatus scrutatur. Quid igitur, Christus: Tu dixisti. Et fatetur se regem esse, sed caelestem, quod alibi clarius ad eundem Pilatum respondens dicebat, Quia regnum meum non est de hoc mundo. Verum, ne aut illis excusatio harum rerum relinquatur, apertissimam offert rationem, dicens, Si de hoc mundo esset regnum meum, decertassent vti que ministri mei, ne traderet. Hinc patet hac de causa & ipsum tributa detulisse, & aliis deferre iussisse, vt nullum haec suspicio locum haberet: quando etiam regem constituere ipsum voluerunt, confestim fugit. Sed cur, inquit, affectandae tyrannidis accusatus, ista non protulisti? Quia, cum a rebus ipsis mille haberent argumenta virtutis extimae sponte vigilantes haec occultabant, & iudicium sanctiose corrumpebant: propterea taceo paucissimam quaedam, & rarius respondens, ne perpetuo silentio superbus videretur. Pontifici enim, quando adiuuauit, & interroganti nonnunquam praesidi-

diad obiecta vero crimina, quoniam minime se persuasurum sciebat, nihil omnino respondit: quod & propheta quidem significans, ante multa secula dicebat, in humilitate iudicium eius sublatum est. Mirabatur autem his de rebus Pilatus valde. Erat quippe admiratione dignissimum, tanta cum humilitate, ac taciturnitate videre adstantem illum, qui mille, & permansitissimamque haberet argumenta, cum sane nec ipsi accusatores vllius ei criminis conscij fuerint, sed inuidia sola moderetur. Unde, falsis ductis rebus, quoniam nihil inuenire poterunt, auctoritate sua urgebant, nec compuncti fuerunt, cum Iudam expirasse, aut iudicem lauasse manus viderent: multa enim etiam Pilato traditus fecit, quibus respicere poterant, sed in nullo voluerunt molliores fieri: quid igitur Pilatus? Non audis, quanta aduersus te isti restant? Volebat enim ipsum satisfaciendum liberari, propterea his verbis utebatur: verum, quoniam nihil Iesus respondit, aliud quiddam excogitauit. Quid nam illud est? Mos erat ex condensatione vnum eis dimittere, qua ratione liberare Christum tentauit, vt, si nolent tanquam innocetem absolueret, saltem vt condemnatum aliquem a principe peterent, quem solennitatis gratia princeps populo condonauit. Nunc autem e contrario princeps a populo petit, neque sic illi mitiganatur, sed inuidentes magis, quasi atroces fere perturbatio ne liuoris insanunt. Nihil enim habebant profusus, quod etiam aduersus silentem obicerent, sed cumulo iustitiae illius etiam silentis redarguebatur, ita vt tacendo dicacitatem, atque furorē illorum superabat. Sedente autem ipso pro tribunali, misit ad eum mulier eius, dicens: Nihil tibi est in isto huic, &c. Aduerte rursus quam mirabile hoc est, quam sufficiens omnes illos renouare: ad rerum enim periculum, & innocentiae argumentorum claritatem non parua res somnium accessit. Cur autem ipse Pilatus somnium non vidit? Aut quia mulier dignior erat, aut quia, si praeses somnium hoc se vidisse dixisset, non ita ei creditum fuisset, aut quia non dixisset, sed secum ipse tenuisset. Idcirco igitur ex dispensatione mulier vidit, vt omnibus notum fieret: nec solum somniat, verum etiam multa paritur, vt maritus uxori condolendo tardior ad caedem redderetur. Temporis quoque opportunitas non parum conferebat: eadem enim ipsa nocte illo somnio fuit exagitata. Verum non erat Pilato tutum, dices, ipsum liberare, quoniam affectatae tyrannidis erat accusatus, oportebat igitur argumenta quaerere, quibus ista probantur, vt puta si exercitum conscriberet, si pecuniam ingentem conlatabat, si arma, vel aliud huiusmodi praeparabat. Ille vero temere ab eis seducitur, quapropter culpae non est expertus. Maius nanque, ait, qui me tibi tradidit, habet peccatum. Mollicie igitur factum est eius, & vt caederet, vt flagellis caesum concederet; itaque mollis hic, eneruatusque fuit; pontifices autem proterui, atque malitiosi. Nam, postquam ille cogitando legem adinuenit quandam, quae solennitati ex condensatione aliquem condonare iubebat, turbis persuaserunt, vt Barrabam vna omnes peterent voce. Vides quam diligenter ille providebat, vt eos ab hoc scelere liberaret, & quanto ipsi studio, quamque multa opera, vt ne vmbra quidem sibi excusationis relinquere. Vter enim dimittendus erat, certis iam criminibus condemnatus, an cuius adhuc

actum cautela pendebat: Nam, si quis, lata sententia, etiam dimitti poterat, multo magis ille, cuius res in ambiguo vertebatur, imò certe homicida, atque manifestis latronibus peior eis Iesus videbatur: propterea nõ dixit latronem, sed in signum latrone eos habuisse, famosum videlicet in proteruitate, & multis homicidiis inquinatum. Propter tamen illum orbis Saluatori: nec rationem temporis aliquam habuerunt, quod sanctum erat, atque solenne, nec humanitatis leges, aut aliud humilissimi veriti sunt: sed inuidia penitus supergrati, ad proteruitatem suam plebem etiam corrumperunt: ita deceptionis quoque plebes extrema luent supplicia. Barraba igitur ab vniuersis postularo. Quid igitur faciam, inquit Pilatus, de eo, qui dicitur Christus? Conuertit illos rursus aliquo voluit pudore: poterat enim eis eligendi reliquit, vt saltem veriti Iesum petant, vt clementiae suae totum attribuerent. Contentiosos enim magis videri fieri, cum eis nihil ipsum peccasse dicebat, ac ideo putabat, si humanitati eorum salutem ipsius attribueret, facilius posse persuadere: illi vero non dubitauerunt clamare, crucifige. Ad quod ipse, Quid enim mali fecit? Tunc etiam magis clamabant, crucifige. Videns igitur Pilatus nihil se omnino proficere, &c. Cur igitur tradis: cur non eripuisti, sicut postea militum tribunus Paulum qui & sciebat gratum fore Iudaeis, si Paulus traderetur, & seditio, ac tumultus ea de re factus erat, restitit tamen generose, atque repugnauit, sed non ita Pilatus. Verum ignauissimè, atque molliissimè vna omnes corrupti habebatur. Nec enim Pilatus multitudini repugnauit, nec multitudo sacerdotibus, ita vndique peribat ipsorum excusatio magna voce magis, atque magis clamantium crucifigatur: Nec interimere solum volebat: sed turpissimam crucifigendi eius causam aestimari studebant. Ideo, iudice repugnante, pernaciter ipsi clamabant. Vides quod a Christo ad reuocationem illorum facta sunt? Sicut enim Iudaei saepenumero tetrabebat, pari modo hoc quoque reprimebat, tum per totum Euangelij tempus, tum in ipsa potestate iudicij. Oportebat profecto, quando lauisse manus iudicem viderent, dicentem, Innocens ego sum a sanguine huius, quando Iudam laqueo se suspendisse, quando rogantem Pilatum; vt alium pro ipso acciperent, tam verbis, quam rebus commoueri, atque compungi. Nam, si proditor se ipsum condemnauit, si sententiam lacurus iudex proferendae sententiae crimina reiecit, si mirabilis eadem nocte nobili mulieri apparuit visio, si quasi condemnatus a Pilato petitur, quam poterunt excusationem inuenire? Nam, si nolent, vt innocentem absolueret, non tamen hominem latrocinio proditorum ipsi anteponere debebant. Verum, cum viderent iudicem manus lauate, dicentemque audirent; Innocens sum, magis clamabant, dicentes, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Quando igitur aduersus se ipsos sententiam protulerunt, tunc omnia concecit Pilatus. Tu autem animaduerte hoc etiam in loco vecordiam ipsorum: talis quippe appetitio temeraria, & proterua cupiditas est, vt nihil boni videre hominem sinat: vobis ipsis maledicitis, quam obrem etiam ad filios maledictionem protrahitis? Clementissimus tamen Iesus, quamuis ipsi maxime aduersus se, & aduersus filios insanirent, non tamen ex sententia ipsorum

iplos condemnauit, sed tam ex ipsis, quam ex filiis eos suscepit, qui penitentiam egerunt, milleque bonis honorauit. Na & Paulus ex ipsis erat, & multa illorum millia, qui in se in Hierusalem crederunt. Considera enim (Iacobus ait) frater, quam multa millia Iudaeorum credentium sunt, qui omnes ex illis fuerunt, si autem aliqui renixi sunt, sibi ipsi imputent. Tunc dimisti eis Barrabam, Iesum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Cur flagellis caedit? Aut quasi condemnatum, aut quasi formam iudicio quandam afferens: vel vt Iudaeis gratam rem faceret. Et certe resistere, atque repugnare debuisset, praesertim cum ipse dixerit; Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate ipsum. Multa nempe fuerunt, quae tam Pilatum, quam Iudaeos ab illo nefando iudicio prohibebant: inaudita signa, & miracula magna, incredibilis eius, qui patiebatur, clementia, taciturnitas inestimabilis. Nam, postquam & orando, & respondendo hominem se esse demonstrauit, sublimen rursus, ac vltra hominem tam silendo, quam despiciendo, quae dicebantur, ostendit, quibus omnibus ad admirandum ipsum adduci poterat, sed nihil horum illis profuit. Cum enim semel quasi violentia, vel insano furore oppressa sit, difficillimum est respicere, nisi generosissima sit anima, quae opprimitur. Periculosum certe, periculosum inquam est, perniciosissimis his passionibus locum concedere: quare oportet omni patet reicere ingressum ipsarum, atque repellere. Nam, si comprehenderit animam, atque superauerint, tunc (sicut ignis ingentem, ac siccam materiam) maximam solent flammam accendere. Quare rogo, atque oro, omnia faciamus; vt quasi maceria separemus a nobis harum ingressum. Nullus igitur frivola se illa ratione consoletur, qua vniuersa proteruitas in animam conducitur. Illa, inquam, ratione nullus vtratur dicens, quid hoc est, aut illud: mille certe hinc mala oriuntur. Vterator enim malorum diabolus, cum sit, magna malitia, multa opera, ingenti studio, condescensioneq; nonnulla ad perditionem hominum vtiur. A minimis enim plerumque incipit, quod intueri hoc modo licet. Studebat in Pythonissae nugas Saul regem detrudere, sed id initio si suafisset non adhibuisset ille mentem, quomodo enim id fecisset, qui Pythonissas expellebat propterea sensum, & paulatim ipsum inducit. Nam, quoniam Samueli non obtemperauit, & holocausta, illo absente, offerri praeparauit, accusatus ait, necessitas hostium facta est maior. Cumque flere oportuisset, quasi nihil mali fecisset, latrabatur. Iussit deinde nonnulla de Amalecitis Deus, ea quoque transgressus fuit: hinc aduersus Dauid illum insanuit, ac sic paulatim, atque paulatim labens non stetit, quousque ad ipsum perditionis barathrum se ipsum immisit. Similiter etiam de Cain factum esse videmus. Non enim confestim caedem fratris illi suggessit, ne magnitudine rei commotus, tam sceleratum facinus abominaretur, sed prius persuasit deteriora offerre, nullum esse id dicens peccatum, deinde inuidiae veneno succendit; nihil etiam mali hinc secuturum persuadendo. Ita sensum in eum illapsus ad caedem fratris, & ad negationem sceleris impulit, nec prius cessauit, quam malorum omnium verticem imposuit. Repellenda igitur malorum initia sunt. Nam, etiam si ad maiora prima non

progrederentur peccata, non esset tamen negligendum, nunc vero per istam incuriam gradatim semper ascendunt: quapropter omni studio, atque opera funditus principia peccatorum sunt evertenda. Non enim vim delicti solum confideres, nec, quia paruum sit, cogites: sed illud precipue tene, quia, si radicem non euuleris, magna inde arbor succrescet. Mirabile quidem, atque inauditum dicere audeo. Solet mihi nonnunquam, non tanto studio magna videri peccata esse euitanda, quanto parua, & vilia: illa enim natura ipsa sponte aueritur, hæc autem hac ipsa re, quia parua sunt, desides reddunt, & dum contemnantur, non potest ad expulsiorem eorum animus generose indurgere. Vnde citò ex paruis maxima sunt negligentia nostra: hoc ipsum corporibus quoque accidere videbis. Sic in Iuda maximum prodicionis malum concreuit: nisi enim putasset paruum esse, pecuniam inopam surripere, in tantam proteruitatem nõ deuenisset. Iudei quoque, nisi putasset inanis gloriæ delictum minimum esse: vsque ad eadem Christi lapsi non fuissent. Hac via omnia scelera fieri videbis. Nemo enim repente ad extremam improbitatem insiliit. Habet quippe insitum quandam animam pudorem, atque innatum, quem subito calcare, atque proicere non potest, sed sensim, atque paulatim ex negligentia perit: hoc pacto etiam idolorum cultus aditum inuenit, cum vltra quàm oportet, vniu, ac defuncti nonnulli honorarentur; hoc pacto simulachra, & statuae adoratae sunt, hoc pacto denique, fornicatio, & cetera vitia dominantur. Consideremus autem, si nimium quidam, ac importunè risit, reprehensus à quopiam esse: respondet, aliis, nihil esse id mali. Quid enim est risus, aut quid vnquam ex risu mali sequetur? Orta tamen ex immoderato risu paulisper scurrilitas, à scurrilitate, rursus quous, à turpiloquio operatio turpis profectò. Quum alius proximo ex incuria malediceret, reprehensusque esset, cõtempfit, dicens nihil esse mali huiusmodi verbis uti: sed hinc dissidia, & odia nascuntur, inde inimicitia capiales, hinc contumelia, à contumeliis porrò pulsatio, ac inde eades plerunque secuta est. Sic à minimis ad maxima gradatim diabolus ducit, & inde ad desperationem detrudit, & hanc viam priore non minorem adinuenit. Nõ enim adeo peccatum, vt desperatio perdit. Nam, qui deliquit, si seipsum per penitentiam excitabit, citò delicti remissionem impetrabit: qui autè penitentiam spernit, idcirco veniam impetrare non potest, quoniam medicinam penitentia nõ imponit. Tertius adhuc addit insidias, quibus religiosos deuotionis habitu ad peccandum impellit. Et quando, inquit, tale aliquid potuit efficere? Attende igitur, & discere, vr à laqueis eius possis tibi cauere. Per Paulum tibi Christus præcepit, vxorem à viro non separari, nec alterum altero priuari, nisi ex consensu: sed nonnullæ, quasi castitatis ardore accensæ, à viris abierunt, & putantes magnum quid facere, ad adulteria viros suos compulerunt. Cogita igitur, quatum mali commiserint, quæ, cum magnos pro castitate labores subierunt, quasi adulteræ accusentur, extremæque supplicia daturæ sint, quia in profundum perditionis coniuges precipitarunt. Alij rursus à carnibus abstinentes, ex laudabili hæc abstinentia ad abominationem carniū lapsi sunt, quæ res atrocem eis penam

Laudabili abstinentia, a carnibus.

preparauit: hoc autem sit, quado aliqui iudicium sui scripturas anteponunt. Sic & aliqui apud Corinthios putarunt, perfectionis esse, de omnibus indifferenter gustare, de iis etiam, quæ prohibita sunt: quod non modo perfectionis non erat, verum etiã iniquitatis extremæ, propter hoc & vehementer à Paulo corripitur. Et nisi corrigatur, vltimo supplicio debebat obnoxius esse. Alij rursus religionem esse putant non parua, capillos capitis nutrire, quod ex prohibitis est, & non paruum dedecus affert. Alij magnum dolorem, & immoderatam tristitiam, quasi vult post peccata laudant, atque admirantur. Quod diabolico artificio fieri Iudas patefecit, qui ex dolore nimio se suspendit: propterea Paulus pro eo, qui fornicatus fuit, formidauit, ne quid tale pateretur: & admonuit Corinthios citius cum liberare, ne nimio submergeretur dolore: deinde ostendens à diabolo nimiam hanc esse tristitiam, adicit: Vt non circumueniamur à satana. Non enim ignoramus, inquit, excogitationes illius, quia dolos semper, & fraudes nouas adinuenire solet. Si enim aperte pugnaret, facilis esset victoria, imò verò nunc, si iugiter vigilamus, non est difficilis. Ad omnes has vias armauit nos Deus, non esse contemnendam parua consensum. Audi ergo, quæ Christus admonet, dicens: Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis: & qui ad concupiscendam mulierem aspexerit, adulter est. Ridentes etiam quasi miseros deslet, & vbi que iniuria, & semina peccatorum radicibus tollit: & de ocio lo nos verbo relaturus rationem afferit, & Iob cogitationes filiorum putgabat. Aduersus autem desperantes, ait, An non surgit, qui cecidit, an qui avertit, non conuertitur? Et rursus: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Et, hodie si vocè eius audieritis, & c. Et quod lætitia sit in coelis, quum peccator penitentiam agat. Multa que huiusmodi & documenta, & exempla in scriptura inueniuntur. Ne autem religionis nomine perdamur, illud Pauli dicendum iterum, atque tenendum est. Ne nimio dolore, inquit, absorbeat: Hæc igitur non ignorantes omnibus diaboli viis, quibus desides perueritæ scripturarum prudentiam opponamus. Noli ergo dicere, quid est, si formosam curiosè aspexero mulierem? Nam, qui corde mæchatus est, is rem ipsam peragere non dubitabit. Noli dicere, quid est, si pauperem huc præteribo: Hoc enim pacto, etiam alium transcurres, deinde alium, atque alium, ac tandem omnes contemnes. Noli dicere, quid est, si rem proximi desiderabo: Hoc enim Achab regem perdidit. Nam quanuis precium dederit, verum tamen à nolente accepit, pœnas perluit. Qui nullo precio dato, aliena rapit, præsertim quum gratia documentis sit roboratus, quam punitionem non meretur: Quam vt fugiamus, ab omni vi, & rapina diligenter abstinemus, nec à peccando solummodo, sed ab iniitiis etiam peccatorum mundos nos conseruantes, magno studio virtutem amplectamur, si ad calorum regna proficisci volumus, quo vtiã omnes perueniamus, gratiam, & misericordiam domini nostri Iesu Christi, Amen.

E I V S

E I V S D E M I N I D E M
Homil. 9.

Tunc milites præsidis accipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, &c. Quasi omnes ex composito conuenissent, ita signo dato, ad choræ omnes diabolus concitabat. Nam, & si possumus inuidia tabo existimare ad insaniam Iudæos concitatos fuisse; tamen quæ de causa moti milites fuerint, non patet. Diabolus igitur erat, qui vniuersos rancillos occupauit: voluptatem etenim ex contumeliis propter immanitatem suam capiebat. Quum enim oportuisset comprimipotius, atque lachrymare, non solum hoc non faciebant, verum etiã e contra, sicut & plebs ipsa, & vituperabant, & insultabant Iudæos forsitan grauitates, aut suis ventres moribus. Multis autem, variisque modis contumeliabantur. Caput enim illud sanctissimum modo pugnis, modo calamo cædebant, modo corona ex verberibus contra decorebant. Quam igitur nos excitationem vnquam habebimus, si vituperati ad iram concitatur, qui tot, tantæque sustinuisse Christum non ignoramus: Extremas certe ille contumelias sustulit. Quippe quum nõ membrum vnum, sed vniuersum corpus atrocēs has iniurias pateretur: caput corona, calamo, pugnibus, facies sputis, maxilla alapis, corpus reliquæ flagellis, nuditate, amictu chlamydis; adoratione simulata; manus calamo, quem pro sceptro tenere dederunt, os quoque ipsum, & lingua acceti portione, ac fellis. Quid istis vnquam grauius? quid cõtumeliosius excogitari potest? omnem ista excedunt orationem, quæ illi quasi timentes, ne quid relinquerent, crudeliter excogitauerunt, & audacter fecerunt, qui suis manibus prophetas occiderunt. Christo verò quamuis sententia iudicis, ipsi tamen faciunt vniuersa, ipsi & apud se damnarunt, & apud Pilatum dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Ipsi contumeliantur & insultant, ipsi vincunt, & modo vincunt ad Pilatum ducunt: ipsi militibus causam præbent, ita crudeliter in eum insultare: ipsi verbis, ipsi sputis, ipsi verberibus cædunt. Nihil horum certe à Pilato factum est, sed omnia illi effecerunt accusatores, iudices, victores, iniuriam capitalium rerum: hæc à nobis tunc legantur, quam venire omnibus atque audire liceat. Nam, ne gentiles dicant præclara nos, atque insignia Christi facta prædicare, opprobria verò, & passionem celare: & sanctissimi spiritus gratia ita dispensatum est, vt in solennitate maxima, quum omnes vna viri, atque mulieres adesse possint, iuxta diem paschæ omnia hæc perlegantur. Vniuersis ergo presentibus, qui volunt, magna hæc vocè prædicantur, quibus cognitis, Christus tamen Deus esse omnino creditur. Et, quum propter alia beneficia, quæ nobis contulit, tum propter hæc ex animo adoratur, quia tantum pro nobis condescendere dignatus est, vt hæc passus omni virtutis genere insisteret. Hæc ergo semper lectentur, iustificam enim afferunt vilitatem. Nam percipies verbis, & rebus & habitu contemni, atque per illusionem adorari, cædi denique, ac omnia pati extrema, etiam si lapsus esses, ad molliandinem certè fluxas, omnem animi tuorum deponeres: sed reliqua quoque audias. Postquam enim delu-

dentes saturati sunt, denudato ipso, vestes eius ceperunt, & sedentes obseruabant quando excipiraret: & vestes eius inter se partiumur: quod in vilibus cõdemnatis fieri solet, ac omnino destitutis. Partiontur ea vestimenta, per quæ miracula facta sunt, sed tunc nihil efficiebant, Christo ineffabilem illorum virtutem cohibente: aded autem magnus hic fuit contemptus, quia in abiectum quasi, atque omnium vilissimum agebatur, vt in latrones gestum nõ fuerit. Medium verò ipsum crucifigunt, vt existimationis latronum particeps fieret. Et dederunt ei acetum. hoc etiam ex contumelia. Ipse autem volebat bibere. Alius verò Euangelista dicit, quia quum gustasset, dixit: Consummatum est, Adimpleta iam est vindique prophetia: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Nec tamen etiã ille eum bibisse offendit (nihil enim interest inter gustare simpliciter, & non bibere) sed de vno, ac eodem dicuntur: nec tamen terminatur adhuc illorum insania, sed, quum denudassent, crucifixissent, acetum atulissent, non poterat adhuc animu explete, sed in patibulo pendetem videntes, & ipsi, & transiites omnes amaris impetunt verbis; quæ & rebus ipsis mihi grauiora videntur. Idcirco enim ita faciebant, vt tanquam seductor, qui omnia, quæ dicebat, ad corrupēdos homines frustra essent, & in conspectu omnium vituperatus decederet: ideo enim militum manibus, & publico reus iudicio confecto certior videretur, Et, quanquam sequens turba etiam lapides steruo flexissent, nullo tamen modo atrocissimas illas belluas cõmouit: propterea turbam quidem allocutione dignam putauit, illos vero minime. Non enim solum, quæ optabant, fecerunt: verum etiã resurrectione illius formidantes, existimationi ipsius officere studebant: propterea publice ista iactant, latrones cum eo crucifigunt: & vt seductor, ac mendax videretur, Descende, clamabant, de cruce, qui templum destruis, & in tribus ipsius diebus reedificas. Nam, quoniam scriptam à Pilato causam tollere non potuerunt: quia scriptum erat, Rex Iudæorum: repugnauit enim ille dicens: Quod scripsi, scripsi: ideo vituperandò nitebantur ostendere, quia rex non esset: idcirco multantes dicebant: Si rex Israel es, descende nunc de cruce. & rursus; Alios saluos fecit, seipsum saluare nescit. Ideo etiam signis prioribus hinc trahere conabantur. Et rursus; Si filius Dei es, & si vultis eum Deus saluet nunc eum. O insani, scelestique homines: an prophetæ non erant prophetæ; & isti, quos occidistis, non erant, quoniam eos Deus à petri culis non eripuit: imò, verò erant: ista vobis insania vexabantur. Quid igitur huic amantia vestra æquale excogitari potest? Nã, si existimatis quod illorum apud vos propter pericula nomen, non perit, sed erant prophetæ; quamuis torquerentur: multo magis non debeatis in hoc scandalizari: qui & ipso semper, & verbis saluam vitam repulit opinionem: nihil tamen nec in ipso tempore passionis, aut dicendo, aut faciendo mouerunt: existimationem. Christi effugerunt: tunc enim Nam & latro, qui vitam in spem scelere condidit, post, tunc maxime, quando ipse dicebantur, quum cõfessus, regi eius fecit iudicium: & ipse ipso amara fiebat. Sed, quæ tunc eum, quæ fiebat apud ignaros dispensationis: tunc tamen illius inbecillitatem: testati videbantur, & tunc ista amara

Mar. 5. & 6.

Ioan. 19. Psal. 68.

Non olim nisi magis dicitur ad excitationem dicitur, ut sitis facta sitis, ut sitis facta sitis, ut sitis facta sitis.

etiam per hæc contraria floruit. Hæc audientes, aduersus omnem furorem, & iram diligenter nos armemus. Si succendi cor tuum senseris, peccus continud signaculo crucis signato: repete memoria, quæ tunc facta fuerunt, & ira illico tanquam pulsus dissipabitur. Verborum simul, & factorum recordare, non obliuiscaris dominum illum, te seruum esse: ille propter alios, tu propter teipsum suffers: ille pro iis, de quibus bene meritis fuit, pro iis, qui crucifixi erant, tu autem pro teipso ille à contumeliantibus, tu uero ab iis forte, quibus sæpe iniuriam intulisti. Ille, uniuersa spectante ciuitate, imò uerò & ludæis, & aduenis miserit corditer nimium locutus est; tu paucis presentibus, ferre non poteris: Quo ad maiorem contemptrum occideretur, uideatur à discipulis quoque suis derelictus. Ita, qui antea colebat, fugam ceperunt inimici autem, & hostes patibulo pendenti circumfusi contemnebant insultantes, & deridebant omnes una, Iudei, ac milites inferius: latrones utrinque superius: ambo enim etiam ipsi contumeliantur. Quomodo igitur Lucas de uino dicitur: utique profectò factum est, uterque antea; postea uero alter solummodo deridebat. Nam, ne quis composito rem factam fuisse crederet, nec latronem illum fuisse, qui latro fuit, ab ipsa contumelia etiam in cruce latro, atque inimicus antea fuisse repente conuersus ostenditur. Hæc igitur omnia cogitando philosophare. Quid enim tale, ac tantum ferre tu potes, quale dominus tuus? Publicè te quisquam uituperauit, sed non illis audisti. Verberibus cæsus es, sed nõ tanto tempore, neque sic flagellatus, & denudatus. Alapis te quidam petiit, sed non illo modo. Tu uero etiam adde, à quibus, & cur, & quando, & quis ipse quoque: & quod grauius est, nemo illa facta criminabatur, nemo querebatur, sed è contrà probabant omnes; & ex dentibus, ac deridentibus se coniangebant, & quasi arrogantem quemdam seductorem, ac deceptorem, qui te uerba sua comprobare non posset, sic deridebat. Ille uero ad hæc uniuersa tacebat, maximum nobis longanimitatis præbens exemplum. Nos autem hæc audientes, nec famulos quidem parimus nostris, sed magis quam syluestres alui calcitramus, atque salimus, crudelis, ac inhumani, si quid aduersus nos dictum, uel factum sit, nullã, aut paruam existimationem facientes, si hæc in Deum commissa sunt. Similiter quoque aduersus amicos afficimur: dolorem quis intulit, ferre nõ possumus; uerbis carpsit, omni bellua mouemur atrocius. Nec prodest, quod ista quotidie lectitentur: discipulus prodidit, ceteri eum reliquerunt, quibus multa, & magna collata beneficia fuerant. Hi furorẽ concitati in faciem spuebant, pontificis semus colapho petiit, milites cædebant, qui aderant illudebant, & contemnebant; nec uolum ad quæquam uerbum emisit, sed omnes uicit silentio. Ita opera ista te docent, quanto mitius ferres, & ante magis re malefacientem superarum, & admirans non timens omnes futurum. Quis enim non mirabitur eum, qui opprimentium contumelias æquo animo perferit: quæ admodum enim eum cum uictis quæstionibus torqueretur, si magno animo patitur, in iis se cruciari multis uidetur, si qui eum in uerba ueratur, si non perferat, iure putatur: si uero deridetur, quasi mancipium ab eis abstrahitur, & in iis nobilitatem furori sub-

Nota, crucis signaculo peccatorum impressum, una cum memoria passionis Christi presentis amuletum contra iram.

Luc. 9.

liciens. Non enim liberum eum hominem diximus, etiam si mille feruis dominetur. Sed ualde me, inquit, ille irritauit. Quid hoc est? tunc enim maxime oportet philosophari. Nam, quando non incantatur, feras quoque mansuetas esse uidemus: non enim semper furorẽ ipsas ferri certimus, sed quando concitantur. Quare, si tunc solummodo quiescimus, quando nemo irritat, in quo belluis præstabimus? Illæ tamen iuste plerunque mouentur, & excusari possunt, quoniam prouocata, ac puncta concitantur, præterea rationis expectes, duce natura mouentur: tu uero in ferarum incidens morem, unde tibi excusationem parabis? quid enim mali passus est? rapta sunt abs te tua, at hac ipsa de causa ferre magis oportet, ut maiora lucrari possis. Laude ac gloria priuatus es, & quanti hoc est minor profectò factus non es, si philosopharis. Si uero nihil mali pateris, cur irascaris ei, qui non modo tibi non nocuit, uerum etiam profuit? Nam negligens honorari, molliore redduntur: diligentes autem ex derisione, & contumelia fortiores efficiuntur. Ita profectò desides laude magis quam uituperatione læduntur. Nam uituperantes quidem, si attendimus, causam nobis præbent philosophandi: laudantes autem arrogantia molliore, inani gloria impellere animos solent: cuius rei patres sunt testes, qui filios non ita laudibus efferunt, ut conuictiis reprimunt, timentes ne aliquam inde molliorem contrahant. Et prædicatori simile quoddam adolecentibus remedium offerunt. Quare si conuersari non nullos decet, adulatores magis, quam contumeliantes odisse oportet. Maior enim non attendentibus ex adulatione pestis ortiri solet: & fatillius est hanc, quam illam passionem superare. Quare, qui superat illam, tum mirabilior uidetur, tum etiam maiora consequitur præmia. Mirabilis enim profectò est uidere hominem, qui dum uituperatur, quam hominem qui, dum depellitur & percutitur, non decidat. Sed quomodo, dices, poterit non moueri? Vituperando quidam persequitur, crucis signo statim peccus signato, recordare omnium, quæ tunc gesta sunt, & confessum omnia extinguuntur: nec, quia uituperat modo aliquis, cogit, uerum etiam, si quid boni uerum ab illo in te profectum est, diligenter considera, & confessum ad clementiam redigera. Immo uero ante omnia Deum timeas, idque semper tecum uerte. Quæ cogitatio cito te modestum, ac mansuetum faciet. Præterea à tuis quoque famulis documentum suscipias, considera que non nunquam te uituperante, illos silere, & hinc intellege: non esse hanc philosophiam difficilem: hoc modo furorẽ tuum cõdemnabis, & in ipso contumeliandi tempore disces, non esse contumeliandum, & sic ne ipse contumelias affectus dolebis. Cogita quia non sibi constat, qui uituperat, & non moleste ferens contumelias eius. Nã & demoniaci plerunque nos uerberant, nec solus non monentur, uerum etiam eos dessemus: ita igitur etiam tu facito, miserere te contumeliantium. Magna enim bellus, ira scilicet & furorẽ, & perniciosus dæmonẽ decinetur, solus ipsum, qui ab huiusmodi dæmone uexatur, & sic insaniendo breuissimo temporis spacio corrumpitur. Huiusmodi enim hæc ægrotatio est, ut non egrat longo id perdẽdum hominem tempore, propterea qui datur dicit, Momentum furoris eius calus est ipsi: hoc

hoc ipsum uidelicet tetrum, atque tyrannicum ostendens, quia breuissima temporis spacio, & sine aliqua fere mora maximo solet adicere malo. Nam, si ad vires eius proluxerat etiam temporis accederet, insuperabilis hæc pœnæ passio esset. Vellem posse ostendere qualis quidem sit, qui uituperat, & qualis qui philosophatur, & nudum utriusque animum in medium ducere, & uideres enim alterum fluctibus exagitari, alterum in tranquillo portu quiescenti nauiculæ similem esse. Nã imperi horu turbatur fluctuum, & ipsos facile dissoluit. Cùm enim qui uituperant, omnia faciunt, ut mordere possint: si ex illo ipse deciderint, facile mitigantur, & leniuntur. Non enim uidebis hominem ita commotum, qui postea se non magnopere condemnabit, ueluti etiam è contrà, qui non commotus ira, nunquam hoc factum suum solet condemnare. Nam, si etiam insurgere opus sit, facilius, atque prudentius id absque ira, quam cum ira facere potes, & ad hoc nullum inde postea capies tedium. Ita, si uolumus apud nos ipsos facile bona retinebimus, nihilque nobis per gratiam deest, quod ad ratelam & laudem nostram pertineat. Sed queris laudem ab alio; tu igitur te ipsum honora, & nemo te de honestate poterit: si uero tu te ipsum de honestate, etiam si omnes homines te laudent, nihilominus non honoraberis. Quæmadmodum enim nullus nos laedere poterit, nisi à nobis ipsis legatur: sic, nisi nos ipsos uituperemus, nemo alius nos nunquam dedecorabit. Ponamus enim mirabilem quendam, atque insignem esse uirum, quem omnes adulterum, furem, sepulchrorum euerforem, homicidam, latronemque prædicent: ille uero nec irascitur, nec moleste ferat, nec alicuius huiusmodi reissi cõscius sit, qua igitur inde uituperatione læditur? nulla profectò: quid, inquit, si multi malam de ipso habeant opinionem, nulla, inquam, omnino uituperatione ipse læsus est, sed illi se uituperant, qui alium, quam decet, talem uirum existimant. Dic, quæso, si quis solem tenebrarum aethorem existimet: soline, an sibi detraxit? Sibi uidelicet ipsi: cùm furiosus, & insanientis opinionem consequatur. Eodem profectò modo, qui prauos bonos esse putant, & è contrario, se ipsos uituperant. Quare magnum studium, multamque operam adhibeamus, ut, conscientia nostra mundata, nullas aduersus nos anas, nullam malam exitemus suspicionem: si uero alii, hoc pacto nobis affectis, insaniant, non moueamur. Nam, qui praua multorum opinione, cùm bonus ipse sit, lædi uidetur, nunquam profectò inde fiet, ut talis non sit qualis est: qui uero frustranea cõmnotus suspicione, pestiferum in se ipsum morbum attraxit, hoc etiam pacto prauus, si è contrario bonus esse uidetur, nõ modò nihil inde lucratus est, uerum etiam & in desidiam incidet non minorem, & maiori cruciatu uexabitur. Nam, qui, cum malus sit, malus etiam existimatur: forsitan humiliter delicta sua facilius cognoscet: cùm uero prauitas eius later, securus degit. Nã, si, accensantibus uniuersis, uix respiciunt multi, atque compunguntur: quando excitari poterit, si non solum reprehendi, uerum etiam laudari se à multitudine sciat? Non audis Paulum id accusantem, quia eum, qui fornicatus fuerat, non solum cognoscere peccatum suum Corinthij non permiserunt, uerum etiam in peiora derudebat: applaudentes, hono-

rantisque ipsum: Quas ob res uolenter rogo, atque obsecro, ut, suspicionibus, & laude, ac uituperatione multorum neglectis, diligenter inuigilemus, ac faciamus, ne alicuius nobis mali conscij simus, neque nos ipsos uituperemus: Hoc enim modo tam in presentibus, quam in futura uita magnam gloriam consequemur, gratia, & misericordia, domini nostri Iesu Christi, cui gloria, &c.

EIVSDEM IN IDEM
Homilia 10.

Sexta autem hora tenebræ factæ sunt, per minuciam terram, usque ad nonam horam, &c. Hoc est illud profectò signum, quod petentibus Iudæis datum se dicebat, dicens; Generatio praua, & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophete. Crucem enim, mortem, sepulchrum, atque resurrectionem significat. Et rursus alio quodam loco uirtutes crucis significando dicebat; Quum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Tale quippe aliquid dicitur. Quum me crucifixeritis, ac iam uictoriam consecutos uos putaueritis, tunc vires meas cognoscetis. Nam ciuitas eorum post passionem Christi perit, motes cessarunt, disciplina ciuili, & sua libertas euauit: prædicatio uero floruit, & ad extremas usque orbis oras euangelicus sermo peruenit, & terra simul, ac maria fretquentata, desertaque loca omnipotentiam eius prædicant: hoc igitur dicit, & ea, quæ in ipso tempore crucis acciderunt. Quippe mirabilis erat, in patibulo crucis pendente ipso, quam humi gra diente, illa fieri. Acciditque etiam, quod de celo illa facta sunt, quemadmodum Iudæi perebant, & in uniuerso terrarum orbe, quod nunquam prius accidit, nisi in Agypto duntaxat, quando pascha erant celebrata. Illa enim hæc figuratè significabant. Tu uero etiam animaduerte, quando tenebræ sunt, in media uidelicet die sunt, ut uniuersi, qui terram habitant, uideant, quia dies ubique terrarum tunc est. Hoc signum non magnitudine solum miraculi, uerum etiam quia facillimè accidit, ad conuertendos eos sufficiebat: post omnia uero, quæ per insaniam, & furorẽ fecerunt, factum est, quando iam ipse furor cessauit, quando deridendo saturati sunt, quando contumeliando animum suum expleuerunt, quando denique omnia ab ipsis dicta sunt, quæ uolebant, tunc tenebræ apparent, ut saltem tunc, ira deposita, non nihil ab hoc signo consequerentur. Mirabilis erat tere talia efficere, dum esset in cruce, quam de cruce descendere. Nam, siue ab eo hæc facta esse putabat, timere, ac credere oportuisset: siue non ab eo, sed à patre, oportebat tamen propterea commoueri, atque compungi. Iram enim Dei propter facta ipsorum commotam esse, tenebræ illæ significabant. Nam, quia eclipis non erat, sed ira quædam, atque molestia, non hinc solum, uerum etiam à spacio temporis paruit. Per tres enim horas eclipis illa permansit, quum tamen breuissimo quodam tempore accideret: solebat non ignorant, qui uiderunt, facta enim etiam fuit memoria nostra. Sed quomodo, inquit, omnes mirati homines ad eum non sunt, ut Deum ipsum putarent? Quia uidelicet, humanum genus magna desidia, & proteruitate tunc tenebatur: præ-

Homil. 89, in Marc.

Marc. 8.

Ionæ 3.

1. Cor. 5.

terea vtrum hoc duntaxat fuit miraculum, quod factum citò præterit, adeò vt nemini cura fuerit causam eius inquirere. Ad hæc longa impietatis consuetudine homines deprauati fuerunt, & causam ignorantem putabant fortasse naturali quadam id eclipsi accidisse. Cur autem miratis de aliis, qui nec seiebant quicquam, & segnitie deiecti non quaerunt, quum etiam illi, qui in Iudæa vivebant, post tot, tantaque miracula aduersus eum insurgerent, quamuis planum fuerit ab ipso illud gestum fuisse. Propterea enim in fine clamat tenebrarum, vt intelligerent adhuc ipsum viuere, & ab eo tenebras factas fuisse, vt meliores hac ratione fierent. Dicit enim; *Eli Eli lama sababthani*. Vt vsque ad extremum spiritum honorari ab eo patrem, & non esse illi aduersarium discerent. Quapropter & prophetica vocem emisit, veterem approbando scripturam, & Hebraicè dixit, vt probè eiusdem ipsum esse cum patre voluntatis perciperent. Tu autem etiam hoc loco recordiam illorum, & petulantiam perspicere. *Putauerunt enim*, inquit, *Heliam ab eo vocari, & aceto illi eo ipsum potauerunt. Alius autem impetuose accedens, lancea costam eius percussit. Quid his omnibus iniquis vnquam excogitari potest, qui ed impietatis deuenerit, vt mortuum iam corpus vexarent? Tu verò considera, quomodo ad nostram salutem proteruitate illorum vitium. Hoc enim vulnere factò, salutis nostræ fontes è costa eius emanarunt. *Iesus autem clamans magna voce, emisit spiritum*. Hoc est illud, quod dixerat, Potestatem habeo ponere animam meam, & potestatem habeo rursum sumere eam. Idcirco enim magna voce clamauit, vt ostendat sua hæc potestate fieri. Marcus autè dicit, miratum fuisse Pilatù, si iam mortuus erat. Sed Centurio quoque ideo maximè credidit, quia sua ipsum sponte, & potestate mortuum perpexit. Hæc vox velum templi scidit, monumenta aperuit, & templum ipsum in desolatione redegit: quod fecit, non quia templum contemneret, quomodo enim illud despiceret, qui dicebat, Nolite facere domum patris mei negociationis domum? sed sic ut etiam, qui Babylonis illud tradidit, indignos ostendit illos esse, qui in eo conuersarentur. Propterea prophetia quedam hoc erat futuræ citò, ac perpetuæ desolationis & mutationis rerù ad maiora, atque sublimiora, & ineffabilis suæ signum virtutis. Sed ad hæc omnia resurrectio quoque mortuorù secuta omnipotentiam eius ostendit. Helisæ enim tempore, quum mortuus vnù mortuum tetigisset, surrexit: nunc autè, corpore in patibulo pendente, vox sola mortuos excitauit. Huius enim illa figura fuit, quoniam ideo factù est, vt hoc facilius crederetur. Nec mortui solum excitantur, verum etiam lapides scinduntur, & terra concutitur, vt hinc percipi posset, illos quoque faciliè dirumpere potuisse. Nam qui lapides scidit, qui terrarum orbem tenebris obduxit, multo magis illos, si voluisset, perdere potuisset: verù noluit, sed vires suas in elementis ostendens, illos ex clementia saluare volebat; sed non fuerunt illi remissiores. Talis quippe proteruitas inuidia est; vt non faciliè terminetur: sed nunquid vel aduersus ea, quæ misericè fiebant, impudentissimè resistebant: postea verò cum ob signato monumento, & ceteris militum custodiens surrexit, ac ab ipse custodibus quum surrexisset ipsam audirent, non dubitarunt argento illos corrumpere, vt resurre-*

Joan. 10.

Mar. 15.

Joan. 2.

4. Reg. 13.

ctionem Christi obscurare. Noli ergo mirari, si tunc etiam mente capi videbantur, quum semel ad omnia ex impudentia perpetua agenda preparati essent. Sed illud diligenter considera, qualia signa hunc fecit, alia è celo, alia in terra, alia in ipso templo, tum vt diuina eius indignatio cognosceretur, tum vt ostenderet communissima iam futura, quæ ante abdita fuerit penetralia, & quod cœli hominibus aperiantur; & res ad vera sancta sanctorum deriuabitur. Et illi quidem dicebant, Si rex Israël est, descendat de cruce: ipse verò totius se orbis regem ostendit. Illi dicebant, Vah qui dissoluis templum hoc, & in tribus rebus diebus: ipse autè quomodo penitus desolabitur, significauit. Ille alios saluauit, seipsum saluare non potest: ipse verò pendens de cruce, in seruatorum corporibus abundantissimè illud ostendit. Nam si magnum est Lazarum excitasse, multo maius profectò est, multos iam olim mortuos in vitam reduxisse, quod resurrectionis futuræ signum fuit. Multa enim corpora sanctorum, qui dormierunt, erecta in sanctam introierunt ciuitatem, & multis apparuerunt. Sed Centurio quoque tunc gloriam reddidit Deo, dicens: Verè iste homo iustus erat. Turbæ denique, quæ ad videndum exierant, pulsantes pectora sua reuertebantur. Tanta crucifixi virtus apparuit, vt post illas contumelias, post vituperationem, & cædem, tam Centurio quam populus compuncti fuerint. Quidam autem dicunt hunc Centurionem in fide postea roboratù adeò fuisse, vt etiam martyrio sit coronatus. *Erant autem illæ mulieres multæ à longè videntes, quæ secuta fuerant eum, Maria Magdalena, & Maria Jacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi*. Hæc mulieres illæ facta videtes, quia natura magis compatiuntur, summo opere flebant. Diligenter autem considera quanta illarum constantia est. Sequébantur ipsum ministrantes ei vsque ad pericula, præsentibus omnia speculacè fuerunt, quomodo clamauit quomodo exspirauit, quomodo lapides scissi sunt, cætera denique omnia. Quare primæ quoque ipsum quum surrexisset viderunt, & sexus, qui maximè fuit condemnatus, primus honorum contumelatione perfuruit: quod maximè fortitudinem illarum significauit. Discipuli enim fugerunt, illæ permanent, foror matris eius, hanc enim Iacobi appellat, & cætera. Alius autem euangelista dicit quia multi etiam se propter hæc facta cædebant, & pectus percutebant: quod summo opere Iudæorum ante oculis ponit crudelitatè, quibus enim cæteri flebant amare, his illi gloriabantur. Nam & si magna ira Dei: verò verò furore ea signa forent; tenebræ scilicet, dirupti lapides, rescissum velum, motus terræ, nec timore tamen villo repressi, nec misericordiâ flexi sunt. *Accessit autem Ioseph, & petijt Christi corpus*. Hic erat Ioseph, qui, quamuis prius occultabatur, rem tamen post mortem Christi subijt arduam. Non enim ignobilis quidam erat, neque ignotus, sed ex consilio vnus atque insignis: vnde fortitudo eius maximè admiranda est, quum propter amorem Iesu periculum mortis susceperit, & vnuerisq; se odio tradidit: ex animo quippe corpus petere ausus, nõ ante destitit quam impetrasset. Nec solum animam eius, quia petijt, & nõ paruo impediò sepulchro tradidit, sed nõ quoque suo monumento cognoscimus, quæ res non temere accidit, sed diuinitus fuit dispensata, ne aliam, non Christum surrexisset

rexisse suspicio fiet. *Erant autem Maria Magdalena, & altera Maria contra sepulchrum sedentes*. Cuius rei gratia ista addidit? Nihil magnum, aut sublimè, vt oportebat de ipso cogitabant. Ideo & vnguentum tulerunt, & diuitias morabantur, vt simul ac per furorem Iudæorum liceret, ad vngendum ipsum accurrerent. Vides multierum fortitudinem: vides pacem erga ipsum amorem: vides liberalitatem in pecuniis: vides animum vel mortis pericula contemnentem. Imitemur has mulieres nos viri, nec desideramus in tentationibus Dominum illæ ceterè vel in mortuum tantam pecuniam ediderunt, vitæ pericula non formidantes. Nos autem, eadem enim mihi dicenda sapius sumus, nec famelcentem quidem alere, nec nudum induere volumus, sed cum mendicare ipsum videamus, sponte præterimus. Et ceterè si ipsum Christum nunc videretis, nõ dubitaret vnusquisque vestrum vnuerisq; substantiam erogare: verum nunc terentium nõ erogas. Non audis dicentem: Quod vni ex minimis meis facis, mihi facis? Nihil: nempe interest, siue huic pauperi, siue ipsi Christo dederis. Nihil enim minus habes his mulieribus, quæ tunc Christum alebant, imò verò (sed nemo his verbis turbetur) multò etiam maius, Non enim est æquale, ipsum Dominum præsentem alere, eius præsentia vel lapideum ad se animù attraheret, & propter eius verba duntaxat pauperes, mendicos, egrotos alere, atque curare. Quippe tunc etiam ipsa facies, & dignitas præsentis eius, quod geritur, vna tecù est: parciiceps, modò autem vnuerisq; hæc liberalitas & misericordia tuæ sunt: accidit quòd maioris erga Christum reuerentiæ signum est, quando quidem ideo conseruam tuam in omnibus diligenter pacis atque curas: quia ipse iussit. Quid igitur nos ipsos deferentes, in illa studium omnè consumimus, quæ migrantes habere non possumus, & sic que inter necesse manentes retinere; eum ita locupletari liceat, vt non tantum hic, verum & illic distissimi videamur: Qui nanque loca, domos, & aurum in anima circumsert, vbiunque visus fuerit, cum his videtur diuitis. At inquires. Quomodo potest hoc fieri? Potest & cum maioris facilitate. Nam, si in cœlum ea transuleris per pauperù manus, in anima tua reposueris omnia, & licet iam mors ingrat, illis te nemo priuabit, sed transibis & illic habebis. Talem habebat & Tabitha thesaurum. Propterea non domus eam prædicabat, neque patientes, neque lapides, neque columnas, sed induta viduarum corpora, & manentes lachrymæ & fugitiua mors, vitæque restitescens. Talia nobis quoque contememus horrea, tales domos ædificemus, & ita Deum habebimus cooperatorem, & ipsi eius cooperatores erimus. Ipse nãquæ pauperes, cum non essent, produxit: tu verò productos, & factos, fame; & reliquis ætumnis tabescere nõ sinis, subueniens, corrigens vndique Dei templum labens: qui quid vnquam æquale fuerit & ad vilitatis, & dignitatis ratione? Si verò nondum aperte didicisti quali te deo orauit ornamento, paupertatem subleuare iubens: illud in te te computas: si tibi talem dedisset potestatem, vt labens cœlum sustinere posses, nõnne per id opus honoratò te multò maiorem existimasset? En igitur maior te dignum fecit honorè: Quod enim cœlis est dignius, hoc tibi refoedum commisit. Apud Deum enim visibillum nihil homini par. Nam & cœlum, & terram, & mare propter eum fe-

cit, & in eo magis quàm in cœlo delectatur inhabitans. Et tamen nos & hæc scientes, nullam Dei templorum curam gerimus, aut prouidentiam, sed eos neglectum iri sinetes, nobis magnas, & splendidas domos paramus. Et ideo cunctis priuati sumus bonis, & valde pauperibus pauperiores: quoniam has ornamus aedès, quas hinc migrantes asportare non possumus, & illas omittimus, quas nobiscum possumus simul ducere: dissoluta nanque pauperum corpora omnino resurgunt, & his productis, qui hæc imperauit Deus, eos, qui cura ipsorum gesserint, laudabit, & admirabiles reddet, quòd eos iam cautos, nunc quidem præ fame, nunc verò præ nuditate, & gelu omnibus modis refocillarunt. Verum tamen & tot nobis laudibus propolitis, adhuc cessamus, & ad hanc pulchram torpemus curam. Et Christus quidem nõ habet, vbi caput suum reclinet, sed circumsit peregrinus, & nudus, & esuriens: tu verò sub arbana, thermas, & porticus, innumeròsque paras thalamos incassum, & frustra: at Christo nec exiguum communicas lectum, coruis autem, & miluis fastigia exornas. Quid hæc peius stupiditate? Quid hæc insania grauius? Insania siquidè hæc sunt extrema. Quin potius quicquid aliquis dixerit, dignum protulerit nihil. Veruntamen si volumus, ægritudinem, licet grauem, repellere possumus. Nec solum fieri potest, sed & faciliè. Nec faciliè simpliciter, verum & multò facilius ab hac peste liberari, quàm à corporalibus morbis, quanto maior est & medicus? Eum igitur alliciamus, & vt adiuuet rogemus, & à nobis ipsi debita confectamus, voluntatem dico, & propitidinem: nihil enim aliud exigit. Sed, si hæc accipiat solù, à seipso eunsta depromet. Impedamus itaque nostra vt, & hinc putam assequamur sanicatem & ad futura perueniamus bona, gratiâ, & misericordiâ domini nostri Iesu Christi, cù quo patri similia, & sancto spiritui gloria, imperium, honor, & adoratio, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM

Homilia 17.

Postera autem die qua est post pascha, conuenerunt principes sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum, dicens: Domino recordati sumus, quòd impostor ille dixit: Adhuc viuens, post tres dies resurgo: Iube ergo muniri sepulchrum vsque in diem tertium, ne forte veniat discipuli eius, & noctem, & succurrat eum: & dicant plebi, surrexit à mortuis, & erit nouissimus error prior. Vbi que error & impostura seipsum confodit, & veritati nolens suffragatur. Expede itaque. Credi oportuit illum mortuum esse, & sepultum esse atque resurrexisse: que quidem omnia per inimicos explorata redduntur. Verba igitur ipsa quæ omnia hæc confirmant, expede. Recordati sumus, inquit, quòd impostor ille dixerat adhuc viuens, mortuus est igitur: post tres dies resurgo. Iube ergo muniri sepulchrum; sepultus est igitur: ne forte veniat discipuli eius & succurrat eum: si itaque sepulchrum munitum est & obsignatum, interueniente fraude aliqua aut dolus? Minime: verò cetera igitur resurrectionis demonstratio per ea quæ vos ipsi procurastis reddita est. Si enim obsignatum fuit sepulchrum; fraudi & dolo nullus locus relinquebatur; quòd si nulla fraus admissa fuerit, sepulchrum verò repertum est vacuum, perspicuum quòd

Vides non tantum opus bonum à Deo solo peragri, sed & requirit aliquis à nobis.

* vultus, mortu in alio ro cad, habebatur vt & apud Theoph. & Robert. Stepl.

quod proculdubio & citra controuersiam resurrexerit. Vides qui vel inuiti veritatis adiuncti demonstrationem: Tu autem expede quam sint veritatis amantes discipuli, quomodo nihil eorum quæ ab aduersariis dicebantur, occultant, etiam si illa probrosissima essent, ecce enim in postorem vocant, nec illud tacent isti. Ista vero illorum motes simplices ac veritatis studiosos. Equum autem fuerit illud etiam inquirere, vbi nam ludæis dixerit, post tres dies resurgo. Discipulis enim frequenter se tertio die resurrecturum dixit. Iudæis vero non facile quis inueniat sic aperte dictum, præterquam in Ionæ exemplo. Intellexerant itaque ea quæ dicebantur, & sua sponte malignè agebant. Quid igitur Pilatus? Habetis custodiam, munite sicut scitis: & munierunt, obsignantes sepulchrum cum custodibus. Non permittit vt milites soli obsignent: tanquam enim de rebus ipsius edoctus, ipsis amplius cooperari non vult, sed pro illorum excusatione istud etiam admittit & dicit, vos vt vultis obsignate; ne in alios culpam reicere possitis. Si enim soli milites obsignassent, dicere potuissent (etiam illorum dicta falsa fuissent & incredibilia) attamen sicut in aliis impudenter agebant, ita hic vtique dixissent, quod milites facta discipulis potestare corpus ipsum clam auferedi, aniam ipsis præbuisent hunc de resurrectione sermonem effingendi: nunc vero cum ipsi munierint, istud dicere non possunt. Vident quomodo vel inuiti operam veritati nauarunt: Si quidem ipsi adierant, ipsi perierunt, ipsi obsignauerunt adhibitis custodibus, ita vt se mutuo reprehendant & accusent. Ceterum quandam corpus furati sunt: Sabbatone? & qui hoc fieri potuit? non enim licebat accedere: quod si legem etiam contempneret, quomodo illi vsque adeo timidi ausi fuissent accedere? & quanam tandem ratione plebi potuissent persuadere: quid diceret, quid facerent: quali vero fiducia pro mortuo stare auderent, quam expectarent retributione, aut compensationem? viuentem adhuc & solummodo comprehensum videntes: aufugerunt: & post mortem, si non resurrexisset, erantne audacter pro ipso locuturi: & quia ista verisimilia essent? Quod enim noluisent, neque potuissent eam quæ facta non esset resurrectionem fingere, illinc manifestum est. Multa enim de resurrectione verba fecerat, & assidue inculcabat, adeo vt ipsi dixerint, post tres dies resurgo. Si igitur non resurrexisset, planum est quod isti decepti, & à tota gente propter ipsum oppugnati, atque è domibus & ciuitatibus deturbati cum auerati fuissent, ac nequaquam talem ipsi gloriam attribuere voluissent, tanquam decepti, & in extrema propter ipsum adducti pericula. Quod autem nisi vera fuisset resurrectio, neque eam effingere potuissent, cum probatione nil opus est. Quis enim resurrexi istud ausi fuissent? sermonis hinc testimonia & dicendi vehementia: & qui omnium erat impetuosissimi: pecuniarumque abun-dantia: & quæ in regionibus erat obscuris: suane multitudine: & qui plures non erant quam vnde decem, & illi quidè dispersi: promissionibusque magistris, quibus si enim non resurrexerit, nihil illæ firmitatis

aut ponderis apud ipsos habere poterat. Quomodo autem furentem populum sustinissent? Si enim ipsorum vertex & princeps mulieris: ostentia verbum non sustinuit, & reliqui omnes eum vinctum conpiciati disperiti sunt, quomodo cogitassent se ad extremæ orbis partes percursumos, & effectum resurrectionis sermone plantaturos? Si enim ille ad mulieris minas non sustinuit, alij vero neque ad plebis aspectum, quomodo tandem aduersus reges & principes ac populos subsistere potuissent, vbi tormenta, gladij, ignes, & mille per singulos dies mortes, nisi eius qui resurrexisset auxilio confirmati fuissent? Tot tantaque miracula facta fuerant, sed Iudæi nihil horum reueriti, illum qui illa fecerat crucifixum, & istius simpliciter de resurrectione verba facientibus erant credituri: Haud ita res habet, haud, inquam, ita se res habet: sed eius qui resurrexit robur & potentia hæc effecit. Expede autem quæso ridiculam istorum malitiam: recordari enim sumus, inquit, quod impostor ille adhuc viuens dixerit, post tres dies resurgo. At si impostor erat, & vana iactabat, quid metuitis & circumcurritis: cur adeo estis solliciti, tantumque impenditis studij? metumimus, inquit, nequædo discipuli fuerint ipsi, & plebem decipiant. At qui demonstratum est istud rationi nullo modo consentaneum esse. At tamè malitia, quæ contentiosa est ac impudens, stulta & inconsiderata aggreditur, & ad tres vsque dies iubent muniri sepulchrum, tanquam pro dogmatibus decertantes: ac cupientes ostendere etiam antea impostorè fuisse, ad sepulchrum vsque malitiam etiam extendunt & producunt. Propterea vtique citius resurrexit, ne dicant quod mentitus sit, ac furto sublati fuerit: citius enim resurrexisset criminatoni non erat obnoxium, serius vero, plenum fuisset suspitionis. Nam nisi tunc resurrexisset, sedentibus ipsis ac manentibus illis & custodiens, sed ipsis digressis post diem tertium, potuissent aliquid dicere & contradicere, quamuis insipienter. Propterea igitur præuenit. Oportebat enim resurrectionem fieri assidens ipsis & custodiens. Itaque etiam intra tres dies fieri oportebat. Nam si facta fuisset posteaquã dies illi præterissent & custodes secessissent, res futura erat suspecta. Ideo permisit, vt quemadmodum volebant obsignarent & milites assiderent. Nec ipsi ista facientes ac patantes sabbati vllam rationem habuerunt: sed ad illud vnum spectabant, vt suam ipsorum explerent malitiam, tanquã hac ratione superiores futuri, quod extremæ erat stultitiæ ac timoris ipsos, vehementer iam obcutientis. Qui enim viuentem comprehendenderant, mortuum verentur. At qui si purus aliquis ac simplex homo erat, sidenti esse animo oportuit, sed vt discant quod dum viueret sua sponte ac volens pateretur quæcunque patiebatur, an & sigillum, & lapis, & custodes, nec tamen ipsum retinere potuerunt: sed id vnum efficitur, quod sepultura publicetur, & resurrectio inde credatur. Nam & milites assidebant, & Iudæi assistebant.

BEDÆ VENERABILIS

presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Et factum est cum consummasset Iesus, &c. Post omnes itaque sermones, quos ab initio Euangeli

gelij sui, vsque ad tempus passionis in auditu discipulorum aut turbatum faciendo & prædicando compleuerat: Ex illo ergo die quo venit in Bethaniam, atque illud de vnguento factum est, vsque ad diem, quo ista omnia gesta atque dicta sunt. Intellegimus etiam Euangelistis non commemorantibus consumptum fuisse quattuoriduum, vt occurreret dies quem ante biduum paschæ Matthæus, & Marcus diffinierunt. Mystice verò post duos dies clarissimi luminis veteris ac noui testamenti, verum pro mundo pascha celebratur. Pascha verò quod Hebræicè dicitur Paschæ, à transitu nominatur, eodè quod exterminator videns sanguinem in foribus Israëlitarum pertransierit: siue ideo solennitatis huius diem mystice per legem transiitum esse vocatur, quod agnus Dei in eo de hoc mundo, quæ ipse transiit, siue nos salubri transitu, quasi de Egyptiaca esset seruitute ducturus. Et filius, inquit, hominis tradetur vt crucifigatur. Erubescant, qui purant Saluatorem mortem timuisse: passionem præsciuit, & tamen non declinavit infidias, nec terretur, nec fugit, in tantum vt etiam cæteris ire nolentibus, pergit in iterum: quando Thomas dixit, eamus, & nos moriamur cum eo. Tunc congregati sunt principes, &c. Congregantur inuenies consilium quomodo dominum occidant, non timentes seditionem, vt sermo simplex demonstrat: sed cauentes ne auxilium populi de suis manibus tolleretur. Cum autem esset Iesus, &c. Recapitulando Matthæus & Marcus ad illum diem, redeunt in Bethaniam, qui erat ante sex dies paschæ: & narrat, quod Ioannes de cena & vnguento refert, vnde venturus erat Iesus Hierosolymam, & sic redeunt vnde fuerant digressi ad sermone dominum, quem habuit ante biduum paschæ. Et factum Iudæi coniungatur ad consilium sacerdotum, quod habuerunt, tradentes de nocte Domini. Moratur in Bethania dominus, id est, in domo obedientiæ, quæ quondam fuit Symonis, iã ante leprosi: Sed curati à domino, nomine pristino permantet, vt virtus curatis appareat. Quiddam Symonem leprosum volunt intelligere. partem populi, quæ crediderit domino, & ab eo curata sit: Symon quoque obediens dicitur. Accessit ad eum mulier, &c. Mulier ista Maria Magdalena fuit, quæ aliis adhuc peccatrix pedes rigauit: nunc verò iustificata caput illius oleo sancto perfudit. Alabastrum, est genus candidissimi marmoris, variis coloribus intermixti: in quo vnguenta optime incorrupta seruari perhibent. & nascitur circa Thebas Egyptias, & Damascus Syriæ cæteris candidius: probatissimum verò in India. Porro vnguentum illud Maria iuxta alios Euangelistas ex nardo principali arbore in vnguentis esse perhibetur, & pisticum, id est, fidele, eo quod solent aliqui medicorū similibus herbis vnguenta adulterare. vsque enim Græcè fides dicitur: vnde pisticum deriuatur & à Marco spicarum asseritur, id est, non solum à radice nardi, sed etiam quo preciosius esset spicarum quoque & foliorum adiectione odoris ac virtutis illius: erat accumulata gratia. Mystice hæc deuotio Mariae fidem sanctæ designat Ecclesiæ, quæ caput Saluatoris vnguento sancto perfudit, cum potentiam diuinæ virtutis eius digna reuerentia confiteretur & prædicat. Cum verò assumptæ humanitatis eius mysteria indigna suscipit reuerentia, in pedes vtique Domini vnguenti nardi pisticum, id est, fidele ac

verum profunditur. Videntes autem discipuli, indignati sunt, &c. Matthæus & Marcus hæc synecdochicè, à toto videlicet parte ponunt. Ioannes distinctius loquens, Iudam hæc loquutum esse testatur, cuius ex hac occasione furandi consuetudinem voluit intimare: ceteri verò quæ loquuti sunt, ob curam pauperum proferebant. Sciens autem Iesus, &c. Se non semper corporali presentia cum Apostolis esse mansurum dicebat, quos diuinitatis suæ potentia nonquam omittebat, sicut alibi testatur: Ecce ego vobiscum sum, &c. Mittens enim hæc vnguentum hoc, &c. Quod vos putatis perditionem esse vnguenti, officium est sepulture. Amen dico vobis, vbiunque, &c. Non tam in toto ista quæ sepelietur Saluatorem, quod vixerit caput eius & attende notitiam futurorum, quod passurus post biduum: & moriturus sciat Euangelium suum toto orbe celebrandum. Tunc abiit vnus, &c. Hæc sententia ad illam iungenda est, vbi superius consilium sacerdotum de interfectione Christi retulit, in eo quod dicit: Abiit vnus de duodecim, &c. ostendit eum non inuitum, non vlla necessitate contritum: Sed sponte propria sceleratae mentis inisse consilium. Et exinde querebat, &c. Multi hodie scelus Iudæ nefarium exhorrent, nec tamen cauent: cum pro mulieribus falsum contra quemlibet dicitur testimonium: profecto qui veritatem pro pecunia vendunt. Ipse enim dixit, Ego sum veritas: cum societatem fraternitatis aliqua discordia peste contumaciant, Denim profundum quod Deus charitas est. Prima autem die azymorum, &c. Primum diem azymorum, quartum decimum quo agnum occidere solebant appellat: quia Pascha proprie debuit nominari, in quo Iudæis tentus, ac ligatus ipsius immolationis sacrauit exordium, licet sequenti die sit crucifixus. Ita in ciuitatem ad quendam, &c. Consulto autem, siue aquæ baiuli quos alij Euangelistæ inserunt, seu domini domus: sunt prætermissa, vocabula: vt omnibus verum Pascha celebrare volentibus, hoc est, Christi sacramentis imbui, eumque siue mentis hospitio suscipere querentibus; danda facultas designetur. Et fecerunt discipuli, &c. In alio Euangelio scriptum est. Inuenerunt cœnacuulum magnum stratum & reliqua: cœnacuulum magnum: lex spiritualis de angustiis literæ egrediens in sublimi loco recipit. Saluatorem: Aquæ baiulus, præco est gratiæ quem qui fuerit in domum sequitur ecclesiæ hic per spiritum illustrantem superficiem literæ transcendendo; in alto mentis solario Christo resurrectionem præparat: quia cuncta vel paschæ sacramenta, vel cetera legis decora eius esse sacramenta cognoscit. Vespere autem facta est, &c. Vespere ergo tunc facta fuit, quando lux mundi, id est, sol verus ad occasum mortis protuberavit, & tunc cum discipulis Dominus discubuit, qui eis quietem æternam præparauit. Amen dico vobis, quia vnus vestrum, &c. Prædicat de proditoribus, & tamen non designat specialiter, ne manifeste coargutus, impudentior fieret. Misit crimen in numero, vt agat conscius poenitentiam; & timentes fragilitatem suam, plus credunt magister quam sibi. Nunquid ego sum Dominus? Tristes de peccato interrogant, cuius conscientiam non habebant. Qui intingit mecum manum, &c. Iudas cæteris contristatis & retrahentibus manum, & interdicentibus cibos ori suo, temeritate & impudentia, qua proditorus erat, etiã manum cum magistro

stro mittit in paropfidem, vt audacia bonam cōscientiam mentiretur. Est autem paropfidis vt quidam dicunt quadrangulū vas escarium, ob hoc ita dictum, quod paribus abfidis fit: hoc est equis lateribus, pro quo Marcus catinum, vas fictile aptum ad immitendum: liquorem posuit & potuit fieri vt in ipsa mensa vas fictile, quadrangulum contineret liquamen in quod cum magistro discipulus manum mittere posset, vt impleteret prophetia, Homo pacis mee; &c. *Filius quidem hominis vadit, &c.* Pœna predicatur, vt quæ pudor non vicerat, corrigant denunciata supplicia. Moraliter verò, vñ hodie homini illi qui infidias in mente positis, ad mensam malignam accedit, & sacrosanctis mysteriorum Christi oblationibus participare non meruit tradens filium hominis non Iudæis peccatoribus, sed tamē peccatoribus, membris videlicet suis. *Bonum erat ei si natus, &c.* Non idē putādus est ante fuisse, quam nasceretur: quia nulli possit esse bene, nisi ei qui fuerit. Sed simpliciter dictum est, multo melius esse nō subsistere, quam malē subsistere. *Numquid ego sum rabbi.* Interrogat nō tacendo se proderē videretur & nō Dominum sicut ceteri, sed magistrum vocat, quasi exultationem habeat, si Domino denegato saltem magistrum prodiderit. *Tu dixisti.* Ac si dicat: Quia non dixi. *Cenantibus autē eis, &c.* Finitis Paschæ veteris solenniis, quæ in commemoratione antiqui de Agypto liberationis populi Dei agebatur: transit ad nouū, quod in sanguine redemptionis memoriam Ecclesiam frequentare volebat, vt videlicet pro carne agni ac sanguine, sui corporis sanguinis sacramētum substitueret: Bene dixit panem & fregit quia hominem assumptum ita morti subdere dignatus est, vt ei diuinæ immortalitatis veraciter inesse potentia demonstraret: Ideoque velocius eum à morte resuscitandum doceret. *Et accipiens calicem, &c.* Gratias agit, vt ostendat, quid vnusquisque in flagello culpæ proptiē facere debeat, si ipse æquantimter flagella culpæ portat aliena, & quid in correptione faciat subditus, gratias patri agit æqualis. *Hic est enim sanguis meus, &c.* Quia ergo panis carmen confirmat, vinum verò sanguinem operatur in carne: hic ad corpus Christi mysticè, illud refertur ad sanguinem verum, quia & nos in Christo & in nobis Christum manere oportet: vinum Dominici calicis, aqua miscetur, attestante enim Ioanne, Aquæ populi sunt. *Non bibam à modo de hoc gemine vitæ.* Id est, non vltra carnalibus Synagoga quæ vitis sine vinea Christi appellatur, carnis delectator, in quibus etiam ista Paschalis agni sacra locum tenuere præcipuum. Aderit enim tempus meæ resurrectionis, aderit dies ille cum ipso in regno Dei positus, id est, gloria vitæ immortalis sublimatus, de salute eiusdē populi fonte gratiæ spiritualis regenerati, non vobiscum gaudio perfundat. Aliter vetus vinum corpus, quod de propagine Adam susceperat, & nouū vinum immortalitatem renouatorū corporū intelligere debemus: eum verò dicit, Vobiscum nouum bibam vitam ipsi resurrectionem ad induendam mortalitatem promittit. *Et hymno dicto, &c.* Pulchre discipulos sacramentis sui corporis ac sanguinis imbutos; hymno etiam piæ intercessionis patri commendatos, in montem ducit Oliuæ: vt typicè designet nos per actionem sacramentorum suorum perque operam suam

intercessionis ad altiorem virtutum dona, & charismata spiritus sancti, quibus in corde perungamur concedere debere. *Omnes vos scandalum patiemini, &c.* Prædicat quod passuri sint, vt eum passi fuerint non desperent salutem, sed agentes penitentiam liberentur, & signanter addidit, In ista nocte scandalizabimini quia qui scandalum patiuntur, in nocte & in tenebris sustinent. Nos verò dicamus: Nox præcessit, dies autem appropinquat. *Scriptum est enim: Percutiam pastorem, &c.* Hoc aliis verbis in Zacharia propheta scriptum est. Percutitur autem pastor bonus, vt ponat animam pro ouibus suis, & de multis gregibus errorum fiat vnus grex, & vnus pastor. *Respondens autem Petrus, &c.* Non est temeritas, nec medacium: fides est apostoli Petri, & ardens affectus erga dominum Saluatorem. In tantum enim & affectu & charitate efferebatur, vt imbecillitatem carnis suæ, & fidem verborum Dei non conuerteret, quasi verò dicta eius efficienda non essent. *Amen dico tibi, quia in hac nocte, &c.* Marcus verò dixit: Priusquam gallus bis vocem dederit, ter me negaturus es: & apparet, quod trina illa negatio, antequam cepta, ante secundum verò galli cantum sit peracta. Nec interest, quantis morarum interuallis enunciata sit trina voce, quam cor eius totam ante primum galli cantum tanta formidine possideret, vt posset dominum non solum semel, sed iterum & tertio interrogatum negare. *Etiā si oportuerit me memori tecum, &c.* Valida est vñ mors dilectio. Per amorem mentis non timuerunt dampnum mortis, sed vana fuit præsumptio humana sine protectione diuinæ, iuxta illud Psalmographi: Nisi dominus custodierit ciuitatē, &c. *Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani.* Huic sententiæ non est contrarium, quod Iesus Lucas in montem Oliuæ, Ioannes in hortum egressum perhibent. Monstratur enim vsque hodie locus Gethsemani ad radices montis Oliuæ, vbi intelligimus illum fuisse hortum, de quo Ioannes narrauit. Neque ecclesia desuper ædificata constat: Cùm in monte orat dominus, quasi tacite nos admonet pro celestibus tantum bonis supplicare debere: At cùm in valle orat, & hoc in valle pinguium siue pinguedinis, quod Gethsemani sonat, ipsius æquo insinuat nobis humilitatem, semper in orationibus & internæ pinguedinem dilectionis esse seruandam; aliter, appropinquans morti Dominus orauit in valle pinguedinis, aperte insinuans, quia per vallem humilitatis, & pinguedinem charitatis pro nobis mortem subiit. *Et dixit Iesus discipulis suis, Sedet hic, &c.* In domo qua Pascha manducabant, iussit paulisper expectare discipulos redeuntem: ostendens quod eius solius oratio, nostrum omnium est redemptio. *Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæ, &c.* Tristari cœpit, vt veritate probaret assumpti hominis veræque contritatus: sit: sed nō passio in animo illius dominaretur per passionem cœpit contritari: Aliud est enim contritari; & aliud incipere. Contristabatur non timore: patiens, sed d propter inefficacissimum illud & scandalum omnium apostolorum, & relictionem populi Iudæorum, & euerisionem iherosolimitanā. *Tristis est anima mea, &c.* Non propter mortem: tristis est dominus, quia conditio corporalis affectus, non formido mortis offendit. Nam qui corpus suscepit, omnia debuit subire: quæ corporis sunt,

ris sunt, vt esuriret, sitiret, angeretur, contristaretur, diuinitas per hos mutari affectus nescit. *Sustinete hic & vigilate mecum.* Non à somno prohibet, cuius tempus non erat, imminente discrimine: sed à somno infidelitatis suæ & torpore mentis. Sciebat enim ingratante diabolo, fidem eorum conlopiendam: parem secum vigilantiam impetrat, quibus eadem passio immineret. *Et progressus pusillum prociidit in faciem suam, &c.* Ruit in faciem, vt humilitatem mentis, habitu carnis ostendat: & postulat vt si possibile sit, transeat à me calix, non timore patiedi sed misericordia prioris populi, ne ab illis bibat miserem propinatum. Vnde signanter nō dixit, Transeat à me calix, sed calix iste, hoc est populi Iudæorum, qui exultationem ignorantiam habere nō potest, si me occiderit, habens legem & prophetas qui de me quotidie vaticinantur. *Verumtamen non sicut ego volo, &c.* Non, inquit, pater hoc quod humano affectu loquor sed propterea quod ad terras tua voluntate descendit. *Et dixit Petro, Sic non potuisti vna hora, &c.* Petrus sigillatim intra ceteros increpat, quia præ ceteris nunquam se scandalizaturum fuerat gloriatus quod nunc tristitia magnitudine somnum non potuisset extergere. *Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.* Hoc est, ne tentatio vos vltima superet, orate & intra suos casus teneat. *Spiritus quidem promptus est, &c.* Dnas in se ostendit voluntates, humanam videlicet quæ est carnis, & diuinam, quæ est deitatis. Formare quippe in passione humanæ est fragilitatis, suscipere autem dispensationem passionis diuinæ est voluntatis & virtutis, aliter ad eos hic sermo conuersus est qui sponderant se nūquam negaturos. Illorū enim spiritus prorsus, sed caro erat infirma, quia nondum induerant virtutem ex alto. *Iterum secundo abiit, &c.* Secundo orat, vt si aliter Ninive saluari non potest, nisi aruerit excubita, fiat voluntas patris, quæ non est contraria filij voluntati, dicente ipso per prophetam. Vt faceret voluntatem suam, Deus meus voluit. *Et venit iterum, &c.* Solus orat dominus pro omnibus, sicut & solus patitur pro vniuersis. Læquecebant autem & opprimebantur oculi Apostolorū negatione vicina. *Et relictis illis iterum abiit, &c.* Sicut tentatio cupiditatis trina, ita tentatio mortis trina est: cupiditati, quæ est in auro sita opponitur timor mortis, sicut enim in illa cognoscendarum rerum est auditas, ita in ista metus amittendæ talis notitiæ. Cupiditati vero honorum vel laudis opponitur timor ignominie & contumeliarum. Cupiditati autem voluptatis opponitur timor doloris. Non absurdè ergo intelligitur, propter trinam tentationem passionis ter dominum orasse, vt transfret calix. Sed ita, vt potius impleteret voluntas patris. *Tunc venit ad discipulos suos, &c.* Intelligitur post illud quod eis dictū est, Dormite & requiescite: ad siluisse Dominum aliquantum, vt hoc fieret, quod præmiserat & tunc intulisse. Ecce appropinquabit hora. Ideo post illa verba secundum Marcum positum est. Sufficit, id est, quod requieuitis. Iam autem quod ad eos reuertens dormientesque reperiens, primum obiurgat, secundo iubet, tertio quiescere iubet: ratio ista est quod primum post resurrectionem dispersos & diffidentes, & trepidos reprehendit. Secundo misso spiritu paraclæto grauatos ad continuandam Evangelij libertatem oculos visitauit. Tertio verò, id

est, claritatis suæ reditu, securitati eos & quieti restituet. *Ahuc ipso loquente, &c.* Concordat factum Iudæ cum mutatione mentis eius qui relictis armis vitalibus pergit cetera magistrum cum fistibus, ad auctorem vitæ accessit cū meditatione mortis. *Qui autē tradidit eum, &c.* Putabat miser signa quæ Saluatorem viderat facientem non maiestate diuina, sed magicis artibus facta: & qui eū audierat fortē in monte transfiguratum, timebat ne simili transformatione laboretur de manibus ministrorum. Dat ergo signum, vt sciant ipsum esse quem osculo demonstraret. *Aue rabbi, &c. salatus est eum.* Suscipit autem dominus osculum traditoris, non quod simulare nos doceat, sed ne prodicionem fugere videatur, simul & illud Dauidicum complens. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. *Amice, ad quid venisti?* Verbum amice nō est intelligendum vel certē iuxta illud quod supra legimus: Amice, quomodo huc intrasti? *Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, &c.* Hoc utique Petrus eodem mentis ardore quo cetera fecit. Sciebat enim quomodo Phinees puniendo sacrilegos, mercedem iustitiæ & sacerdotij perennis acceperat. Iuxta allegoriam verò sœuus seruus, est populus Iudæorum. Principibus sacerdotum in debito mæcipatus obsequio, quia in Domini passione dexteram auriculam, id est, spiritalem legis intelligentiam perdidit: sinistra tamen, hoc est, utilitate literæ cōtentus, quæ videlicet auris Petri gladio decidit: non quod ille sensum intelligendi audientibus tollat, sed diuino ablata iudicio negligētibus pandat. Verum eadem dextera auris, secundum Lucam, in his qui ex eodem populo crederet maluerunt, diuinæ dignatione pietatis pristino est restituta officio. Aliter auris pro domino amputata, & à Domino curata, significat auditum ablata vetustate renouatum, vt sit in fionitate spiritus, & non in vetustate literæ: quod cui præfiri fuerit à Christo, præstabitur & regnare cum Christo, quod sonat nomen serui Malchus, quæ rex siue regnaturus interpretatur. *Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium, &c.* Id est, cesser vindicta, remissio largiatur. *Omnes enim qui acceperint gladium, &c.* Id est, ipso peccato animæ moriuntur, qui semetipsos, in presenti, vice talionis viclici desiderant. *An putas quod non possum rogare patrem meum, &c.* Ac si dicat, Non indigeo duodecim Apostolorum auxilio, etiam si omnes me defenderent, qui possum habere duodecim legiones Angelici exercitus. Aliter autem hic numerus omne genus hominum significat cum Romano imperio. Hi sunt angeli Dei qui Dei exercuerunt iudicium, quando post suam resurrectionem anno quadagesimo secundo, missi à Domino sceleratam urbem perdidit. *In illa hora dixit Iesus turbis, &c.* Stultum est, inquit, cum gladiis vltro offerretem querere, & in nocte quasi latitantem per proditorem inuestigare, cū quotidie in templo doceat: sed ideo in tenebris aduersum me congregamini, quia potestas vestra in tenebris est. *Hoc autem totum factum est, &c.* Scripturæ ergo prophetatæ sunt, foderunt manus meas, &c. *Tunc relictis eo discipuli fugerunt.* Mysticè, sicut Petrus qui culpam negationis lachrymis abluat, & confessione Dominici amoris funditus extirpauit: recuperationem eorum ostendit qui in martyrio labuntur. Ita ceteri discipuli qui articulum comprehensionis fugiendo præuenerat, docent

docent eos qui se minus idoneos ad toleranda supplicia sentiunt, quibus tutius est pulchra latrabarum quætere, quam se discrimini certaminis exponere. *Petrus autem sequebatur à longe, &c.* Mirandus est & tamen venerandus qui Dominum non reliquit, etiam cum timeret. Quod enim timet, nature est: quod sequitur, deuotionis: quod negat, obreptionis: quod pœnitentis fidei. Mystice quod ad passionem eundem Dominum à longe sequitur Petrus, significabat Ecclesiam secururam quidem, hoc est imitaturam Domini passionem: sed longe differenter. Ecclesia enim pro se patitur, at ille pro Ecclesia. *Et ingressus intro, &c.* Quomodo Petrus ingredi posset; Ioannes manifestat: vel amore magistri, vel humana curiositate, scire cupiens, quid iudicaret de Domino pontifice, vitum eum neci addiceret, an flagellis cæsum dimitteret. *Principes autem sacerdotum, &c.* Bene autem conuenit nomen Pontificis actionis sue reuerenti. Interpretatur enim Cayphas, inuestigator, vel sagax suo uomens ore. Sagax enim fuit ad explendam doli sui nequitiam, sed impudens ad profertendam mendaciam: & impleta est scriptura, scrutati sunt iniquitatem, defecerunt scrutantes scrutiny: sagitta paruulorum facta sunt plaga eorum. *Novissimè autem venerunt duo, &c.* Falli testes esse calumniatur, siue quod non eodem sensu intellexerunt, quo dicta sunt, & paucis additis vel mutatis quasi iustam calumniam faciunt: commutant & aiunt: Ego dissoluam templum hoc manufactum: & Saluator, Vos, inquit, soluite, & non ego: quia illicitum est ut ipsi nobis inferamus mortem, deinde vertunt. Et post triduum aliud non manufactum ædificabo: ut proprie de templo Iudaico dixisse videatur. Dominus autem ut ostenderet animal viuum & spirans templum dixerat: Et ego in triduo suscitabo illud, aliud est ædificare aliud suscitare. *Et surgens princeps sacerdotum, &c.* Ira præceps & impatiens non inueniens calumnie locum, excutit de folio pontificem, ut insaniam mentis motu corporis demonstraret. *Adiuuro te per Deum viuum, &c.* In adiurando arguitur condemnare tacentem, quia confidenti credere noluit. *Tu dixisti.* Simili sententia aduersus Pilatum usus est, ut propria sententia condemnaretur. Marcus posuit, Ego sum: ut ostenderet tantum valere, quod ei dicit Iesus, Tu dixisti, quantum si diceret, Ego sum. *Verum tamen dico vobis, &c.* Id est, in perpetua felicitate regnaturum probaueritis eum, & venturum cum maiestate, ut iudicet in æquitate quem modo infirmitate possum, iniuste iudicatis. *Tunc princeps sacerdotum, &c.* Consuetudinis Iudaicæ est, cum aliquid blasphemie & quasi contra Deum audierunt, scindere vestimenta sua: quod Paulum & Barrabam fecisse legimus. Mystice verò in passione Domini scidit ipse Pontifex vestimenta sua, ut ostendat Iudæos pro sceleribus ipsorum pontificum probaueritis eum, & venturum cum maiestate sedem habere pontifices: quod verò tunica Domini nec ab ipsis qui eum crucifixerunt, nec à militibus scindi potuerit, significat quod soliditas sanctæ & vniuersalis Ecclesiæ quæ vestis sui redemptoris solet appellari, nunquam valeat villo pacto perturbationis disrumpi. *Alii autem palmas in faciem eius dederunt, &c.* Qui tunc à Iudæis cæcus est, nunc etiam salutorum Christianorum blasphemis cæditus. Colaphis verò cæditur ab his

qui ei honores suos preferunt. Spuunt in faciem eius illi, qui eius presentiam gratiam respuunt. Palmas in faciem ei dant, qui perfidia cæcati eum non venisse affirmant, tanquam presentiam eius exterminantes & repellentes. Error hæreticorum de Christo tubus genibus terminatur: aut enim de diuinitate aut de humanitate, aut de vtroque falluntur. *Petrus verò sedebat foris in atrio.* Non appropinquabat Iesu ministris, ne aliqua suspicio naleretur. *Et accessit vna ancilla ad eum, &c.* Prima vtiq; mulier prodit eum, ut etiam iste secus peccasse in necem Domini videretur, & per passionem Domini redimeretur. Vnde resurrectionis accipit prima mysterium, ut veterem præuaricationis aboleret errorem. *Exeruit autem illo ianuam.* Exiit ergo post primam negationem ante atrium, & mox gallus cantauit, quod Marcus commemorat quo reuerso iterum in atrium, fit quod sequitur. *Vidit eum alia ancilla.* A duobus hic compellatus est, ancilla scilicet, quam commemorat Matthæus & Marcus, & ab alio quem commemorat Lucas. Post primam igitur negationem rediens in atrium, stabat iuxta Ioannem ad focum, & animaduertit eum ancilla, cum resurgeret ut exiret: & dixit his, qui ad ignem aderant intrus in atrio. Et hic erat cum Iesu Nazareno. Ille autem qui foras exierat, hoc audito, rediens iurat illis contranitentibus, quod non noxisset hominem. *Et post pusillum accesserunt qui stabant, &c.* Matthæus & Marcus plurali numero enunciat eos, qui cum Petro aiebant, Lucas verò & Ioannes singulari. Intelligendum est, quod aut pluraliter nameri, illi pro singulari vtitata locutione posuerunt aut quod vnus maximè tanquam scies, & qui cum viderat, affirmabat: cæteri autem secuti eius fidem, Petri simul arguebant. *Nam & loquela tua manifestum te facit.* Non quod alia lingua Galilæi loquerentur, sed quod vna queque prouincia & regio suas habendo proprietates, vernaculum loquedi sonum vitare non possit. *Et cantauit gallus cantauit.* Quod enim Petrus ante primum galli cantum negauit, illos significat, qui Christum ante resurrectionem Deum esse non putauerunt eius morte turbati. Quod verò bis ante galli cantum secundum cætum negauit illos significasse credendus est, qui nunc in illo vel secundum hominem vel secundum Deum errant in vtraque substantia & ideo veritatem negant. Primus enim galli cantus, capitis est resurrectionis, hoc est ipsius Domini. Secundus autem ipsius, sed in corpore vniuersæ Ecclesiæ. Moraliter autem gallus aliquem doctorum significat, si per statum temporum vis intelligere meritum causarum. *Et recordatus est Petrus verbi Domini, &c.* In alio Evangelista legimus, Respexit dominus Petrum. Mihi videtur illa resurrectionis diuinitus facta, ut ei veniret in mentem, quoties iam negasset, & quid ei Dominus prædixisset. Atque misericorditer Domino respiciente, pœniteret eum & salubriter fleret, sicut quotidie dicimus in aliquo periculo vel labore positi. Domine respice in me, &c. *Et egressus Petrus, flens amarè.* Egreditur foras, ut impiorum concilio secretus pauide negationis fordes liberis fletibus abluat: sic quotidie conuenit pœnitentibus à præuorum confortio segregari.

Et vincula adduxerunt eum, &c. Ioannes declarat, quod mox comprehensum nocte ligauerunt, & sic adduxerunt eum ad Annam primum, & sic ad Cay

ad Caypham, deinde ad Pilatum: necnon & ad Herodem, ut vterque Domino illuderet. Habebant enim hunc morem, ut quem adiuuassent morti, ligatum ducerent. *Tunc videns Iudas, qui eum tradidit.* Quid ad nos, inquit, pertinet accepim pretium. Tu illud probaueras, tu fac inde quod volueris. Nihil quidem nefando proditor profuit egisse pœnitentiam per quam scelus corrigere non potuit. Si quando sic frater peccat in fratrem, ut emendare valeat, quod peccauit, potest & dimitti. Si autem permanent opera, frustra voce assumitur pœnitentia, hoc quod in Psalmo de eodè infelicissimo Iuda dicitur: Et oratio eius fiat in peccatum, ut non solum emendare non quierit prodicionis nefas. Sed ad prius scelus etiam proprii homicidij cūmen addiderit. *Consilio autem intro, emeruit ex illis agrum figuli, &c.* Ager, interpretante Domino, mundus vocatur: figulus verò noster Christus est, qui nos primitus de limo terræ creauit, iterumque per corpus terrenum recreauit. Cuius sanguinis pretium in peregrinorum datum est sepulcrum: quia nos qui peregrini eramus à lege & prophetis, praua eorum studia suscipimus in salutem, & requiem in pretio sanguinis æternam possidemus. *Tunc impleum est quod dictum est per Hieremiam, &c.* Hoc testimonium in Hieremia non inuenitur, in Zacharia verò inuenitur quædam similitudo, & quantum sensus non multum discrepet, tamen ordo, & verba diuersa sunt. Cum igitur & quæ dicta sunt per Hieremiam tam sint Zachariæ quam Hieremiz: & quæ dicta sunt per Zachariam tam sint Hieremiz quam Zachariæ, Quid opus erat ut emendaret Matthæus, cum aliud pro alio sibi nomen occurreret, à se scriptum relegisset, ac non potius sequens autoritatem spiritus sancti, à quo mentem suam regi plus nobis ille vtiq; sentiebat. *Iesus autem stetit ante præsidem, &c.* Hunc locum de accusationibus eorū, manifestus Lucas explanat, & arguunt Iudæi impietatis, quod accusantes saluatorem, in falso quidem aliquid verisimile, quod ei obicere possint, inueniunt: & ideo sicut Marcus dicit, conuenientie eorum testimonia non erant. *Dicit et Iesus, &c.* Sic ipse sermonem suum temperat, ut & verum dicat & sermo eius calumnie non pateat. *Tunc illi dixit Pilatus, &c.* Ethnicus quidem est qui condemnat Iesum, sed causam refert in populum Iudæorum. Vide in quantis te accusant, Iesus autem nihil respondere voluit, nec crimen diluens dimitteretur à præside, & crucis vtilitas differretur. *Per diem autem solennem, &c.* Hanc vtiq; habebat consuetudinem, qui per talia alienæ genti placere gaudebat. *Habebat autem tunc vinculum insignem, &c.* Barrabam filium magistri eorum Lucas propter seditionem factam in ciuitate & homicidium, missum refert in carcerem. A quo quis vincitur, eius filius appellatur. *Sedente autem illo pro tribunali, &c.* In muliere autem species plebis gentilium est, quæ iam fidelis eum cum quo conuersabatur, incredulum populum ad Christi fidem aduocat: quæ quia ipsa multum sit passa, pro Christo in eandem gloriam futura, illum cum quo conuersabatur, inueniat. Hac enim vice non ante se intellexit diabolum, per Christi mortem nudandum & spolia humani generis siue in mædo, siue apud Tartaros amissurum: & ideo satagebat per mulierem, per quam spolia mortis inuaserat, Christum etiam

per de manibus Iudæorum, ne per illius mortem ipse amitteret mortis imperium. Porro tribunal, sedes est iudicum: solium regum: cathedra doctorum. *At illi dixerunt Barrabam.* Hæret vsque hodie Iudæis sua petio, qui pro Saluatore interfectorem, pro datore vitæ elegerunt. ademptorem, & hæcenus eam quæ vendidit siue animæ seu corporis libertatem, recipere non meruerunt. *Dicitur omnes, Crucifigatur.* Quanta perfidorum crudelitas, quæ innocentem occidere, pessimo ut sibi videbatur mortis genere desiderat: sed à Domino electa erat. Ipsam enim crucem habiturus erat signis, ipsam diabolo superato tanquam trophæum in frontibus fidelium positurus. *Videns autem Pilatus, &c.* Pilatus accepit aquam, iuxta illud propheticum: Lauabo inter innocentes manus meas, ut in lauacro manuum eius, gentilium opera purgarentur, & ab impietate Iudæorum, quia clamauerunt, Crucifige eum, nos alienos faceret. *Innocens ego sum, &c.* Iudex qui cogitat contra Dominum ferre sententiam, non damnat oblatum, sed arguit offerentes, iustum esse pronuncians, qui crucifigendus est. Vos, inquit, videtis: ego minister sum legum vestrarum, vos sanguinem funditis. *Tunc dimisit illis Barrabam, &c.* Non autem, si pacem Iudæi habere nequeunt, quibus est autor seditionis dimissus, id est, diabolus, qui iam olim patria lucis ob culpam superbie pulsus & in tenebrarum fuerat carcerem missus. Quia verò Barrabas filius patris, vel filius magistri eorum interpretatur: potest antichristi typum gerere, quem illi quibus dicitur, Vos ex patre diabolo estis, & Dei filio sunt prælati. *Iesus autem flagellatus, &c.* Primitus ipse Pilatus flagellauit, post militibus tradidit illudendum ut fatiati pœnis & opprobriis eius Iudæi mortem illius vitare vltra desideret. Mystice autem Pilatus, qui os malleatoris interpretatur: significat diabolum qui secundum prophetam malleus vniuersæ terræ, per quem Dominus vascula sua in ministerij ysum formanda percudit, cum electos suos varijs tentationibus probare permittit. *Tunc milites præsidis, &c.* Milites quodcumque fecerunt tamen nobis qui credimus, sacramenta tribuebant. In chamyde coccinea, quam Marcus purpuram nominat, eo quod quædam purpura sit rubra, & cocco simillima, peragentium cruenta sustentat, siue eius carnem, quam passionibus obiecit, insinuat. In corona spinea, maledictum soluit antiquum, siue susceptionem nostrorum peccatorum, pro qua mortalis fieri dignatus est ostendit. In calamo venenata occidit animalia, siue calammum tenebat in manu ut sacrilegium scriberet Iudæorum. Potest in vtroque Domini habitu inimicorum quidam sententia probrolo, sed ipsius Domini electione gloriosissimo, omnis electorum eius multitudo, quæ in martyres venerandos & cæteram fidelium plebem distinguitur, apertissime designari. Alba etenim veste secundum Lucam induitur, cum munda iustorum confessione circundatur. Purpura siue cocco vestitur, cum trium pho victoriosorum martyrum gloriatur. *Et expuentes in eum, &c.* Hæc faciunt vsque hodie pagani & hæretici milites vtiq; diaboli, quasi arundine caput Christi feriunt, qui diuinitati illius contradicentes, errorem suum confirmare auctoritate sacræ scripturæ conantur. Per arundinem enim solet scriptura confici.

Spunt in faciem eius; qui eius presentiam gratia verbis excrucians ex interna caeca mentis insania conceptus respuit. Et Iesum Christum in carne venisse denegant. *Et postquam illuserunt ei, &c.* Quando flagellatur Iesus, & conspuatur, & irridetur; non habet propria vestimenta: Sed ea quae propter peccata nostra sumpserat: cum autem crucifigeretur, & illusionis atque irrisio- nis pompa praeterierit, tunc pristinas vestes recipit, & proprium adsumit ornatum. *Excuntes autem invenerunt hominem Cyrenaeum, &c.* Primitus secundum Ioannem portabat, post imposita est Symoni qui obediens interpretatur; venienti de civitate Lybiae Cyrenae quae haec interpretatur: quia nimirum Christus pro nobis passus, praebens exemplum fidelibus, ut sequantur vestigia eius. Et Symon, de pago egrediens crucem portat post Iesum, cum populus nationum paganis ritibus detestatus; vestigia Domini passionis obedienter amplectitur. *Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, &c.* Golgotha namque Syriacum nomen est, & interpretatur Calvaria. Et autem ipse locus in Hebraeo, tunc extra urbem ad septentrionalem plagam montis Sion, & Calvariae, non ob calvitium primi hominis, quem ibi quidam errantes sepulchrum frustra suspicantur: sed ob decollationem reorum atque damnatorum dicitur. Et propterea ibi crucifixus est Dominus, ut ubi prius aera damnatorum, erigeretur vexilla martyrum. Moralem quoque crucis figuram describit Apostolus, ubi ait in Charitate radicari & fundari & ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, &c. *Et dederunt ei vinum bibere, &c.* Amara vitis vinum fecit amarum quod propinant Domino Iesu, ut impleatur quod scriptum est. Dederunt in cibum meum, fel: & in siti mea potaverunt me aceto. Quod autem dicitur, cum gustasset, noluit bibere; hoc indicat quod gustaverit quidem pro nobis mortis amaritudinem, sed tertia die resurrexerit. Marcus vero, quod gustasset, tacuit, quod bibere noluit aperuit dicendo. Non accepit: quod Marcus ait, myrrhatum vinum. Fel posuit pro amaritudine & myrrhatum vinum amarissimum est, quamquam fieri possit, ut & felle & myrrha vinum amarissimum redderent. *Postquam autem crucifixerunt, &c.* Ioannes autem distinctius explicat quemadmodum hoc gestum sit. Quadripartita autem vestis Domini, quadripartita eius figuravit Ecclesiam, toto scilicet quatuor terrarum partibus orbe diffusam & omnibus eisdem partibus concorditer distributam. Tunica vero illa sortita, omnium partium significat unitatem, quae quia charitatis vinculo continetur, quae supereminentiorem habet viam, & super omnia praecipua est: merito vestis, qua significatur, desuper contexta perhibetur. Quid in sorte, quae non persona, vel meritis sed oculo Dei iudicio conceditur, nisi gratia Dei commendata est, quae in unitate ad omnes pervenit. *Et sedentes servabant eum, Diligentia militum & sacerdotum nobis proficit, ut maior & apertior virtus resurgens appareat. Et imposuerunt super caput eius, &c.* Pulehres titulus, qui Christum regem testatur, non infra, sed supra crucem ponitur; quia licet in cruce pro nobis hominis infirmitate dolebat, super crucem tamen regis maiestate fulgebat. Qui apte etiam, quia rex simul & sacerdos est, cum eximiam patris sui carnis hostiam

in altare crucis offerret: regis quoque quia praeditus erat titulo, dignitatem praedit. Ut curatis legere, hoc est, audire & credere. volentibus: innotescat, qui suum per crucem non perdidit, sed confirmavit. potius & corroboravit imperium. Quantum vero ad litteram, haec tres linguae, ibi praeter ceteris eminebant. Hebraea, propter Iudaeos: in lege gloriantes; Graeca, propter gentium sapientes: Latina, propter Romanos iam tunc penes omnibus gentibus imperantes. Velur namque ergo Iudaei omne mundi regnum, & omnis mundana sapientia, & omnia divinae legis sacramenta ostendunt: Quia Iesus rex Iudaeorum est, hoc est, imperator credentium & consentientium Deus. *Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, &c.* Latrones qui eum Domino hinc inde sunt crucifixi, significat eos, qui sub fide & confessione Christi, vel agoniam martyrum, vel quolibet continentiae asserionis infirmita subeunt. Sed quicunque haec praeterna solum caelestique gloria gerunt, hi profecto dextri latronis merito ac fide designantur. At qui sine humanae laudis intuitu, seu qualibet minus digna ingentis mundo abrenuntiant, non immerito blasphematoris mentem imitantur & actus. *Similiter & principes sacerdotum, &c.* Itaque haec eos connotantes: propria condemnat sententia. Qui enim alios salvos fecit, utique seipsum si vellet, saluare poterat. *Si rex Israel est, &c.* Fraudulenta promissio. Surrexit ergo etiam si de cruce descenderit, similiter non creditis. *Idipsum & latrones, &c.* Hoc quia secundum Lucam unus fecit, alter vero digna invectione redarguit, & Dominum fidei supplicatione precatur, potuit vlitato loquutionis modo per pluralem numerum significari. Vt; hodie haec geri in ecclesia & fieri videremus cum mundanis tacti afflictionibus veri simul ac falsi fuerint Christiani. Illi quidem qui ficta mento, Dominicae passionis sacramenta gestant, ad praesentis vitae gaudia cupiunt liberati a Domino. At qui simplici intentione cum Apostolo gloriatur in cruce Domini nostri, ita potius a praesentibus armoribus optant erui, ut spiritum suum in manus sui commendent auctoris. Potest in duobus latronibus uterque populus designari quia uterque blasphemavit, quando in mortem Domini patiter consenserunt. Sed alter magnitudine signorum exterritus egit poenitentiam, & usque hodie Iudaeos increpat blasphemantes. *Sexta autem hora tenebrae factae sunt, &c.* Quod vero Marcus recapitulando horam scilicet exprimit, quia maxime Iudaei clamaverunt, ut Dominus crucifigeretur. Quod ergo maxime videri fecisse volebant, hoc eos hora tertia fecisse ostendit: verissime indicans magis fuisse Domini necatricem linguam Iudaeorum quam militum manus, qui cum hora sexta crucifixerunt. Rationis igitur imò divinae pietatis ordo placebat ut eodem temporis articulo, quo olim Adae praevaticati ocellerat ianuam paradisi referaverit: & qua hora primus Adae peccando mortem huic mundo invexit, eadem secundus Adam mortem moriendo destrueret. *Et circa horam nonam. Quorum suscepit naturam, eorum deplorat miseriam. Ipsa enim natura, quam ille susceperat, propter peccatum derelicta fuerat a patre non filius, qui unum cum patre est. Ostenditque quantum flere debeant, qui peccant, quando sic fleuit qui nunquam peccavit: ostendit quàm patientes & spe-*

rantes inter flagella debeant esse, qui peccatores sunt: quando ille ad immortalitatem, non nisi per mortem transit. *Quidam autem illic stantes, &c.* Quos per milites Romanos fuisse, non intelligentes Iesum Hebraei proprietatem. Sin autem Iudaeos, qui hoc dixerunt intelligere voluerit, & hac more solito faciunt, ut Dominum imbecillitate infament qui alienum auxilium deprecetur. *Et continuo currens vnus ex eis, &c.* Postquam omnia perfecerunt, dabant quod essent. Iudaei quoque ipsi erant acetum degenerantes a vino propheta- rum & patriarcharum, tanquam de pleno vase, de iniquitate mundi huius impleti, cor habentes velut spongiam caernosis quodammodo atque tortuosis latibus fraudulentum. Hyslopum, cui circumposuerunt spongiam, quoniam herba est humilis & peccus purgat, ipsius Christi humilitatem congruenter accipimus: quam circude- rant, & se circumvenisse putauerunt, vnde est illud in psalmo. Asperges me hysopo, & mundabor. Per arundinem vero, cui imposita est spon- gia, scriptura significatur, quae implebatur hoc facto. *Iesus autem iterum clamans voce magna, &c.* Postquam accepto aceto dixit. Consummatum est: hanc magna voce protulit, in hac quid dixerit, Lucas aperte designat: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Quod autem dicit, Emitte spiritum: ostendit divinae potestatis esse emittere spiritum, ipse quoque dixerat: Nemo potest tollere animam, &c. *Et ecce velum templi scissum est, &c.* Iosephus quoque refert virtutes angelicas, praesens quondam templi, tunc patiter exclamasse: Transeamus ab his sedibus. Mystice scinditur velum templi, & arca testamenti, & omnia legis sacramenta, quae tegebantur, appa- reant, atque ad populum transeant nationum. *Et terra mota est, &c.* Non dubium est, quid significet iuxta litteram magnitudo signorum: ut crucifixum scilicet dominum suum, & caelum & terra omnia demonstrent. Sed mihi videtur terrae motus & reliqua, typum ferre gentium. Quod pristinis errorum vitis, & cordis emollita duritia, qui prius similes erant tumulis mortuorum postea agnouerunt creatorem. *Et multa corpora sanctorum, &c.* Sanctorum corpora surrexerunt, & Dominum ostenderunt resurgentem: & tantum cum monumenta aperta sunt, non ante surrexerunt, quia Dominus, ut esset primogenitus ex mortuis. Sanctam autem civitatem, in qua visi sunt resurgentes, aut Hierosolimam caelestem intelligamus, aut hanc terrenam, quae ante sancta fiserat appellata, propter templum & sancta sanctorum, ad distinctionem aliarum urbium in quibus idola colebantur. *Centurio autem, &c.* Non solus centurio glorificavit Deum, sed & milites. Quanta ergo caecitas Iudaeorum, qui tot per dominum virtutibus factis, tantis in morte eius apparentibus signis credere respuerunt. Vnde merito per centurionem, fides ecclesiae designatur: quae velo mysteriorum caelestium per mortem Domini referato, continuo Iesum & verè iustum hominem, & verè Dei filium synagoga tacente confitatur. Nam & ipsa summa centenaria quae in flexu digitorum a sinistra manu transit in dexteram, Ecclesiae sacramento & fidei apertissime congruit: cui pro lege, euangelium creditum: pro terrae diuitiis, regnum est caeleste promissum. *Erant autem mulieres, &c.* Ministrabant autem do-

mino de substantia sua, ut meteret eorum carnalia, cuius illae metebant spiritalia: non quod indigeret cibus Dominus creaturarum, sed ut typum ostenderet magistrorum, quod victu atque vestitu ex discipulis deberent esse contenti. *Cum autem sero factum esset, &c.* Diues refertur non de iactantia scriptoris, qui virum nobilem atque ditissimum referat Iesu fuisse discipulum, sed ut ostendat causam quare a Pilato corpus Iesu poterit impetrare. Arimathia autem ipsa Ramathaim est civitas Holcanae & Samuelis, in regione Thamnitica iuxta Diospolim. *Et accepto corpore Ioseph, &c.* Ex simplici sepultura Domini ambitio diuitum condemnatur. Qui ne in tumulis quidem carete possunt diuitiis. Possimus autem iuxta intelligentiam spiritalem hoc sentire, quod corpus Domini non auro & gemmis & serico sed linteamine puro obvolvendum sit, quamquam & hoc significet quod ille in syndone munda inno- luit Iesum, qui pura eum mente suscepit. *Et posuit illud in monumento, &c.* In nouo ponitur monumento, ne post resurrectionem ceteris corporibus remanentibus surrexisse aliud fingeretur. Potest & nouum sepulchrum Mariae virginis veterum demonstrare: solumque ostio appositum & saxum magnum illud ostendere quod non absque auxilio plurimorum potuisset sepulchrum referari. De monumento Domini ferunt, qui nostrae aetatis tempore de Hierosolymis venire, quod domus fuerit rotunda de subiacente rupe excisa tantae altitudinis ut intrò consistens homo, vix manu extenta culmen possit attingere quae habet introitum ab Oriente, cui lapis ille magnus aduolutus atque impositus est, in cuius monumetri parte Aquislonali sepulchrum ipsum, hoc est, locus Domini corporis de eadem petra, factus est, septem habens pedes longitudinis: trium vero palmarum mensura caetero pavimen- to altius eminens: Qui videlicet locus non desuper sed a latere Meridiano per totum parvulus est, vnde corpus inferebatur, color autem eiusdem monumenti ac loculi, rubicundo & albo dicitur esse permixtus. *Erant autem ibi Maria Magdalena, &c.* Omnibus ad sua remeantibus solae mulieres quae artius amabant, funus subsequuntur, quomodo poneretur inspicere curabant, ut ei tempore congruo munus possent deuotionis offerre. Sed & hactenus sanctae mulieres diei Parasceuae praeparationis idem faciunt, cum animae humiles, & quo maioris sibi consciae fragilitatis eo maiori saluatoris amore feruentes passionis eius vestigiis in hoc seculo, quo requies est praeparanda futura, diligenter obsequuntur: & si forte valeant imitari, pia curiositate, quo ordine sit eadem passio completa perpendunt. *Altera autem die que est post parasceue. Quia ergo sexta die homo factus, &c.* tota est mundi creatura perfecta, septimo autem conditor ab opere requieuit: vnde & hanc, Sabbathum, hoc est, requiem voluit appellari. Rectè saluator eadem sexto die crucifixus humanae re- stauracionis impleuit arcanum. Sabbatho autem in sepulchro quiescens, resurrectionis quae octava die erat ventura expectabat euentum, ubi nostrae simul deuotionis ac beatæ retributionis pre- lucet exemplum, quos in hac quidem sexta seculi eate pro Domino pati & velut mundo necesse est crucifigi. In septima vero aetate, id est, cum lethi quis debitum soluit, corpora quidem

in tumultibus, animas autem secreta in parte cum Domino manere & post bona oportet opera quiescere, donec octava tandem veniente etate, & iam corpora ipsa resurrectione glorificata, cum animabus simul in corruptionem aeternae hereditatis accipiant. *Comenerunt principes sacerdotum, &c.* Mystice in nomine seductoris & furto discipulorum, verum licet ignorantes vaticinantur. Seductor enim erat Christus non vt illi arbitrantur a veritate in errorem mittens, sed a falsitate in veritatem, quia sicut diabolus est mediator ad mortem homines seducendo: ita & Christus mediator est ad vitam mundum Deo reconciliando, discipuli quoque saluatoris, fures spiritualiter erant: quia contemporibus & ingratum scripturam noui & veteris testamenti, per iustum ablata iudicium, in usus Ecclesiae conferebant, & saluatorem, qui eis promissus & missus fuerat, illis nocte dormitibus, id est, infidelitate torpentibus distulerant & gentibus credendum tradebant. Et erat illis peior infidelitas resurrectionis, quam crudelitas crucis. *Illi autem abeuntes, &c.* Quantum in ipsis est, manum imponent referenti, vt diligentia eorum nostrae fidei proficeret. Quantum cum amplius referuerat, tantum magis resurrectionis virtus ipsius ostenditur.

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

ET factum est quum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: scitis quia post biduum pascha fiet & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Quia regni meminit, & retributionis, tempestiue consequenter & de passione sua differit, quasi dicens, Etiam hi, qui me crucifixerint, igne puniuntur. *Tunc congregati sunt principes sacerdotum, &c.* Quum lex praecipere, vt vnum tantum haberent pontificem per omne illius vitae tempus illi contra legem multos faciebant, quos quotannis mutabant: idcirco ad pontificem illius anni veniunt de homicidio consilium iniri, vbi oportebat magis homicidas puniri. Pontifex autem nunc dicit ad eos, qui iam annuo ministerio fungi debebant, sed sceleratam caedem perpetraturi erant, nec Deum, sed homines timebant. Timuerunt enim, ne quo pacto, si in die festo illum occidant, excitaretur tumultus: vel etiam quia tunc offerenda erant omnia sacrificia in lege decreta, ne populus propter homicidium a sacrificiis absteret, perderentque ipsi iurum, quod ex sacrificiis habebant. Fortassis autem & hoc timuerunt, ne forte in die festo occiso, illius mors nobilior, & clarior fieret, optabant enim memoriam eius abolere. Illi igitur ante festum consilium inierunt, vt vel forte post diem festum occiderent. At, non quando illi voluerunt, sed quando ipse voluit patitur, permisit eis, per tempus scilicet paschae, vt quando typicum pascha, tunc & verum pascha fieret. Dicere autem & illos caedis avidos fuisse possumus. Nam, qui volebant illum occidere, quum inuenerunt proditorem, occiderunt, contempta etiam turba, modo voluntas eorum fieret. *Quum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, &c.* Quidam dicunt tres esse mulieres, quae vixerint dominum unguento: alij autem duas dicunt: vnam apud Ioannem, quae est Maria soror

Sed communis sententia est, fuisse ea vna tantum. Marc. 14. Luc. 7.

Lazari: aliam, cuius Matthaeus meminit, quae eadem cum illa, quae apud Marcum, & Lucam. Simonem autem hunc leprosum quidam dicunt fuisse patrem Lazari, quem Christus a lepra purificauit, & apud eum cenauit. Dicitur autem quod & Iesus, qui dixerat discipulis suis, Abite ad quendam, & ostendet vobis cenaculum stratum, ad illum miserit eos. Denique & suscepit (vt dicunt) dominum: qui & apud illum perfecit pascha. Mulier igitur quum vidisset eum, qui leprosum purificarat, confisa est, quod & ipsa peccatorum confesqueretur remissionem, & purgaretur a lepra animae. Magnam autem fidem ostendit, quum tam pretiosum unguentum, & absque parsimonia in caput eius effudit, honore exhibens membro praecipuo. Et tu quoque, si lepra laboras, & pharisaica lepra inflatus es, quae a Deo separata, suscipe Iesum in domum tuam, & unge eum unguento virtutum. Potes enim parare unguentum Iesu, qui lepram tuam purgavit, & caput eius perungere. Quod autem est caput Christi: diuinitas eius, cui fragrantia virtutum offertur. Dirigitur, inquit, oratio mea sicut thymiana in conspectu tuo, domine. Affer igitur fragrantiam unguenti ex multis virtutibus confecti diuinitati Christi. Nam, si non solum hominem illum esse docueris, sed dixeris & Deum: tunc caput suum, hoc est, diuinitatem fragrantia unguento perfundes, hoc est, theologum ages. *Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes, &c.* Discipuli, quoniam multa de eleemolyna habendaque eius magna ratione audierant, reprehenderunt mulierem magis quaerentem misericordiam Dei, quam honorem in illum. Ille autem increpauit discipulos, eod quod intempestiue mulierem reprehendissent. Non enim summa exigere ab iis, qui nuper ad fidem adducti sunt, maxime ab infirma muliere, sed mediocrem eorum fidem suscipere oportet. Quando igitur quis offert Deo donum, ne auferis illum, neque confringas alacritatem eius, abducens illum, vt det pauperibus: sed sine implere oblationem. Quod si quis consilio tuo indigerit, vtrum oporteat facere, pauperibus dare, vel offerre Deo, consule illi, vt det pauperibus: at quum offert, indignum est, auerari illum. Decet enim, vt honorem, quem Deo debemus, praeferramus simpliciter omnibus, etiam misericordiam. Noli enim, quia propter misericordiam Christus suscipit in se misericordiam quasi sibi facta esset, existimare quod oporteat contemnere Deum, & eleemolynam tantum curare: quia sic & sacrilegium liceret, & ex sacrilegiis esset eleemolyna danda. Verum non sic se habet, quia non est idem, misereri pauperum, & colere, ac honorare ipsummet Christum. *Audi. Pauperes enim, inquit, semper habetis vobiscum, me autem non semper.* Vides igitur, quomodo aliud sit curam impendere Christo, & aliud misereri pauperibus, tamen Christus suscipiat perinde ac si in se colloceatur, quod pauperibus impenditur. *Quod enim hac unguentum hoc misit super corpus meum, ad sepeliendum me fecit, &c.* Docet nos, quod mulier haec iuxta diuinam dispensationem hoc fecerit, praefignans mortem illius, & corporis sepulturam. Non enim tulisset Christus unguento ungi, nisi mysterium quoddam subfuisse. Vnde futurum, sicut Deus praedixit, quod in gloriam eius vbique praedicetur res, quae fecit mulier. Vide autem Dei misericordiam, quomodo

Psal. 101.

Hoc in ginebrico est nunc promissa, &c. si nulli estis in ginebrico.

Non contra Graec, Chri. sem postea in nocte co- necti at g. na.

Immolatio Pasche erat figura vestrae lachrymationis.

quomodo mulierem magnis donis remunerat. Facit enim eam memorabilem vbique, quando suum euangelium est duraturum. Quomodo autem sepultura eius praefignatur unguento? Mos erat Iudaeis cum unguento mortuorum corpora sepelire, sicut & Aegyptij faciebant, vt incorrupta manerent, nec feterent. Ostendit igitur, inquit, ex hoc quod unguentum effudit, corpus meum breui sepeliendum. Haec autem omnia dicit demulcens, & dehortans Iudam, per quem sepultura tradendus erat. Intellige item per anagogen; leprosum quidem esse gentilem populum: mulierem autem peccatricem, congregationem, & ecclesiam ex gentibus, quae unguentum, hoc est, fidem, in Christi caput, hoc est, deitatem effudit. Omnis enim credens Deum esse Christum, unguentum effundit in caput Christi. Iudas autem, qui inceperat mulierem (sicut Ioannes dicit) figuram tenet Iudaeorum: qui vsque in hunc diem contra ecclesiam murmurant. *Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, &c.* Quum aliona mulier meretriciarum exhiberet honorem, tunc discipulis abiit proditorum illum. Non enim frustra adiecit, *tunc abiit*, sed vt ostendatur impudentia Iudae. Ad didit autem Iscariotes, vt notioerit eum redderet. Erat enim & alius Iudas, qui Lebbaeus dicebatur: hic vero proditor erat a pago, qui dicebatur Iscari. Illi autem constituerunt triginta argenti hoc est, decreuerunt vt ei darentur, id est, appenderunt. Quarebat igitur opportunitatem, vt illic traderet eis. Timebant enim turbam, & idcirco conduxerunt Iudam, vt indicaret eis, quando solus esset. *Primo autem die azymorum accesserit discipuli ad Iesum dicentes ei, &c.* Primam azymorum diem vocat, quae diem azymorum praecedit: vt sic dicam, quinta feria manducaturi erant pascha, post quam sequitur parasceue. Prima azymorum vocabatur in lege, eo quod festum incipiebat a vespera, qua vescebantur azymis. Dominus igitur mittit discipulos quinta, quam nominat Euangelista primam azymorum: quia prima vespera erat, qua comedebant azyma. Accedunt igitur discipuli, & rogant, Vbi vis parem tibi ad edendum pascha? Non enim habebat vel ipsi, vel illi proprias aedes. Mittit autem illos ad hominem, qui non cognoscebat, neque cognoscebat, sicut & de alicui fecerat: monstrans illis, quod possit nudis verbis persuadere etiam eis, qui plane se non cognoscant, vt se excipiant. Voluit autem pascha perficere, ne legi contrarius esse videatur. Tempus vero suum nominat immolationem, vt discamus, quod non ignorans, neque inuoluntarius immoletur. Adicit praeterea, *Apud te faciam pascha, id est, in domo tua cum discipulis meis: vt pararetur quantum sat esset multis, qui simul esuri erant.* *Vespere autem facta discombebant cum duodecim, & edentibus illis, &c.* Ex hoc putant quidam, quod hoc anno non comederit dominus pascha. Dicunt enim, quod stantes comedebant agnum. Christus autem recumbens tradidit suum sacramentum: primum enim perfecit figuralia, deinde verum perfecit. Pronunciat autem de Iuda, vt reueritus corrigatur, & si ob nihil aliud, saltem vel ob communem mensam, vel quod sciret se proditorum Deum, corda cognoscentem. Discipuli vero turbabantur: & licet purum cor haberent, ac sanam conscientiam, attamen magis

credebant Christo, quam sibi ipsis, eo quod ille melius sua corda cognosceret quam ipsi. *At ipse respiciens ait, Qui intinxit mecum unguentum in capite, &c.* Manifeste proditorum, reprehendit, quoniam quum clam reprehenderetur, non emendabatur. Propterea manifestat illum, dicens, Qui intinxit mecum: vt vel sic corrigatur. Verum Iudas impudens intingebat in catinum. Deinde dicit, *filium quidem hominis vadit sicut scriptum est, hoc est, etiam si praedestinatus sit Christum pati ad salutem, non tamen propter hoc colendus Iudas, sed vt illi. Non enim vt cooperans diuinae voluntati hoc fecit, sed suam malitiam perficiens.* Nam, si diligenter consideraueris, noluit Christus praecedenter crucifigi. Insinuat autem illud per hoc quod depreceatur poculum. Quoniam autem seiebat ante omnia secula, quod aliter non esset possibile saluari hominem: propter malitiam inimici voluntarium sit, quod praecederet non erat volitum. Dicens autem, bonum esse hominem illum non esse natum: ostendit substantiam peccati aliam a natura. Obserua autem verbum *vadit*, significat enim peregrinationem magis, quam mortem, suam occisionem. *Vescentibus autem eis, accepit Iesus panem, & quum egisset gratias, fregit, dedit; discipulis, & dixit, Accipite, comedite; hoc est corpus meum.* Apposuit autem vescentibus, vt ostenderet crudelitatem Iudae: quia in mensa, & communionem ciborum illius, quando si & seta fuisset, mansuetiorem se exhibuisse: tunc neque, quum argueretur, intellexit, sed & corpus illius gustans non penituit. Quidam autem dicunt, quod egresso Iuda, tradidit sacramentum aliis discipulis. Proinde & nos sic facere debemus, & malos a sacramentis abarcere. Gratiarum quoque agit fracturas panem, vt & nos erudiat cum gratiarum actione panem offerendum, & vt ostendat se cum gratitudine fractionem sui corporis, hoc est, occisionem suscipere, neque aegre ferre, ceu in te, quae displiceat tibi: vt & nos cum gratitudine martyrii aggrediamur. Porro dicens, *Hoc est corpus meum*, ostendit quod ipsum corpus domini est panis, qui sanctificatur in altario, & non respondens figura. Non enim dixit, hoc est figura, sed, hoc est corpus meum. Ineffabili enim operatione transformatur, etiam si nobis videatur panis: quoniam infirmi sumus, & abhorremus crudas carnes comedere, maxime hominis carnem: & ideo panis quidem apparet, sed caro est. *Et accepto poculo, gratias agit, dedit illis dicens; Bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus, qui est novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Sicut verus testamentum immolationem habebat, & sanguinem, ita & nouum testamentum sanguinem habet, ac immolationem. Pro multis autem dicit esse fundi, hoc est, pro omnibus. Sunt enim & omnes multi. Quare autem supra quidem non dixit: *Accipite, comedite omnes*: hoc autem loco, *Bibite ex eo omnes*? Sunt qui dicant propter Iudam hoc dictum. Iudas enim panem accepit, & non comedit, sed occultauit, vt monstraret Iudaeis, quod panem corpus suum vocaret Iesus, poculum autem inuitus bibit, quum non posset occultare. Propterea hoc loco dicebat: *Bibite omnes.* Iuxta anagogen autem dicunt, quod non sit omnium accedere ad solidum cibum, sed perfectiorum: bibere autem omnium sit. Idcirco hoc loco dicebat: *Bibite omnes.* Simpliciora enim dogmata re-

1049

Hoc affirmat & Clem. in constit. constant. A. p. 104.

Panis qui san- ctificatur in altario, corpus est caro domini est, non figura trans- formati pane in corpus Christi.

T t t 3 eipere

LUC. 24.
IOAN. 21.
ACT. 10.

cupere omnium est. Dico autem vobis, quod non bibi-
bam post hoc ex hoc fructu vitis, &c. Sumpto pocu-
lo, renunciat corporali potioni. Nouum autem
promittit, id est, nonnam quendam modum sum-
ptionis in regno, hoc est, in resurrectione. Quam
resurrexisset enim, comedit, ac bibit nouo quo-
dam modo: non enim quasi indigeret cibo, cor-
poralem sumpsit cibum: sed vt crederetur vera
resurrectionem nominat: tunc enim vixit mor-
tem, & re ipsa regem se comprobauit. Vel etiam
sic intelligas. Nouum poculum, reuelatio est sa-
cramentorum Dei: hoc est, in secundum aduentum
reuelabuntur, quae vere sunt noua, quae non au-
diuimus vsquam. Ceterum bibere dicitur Chri-
stus nobiscum: quod nostram visitationem cibum,
& potum suum exiuit. Et quum hymnum dixissent,
exierunt in montem oliuatum. Postquam conu-
nit, hymnum dixerunt: vt discamus & nos sic facere.
In montem Oliueti venit, & non in altum locum,
ne putaretur fugere, non enim in ignotum locum
secedit, sed in eum, qui Iudaeis notus erat. Secundu-
m autem a sanguinaria ciuitate, quam reliquit, vt
persequatur, & arguat illos postea, qui & cedentem
in certati fuerunt. Tunc dicit illis Iesus. Omnes
vos scandalum patimini per me in ista nocte, &c. Fe-
tura tanquam Deus praedicit. Et, vt non offen-
dantur, quasi ab ipso actus accusati, dixit scri-
ptum esse: Percutiam pastorem, & dispergentur oves
gregis, hoc insinuans, Ego contineo vos, mea au-
tem ambitio vos disperget, Percutere autem di-
citur pater filium, eo quod voluntate, hoc est,
permissione eius crucifixerunt Iudaei dominum:
quia quum ipse possit eos prohibere, & non pro-
hibet, dicitur peccare propter permissionem.
Deinde soluens eorum tristitiam, euangelizat eis,
Resurgam, & praeribo, hoc est, praenuntiam vos in
Galilaeam: indicans hoc loco relicturum se He-
rusalem, & ad gentes concessurum. Galilaeam
enim gentiles inhabitant. Respondens autem Petrus
dixit illi: Esti omnes scandalizati fuerint in te, &c. Ob
multam mentis confidentiam Petrus solus polli-
cebat se non scandalizatum iri, & idcirco per-
misit illum Christus cadere, vt doceat, ne quis in
seipso confidat, sed in Deo: & fide digniora exi-
stimanda verba Christi, quam nostram conscien-
tiam: quoniam & superbia plenum erat dicere;
Si omnes scandalizati fuerint. Ostenditur enim esse
arrogans, & ignorans suam infirmitatem. Pradi-
cit igitur dominus illi & horam, quod in illa no-
cte, & priusquam Gallus cantet: & numerum ne-
gationum, nempe quod ter negaturus sit. Dicit il-
li Petrus, etiam si oportuerit me mori tecum, &c. Pe-
trus genuinam suam affectionem declarare vo-
lens, contradicit saluatori: liberatus autem a pro-
ditionis metu, ex magno amore & ambitione ecci-
pit & contra alios insurgere, & Christo reluctari:
sed & alij discipuli nondum experti tentatione-
nes, ex ignorantia polliciti sunt, quae praestare non
poterunt. Transiit autem Christus in locum
securum oraturus. Otio enim, & sequestratione
opus habet preces. Et assumpto Petro, & duobus fi-
liis. Zebedae, &c. Non omnes assumit discipulos, sed
tres tantum, quibus ostenderat gloriam in mon-
te Thabor: ne quum viderent eum orantem, &
laborantem, scandalizarentur. Ceterum & illos
relinquit, & abit in secretissimum locum, ac orat.
Porro quod mactus est, & piget, per dispensatio-

nem fiebat, vt cre datur verus esse homo. Humana enim natura est, timere mortem, eo quod pro-
pter naturam ingressa est mors, & propterea illam
fugit natura, item vt ignoret diabolus, & inuadat
eum, vt purum hominem, quod conficiatur ipse
morte, & sic coneratur. Vel aliter. Si dominus
mortem non timuisset, dedisset Iudaeis excusatio-
nem, quod non peccassent, quod ita citra metum
ad mortem prolapsus. Ex hoc item discimus, ne
nos ipsi in temptatione inuicemus, sed precemur,
vt liberemur ab eis. Et propterea non longa di-
stantia a discipulis progreditur, sed prope tres
discipulos manet, vt audientes eum memores
sint, vt & ipsi in temptationibus praesentur simili-
ter. Calicem vero passionem nominat, vel pro-
pter somnum, quem facit, vel quod latitiae cau-
sa sit, ac nostrae salutis. Vult autem transferri ca-
licem, vel vt monstret hominem naturaliter de-
precari mortem, sicut praedictum est: vel quod
noluit Iudaeos tam graue peccatum peccare, pro-
pter quod destrueret templum, periretque popu-
lus. Venimus tamen paternam voluntatem fieri
vult, vt & nos discamus, quod licet natura nostra
reluctetur, Deo tamen magis obtemperare quam
nostram voluntatem implere debeamus. Et quum
ad discipulos, & inuenit eos dormientes, &c. Quo-
niam audax erat Petrus, & alij discipuli, arguit il-
lorum infirmitatem, quod temeraria fuerint lo-
quuti: & Petro praesertim sic loquitur, Vna hora
non potuistis vigilare, & quomodo animas ves-
tras pro me poneris? Sed iterum, postquam re-
prehensionem eos perstrinxit, curat dicendo, Spi-
ritus quidem promptus est, ac carnis oblectatur
imbecillitas. Hoc est, venia vos dignor, quod non
propter contemptum obdormueritis, sed pro-
pter infirmitatem. Vnde posthac, quia infirmi estis,
non sitis iam ad aces: sed orate, vt in nullam in-
trentis temptationem. Alij autem: Ne intretis in ten-
tationem, intelligunt, ne vincamini a temptatione
mea. Non enim iubet nos sine temptatione esse, na
temptationes nos coronant, sed ne a temptatione ab-
sorbeamur, & intremus in ventre eius quasi be-
stia cuiusdam, hoc iubet orare. Nam victus a tem-
tatione, ingreditur in eam, hoc est, absorbetur ab
ea. Rursus altera vice abiit, & orauit dicens, &c. Dicit
homo, continuo precari in temptationibus, audies
& dominum saepe orasse. Quum autem inuenisset
iterum dormientes, non reprehendit, ne tristitia
afficeret: sed reliquit, & abiit, ac orauit
tertio, confirmans se hominem esse. Ternarius enim
numerus veritatis demonstrationis, quae firma-
tius est. Tunc venit ad discipulos suos, & dixit illis, &c.
Ostendens quod non opus habeat illorum sub-
dicio, quando traditur, dicit illis: Dormite nunc, & re-
quiescite. Vel per ironiam dixit, quasi ita diceret, Ecce
appropinquauit proditor, & si placet vobis, &
permittit tempus, dormire. Excitat igitur illos a lo-
co illo, vbi orabat, & accedit ad eos, qui se com-
prehensuri erant, & occidit eis quasi latum qui piam
sibi oblatum venisset. Et illa, quae precatus est, pre-
catus est, vt credibilior esset dispensatio, & quod
voluisset non pati, vt seruarentur Hebraei a perditione,
quae eis imminere propter peccatum suum.
Et illo adhuc loquente, ecce Iudas vnus ex duodecim ve-
nit, &c. Vides arma pontificum qualia sunt? Ligna,
& gladij. Ita erant pacifici, & spiritum mansuetudi-
nis habentes. Vnus autem ex duodecim dicit
euangelista, adiuuans, quod ex primis, & electis
esset,

Ita, quod
peruenit
Dianus pro-
ditus proph-
tiam non si-
mily peccati.

esser, diabolique se tradidisset. Vnde, homo, & tu-
time, licet ex familiarissimis sis, ne vnquam desi-
das vaces, & excidas. Signum autem dede Iudas,
eo quod vox erat, & non poterat internoscere. Et
aliter, Qui venerant ad comprehendendum, non
erant ex tenebris tot, quot ex seruis pontificum: qui
omnino cognouissent Iesum. Sed Iudas notus fa-
cit eis magistrum osculo. Nam, quum sciret boni-
tatem domini, audebat illum osculari. Ille autem
fert vsque ad nouissimum horam, studens sua lon-
ganimitate illum lucrari. Quum autem neque se
emendatus esset, tunc fecit illos cadere, vt vel cadendo
agnoscant ipsius virtutem. Vnde, quum neque se
sic destiterunt a sua temeritate, tunc semetipsos
eis exposuit. Aliter quoque & Iudas amicum vo-
cat, incessans eum, & bladiens, quasi diceret, vi-
de nam amici osculum? Quod vero dicit, Ad quid
ades? hoc est, quia intentione hic ades? Numquid vt
amicus ille non oportebat cum gladiis aduenire?
numquid vt inimicus? & quomodo osculari? Ar-
guir igitur eum vt dolosum. Et ecce vnus ex iis, qui
erant cum Iesu, extendens manum, &c. Petrus erat, qui
gladium exemerat, vt Ioannes dicit. Habebat au-
tem gradium, quo agnitus pallorem mactarat.
Non arguimus autem Petrum, quoniam non pro-
feso, sed pro magistro zelo ardens hoc fecit: Domi-
nus enim, qui stiparum angelicis exercitibus, docet
non vtendum gladio, etiam si eius Deum vltione
exquirere videatur. Porro, Petrus auipatans auri-
culam, ostendit Iudaeis inobediencia laborare. De-
inde & dictu legis ponit, quod homicida & ipse
occidit. Lex enim hoc dicit, quod qui acce-
perit gladium, morietur gladio. Infirmitatem
quod Romanorum gladio perirent Iudaei,
contra se gladium accipientes. Iam quod non di-
xit, Postum ex habere duodecim legiones angelo-
rum: sed, orare patrem meum, dispensatiue dicit si-
cut homo, propter suam infirmitatem. Multa enim
tunc erant, quibus humana veritas ostendebatur,
vt sudor, & timor: & non visus fuisset verisimilis
dicere, si dixisset, Postum ipse adducere angelos.
Pro duodecim igitur, inquit, apostolis, astiterunt
michi duodecim exercitus angelorum, si quidem
voluissent. Legio enim est magnum agmen, nempe
sex millia equitum. Oportet igitur, inquit, haec
omnia fieri, vt impleretur scripturae, quae haec pra-
dixerunt. Non quod ideo Iudaei mali, quia predi-
xerunt scripturae, sed quia Iudaei haec mala volun-
tate facturi erant, ideo spiritus sanctus ea scriptu-
ris prodidit. In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquam
ad latronem existis cum gladiis, &c. Ostendit stultum
illorum conatum, & quod non fortitudinis illo-
rum fuerit, se comprehendi. Quando enim, inquit,
eram in templo, volebatis me comprehendere, &
quoniam non concedebam vobis, tunc non poteratis:
nunc autem spote me ipsum offero. nam scio im-
possibile scripturas, quae vestram praedixerunt ma-
litiarum, mendaces esse. Tunc discipuli omnes, relicto eo,
fugerunt, &c. Alij quidem discipuli fugerunt: Petrus
vero feruentiori erga magistrum affectu, sequeba-
tur procul. Quamuis autem & Ioanes sequebatur,
non tamen vt discipulus, sed vt notus pontifici.
Principes autem sacerdotum, & seniores eorum con-
cilium querebant falsum testimonium, &c. Ad Caypham
ducit eum, nam ille erat pontifex anni illius, vbi
& reliqui non contabant: non comedentes tunc
pascha, sed expectantes, vt occiderent dominum:
ita prauaricabantur legem. Dominus enim &

ipse legitime comederat, illi vero contemnunt le-
gem, modo occidant Christum. Nouissime autem venerunt
duo falsi testes, & dixerunt, &c. Vere illi erant falsi tes-
tes. Christus enim non dixerat, Possunt destrue-
re, sed solvere: & non dixit templum. Deus sed hoc
id est, corpus meum. Et iterum non dixit, aedifica-
bo, sed excitabo: eratque illi manifestari falsi tes-
tes, qui dicebant Christum alia dixisse, quam di-
xerat. Iesus igitur, quum sciret iudicium eorum
iniustum, tacebat: quibus enim signa nihil persua-
derant, quomodo persuasissent res ipsa? Porro po-
tiffex cupiens illum blasphemum declarare, rogauit
vt si dixerit, Ego sum filius Dei, & quam blasphemum
condemnetur. Si autem negauerit, testifica-
tus sit contra semetipsum. Ad Dominum, qui com-
prehendit sapientes in versutia sua, respondit, Tu
dixisti, hoc est, tutum os confessum est, quod ego
sum filius Dei. Verum tamen dico vobis, anodo videbitis
filium hominis sedentem a dextris virtutis, & veni-
entem in nubibus caeli. Ex Daniele propheta hic loqui-
tur. Ille enim inquit: Videbam sicut filium homi-
nis venientem in nubibus. Nam, quia putabatur
impostorem esse, eo quod in humili vestitu appa-
rebat, Videbitis inquit, me tunc cum virtute ve-
nientem, & assidentem patri. Virtutem enim hic
partis dicit: & non in terra, sed a celo venientem.
Tunc princeps sacerdotum discit vestimenta, dicens, &c.
Mos erat Iudaeis, quando quid intolerabile acci-
debat, dirumpere vestes. Sic & Cayphas, quasi ma-
nifestariis ille blasphemus esset, deceptus popu-
lul hoc faciebat, quasi hac ratione cogens alios
dicere hunc reum esse mortis: Verum tamen disci-
te, quod Cayphas rupit vestimenta sua, sacerdotum
veteris legis esse dirupit, & ablatum significa-
re. Tunc experunt in faciem eius, &c. Quando eodem
natus est, tunc ignominiosa multa contra eum fe-
cerunt: & experunt in eum, obregentes (vt alius
Euangelista inquit) faciem eius. Nam vt propheta
eum habebant, ideo ita inspuerunt in eum. Cola-
phizare autem est manibus percutere, & simul in-
curuatis digitis, & pugno caedere. Petrus vero se-
debat foris in atrio, &c. Immenso timore laborans
Petrus, oblitus est promissionum, & humane ser-
uit imbecillitati, quasi vita defunctus nescius
quid dicat. Intellege autem per anagogam, quod ab
ancilla Petrus reprehenditur, hoc esse humana in-
firmitatis, & ferulis affectionis iudicium. Deneque
gallus cantas illum recordari fecit. Gallus autem
est sermo, qui non sinit nos torpere, & dormire,
sed dicit, Vigilate, & Sarge qui dormis. A sermo-
ne igitur tanquam a gallo quopiam excitatus Pe-
trus egressus est foras atrium principis sacerdo-
tum, hoc est, ambitum excacatae mentis, & egres-
sus ab insensibilitate, sicut amat. Quando enim
erat in atrio excacatae mentis, non fleuit, neque
enim sentiebat: postquam autem exiuit, sentire coepit.
M A N E autem facto, consilium inierunt omnes prin-
cipes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, &c.
Vide diabolum quomodo omnes illos compre-
hendat in diebus illis, persuadens eis, vt occidat,
quum sacrificare, & offerre debeant pro aliorum,
peccatis, ignorantia, & purgatione. Illi autem Ie-
sum & ligant, & adducunt ad Pilatum praesidem,
quia a Ponto erat, Romanis autem tributarius,
& ab eis in Iudaeam praefes missus, Tradiderunt
itaque dominum Pilato, vt seditionum, & virum,
qui tyrannidem meditatus esset. Tunc videns Iudas,
qui eum tradiderat, &c. Tunc videns Iudas,
qui eum tradiderat, &c. Tunc videns Iudas,
qui eum tradiderat, &c.

IOAN. 21.

Daniel 7.

LUC. 22.

ephe.

C A P V T
X V I I.

niter quidem, non autem recte. Nam suum ponere bonum erat, suffocari autem diabolicum. Proinde non ferens ignominias subsequatur, seipsum è vita subduxit. Oportebat lacrymari & propitiationem quaerere proditorum. Quidam autem dicit, quod Iudas quum auarus esset, sperabat proditione Christi multum lucri, & Christum non occisum iri, sed euasurum, sicut sapius & antea: quum autem tunc vidisset condemnatum vt moreretur, poenitentia rei ductus est, quod alium quam opinabatur exitum res fortiretur. Idcirco & se strangulauit, vt praeniar Iesum in inferno, & ibi orando salutem assequatur. Verum scias, quod posuit quidem collam suam in laqueum, & quum penderet ab arbore, arbore inclinata superuixit, Deo volente ipsum vel in poenitentiam conferuare, vel in traductionem, & confessionem. Dicunt enim, quod morbo hydropico laborarit, ita vt transire non potuerit orbitam, & deinde cecidisse pronum, & crepuisse medium, hoc est disruptum esse, vt dicit Lucas in Actis.

Act. 1. *Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis dixerunt: Non licet eos mittere in Corbonam, &c.* Corbonam dicebant thesaurum in templo, in quem mittebant dona, quae Deo offerebantur. Vide autem quomodo Deus infatur illos, vt tradatur meis illorum sanguinaria. Vsq; in hunc enim diem dicitur ager sanguinis, vt omnes sint memores, quod dominum occiderint. Disce autem & hoc, quod & apud Iudaeos fuerit in precio hospitalitas: vnde in sepulturam peregrinorum agrum illum emerunt. Confundamur igitur nos, qui vite perfectioris videmur esse, & peregrinos despiciamus. Precium autem aestimati, hoc est Christi. Inaestimabilis enim fuit, & aestimatus est à filiis Israel, hoc est, precium eius constituerunt filij Israel, pacti cum Iuda, vt darent illi triginta argenteos. Iesus autem stetit ante praesidem, &c. Quali capitalium criminum reus sistitur Pilato, & interrogatur num inuaserit, & conitauerit, & attentarit regnare Iudaeis: Iesus autem dixit illi, *Tu dicis*, sapientissimo responso dato. Neque enim dixit, Non sum: sed medio quodam modo dixit, *Tu dicis*. Hoc enim potest & sic intelligi, Sum sicut dicis. Et sic, Ego quidem hoc non dico, tu autem dicis. Aliud vero responsum non dedit. Sciebat enim iniustum fore iudicium. Proinde admiratus est Pilatus dominum, & quod contemneret mortem, & quod tam eloquens, & multa habens que responderet, nihil responderet, sed accusatores contemneret. Discamus & nos hoc loco quomodo gerere nos debeamus in iudicio iniusto, ne quid dicamus, ne tumultus maior obotiat, neque maiore condemnatione digni fiamus iis, qui defensiones nostras audire nolunt. *In festo autem consueuerat praeses turba dimittere vnum vinculum quem voluissent, &c.* Pilatus studebat absolucere, tametsi lentius quam oportebat: debebat enim se pro veritate obicere. Primum quidem interrogabat dominum, Non audis, quid illi contra te testificentur? Interrogauit autem: vt, si Christus se excusaret, haberet occasionem absoluendi eum. At quum non defenderet se Christus, sciens se non dimissum iri, quantumuis se excusaret, aliam viam inuenit Pilatus, & confugit iam ad consuetudinem, quasi sic diceret, Si non vt innocentem dimittitis Iesum, etiam si damnatus sit, detis tamen hoc festo. Quomodo suspicari potuisset Pilatus,

quod innocentem ad crucifigendum peterent, & reum dimitterent? Sciens igitur non esse reum, sed inuidia traditur, ideo interrogat eos. Vnde ostendit se plus quam aequum erat molliorem, oportebat enim pro veritate periclitari. Itaque dignus est condemnatione, tanquam veritatis suppressor. Barrabas autem interpretari quis potest filium patris. Bar enim filius, abbas autem pater. Iudaei igitur filium patris sui diaboli postularunt, Iesum autem crucifixerunt: & vsque in hunc diem filio patris sui Antichristo adherent, Christum autem abnegant. *Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens, &c.* O miraculum, qui iudicatur à Pilato, vxorem eius terret. Ipse autem non videt somnium, sed vxor, vel quod ipse indignus erat, vel quod non crediturus, habitusque fuisset ad gratiam loqui: fortassis etiam tacuisset talia, quum esset iudex: Prouidentiae autem opus somnium factum, non vt abfoluatur. Christus, sed vt feruetur vxor. Quomodo igitur non absoluit illum? Quia non erat integrum dimittere illum, qui de tyrannide accusabatur. Verum oportebat causas inquirere illum, num milites conscriberet, num arma fabricaret: nunc autem quasi mollis, & inutus cedit, & idcirco non caret reprehensione. Nam, quum peterent illi insignem illum malefactorum, dedit: de Christo autem interrogat, quid igitur faciam de Iesu? Quum enim iudex esset, poterat ipsum vt eripere, sicut & Paulum tribunus militum. Illi autem dicebant, Crucifigatur. Non solum occidere volentes illum, sed & malam causam impingebant. Crux enim pessimorum supplicium erat. Porro lauatur, vt purum se ostendat, non ignarus odij. Iustum enim nominans Iesum, homicidis illum tradidit. At illi in se suscipiunt vltionem, hoc homicidio dignam, qua & grauati sunt, Romanis ipsos, & ipsorum pueros perdentibus: & vsque in hunc diem Iudaei, & illorum pueri expetuntur à se sanguinem illius requiri, nam ob suam incredulitatem perfectionem patiuntur ab omnibus. Flagellauit autem Iesum, hoc est, verberauit, vel illis gratificans, vel ostendens quod & ipse illum condemnaret, & non innocens hominem crucifixuri sint, sed ignominia notatum. Impletur igitur est & illud, *Dorsum meum dederunt ad flagella.* *Tunc milites praesidia suscipientes Iesum in pratorio, congregauerunt ad eum, &c.* Hoc loco impletur dictum David, *Opprobrium insipienti deditis me.* Milites enim, quum insipientes essent, se digna faciebant. Chlamyde pro purpura vt regem induerunt, calamum pro sceptro dederunt, coronam pro diademate. Adorabant autem illudentes. hoc enim significat genu flectere, hoc est adorare. Vide quomodo nullam non contumeliam speciem exercuerint, iniuria afficientes, faciem ipsius, caput corona, manum calamo, reliquum corpus chlamyde, aures verbis irrisoriis. Verutamen omnia, quae faciebant, per irrisionem faciebant. Tu tamen intellige ea, quae maioris sunt mysterij. Chlamys enim coccinea naturam nostram significat, quam, quum sanguinaria esset, & caedis rea, suscipit, & induens sanctificauit. Corona autem ex spinis peccata sunt, ex curis huius vitae prouenientes, quae consumit sua deitate Christus, praesignatur enim per caput deitatis. Calamus, nostrae infirmiae carnis symbolum est, quam suscepit dominus, sicut & David dicit, *Dextera domini exalta*

exaltavit me. Auribus autem suscipiendo ignominias, sanauit serpentis sibilum per aures Hebraeorum. *Et postquam illuissent ei, exierunt eu chlamyde, &c.* Tres dicunt Simonem portasse crucem Iesu, Ioannes autem dicit ipsum dominum portasse: verisimile est autem vtrumque factum. Primum enim portauit Iesus crucem, quum nullus portare vellet. In via autem inuento Simone imposuerunt ei crucem. Tu autem & hic disce, quod Simon interpretari quis potest obedientia. Qui igitur obedientiam habet, ille crucem Christi fert. Sed & Cyrene, quae vna Pentapoleos est, significat quinque sensus cogendos ad ferendum crucem. *Et uenerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Caluaria locus, &c.* Cranij locus dicitur est, eo quod dicitur, qui traditiones tenent, quod Adam illic sepultus sit. Sicut enim in Adam omnes morimur, ita & in Christo omnes uiuificari oportebat nos. Ne turberis autem, quod Euangelistae quidam dicant acetum cum sale allatum esse Domino, & Marcus vinum myrthatum, Ioannes vero acetum, & fel cum hyssopo. Multi autem moris modi fuerunt, quibus in cruce moriatur Christus, vt & lignum sanctificet, per quod maledicti fuimus, & omnia benedicat: & caelestia, quae per supremam partem crucis: & terrena, quae per suppedaneum: & fines terrae, orientem & occidentem, qui per transfusas partes crucis signantur. Sed & extendit manus, vt in vltas suscipiat & congreget filios Dei dispersos. Diuidit autem vestimenta eius milites, vt fratres, & nihil aliud habentis. Titulus autem quem dixit alius Euangelista, *Matthaeus dixit causam.* Ascriserunt enim cuius gratia crucifixus esset, nempe vt rex Iudaeorum, & rerum nouator. Illi igitur regnum ascriserunt, pro accusatore. Verumtamen testimonium illud fidei etiam ab inimicis adductum. Rex quidem est Dominus, qui ad hoc venit, vt saluet Iudaeos. Quia autem carnales Iudaei voluerunt illum super se regnare, rex fit spiritualium Iudaeorum, hoc est, contentium. Iudaeus enim confitens dicitur. *Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, vnus à dextris, & alter à sinistris, &c.* In contumeliam Christi crucifixerunt cum eo duos latrones, vt ipse iniquus existimeretur cum illis. Figura autem erant duorum populorum, Iudaici, & gentilis, qui vterque prauaricatores erant & flagitiosi, ac exprobrantes Christo, sicut & primum ambo latrones improperabant. Alter autem, & posterior respiciens, confessus est regem: ideo & dicebat, *Memor esto mei in regno tuo.* Sic & gentilis quoque populus blasphemabat. Diabolus autem submicebat dicentem, Si filius es Dei, desce de cruce, vt incitatus descendat de cruce, & intecreat salus omnium, quae est per crucem. At Christus, quia filius est Dei, non obediuit inimico, ut & tu dicas, quod non sit diaboli technis cedendum, sed bene operandum, etiam si homines male de nobis sentiant. *Ad sexta autem hora tanbra facta sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam, &c.* Tenebrae factae non erant iuxta naturae ordinem, vt ex eclipsi solis, neque enim quando est decima quarta luna, sit solis deliquium: quum autem crucifigeretur, omnino decima quarta luna erat. pascha enim Hebraeorum tunc fiebat: vnde super naturam erant. Erant autem in toto mundo, non in parte mundi, sicut in Aegypto: vt monstratur, quod luceat in passione conditoris creatura, & quod à Iudaea lux recessisset, Iudaei quoque

petentes signum è caelo, nunc videant solem obtebrari. Sexta autem die homo est conditus, qui & sexta hora de ligno comedit. Qua igitur hora Dominus hominem condidit, eadem & lapsum curauit. Sexta die & sexta hora cruci affixus est. Hebraico autem idiome dicit prophetium, vt monstrat quod non pugnet cum veteri scriptura. Quod autem dicit, *Et quid me dereliquisti?* ostendit se hominem verum, & non iuxta appareniam tantum naturalem habere appetitum vitae. Sicut enim in mortitudine fuit ante crucem, ostendens timorem naturae nostrae congruentem, sic & nunc inquit: *Et quid me dereliquisti?* in finibus naturalem videndi cupiditatem. Etenim vere homo erat, nobisque per omnia similis, absque peccato. Quidam autem hoc sic intellexerunt, quod saluator in se personas gerat Iudaeorum, & dicat, *Et quid dereliquisti Iudaicum populum & patrem,* vt tantum admittat peccatum, & perditioni tradatur? Christus enim tanquam ex Iudaeis natus, dereliquisti me dicit, hoc est, mea cognatione, meumque populum: vt quid me dereliquisti, quod per scriptum tale malum faciat? Turba autem, quum non intellexissent vocem illam, nempe agricolae, & imperitae prophetiarum dictionum, putabant, quod Heliam vocaret. Non enim omnes Iudaei prophetica sciebant, sicut neque nunc Christiani omnes forte ea, quae in Euangelij. Ceterum acetum ei in potum dabat, vt moreretur, priusquam veniret Helias adiuturus eum. Vnde alij dicunt: *Sine, videamus num veniat Helias, hoc est, sine eam, ne facias mori, vt sciamus an iuuetur ab Helia.* *Iesus autem, quum iterum clamasset, voce magna, emisit spiritum, &c.* Clamat magna voce Iesus, vt sciamus verum esse, quod dixit; Ego potestatem habeo vt ponam animam meam. Animam enim suam ponit sua potestate. Quae autem erat vox? *Pater,* in manus tuas commendo spiritum meum. Non enim coactus, sed voluntarius emisit spiritum. Hoc enim significat, commendo. Iustificat autem se illam iterum repetiturum: depositum enim, & commendatum iterum assumitur. Gratia autem domino, quod illo moriente, & spiritum suum in manus patris commendante, ex eo tempore & sanctorum animae in manu Dei ponuntur, & non vt prius, in inferni penetralibus: ita mors Christi facta est sanctificatio nostra. Idcirco & magna voce in clamat mortem, non audentem accedete, nisi vocaret. Velum autem templi erat linteam quoddam in medio templi pendens, discernensque ab iis, quae intra, quae extra, vt interstitium. Scinditur hoc, demonstrare Deo, quod templum inaccessum, & nunquam visum, cuius intima velamè secludebat, soluitur, & profanetur, ita vt quibus sit spectabile. Nonnulli alias causas asserunt, & quod reuelentur omnia legalia, quae prius secreta vt velamento, quodam erant cooperata: & quae prius obscura erant, ac plena aenigmatibus, manifestentur nunc in Christo impleta, & sic, erant mos Iudaeis in blasphemis contra Deum scindere vestes, ita nunc quoque diuinum templum, quasi agere ferens Christi mortem, disruptum vestem suam, hoc est, velum. Possent quis & alia dicere: sed haec sufficiant. Elementa vero commota declarant eum, qui patiebatur, opificem suum, & factam rerum transmutationem. Scriptura enim terramotum in rerum alteratione ponit. Facta igitur est mutatio visitationis Dei à Iudaeis in gentes.

Act. 1.

Roma. 5.
1. Cor. 15.
Mat. 11.
Luc. 10.

Mat. 11.

Mat. 11.

Mat. 8.
Luc. 11.

1053

Et

Et petra, hoc est lapidea gentilium corda, diuisa sunt, & susceperunt semen veritatis. Et mortui peccatis surrexerunt, & venerunt in ciuitatem sanctam, supernam illam Hierusalem, apparueruntque multis per latam viam incedentibus, & apparentes exemplar illi facti sunt vite bonae, & conuersationis. Nam, qui viderit quempiam prius ab affectionibus suis mortuum, conuersumque, & ingressum in sanctam illam, quae in caelis est, ciuitatem: imitatur illum per omnia, conuertiturque & ipse. Verum haec ita intellexisse entiosus fuerit. Tu autem cognosce, quod mortuorum resurrectio, quae facta est in cruce Domini, significat & eorum, qui in inferno fuerint, liberationem. Apparuerunt autem multis, qui tunc surrexerunt, vt ne phantasma esse videretur, quod fiebat. Surrexerunt autem illi tantum signi gratia, manifestumque est illud, quod iterum mortui. Quidam autem dicant, quod, postquam Christus resurrexit, resurrexerint & illi: sed nescio, an hoc sit recipiendum. Centurio vero, qui cum eo erat custodiens Iesum, viso terramotu, &c. Centurio homo ethnicus signis credit cum iis, qui secum erant: Iudaei autem, qui legem, & prophetas audierant, increduli manent. Tantum malum est malignitas. Et testificatur hic Centurio Christum. Mulieres vero spectantes ea, quae fiebant, vt sunt compatiētissimae, & genus damnatum, primae fruuntur bonorum cōtemplatione. Et discipuli quidem fugiūt, mulieres autem fortes sunt. Maria autem matrem Iacobi, & Iose, Deiparam dicit. Iacobus enim, & Iosus filij erant Ioseph e prioris eius vxore. Verum quia Deipara vxor Ioseph dicebatur, merito & filiorum eius dicebatur mater, hoc est nouerca, Mater autem filiorum Zebedaei Salome dicebatur, quam & ipsam Ioseph filiam aiunt. *Vespere autem facto venit homo diues ab Arimathaea, nomine Ioseph, &c.* Delitescere quidem olim Ioseph, nunc autem magnam rem audeat, ponens animam suam pro corpore magistri, tantisque inimicitias Iudaeorum suscipiens. Porro pro magno dono donatum est illi corpus Iesu: nam, quum vt seditiosus esset occisus, reliquum erat, vt in sepulchro abiiceretur. Verum, quum Ioseph diues esset, verisimile est, quod Pilato autem dederit. Proinde corpus, quod acceperat, honorifice tractans in sepulchro nouo recondidit, in quo nullus vnquam positus erat: id quod diuina dispensatione factum, ne, quum resurrexisset Dominus, posset quis dicere, quod alius ante eum sepultus illic mortuus resurrexisset: & idcirco fuit monumentum nouum. Maria autem Magdalena, & altera Maria, hoc est, Deipara, quam supra dixerat Iose, & Iacobi matrem, ambe assederunt ad sepulchrum: ita vt, quum furor Iudaeorum cessaret, abirent, & abluerent corpus, ac inuenerit. De his mulieribus dicebat Esaias, Mulieres venientes ad spectaculo, venite. nō enim populus est habens intellectum. Manifeste loquitur de Iudaico populo, qui crucifixus Dominum, quod non habeat intellectum. Aduocat igitur mulieres, vt populum quidem intellectu carentem dereliquerunt, ad apostolos autem accederent, & illis resurrectionis Euangelium praedicarent. *Postera autē die, quae sequitur Parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum, &c.* Non nominat sabbatum sabbatum: eo quod non erat sabbatum, quantum ad Iudaeorum insaniam attinebat. Quum enim lex praecipiat, ne quis se moueat die sabbati a loco

Resurrexerunt in morte dominus multis iterum mortui.

Ioseph uxorem cum liberia habuisse ostendit Theophylactus, cuius contrarium Hieronymus praenotat.

Esai. 27.

Deut. 8.

quo non timentes seditionem populi: sed cauentes, ne auxilio populi de manibus eorum tollerentur. Cayphas interpretatur inuentor malorum. *Consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent & occiderent.* Dolus est mentis calliditas ab eo quod deludat: seu dolus cum quis aliud dicit & aliud cogitat. Sciebant enim quia ipse non erat dignus morte: licet lingua hoc dicerent. *Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi.* Hoc antequam dominus Hierusalem sedens super asinum veniret, factum est. Sed Mattheus propterea reperit quia ad mortem eius praefigurandum factum est. Et significat Maria odorem notitiae domino dedit, & quotidie fasit adnunciando de die in diem salutarem eius. Maria autem est foras Lazari, quae iam lauerat pedes eius, & exterserat capillis capitis sui sicut Ioannes euangelista affirmat, & bonis operibus inhaerendo, & amando, & seruiendo saluatori, hoc promeruit, vt digna fieret manus super caput saluatoris mittere, cunctis poenitentibus spem veniae praetendens, si ex corde poeniterint, remissionem perfectam consequuntur. *Simon leprosi.* Non quod tunc leprosus fuerit: quia nullus leprosus in ciuitate vel in villa cum aliis hominibus manebat: sed quia ante leprosus fuerat, & a domino curatus: vt virtus domini memoraretur nomine pristino inscribitur. Simon interpretatur obediens. Bethania domus obedientiae. Alabastrum genus est marmoris candidi, variis coloribus intertexti, de quo solent vascula cauare medici, & in eo ponere, quia ibi melius conseruatur: & ab ipso matmore ipsum vnguentum vocatur, eo quod frequenter ibi coniecerunt: & per speciem metonymiam, per continentem id quod continetur ostendens. Pretiosum dicitur, quia sicut medici Graecorum dicunt: omnia alia vnguenta antecessit. Marcus ipsam herbam aromaticam ponit: unde ipsum vnguentum consistit. Nardus enim aromatica frutex est habens nigram & crassam radicem & fragilem sed pinguem. Odor eius cum cypresso proximus, sapore aspero, folia parua, & densa, cuius cacumina in artibus exerescunt quae & spica nominatur. Et inde dicit Marcus. Nardi spicari, id est de nardo spicas habentem: quia autem preciosus esset, & de radicibus & de spicis & de folijs, factum fuerat. Ioannes autem nardi pistici posuit. Pistis fides Graece dicitur: & a pisti pisticus deriuatur: Et dicitur Nardus fidelis, eo quod cum veritate factus, nullam imposturam aut mixturam male rei habuerit. Quaritur autem, quare ista mulier tunc hoc voluerit facere domino, quod ante non fecerat: vel quare permisit sibi fieri hoc preciosum opus. Postquam dominus Lazarum suscitauerat in Bethaniam non venerat nisi tunc primum: & illa non potuit amplius obsequium facere pro suscitato fratre. Emit hoc vnguentum & vnxit caput eius. Quia erat consuetudo Iudaeorum caput vnungere de confectis vnguentis: quoniam inerat eis copia de balsamo, quod in eorum terra nascebatur: & pro hac consuetudine diuites & pauperes post lotionem faciei vngebant caput. Unde & dominus dicit. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum & faciem tuam laua. Exhaeret ergo consuetudine dominus caput vngebant: & ideo sibi permisit fieri. Typice autem ecclesia Christi caput vngit, cum mysteria assumptae humanitatis

CHRISTIANI DRVTHMARI eiusdem Euang. expositio.

Dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum pascha fiet. Pascha Hebraeum est, non Graecum: nec dicitur a passione, sed a transitu: eo quod percussor Aegyptiorum: qui diabolus intelligitur percussus Aegyptiis, non fuerit ausus introire in domos Hebraeorum propter sanguinem agni, quem in postibus videbat. Vel alio modo a transitu dicitur pascha: quoniam dominus per domos Hebraeorum transiuit ipsa nocte, quando Aegyptij percutiebantur, vt saluaret populum suum. Hoc autem distat inter pascha & azyma, quia pascha ipsa prima dies erat, quando agnum comederat. Azyma autem septem dies qui sequebantur in quibus non audebant panem comedere de facibus infectum: & ideo azymi dicebantur ipsi dies. *Et filius hominis tradetur vt crucifigatur.* Biduum compositum nome est ex aduerbio bis, & Graeco dio id est duo. Post biduum post duos subauditur dies. Et ad hoc respicit quod dixit, *filius hominis tradetur post biduum.* Nam pascha in crastinum celebratum fuit, quia quarta feria haec loquebatur: in quinta feria pascha celebravit, hoc est agnum comedit. Sexta feria, quod est biduum traditus est. *Et filius hominis tradetur.* recte filius hominis, quia diuinitas impassibilis, & sola caro passa est. Tradetur a Iudaeis: quia quemcunque occidere volebant, ad iudicandum eum morti, & tunc dabant potestati Romanae: quia ipsis non licebat nec arma portare, nec quemquam occidere. *Tunc congregati sunt principes sacerdotum in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Cayphas.* Quia iam conspirauerat vt eum occiderent. Nunc iterum congregantur agentes consilium quo illum comprehendant sine turbis. Credebant namque eum inuitum pati & timebant si vna vice de manibus eorum quocumque modo euaderet, quod vltimius eum non comprehenderent. Congregantes se ad summum sacerdotem, quia de sua gente maiorem non habebant. Post transmigrationem denique semper sacerdotes eis praefuerant in honore regio vsque ad Herodem. Congregantur ergo non

digna reuerentia suscipit. *Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes.* Per speciem synecdoche multi pro vno indignati fuisse dicuntur, cum Ioannes solum Iudaei dicat fuisse indignatum. *Potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus.* De ista causa Iudas scandalum sumpsit contra dominum, cum ante semper incredulus fuerat. Et iratus est quoniam non licuit ei vendere ipsum vnguentum: & putauit non esse Deum, quoniam qui semper despecte vixerat, & gloriam huius seculi pro nihilo duxerat, & tunc mittebat se vngi tam precioso vnguento. Erat namque consuetudo in ipsa terra, & in multis terris, in quibus non possunt viuere pro abundantia serpentium, nisi habeant medicinas: vt medici facerent & vnguenta, & chiriaca: quia abundant eis herbae & pigmenta, & vendant his qui hoc non habent. Vnde & nostrates scamoniam comparant: quod illi qui vendunt, de vili herba conficiunt. *Dixit autem Iudas.* Et quid perditio haec potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus. Venundari multo quia trecentis denariis, id est, viginti quinque solidis venundari potuisset. Tamen Ioannes dicit: quia libra vnguenti fuit. Hoc est quod eum vna libra poterat comparari. Non date volebat pauperibus, sed auaritiam suam aggregare. *Sciebat autem Iesus, qui illis, quid molesti esset hinc mulieri.* Molestus dicitur durus, iratus. *Opus bonum operata est in me.* Alii euangelista dicunt quare Deo placuerit opus hoc preciosum fieri. *Progenitum vnge caput meum, in sepulchrum meum.* Quoniam ipse non erat in monumento tam diu vt necessarium foret condire corpus eius de aromatibus. Permisit isti mulieri hoc sibi facere: vt & mortem suam per hoc factum ostenderet: & deuotione mulieris adimpleret, quae ob hoc ipsam vnguentum emerat. *Pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis.* De praesentia corporis loquebatur: quia recessurus erat ab eis. Nam praesentia diuinitatis semper adest omnibus electis suis, sicut ipse post resurrectionem suis discipulis dixit. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. *Mittens enim, haec subauditur mulier: vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.* Hoc est officium quod post mortem meam vobis faciendum erit: praenuntiat facere me inspirante: quod praeceleri resurrectione facere non poterit. *Amen dico vobis, vbiunque praedicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo.* Ac si dicat. Cum praedicatur euangelium meum, dicitur: & quod haec fecit in memoriam eius. Per omnem mundum & ipsa laudabitur, & exemplum ab ipsa capietur domino seruiendi: & spiritualiter de ecclesia potest accipi. *Et contristati caperunt singuli dicere: Nunquid ego sum dominus.* Quibus consilij sibi essent nihil tale erga magistrum cogitasse, tamen plus credunt magistro quam sibi. Et contristantur, eo quod talis sit inter eos, qui hoc cogitauerit. *At ipsa respondens ait: Qui intingit necum manum in paropside, hic me tradet.* Paulatim & per indicia sicut pius dominus, & magister eum volebat castigare: sed ipse irreuerens factus, non solum contristatus non erat, vt ceteri, sed etiam manum cum magistro in vasculum mittebat. Recatum enim auaritia, quod in mente habebat, etiam a caetero inuerecundum reddebant. Peropsus autem est vas quadrangulum, & quadrilaterum, id est, paribus absidibus. *Tunc abiit vnus de duodecim.* Quod euangelista dicit, quod Iudas, post vnctio

go non timentes seditionem populi: sed cauentes, ne auxilio populi de manibus eorum tollerentur. Cayphas interpretatur inuentor malorum. *Consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent & occiderent.* Dolus est mentis calliditas ab eo quod deludat: seu dolus cum quis aliud dicit & aliud cogitat. Sciebant enim quia ipse non erat dignus morte: licet lingua hoc dicerent. *Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi.* Hoc antequam dominus Hierusalem sedens super asinum veniret, factum est. Sed Mattheus propterea reperit quia ad mortem eius praefigurandum factum est. Et significat Maria odorem notitiae domino dedit, & quotidie fasit adnunciando de die in diem salutarem eius. Maria autem est foras Lazari, quae iam lauerat pedes eius, & exterserat capillis capitis sui sicut Ioannes euangelista affirmat, & bonis operibus inhaerendo, & amando, & seruiendo saluatori, hoc promeruit, vt digna fieret manus super caput saluatoris mittere, cunctis poenitentibus spem veniae praetendens, si ex corde poeniterint, remissionem perfectam consequuntur. *Simon leprosi.* Non quod tunc leprosus fuerit: quia nullus leprosus in ciuitate vel in villa cum aliis hominibus manebat: sed quia ante leprosus fuerat, & a domino curatus: vt virtus domini memoraretur nomine pristino inscribitur. Simon interpretatur obediens. Bethania domus obedientiae. Alabastrum genus est marmoris candidi, variis coloribus intertexti, de quo solent vascula cauare medici, & in eo ponere, quia ibi melius conseruatur: & ab ipso matmore ipsum vnguentum vocatur, eo quod frequenter ibi coniecerunt: & per speciem metonymiam, per continentem id quod continetur ostendens. Pretiosum dicitur, quia sicut medici Graecorum dicunt: omnia alia vnguenta antecessit. Marcus ipsam herbam aromaticam ponit: unde ipsum vnguentum consistit. Nardus enim aromatica frutex est habens nigram & crassam radicem & fragilem sed pinguem. Odor eius cum cypresso proximus, sapore aspero, folia parua, & densa, cuius cacumina in artibus exerescunt quae & spica nominatur. Et inde dicit Marcus. Nardi spicari, id est de nardo spicas habentem: quia autem preciosus esset, & de radicibus & de spicis & de folijs, factum fuerat. Ioannes autem nardi pistici posuit. Pistis fides Graece dicitur: & a pisti pisticus deriuatur: Et dicitur Nardus fidelis, eo quod cum veritate factus, nullam imposturam aut mixturam male rei habuerit. Quaritur autem, quare ista mulier tunc hoc voluerit facere domino, quod ante non fecerat: vel quare permisit sibi fieri hoc preciosum opus. Postquam dominus Lazarum suscitauerat in Bethaniam non venerat nisi tunc primum: & illa non potuit amplius obsequium facere pro suscitato fratre. Emit hoc vnguentum & vnxit caput eius. Quia erat consuetudo Iudaeorum caput vnungere de confectis vnguentis: quoniam inerat eis copia de balsamo, quod in eorum terra nascebatur: & pro hac consuetudine diuites & pauperes post lotionem faciei vngebant caput. Unde & dominus dicit. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum & faciem tuam laua. Exhaeret ergo consuetudine dominus caput vngebant: & ideo sibi permisit fieri. Typice autem ecclesia Christi caput vngit, cum mysteria assumptae humanitatis

vnctio

unctionem capitis domini ad Pharisæos ierit, & iterum referit quod post buccellâ abierit. Scien- dum: quod ex illa hora animo deliberauerit scitu- rum. Auditum enim habebat, quia principes sacerdotum decretum habebat, vt si quis eum nos- set, proderet. *Qui dicitur Iudas Scariothes*. Scariothes, à vico in quo ortus est, sic vocatur. *Quid vultis mihi dare & ego vobis eum tradam*. Inde etiam pessimus Iudas: quia ipse prior abiit ad Phari- sæos, & precium domini in potestate illorum di- misit. Et quicumque christianus veritatem celat pro munere, vel membrum Christi propter muna- ra iniuste opprimit: similis Iudæ est: quia ipse dixit. Ego sum veritas. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Similis & ille qui con- cordiam fraternalis pacis dissipat: quia Deus cha- ritas est. *Et illi constituerunt ei xxx. argenteos*. Non est inconueniens eodem precio credere Ioseph venditum: quamuis auctores de hoc variât: quonia- m Ioseph in figuram domini præcessit: & Ioseph venditus est in seruitio perpetuo: dominus autem solummodo manifestatus est sine turbis esse. Constituerunt ei se daturos, non tamen de- derunt, nisi post prodicionem. *Exinde querebat opportunitatē, vt eum traderet*. Subauditur. Sine tur- bis traderet aliis, & ipse non haberet. *Prima autem azymorum*. Hoc est prima die, quo fermentatos panes abiiciebant ipsa die paschæ, quoniam tunc tunc azymos comedebat. Mane quinta feria in- terrogauerit, & vespere venit ipse post eos in ci- uitate comedere agnū. *Accesserunt discipuli eius*. Petrus & Andreas qui seniores, & ætate & sapientia erant. Nam Ioannes inuicior illis erat: inter eos fuit Iudas, qui pecuniâ domini custodiebat. *Vbi vna parens tibi comedere pascha*. Præceptum & vsus erat in illa terra ad festa præclara ad templū domini venire: agnum tamē comedere cum quo voluisset: tantum si minor esset familia in domo, affumeret vicinum domus suæ. Idcirco interroga- bant vbi vellet agnum manducare: quia Iudæ mi- nisterium erat, ipsum agnū & alia necessaria com- parare. *Et Iesus dixit. Ite in civitatem ad quendam & di- cite ei. Quid necesse erat nomē dicere cū ipse du- cem suum eis ostenderet dicens. Introentibus vobis in civitatem, occurret vobis homo amphorâ aqua por- tans, sequimini eum in domum in quam intrat, & dicitis patrifamilias domus. Quod Mathæus intendēs ad alia, alteri dicendum reliquit. Marcus similiter de lagena dicit. Sed amphora & lagena pro vno ponuntur: & Græco vtraque nomina oriuntur. Si- gnificant autem vasculum fictile anfas duas ha- bens, quæ rustici ad conservandam aquam solent habere. Mystice per aquam lauacrum pro ablutione mundi ostenditur, pascha spirituale volentibus celebrare. Per amphoram, & lagenam fragilitas nostra, quæ erat abluenda per baptismū. *Magister dicit, tēpus meum prope est, apud te facio pascha*. Quod dicit tēpus meum prope est, subauditur, ad celebrandum pascha. Neque enim ille sic fidelis erat, vt ei de sua vicina morte indicare debuisset: quia si fidelis fuisset discipuli domū nos- sent, & frequenter Dominum suscepissent. *Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha*. Videlicet parauerunt quæ necessaria erant, & ornauerunt domum. *Vespere autem facta, discum- bebant cum duodecim discipulis suis*: Agnus ad vespere- mullus est immolatus, ipsa nocte, quando percussor debebat transire: huc quia nocte luna mutatur,*

quando fit in quartadecima: quia potestas lune in nocte est: siue quia populus Israel in ipsa nocte fugit de terra Ægyptiorum. *Et edentibus illis dixit. Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est. Qui de passione prædixerat, prædicit de traditio- ne, vt agat confusus poenitentiam: & non designat eum specialiter: ne impudens factus, peior fieret. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo. Va- dit, id est, ad mortē: sicut scriptum est. In iudicis scri- pturæ locis hoc dictum est: vt in Esaia. Propter scelus populi mei percussit eum. *Væ autem homini illi per quem tradetur*. Hoc est, perpetuum. Væ homini illi imminet in inferno: quia pro auaritia sua il- lum tradet. Nam & pater tradidit illum, & filius tradidit seipsum. Sed pater & filius pro charitate: Iudas pro auaritia. *Bonum erat ei si natus non fuisset*. Non quod aliquod bonum habiturus quis sit nisi nascatur: sed simpliciter loquitur quod melius fuerit ei nō esse: quam male esse. *Respondens autem Iudas, dixit. Numquid ego sum rabbi*. Superbia apparer in voce ipsius & incredulitas cum alij maiores il- lo dixerint domine: & iste quasi nō esset Deus di- cit. *Magister. Expectaui enim: & non cum aliis se excusauit: quia volebat vt Deus illum proderet manifeste: vt haberet occasionem vt diceret. Iam quia tu ista improperas quæ nō feci deo deo de- relinquere: & alium magistrum querere. Sed Deus præcisus cogitationū, nō inueniet in illo occasionē. *At illi: Tu dixisti. Ac si dicat. Nō ego dico: sed tu. Nō inuenies in me occasionē vt me derelinquas. *Conuentionibus autem eis, accepit Iesus panem: & benedixit, ac fregit*. Postquam veteris paschæ quod præceptum fuerat, consummavit, & finem fecit vmbraū veterum: incepit initiare initium nouæ gratiæ, nouique sacrificij. Accepit panem qui confortat cor hominis, & quod corpora huma- na plus continet: & ponit in eo sacramentum sui amoris. Sed multo magis ille panis spiritalis ple- ne confortat omnē hominem, & creaturā, quia in ipso mouemur, & sumus. *Benedixit primū: quia in ipso hominē hominū genus benedixit: & post: & quem de sancta Maria assumpsit benedictio- nem diuinæ immortalitatis, & potentiam veteri- ceter inesse monstrauit. Fregit seipsum panē: quia ipse se voluntarius obrulit ad passionem: vbi pro- facietate nostra fregit habitaculum animæ suæ: sicut ipse dixit. Potestatem habeo ponendi ani- mam meam: & potestatem habeo iterum assu- mēdi eam. *Deditque discipulis suis & ait. Accipite & comedite, hoc est corpus meum*. Dedit discipulis suis sacramentum corporis sui in remissionem pec- catorum: & in conseruationem charitatis: vt me- mores illius facti: semper hoc in signa facerent: quod pro eis acturus erat, non obliuiscerentur. *Hoc est corpus meum*: id est in sacramento. *Et acci- piens calicem: gratias egit, & dedit illis dicens. Quia inter omnes vitæ alimonias cibus, panis, & vinū valent ad confirmandam, & recreandam nostram infirmitatem: recte per hæc duo mysterium sui sacramenti confirmare placuit. Vinum namque & lætificat, & sanguinem auget. Et idcirco nou- inconuenienter sanguis Christi per hoc figura- tur: quoniam quicquid nobis ab ipso venit, lætifi- cat læticia vera, & auget omnē bonum nostrū. Sicut denique si aliquis pergere proficiscens di- lectioribus suis quoddam vinculum dilectionis reliquit: eo tenore vt omni die hæc agant, vt il- lius non obliuiscantur: ita Deus præcepit agi à nobis*****

*quælibet p-
tionem, pro
passibilitate.*

nobis transferens spiritaliter corpus in panem, vinum in sanguinem: vt per hæc duo memore- mus quæ fecit pro nobis de corpore, & sanguine suo, & non simus ingrati tam amantissimæ cha- ritati. Quia autem aqua miscetur in sacramento sanguinis eius, per aquam populus suus ostendi- tur, pro quo mori voluit. Et neque vinum sine aqua, neque aqua sine vino: quia ipse pro nobis mortuus est, ita non pro ipso, vel pro fratribus nostris, quod est ecclesia, mori debemus. Vnde & de corpore suo sanguis, & aqua exiit. Quod au- tem dicit: *hic est sanguis meus noui testamenti*: ad di- stinctionem veteris testamenti dicit: quod san- guine hircorum peccatum non potuit emunda- re feruentibus peccatis. *Dico autem vobis; non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem, cum il- lud bibam vobiscum nouum in regno patris mei*. Vitis Iudæa vinum patriarcharum & prophetarum, ac reliquorum electorum. Vsq̄ tunc fecit Iudæa racemos vnde vinum fluere, id est opera per fi- dem. Ab occisione domini labrutescas, vsque quo Enoch, & Helias educant in regnum, in ecclesiā Christi in fine seculi. Sine simpliciter ab illa ho- ra carna non bibit vinum: quousque immorta- lis factus & incorruptibilis post resurrectionem. Quod vero sacramentum corporis, & sanguinis sui post cænam dare voluit discipulis suis: & nos ieiuni capere illud iubemur: hæc ratio est. Domi- nus ostendit figurale testamentum à se præce- ptum, donec veniret verum: impoſuit illi termi- num, & dedit initium noui testamenti. Hac de causa nouum ante vetus celebravit. Fecerunt au- tem multo apostoli tempore similiter post alium cibum dominicum sumentes. Post vero cum ve- nerunt Hebræi ad communicandum: tunc præce- ptum est in synodo, vt vnusquisque homo (si etiā de aliis peccatis purificatus fuerit) prius reficiatur de cibo spiritali: & postmodum de temporali. *Et hymno dicto: exierunt in montem Oliueti*. Vex con- ſuetudine Iudæorum ipsa die ante cænam cætauit centesimum duodecimum psalmum. Laudate pueri dominum: vsque medium centesimum ter- tium decimum. Non nobis domine, nō nobis: & post cibum: reliquum quod restat, vsque cente- simum octauum decimum psalmum. Seu oratio- nem illam, quam Ioannes refert eum orasse ante comprehensionem. Exiit vero iterum de ciui- tate, & pergit in montem Oliueti, vt det locum traditori, & comprehensoribus. *Tunc dicit eis Iesus. Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte*. Prædicit quid passuri sint, vt cum venerit hora patiendi, leuius ferant. Et notandum, quod dixit: *in ista nocte*: quia sicut qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt: sic qui scandalum patiuntur in nocte adhuc sunt: hoc est, in ignorantia. Si enim perfecti essent in scientia, non posset terrena tentatio eis scan- dalum efficere: quia perfectiorum est eis quo ani- mo inter aduersa & prospera stare. *Scriptum est enim Percutiam pastorem, & dispergam oues gregis*. Deus omnipotens ex persona sua hoc locutus est per Zachariam: quod ipse daturus esset vnicum pro nobis morti: & apostoli pro tempore relinquenti. Sed dominus fecit sicut bonus pastor, cum vidit Leo- nes & lupos venientes, iuit obuiam & opposuit seipsum morti pro ouibus suis. Et interim fugere ones cum viderant mori pastorem. Dixit enim Si me queritis, finite hoc abire. *Postquam autem surrexerit, præcedens vos in Galilæam*. Cum duris mi-

*Ex dicitur
nonne
sicut de
flamma*

*Ex dicitur
sunt
miserabile
ceterum*

*Sicut habet
et hoc est
perpetuum
mandatum
passibile*

scet læta, vt recreet animos eorum. Ouium dixit: quia ipsi dispergendi erant pro illius morte: sub- iungit quia resurget, & videbunt eum in Galilæa. Viderunt enim eum post resurrectionem aliqui discipulorum, sed pleniter in Galilæa. De qua ap- paritione beatus Paulus. Deinde visus est aposto- lis omnibus. *Respondens autem Petrus dixit. Et si om- nes scandalizati fuerint in te: ego, nunquam scandaliza- bor*. Non de leuitate Petrus hæc loquitur: sed de ardentissima voluntate. Verum is, qui sciebat omnia, nouerat quid homo faceret non adhuc repletus spiritu sancto. *Ait illi Iesus. Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus canet, ter me negabis*. Ecce & Petrus in nocte negat dominum tertio: quia omne peccatum facilius in nocte surripit, quam in die. Et omnis, qui peccat, in nocte est, *Tunc venit Iesus in vallem que dicitur Gethsemani*. De- scendit de monte Oliueti in vallem Gethsemani: vbi est nunc ecclesia, in loco quo ipse orauit Gethsemani vallis pinguium dicitur: exemplo nos instruens, vt qui adorare desiderat: in motem lumini ascendat. Habeat quoque vallem pin- guium, id est, humilitatem. *Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cepit contristari & maestus esse*. Quia enim carnem assumpserat etiam passiones carnis habere necesse erat: præter illam solā, quæ cum carne creata non fuerat, id est, peccatū: quonia- m contristari cæperat, ne tristitia noxia cum- bona se misceret, accepit quos solitus erat in se- cretis, vt cum eis semper diuina colloqueretur. Sic nos omnes facere debemus tempore tristitiæ, cum bonis & amicis loqui: vt non habeat in no- bis locum tristitia, quæ mortem operatur: & tali modo vitabitur à nobis. *Tunc ait illis, tristis est anima mea vsque ad mortem*. Secundum quod caro erat illud dicebat: non secundum impassibilem diuinitatem. Tristabatur autem, siue pro Iudæico populo, qui fuerat pars & populus Dei, siue pro apostolorum tribulatione, seu etiam pro perfido Iuda: non autem pro morte sua, quam voluntarie subibat: ordinatam cum patre ante multa curricula annorum. Nam & si dicamus secundū hominē contristatum, nihil obstat intelligi, quia caro erat & tristitia carnis passio est nisi Dei vir- tute tolleretur. *Et progressus vsillum*. Lucas dicit, Auulsi est ab eis, quantum iactans est lapidis. Et qui veraciter se vult exaudiri, orationes secretas debet querere: quæ remotæ sunt ab omni strepitu, & tumultu vitiorum. Præmonens etiam in omni tribulatione nostra refugium & murum nostrum dominum assidue flagitemus: vt ab im- minenti periculo, iuxta illius placitum libere- mur. *Mi pater, si possibile est transeat à me calix iste*. Mi, vocatiuus possessiui est, à meo veniens. Dicit ergo pro Iudæis. Si possibile est saluari gentes si- ne abiectione Iudæorum, vt non ipsi mihi infer- rant mortem, fiat. Veruntamen, non quod hu- mano affectu loquitur, sed magis quod tecum in diuinitate disposui, fiat. Et hic exemplum cape- re debemus orandi, vt quandocunque pro tem- porali nostra aliqua re Deo supplicamus: semper in fine illius placitam voluntatem amplius pos- tulemus: vt si forsitan nos contra salutem no- stram petimus: ille qui saluator est noster secun- dum suum consilium nos gubernet, & exaudiat. *Et venit ad discipulos suos: & inuenit eos dormiantes*. Et tristitia pro domino eos deprimebat: etiam & tempus erat quo soliti erant dormire. Solet enim

post lachrymas & tristitia somnus accedere maxi-
me cibo indultis. Et dicit Petro, sic non potuisti una
hora vigilare mecum. Ut Petrus prepararet se ad susti-
nendam tentationem, pro tristitia redarguitur.
Ac si dicat. Si tristitia futura iam te oppressum
habet: quid facies cum venerit. Apparet quia ne-
gabis qui iam vigilare tecum non potes. *Vigilate
& orate.* Et corpore vigilate & animo. *Et orate, ut
non intretis in tentationem.* Non dixit, ut tentemini
quod non potest esse: quia nullus fuit, qui non fuerit
tentatus. Et qui non est tentatus, non est probatus.
Non debemus orare ut non tentemur, sed ne in-
ducamur in tentationem. Ideo dicit, *ut non intre-
tis in tentationem,* quam ferre non potestis. *Spiritus
quidem promptus est, caro autem infirma.* Spiritus, id
est anima, parata est ad danda membra pro salute
hominum, sed caro expauescit, sicut tetrena res,
tetrena tormenta. Quid dicent qui puri homines
sunt, si sic plenus diuinitate dominus noster lo-
quebatur. *Iterum secundo abiit & orauit dicens. Pater
mi, si non potest transire hic calix, nisi bibam illum, fiat
voluntas tua.* Non quod humano affectu loquor,
sicut propter quod ad terras tua voluntate de-
scendit. Si potest fieri, ut sine interitu Iudeorum
gentium multitudo credat, passionem recuso. Si
autem illi excacandi sunt, ut omnes gentes vi-
deant: non mea pater, sed tua voluntas fiat. *Iterum
tertio abiit & orauit.* Sicut tentatio tribus modis
perficitur, ita arma contra tentationem ter expe-
diant sunt. *Tunc venit ad discipulos suos: & inuenit eos
dormientes.* Causa superius comprehensa oppri-
mebant oculos eorum. *Dormite iam & requiescite.*
Per contrarium intelligitur. Ac si dicat. Non est
tempus dormiendi, quia appropinquabit, qui me
tradet. Et est ironia species. Si autem secundum
Marcum qui dicit. *Dormite: & postea infert, sus-
ficit: intelligimus eos aliquid spacij dormisse,
& tunc dixisse dominum, satis estis soporati. Sur-
gite, eamus.* Ac si dicet. Non nos inueniant quasi
rimentes & retractantes: vltro pergamus ad mor-
tem, ut sciat quia non denitamus neque fugimus.
*Adhuc ipse loquente, ecce Iudas vnus de duodecim ve-
nit: cum eo turba multa cum gladijs & fustibus exie-
runt: missi a principibus sacerdotum & senioribus po-
puli.* Sacerdotes petierunt Pilatum, & Pilatus de-
dit vnam cohortem, id est quingentos milites: &
cum his sacerdotes miserunt suos seruos cum con-
tis, & fustibus: de quibus & Malchus fuit. *Qui au-
tem tradidit eum, dedit eis signum dicens. Quicumque
oscularus fuero ipse est, tenete eum.* Timuit Iudas, ne
ipse seipsum absconderet: sicut fecit, quando vo-
lebant eum precipitare & lapidare. Et ideo tale
eis signum dedit, ut postquam eum oscularus es-
set: si ipse euanesceret Iudas non perderet pre-
tium. Apparet autem, quia pius dominus hanc
consuetudinem habuit, ut quando a foris suus re-
uerteretur discipulus, oscularetur eum: Quod nunc
apud nos non fit nisi post plures dies. Hoc signum
& Cain habuit, ut omnes oscularetur pre timore
similis in facto, similis in scelere: licet iste peior.
Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Aue rabbi. Aue
Latine dicitur, Graece *χαίρε*: Hebraice sicut ipse
Iudas dixit, Salamelech: verbum salutariorum, per
quod totus mundus ex precepto Romanorum se
salutabat. *Dixitque illi Iesus. Amice, ad quid venisti?*
Per antiphrasin intelligitur, id est per contrarietatem:
quasi non amicus, qui tales hostes adducit.
Vel amicus per cognitionem, non amicus per o-

perationem. *Ad quid venisti,* subauditur, per se.
Sicut ut alius euangelista dicit. Osculo filium ho-
minis tradis. Quod signum pacis apud cunctas
gentes est, in discordiam conuertis. Constituerunt
autem antiqui hoc signum pacis esse, ut iungerent
ter illi, quos homines solent facere concordare,
aut discordare. Et esset hoc signum sicut nos duo
membra iungimus: sic omnia membra erunt vni.
Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum. Ante
factum est, quod Ioannes refert: quia cum dixit
eis, ego sum, abierunt retro, sicut inuiti solent rue-
re: & ceciderunt in terram. Et cum habuerunt di-
uisos discipulos, tunc ligauerunt eum. O miseri,
qui debueratis osculari pedes eius: manus ligastis.
*Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, extendens ma-
num, exemit gladium.* Petrus hoc fecit eodem ar-
dore fidei, quo & caetera. Placuit autem domino
ita fieri, ut omnes cognoscerent quod ipse nollet
se defendere: & ut facta virtute, dimitterentur di-
scipuli. *Et percussit seruum principis sacerdotum, am-
putauit auriculam eius.* Quid cogitasti princeps sa-
cerdotum, quando vidisti seruum tuum sanum: &
illum, qui hoc fecit morti adiudicasti? Typice,
Malchus interpretatur rex. Et populus Iudeorum
qui rex debuit esse, se regendo, seruus peccati fa-
ctus est. Et perdidit auriculam eius dextram. Per
quam Dei audire praecipit debuit: sed eis domi-
nus restituit, qui credere voluerunt ex eis. *Ait il-
lis Iesus. Omnes enim qui acceperint gladium, subaudi-
tur ad malefaciendum eius. Gladio peribunt.* Si non ma-
teriali gladio, gladio inuisibili: sive verbi Dei gla-
dio. Sed & frequenter videmus: quod is, qui iniu-
ste aliquem occidit, nisi penitentiam agat, fre-
quenter & ipse in praesenti moritur. Ipsa videtur
esse sententia, quam ipse ad Noe locutus est di-
ces. *Quicumque effuderit humanam sanguinem,
fundetur sanguis illius.* An putas quia non possum
rogare patrem meum: & exhibebit mihi modo plus quam
duodecim legiones angelorum. Non est mihi necessa-
rium auxilium duodecim apostolorum: qui pos-
sum habere, si volo duodecim legiones angelo-
rum. Nec debet habere duodecim, sed duodecim
legiones. Vna legio apud antiquos sex millibus
complebatur: quod sunt septuaginta duo milia
angelorum: in quor genes lingue diuisae sunt. Con-
tra vnamquamque gentem locum habere vnā le-
gionem angelorum. Frustra prophetae prophetauerunt:
nisi sicut ipsi prophetauerunt, ego faciam.
*In illa hora dixit Iesus turbis. Tanquam ad latronem
existis cum gladijs & fustibus.* Venerunt ad resisten-
dum, si aliquis eum vellet liberare de turbis. Nam
discipuli non habebant gladios, nisi illos duos,
quos emerant: quia nullus Iudeus arma ad bel-
landum portabat. Apparet & istos Romanos ad
praedicationem domini retro venisse, quibus ista
loquebatur. Nam de principibus Iudeorum nul-
lus ibi erat, nisi serui eorum: qui venerant ut re-
nunciarent dominis suis, si Romani voluntatem
habuissent comprehendere illum. Non enim cer-
ti erant, si comprehenderetur. *Hic est hora vestra.*
Omnis qui male agit, odit lucem: & omnes male-
factores, plus amant noctem quam diem. *Hoc au-
tem totum factum est.* Traditio, hoc est, comprehen-
sio. De traditione dicit Psalmus. *Qui edebat panes
meos, magnificauit aduersum me supplantationem.*
De comprehensione, sicut omnis ad occi-
sionem ducetur. *Tunc discipuli omnes reliquit eo fugerunt.*
Impleta sunt verba domini dicentis. Scandalum

lum patiemini in me in ista nocte. Permissis eos
fugere sicut pius magister: & dedit se ad discrimi-
na. *At illi venientes Iesum, duxerunt eum ad Caypham
principem sacerdotum: vbi Scribae & Pharisaei conue-
nerunt.* Matthaeus summam narrat: sed Ioannes di-
cit, quod adductus est primum ad Annam: quia in
via erat venientibus: & fuerat praeterito anno
summus sacerdos. Deinde adductus est ad do-
mum Cayphae: qui erat ipso anno summus sacer-
dos. Dominus enim praeciperat, ut summus sa-
cerdos quando viueret, locum summi sacerdotij
obteneret. Sed Herodes ut munera caperet adin-
uenit, ut nihil amplius haberet potestatem: nisi
vno anno, nisi iterum redimeret. Et Romani postea
ita fecerunt, quando ipse locus stetit. Ad istum
ergo quia princeps sacerdotum erat per redem-
ptionem conueniunt alij primores: & ibi falso
adiudicatus est mortis: & de isto ductus est in pra-
torium. Ob hoc non debet haberi in euangelio
Ioannis: adducit Iesum ad Caypham, per di-
scipulum ad Caypham: ut ablatiua praepositio: & ablati-
uus casus Cayphae: quia si ministri noluerunt in-
trare in praetorium, quanto magis Cayphas, qui
princeps sacerdotum erat? Qui peribant se con-
taminari in ser paganos, qui habebant iam ipsos
septem dies azymos. In Graeco quoque *καὶ τὸν
Caypha; ablatiuo casu. Petrus autem sequebatur. &
longe. A longe sequebatur: quia erat cito negaturus.*
Adhuc tamen non videbat tormenta praeci-
parari: propterea sequebatur. Sed in atrium
principis Ioannes illum introduxit: sicut ille, re-
fert, quia notus erat pontifici. Sicut dicunt, quia
Cayphas habebat sororem Ioannis in matrimo-
nio: & Anna sororem Cayphae. *Et videret syna-
gogam, videlicet quid iudicarent de eo sacerdotes. Prin-
cipes autem sacerdotum & omne concilium quaerebant
falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti trade-
rent.* Sciebant quod Romani non illum occide-
rent, nisi causam dicerent. Et non inuenerunt,
cum multi falsi testes accessissent. Dicunt alia
euangelia, quod impurauerunt quod comprouer-
sit populum: & sequi fecerit per suam praedisa-
tionem: & prohiberit tributa dare Caesari: & di-
xerit se Christum regem esse. Quae omnia falsa erant.
Non solum venerit duo falsi testes. Quia dominus pre-
ceperat: ut ad vnus testimonium nullus condempna-
retur: propterea duos ordinabant ipsi principes. *Hic
dixit. Possum destruere templum Dei, & post triiduum
reaedificare illud.* Nec verba, nec sensum ita dixit
Dominus. Vos soluite templum hoc: hoc est
templum habitationis animae meae: & ego resu-
scitabo. Soluite, id est dissoluite: & resuscitabo.
Plus pertinent ad corpus, quam destruere & re-
aedificare quae ad petrinam domum pertinent.
Hinc apparet quod omnis homo qui alio se se di-
cit, quam ille, qui primus dixit, falsus testis est:
quia non eo sensu dicit, quo ille dixit. Et quid
eis nocebat si ille etiam sic dixisset: vel quid per-
tinebat ad eius damnationem? *Et surgens princeps
sacerdotum, ait illi. Quia sacerdotes non audiebat,
neque Christum, neque falsos testes dicentes,
vide inuenire locum condempnandi illum, surgit
de folio suo, & aduenit, ut inueniret aliquam oc-
casionem euersionandi. Iesus autem respondebat. Ipse
enim sciebat, quia magis ad calumniam vellens
retorqueret quam credere: propterea respondebat. *Et
princeps sacerdotum ait illi. Adiuuro te, per Deum viventem
ut dicas nobis si tu es Christus filius Dei.* Intellexit*

iste iniquissimus pontifex, quia adlustratus per
nomen Dei, non induceret in venium: sed respon-
deret veritatem. Sed Dominus ita responsum suum
temperauit, ne nomen suum videretur contine-
re: neque etiam pateretur vllam calumniam. *Tu
dixisti. Verum tamen dico vobis, amodo videbitis filium
hominis sedentem a dextris virtutis Dei.* Id est, illum
qui filius hominis appellatur: videbunt boni
oculis cordis habere eadem virtute, quam Deum
cum ascenderit in caelum: & data fuerit ei omnis
potestas in caelo: & in terra: & venientem in nu-
bibus ad iudicandum totum mundum: qui a vo-
bis iudicatus est. Quid faceret sui martyres, si
ipse sic tacuisset: iam quia dispositum habebat
quia mori pro populo annunciat veritatem: ut
daret exemplum martyribus suis: quod constan-
ter debeant adiutare vsque ad mortem. *Tunc
princeps sacerdotum scdit vestimenta sua.* Consuetudo
Iudeorum erat, quando aliquid quasi blas-
phemiae audirent, scinderent vestimenta sua.
Quod Paulum & Barnabam in Lycaonia, quando
deorum cultu honorabantur, fecisse legimus.
Herodes autem quia non dedit honorem Deo, ut
nomen Dei, quod sibi imponebatur falso, respuer-
et, ab angelo percussus est. Intellexit ille sacer-
dos quod Dominus dixit, quod ipse ad dexteram
patris sedurus & magnum esset iudicaturus: quod
nulli alij conuenit nisi Deo: Sed quod ille putauit
blasphemiam, nostra firma fides est. *Respondentes
dixerunt. Reus est mortis.* Proprium hoc Romano-
rum est verbum eis assiduum, & dicitur reus
culpabilis. *Tunc expuere in faciem eius.* Vnus etiam
ord. Iudeis: ut quos pro nihilo ducebant, in facie
spueret. Vnde & Dominus de Maria sorore Aar-
on: Si pater illius spuisset in faciem eius, debuisset
septem diebus rubore perfundi. *Et colaphis eum
ceciderynt.* Colaphus graece pugnis dicitur. *Alij
autem palmas in faciem eius dederunt.* Sicut alij eu-
angelista referunt: eo peruerunt faciem eius, ut quia
prophetam se dixerat: & irridendo dicebant. Si
propheta es, dic per prophetiam. *Quis est, qui te
perussit?* De illa propheta debueratis plorare,
quod iam vobis habuit prophetatum: quod eu-
cundaretur ab exercitu Hierusalem. *Petrus vero
sedebat foris in atrio.* Erat domus excellentior vbi
sedebant illi sacerdotes: & stabat ante eos Do-
minus. Excepta illa, erat alia iuxta ipsam. Quod
hinc atrium dicitur, vbi serui principis sacerdotum
focum habebant: & poterant de ipsa videre se-
dentes in concilio: ibi erat Petrus intradente
Ioanne: vnde Dominus videre potuit Petrum, &
Petrus ipsum. Non autem audebat appropin-
quare illi, ne agnosceretur. Nam illi qui adduxe-
runt, in domum Cayphae intraderunt: & Domi-
num sacerdotibus dimiserunt. Atrium autem di-
citur quasi atrium: videlicet ex fumo. Nam in
templo Domini atria domus, quae ante principale
reliqua templi erant dicuntur. In illa ergo alia
a quo expectabat Petrus volens scire: vtrum di-
mitterent eum sacerdotes, an adiudicarent mor-
ti. *Et accessit ad eum vnus ancilla dicens. Et tu cum Iesu
Galileae eras.* Curiosum animal est femina: & ar-
dens nouitate. Audierat ista femina a seruis p-
tificis, qui illi fuerant, quod ille fuerat ibi qu-
do comprehensus est Dominus: & volebant dice-
re: sive ne audiretur virtus per hoc quod ibi se-
cerat, sive quia non audebant manum lenare su-
per eum: quia lex Romanorum est, ut qui in co-
Bibl. Homil. tom. 2. VVV 2 uentu

uentu alium percussisset, manus amitteret. Et ista vel illa alia facina non poterunt tacere, sed statim ceperunt ei improperare, quia cum Domino in comprehensione fuerit. Et quod peius est, & iste sexus non desuit à persecutione Domini: sed tamen redimitur: & prima viris nuntiatur resurrectionem. Et post pusillum, accesserunt qui habebant serui sacerdotum, & cognatus Machabip adixit. Et re vidit cum illo. Alij dixerunt. Loquela tua manifestum te facit. Non quod alterius lingua esset Petrus, quam illi arguebant: sed vitæ quæque provincia proprietates, & sonos habet, quod non habent alie in quibus cognoscantur homines. Vnde in actibus Apostolorum dicitur. Nonne omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audiuimus linguam nostram, in qua nati sumus? Et Petrus prædicans dicit ita, vt appellaretur lingua eorum Acheldemach. Apparet in hoc dicto, quod aliter Hierosolymita, aliter Galilæi ipsum locum appellabant. Tunc capit de iustitia et iurare, quia non nouisset hominem. Melius fuerat beato Petro fugere cum reliquis quam stare & detestari, & negare Dominum: quia cum Dominum negauit, & discipulum se illius esse negauit. Et hoc est quod modo faciunt, qui tormentis cedunt: & negant se esse Christianos. Et continuo gallus canxit. Ante respexit Dominus Petrus: & tunc Petrus recordatus verbi Domini. Et egressus foras fletit amaro. Fragilis erat adhuc Beatus Petrus, qui neq. plorare ausus est in atrio sacerdotis, spiritaliter designat, quia non possumus inter malos perfecte agere penitentiam: & multum nocent confortia malorum. Inter discipulos positus Christum filium Dei confessus est: in atrio sacerdotis, eundem se negauit nescire. Mane autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum: vt eum morti traderent. Vide instantiam mali. Tota nocte vigilauerunt vt homicidium perpetrarent. Inuidia & odium non permittebat cogitare ipsos, quid faciebant: quinimo innocentem & facientem etiam virtutes mortificabant. Et vinculum adduxerunt, & tradiderunt eum Pontio Pilato præfili. Habebant denique in consuetudine: vt quem ad iudicabant morti, ligatum traderent potestati Romanæ, quia ipsi potestatem occidendi non habebant. Pontius dicebatur Pilatus: in prænomine suo à provincia, quæ est prope Constantinopolim: quia ibi natus fuerat: de qua Ponticum mare dicitur. Vnde dictum est mare Ponticum dulcius, quam cætera maria. Pilatus, proprium est illi. Pontius; interpretatur declinans consilium: quia dixit se declinaturnum consilium Iudæorum. Sed si perfecte fecisset, hodie illi placuisset, Pilatus os malefactoris dicitur, pro principatu in quo inique gessit super Dominum. Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quod damnatus esset, penitentia ductus restitit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus dicens. Iudas qui peccatis magisculi non cogitauit exitum, sed se prope se tam inmani præcipitio se tradidit. Sic multi faciunt, quando per sua amor peccatorum obliuiscuntur penitentiam inferni, & omnia Dei magna. Et cum perperatum fuerit, tunc sciunt quia non in penitentia vincuntur, & restitit, occidit, & abicit. Vnde & de senibus in Susanna fabula dicitur. Eam ceterunt sensum suum, & declinauerunt populos suos, vt non viderent eam, neque recordarentur iustitiam eius.

dicioium iustorum. O detestande Iudas, pro triginta denariis dominum & magistrum tradidisti: oblitus doctrinae & beneficiorum eius: etiam si Deus non esset. Cum ergo vidit quod potestati Romanæ traditus esset, tunc credidit quod ab ipso audierat, quod crucifigendus esset. Nam ante semper credidit, quod propitius sibi esse deberet, & elapsurus de manibus Iudæorum, & veniam à Domino impetrasset nisi se præoccupasset occidere. Peccauit tradens sanguinem iustum. Ecce, miser Iudas testis Domini est, quod iuste semper vixerit, & nihil mali in illo viderit. Dicit beatus Hieronymus: quia cum quis ita peccat, vt possit opus malum destruere, tunc potest agere penitentiam. Si autem non destruit opus malum, non potest agere penitentiam. Ait enim: Si quando sic peccat frater in fratrem, vt valeat emendare, quod peccauit, potest ei dimitti. Si autem permanet operis, frustra voce assumitur penitentia. Ita non cogitant qui aliis contra iustitiam libertatem aufert, aut alodem. Ecce vnum in Iherusalem: aut aufert alodem: & nascuntur filij sui illi: & in fine seculi mille erant, qui contra ipsum clamabant, quia sicut creuerunt progenies, sic creuerit peccata illius, & cum venit ad malum confessorem, iabet abstinere ei à vino: aut à carne quadraginta dies. O perditio animarum! oblitus es, quid Deus dixit: si offers munus equum ante altare, & ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuum, & vadit reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres manus tuam. Nunc etiam dicitur quia in vanum agit penitentiam, quam diu peccatum vegetauit, & crescit. At illi dixerunt. Quid ad nos? Multum ad vos pertinet, quia si ille peccauit qui magistrum tradidit vos qui principes populi eratis, non solum non prohibuistis mala facere sed offerendo pecuniam, discipulum ad hoc prouocastis: & per mendacia adiudicandum morti tradidistis. Tu videris. Videris in hoc loco non est præfens temporis indicatui modis: sed coniunctiui præteriti temporis. Quasi dicant. Præuidere antequam precium acciperes, debuisti, ne tale opus ageres: vnde penitentes Iudas aut iam tunc non potuit destruere: sed principes potuissent, si voluissent, quia Pilatus inuitus faciebat: etiam optionem dedit, si voluissent dimittere. Et proiecit argenteis in templo, & cessit. Noluerunt principes recipere argentum, timentes si ipsi argentum reciperent: & non redderent dominum: abiret ad præfide: & cognosceret præfes eorum malitiam. Ille verò sciens quia de templo ei data fuerant, in templum proiecit. Et abiens laqueo se suspendit. Sicut enim Achitophel cum vidit non factum suum consilium, statim intellexit quia David reuertetur in regnum: & non potuit portare improperium, quod futurum super eum erat: & hoc suspendio in terit. Sic & iste cum vidit impleri quæ dominus dixerat de seipso, videlicet traditur gentibus: certus factus est reliqua secutura, id est, occiderent eum, & die tertia resurgeret: & non ferens vergerundiam suam laqueo vitam sibi extorsit. Verum tam celi terra que per os in aere petiit. Per triginta denarios, quos accepit Iudas, triginta maledictiones sunt super eum in palatio: inter quas dicitur, & episcopatum eius accipiat alter. Vnde pro certo se agnosceat: & ipsum cum aliis apostolum ordinatum. Principes autem sacerdotum acceptis

acceptis argenteis, dixerunt: Non licet mittere eos in corbonam. Corbonam Hebraice nominatur: Græcè Gazophylarium: Latine diuitiarum custodia. Quia pretium sanguinis est. O miseri, pretium non licet mittere cum denariis: & vos immundos fecistis de homicidio. Quomodo audetis in templo domini, aut sacrificium Dei, aut vasa eius aringere? Ideo dixit vobis dominus: quia similes estis sepulchris dealbatis. Argentum nihil fecit: & vos commaculatis vos ipsos, discipulum, & argentum: & modo de immunditia argenti cogitatis de vobis nihil. Consilio autem inuito, emerunt ex illis agrum sicut in sepulchrum peregrinorum. Tunc fuit in sepulchrum peregrinorum: & modo idem ipse locus hospitale dicitur Francorum, vbi tempore Caroli villas habuit: concedere illo rege pro amore Caroli. Modo solummodo de eleemosyna Christianorum viuunt, & ipsi monachi, & aduenientes. Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach: hoc est ager sanguinis. Non solum Christianorum scripta, verum paganorum ac locorum nomina, sacrilegium Iudæorum restantur vsque hodie: quauis basilica ibi in vna parte habeatur. Et videtur quasi à Latino, quod est ager: & Græco & aduenientes. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem. Quia omnia astra domini prædicta sunt à prophetis, minus postsumus ambigere. Et dignum erat vt omnes boni, qui veniebant de illo adiuuarent: & hoc etiam quia triginta denariis venundandus: & quia ager de ipsi comparandus erat. Iesus autem stetit ante præfide. Præfes dictus est, eo quod præfideat ad tutelam loci. Vt enim minueret Imperator vel Romanus potentiam Iudæorum: primum misit alienigenam Herodem. Post mortem eius diuisit in tetraarchas: inde in tetraarchas: ad vltimum in præfides & præfectos. Et si ita non egissent, non deleuissent eos, quado voluissent. Paulatim & per partes hoc egerunt, vt sapientes. Idcirco totum dominebant, & in potestate suam redegerunt. Et interrogauit eum præfes, dicens: Tu es rex Iudæorum. Pilatus nihil aliud interrogat, nisi de rege Iudæorum: quia timebat ne aliquis sibi tyrannidem assumeret, sicut Theodas: quoniam ob hoc præfidebat ipse provincia, vt hoc custodiret. Dicit illi Iesus. Tu dicis. Quando eis locutus est, semper vt veritas veritatem locutus & moderate, vt nullus posset reprehendere nec loquacitatem, nec taciturnitatem eius. Et accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus populi, nihil respondit. Si enim voluisset per omnia respondere vt posset, dimitteretur, & non fieret necessaria redemptio. Tunc dicit illi Pilatus. Non audis, quanta aduersum te dicunt testimonia. Suadebas et Pilatus se defendere: quia volebat eum liberare. Et non respondit ei verbum, ita vt miraretur præfes vehementer. Mirabatur, quia volebat se excusare: sicut reliqui homines: qui ad mortem impudenter. Quis enim nisi pro Deo moreretur, non quanta instantia posset agere ne moreretur? Per diem iustum festum consueuerat præfes dimittere populo vnum vinculum, quem voluissent. Ob reuerentiam scilicet festi concedebatur vna vni reo. Habebat autem in festum vinculum, hoc est nominatum pro malitiosis suis, quæ dicebatur Barrabas. Bar, filius dicitur, rabbi magistrus: faba dicitur eorum, id est Iudæorum. Ab illo enim die à diabolo qui ranquam latro insidatur caulis domini, redi sunt, & regentur, vbi

quequo conuertantur. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus. Quem vultis dimittere vobis, Barrabam an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum. Quanta agit inuidia inter homines. Ecce dominus nihil habebat in hoc seculo nisi victum & vestitum: & seruebat omnibus prædicando, infirmos sanando, & tamen factione primorum oderunt illum, & occiderunt & elegerunt, qui nunquam aliud nisi male fecerat. Tales sunt populi. Qui habet potentiam facile conuertit inferiores ad voluntatem suam, licet multum sit. Non recogitant quis iustior sit: sed quod principem suum intelligunt velle, ad hoc conuertuntur. Et hæc propter dona sunt: quia scriptum est. Diuitia aduersus amicos pluitimos. A paupere autem, & hi quos habuit, separantur. Sedente autem eo pro tribunali. Pro conditione: pro his, quæ ad tribus pertinebant. Misit ad eum vxor eius. Antequam in palatium veniret, laborauit multum Pilatus: vt dominus dimitteretur. Sed cum vxor mandauit, quia in somnis postquam dies factus fuerat multa de illo vidisset, tunc amplius satagebat. Nihil tibi est iusto illi. Hoc est, nihil tibi nocuit nihil illi nocet. Multa enim (subauditur somnia) passa sum hodie per visum propter eum. Ab angelis videlicet. Diabolus enim cum suis satagebat vt dominus crucifigeretur, æstimans verum hominem esse. Nec mirum si ad istam foemina angelus veniret, cum & ad Balaam Deus locutus sit, & Cornelio angelus appareret. Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populo vt peterent Barrabam, Iesum vero perderent. Non est peccatum pelus quam inuidia. Ecce vxor Pilati & Pilatus, iustum pronunciant dominum, & ipse traditor & principes seducunt populum: vt eligant Barrabam, qui multa mala eis fecerat & de homicidio, & de latrocinio: & tradant dominum morti, qui multa bona operatus est eis. Sed adhuc talis est consuetudo apud plures, vt quicquid viderint, vel audierint principes suos laudare, laudent absque examinatione, vt vituperent omne, quod viderint eos vituperare. Sed vniuersique cum audit aliquem vituperare, aut laudare, debet se custodire ne aut bonum dicat malum, aut malum dicat bonum: quia vt veniet ei qui hoc facit. Respondens autem præfes ait illis. Quem vultis vobis de duobus dimittere? Quia principibus persuadere non potuit, vt dominum dimitterent: resultit hoc ad generalitatem: vt si principes propter inuidiam volebant illum perdere, populus qui expertus fuerat eius multiplicia beneficia peteret eum vituperare: quia si vulgaris populus eum petisset, contra principum voluntatem seruaret eum. Vix Pilatus. Vel quia hoc sacerdotes cognouerunt ante persuaserunt turbis vt Barrabam eligerent. At illi dixerunt, Barrabam. Sic est consuetudo hodie vt pro vno verbo principis veritatem deserant. Dicit illis Pilatus. Quid vultis faciam de Iesu qui dicitur Christus. Hæc omnia dicebat Pilatus vt liberaret eum. Dicit enim omnes, Crucifigatur. Ante sex dies clamauerant. Bene dicitur qui venit in nomine domini, & modo clamant, crucifigatur. In istis sex diebus nihil aliud fecit nisi vobis prædicauit vsque ad vesperam: & quomodo commisit illa peccata, pro quibus clamatis, crucifige. Ait illis præfes. Quid enim mali fecit. Plures anni erant, quo Pilatus ipsum habebat in ministerium: malum ipsum non audierat: neque viderat: neque vos. At illi magis ac magis clamabant.

Crucifigatur. Crimen non dicebant: quia nesciebant: sed ut seducti clamabant. Crucifigatur. *Pilatus autem Pilatus quia nihil proficeret*, scilicet in liberatione eius, sed magis tumultus fieret. Cum perfraxerunt sacerdotes, quia Pilatus volebat eum liberare, intulerunt dicentes: *Si hunc dimittis non es amicus Caesaris.* Timpens & ista verba, & ne seditio in plebe fieret: quia satis prona erat gens ad excitandam seditionem: monstravit omnibus quam inique illi agerent, lavans manus suas coram populo. Ac si verbis dixisset, Ecce isti qui legem Dei habent: & praecepta eius se dicunt custodire, faciunt de quo ego volo esse immunis, qui alienus à lege eorum sum. *Innocens ego sum à sanguine iusti huius.* Quia ego scio quod ipse iustus est, & vos innocentem vultis occidere: vos sitis rei, non ego: vos videtis. *Et respondens universis populis: dixit. Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Quia Pilatus innocentem se pronuntiavit, ad hoc responderunt isti dicentes: Nos sumus rei: ut requiratur sanguis huius à nobis, & à filiis nostris. Exauditi fuerunt Iudaei. Requirit dominus sanguinem eius cum ipsa die pasche, quo ipsi piaculum in salvatore commiserunt: à Vespasiano, & Tito in Hierusalem quasi in carcere & illic ipsi homicida pessima morte perierunt. *Tunc dimisit illis Barabam: Iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.* Quod Pilatus eum flagellavit, inuitus hoc fecit: quia Romanus dux praeceperat, ut qui crucifigendus erat, ante flagellaretur. Traditus est itaque dominus militibus verberandus, & illud sacratissimum corpus, pectusque Dei capax flagella secervit. Est adhuc columna in Hierusalem, ad quam ligatus fuit interim. O, quis tunc posset credere, quod creator omnium in illo tempore haberetur, & multum miseri, qui ibi interfuerunt. Iam frequenter habent dictum: beati ventres, qui non genuerunt & vbera quae non lactauerunt: & adhuc habent dicere. Attendendum autem, quod dicit tradidit eis, id est, ad eorum voluntatem. Quamvis milites illi suscepissent, tamen illis traditus est: & ipsi eius suscepit. Milites manus praebuerunt, & ligna, sed Iudaei occiderunt quia & Pilatus, & milites inuiti egerunt quod egerunt. Nec tamen Pilatus immunis fuit, quia potuit eum liberare, si vellet. Perituro enim si non subuenit qui potest, occidit. *Tunc milites suscipientes Iesum in praetorio.* De loco ubi Pilatus sedebat, qui lithostrotos dicebatur. *Duxerunt in domum Pilati.* Lithos, graece, latine lapis dicitur. Lithostrotos lapide stratos. A praetore praetorium derivatur. *Congregauerunt universam cohortem.* Ipsa cohors quae illum comprehenderat expectabat ibi, ne forte aliquis tumultus oriretur. Congregauerunt ergo populum: quia nullus sine populo rex potest esse. *Et exierunt eum suis vestimentis, & circumdederunt ei chlamydem cocineam.* Chlamys illa cocinea, pro purpura quae reges soliti erant indui, circumdata est ei. Est quoque purpura quae dam rubra cocco simillima. *Et plebentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius.* Pro diademate aureo, spinicam coronam: & pro seipso quod reges solent ferre, imposuerunt ei arandinem. Omnia ista ad illusionem fecerunt: eo quod accusatus fuerit, quia regem se dixerit. Corona spinica, tamus praecilius de spinis fuit, & plicatus sicut circulus, & impositus super caput eius. Calamum autem ei datus, qui abundat in ipsa terra: & leuitate eius

omnes propter hoc ferunt in manu. Typice per spinas peccata nostra significantur, quae accepit ipse in corpore suo, ut moreretur in cruce pro peccatis nostris, qui peccatum non fecerat vllum. Calamum habebat in manu: ut omnia venenata se delecturum ostenderet. Sive calamum tenebat, ut sacrilegium scriberet Iudaeorum: quia cum calamo Graeci, & aliae gentes scribunt. *Et genu flexo ante eum.* Sic erat consuetudo adorare regem, vel principes eius. Quod quia Matrochaeus noluit agere obuiam Amarae, delere eum voluit cum pro genie sua. *Aue, rex Iudaeorum.* Aue, latinum verbum est: & non habet amplius nisi aue & aucter: & est verbum, salutatorium: sicut apud Graecos *χαιρε* dicitur. Nam Hebraice Salamelech dicitur. *Et expuentes in eum acceperunt arundinem, & percutebant caput eius.* Qui pro honore non fecerant quod faciebant, ostenderunt in spuitione & percussione capitis eius. *Exierunt autem inuenerunt hominem Cyrenensem, nomine Simonem.* Ioannes dicit, quia primitus ipse portauerit crucem: & post obuiam habuerit Simonem quendam. Spiritualiter innuit, quia dominus crucem suam portauit: videlicet mortificationem in corpore suo: quia omnia peccata mortua fuerunt in illo. Et post portauit & portat gentilis populus: sequens vestigia eius. Cyrene Libyae ciuitas est & interpretatur haeres: & Simon obediens. Quia enim obediens fuit gentilis populus praedicatoribus factus est haeres de illa haereditate. Unde Iudaeus populus gloriabatur de adoptione filiorum. Et recte de villa veniebat. Villa Graece pagos, & indo pagani dicitur. Et hoc congruit gentili populo: quia de paganitate veniens, cepit sequi christum: & eum imitari. *Hunc angariauerunt.* Id est imposuerunt portare crucem post se. *Et reperit in locum qui dicitur Golgotha.* Enagelista exposuit, quod est Golgotha, id est, Caluarie, subauditur locus. Syrum est, non Hebraeum: tamen Hebraei sic appellabant, ipsum locum. Quia ibi Caluarie auferrebantur reis hominibus: locus extra ciuitatem. Placuit Deo, ibi mori vbi rei puniebantur: ut erigeretur vexillum virtutum: ut quomodo crucem & reliqua improperia, sic etiam hoc pro nobis subiret. Qualiter autem in cruce fuerit, sedulus pulchre comprehendit dicens.

Neue quis ignoret speciem crucis esse colendam, Quae dominum portauit: omnis ratione potens Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis. Splendidus auctoris de vertice fulget Eous: Occiduo sacra lambentem sidere plantae: Arcton dextra renet: mediuum laeva erigit axem, Cunctaque de membris viuunt natura creatis. Et cruce complexum christus regit vndique mundum.

Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. De ipso malo vino unde postea dederunt, inde & modo dederunt: sive sustinantes eum sitire, pro baiulatione crucis: sive quia latrones hoc perierunt. Et cum dedissent illis, dederunt etiam domino: sive ut Lucas dixit illud eum illum milites, acetum offerentes. Typice vinea domini Iudaea, conuersa erat in amaritudinem, ut faceret vinum amarum. Quod autem dicit: *Et cum gustasset, noluit bibere,* ostendit quia gustauit papulum: & ab ore remouit. *Postquam autem crucifixerunt eum, dimiserunt vestimenta eius sortem mittentes.* Ioannes apertius hoc exponit, quod alia vestimenta quatuor militibus in ter se partiti sunt. Tunicam autem, quia in-

consultis

consultis erat, sortem miserunt, cuius esse debebat. Hoc significatur, quia euangelium disseminandum per quatuor angulos terrae. Ecclesia autem eius vna esset futura per totum mundum. Quia licet terrarum spacia separantur, electi tamen vni corpus Christi sunt: & vna est ecclesia catholica, id est vniuersalis. *Et sedentes seruabant eum.* Expectantes vt moreretur: & ne aliquis deponebat, vsquequo praeses iuberet. *Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam.* Hic est Iesus rex Iudaeorum. Consuetudo erat apud Romanos, vt quando aliquis morti adiudicabatur post omnium iudicium scriberetur causa, pro qua occidebatur: & in loco ubi plectendus erat, legerebatur. Ex hac consuetudine Pilatus iussit scribi: & quia iratus est Iudaeis, quia crucifigebant eum, sic distulit ipsum titulum. Et cum Iudaei petierunt aliter scribi, dixit. Quod scripsi, scripsi. Deo autem placuit vt sic scriberetur, vt cognoscant licet inuiti Iudaei, quia ipse est rex vniuersae terrae & ipsorum. Spiritualibus quoque Iudaeis, hoc est confessio benignus rex. Fuit autem in tribus linguis scriptum, in Hebraeo propter Iudaeos: in Graeco, quia nobiles Romanorum Graece loquebantur: in Latino, propter Romanos. Et isto tres linguae excellentiores in toto mundo sunt, & propter perfectionem sui, & propter eas quae eas loquebantur: Hebraica, quia ipsa erat mater linguarum: Graeca, propter sapientiam. Quia sapientiores sunt omnibus gentibus: & ipsa sonoriore aliis linguis. Latina propter Romanos qui tunc orbis terrae dominabantur. *Tunc crucifixerunt eum eo duos latrones, vnum à dextris, & vnum à sinistris.* Velint noluit Iudaei, omnia mystice agunt. Licet ipsi putent surpe supplicium. Ecce dominus medius crucifigetur, vt ostendatur, quia ipse est iudex populi boni & mali. Et sicut in iudicio boni ponentur ad dexteram, mali ad sinistram: ita & modo bonus ad dexteram, malus ad sinistram. *Praterierunt autem blasphemabant eum, mouentes capita sua.* Qui ante non poterant eum videre prauidia, quando virtutes faciebat, tunc ambulant eorum ipso, quia tunc eum videbant sicut ipsi semper optauerant. Mouebant capita, sicut solent facere hi, qui suspentes se arbitrantur, contra eos, quos despiciunt. *Sub, qui destruit templum Dei.* Vbi inuentionis est latrantis: quia latrabat videntes, quod semper cupierant. Fuit autem apud antiquos integra inuentionis, vasis sed tamen multi gentibus est ista communis. Ob gratiam captandam de principibus vulgaris populi ista loquebantur: & principes vt illi amplius hoc iterarent, postea eadem loquebantur demonstrantes sibi placere quae dixerant. *Similiter, & principes sacerdotum dicebant. Alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere.* Nolentes Pharisaei, & inuiti testimonium perhibere Christo, quod alios saluos fecerit: & in hoc appareat quia si vellet, posset se ipsum de presenti periculo liberare. *Si rex Israel est, destruat de cruce, & credimus ei.* Scandalum Iudaeorum in hoc maximum erat, quia dominus filium Dei se dixerit, & regem Iudaeorum: & hoc semper replicant, & improperant. Quod autem dicit, *destruat nunc de cruce, & credimus ei,* vel pro impossibilitate dicunt, quasi non posset hoc facere: vel dicitur, ne suadeant eis dicente hoc quia iam sentiebant virtutem Christi, videntes omnia elementa con-

nitentes quod crucifixissent eum: sicut Paulus Apostolus dixit. Si enim intellexissent, nonquam dominum gloriae crucifixissent. *Ipsam autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.* Per tropum qui appellatur hylepsis, vtique latrones introducantur blasphemasse eum: cum iuxta Lucam vno blasphemante, alter confessus sit eum. Et potest fieri, vt primo ambo blasphemassent, postea vnus cum vidit elementa turbati, conuersus est & credidit eum dominum. Habuit vero idem latro res virtutes in ipsa cruce, pro quibus dominus gratia affectus est, id est, fidem, spem, & charitatem. Fidem habuit. Quia dominum credidit regnaturum, quem secum videbat mori. Habuit spem: quia illa praemia, quae nos sperabamus, & ipse postulauit dicens. *Memento mei domine, cum veneris in regnum tuum.* Habuit charitatem: qui socium suum inter tormenta castigare studuit dicens. *Neque times Deum: quia in eade damnatione es.* Propterea meruit audire. *Hodie mecum eris in paradiso.* Hoc est in illo loco ubi dicitur Lazarum vidit cum Abraham. *Qui paradysus recte vocatur ad comparationem aliorum locorum infernalium.* Vbi etiam depositos credimus illos: quos de penis inferni Dominus liberauit, vsquequo in caelum ascendens secum illos omnes in aeternam Hierusalem duxit. Nam sicut dominus primogenitus fuit ex mortuis, sic etiam primum suum corpus, & animam in paradysum caelestem introduxit: & post alios, quod non fuit, antequam in caelum ascenderet post 40 dies. *Sexta autem hora tenebrae factae sunt super universam terram usque ad horam nonam.* Quia dominus sexta hora crucis ascendit: sol abscondit radios suos tribus horis, in quibus dominus in cruce fuit: & sicut ipse tribus horis in parabulo pependit, sic tribus diebus in sepulchro iacuit. Et sicut non omnes tres horae completae sunt in passione eius: sic nec per omnes dies iacuit in sepulchro: sed à toto parte intelligitur. Iudaei suspicati sunt quod eclipsis solis lunae fuerit eodem tempore: sed non fuit, quia eclipsis solis non potest esse nisi in ortu lunae, neque eclipsis lunae nisi in veteri luna. Ea hora dominus pependit in cruce, quae Adam peccauit in paradiso. Nam scriptum est: quod audierit Adam vocem. *Dei amplexus in paradiso post meridiem.* Eadem hora qua Adam mortem induxit, eadem hora secunduus & verus Adam mortem vicit. Et sicut dominus tribus horis pependit in cruce, sic Adam tribus horis fuit in paradiso: *Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna dicens. Eli Eli Lama sababani.* Hebraica lingua ponitur idem versiculus, propter reuerentiam dominicae oratio eius est: *ideo non est interpretatum.* Non autem habet in Hebraeo respectum in me, sicut in nostris phariseis: quia mens, nisi vna vice: nec etiam in Graeco. Nam Graeco dicitur, *ελεησον εμοι, δεσποτη μου:* ex persona hominis qui patiebatur, hoc loquitur, quia quasi omnia habebat Iudaei secundum suam voluntatem impleta, cum illum viderent mori in cruce. Non autem debet coniungi, cum i, sed separatim: nec debet habere in capite aspiracionem. Bl enim primum nomen est de decem nominibus, quibus Deus appellatur apud Iudaeos: & inuenitur in nominibus Hebraeorum in fine: vt Michael, Gabriel, Raphael. Dicitur autem Graeco *ελεησον*, id est fortis. *Quidam autem illum stans & audientes dicebat: Iesum vocat iste.* Milites hoc dice-

bant

bant: quia ignari erant Hebraeae linguae. Sed & si Iudaei hoc dicebant irridendo, & commutato in malam partem: ut reliqua. Nam & Heli prophetae nomen, Deus meus interpretatur. Et continuo emvens vnus ex eis, accepit spogiam, impleuit aeto, & impositit arundini: & dabat ei bibere. Sicut Lucas refert: milites illudentes hoc fecerunt: quia & hoc prophetatum fuerat, & dominus dixerat, quia sciebat prophetatum de se; & nec dum completum dixit. Sicut. Hoc est scio de me prophetatum, & nec completum impleatur. Et tunc erunt omnia impleta quae de mea passione fuerunt prophetata. Bene hunc potum fuit conueniens dari Christo: quia sicut acerum de bono vino fit, ita Iudaei de bona progenie mali erant facti. *Iesus autem iterum clamans voce magna.* Id est circumstantibus & audientibus. Quid clamauerit Ioanes scribens inquit. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Ipse homo qui querebatur se derelictum a patre, ipse animam suam illi tradidit, & illi commendat a quo creatum corpus, & animam eius fuerat id est a diuinitate. Quod Graece dicitur: *καταπαυσω το πνευμα μου εν τω πατρι.* Quod bonum est homini Christiano dicere, quando de corpore exire debuerit, exemplo domini, qui hoc ita dixit. *Emisit spiritum,* id est, animam. Quia vnde supra dixerat: potestatem habeo ponendi animam meam in deo dicens modo, *emisi spiritum.* Quid enim emittere spiritum, nisi & animam ponere: Sed anima dicta propter quod viuunt spiritus autem, vel pro spiritali natura, vel pro eo quod spiret in corpore. Similiter animus pars animae est, id est voluntas animae. Mens autem & ipsa pars animae, hoc est memoria. Ita autem haec omnia adiuncta sunt animae, vt vna res sit: & pro efficientiis diuersis diuersa nomina sortiantur anima. *Et ecce velum templi scissum est in duas partes.* Ante sancta sanctorum pendebat cortina satis preciosa, vltra quam nullus introibat nisi summus sacerdos: & hoc semel in anno & hoc quod intra erat dicebatur sancta sancto rum: quia non habebant Iudaei sanctius aliquid. Ibi fuerat arca: antequam Hieremias illa abscideret: & ibi erat propitiatorium, tamen ex vno fronte apparebant: ex altera parte reliquum erat absconditum: & illud appellatur velum, quia in illa velabat, hoc est celabar. Aliud velum pendebat exterius, inter primum altare, & populum. De isto dicunt Iudaei quod scissum fuerit, & non primum scinditur velum templi, vt ostendat omnia sacra transiura ad populum gentiliu. Ante enim dicebatur, Notus in Iudaea Deus: modo dicitur, A filiis ortu vsque ad occasum laudabile nomen domini. *Et terra mota est, & petrae scissae sunt.* Refert Iosephus superlimitate quod infinitae magnitudinis erat, fractum esse atque diuisum: etiam angelicas virtutes tunc in ipso tepore clamasse. Transseamus ex his sedibus. In omnibus his signis elementorum creator debet agnosci pro, cuius morte elementa commouentur. Typice commouenda corda gentiliu, & aperienda in Dei confessione. Aperta quae tunc fuerunt sepulchra, sed mortui ex eis non resurrexerunt nisi post dominum resurrexerunt: vt sit primogenitus ex mortuis, quia nullus ante ipsam immortalis resurrexerat: sed oes iterum mortui sunt, vt Lazari. Ipsi autem immortales resurrexerunt: & cum domino ascendente ascenderunt. Dominus resurrexerat mortui in omnibus scripturis diuisus, & locus vbi quiescit non nisi in

Hoc est dormitorium dicitur Graeca lingua, vt vaciter ostendantur omnes resurgendi in fine mundi. *Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius.* Quod dicit post resurrectionem eius: & ad hoc respicit quod dicitur: *Surrexerunt:* & ad hoc, *exeuntes de monumentis, venerunt in sanctam ciuitatem.* Adhuc vocatur Hierusalem sancta propter templum domini: & vasa, quae ibi fuerant sanctificata, & multos sanctos, qui ibi erant viucentes: licet nos non per omnia habeamus cognitionem de eis. Na post inuenimus apostolos ibi orasse: & omnem cultum religionis obseruasse: vsque ad subuersionem eius anno quadagesimo secundo ascensionis eius. Quod tempus datum est eis ad penitentiam agendam. Et quia noluerit agere penitentiam, egressi duo vtri sunt: Vespasianus, & Titus de saltu gentiliu: & occiderunt eis eis videntes centena millia: & eduxerunt centum millia. Quod dicit, *apparuerunt multis:* ostenditur non fuisse generalis resurrectio, sed specialis: vt & hi resurrexerunt: quos Deus chariores habuit: & illis apparerent, qui electi erant ad cognoscendum arcana Dei. Centurio autem, qui cum eo erat custodientem Iesum, viso terrae motu, & his quae fiebant, valde timuerunt. Centurio iste sicut habemus scriptum, ipse fuit Longinus: qui iussu Pilati aperuit latus domini. Noluit enim Pilatus, vt eius crura cum lateronibus frangerentur: quod crudele satis erat & inhumestum: & ne Iudaei dicerent, non eum fuisse mortuum, sed quasi spasmo fuisse passum. Nulla autem causa sic miratus est Centurio, quomodo quando voluit & quando dixit in manus tuas commendo spiritum meum: tunc mortuus est. Alij enim homines nec quando volunt nascuntur, nec qua volunt hora, moriuntur. Et in hoc maxime cognouit Deum esse: & propterea credidit, & baptizatus: etiam pro Christo postea occisus est ab Octauio praefecto. Non solum autem ipse, sed milites glorificauerunt Deum. *Erant autem ibi mulieres multae a longe, quae secutae erant Iesum a Galilaea, ministrantes ei.* Fuit consuetudo inter Iudaeos quod prophetis, & praedicatoribus legis mulieres ministrabant de substantiis suis vicium, atque vestitum: Et non erat inter eos vlla reprehensio in gentibus, quia scandalum potuit generare, noluit agere beatus Paulus. Vnde dicit: *Nunquid non habemus potestatem mulierem circumducendi, sicut Cephas, & reliqui? Ministrantes autem de substantiis suis domino, vt meterent eius spiritalia verba: non quod dominus indigeret eorum carnalibus: sed vt ostenderet praedicatoribus, haec sibi iure deberi.* Sed & dominus quantum Deus esset, tales comites & ministros elegit, de quibus nec querela esse potuisset. *Inter quas erat Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedaei.* Maria a qua septem demonia eiecerat: & Maria Iacobi: & Ioseph mater, quae erat matertera domini: quia soror erat sanctae Mariae. Matertera dicitur quasi mater altera: & mater filiorum Zebedaei, quae filijs suis ibi seruiebat cum dominis. *Cum autem seruo factum esset.* Praecipuebat lex vt, qui suspensus fuisset, in patibulo ad vespertinum deponeretur: quod ei de quinque regibus Iosue praecipit fieri: & idcirco crura fracta sunt, vt morentur & deponerentur. *Veni quidam homo diues.* Non propter aliquam inactantiam dicitur angelus, quod iste diues fuerit, sed vt ostendatur idcirco potuisse impetrare corpus domini

domini, quod diues fuerit, & de curia ordine vnus videlicet de consiliarijs. Pauperes enim non erant auli accedere ad tam potentem praefectum: quia non curabat de hoc quod Salomon dixit. Qui despicit pauperem, peccat. Nostri enim quibus praecipuum est pauperes colligere, ipsi despiciunt eos: quanto magis ille paganus: *Veni quidam homo ab Arimathia: Ab Arimathia: ipsa est Ramathaim, ciuitas Samueles prophetae in regione Iudaea, iuxta Diospolim. Nominis Ioseph.* Non fuit iste nutritus domini: quia ille pauper erat: non in alio loco euangelij de hoc dicitur, nisi hic. Vnde ostenditur multos discipulos dominum habuisse de quibus non habemus scripturam: & qui non sequebantur, sed in domo sua faciebant, quae Dei erat. *Hic accessit ad Pilatum & petiit corpus Iesu.* Potentia ipsius monstratur, quod ipse per se accessit, & non per alium mandauit: sed etiam ipse quod illum quasi damnatum ausus est sepelire: Et tradunt de eo, quod Iudaei pro hac causa miserunt illum in custodiam: & ipsa nocte resurrectionis domini eleuata sit in aere domus, in qua clausus habebatur: & uenerit, & eduxerit eum dominus. Et post eum Iudaei requirebant corpus domini a militibus, dicebant milites. Reddite vos Ioseph, & nos reddemus corpus. *Tunc Pilatus iussit reddi corpus.* Magnae dignitatis fuit iste Ioseph secundum seculum, & secundum Deum: qui & potens fuit impetrare, & dignus ministerium sepulturae peragere. *De isto Ioseph primus accipitur psalmus cantatus, Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum: & reliqua.* *Et accepto corpore Ioseph, inuoluit illud in sindone munda.* Sindonem linteam dicitur: quod mercatus est nouum, de quo nihil nullius operis factum fuit. Eui uoluit ibi cum aromatis corpus domini. Erat iam proxima obseruatio sabbati: & idcirco non potuit aliud facere nisi in gyro corporis: posuit aromata, & inuoluit in sindone: & posuit in monumento sine cooperulo, vt post sabbatum reuenterentur cum alijs aromatis: & tunc diligenter aromatizaret dominum. Sed quia Ioseph conclusus fuit in custodia a Iudaeis: & mulieres pauperes non poterunt in crastino praeparari: terra die volebant hoc perficere, si corpus inuenissent. Ex hac consuetudine mos obtinuit in ecclesia, vt corpus domini in altari quando consecratur, non in serico, neque in panis tincto, sed in linteis consecratur: iuxta quod a beato Syluestro constitutum in gestis pontificum legimus. *Et ex ista sepultura domini simplici ambitio diuitum obdenatur, qui nec in sepulchro volunt carere diuitiis.* *Et posuit illud in monumento suo nouo: quod exciderat in petra.* In nouo monumento ponitur: ne si aliis ante positus fuisset, dubium esset quis resurrexisset. Et sicut in vetero sanctae Mariae, nec alius ante eum, nec post eum iacuit. Et in excisa petra passus est, ne, si ex minutis lapidibus fuisset edificatum, suffossis rumuli fundamentis furto ablatum crederetur. Omnia ista propter nostram crudelitatem facta sunt. Ante homines in domibus sepeliebantur, sed cum factorum inhabitantes necaret: praecipit Romanis publico edito: ne in domo sepelirentur homines, neque in ciuitate. Tunc quia graue uidebatur sub quo sepelire cognatos, & amicos, reuerit tunc ad antiquam sepulturam: vt exciderent in petris, sine sub terra cryptas: & ibi sepelirentur: & plera quae adhuc inueniuntur

& iuxta Romam, & in alijs terris: ut est ceterum Calixti: vbi inquit sancta Caecilia, & sanctus Urbanus cum multis milibus. Resurrexerunt de ipso monumento, quia mons est superius iuxta, petram: vbi stare terra, perhibetur. & in ipsa petra excisa crypta: & in ipsa crypta excisa iuxta, quae gum in latere Aquilonis habet pedes septem in longitudine, trium palmorum altitudine: cetera papimento ipsa crypta, tantae altitudinis est, vt intro stans homo extensa manu vix possit attingere gulmen, & rotanda in gyro. Quam similitudinem & ex nostris quae in hac terra excisa inueniuntur, possumus colligere. Habet autem coloris valbum cum tubicundo ipsa petra: & patens erat a Meridie, vnde corpus dominicum est illatum: & super petram erat hortus. Nunc vero est conolus locus, & in ipsa crypta basilica coniecta. *Et aduoluit facum magnu ad effum monumenti & abiit.* Idcirco aduoluit Ioseph lapidem, ne bestia aliqua intraret, & corpus dominicum tangeret. Licet in gyro clausuram habuerit pro hori cura: *Erant autem ibi Maria Magdalena, & altera Maria.* Ista sunt Mariae, de quibus supra dictum est: soror Lazari, & mater Iacobi, & Ioseph. Nam Maria praenimio dolore, quod viderat filium in cruce, non potuit ad monumentum abire. Sed ista Lazari soror optime recognouit liberationem suam, quae viros & mulieres de obsequendo domino vicit. Aliis reuerentibus ad sua, istae aspiciant quomodo poneretur corpus: vt ei tempore congruo possent munus deuotionis impendere. *Altera autem die, qua est post paschaen.* Paschaen Graeco nomine, praeparatio Latine dicitur, quam nos sextam feriam vocamus: in qua dominus crucifixus est. Quae ideo praeparatio dicitur, eo quod tunc Iudaei sibi praeparabant quod edere in sabbato solebant. In sexto die domino placuit crucifigi, quia Adam in sexto peccauit: & in ipsa electus est de paradiso. Similes sunt illae animae quae parant domino de honis operibus requiescentis locum in cordibus suis. Dicunt in sabbato ad Pilatum: *Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam.* Ecce Iudaei nostrae salutis: & profecti in hoc loco seruierunt: quia non solum euangelistas, sed & custodes habuimus resurrectionis homini. Sic faciunt, qui contra Deum pugnant. Vnde ipsi sagunt, ne fiat, quod ipsi volunt: vnde ipsi praeparant, quod Deus habet dispositum. Optime fecerunt, quando lapidem signauerunt, & custodes adhibuerunt: getiores nos red, diderunt de domini resurrectione. Sed tam per spiciendum, quod adhuc vigeat in Iudaea in mentibus eorum, quem nec nominare queunt praenidia, sed seductorem eum appellant. Si sciretis qualia custodes nunciaturi essent: nunquam eos ad custodiendum deputassetis. *At illis Pilatus: Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis.* Non quod ipsi Iudaei milites habuissent in potestate: sed quasi dixissent: Ecce custodiam de vobis ordinatae quomodo custodiatur: vt non habeatis quid dicatis. *Ibi autem abierunt mulieres sepelire Iesum.* Id est de custodia, & sigillatione. Nam sabbatum erat: propterea nihil aliud optari sinit, nisi per verbum. Apparet autem quia prope erat monumentum quod in sabbato ausi sunt ambulare. Et hoc videndum, quia Ioseph cum esset de Ramathaim prope Hierusalem, volebat se sepelire: vt illic resurgeret

surgeret cum multis sanctis, qui ibi iacebant. Persecutores vero domini, talem leguntur exitum habuisse. Primus Herodes, qui illam voluit occidere: & pro ipso innocentes occidit: iustitiamque scripturas diuinas adiri: ut putaretur progenies eius de regali semine. Dauid esse: & accepit Mariamnam Aristobuli filiam, ut in perpetuum haberet eius progenies regnum: sed quia iniuste, & contra Dei voluntatem, cito decidit. Ipse enim non plusquam tribus annis regnavit: post innocentes iugulatos: vrebatur autem a foris igne sacro seu lento, corpus eius totum putridum erat de intus. Anhelitus eius terribilis odorem reddebat: pedum inflatio, & verendatum, & pro his omnibus maxima febris. Iam occiderat uxorem suam Mariamnam, & tres filios suos de ea; Aristobulum, Hyrcanum, & Antipatrem, & alios tres. Et tamen in his doloribus precepit omnium nobilium filios recludi in vno loco: & vocavit ad se socerum suum, & ait illi. Ego noni, quod Iudaei laetabuntur de morte mea: sed si tu voluisses, ego habuissem lugentes exequias: ut eum mortuus fuisset, intercessisses nobilium filios: & tunc haberem lugentes exequias. Ille promisit se ita facturum, sed nihil fecit: sed cum mortuus fuit precepit ille omnes dimitti. Postquam vero mala conuenerunt in eum, accepit ille cistellum, quasi ad purgandum pomum, & occidit seipsum: & sic obiit. Archelaus vero filius eius, in Vienna, exilio relegatus obiit. Herodes quoque tetrarcha Herodis filius, qui Ioannem decollauit, & Pilato in passione consentit, Lugduni exiliatus est. Herodes alius, nepos Herodis Aristobuli filius: qui Iacobum fratrem sancti Ioannis decollauit per quinque dies in ventris comestibus obiit. Pilatus vero propterea se manu interfecit.

INCERTI CUIUSDAM

sub nomine Eusebii Emisseni superioris Evangelij expositio.

Nuntiat Dominus Pascha post biduum, nuntiat & passionem suam, ut in Pascha occideretur, qui per Pascha significatur. Tota enim illa festiuitas per tot annos antea celebrata, nihil aliud nisi Christi passionem significabat. Merito igitur simul conueniunt, & significatio, & significatum. Merito illa & non alia die iam tandem morti traditur, qui per singulos annos in huius facti significatione illa die immolabatur. Pascha enim iude pharse, transitus dicitur, sive quia tunc Dominus transiens per castra Aegyptiorum, omnia eorum primogenita interfecit, sive etiam quia tunc saluator noster transiit ex hoc mundo ad patrem. Vnde Ioannes ait: Sciens Iesus, quia venit eius hora ut transiret ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, in fine dilexit eos. Haec autem solennitas septem diebus celebrabatur: de qua in Exodo sufficienter diximus: *Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & principes populi in atriis principum sacerdotum, quod dicebatur Gabybas, & consilium fecerunt, ut Iosiam dolo tenerent, & occiderent.* Sic ut etiam per singulos annos, omnes Iudaei conuenire solebant, ut in hac solennitate unum hœdum immolarent: & de nocte omnes colliguntur in unum, ut Orestem dolo carerent, & occiderent.

Capite hinc, aut horum inue[n]it scriptura in Exodo.

quem ille hœdus significabat: de quo scriptum est, Iuxta quem ritum tolletis hœdum, & immolabit eum omnis multitudo filiorum Israel ad vesperum. Cui enim non videretur ridiculum esse, ut sexcenta millia hominum & eo amplius in unum conuenirent, ut unum hœdum interficerent, nisi quia hoc tam magnum sacramentum in illo facto significabatur? Dicebant autem, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Timebant enim ne populi seditione de illorum manibus Christus tolleretur, qui illuc ad diem festum undique conuenerat. Cum autem esset Iesus in Bethaniam in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius. recumbens. Simo iste leprosus fuerat, quem iam antea sanauerat dominus. Haec autem mulier utrum eadem sit, quae lachrymis pedes eius rigauit, an alia, non contendo. Mihi tamen non videtur inconueniens, si ad Christi caput vnguentum accessit, cui iam Dominus peccata dimiserat, dicens, Mulier, dimittuntur tibi peccata. Hoc autem vnguentum alius euangelista spicati, alius pisticum vocat. Et spicatum quidem dicitur, ab ea specie, quae spica nardi vocatur: pisticum autem fidele interpretatur: cui illud contrarium est, de quo dicitur, Oleum autem peccatorum non impinguet caput meum. Manifestum est igitur, quid vtrumque significet. Videntes autem discipuli indignati sunt, dixeruntque, *Ut quid peras hoc? poterat enim hoc venundare multo, & dari pauperibus.* Hoc autem solum Iudam dixisse Ioannes euangelista narrat: & hoc fortasse, quia plus ceteris hoc ei displicuisse, & ceteris quidem, propter pauperes: id e vero, quia fur erat, & loculos habebat. Quia enim huius rei significatum non intelligebant, inuoluit eis fieri videbatur. Sciens Iesus, ait illis, *Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me.* Sciens enim Iesus quid hoc significaret, defendit, & laudat mulierem de opere bono. *Nam semper pauperes habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis.* Hoc enim de praesentia sui corporis dicit, quam illi modicum secum habituri erant: mittens enim hac vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Significatio (inquit) est, non perditio: in proximo enim passurus sum, ideoque haec mulier hoc vnguentum mihi obtulit ad sepeliendum. Mos enim antiquitus fuit, ut nobilium corpora sepelienda vnguentis pretiosis vngentur, & cum aromatis sepeliuntur. Amen dico vobis, vbiunque praedicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quod haec fecit in memoriam eius. Vos (inquit) insipienter pro eo facto eam reprehenditis, pro quo ipsa laudanda est in vniuerso mundo. Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Scarioth, ad principes sacerdotum, & ait illis, *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* At illa constituerunt ei triginta argenteos: & exinde quaerebat opportunitatem, ut eum morti traderet. Hoc enim totum a prophetis praenunciatum fuerat, & quod a discipulo traderetur, & quod triginta argenteis venderetur. Vnde Psalmista, *Homine pacis mee, in quo sperabam, qui edebat panem meum, ampliatitauerunt me supplantationem.* Et alibi: *Appendauerunt mercedem meam triginta argenteis: de quorum pretio iconice dixit, quia indecorum, & inconueniens erat, ut mundi saluator tam vili pretio venderetur. Prima autem die azyrimum accepit vnus discipuli ad Iesum, dicens:*

centes: Vbi vis parem tibi concedere Pascha? Pascha enim hoc in loco agnum illum vocat, qui in Pascha immolabatur, quem nocte illa comedeabant in azyris, & lactucis agrestibus. At Iesus dixit, Ite in ciuitatem ad quendam, & dicit ei, Magister dicit, tempus meum propè est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Ite enim quidam non parui meriti fuisse credendus est, apud quem non solum Dominus Pascha fecit, verum etiam passionis reuelat arcanum, dicens ei. Tempus meum propè est. Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est. Et contristati sunt valde, &c. Prius dicit, Vnus vestrum tradet me: Deinde dubitantibus omnibus, & vnoquoque timente pro se, sciebant enim eum mentiri non posse, manifestum eum ostendit, dicens. Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo: Vt autem homini illi, per quem tradetur. Vtrumque enim prophatum erat, & quod filius traderetur, & quod vbi illi esset, per quem traderetur. Vtrumque enim praerulerat Deus, & mortem suam, & iniquitatem proditoris sui. Vtrumque ergo praedicare voluit, vt eo amplius sibi quisque careret, & prodicionem facere timeret. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Simpliciter sermone & vulgata loquutione loquitur, non quod bonum vel malum ei sit, qui omnino non est: nisi forte quis hos subtilius intelligere velit, vt formato corpore, & suscepta anima, si Iudas in matris vtero, prius quam naceretur, moreretur, melius illi esset, quam vt ad hoc tantum scelus pertueneret: quoniam & si gloriam beatitudinis non haberet, poenam tamen prodicionem non sustineret. Credimus enim omnes homines, etiam non natos resurgere, quibus tuncque vel ad horam concessum est viuere. Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, Nihil ego sum Rabbi? Ait illi, Tu dixisti. Ecce miser, vide Dominum omnia scire, nec tuam confidentiam eum latere: celsa igitur, & constant. Cantantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, & ait, Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Exponit dominus hoc in loco, quid significaret cum alibi diceret, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ecce facerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech dicitur, & vinum virtute ineffabili in sui corporis & sanguinis substantiam conuertit. Sicut enim tunc & viuebat, & loquebatur, & tamen a discipulis comedebar, & bibebatur: ita & modo integer & incorruptus manet, & a fidelibus suis in panis & vini sacramenta, quotidie bibitur, & manducatur. Nisi enim panis & vinum in eius carne & sanguine vertentur, namquam ipse corporaliter manducaretur, & biberetur. Mutantur enim ista in illa, comeduntur & bibuntur, illa in istis: quod qualiter fiat, ipse solus nouit, qui omnia potest, & omnia nouit. Dixit enim tunc per se, dicit & modo per suos ministros. Hoc est corpus meum. Et tanta est eius verbi virtus & efficacia, vt statim fiat, quod dicitur. Similiter autem dum dicit, Hic est sanguis meus, mox in eius sanguine vinum conuertitur. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hic (inquit) est sanguis meus, qui fundendus est, non alius iste, & alius ille, sed vnus idemque & iste, & ille. Cras igitur fundetur

ex hoc meo latere, quem vos modò bibitis & videtis in calice. Aliter enim testamentum nouum confirmari non potest. Et hoc est quod apostolus ait, Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Sanguine igitur verus testamentum, sanguine dedicatur & nouum: sed illud quidem sanguine hircorum, hoc autem sanguine Christi. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc gemine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. Regnum Dei ecclesia est, in qua vinum vetus non bibitur, nec vetus doctrina suscipitur: quia non ad literam, sed spiritaliter scriptura intelligitur. In hac igitur Christus nouum vinum bibit nobiscum, quia in nobis manens in nobis esurit & sitit, in nobis cibatur, atque potatur. Sic enim ipse ait: Esurui, & dedistis mihi manducare: situi, & dedistis mihi bibere. Ipse enim secundum se iam nunc neque esurit neque sitit, neque manducat, neque bibit. Spero igitur vino veteri, vinum nobiscum in ecclesia bibit: quia repulsa Iudaeorum fide, atque doctrina, nostram fidem & doctrinam recipit. Quasi enim de vno vino bibimus, dum vnam fidem & doctrinam tenemus. Lucas enim duos calices ponit, duo significans testamenta. Et in primo quidem calice dicitur, *Nô bibam amodo de hoc gemine vitis, vt intelligamus verum testamentum iuxta literam esse completum.* Vnde & mox subditur: *Donc bibam vobiscum illud nouum in regno Dei.* Et hymno dicto, *exierunt in montem Oliueti.* Merito enim post talem refectionem hymnum dicunt, & in montem Oliueti ascendunt: quoniam qui Christi carne, & sanguine reficiuntur, Deum laudare & montem pacis ascendere digni sunt. Tunc dicit illis Iesus, *Omnes vos scitad aliam patientiam in ista nocte in me.* Scandalum enim dubitationis passi sunt, dum eum quasi impotentem teneri, ligari, & flagellari viderunt. Scriptum est enim percussam pastorem, & dispergentur oues gregis. Scripturae testimonio probat, quod dixerat. Nam & Psalmista ait, *Quonia què tu percussisti, persecuti sunt.* Percussit pater filium: quia (sicut ipse ait) non haberet in eum potestatem, nisi hoc eis datum fuisset de super. Postquam autem resurrexero, praecedam vos in Galileam. Haec enim propheta, consolations plena est. In Galileam eos praecedit, id est, in patriam eorum: (omnes enim Galilaei erant) significans se eadem illos ad meliorem partem reducere. Respondens autem Petrus ait illi, *Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor.* Non enim putabat beatus Petrus, vt alienius persequutionis timore, suae fidei, & dilectionis flamma extingui potuisset. Ait illi Iesus, *Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus ceter, ter me negabis.* Ait illi Petrus, *Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Similiter & omnes discipuli dixerunt. Nemo igitur in se, nemo in viribus suis confidete potest. Omnis constantia, omnis virtus, & fortitudo, non hominis, sed Dei est. Tunc venit Iesus cum illis in villam, qua dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis, *Sedete hic, donec vadam illuc, & orem.* Quia enim Gethsemani vallis pingulum interpretatur, illuc oraturus dominus venit, vt ex ipsa loci appellatione ostenderet, quantà pietatis, & misericordiae pinguedine abundaret, qui pro suis quoque inimicis

vbi quod scripsit apud hanc praesentem in prima corna ad hunc.

Nisi vobis scitad aliam patientiam in ista nocte in me, & discipuli ad Iesum, dicens:

inimicis patrem oraret. Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedaei, cepit contristari, & maestus esse. Quod enim dominus orat, quod contristatur & maestus sit, omnia ad hominem referenda sunt. Hoc autem tribus discipulis testibus agit, siue ut nos doceret pro inimicis nostris orare, siue etiam ut se ostenderet eos Iudaeos velle saluare, si voluissent. Vnde & Hierusalem loquitur, dicens, Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluitis? Nemo enim saluabitur, qui saluari non vult. Tunc ait illis, Tristis est anima mea usque ad mortem; sustinete hic, & vigilate mecum. Tristis est enim dominus de perditione Iudaeorum: sed haec tristitia cito finitur, quoniam mors proxima est. Usque ad mortem itaque tristis est, quia post mortem nulli tali subiaceret passio. Ut enim de domino taceamus, nemo sanctorum post resurrectionem tristitia, & dolori subiaceret: alioqui beati non essent. Qui enim aliquo indiget, vel sui voti compos non est, beatus dici non potest. Tristis vero letitia indiget, & tristitia carere desiderat: non igitur tristis beatus. Sustinete hic, & vigilate mecum. Mecum (inquit) vigilate, mecum hoc onus sustinere: & quod me pro inimicis meis facere videtis, hoc & vos facite pro inimicis vestris. Aliter enim non eritis hic, id est, in villa Gethsemani, in loco pinguedinis, & misericordiae. Et progressus pusillus, prociidit in faciem suam, orans, & dicens, Pater mi, si possibile est, traheatur a me calix iste. Separatur a discipulis, pusillum progreditur, in faciem prociidit, quatenus nos doceat, quid in nostris orationibus agere debeamus. Nemo autem putet timore mortis eum orare, ut calix passionis ab eo transferatur, cum Petro de passione dissuadenti dicat, Vade retrò, Satana: scan dalum mihi es, quia non lapis es, quæ Dei sunt. Non enim absolute orat, ut calix ab eo transferatur, sed calix iste: quia est pro salute mundi mori venerat, à Iudæis tamen si fieri posset occidi volebat. Pater vero coram ab illis eum occidi volebat, qui aliis omnibus nequiores erant, quatenus ad suam damnationem cum illis hoc addidissent, qui vtiq; damandi erant, etiam si Christum non occidissent. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. His autem verbis aperte ostendit, se non diuinitatis, sed humanitatis affectu omnia illa fuisse loquutum, quoniam vna, eademque voluntas est ei cum patre secundum diuinitatem. Et venit ad discipulos suos, & inuenit dormientes, & dicit Petro, Sic non potuisti vna hora vigilare mecum? Sic (inquit) agitis? sic mei memores estis? sic mecum vigilatis? Vigilate & orate ut non intretis in tentationem. Ille enim intrat in tentationem, qui iam quasi victus ipsa tentatione tenetur illaqueatus. Aliud igitur est tentari, aliud in tentationem intrare. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Quamuis enim anima tentationibus potèter resistat, caro tamè, quæ illa grauat, infirma & fragilis est, nisi oratione, & attentata sollicitudine roboretur. Iterum secundo abiit, & orauit dicens, Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Si non potest (inquit) fieri, ut me Iudæi non occidant, & sic in voluntate tua positum est, fiat voluntas tua. Voluntas igitur patris fuit, ut Christum Iudæi interficerent. Quia enim pro salute mundi moriturus erat, ut aliqua gens eum occideret oportebat. Oportebat enim pati Christum, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam. Sed quæ alia gens

Christum occidere debuit, nisi illa, quæ iniquior erat, & quæ plus cæteris eius sanguinem sitiebat? Deus enim neminem cogit ad peccandum: eos tamen peccare permittit, qui vehementer peccare desiderant. Vult igitur Deus, ut hi tales, quorum tota voluntas prona est ad malum, sanctos suos interficiant, quatenus & his maior pœna, & illis abundantior gloria crescat. Fit itaque in morte martyrum duplex bonum, & mali (qui etiam si eos non occiderent, tamen perituri erant) in eorum morte maiorem sibi pœnam acquirunt, & boni, dum pro Christi fide occidunt, maiori gloria cumulatur. Ac per hoc voluit Deus pater, ut filium suum Iudæi interficerent, & quia iniquissimi erant, maximum scelus perpetrarent, quatenus nullam habeant excusationem, & maiori pœnæ subiiciantur: ut veniat super eos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram. Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauari. Somnus iste discipulorum, Ecclesiae somnum & torporem significabat, quæ in magnis tentationibus sæpe tabescit & deficit, nisi Christi frequenti visitatione excitetur. Dormite iam & requiescite, ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum: surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. Hac enim non precipiendo, sed redarguendo dicit. Non enim dormiendum vel quiescendum, sed potius vigilandum est, & orationibus instantium, in magnis perturbationibus. Ideoque protinus eos excitans, ait, Surgite, eamus. Quod vtiq; non dixisset, si eos dormire, & quiescere voluisset. Adhuc ipse loquente, Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs, & fustibus, missi à principibus sacerdotum & senioribus populi. Vbi enim ille, qui impetratur, se defendere non vult, fustes, & gladij necessarii non sunt. Si enim dominus se defendere voluisset, neque fustes, neque gladij ei resistere potuissent. Hoc enim ipse innotuit, cum ad vnam responsonem eos protraxit. Ut enim dixit, Ego sum, abierunt retrosum, & ceciderunt in faciem suam. Qui autem tradidit eum, dedit eis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Aue rabbi: & osculatus est eum. Hoc enim signum propter Romanorum milites, qui Christum non cognoscebant, proditor Iudas dedisse videtur. Dixitque illi Iesus, Amice, ad quid venisti? Amicum eum per contrarium vocat, qui ei inimicus erat. Sic & beatus Iob benedicere pro maledicere posuit, dicens: Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum, &c. Ille vnus, beatus Petrus Apostolus fuit: qui postquam dominum suum teneti vidit, dolore commotus, se vltimus cohibere non potuit. Amputauit igitur auriculam serui principis sacerdotum, quæ nondum circumcisa fuerat, & idcirco malis consilijs obedierat. Vocabatur autè Malchus seruus iste, qui regnaturus interpretatur. Solum enim illi regnabunt, & viuunt, qui aures circumcisas habebunt. Vnde & huius autem dominus tetigisse, & sanasse ab alio euangelista dicitur. Quæ enim aures ab Apostolis, & doctoribus circumciduntur, illas dominus tetigit & sanat. Tunc ait illi Iesus, Conuertere gladium tuum in locum suum. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Displicet Deo factum Petri: quoniam etiam bonum significabat, non tamen

tamen bono animo ferebat. Omnes enim, qui acceperint gladium, id est, qui iniusta animi commotione aliquem interfecerint, nisi forte dignè peccitauerint, gladio peribunt: gladio vtiq; perpetua vltionis. Omnis enim pœna gladius vocatur. Beatus autem Petrus iustam causam habebat, sed neque iuste, neque iniuste dominus armis defendi volebat. Vnde & subditur: An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plus quam duodecim legiones angelorum? Vos, inquit, duodecim homines estis, qui pro me vtiq;que pugnatu contenditis: ego autem, si volo, plus quam duodecim legiones angelorum subito habere possum. Quod igitur me non defendo, non est impotentia, sed voluntas. Si enim me defendero, nihil poterunt aduersum me: quod si nihil poterit, quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me: quotidie sedebam apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Quod quidem non sine ratione & Dei nutu euenisse, euangelista exponit, dicens: Petrus autem sequebatur à longe usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris ut videret finem. Adhuc, inquit, Petrus sequebatur dominum, sed à longè: iam proximus erat negationi. Vnde & non immerito cum ministris sedebat, finem rei videre desiderans. Vbi enim sedet qui Christum negat, nisi inter Iudæos, Iudæorumque ministros? Principes autem sacerdotum, & omne concilium querebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent: & non inuenierunt, cum multi falsi testes accessissent. Secundum legem Christum damnare volunt, & falsa testimonia quaerunt, cum lex ipsa falsa testimonia non suscipiat. Quia in re maxima Iudæorum iniquitas, & odium crudele, & execrabile comprobatur. Nonisimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit, possum destruere templum Dei, & post triiduum reedificare illud. Hoc enim Christus non dixerat: quod si dixisset, facere vtiq; potuisset. Dixerat enim, Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud. Quod quid significet, euangelista exponens, ait, Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Tacer Christus, & respondere non vult, tum quia vana & inutilia audit, tum quia scriptum est, Ex ore altissimi non exierunt nec bona nec mala. Et princeps sacerdotum, ait illi: Adiuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius Dei viui. Dicit illi Iesus, Tu dixisti. Ad ea enim respondet dominus, quæ videt esse digna responsonem. Si enim à principe sacerdotum, (qui pro sui officij dignitate ab omnibus venerabatur) sic adiuratus non respondiisset, Deum non timere, & parvipendere videretur. Sequitur: Veruntamen dico vobis, amodò videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem in nubibus cali. Hoc autem erit in iudicio, quando omnis oculis eum videbit. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, &c. Vestimenta sua scindit princeps sacerdotum, se ipsum maximam & principalem causam esse significans, cur Iudæorum sacerdotum scindatur, & destruat. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Sic enim prophetatum fuerat. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicens: Prophetiza nobis, Christe, quis est qui te percussit? Nisquam respondet dominus, nisi ubi eius responso necessaria & utilis est. Petrus vero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negavit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. Negat Petrus, ut magistri propheta impleatur. Exemit autem illo, in via vidit eum alia ancilla, &c. Et ecce pastor ecclesie non solum à viris, verum etiam à mulieribus compellitur negare dominum. Hoc autem non semel, sed & bis, & ter. Quia in re & illi ad indulgendum regula datur, ut in seipso aliorum fragilitatem cognoscens, aliis miseretur, & nobis etiam in inanimis excessibus delictorum veniam sperare conceditur. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat, prius quam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare. In alio vero euangelista legitur, quia respexit dominus Petrum. Tenebatur dominus à turbis, trahebatur & flagellabatur: & tamen discipuli memor, quem verbis (ne proderetur & caperetur) consolari timebat, solo respectu consolatur & sanat, & sui vultus illuminatione ad spem veniæ inuitat. Cognoscit igitur Petrus reatum suum, cognoscit & voluntatem domini sui, dolet & pœnitet, egreditur foras, relinquit concilium malignantium, locum petit secretum, lachrymis & pœnitentiæ amicum. Flet amare, certissime intelligens, quia sacrificium Deo spiritus est contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Hic est pœnitentiæ modus, peccasti, quiesce, dole, & lachrymare, & disce cum apostolo flere amare. Mane autem factò, consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderent. Et vinculum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato praefidi. In vnum Iudæi conueniunt, concilium faciunt, conitruant aduersus Iesum, timent ne aliquis bonus & iustitiæ defensor inter eos inueniatur. Vinculum Iesum Pilato tradunt, ut ex hoc reus mortis & venia indignus esse credatur. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentiæ ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccavi, tradens sanguinem iustum. Cognoscit Iudas se peccasse, argenteos reddidit, quali eodem pretio quo eum vendidit, Christum dominum redimere possit. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris. Tu, inquit, videas quid egeris, quia ad nos non pertinet, si tu peccasti, & si iustum sanguinem tradidisti. Et proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit. Infelix Iuda: ad viam salutis redire cœpisti, sed diabolus, qui te ad tradendum magistrum, & dominum incitauit, ipse tibi ut te ipsum occideres, consilium dedit. Hoc enim solum sufficiebat tibi ad perditionem, etiam si dominum non tradidisses. Quanto tibi melius fuerat, ut Christi pedibus te humiliares, & ab eo indulgentiam peteres, qui neminem ad se venientem repellit: Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt, Non licet mittere eos in corbonam, quia pretium sanguinis est. Dico ergo, Si non licet mittere eos in corbonam, quia pretium sanguinis est, neque licuit eos trahere de corbona, ut pretium sanguinis fierent. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Iste figulus nos finxit. Huius vasa fictilia omnes nos sumus, huius ager Christi pretio emitur, in quo eius peregrini sepeliuntur, & requiescunt. Propter hoc vocatus est ager ille Alchedemach, hoc est

ager sanguinis, usque in hodiernam diem. Merito enim ager sanguinis vocatur, qui Christi sanguine comparatur. Ager enim iste terra viventium est, in qua qui sepeliuntur, non moriuntur. Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam, dicentem, Et acceperunt triginta argenteos, pretium appreciati; quem appreciaverunt a filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. Audis quia dominus hoc constituit, hoc ante tempora disposuit, quod triginta argenteis Christus Dominus venderetur, ex quibus ager figuli emeretur. Hoc autem exemplum non in Ieremia, sed in Zacharia invenitur. Dicitur tamen in quibusdam Ieremias exemplaribus hoc inveniri, quibus nos non vtimur. Iesus autem stetit ante praesidem, & interrogavit eum praeses, dicens, Tu es rex Iudaeorum? Dicit ei Iesus, Tu dicis. Quod praeses interrogatus dixit, Christus affirmativè suscepit. Et cum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit: quoniam ille haec simpliciter eum interrogavit, isti verò malitiosè contra eum loquebantur. Per omnia enim ad contradicendum parati, indigni erant quibus dominus responderet. Tunc dicit illi Pilatus, Non audis, quonia aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum ita ut miraretur praeses vehementer. Non enim conueniens erat, ut tunc Pilato dominus responderet, quando eum ad litigandum contra falsos, & invidios prouocabat. Nihil enim est nisi labor, respondere iis, qui veritatem audire nolunt. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum eius vxor, dicens, Nihil tibi est in isto illi, multa enim boae passum per visum propter eum. Quauis enim & mali in visione multa prauideant, ego tamen hanc mulierem boni spiritus fuisse crediderim. Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserunt populo, ut peterent Barrabam, Iesum verò perderent. Vult Pilatus dimittere Christum: instant Iudaei, ne dimittatur. Vnde & ipsi meritò eum crucifixisse dicunt, quauis non ab ipsis, sed à gentibus sit crucifixus. Respondens autem praeses, ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimittere? At illi dixerunt, Barrabam. Dixit illis Pilatus, Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? dicunt omnes Crucifigatur. Occidunt Iudaei Dominum suum, damnant & crucifigi praecipunt saluatorem suum: petunt sibi Barrabam, qui filius magistri eorum interpretatur. Magister nanque eorum, diabolus est, qui eos sic clamare, & hanc adoptionem facere docuit, ut filium diaboli eligerent sibi, & Dei filium crucifigerent. At illi praeses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes, Crucifigatur. Iam non accusatione, sed clamore: non iudicio, sed violentia Christum Iudaei occidere contendunt. Interrogat Pilatus, quid mali fecerit: nihil huic interrogationi respondent, quoniam quid respondeat non habent. Clamabant igitur, fremunt, & insaniant, ut scriptura impleatur, quae ait, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? astiterunt reges terrae, & principes conuerterunt in vnum; aduersus Dominum, & aduersum Christum eius. Videns autem Pilatus, quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens, Innoxens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. Lauat Pilatus manus suas, ut, sicut manus habet mundas à sordibus, ita se innoctem à Christi morte esse ostendat. Sed non est ita. Quauis enim ipse eum non iu-

dicauerit, vel damnauerit, reus tamen est, quia alius eum ad iudicandum tradidit, quem sine causa & per inuidiam damnari sciebat. Et respondens vniuersus populus, dixit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Hanc enim haereditariam maledictionem in posteros suos Iudaei transmiserunt, cui subiacent omnes, qui illos imitantur, & quibus hoc illorum factum non displicet. Tunc dimisit illis Barrabam: Iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur. Flagellauit Pilatus Iesum, siue ut illa tali satisfactione Iudaei satiati quiescerent, & sic eum emendatum dimitterent: siue etiam, quia leges Romanae eum, qui crucifigendus erat, prius flagellare iubebant. Tunc milites praesidis suscipientes Iesum in pratorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Illi enim (sicut hic dicitur) omnia haec illudentes fecerunt: nobis autem magni sacramenti significationes sunt, neque pro ludo, sed omnia in veritate haec suscipimus, & veneramus. Quodd autè corona spinea eius, regnum ex peccatoribus colligendum significabat. Sceptrum ei ex arundine datur, ut iustos in caelis, peccatores in terra scribat, secundum illud, Domine, omnes, qui te oderunt, confundentur: recedentes à te, in terra scribentur. Bonis autem dominus ait, Quia nomina vestra scripta sunt in caelis. Iudaei enim cum arundine scribere consueuerant. In veste verò coccinea, siue purpurea, qua & ceteri reges vtebantur, quocunque animo illud faciebant, regem tamen esse eum aperitissime praedicabant. Et expulsi in eum, acceperunt arundinè, & percutiebant caput eius. Vt enim Apostolus ait, Caput Christi Deus. Caput igitur Christi arundine percutit, qui contra eius diuinitatem scripturam componit, vel ipsum Deum non esse, alicuius scripturae auctoritate defendit. Et postquam illuserant ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis suis, & duxerunt eum ut crucifigerent. Neque enim conueniebat, ut cum regio apparatu crucifigeretur, sed humilis appareret in habitu, qui seipsum humiliauerat maiestate. Exemptos autem inueniunt hominem Cyrenaeum, nomine Simonem. Hunc angariauerunt, ut tolleret crucem eius. Cyrenaeus haeres: Simò, obediens interpretatur. Genuis igitur homo patriae caelestis heres, & Deo obediens, crucè Christi portat, De quo ipse dominus alibi ait, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Caluarie locus. Locus autem iste sic vocatus est, quia ibi damnati rei decollabatur, ibique capitis caluaris amittebant. Fuerunt tamen qui hunc locum à caluarie primi hominis sic nominatum fuisse putarunt. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum, & cum gustasset noluit bibere. Vnde Psalmista, Et dederunt (inquit) in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Gustauit autem, sed bibere noluit, quia mortis amaritudinem, quae gustaturus erat, momentaneam, & citò in dulcedinem conuertendam significabat. Cum serò autem factum esset, venit homo quidam diues, ab Armatobia nomine Ioseph, qui eripse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatū, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit corpus reddi. Quia enim iste Ioseph diues, & nobilis erat, ideò Christi corpus tam facile à Pilato potuit impetrare. Et accepto corpore Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento

numento suo nouo quod exciderat in petra, & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. Docet nos Ioseph, qualiter Christi corpus suscipere debeamus: docet nos mundo corde & pura conscientia illud suscipere, quod ipse in sindone munda inuoluit, & in nouo monumento ponit. Erat autem ibi Maria Magdalena, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum. Meritò eis dominus post resurrectionem suam prius apparuit, quae sic eum custodiebant, sic eum videre cupiebant: & quia eum iam videre non poterat, ante ipsius sepulchrum sedebant. Notabant locum, quem frequentare volebant, & à quo (si fieri posset) recedere nolabant. Tædet iam Iudaeorum audire blasphemias, conueniunt iterum, rogant Pilatum ut sepulchrum custodiant: quasi in sepulchro teneri valeat, qui vbique est & omnia continet. At ille iam fatigatus, & eos iam audire contemnens, Ite (inquit) vos, & custodite sicut scitis. Vadunt illi, sepulchrum muniunt, custodes ponunt, lapidem signant, & tam diligenter omnia faciunt, ut & ipsi, quauis nolentes, sibi tamen testes sint, dominum resurrexisse, & nullo modo sic positum futuri potuisse.

EVTHYMI ZIGABONI superioris Euangelij expositio.

Sicis, quod post biduum, &c. Quum legale pascha decimo quarto mensis incidere sine lex, quae de illo statuit disponebat: manifestum est, quod haec duodecimo die mensis dixerit discipulis, hoc siquidè duodecimo die in domo Simonis leprosi cenauit: decimotertio vero apud eum, in cuius domo instratus est cenaculum, veluti paulo post demonstrabitur: decimo quarto autè incidit pascha. Dixit autem hoc, significans propinquà esse mortem suam: nam ipso legalis paschae tempore passus erat & ipse. Non autem simpliciter dixit, Traditur, sed addidit, ut crucifigatur. Iudeis enim aperit quidem traditus est post vnum diem, videlicet decimotertio. Nam hoc adhuc durante, postquàm cum discipulis mystica caena comunicauerat, traditus est insidiatoribus: ut autem crucifigeretur, traditus est post duos dies, duodecimum scilicet ac decimum tertium. De decimo quarto enim dicit euangelista, Tunc absoluit illis Barrabam: Iesum autem flagellis caesum tradidit, ut crucifigeretur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, &c. Quum lex iuberet ut vnus princeps sacerdotum cõstitueretur, quoad viueret: hoc autem mortuo, aliter loco eius crearetur. Iudaei legem euerterunt, & annum fecerunt summi sacerdotij dignitatem. Vnde verisimile est, quodd multi tunc erant, qui summo functi fuerant sacerdotio, sed iam compleuerant ministerium, quod fuerant sortiti, quos nunc principes sacerdotum euangelista nominauit. Scribas autem dicit legis doctores: Seniores vero populi, antiquos, ac sapientiores, qui omnes simul tunc congregati sunt ad Caypham, qui tunc forte pontificatum gubernabat, ab hoc volentes caedens aniam capere, à quo potius eos prohiberi oportuit. Dolofam autem apprehensionem dixit occultam captionem: eam enim, quae in propatulo fieret, timebant, propter eius discipulos, & eos, qui alias illum sequebantur. Dicebant autem, Non in die festo, &c. Videlicet fiat. Omnibus enim in festo

paschae vndique congregatis contingeret multos adesse, qui Iesum sequerentur. Præterea quoque, nisi factum esset occultum, certū eis erat turbandum populum, qui illos abominaretur, nò solum quodd infonstem occidissent, sed etiam quodd in festo fecissent, quo consuetum erat etiam condemnatum, in eius honorem absolueret. Itaque non Deum sed homines vbique timet. Verum, quamquam ita staturunt, non tamen expectauerunt, sed inuenito proditore occasione rapuerunt, & inuidiae rabie ad insaniam redigente, quid expediret, non viderunt: sed huc in festo immolantes, furoris magnitudinè, quem aduersus eum gerebant, demonstrarunt. Oportebat enim, oportebat, inquam, salutarè agnum in die immolationis legalis agni immolari, vete in hoc malitia illorum Saluatore ad suam gubernationem: ut figura, modo hoc, modo illud disponendo sumeret omnino euetum. Præterea intelligere oportet, quodd frequenter eum apprehendere voluerunt, nec poterunt, quia ipse noluit: vbi autem ipse voluit, tunc etiam nolentes (siquidem ipsi diem festū cauebat, ut dictū est) cõprehenderunt eum. Eadè & Marcus de hoc dicit. Lucas vero breuiter loquens, ad Iudam transfuit. Ioannes autem hoc caput tãquam ab aliis dictum præterit, quod etiã in multis aliis fecit: nam quum longæuus admodū fuerit, libros illorum assequutus est, reliquum vero sermonem profecquitur, & de pelui quoque narrat, ut pote ab his prætermisum. Quis autè esset Iesus Bethania in domo Simonis Leprosi, &c. Scire autem oportet tres fuisse mulieres, quae dominum vnguento vnixerunt. Prima quidem apud Lucam, quae etiam peccatrix erat, & medio prædicationis tempore hoc fecit in domo Simonis Pharisei, quando etiam solus ex hoc offendiculum sumit Phariseus, cui mercedem rependit Saluator, peccatorum videlicet remissionem. Secunda vero apud Ioãnem est, quae erat Maria soror Lazari vitam habes probatam: & ante sex dies paschae legalis in propria domo hoc fecit, & in gratiarum actionem resurrectionis fratris, protulit vnguento, propter quod illi mercedem promisit, quædam etiam solus murmurat Iudas, Tertia autem est hæc, de qua Mathæus, & Marcus similiter tractat: quae ante duos dies paschae accessit in domo Simonis Leprosi: ad distinctionem enim Pharisei, à lepra insigne illi apposuerunt: simul etiam ostendentes, quodd corporis eius immunditiã non abominabatur Christus, propter puritatem animae illius: & super caput Christi vnguentum effudit, non super pedes, ut illa, quando discipuli quoque indignabantur. Cuius etiam memoriam in mundum promisit prædicandam. Manifestæ sunt itaque trium differentiae. Hæc autem, quae animam lepra infectam habebat, vbi Simonem Leprosum euratam vidit, fiducia sumpsit, quod & ipsa salutè cõsequeretur. Alabastrum vero, genus est vas vnguentum continentis. Marcus autem vnguenti quoque genus addidit: Nardi, inquit, pisticæ preciosa: pisticum vocans purum, vel non temperatum, seu mixtum, ut apparet, & ad puritatem seruatum: aut forte hæc appellatio quædam erat vnguenti. Dicit etiam quodd vas comminuerit, præ festinatione videlicet, quia angustū erat, & in caput dominicum infudit. Intuiti autè discipuli eius indignati sunt, &c. Indignati sunt, verum apud sese, sicut dixit Marcus, qui addidit eos dixisse, Potuit hoc Bibl. Hom. tom. 1. Xxx 2 dista

Mar. 14.
Lucæ 22.
Ioan. 13.

Sed communis
ter sententia,
vnam tantum
fuisse, scilicet
Mariã Mag-
dalenam La-
zari sororem.

Ioan. 12.

Monito au-
tem propter
causam de
finitatem,
sicut Graecis
si legimus
qui Graecis
aut.

Ioan. 12.

Mon. 13.

distrahi pluris quam trecentis denariis : & quod infremebant aduersus illam , hoc est , obiurgabant eam , & indignabantur illi propter abusum vnguenti . Ad hoc autem adducti sunt humanitate : quum frequenter præceptorem audissent multa de elemosyna differenter , & iam magnam pauperum curam haberet : scientes etiam , quòd Deus misericordiam vult , & non sacrificiũ . Est autem admiratio digna hæc mulier , quæ tanto sumptui non pepercerit ob animæ salutem : neque enim propter corporalem hoc fecit sanitatem . *Quo cognito ait illis Iesus : Quid molestiam præbetis mulieri ? Quum illa effundere vnguentum festinasset , deinceps tunc eam Christus , non quòd vnguento sibi opus fuerit : sed ne illius fidem retunderent . Et quia discipuli mulierem increpabant impellentes eam ad penitentiam eius , quod fecerat , audientem ab eis , quòd vane consumpsit pretiosam substantiam ; ediuerso illos obiurgat ; Molestiam dicens dolores , qui ad penitentiam sequuntur , docens quòd non oporteat obrundere hominum fidem ; quæ germinare incipit , sed pariter eam potius enutrire , neque circa principia exacte disquirere , aut excellentia ab infirmioribus exigere . Deinde consolatur etiam mulierem , dicens : *Opus enim bonum operata est in me . Vbi simpliciter opus illius laudauit , primum quidem soluit discipulorum de pauperibus prætextum : postea vero defendit etiam opus eius . Pauperes enim semper habetis vobiscum , &c . De pauperibus scripsit Marcus ; Quum , inquit , volueritis , potestis illis benefacere . Dicendo autem ; Me vero non semper habetis , cædis suæ , quæ paulo post futura erat , mentionem eis iniicit . Ad sepeliendum me fecit , hoc est , ad sepulturam meam , tanquam , quæ prophetizauit mortem meam , breui futuram . Et hoc etiã manifestus dixit Marcus . Quod habuit hæc , fecit : præuenit vt vngeret corpus meum ad sepulturam . Moris enim erat cum vnguentis sepelire corpora , vt diutius incorrupta perduraret . Quod habuit , id est , quod potuit . Et tu ergo , si aliquos confluentes ecclesias , aut monasteria , siue sacras imagines videris , ne factum dirui iubeas : ne animi illorum promptitudinem retundas : si vero priusquam ædificet , te quispiam interrogauerit , inbeto dare pauperibus . Amen dico vobis ; Vbi cumque prædicatum fuerit , &c . Hoc & laus est , ac consolatio mulieris , & discipulorum solatium : illius quidem : quia per vniversum orbem decantabitur : horum autem , quia prædicatio totum comprehendit mundum . Hoc euangelium , id est , opus meum , & narratio facta de me . Et vere quotquot cognoscunt ea , quæ circa Christum contigerunt , etiã id norunt , quòd hæc fecit ; & simul cum euangelio prædicatum est huius opus , & in vniversum percurrit orbem huius memoria . Sed quomodo nihil spirituale mulieri promisit , sed perpetuam duntaxat memoriam ? Ex hoc sane , vt illius quoque fiduciam haberet dedit : nam , si bonum illius fuisse opus testatus est , manifestum est , quòd etiã rependet pro ipso mercedem . Præfiguravit autem hæc mulier ecclesiam , quæ prius erat peccatrix : Vnguentum vero , fidem , quam in Christum effudit . Commemoratione autem discipulis , vt diximus , suggerendo propinquæ cædis suæ , etiam Iudam clam percussit , vt pote quod Christum non lateret , ipsum iniqua tractare : tanquam penitentia ianuam illi aperiendo . Ille autem etiam prius**

Primum opus , adificare ecclesias , monasteria , imagines .

de sorore Lazari murmurauerat , dicens ; Quare hoc vnguentum non vniuit trecentis denariis , & datum est egenis ? Dixit autem hoc , inquit Ioannes , non quòd de egenis sollicitus esset , sed quia fur erat , & loculos habebat , ac ea , quæ mittebantur , portabat . Loculi autem erant marsupia , in quo recondebat ea , quæ pauperum gratia ascita erant . Quum autem loculos seruaret , volebat etiã vnguenti pretium in loculis recondi , quo furari inde posset . Si quidem auaritia captus in furtum intendebat . Et tunc quidem illi responsum est , sed , quia nunc idem factum vidit , ac furandi occasione rursus fraudatus est , iam in iram exarsit : quumque ingressus esset in eum satanas , sicut dixit Lucas , invidias appetit . *Tunc abiit vnus de duodecim qui dicebatur Iudas Iscariotes , &c .* Quum aliena est effecta domestica , tunc domesticus alienatus est , & ad illos abiit , non ab illis vocatus est . Additum est etiam patriæ cognomen , quia alius etiam Iudas erat , qui Iacobi dicebatur . Non dixit autem Iesum Christum , sed *Eum* : iam enim & nomen eius oderat . Lucas vero dixit quòd etiam locutus est cum magistratibus , quemadmodum illum tradat eis . Principes enim sacerdotum persuaserant quoque magistratibus , vt sibi essent auxilio aduersus Iesum , tanquam contra eum , qui vulgus ad seditionem sollicitabat . *At illi constituerunt ei triginta argenteos , &c .* Principes autem sacerdotum appenderunt ei triginta argenteos : nam argenteus certum libræ pondus erat , sicut etiam denarius , stater , talerum . Marcus vero dicit , quòd promiserunt ei argentum se daturus . Lucas autem , quòd pacti sunt . Verisimile est autem , quòd primum pacti sunt & promiserunt : postmodum vero appenderunt , siue constituerunt . Quidam tamen intellexerunt *Constituerunt* : hoc est , pacti sunt , & decreuerunt . Argentum vero singulariter dicitur etiam multitudo argenteorum . Lucas autem de Iuda quoque addidit , quòd spondidit , siue firmiorem pactum fecit , è corde promittendo se facturum , quod statutum erat : ita enim capitur apud eum *ἰσχυράων* . Opportunitatem vero intellige tempus conueniens , quo propter eum comprehensum , non esset futurum , vt exoriretur tumultus . Necessè est autem ab hoc loco ad finem vsque euangeliorum , omnimodam , atque exactam adferre diligentiam , quo dicta euangelistarum inter se concordemus , in iis , quæ consona non apparent , sed potius non aduertentibus multam præbent difficultatem . Ob hoc ergo ea , quæ Matthæi sunt tractantes , etiam quæ aliorum sunt , vbi res exposcerit in medium adferemus , tanquam ad enarrationem necessaria , quo sermo conformis , ac manifestus reddatur . *Primo autem azymorum accesserunt discipuli , &c .* Azyma quidè ipsam pascha vocant euangelista Matthæus & Marcus , quia circa pascha cum agni carnibus etiam azyma edebant : & ab his azymis ipsum quoque pascha cognominabatur azyma . Confirmat hoc & Lucas , dicens ; Appropinquauit festus dies azymorum , qui dicebatur pascha . Primum autem azymorum dicunt diem , qui pascha præcedit , decimum tertium videlicet mensis & quintum septimanae , vocantes hunc primum azymorum , quasi præcedentem ipsa paschæ azyma . Et huius sermonis manifestus testis est Ioannes , qui ait ; Ante diem festum paschæ sciens Iesus , quòd veniret hora eius & cætera , Hunc ergo diem , quem Mat-

Thæus ,

thæus , & Marcus primum azymorum vocauerunt , hic diem ante festum paschæ nominant . Sed hæc quidem hæcenus . Quod autem de hoc die , videlicet decimotertio mensis , quinto autem hebdomadæ Marcus dixit : Et primo die azymorum , quando pascha immolabant : Lucas vero : Venit etiam dies azymorum , in quo necesse erat immolari pascha : illud , Quando pascha immolabant : & hoc , in quo necesse erat immolari pascha , ne ad primum azymorum coniungas . Non enim decimotertio , sed decimoquarto immolabatur . Dicit enim lex , In primo mense , in decimoquarto die mensis ad vespèram per medium vespèram pascha erit domino . Verum , si ad vespèram per medium vespèram pascha immolabant , quomodo diem appellant pascha , & azyma ? Quia vespèram diei præcedenti coniungere solet Iudæi : itaque à vespèra paschæ , & azymorum , diem quoque ipsius vespèræ vocat azyma . Quomodo autem de decimotertio die mensis dixit Lucas , Venit dies azymorum ? Quia dictio *ἡ δὲ* venit , significat etiam instabat , imminerebat : & hoc nunc vsus est significatio . Scire autè oportet , quòd , & sic azyma decimoquarto die mensis incipiebant , festum tamen azymorum decimoquinto perficiebatur . Dicit enim lex , Decimoquinto die mensis festum azymorum erit domino . Et hunc etiam primum azymorum vocabat , vt pote prænumeratum septem determinatis diebus , quibus nihil fermentatum edebatur . Sed non de hoc festo azymorum , neque de hoc primo azymorum dixerunt euangelista , vt demonstratum est . Illud si quidem decimoquinto die mensis accidebat , illi vero de decimotertio die scripserunt . Dicitur vero discipuli , *vbi vis paremus tibi ad edendum pascha* . Demonstrauerunt , quòd proprium habitaculum non habebat . Puto autem , quòd neque ipsi quum prius omnia reliquissent , alioqui eum illuc inuitalissent , vt veniret . Perficit verò pascha , ostendens quòd vsq; ad mortem legem obseruabat . Ait autem Lucas primum dixisse Christum discipulis ; Eûtes parate nobis pascha , vt edamus : deinde discipulos interrogasse , *Vbi vis paremus ?* *At ille dixit : Ite in civitatem* † *ad quandam , &c .* Marcus numerum quoque dicit eorũ , qui missi sunt , puta quòd duo . Lucas vero etiam horum addidit nomina dicens , quod misit Petrum , & Ioannem . Civitatem autem pro Ierosolymis accipio . Et vide quomodo dicens , *Quendam* in obliquo , viri nomen conticuerit ; ne Iudas , cognita domo , ad insidiatores excurrat , & illos ad se introducat , priusquam cœnam mysticam discipulis tradiderit . Pro domo vero dedit aliud iudicium , quod scripsit Marcus dicens , Occurret vobis homo hydriam aquæ baiulans , sequimini eum : & quocumque ingressus fuerit , dicite patrifamilias ; Magister dicit , Vbi est diuersorium , in quo pascha cum discipulis meis edam : Et ille vobis ostendet cœnaculum grande instratum : illic parate nobis . Proxima his etiam scripsit Lucas . Tempus autem eius propinquum , intelligimus tempus mortis ipsius . *Cum discipulis meis* , addidit , vt pro his quoque sufficiens præpararetur conuiuium : *κατὰ δὲ ὕμνη* vero , quod Marcus dixit (& nos vertimus diuersorium) est cœnaculum . Apparet autè , quòd fidelis hic paterfamilias , siue diuina reuelatione , siue corporali Saluatoris colloquutione , nouerat , quod apud se facturus esset ille pascha : & ideo

ad susceptionem preparatũ habebat cœnaculũ . Præterea in hoc etiã loco cum autoritate significat , tanquam omnium dominus . Mystice vero significatur , quod ad quemcumque diuinũ baptismũ ingressus fuerit . Nam id hydriæ aqua figuratur , apud hunc Christus requiescit , maxime si instratum habeat cœnaculum , siue purificatam mentem , & adornatam splendore cõtemplationum supernaturalium : Illic inquit parate nobis : ea videlicet , quæ ad paschæ festum conueniunt . agnum , azyma , lacus agrestes , ac baculos .

† *Civitas quidam iuxta anagogen , sensibilis est mundus . Homo vero , generaliter natura est humana . Duo autem , qui ad hunc mittuntur discipuli , lex veteris , ac noui testamenti : tanquam præcursores quidam Christo mysticum conuiuium præparantes : illa quidem per philosophiam practicam eos ab omni inquinacione expurgans : hæc autem per theoreticam sacrarum disciplinam à corporalibus ad cognatas intelligibiles visiones , animæ mœtem attollens . Practicæ quidem signum fuit Petrus , theoreticæ vero Ioannes . Præterea illa , lagenam aquæ baiulans esse potest , quæ per operationem in huiusmodi virtutum , tanquam in lagena , id est , mortificatione membrorum corporis , quæ sunt super terram , excoctas seruat , p̄na gratiæ spiritus sancti , quæ per fidem purificat : hæc vero paterfamilias intelligi potest , quæ per contemplationis altitudinem , se ipsam excelsa intelligentia instravit , vt Deo dignis cogitationibus , ac dogmatibus , diuinum suscipiat sermonem . Aliter ad idem . Civitas cuiusque anima est ; ad quam à Deo mittuntur : hic quidem sermo de virtutes ille autem de cognitione . Qui vero lagenam aquæ baiulat , est fortis cogitatio , quæ temperantia huiusmodi desert datam sibi in baptisate gratiam . Domus autem , quæ ex multis ac varijs firmis , ac virilibus moribus , & cogitationibus , tanquam lapidibus edificatur , est status , habitusque virtutum . Cœnaculum est sublimis intelligentia , & aptitudo ad scientiam , quæ sternitur diuinis , & ineffabilibus sermonibus , ac reuelationibus . Paterfamilias mens est , quæ ipsius domus per virtutem cõstructa , clara celsitudine , & cognitionis magnitudine dilatatur : apud quem facit dominus pascha , hoc est , transitum accedens ad eum vnã cum discipulis suis , id est , sublimibus sermonibus , ac instructionibus , quæ de Deo , & à Deo sunt .*

Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus , &c . Sicut constituit , hoc est , præcepit . Parauerunt pascha , id est , ea , quæ ad paschæ festum opus erant , sicut dictum est . Manifestum ergo est , Christum tunc legale pascha manducasse : neque enim frustea , quæ necessaria erant , præpararunt . Vespèra autem facta , discumbebat cum duodecim . Lucas autem dixit : Quumque hora aduenisset , videlicet sero tina , siue vespertina . Hinc affirmant quidam non comedisse tunc Christum legale pascha , & causas adducunt , quod decimotertius tunc dies mensis esset : oportebat autem decimoquarto pascha comedere . Quod quæ lex stâtes edere iuberet : ipse vero discubuit . Præterea omnis panis fermentatus ante immolationem abiiciebatur , igneque comburebatur : nunc autem & panis adest , & diuiditur . Ad hæc asatum tantum edere fas erat : hic vero etiam ius , quo intingitur panis , apponitur . Respondendum ergo est ad vnãquamque hæsitacione . Tempus quidem dispensatiue anticipauit vno die . Quia enim nouerat se decimoquarto die moriturum : siquidè æquũ erat vt die , quo immolabatur figuratiuus agnus , & verus quoque agnus immolaretur , vt inuicè respõderent

figura, & veritas. Edit igitur decimotertio die pascha, rebus aliter non finetibus: nam ita & legale implevit pascha, & spirituale tradidit, statimque in ea nocte à Iudeis comprehensus est. Ideo etiam dixisse eum discipulis scribit Lucas; Desiderio desideravi hoc pascha comedere vobiscum, antequam patiar, hoc est, festinatione festinaui hoc anno pascha edere vobiscum antequam patiar, id est, non expectavi tempus à lege statutum, ne passio crucis prohiberet legalem cenam, ac mysticam. Et hec quidem de tempore. De modo autem manducandi, verisimile est, quod stantes primò mādūcauerunt pascha secundum legem: deinde discubuerunt, & cenauerunt. Panis autem, & ius apposita sunt, postquam illi pascha manducauerant, & in cena discubuerant: nondum enim venerat decimusquartus dies, quo omne fermentatum abiectum erat. Nec quicquam vetabat irulenta quoque edere. Et quam ob causam tacerunt euangelistae paschae mutationem? Quia necessarium non erat de hac re dicere: quid omnia Christianis conferebat huius rei narratio: hanc ergo prætermiserunt: sermones tamen cenae mysticæ diligentius pertractarunt, ut pote maxime necessarios, ac plurimum conducentes ad fidem nostram. Et vbi que regulam hanc obseruant, ut quæ necessaria non sunt, prætercurrat, vel in transitu solum mentionem eorum faciant, omnem diligentiam ac studium circa vtilia dirigentes. Verum, quum ante legitimum tempus Christus pascha perfecit, quomodo Iudæi, manifesta hac accusatione relicta, quærebant falsum testimonium aduersus Iesum? Quia sciebant nullam esse legem, quæ condemnaret eum, qui pascha ante tempus celebrasset: præuidete olim Deo, quod futurum erat, nihilque de hoc statueret. Et vide rem admiratione dignam, quod contra eum, qui post legitimum tempus celebrasset, statutum erat, nisi talis occasio maxime necessariam prætexisset: contra eum vero, qui tempus præuenisset, nulla erat definita poena. Ioannes autem dicit, quod, quum à cena surrexisset, pedesque discipulorum lauisset, rursus discubuit: Nam hoc caput ab alijs euangelistis est prætermisum; & ideo scripsit ille. *Et edentibus illis dixit, Amen dico vobis, &c.* Marcus vero addidit: *Qui mādūcat mecum: ne suspicatur, quod vnum diceret eorum, qui crederant, qui non esset vnus de duodecim discipulis.* Simul quoque Iudæi clanculum testabatur, se nosse cor eius. Etenim pedes etiam eius lauit, ad penitentiam eum reuocans, quamquam ille in duritia permanisset. Traditionem autem intellige prodicionem. Tradidit enim eum in mortem, & insidiatoribus hunc prodidit. *Et contristati admodum cæperunt singuli dicere ei, &c.* Hæc etiam Marcus dixit: *Elegit autem Christus, ut cæteri omnes timerent, ac contristarentur, quo perditus discipulus conuerteretur.* Quare autem cæteri anxij erant, cum nihil tale sibi conscij essent? Quia præceptorum maxime credebant tanquam veracissimo, & timebat quisque, ne forte talis enaderet mente exaceratus. *At ille respondens dixit: Qui intinxit mecum, &c.* Ponit quoque in signum, quo possit ille dignosci, Marcus vero dixit: *Vnus ex duodecim, qui intingit mecum in catinum.* Hoc autem Saluator ad Iudæi confusionem adduxit. Adeo enim præceptorem despexerat, ut iam eum non vereretur, sed cum eo intingeret. Catinus autem est lancis genus. *Filius quidem hominis abit sicut scri-*

1074. 10. 11. 12.

ptum est, &c. Abit, hoc est, vadit, transit ab hac vita, sicut scriptum est à prophetis de ipso, quomodo videlicet moriturus est. *Bonum esset ei, si natus non fuisset homo ille.* Vtile fuisset ei, quum in vtero matris cresceret, omnino non nasci, qui tale flagitium perpetraturus erat, vt tali dignus esset futurus supplicio. Dicunt autem quidam culpa carere eum, qui, quod prædefinitum erat, peregit. Quibus nos dicimus, quod non, quia prædefinitum erat, tradidit: sed quia tradidit, ideo prædefinitum erat, Deo præuidente, quicquid euenturum erat. Talis enim euasurus erat non à natura, sed ex voluntate. Et quare omnino susceptus Christus in discipulum eum, qui talis euasurus erat? Vt manifesta fieret magnitudo bonitatis Christi, & malitiæ proditoris: quomodo ille suum proditorem salutaria docuit, ac dilexit: gratiusque dignum duxit: nec ab alijs fegregauit, sed omnia, quæ ad conuersionem ac correctionem eius erant, induxit: ne dicere possent, quod præceptoris nactus non fuerat, qui volentes possent, seruare. At ille, quum omnia hæc conseruatus fuisset, nihilominus malus permanisset. Ex quo enim animam suam domicilium diaboli fecerat, auaritia ei aperiente, illumque introductente, non effugit scelus. Vnde tanquam non coacte, sed voluntarie factum proditorem, deplorat hunc dominus, commiseratus potius eum, qui multos suos de inopia sermones frustra audiuerit, & sese auaritiæ, ac diabolo facile capientem tradiderit: non sane ob inefficaciam verborum præceptoris, quæ & publicanos attraxerunt & meretrices, sed propter illius segnitiam, & malitiam. Verum dicit rursus aliquis; Si bonum erat Iudæi, si natus non fuisset, cur eum nasci permisit? Quia non malus natus est, sed mentis nequitia, ac voluntatis prauitate malus effectus est: nullum autem cogit fieri bonum, ne inuoluntarie sit bonus, sed salutaria suggerit, & ea eligentem coadiuuat: permittit autem vnumquemque ferri, quod voluerit, ut pote liberum habentem arbitrium. Et Iudas ergo non, quia natus est, malus effectus est, sed quia iniqua torpuit. Qui autem mali efficiuntur, duplicem merentur vltionem: & quia mali facti sunt, & quia à bonis nullam ceperunt vtilitatem. Similiter & qui boni efficiuntur, duplici digni sunt honore, & quia boni facti sunt, & quia à malis nullum reportauerunt damnum. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, &c. O impudentiam, interrogat tentans interim latere discipulos. A principio siquidem non interrogauit, quando dixit Christus; Vnus ex vobis: putabat enim latere præceptorem: vbi vero indicium addidit, nouit iam, quod cognitus esset: sed cæteris interrogantibus, interrogat & ipse, confidens de præceptoris benignitate, quod palam eum omnino non argueret: ideo quoque Rabbi illum vocat, hoc est, magister. *Dicit illi, Tu dixisti.* Vide quam clementer arguat eum, terminos nobis, ac regulas longanimitatis describens. Air enim, Tu testatus es te esse. Auferendo enim, Nunquid, relinquitur, Ego sum, Rabbi, quod depositionem, ac confessionem significat. Christus itaque nihil prætermisit eorum, quæ ad correctionem spectant: ob hoc enim diuersimode suggestit, ac retinuit, & per opera, & per sermones, per timorem, & per obsequium. Quoniam vero nihil illum ab ægritudine reuocauit, sed penitus incurabilis permansit: eo iam relicto, pergit ad cætera. *Edentibus autem*

tem illis, sumpto Iesus pane, quum gratias egisset, fregit, deditque discipulis & dixit: *Accipite, comedite: hoc est corpus meum.* Postquam legale pascha comedissent, discumbentes cenabant, vt prædictum est: deinde, quum surrexisset, lauit pedes eorum vt ait Ioannes: & rursus discumbentes edebant. Postmodum cenam mysticam tradidit interim discipulis. *Edentibus, inquit, illis sumpto pane,* qui videlicet appositus erat, aut altero, qui similiter ei tanquam magistro erat appositus: *fregit, siue comminuit, & tradidit illis.* Lucas vero postquam scripsit, Hoc est corpus meum, addidit: *Quod pro vobis datur, siue traditur in mortem.* Egredietur autem gratias & nunc ante panem, & postmodum ante poculum: docens quod gratias agere oportet ante huiusmodi mysterium, quod perfectum est ad præstandum naturæ nostræ beneficium. Si enim agni figuratiui immolatio ab interfectione liberationem, & à seruitute libertatem Iudæis præstitit, quanto maiora præstabit Christianis veri agni immolatio. Simul etiam ostendens, quod vitroneus ad passionem venires, & præterea docens nos gratias agere in omnibus, quæ patimur. Sicut autem pictores in vna tabula & lineas supponunt, & picturas adumbrant, & colores superinducunt, ac formant: ita quoque Christus in eadem mensa & figuratiuum, ac vmbatile pascha subscripsit, & verum, ac perfectum apposuit. Et quia cædes agni legalis cædem rationalis agni præfigurabat: oportebat omnino vmbra euanescente, apparente sole, & figuram cedere, adueniente veritate.

† *Dicitur hoc mysterium etiam Participatio, quia participamus hæc sacramenta. Dicitur & Communio, quia communicamus & Christo, & nobis inuicem per ea: & incorporamus Christo, & membra inter nos inuicem efficiuntur. Non autem corrumpuntur ista neque in secessum abscedunt, sed in substantiam coassumuntur spirituales eius, qui participat. Et, sicut non aliud corpus, & sanguis sunt à corpore, & sanguine eius, qui participat: ita rursus neque aliud corpus, & sanguinem dicimus à corpore, & sanguine domini: Hoc enim est corpus meum inquit. Et rursus: Hic est enim sanguis meus. Est autem supernaturalis verbum. Et quæquam Magnus Basiliius exemplaria hæc esse dixit: hoc tamen est priusquam sanctificentur, & gratiam accipiant. Vide autem quomodo è naturalibus supernaturalia fiant. Naturalis siquidem cibus est, ac potus panis, ac vini, quæ proponuntur: supernaturalis vero, efficitur horum operatio. Primum autem lauit pedes discipulorum, deinde eos mysterij huius fecit esse participes: vt discamus: quod primum purificari eos oporteat, deinde participare. Carbonem vidit Iesaias: Carbo autem non est simpliciter lignum, sed lignum ignitum. Illuminat quidem carbo huius mysterij eos, qui digni sunt: indignos vero inflamat: iuxta duplicem ignis operationem. Inflamat autem, puniendo, & abstinendo.*

Et sumpto poculo, quum gratias egisset, &c. Noui testamenti, siue nouæ legislationis. Si quidem sanguis figuratiui agni, veteris erat testamenti: sanguis autem veri agni, est noui.

† *Vel hoc dixit, propter sanguinem, de quo in veteri testamento fit sermo. In Exodo enim dicitur, quod, postquam Moyses vitulos immolasset, dimidium sanguinem effudit in craterem: sumptumque testamenti librum legit, audiente populo: & dixerunt: Omnia, quæcumque loquitur est dominus, faciemus, & obedientes erimus. Sumpto autem Moyses sanguine aspersit populum, & ait:*

Ecce sanguinem testamenti, quod pepigit vobiscum dominus de omnibus his sermonibus. Erat itaque sanguis ille sigillum siue signaculum testamenti, ac testimonium, & confirmatio fœderis populi.

Qui pro multis effunditur. Ille quidem sanguis pro lolis effundebatur Hebræis: hic autem pro omnibus hominibus. Multos siquidem hic dicit omnes: nam omnes multi sunt. Vel multis, dicitur comparatione gentis horum Hebræorum: illis enim plures sunt hi, qui ex omnibus liberantur, & saluantur, propter quos Christus mortuus est. *In remissionem peccatorum.* Ille siquidem in salutem tantum primogenitorum effundebatur: hic autem in remissionem peccatorum omnium hominum. Vide ergo quanto veteribus maiora sunt noua mysteria. Aptissime vero nominauit hic testamentum propter appropinquante mortis: resantur enim, qui moriuntur. Itaque, sicut verus testamenti uos hostias, & sanguinem habebat: ita sane & nouum, corpus videlicet, & sanguinem domini. Non dixit autem, Hæc sunt signa corporis mei, & sanguinis mei: sed, Hæc sunt corpus meum, & sanguis meus. Oportet ergo non ad naturam eorum, quæ proponuntur aspiciere, sed ad virtutem eorum. Quæ admodum enim supernaturaliter assumptam carnem desiccavit (si ita loqui liceat) ita & hæc ineffabiliter transmutat in ipsum viuificum corpus suum, & in ipsum pretiosum sanguinem suum, & in gratiam ipsorum. Habent autem similitudinem quandam, panis ad corpus, & vinum ad sanguinem. Nam & panis, & corpus terrea sunt: vinum autem, & sanguis aërea, & calida. Et quemadmodum panis confortat, ita & Christi corpus hoc facit, ac magis etiam corpus, & animam sanctificat. Et, sicut vinum lactificat, ita & sanguis Christi hoc facit & insuper præsidium efficitur. Quod si de vno corpore, & sanguine omnes fideles participamus, omnes vnum sumus per ipsam horum mysteriorum participationem: & in Christo omnes, & Christus in omnibus. Qui edit inquit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Verbum siquidem, per assumptionem carni unitum est: hæc rursus caro unitur nobis per participationem. Facta autem sanguinis, & testamenti mentione, rursus mortis suam representauit, vt hæc facile ab eis susciperetur, frequentissima mentione efficiens. Nam, si hæc, licet sæpius annuntiata, ad passionis tamen nomen turbabatur, quid non passi fuissent, si hanc primum non didicissent? Air autem Lucas hoc quoque dixisse Christum; Hoc facite in mei recordationem: hoc, inquit, nouum mysterium, & non illud vetus. Si quidem vetus illud mysterium in recordationem inductum est salutis Hebræorum primogenitorum in Aegypto, ac libertatis Hebræorum: hoc autem in recordationem domini. Per tale enim sacrificium reminiscimur, quod corpus suum pro nobis in mortem tradiderit, & sanguinem suum effuderit, ac ita continuitate memoriam renouamus. Vidisti quo pacto discipulos à veteri sacrificio in nouum transfulerit: nam quæ est deinceps imaginis vtilitas, vetum iam exemplar habentibus. Dicit autem Chrysostomus, quod Christus tunc primum participauit mysterium, ne molestum eis esset, quod carnem, & sanguinem participare eos hortaretur: cuius etiam signum erat, quia dixit. *Dico autem vobis, quod non bibam posthæc, &c.* Quod si poculum participauit, utique & panem. *Posthæc*

Nō possit etiam rioribus verbis dominici corporis veritas ostendi.

Ioan. 6.

Hic dicitur pro panem, hoc verbum, quod in quibusdam Graecis confessionibus peruenit.

vero, id est, ab hac hora. Diem autem illum vocat tempus post resurrectionem, quando edit, & bibit cum discipulis: quod etiam ipsi fumentes pro certo resurrectionis indicio dicebant, **Qui manducamus, & bibimus cum eo.** *Nouum* vero, id est, nouo, & admirando modo. Quum enim corpus haberet immortale, nec amplius cibo egeret, aut potu, comedit tamen, & bibit: non ob necessitatem, sed ob certitudinem, ne phantasma videretur. Regnum autem vocat potestatem datam sibi tanquam homini post resurrectionem. *Data est mihi, inquit, omnis potestas in celo, & in terra. Patris tamen mei dicit, hoc est, quod a patre mihi datum est.* Hoc autem dixit, quia ad illum referunt omnia, quae sunt. Similiter & Marcus scripsit; Quando bibam illum nouum in regno Dei. Praeterea Lucas, Donec regnum Dei veniat: vocantes hi similes Regnum, praedictam potestatem. Lucas etiam de legali pascha Christum ait dixisse, Non edam ex eo, donec compleatur in regno Dei, quod videlicet erit in seculo venturo: tunc enim pascha perficiet & perfectus, & purius immolans ineffabile verbum diuinitatis, & humanitatis suae, gladio doctrinae discens illud, ac diuidens iis, qui sacrorum suorum doctrina digni erant. Quod autem, vel quantum gaudium est, vni nos quidem discamus, ille vero doceat: & vna cum discipulis eius verbum participemus, sicut ait Gregorius Theologus. Pulcherrima est de tali pascha philosophia. Sed de his haecenus. Nunc autem Lucae verba tractanda sunt, ac cobelliganda, quatenus possibile fuerit. Ait enim ille Christum primo quidem sumpsisse poculum, & gratias egisse, ac dixisse, Accipite hoc, & diuidite inter vos. Deinde sumpsisse panem, & gratias egisse, ac diuisisse: Similiter autem & poculum ipsum. Vnde videtur de duobus loqui poculis. Non est autem ita, sed primum quidem sumpsit poculum, & benedixit ac dixit, Accipite hoc, & diuidite inter vos. Deinde, quum addidisset, Nequaquam bibam de hoc fructu vitis, donec regnum Dei veniat: timore mortis suae turbauit eos. Vt autem verisimile est, facta concertatione, ac confusione, repositum est poculum. Deinde aliquanto post tempore facta sunt, quae sequuntur, siue panis, siue poculi traditio. Quum enim dixerit euangelista de pane, quod vbi gratias egisset fregit, ac dedit eis: deinde subiunxerit, Similiter & poculum ipsum: ostendit quod illud ipsum fuit poculum, quod prius acceperat: Non enim simpliciter dixit, Similiter & poculum: sed Similiter & poculum ipsum addito videlicet articulo, & re, de qua facta est mentio, significando. Praeterea, quod subiungitur, Hoc ipsum poculum nouum testamentum est in meo sanguine: & si scabrosa loquutio videatur, nihil tamen differt a dicto sermone, quem Matthaeus & Marcus scripserunt. Illi siquidem dixerunt, Hic est sanguis meus, qui est noui testamenti, hoc est, qui nouum tradit testamentum. Hic autem ait, Hoc ipsum poculum nouum testamentum est, quod ego nunc testor praecipiens vobis, vt ita faciatis. Hoc autem nouum testamentum est in meo sanguine, veteris enim testamentum irrationalis animalis sanguinem habebat. Similiter & quod sequitur, Veruntamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa, simile est illi, quod dicitur, **Qui manducat meum: aut, Qui intinxit mecum manum in catino.** Hoc au-

tem posuit Lucas post panis, & poculi diuisionem: Matthaeus, & Marcus ante illam. Vnde apparet, quod hoc bis dixerit Christus, & ante mysteriorum traditionem, quando in catinum intingentes edebant: & post traditionem, quando rursus appositus est catinus. Et hoc etiam magnam habet dubitationem: quo modo, quum Matthaeus dixerit, Christum ante traditionem mysteriorum manifesta se proditorum, respondens illi, Tu dixisti. Rursus Ioannes post mysteriorum traditionem ignorantes scribit discipulos, ac haeritantes: quando & seipsum a Petro incitatum, interrogasse dicit praecceptorem, & sibi datum esse signum intinctam offulam. Manifestum enim est, quod hoc postea factum est. Nam, accepta, inquit, ille offula exiit continuo: Caeteris quidem enarratoribus nulla cura digna apparuit praefens quaestio: nos autem, quod post multos labores intelleximus, in medium afferemus. Percepimus sane, quod ante panem, & poculum discipulis pariter interrogantibus, Christus signum dedit comunem; Qui intinxit, inquit, mecum: & qui intingitur. Siquidem omnes & intinxerant, & adhuc intingebantur. Deinde proditore singulariter interrogante, addidit particulariter dicens, Tu dixisti. Sed prius quidem indicium magis obumbravit: secundum autem, minus quidem, artamen etiam hoc benignitate obumbravit: vt Iudas, cognito tam a communi signo, quam a particulari, quod non lateret, penitentia duceretur, antequam caeteris discipulis manifestaretur. Verum hi neque a priori indicio, neque a posteriori intelligere poterunt quis esset proditor: illud enim; Tu dixisti, & signum simile erat. Nec enim manifeste confessus erat, Ego sum, sed per interrogationem. Nunquid ego sum? Itaque tacerunt, ne quo modo tanquam insensatis exprobraret Christus: Nam & hoc alibi passi sunt. Iudas vero a secundo quidem indicio intellexit, quod a Christo cognitus esset: putans tamen se discipulis nondum manifestatum esse, quum illi non intellexissent, ignorantem se finxit, sumpta a clementia praecceptoris fiducia. Post diuisionem autem mysteriorum rursus saluator de proditione testatur siue protestatus est, veluti scripsit Ioannes, vt vel sic Iudas tantam expertus longanimitatem, nec manifeste traductus, neque mysteriis frustratus, sed aequum cum discipulis horum particeps effectus, melior ac mente sanior efficeretur. Statim ergo discipuli, iam ulterius tolerare nequeunt: plurimum enim anxij erant, & ad se inuicem respiciebant, haeritantes, de quo diceret: ipsi quidem interrogationem facere ausi non sunt, ob eam qua paulo ante diximus causam: sed hanc Petrus Ioanni commisit, tanquam maxime a praecceptore dilecto, & tunc in eius sinu recumbenti: at ille conuersus, & cum reuerentia super peccatum eius recidens, in aurem interrogauit. Et tunc saluator cognito quod Iudas incurabilis permaneret: nec sic quidem publicauit eum; sed respondit & ipse in aurem, Ille est, cui ego intinctum panem porrexero: & intinctum panem dat Iudas Simonis Iscariotae. Sciens ergo Iudas, quod hoc signum erat, tum a secreta Christi ad Ioannem colloquutione, tum quia soli ipsi talis offula data erat: haec enim alia erat a pane, qui omnibus diuisus est. Praeterea, quum addidisset; **Quod facis, fac citius: hoc est, quod cogitatione facis, perficito & opere: siquidem tempus iam**

iam appropinquabat. Quamquam adhuc discipulis ignota erant & quae de offula erant, vt pote soli Ioanni secreto dicta. Alius itidem sermo incertus erat ad quid dictus esset: quidam enim, inquit, putabant, quia loculos habebat Iudas, quod diceret ei Iesus; Eme ea, quae ad festum nobis necessaria sunt, aut pauperibus, vt aliquid daret. Tunc itaque non ferens infamiam, suspicatus est enim, quod omnibus manifestatus esset, & discipulos quoque timens, ne se forsitan diceretur, exiit continuo: & ad infidiatos abiit. Haec autem omnia solus Ioannes retulit; vt pote ab aliis praetermissa. Illud vero; **Quae ad festum nobis necessaria sunt, multis enarratoribus difficultatem ingessit.** Diem enim paschae iam celebrauerant, vt praedictum est: Ergo manifestum est quosdam discipulorum cognouisse, quam ob causam magister praegerat tempus celebrandi pascha: quidam vero intentum eius ignorantes putabant, quod ipsum adhuc celebraturus esset in ipsa pascha. Aut festum, intelligendum est de festo azymorum. Quare vero dicitur dominus Ioannem diligere, & quare in sinu eius recubuerit, dicitur, annuente domino, in enarratione euangelij secundum Ioannem. Quod si Lucas ait in Iudam ingressum esse satanam, priusquam loqueretur cum principibus sacerdotum, & magistratibus de proditione: Ioannes vero post acceptam offulam, nulla est contradictio. Primum enim satanas experimentum sumebat, miserumque explorabat: postmodum vero cognito, quae designata erant iam velut incorrigibile magna fiducia ingressus est. Nec tamen despiciendo diuina mysteria ingressus est: id enim nequaquam fieri potuit, sed quod hunc scire indignum, qui in his versaretur, & quod inde nullam sumpturus esset utilitatem. *Et dictis laudibus, exierunt in montem oliuarum.* Gratias quidem egit ante distributionem, laudes autem dixerunt post distributionem: vt & nos ita faciamus, gratias Deo agenti, ipsamque glorificantes, qui nos huiusmodi bonis dignos duxit. Exiit autem in montem oliuarum, ne occultari videretur, & ne propter eum in ciuitate fieret seditio. Mons vero oliuarum vltra torrentem Cedron erat, iuxta Ioannis scripturam: vbi erat hortus, in quem ingressus est ipse, & discipuli eius. Sciebat autem, inquit, & Iudas, qui traiebat eum, locum, quod frequenter conueniret illuc Iesus cum discipulis suis. Manifestum est ergo, quod saepius foris pernoctabat in montibus, tum vt absque ulla distractione oraret, tum etiam vt discipulis secretiores sermones comunicaret. Siquidem priusquam exiret in montem plurima dixit, quorum quaedam scripsit Lucas, quaedam vero Ioannes. *Tunc ait illis Iesus, Omnes vos offendiculum patiemini, &c. Offendiculum patiemini, hoc est, excutietur a vobis fides, quae in me habetis, siue fugietis.* Est autem prophetae Zachariae dictum, quod sequitur. Dicitur autem pater percussisse filium, vt pote permittens, vt ipse vulneraretur, siue occideretur. Hinc itaque manifestum est, quod voluntate patris, ac diuina dispensatione occisus est. *Postquam autem resurrexero, &c.* Vbi tristitia praedixit, praedicit etiam consolatoria. *Pracedam, hoc est, praegeniam vos in Galilaeam ibi vos exopturus. Respondet autem Petrus dixit ei, &c.* Quum maxime deprecari opus fuisset, ac dicere, Domine, auxiliare nobis. Ille in tribus errant. Primum, quod prophetae, ac Christo contradixit. Se-

culo, quod se aliis praeposuit. Terrio, quod in seipso solo, & non in diuino auxilio fiduciam habuit: ideo etiam cadere permittitur, vt corripatur, ac discat non nimis in seipso confidere: & caeteri quoque corripantur. Quod autem ait Lucas, Simon, ecce satanas expetiuit vos, &c. alio dixit tempore, priusquam videlicet egrederetur in montem oliuarum: ideo etiam alterius sunt illa propositi, ac sermonis. *Ait illi Iesus, Amen dico tibi, &c. Priusquam gallus canat, id est, antequam vilius temporis expleat sonos.* Solet namque gallus variis temporibus saepius canere, deinde cessare, & post aliquantum temporis rursus ab altero principio canere. Hoc autem Marcus planius significauit dicens, Tu hodie in hac nocte, priusquam bis gallus cecinerit: ter abnegabis me. Negatione vero dicit, assertionem, quod se non nouerit Petrus. Dicit enim Lucas; Non canet hodie gallus, priusquam ter abneges, te nosse me. *Dicit ei Petrus, Etiam si opus sit me morti tecum, &c.* Quanto firmiter affirmat Christus, tanto Petrus e diuerso maiore ostendit fortitudinem: vehemens enim erat in ipso affectus propriae confidentiae, ideo miserum paritur naufragium: a diuino auxilio solus relictus, vt eius arguatur infirmitas. Vide autem quomodo post haec sit ad modestiam reuocatus. Siquidem, quum post resurrectionem de Ioanne dixisset; Domine, hic autem quid? & impositum esset ei silentium, ilico obtulit. Et ante assumptionem quum audisset: Non est vestrum; nosse tempora, vel occasiones temporum, similiter conticuit. Et post haec de linteo quum audisset; Quae Deus putificauit, tu communia ne dixeris, quamquam non intelligeret manifeste, quod dicebatur, non tamen ausus est respondere. Haec autem omnia casus ille negationis correxit. Et ante hoc quidem, quicquid erat fidei, in se reponerat dicens; Ego tamen nunquam offendar: & Nequaquam te abnegabo: quum addendum fuisset; Si te habuero adiutorem. Postmodum autem de claudi sanatione palam dicebat; Quid nos intuemini quasi nostra virtute, aut pietate effecerimus, vt hic ambularet? Hinc ergo magnum diffidimus documentum, quod neque humana promptitudo quicquam efficiat absque diuino auxilio, neque diuinum auxilium proficit absque promptitudine humana. Vtriusque rei exempla sunt Petrus, & Iudas. Oportet ergo neque obdormire, omni negotio in Deum reiecto: neque rursus putare se ipsos omne opus efficere. Siquidem nec totum operatur Deus, ne ociosi permaneamus: nec totum nobis permittit, ne glorie inus, sed ab vnoquoque, quod nocuum est, auferens, quod vtile est, nobis reliquit. Permisit itaque caeterorum principem cadere, non propter dictas tantum causas, verum etiam, vt amplius amaret: cui enim dimissum fuerit amplius, hic amplius diligit. Et nos itaque credamus vbi que Deo, nec contradicamus, etiam si, quod ab eo dicitur, contrarium esse videatur nostris cogitationibus, & aspectibus: sit tamen firmior sermo eius nostris cogitationibus, & aspectibus, non ea solum, quae proponuntur intuentes, sed sermonibus eius credentes. Quumque ille dicat, Hoc est corpus meum: & Hic est sanguis meus: & pareamus, & credamus. Siquidem etiam in baptismo, sensibilis quidem est aqua, sed intelligibile donum est regeneratio. Quia enim corpori con-

10an.1. Actuum 1. Actum 10.

Vides autem sobrie sentire de diuina gratia, tanquam libera arbitrio non sufficientem ad bonae operationis faciendam. Vnde etiam non omnia a diuina gratia sunt, sed etiam conatum nostrum adiuuandum.

Regula certa ad animi fluctuationem sedandam.

ferta est in nobis anima, insensibilibus intelligi-
bilia tradidit nobis Deus. Similiter & omnes disci-
puli dixerunt. Imitantes & ipsi Petrum. Tunc venit
cum illis Iesus in villam que dicitur Gehsemane, &c.
Solutus abiit ad orationem, docens oportere eum,
qui feruenter oraturus est, & litari orare.

† Quod Hebraeis sonat vallem pinguedinum. Si quidem
מלך Ge vallem significat, & מלך Semē pinguedinum,
vel oleum: Vnde מלך גסמנין vallem oliua-
rum, vel pinguedinum.

Et assumpto Petro duobusque filiis Zebedaei, &c. Nō
ad orationem eos assumpsit, sed antequam ora-
ret: vt, seorsim separatis ab aliis discipulis, suam
ostenderet tristitiam. Marcus autem dicit, quod
cepit expalescere, id est, timere. Permisit enim
naturā pati, quod suum erat, & quod ipse autem (pro
quo Mœstium esse vertimas) significat nunc acer-
bo esse animo. Mœstiam itaque, & animi acer-
bitatem demonstrat: ostendens quod, sicut om-
nino Deus est, ita omnino homo est: proprium est
autem humanā naturā mœstiam pati propter
mortem maxime violentam, hancque timere. Sol-
lis autem his demonstratur, vt, qui soli spectato-
res fuerant diuinæ gloriæ ipsius in transfiguratione,
& qui magis inter omnes poterant non turba-
ri, aut decidere. Tunc ait illis Iesus: Tristis est anima
mea, &c. Manifestus naturā pandit infirmitatem
tanquam homo. Quod autem ait, Vtque ad mortem,
tantūdem est, ac si dicat, Sicut in morte. Vigilare
vero secum iubet eos consolationis gratia, sicut
moris est in afflictionibus. Deinde etiam hos ibi
relinquit, & solus abiit ad orandum. Et progressus
pusillum procedit in faciem suam. Lucas vero etiam
spatij dixit mensuram, quod auulsus est ab eis,
quantum iaculus est lapidis. Orans & dicens: Pater
mihi possibile est, &c. Dicens, Si possibile est, transeat à
me poculum istud, humanum demonstrat timo-
rem, poculum vocans mortem. Dicens autem: Ve-
runtamen non sicut ego volo, sed sicut tu, docuit quod,
natura licet retineat, sequi oporteat Dei volun-
tatem, illamque propriā voluntati præponere,
tanquam maxime vtilem. Quod vero ait, Veruntamen
non sicut ego volo, sed sicut tu: planius retulit Lu-
cas dicens, Veruntamen non mea voluntas, sed
tua fiat. Marcus autem dicit, quod orabat, vt, si
possibile esset, transfret à se hora, videlicet mortis.
Et quod dicebat, Abba pater, omnia tibi possibili-
a sunt, transfer poculū hoc à me, sed non quod
ego volo, sed quod tu. Dicitio Abba Hebraica est,
† significās idem quod pater: ideo quoque sua in-
terpretatio apposita est. Quod autem additur:
Sed non quod ego volo, sed quod tu, defectiua
oratio est: deficit enim, Fiat: nam completa oratio
est: Fiat, non quod ego volo, sed quod tu. Apud
Lucam vero scriptum est, Pater, si vis transferre
poculum hoc à me: & similiter est oratio defecti-
ua: deficit enim, Transfer. Vt homo autem dice-
bat: Si possibile est, hoc est quatenus fieri potest:
humanum est enim timere. Verisimile est autem
omnia per partes dicta esse. Solemus enim in præ-
cationibus vnum, & idem vario modo dicere.

† Imo מלך abba Chaldaicū potius est: nam He-
braei מלך ab dicunt.

Et venit ad discipulos, &c. Sic per modum inter-
rogationis legendum est. Pudore namque affecit
eum. Atqui etiam alij dormiebant. Sed hunc ve-
hementius obiurgauit tanquam magis temera-
rium, dicens: Sic te promisti facturum? Non po-

tuisti vna hora vigilare mecum? Mecum mori pro-
misti, & non potuisti vna hora vigilare me-
cū? Marcus autē ait dixisse Petro: Simon dormis?
Non potuisti vna hora vigilare? Præcipue enim ad
illum direxit sermonem, deinde etiam ad alios.
Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem.
Non vobis ipsis confidatis, neque magna promittatis,
sed attendite, & orate, ne intretis in tentationem.
Quidam vero, Tentationē interpretatur hic de ne-
gatione. Spiritus quidem promptus est, caro autem in-
firma. Anima quidem prompta est, & audenter ac-
cedit periculum: caro vero, quum infirma sit, for-
midat, nec adeo constans est: ideo conuenit, ne
promptitudinem animæ attendentes, insole-
scant, sed carnis infirmitatem aduercentes mo-
desti sint. Rursus secundo obiit, & orauit dicens, &c.
Marcus autem scripsit, quod eundem dixerit ser-
monem. Verisimile est ergo & hūc & illū dixisse.
Et venit, & reperit eos, &c. Grauaabantur non tan-
tum somno, sed & calore, sicut dixit Lucas. Iam
enim certiores facti erāt de morte ipsius. Marcus
vero dixit; Et nesciebant, quid ei responderent.
Et reliquit illis abiit iterum, &c. Secundo, & tercio
orauit, docens, quod sæpius orare oporteat, & nō
defatigari. Venit autem secundo ad discipulos,
conuincens infirmitatem illorum, qui post cor-
rectionem meliores redditi non fuissent, sed adeo
somno demeriti essent, vt neque respondere ei
possent: ideo tunc non obiurgauit eos. Lucas au-
tem latius dixit, quod apparuit illi angelus de
caelo confortans eum: dicens videlicet ei tāquam
homini, vt confortaretur, ac roboraretur. Quod-
que factus in agonia, hoc est, angore correptus,
protebat orationem: docens nos, vt in neces-
sitatibus orationem protēdamus. Et quod factus
est sudor eius sicut grumi sanguinis decurrentes
in terram. Grumi sanguinis, hoc est, crassissimæ
sanguinis guttæ: significans, non quod sanguinem
sudauerit, sed quod crassos deduxerit sudores. Ne
fictio videatur, quod factum est, non in facie tan-
tum mœstiam demonstrat, sed & manifestus
hunc prodit: & orat frequentius: angelūque ei
apparet, ad fortitudinem exercens: & angore cor-
ripitur, ac protendit orationē: crassique defluunt
sudores. Hæc autem omnia & facit, & patitur
confirmans, quod non phantastice humanitatem
assumpsit, sed iuxta veritatem. Etenim, si etiam
his ita factis, quæ ad humanitatem pertinebant,
quidam adhuc eius incarnationem non credunt,
quanto magis increduli essent, si hæc facta non
fuissent? Dignum est autem, vt inquiramus, vnde
didicerint euangelistæ, quid tunc orās dixerit, &
quoties orauerit: ac, vt semel dicam, de angelo,
& cæteris, quæ ab hoc loco sequuntur? Si quidem
discipuli omnes tunc dormiebant, postmodum
vero, eo relicto, fugerūt. Mihi sane apparet, quod
post resurrectionem præceptor ipse etiam hæc
discipulis dixerit, quando per dies quadraginta
eis apparuit, sicuti refert Actuum liber. Tunc ve-
nit ad discipulos suos, & ait illis, &c. Pudore suffun-
dens eos, ac obiurgans hoc dicit, quod in articulo
periculi dormitarent, quum tamen multis eos
vigilare præcepisset, & orare: illi autem obliuioni
cuncta tradidissent, ac si diceret: Ex quo hactenus
non vigilastis, iam deinceps dormite, & re-
quiescite, si potestis. Ecce appropinquauit hora. Ho-
ra proditiōnis. Marcus autem ait eum ante hunc
sermonem dixisse מלך aufert, hoc est, accepit
aduersum

aduersum me diabolus potestatem. Vel abscedūt,
quæ de me sunt, siue finem habent. Nam etiam
apud Lucam dixit, Ea quæ sunt de me, finem ha-
bent. Et filius hominis traditur in manus peccatorum.
Hoc manifestum est. Surgite, camus. Etiam hinc
ostendit, quod voluntariē pateretur. Præsciens
enim eos, qui cum proditore venissent, non fugit,
sed potius in occursum eorum exire festinat, di-
cens; Eamus ad illos. Lucas autem ait eum dix-
isse discipulis; Vt quid dormitis? surgite, & ora-
te, vt non intretis in tentationem. Verisimile est
ergo hæc primum dixisse, deinde addidisse; Surgi-
te, camus. Et adhuc eo loquente, ecce Iudas, &c. Vnus
de duodecim additur pro indicio ad significan-
dum quod è primo discipulorum choro erat. Et
positum est hoc in Iudæ accusationem. Tangit
autem hoc & alios discipulos, non tamen pude-
funt scribentes ea euangelistæ: vbi enim veri-
tati student. Ioannes vero de Iuda dicit, quod,
sumpta cohorte, & à pontificibus, & Pharisæis
ministris, venit illuc cum lateris, & facibus, ac
armis. Qui autem tradebat eum dedit illi signum, &c.
Post tanta argumenta occultare studebat, quod
ipse cum proderet, ideo palam quidem nō prodit,
sed osculum effingit, siudicium habens de man-
suetudine saluatoris, quod cum non repelleret,
quum id magis sufficeret, vt eum confunderet,
omni que venia priuaret, qui adeo humanū pro-
debat. Timens autem, ne forte insidiatores effu-
geret, quod frequenter fecerat, admonet dicens;
Apprehendite eum, & abducite eum: hoc enim
addidit Marcus. Sed Christus hūc euincens, quod
frustra se ficto signo munierit, ac ostendens, quod
se inuitum nequaquam possent comprehendere,
egressus dixit eis, sicut scripsit Ioannes; Quem
queritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenum.
Dicit eis Iesus; Ego sum. Stabat autem & Iudas,
qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis;
Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in
terram. O verbi potentiam! Non potuerunt su-
stinere tantum, Ego sum: ideo, quum & faces ha-
berent, & lampades, excæcati sunt vna cum pro-
ditore. Præterea, quum gladiis, & fistibus armati
essent, dissoluti sunt, & ceciderunt. Postquam
autem suam ostendit virtutem, deinceps permittit,
ac iterum interrogauit eos, Quem queritis? At
illi dixerunt, Iesum Nazarenum. Respondit Ie-
sus; Dixi vobis, quod ego sum. Si ergo me quaeritis,
sinite hos abire. Iudas vero, his quoque ita
factis, non est mutatus: nec minimo quidem pun-
cto ab iis, quæ disposuerat, discessit. Et confestim
accedens ad Iesum dixit, &c. Ait autem Lucas di-
xisse Christum Iudæ, quum accederet, vt oscula-
retur eum; Iuda, osculo filium hominis tradis?
Patienter enim expressit ei, quo sine fuerit ille os-
culatus: & exprobrauit, quod amoris signum, fe-
cisset signum proditiōnis: & tamen non repulit,
sed & osculū suscepit, & se, vt abduceretur, præ-
buit. Ille autem, quum tantum accepisset experi-
mentum virtutis illius, & humanitatis, ac man-
suetudinis, omni tamē permansit fera crudelior.
Iesus autem dixit ei, Amice, ad quod venisti. Vide
miser cordiam inenarrabilem. Si quidem, donec
traditus est, fuit illi cura de proditore. Ideo etiam
nunc amicum nominauit eum, qui erat inimicus.
Quod autem addit, Ad quod venisti, non est per
modum interrogationis legendum: sciebat enim
ad quid venerat: sed enunciatiue: significat enim

Ad id propter quod aduenisti, id est, iuxta inten-
tum tuum operare, relicto velamento. Finis liqui-
dem erat proditio, velamentum autem, osculum,
& sermo.

† Quod Græcè habetur ἐπὶ ᾧ, capi potest pro ad
quid, & pro ad quod, vel propter quod, interrogatiue
videlicet, vel relative capto ᾧ.

Tunc accedens inuicem manus in Iesum, &c. Se-
cundum datum signū. Et ecce vnus ex iis, qui erant
cum Iesu, &c. Lucas autem scripsit; Videntes ij,
qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixe-
runt ei; Domine, percutiemus ne gladio? Et per-
cussit vnus quispiam ex eis seruum principis sacer-
dotum, & amputauit auriculam eius dextram.
Ioannes vero eum quoque manifestauit, qui per-
cussit, dicens; Simon ergo Petrus, quum haberet
gladium, exeruit eum, & percussit pontificis ser-
uum, amputauitque auriculam eius dextrā. Erat
autem nomen serui Malchus. Nam, cum adhuc
cæteri interrogarent, ipse, non expectata respon-
sione, vt pote seruentissimus: percussit quidem in
caput, sed auriculam amputauit. Habebant enim
duos gladios, sicut dixit Lucas, quos, vt verisimile
est, à cæna sumperant: quibus vt pote magnis, vt
possent in auxilium aduersus eos, qui iniurati
erant. Videns autem Iesus, quod factum erat, di-
xit, Sinite huc vsque, tractate illius auriculam, fa-
nauit eum? Nam & hoc addidit Lucas. Dicit ita-
que Christus: Sinite huc vsque, ostendit quod iux-
ta dispensationem ablata sit seruo principis sacer-
dotum auricula in signum, quod principes sacer-
dotum præ inuidia auditu priuati essent, ne audi-
rent & intelligerent eas, quæ de ipso erant pro-
phetias. Sanans autem illum, ostendit misericor-
diam, quam erga illos haberet, quodque de illis si
libuisset potius dampnasset: verum ostendit oportere
potius beneficio, afficere malefacientes. Sed
quomodo is, qui de non vlciscendo mandatum
acceperat, gladio percussit? Primum, quidem non
pro seipso hoc fecit, sed pro præceptore, deinde,
nondum perfectus erat: postmodum autem vi-
deas hunc sexcentas pati iniurias, atque omnia
mansuete tolerantem. Admirari etiam quispiam
poterit, quomodo non comprehenderint disci-
pulos, ac trucidauerint propter id, quod factū est
in seruum principis sacerdotū. Sed vere ipsa vir-
tus, quæ hos excæcauerat, ac prostrauerat, illā etiā
tunc irā, quam de auriculæ amputatione concepe-
rant, dispersit. Tunc ait illi Iesus; Conuertere gladium
tuum, &c. Vbi eū increpasset docuit, neque etiā pro
Deo defendēdo vtendū esse gladio. Per gladium
vero omnia arma, prohibuit. Quod autē dicit: Om-
nes, qui accipiūt gladium, propheta est perditionis Iu-
dæ orū, qui aduersus ipsum venerant. Ioannes ve-
ro ait eum dixisse; An nō bibam poculum, quod
dedit mihi pater? ostendens hæc non à potestate
illorum fieri, sed patris permissione, quodque
patri sit obediens: vsque ad mortem. An putas,
quod non possum modo rogare patrem meum, &c. Le-
gio agmen est militare maximi numeri. Nō dixit
autem; Possum eos perdere, ne absurda loqui vi-
deatur, propter susceptas affectiones: incorem
videlicet, paurem, agoniā, sudores, & quæ-
cunque paulo ante tanquā homo passus est. Non-
dum enim eam, quam decebat, conceperat de
eo opinionem, & idcirco humilia de se loquitur.
In tanto autem numero legiones dixit angelo-
rum, vt abunde confortet eos, qui timore erant
pene

pene mortui. Vnus siquidem angelus quondam centum octogintaquinque millia hominum breui tempore interfecit. *Quomodo ergo complebuntur scripturae, quod sic oportet fieri?* Nisi ita interemptus fuero, inquit, quotquot de morte mea loquuntur: quae scribunt, quod ita oporteat fieri, quod ita oporteat me mori. *In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquam ad latronem, &c.* Ostendit his quoque, quod non sua virtute apprehenderint eum. Sicut enim tunc non potuerunt eum apprehendere, ita neque nunc, nisi omnino voluissent. Lucas vero ait haec eum dixisse iis, qui venerant ad ipsum, principibus sacerdotum, ac magistratibus templi, & senioribus. Verisimile est autem, & his, & illis eum dixisse. Apparet ergo, quod Iudas quidem, sumpta cohorte, & a pontificibus, & phariseis ministris, praecesserit, sequuti sunt autem eum quidam etiam summi sacerdotes, ac magistratus templi & seniores, quos nunc Lucas significauit: simul quidem ut eos qui missi erant incitarent: simul etiam ne muneribus alliceretur. Magistratus vero templi dixit eos, qui illud cum militibus seruabant, cum quibus etiam superius loquutus esse dicitur Iudas. *Hoc autem totum factum est, ut completerentur scripturae prophetarum.* Hoc totum, puta, quod me voluerim apprehendi, factum est, ut completerentur, ac perficerentur scripturae prophetarum, quotquot narrat de morte mea. *Tunc discipuli eius omnes, relicto eo fugerunt.* Audito quod voluntarie seipsum traderet secundum scripturas: & viso quod deinceps futurum non erat ut effugeret, tunc fugerunt iuxta infallibile ipsius vaticinium. Marcus vero addidit, quod vnus quispiam adolescentulus sequebatur illum circumamicus sindone super nudum, & apprehendunt eum adolescentuli. At ille, relicta sindone, nudus fugit ab eis. *Quidam itaque aiunt a domo illa fuisse adolescentulum, in qua Christus pascha manducauerat.* Alij autem hunc fuisse dicunt Iacobum fratrem domini, qui etiam tota vita sua vnica veste utebatur. Circumamicus autem erat sindone super nudum, videlicet corpus. *At illi apprehensum Iesum adduxerunt, &c.* Similia quoque scripserunt Marcus, & Lucas: at Ioannes latius, ac diligentius scribens ea, quae ab hoc loco sequuntur, ut pote qui rebus illis adfuit, dicit. Cohors igitur, & tribunus, ac ministri Iudaeorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, ac duxerunt eum ad Annam primum: erat enim sacer Caiphaz, qui erat pontifex anni illius. Deinde vbi particulariter recitauit, quae in domo Annae facta sunt, quae alij praetermiserunt euangelistae, tandem dicit; Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. *Petrus autem sequebatur eum procul, &c.* Reuersi statim, ipse & Ioannes sequebantur: Ioannes vero permissus quoque est appropinquare, ut pote notus pontifici, sicut ipse scribit. Caeteri autem tres euangelistae concorditer. Petri tantum meminerunt, necessitate ducti, ut ostenderent Saluatoris vaticinium de illius negatione fuisse completum: utque ostenderent, quantum sit malum in seipso quempiam, non in Deo confidere. Ioannes vero suipsum etiam fecit mentionem diligenter: causa ne tamen seipsum laudare videatur, ut pote quod in eiusmodi periculis sequutus sit, non men proprium contigit; & dixit; Sequebatur

1. Re. 29.
2. Par. 32.

1. Ioh. 18.

autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus, *Et ingressus intro, &c.* Tres quidem euangelistae tres Petri negationes in Caiphaz domo factas esse dicunt, Ioannes autem in domo Annae saceris ipsius, nec tamen ob hoc inter eos est dissonantia. Siquidem ambo vna domus erat, idemque atrium habens in se duo habitacula a se inuicem separata. Scire autem oportet, quod Mattheus dicit ancillam primum terruisse Petrum: exinde alteram, postmodum vero altantes. Marcus vero primum ancillam, exinde rursus eandem ipsam, postmodum altantes. At Lucas primum ancillam, deinde alterum, & postmodum alium quendam. Ioannes autem primum ancillam ostiariam: exinde quosdam, tertio vnum ex seruis pontificis, eius cognatum, cui Petrus auriculum absciderat. Si tamen aduertamus, nec sic dissonantia vlla reperitur. In prima siquidem negatione eadem ancilla apud quatuor euangelistas fuisse memoratur: in secunda vero quosdam ostendit Ioannes interrogasse Petrum: at hi quidam, erant ancilla, de qua dixit Mattheus, & prior ancilla, de qua ait Marcus, & alter, de quo scripsit Lucas. In tertia autem negatione eodem modo Marcus, & Lucas dixerunt, altantes scilicet interrogasse Petrum, in quibus erat & alius, de quo apud Lucam, & hic est, qui a Ioanne dicitur seruis pontificis. Postquam ergo ea, quae necessaria erant, significauimus, declaranda sunt, quae vterius sequuntur. Quae in domo Caiphaz facta sunt, non sunt recitata a Ioanne, eo quod a caeteris dicta essent. *Principes autem sacerdotum & seniores, &c.* Ut illis quidem videbatur, verum testimonium: ut autem rei veritas erat, falsum testimonium. Vel etiam quum scirent, quod aduersus innocentem verum testimonium non inuenirent, iam falsum quoque exquirebant testimonium. Volebant sane tanquam reum condemnare illum, ideo etiam forum iudiciale effingunt, ac falsum testimonium quarunt: ipsi & iudices, & accusatores effecti, & iudebant eum apud se condemnare: nam apud iudices diffidebant, quod huius negotij essent reportaturi victoriam. *Quumque multi falsi testes accessissent, non inueniebant.* Nam contraria sibi mutuo testabantur. Ait enim Marcus, Et idonea testimonia non erant. Completa est autem & Dauidica propheta, quae dicit, *Quaretur peccator illius, & non inuenietur.* Postmodum vero accesserunt duo falsi testes, &c. Dixit: at non dixit, solam, sed, Soluite: neque de templo manufacto, sed de proprio corpore. Propter hoc enim etiam hos euangelista falsos testes appellauit. Marcus vero ait; Et quidam assurgebant, & falsum testimonium aduersus illum ferebant, dicentes, Nos audiuimus ipsum dicentem; Ego dissoluam templum hoc manufactum, & in triduo aliud non manufactum edificabo. Et nec sic idoneum erat testimonium illorum. Multi siquidem de tali materia testabantur, duo vero concorditer ferebant, quos dixit Mattheus: alij vero duo diuersa loquebantur, propter quod dixit Marcus, quod non erat idoneum testimonium illorum. *Et surgens princeps sacerdotum ait illi, &c.* Videns & iudicij forum iniquum: nam laronum iudicio simile videbatur, & tyrannicum tribunal. Sciens etiam, quod apud huiusmodi frustra responsum esset, tacebat. *Et respondens summus sacerdos dixit ei, &c.* Adiurauit, volens eum ad responsum attraheret: ut haec facta

facta, hunc ex ea condemnaret. Addidit autem filius Dei, quia etiam reges, & prophetae Christi dicebantur a *zelozij*, hoc est, vngi. Marcus vero, ait, Filius benedicti, siue, Dei, qui benedictus est & laudatus. *Dicit ei Iesus, Tu dixisti.* Etiam hic ablata dictione, An, relinquatur, Tu es Christus filius Dei. Ait autem Marcus eum dixisse; Ego sum: vtrumque enim dixit; Tu dixisti, quod ego sum. Sciens ergo, quod non crediturus esset, tamen veritatem deponit, ne postmodum dicere possent: Si postquam adiuratus est confessus fuisset, utique credidissetimus. *Verum tamen dico vobis; Amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis, &c.* Amodo, hoc est, non longo post tempore. Significat autem tempus post resurrectionem, Videbitis me qui a vobis interitum, sedentem a dextris virtutis, quae est Dei, hoc est, breue erit tempus infidiarum, quae in me incitae sunt: Paruo enim expleto tempore, superior omnibus inimicis meis efficiat.

† *Eodem videlicet throno cum Deo, & patre. Insuper Venientem quoque secundo suo aduentu in nubibus caeli tanquam Deum.* Videbitis autem dixit, non quod hi eum essent ita visuri: sed protestatus est, quod ita venturus esset: aut ad eos dirigatur sermo, qui ex eis credituri erant. *Præterea verbum, Videbitis, significat etiam Cognoscetis.* Dicit autem apud Lucam, *Ex hoc tempore erit filius hominis sedens a dextris virtutis Dei.* Tunc summus sacerdos discidit vestimenta sua, &c. Moris erat Iudaeis, quum aliquod triste vidissent, vel audissent, discindere vestimenta sua: quod etiam nunc summus sacerdos fecit, tanquam audita blasphemia intolerabili. Et hoc factum, licet inuitus, simul prophetauit, quod discindendum esset pontificatus Iudaeorum. *Ecce nunc audistis blasphemiam eius. Quid vobis videtur?* Auxit etiam suo dicto accusationem, & blasphemiam vocans responsum, & praedictio damnans eum, & exinde caeteris viam faciens ad eum condemnandum, quasi scilicet manifestaret eis delictum, cogens eos ad pronuntiandam sententiam, ut ita roboretur condemnatio, & ex hoc, tanquam reum Pilato tradant, ut interiatur. *At illi respondentes dixerunt, Reus est mortis.* Quod volebant, statuerunt. Nam corrupta mens, corruptam fert & sententiam. Lucas vero scripsit, quod duxerunt illum in concilium suum dicentes; Si tu es Christus, dic nobis. Ait autem illis; Si dixeris vobis, non credetis: quod si etiam interrogauero, non respondebitis mihi, neque absolueris. Ex hoc tempore erit filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes; Tu ergo es filius Dei: Ipse vero ait ad illos; Vos dicitis, quod ego sum. At illi dixerunt; Quid amplius nobis opus est testibus: ipsi enim audiuimus ex ore eius. Verisimile est enim & summum sacerdotem, & confessores interrogasse, & examinasse eum: rursusque ipsum & illi, & istis respondisse. Quare autem occulte ipsum non occiderunt? Ne inuidia moti occidisse eum viderentur. Studebat ergo publice illum tanquam maleficum occidere: perdere nitentes opinionem, quam de eo turbae conceperant. Ideo etiam petierunt, ut crucifigerent eum: & simul cum eo latrones crucifixerunt. E diuerso autem factum est, quam illi optauerant. Nam, quia publice interemptus est; magis respenderit gloria eius. Rursusque in sepulchro sigilla, militumque custodia veritatem magis effulgere fecerunt. *Tunc expuerunt in faciem eius.* Horreto caelum, & terra,

vnuerſaque creatura, in quam faciem, quam intulerunt iniuriam. *Et colaphis eum ceciderunt.* Alij autem *alapas, &c.* Quia a multis propheta dicebatur verberabat eum tanquam falsum prophetam, facie eius veste coniecta, ne videret, sicuti Marcus, & Lucas dixerunt. Nunc autem ceciderant, nunc vero alapas dabant dicentes; Prophetiza nobis; Christe, quis est, qui te percussit? Est autem colaphus verberatio, quae in collo firvacua manu, ut sonum edat, alapa vero in faciem datur. Post iniuriam enim condemnationem tanquam abiectum quempiam, & tribolarem in medio sumetes, hi quidem quicquid in buccam veniebat, debacchabantur in eum, non liberi solum, sed & serui: alij vero omnimodam aduersus eum mouebant infamiam, gaudentique animo rabie enomebant. Vniuersa autem magno animo sustinebat; docēs nos iniurias tolerare. Et erat apud illos vehemens praunitatis abundantia, apud hunc vero tolerantia. Est autem admiratione dignum, quomodo euangelistae tanquam veritatis amatores, quae etiam maxime probrosa videtur, referunt, & neque Iudaei, aut Iudaeos tanquam inimicos conuictis lascissent: neque magistrum tanquam praecceptorem, sublimem efferunt, sed quasi nullo moti affectu omnia narant, ac solius curam habent veritatis, & vbi que ad id, quod res postulat, se conferunt. *Petrus autem sedebat foris in atrio, &c.* Vide quomodo eum, qui paulo ante adeo sese iactabat, infirma ancillula praecceptorē negare fecit, ut pote diuina destitutum gratia. *Quum autem exisset in vestibulum, vidit eum altera ancilla, &c.* Heu qualem reddit eum timor. Non solum eum negauit, sed etiam cum iuramento. Exiuit autem non extra vestibulum, sed in vestibulum, hoc est, priorem atrij partem. Nam Marcus *proaditoy* dixit. *Et post pusillum accesserunt altantes, & dixerunt Petro, &c.* Marcus autem dixit; Nam & Galilaeus es, & loquela tua conuenit. Habebant enim quippiam inigne Galilaei in veste, & quaedam praeterea idiomatis proprietates. Execrari autem est deuouere. Vnde Marcus scripsit, *in vobis, &c.* Ambo vero haec, maledictiones infatere significant. *Statimque gallus cecinit, &c.* Marcus autem dixit, quod cum Petrus semel negauit, tunc gallus primum cecinit; quando vero tertio negauit, tunc secundo cecinit. Notauit autem hoc, manifestans, quod primum gallicinium non admonuit eum. Rursum autem Lucas scribit, quod postquam gallus cecinit, conuersus dominus respexit Petrum, per aspectum ad memoriam eum reducens. Adeo enim illud deuicerat timor, ut paulo minus fuerit emortuus: quumque gallus non semel tantum, sed & bis cecinisset, neque ita ad sensum redierat, sed opus etiam fuerat saluatoris aspectu. Vide ergo infirmitatem, in quam breui tempore tertio negauerit, & successiue tres emisit negationes, non quaestionibus examinatus, sed forte fortuna in transitu requisitus. *Et egressus foras, fleuit amare.* Egressus est foras, ne forte flens, & ipse apprehenderetur. Fleuit autem, non utinque, sed acerbe. Marcus autem dicit, quod adiciens fleuit: adiciens, hoc est, incipiens. Ioannes vero hoc, tanquam ab aliis dictum praetermisit. Vidisti peccatum? vide & poenitentiam. Ob hoc enim peccata, & poenitentiae sanctorum scriptae sunt. Permissus est autem cadere Petrus, non propter dictas tantum causas, sed etiam ut ignoscere dicat

iis quoque, qui labuntur, horum imbecillitatem ex sua cognoscens: nam pastor constitutus erat. Et ut magnorum factus operator miraculorum, modestus sit, ac sui casus recordatus, Deo rem omnem ascribat. Siquidem & Paulus cum tentationibus permixtus est pugnare, ne extolleretur, ut ipse ait. Potissimum autem, ut peccatoribus clarum esset poenitentiae exemplum. Si enim cæterorum princeps Apostolorum, qui tales virtutes & viderat & fecerat, tandem in negationem lapsus est: deinde agnito delicto illum poenituit, & non solum brevi tempore maculam omnem absterxit, sed & cæterorum pastor discipulorum creatus est, & multorum ac magnorum operator miraculorum appellatus est: nullum, qui ceciderit desperare conuenit, sed illico poenitentiam agere, quum diuitias cognoscat mansuetudinis domini. Et hic quoque obseruandum, quod Matthæus quidem, & Marcus scripserunt, primum factam esse à principe sacerdotum interrogationem, deinde Iudæorum iniurias, & postmodum Petri negationes: Lucas vero primum Petri negationes, deinde iniurias, postmodum, facto iam die, interrogationes. Illi siquidem non solum ea, quæ facta sunt, retulerunt, sed & ordinis rerum gestarum curam habuerunt: hic autem facta tantum relatione rerum perpetratarum, ordinis curam non habuit. *Mane autem facto concilium iuravit, &c.* Similiter & Marcus, & Lucas dixerunt: Ioannes vero ait: Ducit Iesum à Caipha ad prætorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut ederent pascha. Per totam enim noctem examinauerant eum, & nunc transferebant. Sed ò insaniam! Cædem perpetrantes, & ad mortem tradentes, non putabant se inquinari: ingredi autem ad tribunal, contaminationem ducebant, calicem liquantes, & camelum glutientes. *Tunc vidēs Iudas, qui tradiderat eum, &c.* Videns, quod ad mortem condemnatus esset à Iudæis Christus, Oportebat autem ante proditionem poenitentia duci. Sed talis est diabolus: ante peccatum non permittit videre malum, ne sequatur resipiscentia: postquam autem peccatum omnibus numeris est expletum, videre permittit, ut merore afficiat, & in desperationem præcipitet. *Peccaui, inquit, tradens sanguinem innocentem, ut effunderetur. At illi dixerunt, Quid ad nos tu videris.* Etiam Iudas dicēs, Peccaui, tradens sanguinem innocentem, iniuste eum mori testatus est. Iudæi quoque respondentes, *Quid ad nos tu videris*: testimonio eius assenserunt, & veritatem licet inimici, confessi sunt, instigante autem furore, omne crimen in Iudam declinantes, ipsi affectione iam ebrj, ad cædem Christi impelluntur. *Et proiectis argenteis in templo, &c.* Peccatum quidem coram omnibus confiteri, ac proicere argenteos, resipiscentiæ fuerunt: laqueo vero se suspendere, desperationis. Agnouit siquidem, & poenituit eum, ac confessus est: veniam autem ab eo, qui hanc dare poterat, non requisivit: neque enim permisit eum diabolus sic poenitentia duci, quo ad Christum iret, in quem peccauerat: sed hunc ante perfectam poenitentiam abduxit, utpote conscientia remorsum non ferentem. Quum ergo ad hunc clementissimum confugere oporteret, ille ad mortem potius confugit, ut à desperata, tristisque vita citius liberaretur. Et neque id continuo allequutus est, prout cupiebat: agnitus

enim à quibusdam depositus est, ne præfocaretur: deinde, postquam in secreto quodam loco, modico vixisset tempore, præceptus factus, siue præcipitatus, inflatus, diruptus, ac dissiluit est medius: & effusa sunt omnia viscera eius, sicut ait liber Actorum. Quod si etiam in eo scriptum est, quod prædium comparauit de merce de iniquitatis, non tamen hoc fuit post strangulationem, ut quidam putant. Id enim declarans Chrysostronus, agrum figuli fuisse dicit prædium illud. Triginta siquidem argentei, quibus hic paratus est ager, ipsi Iudæi merces erat iniquitatis, quam a dæmonio præceptorum perpetravit. Quid enim huius proditione iniquius? Intelligamus ergo, qui argenti sumus amatores, quomodo Iudas & peccatum perpetravit, & pecuniam fructum non accepit, & propriam animam perdidit. *Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, &c.* Impudenter fatentur precium esse sanguinis, siue cædis emptionem. Corbona autem erat thesauri repositorium in templo, hoc est, donorum receptaculum. Puto autem id fuisse, quod dicebatur Gazophylacium. Gaza enim Romanis diuitiæ appellantur. *Consilio autem intro, emerunt ex illis agrum figuli, &c.* Multo melius eis fuisse hos in corbonam misisse: nequaquam enim, quod perpetratum est, adeo diuulgatum fuisset. Ipsi vero ad redargutionem facti homicidij sui agrum emerunt, cuius nomen tuba clarius, illud publicaret. Neque hoc utcumque faciunt, sed sumpto inter se consilio: ubi; enim consilium ineunt, ut nemo immunis relinquatur. Liber quoque Actorum ait, prædium illud vocatum esse Acheldema, hoc est, prædium sanguinis. Hic itaque est ager, de quo ille liber loquitur.

† *Syrus enim hæc agnum sonat, & יארא dema sanguinem, & ita dicit se legisse quendam valde peritum in Hebraicis literis, in Græcis, & vetustis Latinis exemplaribus.*

Tunc impletum est, quod dictum est per Ieremiam, &c. In libro quidem Ieremias, qui communiter legitur, hoc scriptum non est, restat ergo, ut in apocrypho eius scriptum sit. Acceperunt ergo summi sacerdotes precium Christi preciosissimi, quem æstimauerunt, qui sunt à filiis Israel, videlicet Israelitæ. Dicit autem eosdem summos sacerdotes, quando ad eos dixit Iudas; Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Constituit mihi, hoc est, dixit mihi dominus.

† *Verisimile etiam est, postmodum abiecta hæc esse ab eo libro, qui legitur, dolo, ac malitia Iudæorum, sicut etiam in multis alijs verbis factum est.*

† *Ab hoc apocrypho dicit Origenes locum hunc posse peti. Quin & Hieronymus hunc enarrans locum, ait Iudæum quendam factionis Nazarenæ exhibuisse sibi Ieremiam apocryphum, in quo hæc erant ad verbum, ut ab euangelista citantur.*

Iesus autem stetit coram præside. Vbi eum adduxissent ad prætorium, dicit Ioannes, quod exiit ad eos Pilatus, & ait: Quam accusationem affectis aduersus hominem hunc? Respondentur, & dixerunt ei, Nisi esset hic malefactor, non tibi tradidisset eum. Dixit ergo eis Pilatus, Sumite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum, &c. Illi itaque tradiderunt eum Pilato ad interficiendum, non ad inquirendum. At ille non tulit, ut priusquam perquireret, occideretur,

tur: ideo discere vult, quæ sit accusatio. Ipsi autem fiduciam de seipsis non habentes, accusationem quidem non dicunt, sed respondent: Nisi esset hic malefactor, non tibi tradidisset eum, utpote qui nihil iniuste agimus. Pilatus vero grauitate ferēs quod ipsum occidere vellēt absque iniquitate, interfecit eum: sicut permittit. Itaque, spe sua frustrati, iam inuiti etiam accusant eum de iis, quæ scripsit Lucas, qui ait: Cœperunt autem illum accusare dicentes: Hunc inuenimus peruerentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, dicentem se Christum regem esse. Et vide dolam, ac malitiam. Volentes enim Pilatum aduocare aduersus Christum, & abducere quo eum citius occideret, defectiois, ac tyrannidis crimen huic affingunt. Simul etiam ut timens Cæsarem Pilatus, etiam si vellet, hunc à morte eripere non posset. *Et interrogauit eum præses dicens, &c.* Istud, *Tu dicis, &c.* Tu dixisti, aliaque huiusmodi, similis cuiusdam sunt rationis irreprehensibilis, plenaque, modestiæ. Ioannes de hoc quoque capite latius scribens ait, quod ingressus est rursum in prætorium Pilatus: & vocauit Iesum, dixitque ei, Tu es rex Iudæorum? Respondit ei Iesus; A temetipso tu hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus; Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus; Regnum meum non est ex hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri utique mei decerent, ne traderet Iudæis, nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit ergo ei Pilatus: Num itaque rex es tu? Respondit Iesus; Tu dicis, quod rex sum ego. Pilatus ergo, audita de defectioe, & tyrannide accusatione, ac timēs, priuatim eum interrogauit, secretum aliquid ab eo discere cupiens. Christus vero rursus eum interrogauit: A temetipso tu hoc dicis; an alij tibi dixerunt de me: non quod ignoraret, sed obiurgans eum, quod accusatores simul præfentes esse non faceret: neque cogeret eos ut signa defectiois exhiberent, quo magis confunderentur. Pilatus autem dicit; quod hoc à temetipso non diceret: Num ego Iudæus sum, ut res tuas cognoscā? Qui gentis tuæ sunt tradiderunt te mihi, & horum primi, magisque honorati, & ipsi hoc dicunt. Deinde interrogat. Quid fecisti, quod de talibus te accusent? Et deinde soluit Christus tyrannidis suspicionem, dicens regnum suum non esse ex hoc mundo: & Pilatus timore soluit. Poni autem & considerationem, quæ & hoc demōstrat. Nam regnum, quod ex hoc mundo est, in ministris habet fortitudinem: huius autem regnum, quam coeleste sit, à seipso robur obtinet. Dicens vero; Regnum meum non est ex hoc mundo, non detrahit regno mundano suam fortitudinem, sed ostendit, quod suum non sit in regna mundi huius ministris indigens, timorique subiectum, ac sine capiens. Deinde egressus Pilatus tētauit liberare eum. Aitenim Lucas, quod dixerat ad principes sacerdotum, & turbas; Nihil inuenio noxæ in hoc homine. At illi inualecebant dicentes; Commouet populum docens per vniuersam Iudæam exorsus à Galilæa usque ad hunc locum. Pilatus autem audita Galilæa, interrogauit, utrum homo Galilæus esset. Et ut cognouit, quod ad Herodis ditionem pertineret, remisit illum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat in illis diebus, &c. Pilatus itaque quum audisset à Christo de regno

ipsum, quod ex mundo hoc non esset: & cognito, quod non haberet apparatus aliquem tyrannicum, siue insigne terreni regni: & cognoscens non esse probabilem accusationem: inculpatum eum declarauit. Ipsi vero, quum dictatum accusationum signa non possent ostendere, ad alteram digrediuntur accusationem dicentes; Commouet, siue perturbat populum, docēs. Et quidem, quod doceat, astruunt: non dicunt autem, quid doceat, ne rideantur. Vbi autem fecisset Herodes, quæ refert Lucas, rursus eum remisit ad Pilatum, insequentibus etiam principibus sacerdotum, ac scribis, & aduersus eum vociferantibus. Pilatus vero, conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, ac plebe, dixit ad illos. Nam id quoque refert Lucas; Obtulistis mihi hunc hominem, tanquam auertentem populum: & ecce ego coram vobis, quum inquisissem, nihil inueni criminis in homine isto ex iis, de quibus accusatis eum: sed ne Herodes quidē: Nam remisit vos ad ipsum: & ecce nihil dignum morte actum est ei. Corruptum ergo ipsum absoluiam: Corruptionem hic vocans mediocrem flagellationem, ad solatium, & repressionem iræ illorum, ut visum illum deuicisse cohiberentur ab vltiori insania. At illi nec sic in aliquo minus efferati, immobiliter ad id spectantes, ut velociter interficeretur, rursus oblatrant. *Et quum accusaretur à principibus sacerdotum, &c.* Quum enim vehementer ad eius cædem insanerent, nec omnino reuocari possent, sciebat frustra dandam iri deinceps omnem responsionem. *Tunc ait illi Pilatus, Non audis quæta, &c.* Hoc ait conuocans eum, ut responderet, ac sic liberaretur: sciebat enim, quod facile posset illorum diluere calumnias. *Et non respondit ei ad vllum verbum.* Deinceps enim superfluam fore ducebat responsionem, quæ ipsi daretur, quum non posset illos comprimere. Siquidem malum oderat Pilatus: & Iesum maxime optasset liberare: verum, quum mollis esset, illorum cedebat affectionibus. *Adeo ut miraretur præses supra modum.* Admiraretur quomodo demōstraret tantam mansuetudinem: quomodo, quum respondere posset, illosque confundere, voluntarie siletet, ac sustineret. *In festo autem conueniunt præses, &c.* In festo paschæ videlicet. Ait enim Ioannes dixisse Pilatum; Est autem consuetudo vobis, ut vnum absoluiam vobis in pascha. De Barraba vero manifestius dicit Lucas, quod propter seditionem quandam factam in ciuitate, & cædem coniectus erat in carcerem. Pilatus ergo, quum non posset tanquam innocentem liberare Christum, tentauit eum saltem ut iudicio damnatum donare ipsum festo. *Sciebat enim, quod propter inuidiam, tradiderant eum.* Sciebat hoc, & sperabat, quod nequaquam præonerent ei homicidam Barrabam. Propter hoc ergo, sumpta fiducia, interrogat: Quæ vultis absoluam vobis? Ut autem dicit Marcus, ante interrogationem quum acclamasset turba, cœpit petere, sicut semper faciebat eis. Petere videlicet, ut fieret, sicut semper faciebat eis. Erat autem petitio, ut vnus ex vincis absolueretur turba. Vnde nactus occasionem Pilatus, tētauit, ut dictum est, & interrogauit. *Sedente autem eo pro tribunali, misit ad eum vxor, &c.* Ipse quidē huiusmodi somnium non viderat, vel tãquam indignus, vel quia taciturnus fuisset, utpote Iudex, vel quia fides ei adhibita non fuisset, quasi id ad eum liberandum effingenti. Vxor autem potius videt, vel tanquam

melior, vel tanquam apud Iudæos fide dignior: ut huic quasi non suspectæ fidem habentes, refrenarentur. Nec videri solum, sed & patitur, hoc est, tormento afficitur, vt vxoris compassionem, illis etiam non acquiescentibus, vir eius prohiberet eadem. Nihil tibi cum iusto illo, hoc est, nihil contentiosum sit inter te, & illū, abstinere ab illo. Notandum est autem, quod *ἀμαρην* hodie, de nocte dicitur. *Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserunt turbis, &c.* Homicidæ homicidam ei, qui vitam tribuit præposuerunt: nec simpliciter homicidam, sed insignem, siue diuulgatum in malitia: adeo inflāmanit eos inuidia. Corrupti autem ipsi corruerunt & turbas, vt illæ quoque fraudis suæ pœnas luerent. Marcus vero dicit, quod concitauerunt, siue agitaauerunt turbam. *Respondens autem præses dixit eis, &c.* Primū interrogauerat, sed antequam respondisset, occupatus est ad suggestionem vxoris suæ: itaque nunc rursus interrogationem repetit. *At illi dixerunt, Barrabam.* Sicut edocti erant. *Ait illis Pilatus, Quid igitur faciam de Iesu, &c.* Spe frustratus rursus de eo interrogat, ponens rem in illorum potestate: ita obsequio illos captans, ac mitigans ipsi tam æque truces permanent. *Dicunt ei omnes, Crucifigatur.* Omnes non turbæ solum, sed & principes sacerdotum, & seniores. Nec dicūt, Occidatur, sed, *Crucifigatur*, vt mortis quoque genere maleficam eum esse conuincant. *Præses autem dixit, Quid enim mali fecit? Quum placare eos non posset, aperte contradicit. At illi vehementer clamabant, &c.* Vehementer, hoc est, vehementius, ita enim scripsit Marcus. Lucas autem dixit, quod instabant vocibus magnis postulantes, vt crucifigeretur. Et inualescebant voces eorum, ac summorum sacerdotum. *Videns autem Pilatus, quod nihil proficeret, &c.* Manus aqua purgavit, ostendens quod purus esset, & non particeps cædis. Nam id Iudaici moris erat, hoc modo protestari eos, qui nolent alicuius cædi communicare. *Ait enim & David, Lauabo inter innocentes manus meas. Et respondens vniversus populus dixit, Sanguis eius, &c.* Sanguinē vocāt sanguinis cōdēnationem. O scelestem vocem! ō extremam audaciam! At qui nō solum aduersus seipsos, sed etiam aduersus filios suos trahūt imprecationem. Christus vero & de eis, & de filiis eorum respicientes suscepit: nec solum huiusmodi liberat imprecationem, sed & mille bonis dignos ducit. Nam & Paulus ex eis erat, & innumeri eorum, qui postmodum Hierosolymis crediderunt. *Tunc absoluit illis Barrabam, &c.* Marcus dixit, quod volēs populo satisfacere. Lucas vero, quod adiudicauit fieri petitionem eorum. *Ἰδὼν* autem (quod nos flagellum dicimus) verber erat ē funiculis, aut loris contextum, quo dorsa condemnatorum verberabant. Flagellationem vero manifestauit dicens: Accepit Pilatus Iesum, & flagellauit. Hæc autem fecit, vt rigorem insanæ Iudæorum arte retraheret, vt, visā iniuria, quæ in eum facta esset, auditæque sententia qua eum tradiderat voluntati eorum, vt dixit Lucas, siue vt crucifigeretur. Nam hæc eorum voluntas erat, mitigarent iram, ac vel sero tandem venenum euomerent. Propter hoc enim etiam, quæ sequuntur fieri permisit, videlicet vt circumdarent ei chlamydem, & imponerent coronam, darentque arundinem, ac reliquam explerent illusionem. *Tunc milites præsidio accipientes Iesum in prætorium, &c.* Chlamydem hæc

Psal. 25.

Marcus dixit purpuram: Ioannes vero vestē purpuream. Erat autem vestis purpurei coloris. Matthæus autem absque differentia, coccinam vocauit huiusmodi tincturā, vt pote purpurā similem: neque enim vera erat purpura. Quia autem rex Iudæorum dictus erat, ideo tanquam regi illudebant, purpura illa circumdantes pro veste purpurea: & coronam de spinis contextam superponentes pro diademate: ac arundinem pro sceptro in manum porrigentes: & ita quamquam nolentes, veritatem figurauerunt. *Et genu flexo ante eum illudebant ei, &c.* O incomparabilis patientia! ō innocentia, quæ omnem superat sermonem! Ioannes autem dicit, quod etiam dabāt ei alapas. Omnem enim inferebant ei scelesti iniuriā, rem gratam Iudæis Dei oforibus exhibere cupientem. Ipse vero Ioannes, quæ ab hinc sequuntur scripsit, tanquam ab aliis prætermisisset, dicens, Exiuit ergo iterum foras Pilatus, & ait illis, Ecce adduco vobis eum foras, & cætera, quæ sequuntur vsque ad eum locum, Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Apparet itaque, quod bis eum tradiderit vt crucifigeretur: sed primum quidem in simulatione propter supradictam causam. Quia vero, postquam omnia excogitasset, vidit eos omnino immobiles, tandemque audiuit ab illis, Si hunc abfolueris, non es amicus Cæsaris. Quicumque se regem facit, contradicere Cæsari: tunc iam in veritate tradidit eum illis, vt crucifigeretur. Ideo quoque primum simpliciter tradidit eum: secundo vero tradidit eum illis. Mille itaque modos excogitauit Pilatus, vt Christum omni pœna liberaret, & omnino ne occideretur laborauit. Verum oportuit eum fortius more iudicis resistere, nec iniustis assentire: aut eum prodere, qui ab ipso Pilato testimonium acceperat, quod mortis noxia carebat. Quod enim poruerit eum non tradere, manifestum est ex eo, quod ipse dixit, Nescis, quod potestatem habeam crucifigendi te, & potestatem habeam abfoluēdi te? Ideo etiam Christus a condemnatione eum non abfoluit, dicens, Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet, maius videlicet, quam sit tuum. Neque enim sermo de tyrannide liberat eum: oportebat enim, quum id audisset, vt accusatores aduocaret, ac demonstrationes inquireret, & quæcunque tyrannidis signa essent, vt pote si exercitum conscriberet, si pecunias colligeret, si arma fabricaret, & si quid est huiusmodi. Ille autem statim vt audiuit ignauiter timuit, & indiscussam relinquens talem accusationem persuasus est, & percussus. Quanto enim duriores erant Iudæi, & audaciores, tanto ille mollior erat, ac timidior, & ideo leuis, facileque mobilis. Quæ quoque enarrationem eorum, quæ vt dictum est à Ioanne proponuntur. Plurimum enim conferunt ad ea, quæ proposita sunt. *Et postquam illuserunt ei, &c.* Ex quo chlamyde eum exuerūt, vtique etiam coronam deposuerunt. Ioannes autem dicit, quod acceperunt Iesum, & duxerunt in prætorium: Iudæis & hoc optantibus, vt inde eductus condemnatus videretur. *Exeuntes autem inueniunt hominem Cyrenæum, &c.* Marcus quidem addidit, Patrem Alexandri, & Rufi. Lucas autem, Venientem ab agro: Ioannes vero dixit, Baiulans crucem suam exiuit. Primum siquidem imposuerunt ipsi crucem tanquā condēnato, & baiulans eā, exiuit. Deinde Simoni obuiauit: hūc coegerunt vt eam tolleret, Lucas vero insuper addidit quod sequeba-

sequebatur eum magna multitudo mulierū, quæ etiam plangebant, & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus dixit, Filie Hierusalem, ne fleueritis super me, sed super vobis ipsis flere, & super filiis vestris: quoniam ecce venient dies, &c. Dicens, ne fleueritis super me, hoc est, propter me, sed propter vos ipsas, & propter filios vestros: quia ecce venient dies: significauit dies captiuitatis Hierosolymorum. *Quumque venissent in locum, qui dicitur Golgotha. † Hic locus ciuitati propinquus erat, sicut scripsit Ioannes.*

† *† Ἰσραὴλ golgoeth, hoc est, caput, aut cranium, siue Caluaria: quamquam quidam valde peritius in Hebraicis literis asserit esse Chaldaicum, ac dici גולגותא golgotha, & ita dici se inuenisse in vetustis exemplaribus Latinis. Nam Christus vsus est, inquit, lingua vulgari inter Hebræos, quæ tunc Chaldæa erat, seu Syriaca magis quam Hebræa.*

Quod est Caluarie locus. Quod, videlicet nomen Golgotha dictum siue versus ab Hebraica lingua in Latinam, est & dicitur, Caluarie locus. Aiuunt autem quidam ibi Adam mortuum esse, ac iacere: & dispositum est, vt, vbi verus Adam cecidit in mortem, ibi etiam noui Adam trophæum erigeretur contra mortem, dico sane crucem. Dederunt ei ad bibendum acetum, &c. Marcus autem dicit, quod etiam dederunt ei ad bibendum vinum myrrha mixtum: at ille non accepit: vtrumque autem obtulerunt ei ludentes, & tanquam animo deficientem refocillantes. Aceto itaque fel miscuerunt, vt acris fieret, & amarius: hæc autem manifestant Iudæorum acerbiteratem, & amaritudinem: nam ipsa etiam myrrha amarissima est. Sed prædicta quidem priusquam in crucem ascenderet, obtulerunt ei, sicut Matthæus, & Marcus dixerunt: Postquam vero ascendit, solum acetum vt hi ipsi rursus simulque Lucas, ac Ioannes dicunt. Obseruandum est autem, quod, quum vinum myrrha mixtum, tanquam intemptiuum non accepisset, nunc mixturam aceti, & fellis gustauit propter solum fel: vt completeretur, quod dictum est: Et dederunt in escam meam fel: crucifixus vero solum acetum potandum accepit, propter id, quod sequitur, Et in siti mea potandum dederunt mihi acetum. Atqui in vno, & eodem, fel & acetum gustauit, & in vno, & eodem videret, terminum accepisse vtrumque dictum. Verum, quia scriptum est: In siti mea: non sitiebat autem, priusquam in crucem ascenderet, sed postquam ascendisset. Ait enim Ioannes, Inuitus Iesus, quod omnia iam consummata essent, vt completeretur scriptura, dicit, Sitio. Primum siquidem à seipsis ipsi dictas potiones lusus gratia obtulerant, vt diximus. Postmodum autem audit, quod sitiret, produxerunt acetum. Sed, quum scriptum sit, Dederunt in escam meam fel, siue vt ederem: quomodo idem fel ipsi dederunt, vt biberet? Arbitror fragmenta aridi fellis in aceto emollita fuisse: vt acetum quidem loco vini esset, illa vero fragmenta pro buccella panis. Et præcipue sane potum dederunt, consequentius vero etiam cibum. Is enim, qui animo destituuntur, vinum præbere solemus, iniecto pane, vt primum bibentes, postmodum etiam possint edere. Quod si non ita intellexerimus, non inueniemus alibi datum ei fel in cibum. Nisi quis fel, anagogice interpretetur amaritudinem, quam ei in cibum dederunt, hoc est, loco cibi eius, quotidie eum irri-

Psal. 65.

tantes, & ad iram prouocantes. *Quumque crucifixerunt eum, &c.* Proxima his ait & Lucas: Marcus autem dixit, Mittentes sortem super illa, quis quid tolleret. Sed hi quidem euangelistæ simpliciter, & indistincte scripserunt, quod diuisa sint, quodque sortem miserint: Ioannes vero manifestius de hac re scribens ait, Milites ergo cum crucifixerunt Iesum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem: & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, à summo contexta per totum. Dixerunt itaque inter sese, Ne scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit. Vt scriptura completeretur, quæ ait, Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. *Sola ergo Christi vestimenta diuisa sunt, cum tamen latronum vestimentis essent viliora: vt Dauidica prophetia, quæ de iis erat, completeretur. Siquidem in iis quoque subsannantes, quasi regis vestimenta essent, ea diuiserunt: & ita ordinatum est vt prophetia, quæ de his fuerat, vt dictum est, completeretur. Et vestimenta quidem diuisa sunt: de tunica vero inconsutili, quam prophetia *ἰσχυρῶς* appellauit, sortem miserunt. Sed quot fuerint vestimenta, nullus euangelistarum significauit. Ideo quidā fuisse dixerunt quinque, quatuor quidem, quatuor militibus diuisa: quantum vero tunicam inconsutilem. Videtur autem incredibile dictum, eo quod indecens saluatori fuisse: nemo enim, ne aliorum quidem hominum tot vestibus induitur. Coniectantes ergo dicimus, nec procul foras ab eo, quod congruum est, tria fuisse vnuerſa: vnū quidem fuisse tunicā corpori applicatam in modum subculturæ: dico sane tunicam hanc inconsutilem: alterum autem, quo super primum vestiebatur: & tertium exterius indumentum. Hanc vero tunicam è traditione patrum accepimus opus fuisse Dei matris à superioribus partibus contextam, veluti sunt apud nos capitis, aut pedum hymalia operimenta. Vnde commode de ea allegorice loquuntur, qui dicunt solum id, quod à Dei matre sumptum est corpus, desuper fuisse contextum: hoc est, à cælo coapatam sibi habuisse diuinitatem: vel à Deo fuisse in rerū natura productum, & non à femine humano. E duobus autem reliquis vestimentis quatuor partes fecerunt, dissecantes ea. Siquidem, quum de inconsutili tunica dixissent, Ne scindamus eam: significauerunt, quod reliqua sciderant. Neque enim tanquam pretiosa diuiserunt ea, vt à faciendis partibus abtinerent, sed illudentes, vt prædictum est. Et hi quidem ignominiose, quæ pretiosa erant, diuiserunt: per quæ talia facta sunt miracula, sed tunc virtus eorum detinebatur. Quidam vero dubitant, quomodo Christus, qui legem dedit Apostolis, ne duas possiderent tunicas, ipse plures inuentus est possidere? Quibus respondendum est, quod ipse quoque vnica habebat tunicam, quæ corpori adhærebat: cætera enim tunicæ non erāt, sed pallia. Proprie enim *χιτῶν* (quod nos tunicam vertimus) dicitur quæ intima est vestis. Et de his quidem ita. Considera vero totū saluatoris corpus iniuriis affectum. Caput quidem per spineam coronam, & arundinis percussione, faciem per sputa, maxillas autem per alapas, os vero per fel, & acetum, aures per blasphemias, collum per colaphos, dorsum, & pectus flagellis, & verbēribus, manus autem & pedes clauis, latus vero lancea.*

Psal. 25.

Bibl. Hom. tom. 2. Yyy 3 veluti

veluti scribit Iohannes, ceteras quoque partes chlamyde, ac nuditate, & ut semel dicam, totum corpus, quod in cruce spectaculo est expositum. Quando ergo blasphemiam nobis ingeruntur, aut contumelia afficimur, siue spectaculo exponimur: hæc considerantes, omnem abijciamus ab anima tumoris flammam: cogitantes simul, quod ipse quidem Deus erat, nos autem homines: ipse dominus, nos autem serui: ipse sine peccato, nos autem peccatores: ipse à seculis peccabatur, nos autem à conferuis: ipse propter nos, nos autem propter nos ipsos: ipse quidem spectantibus Iudæis, Romanis, & Græcis, nos vero coram paucis, et si coram pluribus, at non tam multis. Et sedentes servabant eum ibi. Custodiebant eum, ne à quoquam deponeretur. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus rex Iudæorum. Causam, ob quam esset crucifixus: illam enim in tabula inscriptam superposuit Pilatus, ut ab omnibus legi posset, & qui presentes erant, & qui præteribant. Marcus sane dicit, Et erat inscriptio causæ eius scripta; Rex Iudæorum. Lucas vero; Erat autem & inscriptio scripta super eum literis Græcis, & Latinis, ac Hebraicis; Hic est rex Iudæorum. Hoc autem tribus inscriptum est linguis, eo quod tunc multi ad civitatem venerant Iudæorum Græci, ac Latini: Iohannes vero dicit; Scripsit autem & titulum Pilatus, posuitque super crucem. Erat autem scriptum; Iesus Nazareus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Iesus: & erat scriptum Hebraice, Græce, & Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum, Noli scribere, Rex Iudæorum, sed, quod ille dixerit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. Titulus itaque apud Romanos causa dicitur. Scripsit ergo Pilatus dictam causam: instituitque ut scripta, cunctis nota fieret, ne possent sua malitia Iudæi Christo aliam causam affigere, aut diuulgare: siquidem & hos norant, & illi patrocinatus est, quod propter invidiam esset crucifixus. Quum autem literæ in altum posita regnum eius clare promulgarent, conantur pontifices Iudæorum inscriptionem inuicere, dicentes Pilato; Noli scribere; Rex Iudæorum, ne vera videatur inscriptio: Sed quod ille dixerit; Rex sum Iudæorum, ut ille mendax appareat: sed nequaquam persuaserunt ei. Respondit enim; Quod scripsi, scripsi: hoc est; quod scriptum est, non immuto. Iuxta divinam autem omnino providentiam titulus super solam Christi crucem positus est. Quum enim tres crucis simul terra tunc obruerentur multis temporibus, requisita postmodum domini crux, à titulo potissimum fuit cognita.

† Hinc apparet autorem nostrum nec Latine calluisse. Dicitur enim titulus à Iudeis, scriptura videlicet libro, statua, aut cuiquam alij apposita: quæ autorem, aut cum, cui apponitur à plagiaris, vel alijs quibusvis tuetur.

Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, &c. Et hoc Iudæorum opera factum est, ut in medio duorum maleficorum pendens, & ipse maleficus putaretur: utque participatio supplicij participem quoque eum prædicaret maleficij. Ob hoc siquidem eum, cunctis videntibus, publice crucifixerunt. Dicit autem Lucas, quod stabat populus spectans, utque militum manibus crucifigeretur laborans, & modis omnibus faciens, ut prava de eo opinio

† apud omnes diffunderetur. Completa quoque

est hic Iesaiæ prophetia, quæ dicit; Et cum iniquis deputatus est. Duo vero latrones duos populos ænigmatically figurant, veterem scilicet, ac novum: horum siquidem ille blasphemiam eum appetens mortuus est: hic autem Deum in fine tandem hunc agnovit: ipse vero medius inter hos perpendit: ut pote medius effectus inter vetus, novumque testamentum. Qui autem præteribant, conuitia iaciebant in eum, &c. Qui præteribant, puta illa via Iudæi. Marcus vero ait, quod dicebant; Vah, qui destruis, &c. Est autem & irridentis, ac subfannantis aduerbium, quod in vah, vertimus. Hæc autem ei quasi mentis dicebant suggillantes. Similiter autem & summi sacerdotes illudentes, &c. Similiter, propter blasphemiam dicit. Nam & hi quoque blasphemiam eum appetebant, et si aliis verbis. Dixerunt autem. Alios saluos fecit: miracula eius calumniantur, tanquam præteritis facta fuerint. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, &c. Hoc dicebant propter tituli inscriptionem. Quum enim non potuerint eam subvertere, falsam nituntur illam arguere, eo quod sibi impossibilia quæsierit. Et utique descendisset, si ipsi credituri fuissent. Confidit in Deum: liberet nunc eum, &c. Quod prædixit David in persona eorum, hoc ipsi nunc dicunt, huiusmodi prophetiam ad finem perducentes. Scriptum est enim; Speravit in dominum, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum. Dicebant ergo conuitia iactantes: Confidit in Deo, tanquam filius eius: seruetur ab eo. Hoc autem dicebant, non quod Deus eum seruare non posset, sed quod non esset ipse Dei filius, ut ipsi putabant. Sed, o scelesti, ac pessimi: ergo nec prophetæ erant prophetae, aut iusti, ex quo Deus illos à periculis non eripuit. Verum & prophetae, & iusti erant, nec minus tamen periculis subiacerunt secundum variam dispensationem. Id ipsum autem & latrones, &c. Id ipsum, id est, eodem modo. Non enim Iudæos tantum inflammanit diabolus, sed & Romanos milites furore agitavit, & ipsos etiam latrones, quamquam cum eo crucifixos, aduersus eum exacerbavit. Matthæus itaque, & Marcus utrumque aiunt exprobrasse ei. Lucas vero vnum quidem conuitia illum agitate dicit, alterum autem blasphemantem magis increpasse. Primum siquidem ambo propriorum obliui laborum, ex crudelitate exprobrabant ei, ut pote & ipsi Iudæi. Forte autem etiam id, in gratiam Iudæorum faciebant, ut propter hoc ipsos deponerent. Postmodum vero alter penitentia ductus est: tum quidem Christi signa ad memoriam reuocans, eiusque conuersationem inculpata: tum vero autem, quod etiam pro iis, qui ipsum crucifigebant, intercessisset, veluti scripsit Lucas: videns præterea & ærem præter naturam obscuratum. A sexta autem hora tenebra factæ sunt, &c. Post petulantiam, ac scommatum fati-tatem id factum est, ut, quiescente iam furore, aliquid à miraculo lucrifieri posset. Admirabilis enim erat hæc facere eum, qui in cruce pendeat, quam à cruce descendere. Quod si hæc eum facere non suspicabantur, sed quod, Deo hæc operante, prouenirent, timere sane oportebat, & intelligere quod propter hunc ad iram commotus esset. Neque enim dicere potuerunt, quod solis eclipsum secundum naturam esset: Nam ipsa & in vno temporis accidit momento, & in vna parte terræ, & non in decimoquarto die lunæ: hæc vero

tenebræ & ad tres horas perseverarunt, & super vniuersam terram: & decimoquarto die lunæ, quando impossibile est secundum naturam contingere solis eclipsum. Circiter horam vero nonam clamauit Iesus voce magna, &c. Dauidicum est verbum. Hebraice autem ipsum clamauit, ut solis Hebræis notum fieret, qui solum Dauidica nouerant. Marcus vero, Eloi, Eloi scripsit. Significat autem Eli Deus mi. Eloi vero, Deus meus. Clauorem ergo doloribus depressus, ait, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? hoc est, propter quid me dimidisti, ut sustinerem dolores. Hoc autem dixit, consuetum, quod sicut in veritate humanam assumpsit naturam, ita quoque vere crucifixus est, & non phantastica, prout multi hæretici delirant. Neque enim nisi dolens ita clamasset. Potest autem & aliter dici, quod iam pro hominibus moriens in persona generis humani dicta clamauit voce. Ait enim Gregorius Theologus, quod in seipso figurat, quod nostrum est: nos siquidem primum derelicti eramus ac despecti: deinde nunc assumpti, ac seruati sumus illius afflictionibus.

† Vide obsecro quanta sit miseratione dignus, qui in ignota versatur lingua. Quanquam enim apud Marcum scriptorum incuria legatur Eloi Eloi: apud quem etiam eadem causa pronome Meus, semel tantum ponitur, haud dubium tamen est, quin uterque aut Hebraicis, aut Græcis literis scriptum reliquerit, quod psalmo vicesimo primo dicit David: Puta אֱלֹהֵי אֲבֹתַי אֱלֹהֵי אֱלִי Eli Eli lama azabani: Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me. Quidam tamen valde peritus in literis hebraicis dicit in vetustis exemplaribus Græcis ac Latinis se incorruptam inuenisse dictionem Chaldaicam שׁוֹבָאֲנִי Sobabani: Nam à reditu Iudæorum è captiuitate Babylonica ad Christum natum vix, 515. anni intercesserunt, & ita vulgo adhuc Chaldaice magis quam Hebraice loquebantur. Itaque Christus sermoni vulgi suum accommodabat sermonem.

Quidam autem ibi adstantium quum audissent, &c. Milites hi erant Romani, vocem Hebraicam ignorantes. Statimque currens vnus ex eis, &c. Hoc etiam Iudens fecit ad modum consolantis, sicut & præcedentes: aut etiam ut aceti acerbitas, additio fieret illi doloris. Ceteri vero dicebant; Sine, videamus, &c. Marcus vero ait, quod hic dixerit; Sinite videamus, an veniat Elias ad deponendum eum. Verisimile est autem & hunc, & illos hoc dixisse. Iesus autem quum iterum clamasset voce magna, emisit spiritum. Quæ autem fuerit vox, significauit Lucas, videlicet; Pater in manus tuas commendabo spiritum meum. Clamauit autem voce magna: ut omnes audirent, omnesque scirent, quod ad extremum vsque spiritum patrem Deum appellaret, & vniuersa in eo reponeret: nec esset ei contrarius: utque discerent, quod sua potestate, quando voluit, mortuus est. Quum enim dixit, Pater, in manus tuas commendabo spiritum meum: tunc ædem morti permisit, ut ad se accederet. Non autem dixit; Commendo, sed, Commendabo: significans, quod paulo post expiraturus sit. Vnde & Iohannes, quæ post dictam vocem facta sunt, refert, tanquam etiam ab aliis prætermissa dicēs; Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius, &c. Vbi autem dixit, quomodo dilectam matrem, ac virginem dilecto commendauerit discipulo, ac virgini, & quomodo sitientii datum sit acetum ad potandum: tandem ait; Quum ergo accepisset Iesus acetum, dixit; Consummatum est: & incli-

nato capite, tradidit spiritum, de quibus omnibus quære in Euangelio secundum Iohannem. Et ecce velum templi scissum est, &c. Sol quidem tenebris indutus est, templum vero scidit velum suum, significando quod propter absurdum, ac irrationabile spectaculum lugeret. Lagetium enim est, vestem scindere, nigraque indui stola. Per terram autem motam, petrasque scissas ostendit, quod potens esset in aggerem eos cumulare, & obruere: sed non vellet propter suam mansuetudinem, & propter illos, qui ex eis erant credituri, lucemque daturi. Proprie autem velum templi scissum est ad eorum redargutionem, cui contradicere non possent: ut, si niterentur causari, & ad ea, quæ naturaliter accidunt, passiones obscurati solis, terræ motæ petrarumque scissurarum reducere: os illis obruraretur per veli scissionem: quum tale quid esse vnquam factum demonstrare non possent. Scisso autem velo, ostendit Deus, quod à templo diuina anolasset gratia: quodque interiora, puta sancta sanctorum omnibus peruia, ac conspicua constituenda essent: quod etiam postmodum ingredientibus Romanis factum est. Quod autem mihi magis placet accipere. Quia interiora veli figura erant cæli, exteriora vero terram figurabat. Scissum iam velum, significauit diuinum iam esse medium parietem inter cælum, & terram (puta inimicitiam) qui inter Deum erat, & homines: & factum esse cælum hominibus peruium, soluto iam per Christum obstaculo medio, talique nobis ascensu innouato. Vniuersaliter autem, quæ facta sunt, diuinæ iræ signa erant, Iudæorum insensibilitatem reprehendentia, horumque perditionem prædicantia. Et monumenta aperta sunt, &c. Ad demonstrationem potentie suæ, & hoc factum est, terrorumque Iudæorum: ut perpendere, quod is, qui adeo facile mortuos viuificaret, facilius posset viuos morti dare. Præterea etiam ad futuræ resurrectionis confirmationem. Et egressi de sepulchris post resurrectionem eius, &c. Egressi sunt, & apparuerunt: ne phantastica videatur sepulchrorum apertio, ac dormientium resurrectio. Post resurrectionem autem eius egressi sunt de sepulchris, ac venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis, ut ex eorum resurrectione certiores reddantur & de resurrectione illius, cogitantes quod, qui hos resuscitauit, multo magis seipsum resuscitauit. Sancti vero surrexerunt, ut fide digni videantur, qui de Christo loquuntur. Postquam autem apparuerunt, iterum dormierunt. Centurio autem, & qui cum eo erant, &c. Hunc Marcus voce Latina Centurionem vocat: Matthæus vero Græca ἑκατόνταρος, idem significans: quod enim Græci ἑκατόν, hoc Latini centum vocant. Videns, inquit, Centurio, qui ex aduerso eius adstabat, quod sic, emissio clamore, expirasset, dixit; Vere homo hic filius Dei erat, intuitus siquidem quod cum libertate Deum patrem vocasset, & in manus eius spiritum suum commendare se testatus esset, ac paulo post expirasset: intuitus quoque adeo horrenda, quæ fiebant, credidit filium esse Dei. Lucas vero de eo dicit; Videns Centurio, quod factum erat, glorificauit Deum dicens; Vere homo hic iustus erat: iustum ut opinor diuinum nominās. Vel etiam primum quidem dixit, quod iustus erat: deinde tandem, quod filius Dei erat. Addit autem Lucas, Et omnes turbæ, quæ simul accesserant ad spectaculum

Expositio de bel. iud. lib. 7. cap. 10.

lum illud; percutientes pectora sua reuertebantur: dolorem videlicet interiorebus significantes. Intelligebant enim à præcedentibus signis, & ab iis, quæ accidebant, quod & creatura passionem illius non ferens compatiebatur ei. *Erant autem ibi mulieres longe spectantes, &c.* Suppeditantes, quæ ei necessaria erant. Chorus enim erat discipularum apud Dei matrem coniunctarum, & expensas de suis facultatibus suppeditantium. Et vide conuersum ordinem: discipuli siquidem fugerant, discipulæ vero assistentes permanebant. *Inter quas erat Maria Magdalene, &c.* Quum multæ essent, insigniores enumerat. Quidam itaque dicunt, quod Dei mater est, quæ apud euangelistas nunc quidem Iacobi, & Iose mater nominatur, quandoque autem Maria Iacobi, inter dum vero Maria Iose: Nam hi filij erant Ioseph: & quemadmodum pater illorum vir eius dicebatur propter dispensationem, ita rursus ipsi filij virginis. Verum sermo hic absurdus videtur. Primū siquidē quid prohibebat eam appellare matrē Iesupræsertim quum in præcedentibus narrationibus ut plurimum ita eam appellauerint. Deinde absurdum quoque foret in locis sequentibus ubique Magdalenam ei præponi, & ostendere illam fuisse matrem Dei feruentiorem. Vnde suspicamus alteram quādam fuisse hanc Mariam, quæ mater erat Iacobi Parui, & Iose, non filiorum Ioseph, sed aliorum, qui erant è septuaginta discipulis. Nam multæ tales similes erant nominis apud Iudæos. Verisimile est autem tunc Dei matrem propinquius cruci adstitisse quàm cæteras mulieres: idque viscerum inflammatione, Iudæorum vincente timorem: fortassis vero etiam circumisse, quū propter naturæ aculeos in eodem loco manere non posset: postmodum autem apud monumentum mansisse, & singula conspexisse. Quod si hoc recipimus, quærendum est, quomodo ipsius non meminissent euangelistæ? Quia de ea notum erat, quod adfuerit, & quæ matrum sunt demonstrauerit. Ideoque neque planctum eius scripserunt: abunde enim satisfecerunt pronunciantes, quod filium docentem sequebatur. Oportet autem & hoc, & illud scire, quodque naturæ conformius est, suscipere. Marcus vero ait; Erant autem & mulieres eminus aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi Parui, & Iose mater, & Salome. Hæc autem Salomen quidam eam esse dixerunt, quæ apud Matthæum dicitur mater filiorum Zebedæi. *Quum sero autem factum esset, venit homo diues, &c.* Ioannes vero etiam alia quædam, priusquam ad horum accederet narrationem, scripsit dicēs; Igitur Iudæi ne remaneret in cruce corpora sabbato, quia parasceue erat, & cætera de crurum latronum cōstructione, & de apertione lateris domini. Hunc autem Ioseph Marcus honestum senatorem scripsit, ac expectantem regnum Dei. Honestum quidem, utpote grauem, & modestum; senatorem vero, nempe vnum senatorem civitatis; erant autem senatores decuriones, consiliarij, ac officiales curiæ. Expectans item regnum Dei, quod videlicet circa secundum domini aduentum futurum erat. Lucas autem virum iustum, & bonum eum nominavit, & quod non consenserat consilio, ac facto Iudæorum: oriūds ab Animathæa civitate Iudæorum. Ioannes vero discipulum quidem eum fuisse dicit Iesu, occultum autem propter metum Iudæorum,

& erat ex septuaginta discipulis. *Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu.* Eo quod illi notus esset, Marcus vero dicit, quod, sumpta audacia, in Iesum est ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Priorem enim timorē sequenti audacia mirabiliter abluat, & seipsum in mortē tradidit, ob benevolentiam, quam gerebat erga præceptorem, suscipiens in se cunctorum inimicitiam Iudæorum. *Tunc Pilatus iussit reddi corpus.* Marcus autem dicit, quod Pilatus admirabatur, si iam mortuus esset: & accessit Centurione, interrogavit eum, an iam dudum mortuus esset: & re à Centurione cognita, donavit corpus ipsi Ioseph, & obviaverunt illud Iudeis cum aromatis, sicut mos est Iudæis sepelire. Insignis ergo erat & antea Ioseph, sed insignior factus est, eo quod Christi corpus ausus fuerit accipere illudque honorare. Neque enim solum tulit, sed & precioso ac honorifice cum Nico demo sepeliuit. In mixtura autem myrrhæ, & aloes illud sepelierunt, ut sine corruptione, & in bono odore permaneret: adhuc enim ut nudam hominem ipsum honorabant. Et nos ergo domini corpus per participationem in altari accipientes, odoramentis illud vngamus, suauius videlicet virtutum operibus, ac opere, & contemplatione. *Et posuit illud in monumento suo novo, &c.* Hic quidem euangelista ipsius Ioseph dicit fuisse monumentum: cæteri vero non significauerunt, cuius fuerit, Ioannes enim ait; Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum novum, in quo nondū quisquam positus fuerat, &c. Verisimile ergo est, ipsius Ioseph fuisse hortum, in quo erat monumentum. Ordinarium est autem, ut illud fuerit novum, ne, postquam resurrexisset saluator, suspicio haberi posset alium resurrexisse. Aduoluit quoque saxum magnū, auxilium ipsi præstante & Nicodemo. Monumentum autem in speluncæ modum erat excisum. *Erat autem ibi Maria Magdalene, &c.* Marcus vero ait; Maria autem Magdalene, & Maria Iose aspicientes, ubi poneretur. Lucas autem; Subsequitur, inquit, mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quomodo positum erat corpus eius: reuersæ vero parauerunt aromata, & vnguenta. Quum enim eos, qui sepeliebant subsequi, & cū eis reuerti decreuissent, sedebant ex aduerso sepulchri, aspicientes, ubi poneretur corpus, & quomodo poneretur: ut reuersæ, paratis aromatis, & vnguentis, venirent die dominico, & aromatis, ac vnguentis illud vngerent. Siquidem, quando sepultus est, iam vespera appetebat, in qua non licebat ad monumentum accedere. Iudæi enim vesperam illius parasceues maxime honorabant: non solum tanquam sabbati festum præcedens, sed etiam tanquam festum propter pascha: in hac enim oportebat pascha immolari. Sabbato vero quiescerunt propter legem. Adhuc enim consuetudinem, & legem seruabant. Cæterum die dominico ad sepulchrum

pulchrum venire disponebant, quod sane etiam fecerunt, veluti paulo post dicitur. Quum enim nondum quicquam excelsum de resurrectione cognouissent, sepultum corpus se inuenturas sperabant. *Postero autem die, qui sequitur parasceuen, &c.* Muniri sepulchrum, puta sigillum apponi, & custodiam. Quia autem credi oportebat, quod mortuus esset, & sepultus, quodque resurrexisset: vide tria hæc inimicorum testimoniis approbata: consideranda sunt enim verba eorum. Quod enim aiunt; *Recordati sumus, quod impostor ille dixit, adhuc vivens, Attestatur quod amotuus sit.* Quod autem sequitur; *Iube muniri sepulchrum,* attestatur quod sepultus sit. Porro quod subiungunt; *Ne quando venientes discipuli eius, furetur ipsum,* Plenā facit fidem, quod, munito sepulchro, non sit furto sublatum corpus, & ita resurrectioni contradici non potest. Dignum est autem, ut inquiramus, ubi dixerit; *Post tres dies resurgam.* Siquidem variis in locis dixit discipulis; *Tertia die resurgam.* Id autem; *Post tres dies resurgam,* Nusquam dicit. Hoc itaque Iudæi ab exemplo Ionæ, quod ad eos dixerat, colligebant. Postremum vero errorem dicebant, quod à mortuis resurrexerit: priorem vero, quod si filius Dei. Sed id insensati, quod tandem sine essent ipsum furto sublaturi. Nisi enim tertio die resurrexerit, sicut promissit, manifestum est, quod decepti, & propter eum ab omnibus gentibus odio habiti, sine domibus, & extorres facti, potius auerfabuntur eum, & odio

habebunt tanquam impostorem, & ita nolent cum furari. Sed neque populo persuadere poterunt, quod à mortuis surrexerit. Cui enim innitentur? an vehementiæ sermonum? atqui illiterati sunt. An forte abundantia rerum? Atqui sunt omnium pauperissimi. Generis fortassis claritati? Verum ignobiles sunt, & ab ignobilibus progeniti. Vtrum suipsorum multitudini? At non plures sunt quàm duodecim. Vtrum patriæ splendore? Verum à regionibus sunt obscuris, & ignobilibus. An putatis, quod præceptoris promissionibus? Quibus? Si enim non resurrexerit, neque illis eredituri sunt. Demonstratū est igitur, quod vane suspicamini, hunc furto auferendum esse: ob dictas enim causas est incredibile. *At illis Pilatus; Habebitis custodiam, &c.* Sicut *αὐτῶν*, id est, cohors, ita & *καταλά* ordo erat militaris. Non permisit autem, ut soli milites munirent sepulchrum, sed principibus sacerdotum, ac Phariseis præcipue commisit ea, quæ muniminis erant, sequente eos custodia. Ita enim Deus ordinavit: ne post resurrectionem dicere possent, quod, quod soli milites sepulchrum munivissent, tradiderant corpus discipulis. *illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, &c.* Non solum ostij lapidem obstruxerunt, sed & electis, quos voluerunt, militibus, huic in custodes adhibuerunt, sicut paulo post manifestabitur. Et hæc sabbato operati sunt ob infantiæ suæ furorē, soluentes illud.



FERIA II. HEBD. MAIORIS.

I O A N. 12.



^a Sciens eos conspirasse, venit quasi agnus ad victimam, ut verum Pascha habeamus.



N illo tempore, Iesus ergo ante sex dies Paschæ^a venit in Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Iesus, Fecerunt autem ei cenam ibi: & ^b Martha ministrabat: ^c Lazarus verò vnus

erat ex discumbentibus cum eo. ^d Maria ergo accepit libram vnguenti nardipistici preciosi, & vnxit pedes Iesu: & exterfit capillis suis pedes eius, & domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo ^e vnus ex discipulis eius Iudas

^f Scariothis, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis, & datum est egenis? ^g Dixit autem hoc, non quia de egenis

pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & ^h loculos habens, ea quæ ⁱ mittebantur, portabat. Dixit ergo Iesus: Sinite illam, in ^j diem sepulturæ meæ seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Cognouit, ergo turba multa ex Iudæis, quia illic est: & venerunt non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit.

GLOSSA

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.

Phil. 2. Iesu, &c. An. sex. Omnia mysticè: sexta: quia sex diebus omnia fecit. sexta die hominem condidit, sexta ætate redimere venit, sexta feria pas- sus est, sexta hora mortuus est. Venit autem ad Bethaniam, id est, ad domum obedientiæ, ipse obediens patri vsque ad mortem, docens ecclesiã obedientiam, quæ est in monte Olei, id est, mi- sericordiæ: nec potest abscondi, in qua suscitatur sepultos à peccatis grauibus. Ibi fit cœna in fide & deuotione iustorum. Martha ministrat, id est, dum quilibet fidelis opera deuotionis domino impendit. Lazarus, id est, suscitati de grauibus cum his qui manserunt in iustitia, læti epulan- tur de præsentia domini. Maria quæ olim pœ- nitens vixit pedes: nec ibi dicitur quo vnguen- to, modo caput & pedes precioso. ibi rudimen- ta pœnitentium: hic iustitiam designat perfectio- rum. vnde hic libra vnguenti, id est, perfectio iustitiæ. Vnguentum: quia bonus odor sumus Deo: Caput vngit, qui alta de eo prædicat. Pedes, qui infirma veneratur. Capillis tergit, qui suis su- perfluis pauperes qui in terra indigent reficit. Odore domus, id est, bona fama mundus reple- tur: Venit in Betha. Ideo prius Bethaniam venit, vt resuscitatio Lazari altius memoriæ omnium traderetur, & inexcusabiles Iudæi confunderen- tur, tractantes de morte tanti suscitatoris. Maria er. Preciosum vnguentum fit de Nardo maximè de spicis: hic autem dicitur pistici à loco vnde erat. Et interpretatur fidelis, non alia admixtio- ne corrupti. Dixit ergo vnus. Iudas & si malus ta- men inter apostolos numeratur, vt doceam- tur malos tolerare, ne corpus Christi diuidamus, & malos bonis non obesse. Non. Quantum ad suam intensionem ad eum non pertinebat de egenis, quia non curabat de ipsis: non quin com- missum esset ei dispensare pauperibus. Locu. ha. Cui ministrant angeli, loculos habet in sumptus pauperum condescendens in infimis. Sinite il. No- uit furem, sed non prodit, docens tolerare malos. Tantum obsequium Mariæ commendat, ostendens quod esset moriturus, & ad sepeliendum aromatibus vngendus. Ideo Mariæ cui non licuit mortuum vngere, datum est viuentem officio fu- neris donare. vnde secundum Mar. dicitur: quod habuit, id est, potuit, hoc fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Magna patientia: non arguit Iudam auaritiã, & non causa paupe- rum dixisse, sed ex ratione monstrat non esse culpandos illos: qui ipsi inter homines conuer- santi de facultatibus ministrant, qui paruo tem- pore corporaliter est apud eos mansurus, cum semper sint pau- peres futuri, quibus elemosyna possit impendi. Me autem non sem. hab. corporali præsentia: Vel non habebitis, tu Iuda & qui sunt huiusmodi. quia si mali iã cõmunicant sacramen- tis, postea tamen non habent dominum vt boni. Et ve. Curiositas hos non charitas adduxit. Nos econtra, si cognoscimus Iesum obedientis ani- mæ domum in qua habitet inuenisse, veniamus illuc contemplatione, non propter hominem tantũ quem in anima suscitatum videmus, sed vt bonam vitam imitemur, & per hoc ad visionem

Iesu perueniamus. Sed vt Laza. Mysticè: Resur- gentes in secundo aduētu rapiuntur in aëra cum domino.

CATENA AVREA in idem Euang.

Iesus ergo ante sex dies paschæ venit Bethaniã, vbi Lazarus fuerat mortuus, &c. Alcu. Appropinquante tempore in quo dominus pati disposuit, appropinquauit ipse loco in quo eiusdem passionis dis- pensationem perficere voluit. vnde dicitur: Iesus ergo an. sex di. pas. ve. in Bethaniam. Primò venit in Be- thaniam, deinde Hierosolymã: in Hierosolymam quidem vt ibi pateretur, in Bethaniã verò vt re- suscitatio Lazari memoriæ omnium artius im- primeretur. vnde subditur: Vbi fuerat Lazarus, &c. Theo. Decima autem die mensis, agnum Iudæi capiunt immolandum in festo paschæ, extic enim festiuitatis prælibant solennia: quapropter in die quæ est nona mensis, & præcedit sextum diem ante pascha, epulantur splendide, & exordiũ festi hanc diem constituunt: quò fit vt Iesus quo- que pergens Bethaniam cõuineretur: vnde sequi- tur: Face. au. ei. cenam, &c. Per hoc autem quod di- xit quòd Martha ministrabat, insinuat quòd in il- lius domo erat conuiuium. Sed attende mulieris fidelitatem: non enim famulabus imponit mi- nisteriũ, sed ipsamet suscepit: innuere autem vo- lens euangelista verè resurrectionis Lazari signũ, subdit: Lazarus verò vnus erat ex discipulis. Aug. Viuebat, loquebatur, epulabatur: veritas osten- debatur, infidelitas Iudæorum confundebar. Chryso. Maria autem non faciebat comunem famulatum, sed ad solum dominum constituit ho- norem: & non vt ad hominem accederet, sed vt ad Deum, vnde sequitur: Ma. er. ac. li. vnguen. nar. pi. pre. ci. & vngit. pe. Ie. & exterfit capil. suis pe. eius. Aug. Quod ait pistici, locum aliqũe credere debemus: vnde erat hoc vnguentum preciosum. Alcu. Vel pistici, id est fidelis: nec extraneis speciebus adul- terati. Hæc est illa mulier quæ quondam peccat- rix in domo Simonis venit ad dominũ cum ala- bastro vnguenti. Aug. de con. euang. Quòd autem hoc in Bethania rursus fecit, aliud est quod ad Lu- cæ narrationem nõ pertinet, sed pariter narratur à tribus: Ioanne. f. Matthæo & Marco, quòd ergo Matthæus & Marcus caput domini vnguento il- lo perfusum dicunt, Ioannes autem pedes: nõ so- lum caput, sed & pedes domini accipiamus peru- disse mulierem. Matthæus & Marcus recapitulando ad illum diem redeunt in Bethaniam, qui erat ante sex dies paschæ, & narrat quod Ioannes de cœna & vnguento. Sequitur, Et do. imple. est, &c. Aug. super Ioannem, Ad apostolum reuoca inten- tionem qui dicit: Aliis sumus odor vite ad vitam, aliis sumus odor mortis ad mortem: denique au- dies hinc ex vnguento isto, quomodo erat aliis odor bonus in vitã, aliis odor bonus in morte. vnde sequitur: Dixit ergo vnus ex discip. su. Iu. Sca. qui erat, &c. Aug. de con. euang. Quòd alij dicunt disci- pulos murmurasse de vnguenti preciosi effusio- ne, Ioannes autem Iudam commemorat: puto di- scipulorum nomine Iudam significatum: plurali numero pro singulari vsurpato. Potest etiam in- telligi quòd alij discipuli aut senserint hoc, aut dixerint, aut eis Iuda dicente persuasum sit: atque omnium

S. IO. CHRYSOSTOMI Episcopi Constantin. in superius Euang. Homil. 1.

omnium voluntatem Matthæus & Marcus verbis etiam expresserunt. Sed Iudas propterea dixerit, quia fur erat: exteri propter pauperũ curam: Ioan- nem verò de solo illo id commemorare voluisse, cuius ex hac occasione furandi consuetudinẽ cre- didit intinmandam. nam sequitur: Dixit autẽ hoc non quia de ego. pert. ad eum. sed quia fur erat & locu. habens, ex qua mit. portabat. Alcu. Portabat ministerio, ex- portabat furto. Aug. Non tunc petiit Iudas, quan- do accepit à Iudæis pecuniam vt dominum tra- deret: iam fur erat, dominum perditus sequeba- tur, non corde, sed corpore. Voluit autem per hoc dominus nos admonere vt malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus. Qui aliquid de eccle- sia furatur iure perdito cõparatur, toleta malum bonus, vt venias ad præmium bonorum, ne im- mittaris in pœnam malorum. Exemplum domini accipite conuersantis in terra: quare habuit locu- los cui angeli ministrabant, nisi quia ecclesiã ipsius loculos habitura erat? Quare fures admittit, nisi vt eius ecclesiã fures dũ patitur toleraret? Sed ille qui consueuerat de loculis pecuniam tollere, nõ dubitauit accepta pecunia ipsum dominum ven- dere. Chry. Ideo etiã ei furi existenti loculos com- misit pauperum, vt omnem concupiscentiẽ mitigatio- nem: non enim habuit dicere quoniã propter pec- uniarum desiderium hoc fecit, etenim sufficien- tem habebat ex loculo concupiscentiẽ mitigatio- nem. Theo. Quidam verò administrationem pec- unie suscepisse Iudam fatentur, tanquam mini- mum omnium. Nam pecuniã administratio, do- ctine administratione inferior est secundũ quod dicunt apostoli in Actibus: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis, Chry. Christus autem multa condescensione ad Iudam vtens, non increpauit eum surripientem, sed comunem intulit excusationem. nam sequi- tur: Dixit ergo Ie. su. il. vt in diem sepul. meæ ser. illud. Alcu. Significat se moriturum & ad sepeliendum aromatibus esse vngendum: ideo Mariæ cui ad vn- ationem morituri corporis multum desideranti pertinere non liceret, donatum sit viuenti adhuc impendere obsequium, quod post mortem celeri resurrectione præuenta nequiret. Chry. Rursus etiam propter proditorem rememoratus est sep- ulturæ: Ac si dicat. Grauis sum tibi & onerosus, sed expecta parũ & abibo. & hoc ostendit, cũ sub- dit: Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Aug. Loquebatur de præsentia corporis sui: nam secundum maiesta- tem suam, secundum prouidentiam, secundum ineffabilem & inuisibilem gratiã impletur quod ab eo dictum est, Ecce ego vobiscum sum vsque ad cõsummationem seculi. Vel aliter, in Iudæ per- sona significati sunt in ecclesiã mali, si enim bo- nus homo es, habes Christum & in præsentem per- fidem & sacramentum, & habebis semper: quia cùm hinc exieris, ad illum venies qui dixit latro- ni, Hodie mecum eris in paradiso. Si autem malè versaris, videris habere in præsentem Christũ, quia baptizaris baptismo Christi, accedis ad altare Christi, sed malè viuendo non semper ha- bebis, non autem dixit habes, sed ha- bebis: quia vnus malus cor- pus malorum si- gnificat.

Ante sex dies paschæ Iesus in Bethaniã venit, vbi fuerat Lazarus mortuus, &c. Quod verè re- surrectionis erat signũ, cùm post tot dies & viue- ret, & comederet. Vnde cõstat in domo eius præ- dere, vt pote amici, qui Christum acceperat. Multi dicunt in alia domo discubuisse. Maria autem non ministrat, sed discipulã hic etiam erat, & spiritali- bus afficiebatur. Neque ministrabat tanquam vo- cata, neque communi vacabat ministerio, sed soli Iesu honorem impendit, neque tanquam homini adest, sed tanquam Deo. Hac gratia diffudit vnguen- tum, & capillis capitis sui pedes terfit: quæ non erant indicia, quòd de Iesu quicquam suspicaretur, vt multitudo: quod Iudas sub pietatis obtentu re- prehendit. Tum Christus, Bonum opus operata est in sepulchram meam. Quid autem discipulum in mu- liere non reprehendit, neque dixit, vt Euangeli- sta, furem esse: voluit enim multa eum patientia arguere. Quòd enim sciret proditorem esse, antè nonnunquam arguit, quòd nõ omnes crederent, & vnus ex his diabolum esse. Demonstrat er- go, quòd ipsum proditorem cognosceret, non ta- men manifestè reprehendit, sed ei indulgit, vt à proposito reuocaret. Sed quomodo alius inquit Euangelista omnes discipulos idem locuturos? Sa- nè locuti sunt, sed non eodem animo. Quòd si quis inquireret, quid tandem, cùm fur esset, loculi ei pauperum committerentur? Cur auarum fe- cisset dispensatorem? Illud sanè dicemus, Deum arcanam intelligere rationem. Quòd si quid & à nobis est coniectandum, vt omnem tolleret pro- ditionis materiã, neque enim poterat dicere pec- uniarum id cupiditate fecisse, sufficientes enim loculi esse debebant, qui eius satisfacerent cupi- ditati, sed sola malicia. Christus autem multa per- mittebat, ideo furem non arguit, quamuis non ignoraret, & malam eius obstruit cupiditatem, & omnem abstulit excusationem. Sinite eam, inquit, in diem sepulture meæ hoc facit. Quo verbo iterũ pro- ditoris meminit, quem minimè hæc reprehensio tetigit, neque placuit. Atqui hoc verbum facile potuit eum in misericordiam adducere: quasi di- ceret, Molestus sum, & grauis, sed expecta parum- per, & migrabo. Huc enim respexit, cùm diceret, Me autem non semper habebitis. Sed nihil horum fer- rum, & insanientem animum flexit, licet his mul- tũ plura & diceret, & faceret, & pedes eius eadem nocte lauisset, & ad mensam secum adhibuisset, quòd & latronum animos mulcere assoler, & alia verba locutus est, quibus etiã lapides molliri po- tuissent: nec multò antè, sed eadem die, vt mini- mè obliuioni mandare potuerit: sed aduersus om- nia persistit immobilis. Grauis namque morbus est auaritiã, grauis inquam, qui & oculos cæcat, & aures obstruit, & fera sæuiores reddit, non con- scientiam, non amicitiam, non consuetudinem, non propriæ animæ salutem cognoscere sinit, sed semel ab omnibus discedes, in seruitutẽ sibi, quos cepit, more sæuissimi tyranni vendicat. Et quod in hac aspera seruitute grauissimũ est, quòd etiã gratias sibi habendas persuadet, & quantò eim- agis seruiunt, tanto magis lætantur, & maiori affi- ciuntur voluptate. Et ita maximè incurabilis mor- bus,

bus, ita fera insuperabilis efficitur. Hic Giezi pro discipulo, & propheta, lepra perfudit: hic Anania, & Sapphiram perdidit: hic Iudam proditorem effecit: hic Iudeorum principes corripuit, cum dona acciperent, & furibus communicarent: hic innumera bella indixit. Vias sanguine, fletibus, & lamentis ciuitates implet. Hic mentas scelestas reddidit, & cibos iniquitate asperfit. Idololatriam eum appellauit Paulus, non tamen tam formidabilis est idololatria. Sed cur ita appellauit? Habet nonnulli pecunias, & his uti non audent, sed nepotibus reseruant, & intactas ad alios transmittunt, tunc & tanquam dona Deo dedicata tangere minimè audent: quod si quòdo coguntur, tanquam ad nephas aliquod timidè veniunt: præterea tanquam quis idolum lapideum, aurum & claustris, & vectibus cohibent, pro templo arcem præparantes, & argenteis vasis recondentes. Nonne ita aurum adoras, vt ille idolum? Ille & oculos, & animam traderet porius, quam idolum. Non aliter affecti sunt auri amatores. Sed non adoro aurum, inquit. Neque idolum dicit, sed, inhabitantem dæmonem. Ita & tu, licet non aurum, eius tamen aspectu, & cupiditate, animæ insidentem dæmonem adoras. Dæmone enim grauior est pecuniarum cupiditas, qua multi magis persuasi sunt quam illi ab idolis: quibus non omnia parent, huic verò omnia, & quodcumque faciendum suggerit, obsequuntur. Quid dicit auaritia? Esto omnibus inimicus, obliuiscere naturam, contemne Deum, sacrificium mihi te ipsum offer. Dicto citius parent. Et idolis quidem boues sacrificant, auaritia, offer mihi animam, inquit, & persuadet. Vide quas habeat aras: quæ libamina accipiat. Regnum cælorum auari nõ possidebunt. Neque has minas formidant, quamuis hæc cupiditas infirmissima sit, quippe quæ non insita, non naturalis est: fuisse enim nobis à principio, sed aurum iam non erat, neque quispiam aurum amabat. Sed, si placet, vnde malum hoc prouenerit, dicam; vniquisque maioræ æmulationis, morbum hunc auxit, & nolentem præoccupans irritauit. Cum enim splendor domos, diffusos agros, seruorum greges, argentea vasa, vestimentorum copiam intuerentur, vt hæc superarent, pro vitibus contenderunt. Itaque primi secundis causam, secundi minoribus præbuerunt. Quod si continentem esse voluissent, non sanè fuissent posterioris cupiditatis exemplum, imò neque vlla his excusatio est. Sunt enim qui pecunias contemnunt. Et quisnam, inquit? hoc grauissimum est, quod impossibile videatur, vt quis vincat malitiam, neque quispiam rectus iudicetur. Adducam tamen multos & in ciuitatibus, & in montibus, & quid proficiemus? Neque enim propterea meliores euadetis. Sed non nunc nobis de hoc sermo habetur, vt diuitiæ minuantur: velim sanè. Verùm, cum maius vobis onus impendat, non cogam: sed ne aliena concupiscatis, & aliquid in egenos conferatis, admoneo. Multos autem inuenimus rebus suis contentos, sua curantes, & iustus viuentes laboribus: quid hos non imitamur, non æmulamur? Consideremus maiores nostros, num facultates eorum steterunt? Tantùm eorum nomina durant, & incorrupta seruantur. Num magni alicuius viri balneum, & diuersorium, & suburbana aspicientes, recordati quantum laborem subierit, ingemiscimus? Quanta ra-

uit, & nihil apparet? sed alij in eius delitiis delectantur, & nunquam ille suspicatus est, fortasse & inimici, vt magis puniatur. Huiusmodi & nos nement. Proculdubio moriemur, & hic noster finis. Quam tam impensam, quanta odia subierunt? Quid hinc emolumentum? Immortale supplicium, & nullum malis remedium, neque viuentes tantum, sed & mortui ab omnib' acculantur. Quid cum multorum imagines domib' positas intuemur? Nonne magis dolemus, Verè bene, inquit propheta: Verumtamen stultè perturbatur omnis homo viuens. Profectò harum rerù cura perturbatio est: perturbatio, inquam, & anxietas superflua, qua omnino in æternis tabernaculis carebimus. Hic enim alius laborat, alius fructum capit: illic laborum suorum quisque dominus est, & multiplicem mercedem accepit. Ad illam ergo possessionem properemus. Illic ædificemus, vt quiescamus cum Christo Iesu domino nostro, Amen.

EIVSDEM IN IDEM
Homilia 2.

Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic esset, &c. Quemadmodum diuitiæ incantatos in iudæis perdere consueverunt, ita & principatus illæ namque in auaritiâ; hic in insaniam hominem impellit. Ecce Iudeorum turba, quæ subdita erat, bene sentit, principes verò insaniant. Quòd enim illi crediderunt, testantur frequenter Euangelistæ: quòd multi de turba crediderunt ei, ex principibus minimè: sed inquit; Nunquid aliquis principum credidit in eum? Sed quid inquit de turba? Qui non norunt legem, maledicti sunt. Qui credebant, eos maledictos dicebant: se autem, qui negabant, sapientes. Et in hoc loco, multi cum miracula viderent, crediderunt.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hipponensis in superius
Euang. Homil.

Iesus ergo ante sex dies paschæ venit Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei ibi cenam, & Martha ministrabat, Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus. Ne putarent homines phantasma esse factum, quia mortuus resurrexit, vnus erat ex recumbentibus, viuebat, loquebatur, epulabatur, veritas ostendebatur, infidelitas Iudeorum confundebar. Discumbebat ergo Iesus cum Lazaro, & cæteris, ministrabat Martha vna ex sororibus Lazari. Maria vero altera soror Lazari accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius, & domus impleta est ex odore vnguenti. Factum audiuius, mysterium requiramus. Quæcumque anima fidelis vis esse, cum Maria vnge pedes domini pretioso vnguento: vnguentum illud iustitia fuit, ideo libra fuit: erat autem vnguentum nardi pistici pretiosi: quòd ait pistici, locum aliquem credere debemus, vnde hoc erat vnguentum pretiosum, nec tamen hoc vacat, & sacramento optime consonat: pistis Græce fides dicitur. Quærebas operari iustitiam, iustus ex fide viuuit, vnge pedes Iesu bene viuendo, dominica sectare vestigia, capillis tergesi habes superflua, da pauperibus, & domini

domini pedes tergesi: capilli enim superflua corporis videtur: habes quod agas de superfluis tuis: tibi superflua sunt, sed domini pedibus necessaria sunt. Fortè in terra domini pedes indigent, de quibus enim nisi de membris suis in fine dicturus est, Cum vni ex minimis meis feceritis, mihi fecistis? superflua vestra impeditis, sed pedibus meis obsecuti estis. Domus autem impleta est odore, mundus impletus est fama bona: nam odor bonus fama bona est. Qui male viuunt & Christiani vocantur, iniuriâ Christo faciunt: de quibus dictum est, qd per eos nomen domini blasphemetur. Si per tales nomen Dei blasphematur, per bonos nomen domini laudatur: audi Apostolus, Christi bonus odor sumus, inquit, in omni loco: dicitur & in Canticis canticorù, Oleu effusum nomè tuu: ad Apostolus reuoca intentionem, Christi, inquit, bonus odor sumus in omni loco, & in his qui salui sunt, & in iis qui pereunt: alius sumus odor vitæ in vitam, alius odor mortis in mortem: & ad hæc quis idoneus? Occasionè nobis præber præsens lectio sancti Euangelij de odore isto ita loqui, vt & à nobis sufficienter dicatur, & à vobis diligenter audiat, Apostolo ipso ita dicente, Et ad hæc quis idoneus? ergo vt inde nos conemur loqui, nunquid idonei sumus, aut vos audire hæc idonei estis? Hæc audire vos quidem idonei estis, nos quidem idonei non sumus, sed idoneus est ille qui per nos dignetur dicere, quod vobis proficit audire. Ecce Apostolus bonus odor est, sicut dicit ipse, sed ipse odor alius est odor vitæ in vitam, alius autem odor mortis in mortem, tamè bonus odor: nunquid enim ait, alius sumus bonus odor ad vitam, alius malus odor ad mortem? bonum odorem se dixit, non malum, & eundem bonum odorem alius ad vitam dixit, alius ad mortem; scilicet qui bono odore viuunt. Quid autem infelicis illis qui bono odore moriantur? Et quis est, ait aliquis, quem bonus odor occidit? hoc est quod ait Apostolus, & ad hæc quis idoneus? Quomodo ea facit Deus in iudicis modis, vt bono odore & boni viuunt, & mali moriantur, quomodo sit, quantum dominus inspirare dignatur, ostendam: nam fortasse ibi latet altior intellectus, qui à me non potest penetrari: tamen quousque penetrare poterò, vobis non debet denegari. Paulum Apostolum bene agentem, bene viuentem, iustitiam verbo prædicantem, opere demonstrantem, doctorem mirabilem, fidelem dispensatorem, famamque disseminabat, quidam diligebant, quidam inuidebant: nam ipse quodam loco ait de quibusdam, quod non caste, sed per inuidiam Christi annũciarent, existimantes, inquit, tribulationem suscitare vinculis meis: sed quid ait? Siue occasione, siue veritate Christus annũciatur: annũciat qui me amat, annũciat qui mihi inuidet: illi bono odore viuunt, & illi bono odore moriuntur: tamen vtriusque prædicantibus nomen Christi annũciatur, odore optimo mundus impletur: amasti bene agentem, vixisti bono odore: inuidisti bene agentem, mortuus es bono odore. Nunquid quia mori voluisti, ideo odorem illum malum esse fecisti? Noli inuidere, & non occidet te bonus odor. Denique audi & hic ex vnguento isto, quomodo alius erat odor bonus in vitam, alius odor malus in mortem. Posteaquam hoc fecit religioſa Maria ad domini obsequium, continuo, vnus ex discipulis eius, Iudas

Isariotes qui eum erat traditurus, dixit. Quare hoc vnguentum non venit trecentis denarijs, & datum est egenis? Væ tibi miser, bonus odor occidit te. Quare enim hoc dixerit, Euangelista sanctus aperuit. Putarem autem & nos, si mens ipsius vobis per euangelium non proderetur, pauperum cura hoc illum dicere potuisse: non ita est. Sed quid? audi testem veracem. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad illum, sed quia fur eras & loculos habens, & ea qua mittebantur portabat. Portabat, an exportabat? sed ministerio portabat, furto exportabat. Ecce audite quia Iudas iste non tunc peruersus factus est, quando à Iudæis corruptus dominum tradidit: perique enim inuiciosi Euangelij, existimant tunc perisse Iudam, quando accepit à Iudæis pecunia vt dominum traderet: non tunc perit, iam fur erat, & dominum perditus sequebatur; quia non corde, sed corpore dominum sequebatur. Duodenarium numerum Apostolorum implebat. Apostolicam beatitudinem nõ habebat ad imaginem fuerat duodecim: quo Iuda decedente, & Matthia succedente, & suppleta est Apostolica veritas & numeri permansit integritas. Quid ergo voluit dominus noster Iesus Christus fratres mei admoneere Ecclesiam suam, quando vnus perditum inter duodecim habere voluit, nisi vt malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus? Ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est Iudas; & ne contemnas, fur sacrilegus, non qualiscumque fur. Fur loculorum, sed dominicorum, loculorum, sed factorum: si crimina discernuntur in foro qualiscumque furri, & peculatus: peculatus enim dicitur furtum de re publica, & non sic iudicatur furtum rei priuatæ quomodo publicæ: quanto vehementius iudicandus est fur sacrilegus, qui ausus fuerit non vnde cumque tollere, sed de Ecclesia tollere. Qui aliquid de Ecclesia furatur, Iudæ perditio comparatur. Talis erat iste Iudas, & tamen cum sanctis discipulis vnde cumque intrabat & exibat, ad ipsam dominicam cenam pariter accessit, conuersari cum eis potuit, eos inquinare non potuit. De vno pane & Petrus & Iudas accepit, & tamè quæ pars fidei cũ infideli? Petrus enim accepit ad vitam, Iudas ad mortem: quomodo enim ille odor bonus, sic ille cibus bonus: sicut ergo odor bonus, ita & cibus bonus, bonos viuificat, malos mortificat. Qui enim manducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit: iudicium sibi, non tibi. Si iudicium sibi, non tibi, tolera malum bonus, vt venias ad præmia bonorum, ne mittaris in penam malorù. Exemplum domini accipe conuersantis in terra, quare habuit loculos, cui angeli ministrauerunt, nisi quia Ecclesia ipsius loculos suos habitura erat: quare furem admisit, nisi vt eius Ecclesia fures patienter toleret? Sed ille qui consueuerat de loculis pecuniam tollere, non dubitauit accepta pecunia ipsum dominum vendere. Videamus quid ad ista dominus respondeat, videte, fratres, non illi ait, propter furta tua dicis, ista: furem nouerat, & prodere volebat, sed potius tolerabat, & ad perferendos malos in Ecclesia nobis exemplum patientiæ demonstrabat. Dixit ergo ei Iesus, Sine illam, vt in diem sepulturæ a me seruet illud. Moriturum se denunciauit: sed quid est quod sequitur, Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autè nõ semper habebitis. Intelligimus quid est, pauperes semper

4. Reg. 5.

1. Cor. 6.

1. Cor. 6.

1. Cor. 6.

Matth. 23.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

Act. 11.

1. Cor. 6.

1. Cor. 11.

12. 7. 1. cap. exemplum.

Philip. 1.

1. Cor. 11.

per habebitis: quod dixit, verum est, quando Ecclesia sine pauperibus? *Me autem non semper habebitis*, quid sibi vult, quomodo intelligendum est, *Me autem non semper habebitis*: nolite expauescere, Iudæ dictum est: quare ergo non dixit, habebitis, sed *habebitis*? quia non vnus est Iudas. Iudas malus corpus malorum significat, quomodo Petrus corpus bonorum, corpus Ecclesie, imò corpus Ecclesie, sed in bonis: nam si in Petro non esset Ecclesie sacramentum, non ei diceret dominus, *Tibi dabo clauis regni cœlorum*, quæcunque solueris in terra, soluta erunt & in cœlo: & quæcunque ligaueris in terra, ligata erunt & in cœlo. Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc Ecclesia: si autem & in Ecclesia sit, vt quæ in terra ligantur, in cœlo ligentur, & quæ soluantur in terra, soluantur in cœlo: quia cum excommunicatur: cum reconciliatur ab Ecclesia, in cœlo soluitur reconciliatus. Si hoc ergo in Ecclesia sit, Petrus quando clauis accepit, Ecclesiam sanctam significauit. Si in Petri persona significati sunt in Ecclesia boni, in Iudæ persona significati sunt in Ecclesia mali: ipsi dictum est, *me autem non semper habebitis*. Quid est enim: *non semper*, & quid est *semper*? Si bonus es, si ad corpus Christi pertines, quod significat Petrus, habes Christum in præsentem, & in futuro. In præsentem per fidem, in præsentem per signum Christi, in præsentem per baptismatis sacramentum, in præsentem per altaris cibum, & potum. Habes Christum in præsentem, sed habebis semper: quia cum hinc exieris, ad illum venies, qui dixit latroni, *Hodie mecum eris in paradiso*. Si autem male verfaris, videris habere in præsentem Christum, quia intras Ecclesiam, signas te signo Christi, baptizaris baptismo Christi, mifices te membris Christi, accedis ad altare Christi, in præsentem habes Christum, sed male viuendo non semper habebis: potest & sic intelligi, *Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis*. Accipiant & hoc boni, sed non sint solliciti: loquebatur enim de præsentia corporis sui: nam secundum maiestatem suam, secundum prouidentiam, secundum ineffabilem, & inuisibilem gratiam impletur quod ab eo dictum est; Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Secundum carnem vero, quam verbum assumpsit, secundum id quod de virgine natus est, secundum id quod à Iudæis comprehensus est, quod ligno confixus, quod de cruce depositus, quod linteis inuolutus, quod in sepulchro conditus, quod in resurrectione manifestatus, non semper habebitis me vobiscum. Quare? Quoniam conuersatus est secundum corporis præsentiam quadraginta diebus cum discipulis suis, & eis deducentibus videndo non sequendo ascendit in cœlum, & non est hic: ibi enim sedet ad dexteram patris, & hic est: non enim recessit præsentia maiestatis. Aliter secundum præsentiam maiestatis semper habemus Christum: secundum præsentiam carnis, recte dictum est discipulis, *me autem non semper habebitis*. Habuit enim illum Ecclesia secundum præsentiam carnis paucis diebus: modo fide tenet, oculis non videt. Ergo si ita dictum est, *me autem non semper habebitis*, quæstio sicut arbitror iam nulla est quæ duobus modis soluta est. Cætera quæ pauca remanent audiamus. *Cognouit ergo*

Matth. 16. 2. 4. quæst. 1. c. quod dicitur quæ.

Luc. 13.

Matth. 28.

Act. 1.

multa turba ex Iudæis quia illic est, & venerunt, nõ propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit Iesus à mortuis. Curiositas eos adduxit, nõ charitas, venerunt & viderunt. Audite mirabile cõsiliũ vanitatis. Viso Lazaro resuscitato, quia tantum miraculum domini tanta erat euidentia diffamatum, tanta manifestacione declaratum, vt non possent vel occultare quod factum est, vel negare quod inuenerunt, videte. Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt & Lazarum, &c.

BEDÆ VENERABILIS
presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Sciens ergo dominus conspirasse de se occidendo Iudæos, non fugit insidiantium manus, sed certus de gloria resurrectionis, primo venit Bethaniam proximam Hierosolymis ciuitatem, vbi Lazarum suscitauerat à mortuis: deinde etiam Hierosolymam, vbi ipse pateretur, & resurgeret à mortuis. Hierosolymam quidem, vt ipse ibi moreretur: Bethaniam vero, vt resuscitatio Lazari cunctorum memorie arctius impingeretur, & magis magisque confunderentur, atque inexculpabiles conuincerentur impij principes, qui occidere non timerent eum, qui suscitaret à mortuis: & nec beneficiis suscitacionis prouocati, nec diuina suscitacionis virtute perterriti, animos ab iniusta cæde retraherent. Nec transitorie legendum est, quare ante sex dies Paschæ venisset Iesus Bethaniam, magna enim dignitas senarij numeri est in sanctis scripturis, & multa opera domini nostri in senario numero perfecta esse demonstrantur, quia senarius numerus in seipso per suas proprias partes diuisus, vel coniunctus, perfectissimus esse constat. habet enim partes tres in seipso denominatas, id est vnum, duo, tria. nam sexta eius pars vnum est, tertia vero duo, dimidia itaque tria, vnum vero, & duo, & tria, sex esse dignoscitur: nec aliud ex his tribus partibus coniunctis confici potest, nisi sex tantum. nec in alias partes senarius numerus diuidi potest, nisi in has tres, id est, vnum duo & tria. nam ipsum dominum creatorem omnium, huius mundi creaturas sex diebus perfectissime notissimum est: & sexta die hominem fecisse costari ad quem serpentina fraude perditum, ante sex dies Paschæ venit ipse filius Dei, per quem creatus est, Bethaniam ad liberandum: vt qui sexta die creatus est, sexta feria liberaretur. nam sexta feria Christum esse passum, nemini ignotum esse reor. Igitur & mense sexto, annunciantem archangelo, virgo facta inspiratione spiritus sancti eundem redemptorem nostrum concepisse legitur: qui etiam sexta hora perfecta ætate super puteum sedens, mulieri Samaritanæ diuini fontis fluentis aperire dignatus est. Sexta quoque ætate mundi ipse creator ad redemptionem mundi iuxta fidem sacre historie venisse iam legitur. Habent quoque hæ tres partes, id est vnum, duo, & tria, ex quibus, vt diximus, senarius constat, aliquid mysterij in dispensacione salutis humanæ. Primo itaque tempore sub lege naturæ veluti in quadam vnitæ sancti patres Deo seruiebant. Secundo vero tempore lex addita est ad naturam, vt quod mala cõsuetudo vitiauit in natura, lex reformaret in litera: & fuerunt duo, natura, & lex. Tertio itaque tempore

Ex omni in Iud.

Gen. 1.

Ench.

Gen. 1.

tempore venit gratia cælestis per Iesum Christum, & sunt tria, natura, lex, & gratia. sicut nec lex naturæ bonum destruxit, ita nec gratia legem soluit, sed adimpleuit, naturamque pistinæ reddidit nobilitati: natura tamen, & lex sine gratia impleri non potuit. Nec sic homini liberum arbitrium datum est, vel legis præceptum, vt gratiæ non indigeret, sicut Pelagiana hæresis affirmat. Et ne dicerent machinatores calumniarum, phantasticè suscitatum fuisse Lazarum, facta ibi domino coena, & ipse vnus erat ex discumbentibus cum eo: vt, dum viuentem, loquentem, epulantem, cum suis familiariter conuersantem viderent siue audirent, vel sic suscitatus poterat agnoscerent, & acciperent gratiam. Mystice autem coena hæc dominica, vbi Martha ministrabat, & Lazarus inter alios discumbebat, fides est ecclesie, quæ per dilectionem operatur. In qua coena Martha ministrat, cum anima quæque fidelis operam domino suæ deuotionis impendit. Lazarus vero vnus sit ex discumbentibus cum domino, cum etiam hi, qui post peccatorum mortem resuscitati ad iustitiam sunt, vnâ cum eis, qui in sua permanere iustitia, de præsentia veritatis exultantes, penitentes simul cum innocentibus cælestis gratiæ muneribus aluntur. Et bene eadem coena in Bethania celebratur, quæ est ciuitas in latere montis Oliueti, & interpretatur domus obedientiæ. Domus namque obedientiæ Ecclesia est, quæ fideliter domini iussis obtemperat: & ipsa est ciuitas, quæ super montem misericordiarum constituta, nunquam potest abscondi: ipsa quoque de sui latere constructa redemptoris, id est aqua abluionis, & sanguine sanctificationis, quæ de ipsius latere pro se morientibus exire, imbuta est. Vbi etiam altera soror Lazari Maria, in magnæ iudicium dilectionis, sicut frequentia monstrant Euangelij, *Accipit libram vnguenti nardi pistici preciosi, & unxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius*, quod non solum succedit iudicium denotionis, sed & aliarum fidelium Deo animarum signatur pietatis obsequium. *Maria autem accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi*. Quid namque per libram vnguenti, nisi perfectio iustitiæ exprimitur: quod vnguentum ex nardo pistica dicitur esse confectum. Quid enim per vnguentum, nisi bonus odor opinionis insinuatus: & hoc vnguentum ex nardo pistica, id est, nardo fideli. nam in Græce, fides Latine dicitur. sine fide enim Deo placere impossibile est, nec bona fama sine fide catholica fieri poterit. O homo, vnde pedes Iesu bene viuendo, dominica sectare vestigia, & capillis exterge, quæ tibi superflua sunt, pedibus domini necessaria sunt, id est, minimis quibusque in Ecclesia, de quibus in sine dicitur erit dominus; *Quandiu fecistis vni ex minimis his, mihi fecistis*. *Domus autem repleta est odore*, id est, Ecclesia, vitæ religiosæ bona fama. nam odor bonus est vita bona. audi Apostolum; Christi bonus odor sumus, inquit, in omni loco. Et in Canticis canticorum; Vnguentum effusum nomen tuum. item, Dum esset rex in acubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Vbi aperte quid Maria semel fecerit, typice autem quid omnis Ecclesia, quid anima quæque perfecta semper faciat, ostenditur. *Dicit ergo ex discipulis eius Iudas Isariotes, qui erat enim traditurus, Quare hoc vnguentum, &c.* Vt impio traditori, vt complicitibus eius nequitia,

etiam nunc membra CHRISTI persequentibus, qui famam virtutis, quam ipsi habere non merentur, proximis, qui habent, inuidere non cessant. Et quidem putare possemus Iudam obcuram pauperum hæc fuisse locutum: sed prodigmentem illius testis verax, qui ait; *Dixit autem, non quia de egenis pertinebat ad eum, &c.* Non ergo tunc Iudas petiit, quando pecunia corruptus dominum prodidit, sed iam perditus dominum sequebatur, qui loculos habens dominicos, ea, quæ mittebantur, portabat in ministerium pauperum, quæ etiam infideli mente furari solebat. Videns ergo dominus cor illius cupiditatis iam sordelutum, præuidens peiori prodicionis sordelutendum, commisit eius fidei, quicquid habebant in sacculis, eumque de his, quæ is veller facere permisit, vt vel collati honoris, vel habitæ memoria pecuniæ mentem ab ipsius venditione reuocaret. Verum, quia semper auarus eget, neque vquam beneficiorum perfidus meminit, impius à furto pecuniæ, quam portabat, peruenit ad traditionem domini, qui pecuniam sibi seruandam cõmendabat. *Dixit ergo Iesus, Sine illam, &c.* Quasi innocenter interroganti Iudæ dominus simpliciter, & mansuete, quo ministerium Mariæ pertineret exposuit, quia ipse videlicet moriturus, & ad sepeliendum aromatibus esset vngendus: idcircoque Mariæ, cui ad vnditionem mortui corporis eius, quamuis multum desideranti, peruenire non liceret, donatum sit viuenti adhuc impendere obsequium, quod post mortem celeri resurrectione præuenire nequiret. Vnde bene Marcus dominum de illa dixisse testatur; *Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum. Iam defuncti tangere non potuit: solum quod potuit fecit. Præuenit viuum adhuc funerandi officio donare. Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis*. Et hic magna moderamine patientiæ dominus non Iudam arguit, auaritiæ & non pauperum gratia de pecunia loquitur, sed ex ratione demonstrat non esse culpandos eos, qui ei inter homines conuersant de facultatibus suis ministrant, cum tam paruo tempore ipse apud ecclesiam corporaliter esset māsuras, pauperes autem, quibus elemosyna fieri posset, in ea semper essent habendi. *Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est, &c.* Curiositas hos, non charitas adduxit ad Iesum: sed nos verâ vice, fratres charissimi, si cognoscimus, vbi Iesus est, vbi mansionem facit, vbi Bethaniam, id est domum animæ obedientis, in qua habitet, inuenit, veniamus illuc contemplatione, non propter hominem tantum, quem à morte animæ suscitatum, spiritualiter viuere donauit, sed vt bonam hominis vitam imitando, per hoc ad visionem Iesu pertingere mereamur: quia pro certo cognouimus, vbi Iesus est. Resurrexit enim post mortem, & ascendit in cælum, vbi habet mansionem perpetuam. Ipsa est vera Bethania, ciuitas scilicet cælestis, quam nullus valet nisi obediens intrare.

Mat. 1. 46

EIVSDEM IN IDEM
Homilia.

MOris esse prudentium solet, non solum ex Meis quæ recte apprehenderint, verum etiam ex illis, quæ aliter gesta, sen dicta cognouerint, prout Bibl. Hom. tom. 1. Z z z 2 dentia

dentia discere virtutem: hæc nimirum vt imitentur sequendo, illa ne incurant deuitando. Quod nos, fratres dilectissimi, in hodierna sancti Evangelij lectione facere ratio cogit, nõ tantum videlicet deuotionem amatorum Christi ad exemplum discere virtutis, sed perfidiam considerare, & consideratam declinare persequentium. Sequamur enim necesse est illarum prudentiam sceminarum, quas tanta fide, & dilectione domino adhæsisse cognouimus: Fugiamus insipientiam pontificum, & phariseorum, qui sapientiam Dei circumuenire insidiis, & interficere querebant: Caueamus demerentiam eorum, qui sanctificandi propter pascha Hierosolymam ascenderant, sed oblici sanctificationis, in ipsa domo orationis saluatoris necesse tractabant. Imminebat pascha, quo sanctificationem quæque, ac mundum ad esum agni venire oporteret: & ipsi qui sanctificandi ad templum descenderat, sordidiores iam de cõspiratione effundendi sanguinis descendebat. Curemus solerter, quia paschæ nostri tempus appropiat. In illo iam veniente sanctificati ad altare dominicum accedamus, non agni carnes comesturi, sed nostri redemptoris mysteria sancta sumpturi: Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Nemo domum orationis conuertat in speluncam latronum, nemo membris Christi mortis laqueos subternat, nemo manens adhuc in morte, ad accipiendam vitam mysteria præsumat accedere. Qui eum non diligit, manet in morte. Diligamus Christum in seipso, diligamus in membris eius: quæramus dominum, & viuet anima nostra: quæramus autem eum, nõ sicut impij ad occidendum, sed vt fideles perpetuò fruendù. Quererebant, inquit, Iesum, & colloquebantur adiuuicem in templo stantes. Quid putatis, quia non venit ad diem festum? Quererebant enim Iudæi Iesum sed male, quærebant eum, vt venissem ad diem festum interficerent. Quæramus autem nos illum stantes in templo Dei, & perseverantes vnanimiter in oratione, & colloquamur adiuuicem psalmis, hymnis, canticis spiritualibus, in gratia postulantes ipsum vt venire ad diem festum nostrum, & sua nos præsentia illustret, sua ipse nobis dona sanctificare dignetur. Dederunt autem pontifices & pharisei mandatum: Vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum. Demus & nos inuicem mandatum, fratres mei, vt, si quis cognouerit in cuius corde fratris vberiora sint viscera misericordie, maior humilitas, benignitas, modestia, potentia, ceterarumque abundantior copia virtutum, presentis videlicet indicia Christi, indicet confestim vbi sit talis, vt vestigia Christi, quæ apud eum sunt inuenta fideliter imitando teneamus. Sciens autem dominus conspirasse de se occidendo Iudæos, nõ fuga insidiantium declinavit malos, sed certus de gloria resurrectionis primo venit Bethaniam, proximam Hierosolymis ciuitatem, vbi Lazarum suscitauerat à mortuis, deinde etiam Hierosolymam, vbi ipse pareretur, & resurgeret à mortuis. Hierosolymam quidem, vt ipse ibi moreretur: Bethaniam vero, vt suscitatio Lazari cõctorum memorie arctius imprimeretur, & magis magisque confunderentur, atque inexcusabiles conuincerentur impij principes, qui occidite non timerent quos, qui suscitare possit à mortuis, & nec beneficiis suscitationis prouocati, nec diuina suscitantis virtute perterri

1. Cor. 7.
1. Tim. 7.
1. Math. 23.
1. Ioh. 7.

Psalm. 68.

1. Ioh. 7.

ti, animos ab iniusta cæde retraherent. Et ne dicerent machinatores calumniarum, phantasticè suscitatum fuisse Lazarum, facta ibi domino cœna, & ipse vnus erat ex discubentibus cõ eo, vt, dũ viuente, loqueretur, epulante, cum suis familiariter cõuerfante viderent, siue audiret, vel suscitantis potestiam agnoscerent, & acciperent gratiam, vel obdurato corde nolentes veritati acquiescere, incurrerent pœnam. Mystice autem cœna hæc dominica, vbi Martha ministrabat, & Lazarus inter alios discumberebat, fides est ecclesie quæ per dilectionem operatur. Vnde alibi dominus de credituris in se populis dicit ad discipulos: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Et hoc exponens adiunxit: meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. In qua cœna Martha ministrat, cum anima quæque fidelis operam domino suæ deuotionis impedit: Lazarus vero vnus sit ex discubentibus cum domino, cum etiam ij qui post peccatorum mortem resuscitati ad iustitiam sunt vnà cum eis, qui in sua permanserunt iusticia, de præsentia veritatis exultant, pœnitentes simul cum innocentibus cœlestis gratiæ muneribus aluntur. Et bene eadem cœna in Bethania celebratur, quæ est ciuitas in latere montis Oliueti & interpretatur domus obedientiæ. Domus nanque obedientiæ ecclesia est, quæ fideliter domini iussis obtemperat: & ipsa est ciuitas, quæ super montem misericordie constituta, nunquam potest abscondi, ipsaque de sui latere constructa redemptoris, id est, aqua ablutionis & sanctificationis, quæ de ipso latere pro se morientes exierit imbuta est: vbi etiam altera soror Lazari Maria in magnæ indicium dilectionis accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius. Quo facto non solum succedit indicium deuotionis, sed & aliarum fidelium Deo animarum signat pietatis obsequium. Sed prius norandum quod, sicut narrantibus Mattheo & Marco didicimus, non solum pedes domini Maria, sed & caput nardo perfudit. Nec dubitandum est, quia & ipsa sit mulier, quæ, sicut euangelista Lucas refert, quodam peccatrix ad dominum cum alabastro venit vnguenti, & stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento, vnguebat. Eadem ergo est mulier, sed ibi pedes solum domini prona vnguebat, & hoc inter pœnitentiæ lachrymas, hic autem gaudia iustæ operationis, & pedes vngere, & ad caput quoque vngendum non dubitauit erigi. Ibi quippe rudimenta pœnitentium, hic iustitia perfectarum designat animarum. Vnde recte tunc mensura vnguenti non dicitur, nunc autem libra fuisse perhibetur. Quid nanque per libram vnguenti nisi perfectio iustitiæ exprimitur? Tunc quale fuerit vnguentum taceretur, nunc quia nardi pistici, id est, fidelis, neque extraneis speciebus adulterati, sed preciosi fuerit indicatur, vt perfectæ fidei, & actionis quæ sit castitas intimitur. Per caput autem domini, quod vnxit Maria, sublimitas diuinitatis eius, per pedes humilitas incarnationis exprimitur. Et pedes vngimus eius cum mysterium suscepit incarnationis debita laude prædicamus: caput vngimus, cum excellentiam diuinitatis digna verbi opinione veneramus. Quid enim per vnguentum, nisi bonus odor

1. Cor. 7.

1. Tim. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

odor opinionis insinuat: Paulo attestante, qui ait: Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Potest quoque per caput domini mediator Dei, & hominum, qui est caput ecclesie, recte significari, per pedes autem vltima qualibet membra eius non inconuenienter intelligi, de quibus in fine dicturus est, Quãdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Et caput vngimus domini, cõ diuinitatis eius gloriã digna fidei, spei, charitati que dulcedine cõplectimur, cõ laudẽ nominis eius bene viuendo dilatamus: pedes vngimus domini, cum pauperes eius verbo consolationis ne desperare in pressuris debeant, resonemus: Eisdem capillis nostris extergimus, cum de rebus, quæ nobis superfluunt egenorum necessitati communicamus: fixque de nobis, quod sequitur, Et domus impleta est ex odore vnguenti, quia pro modulo nostro mundus impletur ex opinione deuotionis, qua Deum & proximũ simplici putoque corde venerati ac diligere probamur: itaque quod in amoris cantico ipsa gloriatur, dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Vbi aperte quid Maria semel fecerit, typicè autẽ quid omnis ecclesia, quid anima quæque perfecta semper faciat ostenditur. Dixit ergo vnus de discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum non venit trecentis denariis, & datus est egenis? Væ impio traditori, væ cõplicitibus nequiciæ eius etiam nunc membra Christi persequeribus, qui famam virtutis, quam ipsi non merentur, proximis, qui hanc habent, iniudere nõ cessant. Et quidem putare possimus Iudam cura pauperum hæc fuisse locutum, sed prodit mœtem illius testis verax qui ait: Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & oculos habens, ea que mittebantur exportabat. Non ergo tunc Iudas periit, quando pecunia corruptus dominum prodidit, sed iam perditus dominum sequebatur, qui loculos habens dominicos, & ea quæ mittebantur non solum in eius ministerio portare, sed etiã furto exportare solebat. Videns enim dominus cor Iudæ cupiditatis iam forde pollutum, præuidens peiore conditionis forde polluentium, commisit eius fidei, quicquid habebat in sacculis, eumque de his, quæ vellet facere permisit, vt vel collati honoris, vel habitæ memoriæ pecuniæ mentem ab ipsius venditione reuocaret. Verum quia semper auarus eger, neque vnquam beneficiorum perfidus meminuit, impius à furto pecuniæ, quã portabat, peruenit ad traditionem domini, quam destinabat. Dixit ergo Iesus: Sine illam, vt in diu sepulchre meæ seruet illud. Quasi innocenter interroganti Iudæ dominus simpliciter, & mansuetè, quo ministerium Mariæ pertinere, exposuit, quia ipse videlicet mortiturus, & ad sepeliendum aromatibus esset vngendus. Ideoque Mariæ, cui ad venditio mortui corporis eius quamuis multam desideranti peruenire nõ liceret, donatum sit viuenti adhuc impendere obsequium, quod post mortem celeri resurrectione præuenta nequiret. Vnde bene Marcus dominũ de illa dixisse testatur, quod habuit, hæc fecit: prænunt vngere corpus meum in sepulchra. Quod est aperte dicere: Quia corpus meum iam defunctum tangere non poterit, solum quod nunc potuit fecit, prænunt viuum adhuc funera di officio donare. Pauperes enim semper habebitis vobiscum,

1. Cor. 7.

1. Tim. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

1. Ioh. 7.

me autem non semper habebitis. Et hic magnæ moderamine patientiæ dominus non Iudæ argui avaritiæ, & non pauperum gratia de pecunia loqui, sed ex ratione demonstrat non esse culpandos eos, qui ei inter homines conuersanti de facultatibus suis ministraret, cõ tam paruo tempore ipsi apud ecclesiam corporaliter maurus, pauperes autem, quibus elemosyna fieri possit in ea semper essent habendi. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic esset, & venerunt non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis. Curiositas hos, non charitas adduxit ad Iesum. Sed nos vestra vice, fratres charissimi, si cognoscimus vbi Iesus est, vbi mansionem facit, vbi Bethaniam, id est, domum animæ obedientis, in qua habiter, inuenit, veniamus illum contemplatione, non propter hominem tantum, quem à morte animæ suscitatum spiritaliter viuere donauit, sed vt bonã hominis vitam imitando per hoc ad visionem Iesu pertingere mereamur, quia pro certo cognouimus vbi Iesus est. Resurrexit enim post mortem, & ascendit in cœlum, ibi habet mansionem perpetuã. Ipsa est vera Bethania, ciuitas scilicet cœlestis, quã nullus valet nisi obediens intrare. Studeamus igitur venire illum internis cordis affectibus, suspiremus illum ipsum domus illius cõditorem, petamus omnes, petamus singuli vt in habitemus in domo eius omnibus diebus vite nostræ, non vt Lazarum ibi videamus, quem suscitauit à mortuis, sed vt ipsi cum Lazaro, & ceteris sanctis resuscitati à mortuis, videamus voluntatem domini, & protegamur à templo sancto eius. Cognouerunt autem principes sacerdotum, vt Lazarum interficerent; quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. O cæca cæcorum versutia, occidere velle suscitatum, quasi non possit suscitare occisum, qui poterat defunctũ. Et quid se vitruque posse docuit, qui & Lazarum defunctum, & seipsum suscitauit occisum. Sed nos, fratres, relicta malitia perfidorum, sequamur deuotionẽ fidelium, abeamus ab impiorum contubernio, nõ sedeamus in cõsilio vanitatis, & cum iniqua gentibus nõ intremus. Credamus in eum, qui nõ tatum corpus, sed & animam saluat à morte, seruemusque operando quod credimus, vt credentes vitam æternam habeamus in nomine eius, qui cum patre, & spiritu sancto viuunt, & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

Iesus ergo ante sex dies pasche venit Bethaniam, &c. Decima quidem mensis accipiunt ouem immolendam in pascha, & ex eo tempore requirere incipiunt, quæ necessaria ad festum. Denique & cœna, quæ ante sex dies, quæ est nona mensis, lautius epulantur, & initia festiuitatis illo die faciunt. Ideo & Iesus simul cœnauit in Bethaniam veniens. Ostendere autem volens Euangelista veræ resurrectionis Lazari signum, dicit: Lazarus autem vnus erat recumbentium. Non enim, vt apparuit, statim mortuus est, sed mansit multo tempore, solita faciens, comedens, ac bibens, atque alia agens. Dicendo autem, quod Martha ministrat, significauit, quod in domo eius cœna fuerit. Obserua autem fidem mulieris, quomodo Bibl. Hom. tom. 2. Z z z 3 non

Psalm. 68.

Psalm. 25.

1. Ioh. 7.

non permiserit ancillis ministerium, sed per se ipsam ministrat. Et Paulus de muliere vidua dicit, quæ sanctorum pedes lauerit. Igitur ipsa omnibus ministrat. Maria autem soli Christo honorem impendit, quoniam eum non accedebat ut hominem, sed ut Deum. Nam vnguentum propterea effudit, & capillis capitis terxit, quod non haberet opinionem de illo, qualem multi, tanquam de puro homine, sed ut domino, & Deo. Assumitur autem Maria in anagogica expositione ad deitatem patris, & domini omnium. Maria enim domina interpretatur. Igitur domina omnium deitas patris vnxit pedes Iesu, carnem dico verbi, quæ in nouissimis, vnguento spiritus, sicut & Dauid dicit; Propterea vnxit te Deus tuus oleo exultationis. Et magnus ille Petrus; Cognoscat omnis domus Israel, quia dominum, & Christum illum Deus fecit, hunc Iesum, quem vos crucifixistis. Nam caro à verbo assumpta, diuino spiritu, qui accessit ad vterum virginis, vncta est, & facta id, quod verbum, hoc est, Deus; impleuitque mundum sua fragrantia, sicut & vnguentum Mariæ domum omnem bono odore repleuit. Qui autem capilli, quibus extersit pedes? Vel eerte, qui ornant caput Dei, & principalem eius substantiam, sancti. Hi enim, quia sunt in gloria Dei, mundus, & ornatus eius vtiq; dicuntur: quia & participes facti sunt vñctionis carnis domini, quos & Dauid participes vocat, & Paulus quoque ad Corinthios dicit, Qui confirmat nos vobiscum in Christo, & vnxit nos Deus. Et alio loco, Christos scimus dici eos, qui secundum Christum vixerunt. Igitur per capillos Christiani intelliguntur, qui pedes exterserunt Iesu, & partici pes facti sunt diuinæ vñctionis. Mortuum quiddam capilli sunt; mortui sunt & ij, qui Christi. Carnem enim suam crucifixerunt, & mortificauerunt membra, quæ super terram: mundoque mortui sunt. Ornât caput capilli, & gloria sunt illius, Gloria Dei sunt & sancti, quorum lux coram hominibus fulget, & glorificatur propter eos pater. Illi & edunt, ac bibunt in gloriam Dei, & in membris glorificant eum. Et tu quoque, quia metem tuam tanquam alterum Lazarum resuscitauit Iesus, & suscipis illum in domum animæ, & conuiuium habet cum eo mens, quæ resurrexit: vnge pedes domini ante sex dies paschæ, priusquam veniat pascha futuri seculi, quandiu in mundo hoc versaris, qui in sex diebus est conditus. Pedes Christi, apostolus, & Euangelium. Affer igitur vnguentum variarum virtutum, quarum optima est tanquam nardus, feruida fides, in vnum collectis affectionibus. Nisi enim feruidam, & studiosam, virtutibusque præditam habitudinem erga mandata ostenderit, mortuisque tuis membris quasi capillis exterseris, & nisi illum receperis, nõ poteris domum tuam benedictione replere. Nam pedes domini, minimi fratres, per quos vadit Christus ad vniuersumque ianuam querens, quæ vrilia sint: quos vnge elemosynæ vnguento. Atque multi quidem miserentur ad ostentationem: ideo nullam in se vtilitatem recipiunt. Receperunt enim mercedem in hac vita. At tu exterge capillis capitis, vtilitatem in anima tua accipe, in principali parte lucrum elemosynæ congrega: & si quid mortuum habes, & inanimatum, sicut sunt capilli, in hoc bonum vnguentum intingito. Peccata enim tua, inquit, elemosynis dele. Dicit

2. Tim. 5. Psal. 44. Act. 1. 2. Cor. 1. Galat. 5. Math. 5. Math. 6. Daniel. 4.

ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Simonis Iscariotes, &c. Iudas quum esset auarus reprehendit honoris modum. Quare enim non obtulisti pecuniam, inquit, ut possem scilicet furari, sed vnguentum. Quomodo igitur alius Euangelista dicit quod omnes discipuli hoc dixerint? dicendum igitur, quod omnes quidem dixerint, sed non taliter alijs, quali ille. Non reprehendit autem eum dominus, quoniam sciret furacis animo hoc illum dixisse (nolebat enim illum confundere, docens & nos Ioganimes debere esse erga tales) sed occultè approbat ei prodicionem, tamen si propter auaritiam traditurus esset eum in mortem. Ideo & sepultura meminit, perstringens insipientiam eius, si quo pacto corrigatur. Et quod subditur, talem quandam sensum habet, Pauperes enim, inquit, semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis, eod quod breui abiturus sum, te mihi mortè machinante. Igitur, si onerosus tibi sum, & molestus ille in me honor, expecta paulisper, & eris liber à me: & tunc scies, num propter pauperes opus habes vnquam venditione. Quare autem, siquidem auarus erat, & fur pecuniarum dispensationem ei permisit dominus. Propter istud ipsum quod fur erat, ut omnem ei occasionem auferret. Non enim poterat dicere, quod propter pecuniarum amorem eum prodiderit. Nam satis consolationis ex marsupio habebat, & neque marsupium gerens, fidelis erat. Portabat enim, hoc est, furabatur, quæ mittebantur. Audiant sacrilegi, quarum partium sint. Et caput malitiæ est, quod postea vendidit dominum. Vides, quo ferat auaritia? Ad prodicionem. Bene igitur Paulus radicem omnium malorum hanc vocauit, ut pote quæ prodiderit dominum, & quotidie hoc faciat. Nõnulli aiunt ideo creditam Iudæ pecuniarum dispensationem, ceu ministro alijs. Nam pecunias ministrare minus esse quam doctrinæ: sicut & in Actis dicunt Apostoli, Non licet nobis relicto sermone, ministrare mensis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, &c. Beneuoli fuerunt hi, qui ad Iesum venerunt, & non sicut alij maleuoli, & infani, venerunt inquit, non propter Iesum, sed ut & Lazarum viderent. Nam, cū re vera maximè miraculum esset, multi cupiebant eius, qui surrexerat, spectatores fieri, fortassis expectâtes audire à Lazaro de iis, quæ in inferno.

INCERTI CVIVSDAM
*sub nomine Eusebij Episcopi Emisse-
 ni superioris Euangelij expositio.*

Mirum si euangelista omnia hæc sine aliqua significatione tam officiosè dicere voluit. Bethania enim domus obedientiæ interpretatur. Esto igitur Bethania, sis obediens Deo, quatenus ad te dominus veniens, in domo pectoris tui hospitari dignetur. Præpara ei cenam, crede in eum, observa mandata eius, tali enim cenâ delectatur dominus. Vnde ipse ait, Ego sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cenabo cum ipso, & ipse mecum. Noli ista querere extra te. Tu enim ipse & Bethania, & Martha, & Lazarus, & Maria esse potes: si bene ministraueris, si elemosynas dederis, nudos vestieris, infirmos visitaueris, aliâque his similia feceris, eris Martha. Omnia enim hæc ad actiuam vitam pertinent

pertinent, quæ per Martham significantur. Vis elice Lazarus? Fuge mortem, veni ad vitam, age penitentiam, & resuscitaberis. Idem enim hic dicitur, quia Lazarus vnus erat ex discumbentibus cum eo. Peccator enim quacunq; hora conuersus fuerit, & ingemerit, vita viuere, & non morietur. Quod si hoc tibi fortasse non sufficit, sed altius ascendere volens, vis esse Maria, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: & spretis omnibus, quæ mundi sunt, soli lectioni, & orationi, & diuinæ contemplationi vacare studeas, Hanc enim optimam partem elegit Maria, quæ non auferretur ab ea. Sequitur, Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistica pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius, & dominus impleta est ex odore vnguenti. Hoc enim vnguentum fidem significat. Vnde & merito pisticum vocatur, quoniam pistis fides interpretatur. Nullo vnguento magis quam hoc delectatur Iesus. Sine hoc vnguento ad eum accedere, eum tangere non licet. Impossibile est enim sine fide placere Deo. Hoc vnguento impletur dominus, hoc tota ecclesia redolet. Færent igitur domino infideles, quia hoc vnguentum non ferunt. Quod autem pedes vnxit, & capillis terxit, principium & finem, Deum & hominem eum esse intelligit. Caput enim pedibus quodammodo iungit, qui Deum & hominem eum esse credit. Vnde non solum pedes, sed etiam caput, hæc mulier saluatori nostro vnxisse narratur. Dicit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Simonis Scariothis, qui erat cū traditurus: Quare hoc vnguentum non venditur trecentis denariis, & datum est egenis? Hoc autem ne pietatis affectu & misericordiæ studio dixisse putaretur, euangelista subdit dicens: Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat. Nemo igitur nos reprehendat, si iniquos homines toleramus, & citò ab ecclesiæ cõmunionem non separamus, cum ipse saluator noster Iudam pateret, quem non solum proditorem, sed furem quoque sacrilegum esse sciebat. Dixit ergo Iesus, Sine illam ut in diem sepultura mea seruet illud. Hoc autem tale est, ac si diceret, Mysterium est, quod agitur, in quo mors & sepultura mea citò fieri significatur. Vnde & alius euangelista dicit, Præuenit vnge corpus meum in sepultura. Pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Quid est igitur quod alibi ait, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi? Si enim omnibus diebus cum eis est, quomodo eum non semper habebunt? Facilis est

solutio, si duarum in Christo naturarum memores simus. Quod enim ait, Me autem non semper habebitis, de præsentia carnis intelligere debemus, quia post resurrectionem die quadagesimo celos ascendit. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic esset: & venerunt non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent quem suscitauit à mortuis. Ibi non amore, sed admiratione ducebantur, & sicut se habebat cupiditas hominum, noua videre, & audire cupiebant.

EVTHYMII ZIGABONI
superioris Euang. expositio.

Iesus ergo ante sex dies paschæ venit Bethaniam, &c. Ipse quidem eo venit, paulatim Ierosolymam appropinquans, quum iam suæ passionis tempus instaret, simul autem ut discipuli Lazarum, qui à mortuis surrexerat, epulantem inspicerent. Sorores vero, cœnam ei parauerunt tanquam magistro, & benefactori summo, ac pluriquam humano, Maria ergo, sumpta libra vnguenti nardi pistica pretiosi, Pistica, hoc est, puræ, & ad puritatem, ac munditiem ordinatæ: aut etiam appellatio quædam est hæc vnguenti. Vnxit pedes eius. Tanquam domini sui, tanquam Dei. Et extersit capillis suis pedes eius. Ostendens magnitudinem, qua eum prosequeretur, reuerentiæ, ac fidei. Domus autem impleta est ex odore vnguenti. Nã & mundus suaui Christi Iesu odore implendus erat. Dixit autem hoc, non quod de egenis sollicitus esset, sed quia fur erat, &c. Nõ autem arguit Christus Iudæ propositum, magna clementia nitens eum conuerrere. Verum quomodo, sciens ipsum furem, permisit omnino seruare marsupium? Propter illius imbècillitatem, ut inde suam fouens auaritiam, ob eam non incideret in præceptoris prodicionem. Sine illam: in diem sepultura mea seruaui istud. In diem sepulturae meæ seruaui vnguentum, siue in tempus sepulturae meæ: tanquam vaticinata propinquam esse mortem meam. Hoc autem planius scripsit Marcus, quod & de alia muliere dictum est. Ait enim: Præuenit ut vngeret corpus meum in sepultura. Moris siquidem erat cum vnguentis sepelire corpora ut conseruarentur. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habebitis. Apud Marcum vero dixit, Semper pauperes habetis vobiscum, & cum volueritis, potestis illis benefacere. Dicendo autem, Me non semper habebitis: suggessit illis de cæde sua, quæ paulo post futura erat.



FERIA III. HEBD. MAIORIS.

MARCI 14.

PASSIO DOMINI NOSTRI IESU

CHRISTI secundum Marcum.



In illo tempore, ^a pascha & azyma post biduum, & quærebant summi sacerdotes & scribæ, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant enim: Non in die festo, ne forte ^b tumultus fieret in populo. Et cum esset Bethaniæ in domo ^c Simonis ^d leprosi, & recumberet, venit ^e mulier habens ^f alabastrum vnguenti nardi pistacæ preciosi: & fracto ^g alabastrum, effudit super caput eius. ^h Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes: Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari plus quàm trecentis denariis & dari pauperibus. Et ⁱ fremebant in eam. Iesus autem dixit: Sinite eam. Quid illi molesti estis: Bonum opus operata est in me, Semper enim pauperes habetis vobiscum, & cum volueritis, potestis illis benefacere, me autem non semper habebitis. ^k Quod habuit hæc fecit, ^l præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis: vbiunque prædicatum fuerit euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. Et ^m Iudas Sca- riothis vnus de duodecim ⁿ abiit ad summos sacerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt, & ^o promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quæ- rebat quomodo illum ^p opportunè traderet. Et prima die azymorum quâdo pascha immolabât, dicunt ei discipuli: ^q Quo vis eamus, & paremus tibi ^r comedere pascha? Et mittit ^s duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ^t ciuitatem, & occurret vobis ^v homo ^x lagenam aquæ baiulans. Sequimini eum: & quocunque introierit, dicite domino domus quia magister dicit: Vbi est ^y refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit coenaculum grande stratum, & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & inuenerunt sicut dixerat illis: & parauerunt pascha. ^z Vespere autem facto venit cum duodecim, & discumbentibus eis & manducantibus ait Iesus: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. At illi coeperunt contristari & dicere sigillatim: Nunquid ego? Qui ait illis: Vnus ex duodecim qui intingit manum mecum in catino, Et

filius

filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo. Væ autem ^a homini illi per quem filius hominis tradetur. ^b Bonum erat ei, si natus non ^c esset homo ille. Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens fregit & dedit eis, & ait: Sumite: hoc est corpus meum. Et accepto calice, ^d gratias agens dedit eis: Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic est ^e sanguis meus ^f noui testamenti, qui pro multis ^g effundetur. Amen dico vobis, quod iam non bibam de genimine vitis vsque in diem illum cum illud bibam nouum in regno Dei. Et ^h hymno dicto exierunt in montem Oliuarum. Et ait eis Iesus: Omnes scandalizabimini in me in nocte ista, quia scriptum est: Percutiã pastorem, & dispergentur ⁱ oves. Sed postquàm ^k resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Petrus autem ait illi: Et si ^l omnes scandalizati fuerint, ^m sed non ego: Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia tu hodie in hac nocte, prius quàm bis gallus vocem dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur: Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. Et veniunt in prædium, cui nomen Gethsemani, & ait discipulis suis. Sedete hic, donec orem. Et assumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem secum, & coepit pauere & tædere: Et ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hic & vigilate. Et cum processisset paululum, ⁿ procidit super terram & orabat, vt si fieri posset, transfret ab eo hora, & dixit: ^o Abba pater, omnia possibilia sunt tibi: transfer calicem hunc à me: sed non quod ego, sed quod tu. Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro: Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare? Vigilare & orate, vt non intretis in têtationem. Spiritus quidem promptus est, caro verò infirma. Et iterum abiens eundem sermonem orauit, dicens. Et reuersus denuo inuenit eos dormientes. Erant enim ^p oculi eorum grauati, & ignorabant quid responderent ei. Et venit tertio, & ait illis Dormite iam, & requiescite. Sufficit: Venit hora: ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus. Ecce qui me tradet propè est. Et adhuc eo loquente venit Iudas Scharioth vnus de duodecim, & cum eo ^q turba multa cum gladiis, & lignis missi à summis sacerdotibus, & scribis, & senioribus. Dederat autem traditor eis signum, dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite cautè. Et cum venisset, statim accedens ad eum, ait: Ave rabbi: Et osculatus est eum. At illi manus ^r iniecerunt in eum, & tenuerunt eum. Vnus autem quidam de circumstantibus educens gladium, percussit seruum summi sacerdotis, & ^s amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus, ait illis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis, & lignis comprehendere me. Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleantur scripturæ. Tunc discipuli eius ^t relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum ^v amictus syndone super nudo: & tenuerunt eum. At ille ^x relicta syndone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt

xerunt Iesum ad summum sacerdotem. ^y Et conuenerunt omnes sacerdotes & scribæ & seniores. ^z Petrus autem à longè sequutus est eum, vsque intrò in atrium summi sacerdotis, & sedebat cum ministris, & calefaciebat se ad ignem. Summi verò sacerdotes, & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderent, ^a nec inueniebant. Multi enim falsum testimonium dicebant aduersus eum, & ^b conueniētia testimonia non erāt. Et quidem surgentes falsum testimonium ferebāt aduersus eum, dicentes: Quoniam nos audiui eum dicentem: ^c Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum aliud ^d non manufactum ædificabo. Et non erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in medium interrogauit Iesum dicens: Non respondes quidquam ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his? Ille autem ^e tacebat, & nihil respondit. Rursus summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus filius Dei benedicti. Iesus autem dixit illi: ^f Ego sum: & videbitis filium ^g hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cæli. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerūt eum esse reū mortis. ^h Et cœperunt quidam ⁱ faciem meam non averti à conspuentibus in me. ^k Vt nos lauet. ^l Vt vestimenta cordium auferret. ^m Vt caput nostrum quod Adam est sanaret. ⁿ Opprobriis exonoratur. ^o Vt applaudamus ei manibus. ^p Dedi maxillam meam alapis. ^q Titubatio. ^r Prædicator qui dicit: Vigilate iusti & nolite peccare. ^s Confensus. ^t Non quæ prius. Vnde Mathæus: Vidit eum alia ancilla. ^u Gallus cantauit. Rursus autem cum vidisset illum ^v ancilla, cœpit dicere circumstantibus: quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus ^w qui astabant, dicebant Petro: Verè ex illis es, nam Galilæus es. Ille autem cœpit anathematizare, & iurare, quia nescio hominem istum, quem dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Iesus: priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit ^x flere.

CAP. XV.

^a Vide quam sint solliciti in malo tota nocte vigilauerunt vt facerent homicidium.

ET confestim ^a mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus, & scribis & vniuerso concilio vincientes Iesum duxerunt & tradiderunt ^b Pilato. Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudæorū? At ille respondens ait illi: Tu dicis. Et accusabant eū summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursus interrogauit eum, dicens: Non respondes quidquam? Vide in quantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vincis quemcunque petissent. Erat autem, qui dicebatur Barrabas, qui cum seditionis erat vincis, qui

qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis regem Iudæorum? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis ^d Barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus verò dicebat illis. ^e Quid enim mali fecit? At illi ^f magis clamabant: Crucifige eum. Pilatus autem volens satisfacere populo, dimisit illis ^g Barrabam, & tradidit ^h Iesum flagellis cæsum, vt ⁱ crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem, & induunt eum ^k purpura, & imponunt ei plectentes spineam ^l coronam: & cœperunt salutare eum. Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum, & ponentes genua adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum ^m purpura, & induerunt eum ⁿ vestimentis suis: & ^o educunt illum, vt crucifigerent eum. Et angariauerunt quempiam prætereuntem Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleretur crucem eius. Et perducunt eum in Golgotha locum: quod est interpretatum Caluariæ locus. ^p Amara vis, amarum vinum facit, & propinat Iesu vnde: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. ^q Noluit bibere secundum Mathæum. ^r Maledictus omnis qui pendet in ligno: factus est maledictus vt nostrum tolleretur maledictum. Et dabant ei bibere ^s myrrhatū vinum, & ^t non accepit. Et ^u crucifigentes eum ^v diuiserunt ^w vestimenta eius, mittentes sortem super eis quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius ^x inscriptus: Rex Iudæorū. Et cum eo crucifigunt duos latrones, vnum à ^y dextris & alium à ^z sinistris eius. Et impleta est scriptura quæ dicit: Et cum ^a iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabāt eum mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas. ^b Saluum fac temetipsum descendens de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cum scribis dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Christus rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus ^c & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei. Et facta hora ^d sexta ^e tenebræ factæ sunt per totam terram vsque in horam nonam. Et hora nona exclamauit voce magna Iesus ^f dicens: Eloi eloi lammazabathani: quod est interpretatum: ^g Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti. Et quidam de circumstantibus audiētes, dicebant: Ecce Eliam vocat. Currens autem vnus, & implens ^h spongiam aceto, ⁱ circumponēnsque calamo ^j potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum: ^k Iesus autē emissit ^l voce ^m magna, expirauit. Et velum templi ⁿ scissum est in duo, à summo vsque deorsum. Videns autem ^o Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: ^p Verè hic homo filius Dei erat. Erant autem & mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria

q Ad differentiam Iacobi zebedaei qui inter primos apostolos vocatus est & electus à domino.
 Iacobi minoris, & Ioseph mater & Salomæ. Et cum esset in Galilæa sequebantur eum, & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ simul ascenderant cum eo Hierosolymam. Et cum iam sero esset factum, quia erat pasceue, quod est ante sabbatum, venit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei. Et audacter introuit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obiisset, & accersito Ceturione interrogauit eum, si iam mortuus esset: & cum cognouisset à Centurione, donauit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus syndonem, & deponens eum, inuoluit syndone: & posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti.

GLOSSA ORDINARIA
 in superius Euangelium.

Rat autem pa. Hiero. Pascha, transitus interpretatur: pasche uero immolatio. In immolatione agni & transitu per mare vel per Ægyptum præfiguratur passio Christi, & redemptio populi de inferno, quando post biduum nox uisitat, id est, plenissima luna, ætate Christi perfecta, ut parte nulla tenebrosa carnes agni immaculati qui tollit peccata mundi, in una domo quæ est una ecclesia catholica, calcia ti charitate, & armati uirtute comedam dicentes: Etenim Pascha no. immo. est Christus. Bed. Pascha quod hebraice pasche, à transitu, nõ à passione, eo quod exterminator uidens sanguinem in foribus Israelitarum trãserit, nec percussit eos: vel dominus auxilium dans eis desuper ambulauerit, cuius mysterium Ioannes aperuit. Ante diem festum Paschæ sciens Iesus quia uenit hora eius, ut transiret de hoc mundo ad patrem. Vbi ostendit sic mysticè notari, quod agnus Dei qui peccata mundi tollit, de hoc mundo esset transitorius. Vel nos salubri transitu, de Ægyptiaca seruitute redempturus est uel educturus. Bed. Pascha, solus dies quo agnus occidebatur ad uesperum quartadecima luna primi mēsis, Azyma quia prima luna, quãdo filij Israel egressi sunt de Ægypto, quæ septem celebrabatur diebus, id est, usque ad uicesimum primum eiusdem mensis diem ad uesperum. Sed indifferenter alterum pro altero ponitur, quia & dies Pasche in azymis celebrabatur, & nos quasi perpetuum Pascha facientes, semper ex hoc mundo transire præcipimur. Vno quippe die agno immaculato immolato ad uesperum, septem ex ordine dies sequuntur azymorum: quia Christus pro nobis semel in fine seculorum uel temporum passus, per totum huius seculi tempus, quod septem diebus agitur in azymis sinceritatis & ueritatis nobis præcepit esse uiuendum: & omni nisu desideria terrena quasi Ægypti retinacula fugere, & uelut à mundana conuersatione secreta solitudinē, iter, scilicet, admonet subire uirtutum. Et quærebant summi sa. Hiero. A principibus egressa est iniquitas, qui templum parare, & uasa, & se purificare secundum legem ad esum agni de-

1. Cor. 5.
 Exod. 11.
 104. 13.

buerat. Non in die festo. Hiero. Vitant diem festum, quod conuenit illis: Non est festiuitas eis qui uitam & misericordiam perdidit. Et cum esset Beth. Hiero. Hinnulus cernorum semper ad lectulum suum redit, id est, filius obediens patri usque ad mortem, obediētiã à nobis petit: Simon enim obediens dicitur. Simon leprosi. Hiero. Simo leprosus mundum infidelem primo, postea fidelem significat. Et recumbet. ue. etc. Hiero. Recumbente seipso id est humiliante se, ut eum tangeret fides peccatricis: quæ de pedibus ascendit ad caput à capite descendit per fides, id est à Christo ad membra eius. Mulier. Bed. Maria Magdalena soror Lazari quem suscitauit dominus. Hoc Ioannes dicit esse factum ante sex dies Paschæ pridie quam asinus sedens uenit Hierusalem. Ipsa est enim nõ alia, quæ quondam adhuc peccatrix (ut Lucas scribit) pedes domini rigauit & ungueto unxit: nunc iustificata & familiaris facta, non tantum pedes, ut Ioannes dicit, sed & caput, ut Matheus & Marcus perhibent, oleo sancto perfudit. Alaba. Alabastrum marmor cãdidum uariis guttis distinctum unguenta incorrupta seruat. Nardi spicati. Pistica nardus dicitur mixta, quia non solum de radice, sed de spicis & de folijs compositum erat: quod est preciosius. Et fracto. Hiero. Domus impleta odore, cælum & terra est. Fractum alabastrum, carnale est desiderium, quod frangitur ad caput: ex quo omne corpus compaginatum est. Bed. My. sticè. Deuotio Mariæ, fides & pietatem designat ecclesiæ, quæ dicit: Dũ esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Quod ad literã Mariæ manibus compleuit, & quotidie spiritaliter in membris suis implere non desinit, quæ in toto mundo gloriando dicit. Deo autem gratias ago qui semper triumphat nos in Christo Iesu. Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: quoniam Christi bonus odor sumus Deo, cum potentiam diuinitatis eius quæ illi una est cum patre digna reuerentia confiteretur, laudat, & prædicat. Caput eius unguento perfudit preciosio, cum humanitatem digna reuerentia suscipit. In pedes unguentum pisticum, id est, fidele, & uerum perfudit, quia illam naturam eius qua terrã contingere, id est, inter homines conuersari dignatus est, pia prædicatione & deuotis ueneratur obsequiis. Erant autem quidam. Bed. Per synecdochen plurale

plurale pro singulari posuit. Ioannes Iudam hoc dixisse dicit, quia fuerat fur: & loculos habens ea quæ mitte. por. Fortitan & alij discipuli aut senserunt hoc, aut dixerunt, aut Iuda dicente persuasi sunt, & omnium uoluntatem Matheus & Marcus uerbis expresserunt. Sed Iudas quia fur, & alij propter curam pauperum. Ioannes autem illum solum commemorare uoluit, cuius hac de causa furandi consuetudinem intinere curauit. Vt quid perditio ista. Hiero. Perditus de salute perditionem inuenit, ut in sicu fructifera mortis laqueum nancisceretur. Poterat enim unguen. Hierony. Sub prætextu auaritiæ mysterium loquitur fidei. Etenim nostra fides trecentis emitur denariis, id est, decem sensibus per corpus & animã & spiritum triplicatis; ut & nos sicut Gedeon trecentorum uirorum numerum affluentes, Allophylorum castra pauperes spiritu fractis lagunculis nostris cum tubis, & lucernis destruamus. Et sicut Abraham cum trecentis uiris spolia diuidamus ad uesperam. Bonum opus operata. Hierony. Qui credit in Deum, reputatur ei in opus iustitiæ. Aliud enim est credere ei, aliud est credere in eum, id est, totum se iniicere in illum. Me autem non semper. Beda. Corporali præsentia, & familiaritate coniunctum sicut nunc. unde 1. Cor. 5. Apostolus: Et si nouerimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Spiritu uero autem semper est nobiscum. unde: Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi omnes dies. Hiero. Ita intelligendũ est: Me autem nõ semper habebitis in corporali præsentia, ut prius in cõuictu & familiaritate. Vnde & per Apostolum: Si nouerimus Christum secundum carnem, sed nunc iam nõ nouimus. Quod habuit hoc fecit. Quod putatis perditionem esse unguenti, officium sepulchra est. Nec mirum si mihi dedit odorem fidei bonum, cum ego pro ea futurus sum sanguinem meum. Amen dico uobis. Beda: Nota in Christo noticiam futurorum, passuros post paucos dies prædicat euangelium suum toto orbe prædicandum. Bed. Notandum, quod sicut Maria toto orbe, quod est ecclesia diffusa, gloriam meruit de pio obsequio, quod domino deuotè exhibuit: sic & Iudas qui ei detraxit, per fides nota longè lateque infamatur. Sed dominus bonum pia laude remunerat, futuras impij contumelias tacet. Vnus de du. Hiero. Vnus numero, non merito, nomine non numine, corpore nõ animo. unde spõsus ad sponsam: Vulnerasti cor meum, soror mea, in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Oculus & crinis sapientia est & uirtus, quoniã Iudæ cum cæteris dicitur: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. Et: Dedi uobis potestatem cal. &c. Abijt ad. Ille abiit ad principes: & postquam exiuit, intravit in eum Sathanas. Hic nox nocti indicat sciētiam. Vnum quodque animal ad sibi simile iungitur. Maria currit ad apostolos, ut dies diei eructet uerbum Iudas ad Iudæos, ut nox nocti indicet sciētiam. Et quærebat. Hiero. Promittit se tradere, ut magister eius ante dicebat: Tibi dabo hanc potestatem uniuersam. Bed. Multi hodie scelus Iudæ exhortent, nec tamen cauent. Cum enim pro muneribus falsum cõtra quemlibet testimonium dicunt: quia ueritatem pro pecunia negat, Deum pro pecunia uendunt: Qui dicit: Ego sum uia, ueritas & uita. Cum societatem fraternitatis aliqua discordia commaculant, Deum produnt, quia Deus charitas est. Et quod peius est, non infirmitate, non

1. Cor. 4.
 1. Cor. 7.
 1. Tim. 14.
 Rom. 4.
 1. Cor. 5.
 1. Cor. 5.
 1. Cor. 4.
 1. Tim. 13.
 Luc. 10.
 Psal. 18.
 Eccl. 13.
 1. Tim. 14.

ignorantia, sed sicut Iudas quærit opportunitatem, ut amotis arbitris, mēdacio ueritatē, crimine mutet uirtutē. Et prima die azymorum. Bed. Quarta de cima luna, quã abiecto fermēto agnus occidebatur ad uesperum. Quod exponēs Apostolus ait: Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Quãuis enim sequenti die quindecima luna sit crucifixus, hac tamen nocte qua agnus immolabatur, & discipulis suis corpus, sanguinemque suum dedit & à Iudæis tenus, & ligatus ipsius immolationis, id est, suæ passionis exordium sacravit. Hiero. Cum amaritudine comedatur azyma, quæ est redemptio nostra. Amaritudo enim est passio domini. Ite in ciuita. Beda. Indicium est præscientiæ diuinitatis, quod & cum discipulis suis loquens quod alibi sit nouit. Pulchrè autem paraturus Pascha homo lagenam uel amphoram (secundum alium euangelistam) aquæ baiulans occurrit, ut ostendatur huius Paschæ mysterium pro ablutione mundi esse celebrandum. Aqua enim lauacrum gratiæ, lagena fragilitatem eorum designat, pet quos hæc gratia mundo erat ministranda. Vnde: Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus. Parant Pascha discipuli, ubi aquæ infertur lagena, ut adesse tempus insinuet quo cultoribus ueteris Paschæ typicus de limine ac postibus cruor auferatur: & ad tollenda mundi crimina uiuifici fontis baptismi cõsecratur. Hier. Ciuitas est ecclesia, quæ muro fidei cingitur, homo occurrens primitiuis populis est, amphora aquæ lex literæ. Homo lage. aquæ. Bed. Cõsultè & aquæ baiuli, & domini domus tacita sunt uocabula: ut omnibus uerum pascha celebrare uolentibus, id est, sacramentis Christi imbui: eũque suæ mentis hospitio suscipere quærentibus, facultas danda signetur. Sequimini. Hiero. Qui ducit in altum ubi refectio Christi. Vnde Raab exploratoribus mandat: ut non per ima, sed per excelsa irent. Cœnaculum gran. Hier. Ecclesia magna: quæ narrat nomen domini strata uarietate uirtutum & linguarum. unde: Circumamicta uarietate uirtutum, in qua paratur dominus pascha. Dominus domus Petrus apostolus, cui dominus domum suam credidit, ut sit una fides sub uno pastore. Bed. Cœnaculum lex spiritalis: quæ de angustiis literæ egrediens in sublimi loco recipit saluatorem. Nam qui adhuc occidentem literam seruauerit: qui in agno non aliud quam pecus intellexerit in imo pascha facit: quia maiestatem spiritus non comprehendit in uerbis Dei, qui autè baiulum aquæ, id est, gratiæ præconem in domum ecclesiæ fuerit secutus, per spiritum scientiæ illustrantem superficiem literæ transcendendo in alto mentis solio parat refectionem Christo: quia cuncta paschæ sacramenta, & cætera legis decreta eius esse sacramenta cognoscit. Vespere au. Hier. Vespere diei uesperam indicat mundi. Circa uidecimam namque horam ueniunt nouissimi: qui primi denarium accipiunt uitæ æternæ: quia ante crucem Abraham erat in inferno: & post crucem Iatro in paradiso. Amen di. Sicut de passione prædixerat: ita de proditore prædicit, dans locum penitendi, ut cum intellexerit cogitationes suas præsciri à Deo penitenter eum facti sui. Non tamen ex nomine designat, ne aperte redargutus impudenter fiat. Mittit crimen in numerum: ut conscius penitentiam agat. Vnus ex 70. Dum falsitas arguitur, ueritas comprobatur & impletur. Qui edebat pa. me. ma. super me sup. Omnes tan-

1. Cor. 5.
 Luc. 22.
 1. Cor. 5.
 Psal. 44.
 1. Cor. 3.
 Psal. 40.

guntur, vt fiat harmonia in cithara. Omnes nerui bene suspensū consono voce respōdent: Nunquid ego sum, domine? Vnus remissus & pecunię amore affectus dixit: Nunquid ego sum rabbi. *Contristari.* Sciunt vndecim, quia nihil mali contra dominum cogitauerant: sed plus credunt magistro quā sibi, & timentes fragilitatem suam tristes de peccato suo interrogant: cuius non habebant cōscientiam. *Vnus ex duodecim.* Hier. Separat seorsum ouem lupus, quā cupit. Ouis, quæ de ouili egreditur, lupi patet moribus. *Qui imit.* Bed. Mira domini patientia. Prius dixit: vnus ex vobis trader me: perseuerat proditor in malo. Apertius arguit: & tamen non propriè designatur. Iudas aliis contristatis & manum retrahentibus à cibis: temeritate & impudētia qua dominum tradit: etiā manum cū magistro in catino mittit, vt audacia bonam cōscientiam mentiretur. *Va au.* Bed. In sempiternum vā homini illi, qui ad mensam domini indignè accedit. Ille enim in exemplum Iudæ filium hominis tradit non Iudæis quidē peccatoribus: sed tamen peccatoribus membris, scilicet suis: qui accipere domini corporis sacramētum temerariè præsumit. Ille dominum vendit qui eius timore, & amore neglecto, terrena pro illo & caduca, imo & criminosa diligere, & curare non metuit. *Va autem.* Bed. Nec primo nec secundo correctus pœnitet: sed patientia domini nutrit impudētiam suam, & thesaurizat sibi iram. Pœna prædicitur, vt qui pudore non vincitur, timore corrigatur. *Manducantibus.* Bed. Finito veteri pascha, quod in cōmemoratione liberationis populi Dei ab *Egypto* agebatur: transit ad nouum, quod in suā redemptionis memoriam ecclesiam frequentare volebat: vt scilicet pro carne agni, ac sanguine, sui corporis, ac sanguinis sacramētū substitueret: & se esse mōstraret: cui iurauit dominus: & nō pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum, &c. Frangit ipse panem: quem discipulis porrigit: quia fractio sui corporis spōte sua, & procuratione venit: vnde, Potestatem habeo ponendi animā meam, &c. Prius quam frangeret benedixit: quia naturam humanā, quā passurus assumpsit: vna cum patre, & spiritu sancto gratia diuinæ virtutis impleuit. Benedixit panem, & fregit: quia hominem assumptum ita morti subdidit: & ei diuinæ immortalitatis veraciter inesse potentiā demonstraret: ideōque velocius à morte refuseitandum. *Acce. te. pa.* Hier. Figurans corpus suum in pane: quod est ecclesia præsens, quæ accipitur in fide: benedicitur in numero, frangitur in passionibus: datur exemplis: sumitur doctrinis. Formans sanguinem suum in calice vino, & aqua mixtum: vt alio purgemur à culpis, alio redimamur à pœnis. Sanguine namque agni domus seruat: à percussione angelī. Et aqua maris rubri extinguitur inimici, quæ sunt mysteria ecclesiæ Christi. Beda. Mysticè. Panis, qui confirmat cor hominis refertur ad corpus, vinum quod sanguinem operatur, ad sanguinem. Sed quia nos in Christo: & Christum in nobis manere oportet vinum aqua miscetur: quia teste Ioāne: Aqua populi sunt: neque aquam solam, neque vinum solum, sicut nec solum granum sine aquæ confectio in panem cuiquā licet offerre: ne videatur à membris caput fecerere: vel Christum sine nostræ redemptionis amore pati potuisse, vel nos sine illius passionis saluari. *Gratias ag.* Gratias egit & benedixit iam

Psal. 109.
Ioan. 10.
Exod. 11.
Apo. 17.

proximus passioni: qui pœniam alienæ quietis suscipit: qui nihil dignū passione egit: vt ostendat quā æquanimiter vnūquique propriæ culpe flagella sustinere debeat. *Bibe.* Hier. Ebrietas foelix, salutaris facietas, quæ quantō copiosius sumitur tantō sobrietatem mentibus dignatur donare. Et Iudas bibit, sed nō saturatur, nec sitim extinguit ignis æterni: quia qui indignè sumit mysteria Christi, hic macula in luna ostenditur quæ nūquam deletur. Luna ecclesiæ comparatur meritō, quæ à se non habet splendore sed à sole certis modis suscipit lumen, id est, à Christo qui permanet in æternum. Sūt enim quidam in ecclesia, quos sacrificium nullum emundat, sed insipiens cogitatio perducit ad culpas: qui se crudelitatis cœno miscuerunt. Sanguis enim noui Testamenti, qui pro multis effunditur, non omnes emundat. *Iam non bi.* Hier. Hic mutat sacrificium, sed non mutat tempus: vt nos nunquam cœnam Iesu ante quartadecimam lunam faciamus. Qui facit in quartadecima resurrectionem, in vndecima cœnā dñi facit, quod nūquā inuētum est nec in nouo nec in veteri Testamēto. *Vitis.* Bed. Vitis vel vinea dñi synagoga. vnde Iſa. Vineam domini Sabaoth domus Iſrael est. De hac dominus multo tempore bibit: quāuis pluribus ramis in amaritudine conuersis: piis tamen quorundam cogitationibus summisque virtutibus delectabatur. Sed post passionem domini figurata, in spiritali sensum translata sunt. Iustus ergo ad passionem ait: iam non bibam de genimine vitis vsque in diem cum il. bi. vo. in. re. Dei. Quod est, nō vltra carnalibus cœmōniis synagogæ delectabor in quibus erat & paschalis agni sacramētū, quod præcipuum est. Aderit tempus cum in regno Dei positus immortalis gloria sublimatus, de salute eiusdem populi baptismo regenerati nouo vobiscum gaudio perfundat. *Et hymno dicto.* Beda. Potest intelligi hymnus, quem secundum Io. patri gratias agens decantabat: in quo & pro se & pro suis discipulis: & pro his qui per verbum eorum credituri erant, eleuatis furtim oculis precabatur: Et pulchrè discipulos sacramēto sui corporis, & sanguinis imbutos: & hymno dicto patri commendatos, educit in montem oliuatum: vt doceret nos per acceptionem sacramētorum: & per opem intercessionis suæ ad altiora virtutū dona, & charismata sancti spiritus, quibus in corde perungamur debere conscendere. *In montem Oli.* Hier. In monte Oliueti tenetur Iesus: & inde ascendit ad cœlos: vt sciamus quia inde ascendimus ad cœlos: vnde vigilamus: & oramus: & ligamur nec repugnemus in terra. *Omnes scanda.* Bed. Prædicit quid passuri sunt: vt cū passi fuerint non desperēt: sed pœniteant. *In no. ista.* Qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt, & qui scandalizātur, nocte scandalizātur, id est, mēte obscurati. Hier. Omnes cadunt: sed nō omnes iacent. Nunquid quiuis dormit, non adiecit vt resurgat? Carnale est cadere: diabolicum est iacere. *Percutiam pastorem.* Hiero. Percute pastorem. Propheta postulat passionem domini: pater respōdet. Percutiam pastorem. Precibus sanctorum filius à patre mittitur: id est incarnatur & percutitur & patitur: disperguntur oves pastore capto. Resurrectio promittitur vt spes non extinguatur. *Petrus autem.* Hiero. Auis sine pennis in altū volare nititur: sed corpus aggrauat animam, vt timore humanæ mortis, timor

Matth.
Matth.
Phil. 1.
Ioan. 13.
Matth. 26.

dñi superetur. *Bis gallus vocem.* Bed. Alij simpliciter: Prius quam gallus vocet, ter me negabis. Marcus: Prius quā gallus bis vocē dederit, ter me negabis, quod non est contrarium. Tota enim Petri negatio, trina negatio est: & in eo proposito animi remansit vsquequo amare fleuit. Hæc tota si post primum galli cantum inciperet: falsum tunc dixisse viderentur qui dixerunt dominum dixisse: Prius quam gallus cantet, ter me negabis. Item si totam ante peregisset quam gallus cantare inciperet, superflue dixisset Marcus ex persona domini: prius quam gallus bis vocē dederit, ter me es negaturus. Sed quia ante primum galli cātum incœpta est: attendit tres, non quādo eam impleturus esset: sed quando futura: quando exceptura: quia trina, scilicet cœpit ante galli cātū. Potest etiā intelligi: quia ante primū galli cantū tota in animo eius fuerit: quāuis enim verbis ante primum galli cantum sit cœpta: & ante secundum cōpleta, tamen in affectione & timore animi Petri ante primum galli cātum tota cœpta est: sicut & illud: Qui viderit mulierem ad concupiscendū eam, iam mæchatus est eam. Hiero. Gallus cantat: Petrus negat ter. Gallus nūcius lucis spiritus sanctus est: Cuius voce in prophetis & apostolis nos de trina negatione qua dominū negauimus nosse: voce ancillæ exteritū exhortamur ad amarissimos fletus post lapsum: qui malè cogitauimus de Deo: malè locuti sumus ad proximū: & malè fecimus ad nosmetipsos. Hiero. Nota quōd Petrus negat, & tertio negat: sed postquam gallus cecinit, & discedentibus tenebris vicina lux nunciata est, conuersus amare fleuit: & trine negationis fordes lauit lachrymis. *Gethsemani.* Hiero. Id est vallis pinguiū, vbi tauri pingues obfederūt eū: & vituli multi circumdederūt eum. *Sedete hic.* Iſidor. Separantur in oratione, qui separantur in passione: quia ille orat, illi dormiunt in pinguedine cordis oppressi. *Domest orem.* Bed. Cū dominus in mōte orat: admonet & nos vt orādo sublimia, id est, cœlestia petamus. Sed cum in valle: & hoc in valle pinguium vel pinguedinis: monet nos humilitatē in orationibus habere, & pinguedine dilectionis interne. Et pulchrè appropians morti in valle pinguium orat: quia per vallē humilitatis & pinguedinem charitatis pro nobis subiit mortē. vnde: Humiliauit semetipsum factus obediēs vsque ad mortem. Et maiorem hac dilectionem nemo habet, vt ponat quis animā suam pro amicis suis. *Et cepit pa.* Hier. Pauere & tristari docemur ante iudicium mortis qui nō possumus per nos dicere nisi per illum: Venit princeps huius mundi & in me non habet quidquam. *Tristis est.* Bed. Non propter mortem tristis est: quia eum cōditio corporalis affectus non formido mortis offendit. Nā qui corpus suscepit omnia debuit subire quæ sunt corporis: vt esuriret, & sitiret, angeretur & tristaretur: Diuinitas autem nescit commutare per hos affectus. Bed. *Tristis est anima.* &c. Timet Christus, Petrus non timet, immo dicit: Animam meā pro te ponam. Christus dicit: Anima mea turbata est vsque ad mortē. Petrus quasi homo vim mortis ignorat. Christus: quia Deus in corpore cōstitutus exponit fragilitatem carnis: vt homo verus appareat: tristis est anima mea. Suscepit tristitiam hominis, & voluntatem hominis sicut & dolorē hominis, qui pro se quod doleret, non habuit semota delectatione æternæ diuinitatis afficitur te-

dio humanæ infirmitatis. *Sufficte.* Bed. Nō à dormitione præcipit abstinere: cuius non est tempus imminētē discrimine sed à somno infidelitatis, & torpore mentis. *Et orabat vt si.* Bed. Hęc vox est sonus infirmitatis nostræ. Multi tristantur morte futura, sed habent rectum cor vt vitēt mortē, quantum possunt. Sed si non possunt dicant quod ipse Christus: Pater, si fieri pot. tran. à me ca. iste. Ecce habes voluntatem humanam expressam. vide rectum cor, Sed nō quod ego volo sed quod tu vis. vnde, Non veni facere voluntatem meam, scilicet quā temporaliter sumpsi ex virgine, sed volētius, qui misit me: quā scilicet habuit æternus cū patre. Orat transire calicē: quia homo sed propter quod missurus est reminiscēs: perficit dispensationē, & dicit: nō quod ego volo, sed quod tu. Quia si moritur mors me non moriente: secundū carnē transeat calix: sed quia aliter non fiet, non quod ego volo sed quod tu. Hier. Hoc cōtra Eurychianos, qui dicunt vnam tantū in Christo operationem: vnam voluntatem: hic autē ostendit humanam, quæ per infirmitatem carnis recusat passionem, & diuinam, quæ prōpta est perficere dispensationem. *Sed non quod.* Hier. Vsq̄ in finem non cessat docere nos patribus obedire: & volūtatē eorum voluntati nostræ præponere. *Et ait Petrus, &c.* Qui dixerat: Et si oporteat me mori tecum, non te negabo & si omnes scādalizati fuerint sed non ego, nunc tristitia magnitudine somnū vincere non potest. *Vt non in.* Non ait vt non tentemini, sed vt non intreris in tētationem, id est, vt tentatio vos non superet, non teneat intra suos caleses. Hierony. In tētationem intrat, qui orate negligit. Ter discipuli dormiunt, ter dominus orans suscitatur. Trina dormitio tres mortuos, quos dominus suscitauit, significat. Primus in domo, secundus ad sepulchrū, tertius de sepulchro. Trina domini vigilia tres personas nos habere in orando docet, & de præteritis & de præsentibus & futuris veniā rogare. *Spiritus quidem.* Temerarios reprimit, qui quidquid crediderint, putant se posse cōsequi: sed quantum ex mentis ardore confidimus, tantum ex fragilitate carnis timeamus: sed tamen secundum Apostolum spiritu facta carnis mortificemus. *Dormite.* Nota quōd hoc dicto, aliquatū siluit & requieuerunt: vnde dicitur: *Suffi.* quōd requieuitis. deinde intulit: Ecce venit hora, &c. *Surgi. eamus.* Postquam tertio orauit, apostolorum timorem pœnitentiæ corrigendum docuit, securus ad passionē pergit, dicens: Sur. ea. Quōd nos nō inueniant timentes, sed vltro eamus obuiam, vt passuri gaudium & confidentiā videant. *Sig. Hieron.* Dat signum osculi cum veneno diaboli: Sicut Cain obtulit sacrificium subdolum & reprobātū, vnde vinum cum aceto in cruce ponunt. *Rabbi.* Bed. Impudens & scelerata confidentia magistrū vocat, & osculum ingerit ei, quem tradit. Aliquid tamen habet de verecundia discipuli: quia nō palam eū persecutoribus tradit, sed signo osculi. Suscipit osculum dominus, nō vt doceret nos simulare, sed ne prodicionem videatur fugere. Illud etiam complet: Cum his qui ode. pa. &c. *Vnus.* Beda: Petrus secundum Io. eodem ardore mētis quo cætera. Sciebat enim quando Phinees puniendo sacrilegos, mercedē iustitiæ & sacerdotij perennis acceperat. Lucas ait: quia dominus tam auri. sa. cam. Ipse enim pietatis nunquam obliuiscitur, hostes etiam suos vulnerari non patitur. *My. Bibl. Hom. tom. 2.* A A a a 2 sticē.

Matth. 6.
Ioan. 6.
Matth. 26.
Genes. 4.
Psal. 119.
Ioan. 18.
Nom. 25.
Luc. 22.

sticē. Docens eos, qui in suā mortis consensione vulnus animæ contraxerunt, si digne pœnituerūt salutem posse mereri. *Tanquam ad latro.* Bed. Stultum est cum gladijs, & fustibus comprehendere, qui vltro se vobis tradit: & in nocte quasi latitatem inuestigare per proditorem, cum quotidie in templo doceat. Sed ideo aduersum me congregamini in tenebris, quia potestas vestra in tenebris est. *Tunc.* Bed. Impletur quod dixit, quod omnes scandalizarentur in ipso in illa nocte. Nam & si turba permittente ad petitionem domini fugerunt secundum Ioan. pauorē tamē mentis ostendebant, & ad fugam promptiores erant quam ad patiedī fiduciam. Bed. *Tunc dicit.* &c. Sicut Petrus, qui negationem lachrymis abluit, & confessione dominici amoris trina, funditus extirpauit, recuperationem eorum ostendit, qui in martyrio labuntur. Sic discipuli alij, qui articulum comprehensionis fugiendo prœuenerunt, cautelam fugiendi docent eos, qui se ad supplicia minus sentiunt idoneos: quibus tutius est latere, quam se discrimini opponere. Ita etiam adolecēs, qui relicta syndone, nudus profugit ab impijs, illorum corpus designat, & animā, qui vt securiores sint, omnia mundana abijciunt: & nudi potius domino famulari, quam mundo adhærendo materiā tentandi, & à Deo reuocandi, aduersarijs dare didicerunt. *Adole.* Quis iste fuerit euangelista non dicit. Quia verò plus ceteris dominum amauerit, res ipsa indicauit, alijs fugientibus ipse donec ab hoste comprehenderetur charitatis vinculo astrictus dominum sequi non omisit. Nondum tamen perfectam charitatem habuit qui vel tentus fugere potuit. Possimus tamē hunc Ioannem fuisse intelligere præ cæteris dilectū à magistro, quem eo tempore fuisse adolecentem lōga post vita eius acta indicio est. Potuit autem hoc fieri, vt ad horam elapsus, mox sumpto vestimēto redierit, & sub dubia noctis luce se turbis ducentiū Iesum quasi vnus ex impijs immiscuerit, quoad perueniret ad atrium pontificis, cui erat notus, sicut ipse dicit. *At il.* Sicut Ioseph relicto pallio, nudus de manibus impudicæ effugit. Qui autem vult effugere manus iniquorum relinquens mente, quæ mundi sunt, post Iesum fugiat. *Ab e.* quorum & præsentiam detestabatur, & facta. Non à domino cuius amorem etiam absens corpore fixum seruauit in mente. *Summum.* Caypham scilicet, qui secundum Ioan. erat pontifex anni illius: de quo consentaneū scribit Iosephus, quod pontificium sibi absque merito dignitatis emerat à principe Romano: quid ergo mirum, si iniquus pōtifex iniquē indicat. *A longe.* Bed. Quia negationi proximus, si Christo proximus fuisset non negasset. In hoc tamen admirandus est, quod dominum non reliquit etiam si timeat. Quod timeat, naturæ est: quod sequitur, deuotionis est: quod negat, obreptionis est: quod pœnitet, fidei est. Alle, Quod ad passionē euntem Petrus à longē sequitur, significat ecclesiam quidem securā domini passionem sed longē differenter: ecclesia enim pro sepatitur: ille pro ecclesia. *Atrium.* Hieron. Atrium, secularis circuitus est. Ministri demonia sunt, Ignis desiderium carnale, cū quibus qui manet, flere peccata non valet. *Et calefaciebat se.* Bed. Est ignis charitatis: de quo dicitur: ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat? Est etiā cupiditatis, de quo dicitur. Omnes adul-

terantes velut clibanus corda eorum. Hic super credentes descendēs, variis linguis eos dominum laudare docebat. Ille in atrio Cayphæ instinctu maligni spiritus accensus, ad negandum ac blasphemandum dominum perfidorum linguas armabat. Quod enim intus in domo maligna synodus gerebat, hoc ignis in atrio inter frigora noctis accensus figurabat. Qui huius ignis in pretorio flammam extinxit, dicitur: Factus sum sicut vter in pruina, &c. in quibus autem flammam charitatis vitiorum flumina obtulerunt, à domino audiunt. Quoniam abundat iniquitas, refrigerat charitas multorum. Hoc frigus torpens ad horam Petrus, quasi prunis ministrorum Cayphæ calefieri cupiebat: quia temporalis commodi solatium perfidorum societate querebat. Sed respectus à domino tum ignem perfidorum corpore, tum infidelitatem reliquit mente. Et post resurrectionem domini, sancto igne recreatus, funditus excessum trine negationis trina dilectionis confessione purgavit. Tunc enim completa illa memorabili captura piscium, cum veniret ad dominum, vidit cum discipulis suis prunas positas, & piscem superpositum & panem: mōxque sui cordis arcana prunis inflammavit amoris. *Falsum testis.* Bed. Falsus est qui non in eodem sensu dicta intelligit quo dicuntur. Dominus enim dixit de templo corporis sui: sed in ipsis verbis calumniantur paucis additis vel mutatis. Mos hæreticorum est, vmbra de veritate trahere. Ille non dixit quod illi dicunt, sed simile verbum: Vt de templo corporis sui, quod post triduum resuscitauit, dominus dixit: Soluite vos, sed non ego: quia nullus debet sibi mortem inferre. Hoc addunt, vt propriè de templo Iudaico videatur dixisse. *Et exur.* Iratus, quia non inuenit locum calumnia: motu corporis infamiam mentis demonstrat. *Non respondes.* &c. Ad respōsum prouocat, vt ex qualibet occasione sermonis locum accusandi inueniat. Iesus autem non respondit: quia prœuidit quidquid responderet in calumniam verti. *Tu es Chri.* Hier. Quem expectabat à longē non videbat prope? sicut Isaac caligantibus oculis, Iacob sub manibus non agnoscebat, sed longē post de eo futura canit. *Et vide.* Sacerdos interrogat filium Dei: Iesus respondit filium hominis, vt intelligamus eundem filium Dei esse, & filium hominis, ne quaternitatem faciamus in trinitate: & homo in Deo, & Deus in homine sit. *A dextris vir.* Quia humiliavit se ipsum factus obediens vsque ad mortē: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. *Cum vmbibus cali.* Hier. Ascēdit in nube, cum nube venit, id est cum corpore solo suo quod assumpsit à virgine ascendit & cum multiformi ecclesia, quæ est corpus ipsius & plenitudo ad iudiciū venturus est, sicut dicit Mattheus: Cum autē venerit filius hominis, & omnes angeli cum eo, &c. *Summus autem sacerdos.* Beda. Eadem rabies quæ prius de sede excusserat, ad scissionem vestium prouocat, vt ostendar Iudæos sacerdotalem gloriam perdidisse, & sedē vacuum esse. Mos Iudæorum erat, cum aliquid blasphemiz, & quasi contra Deum audiunt, scindere vestimenta: Quod etiam Paulus, & Barnabas cum in Licaonia quasi dij honorarentur, fecerunt. *Vestimenta sua.* &c. Hier. Hoc est Ephod, in quo Iudæi habebāt honorem, amiserunt. Hic adest Samuel scisso pallio, de manu

de manu Saul id est regno: Milites gentiles non scindunt tunicam Christi, sed sacerdos scidit sacerdotij sui dignitatem. Magno mysterio factum est, vt in passione domini pōtifex sua vestimenta scinderet: cum domini tunica nec à crucifixentibus militibus scindi potuit. Figurabatur enim, quod sacerdotiū Iudæorum pro sceleribus pontificum esset scindendum. Soliditas verò ecclesie, quæ vestis est redemptionis sui, nunquam valet dirumpi. Quamuis enim Iudæi, gentiles, hæretici, mali catholici, humilitatem domini contemnant: eius tamen inuiolata permanet castitas vsque ad consummationem seculi in illis quos fors electionis inuenit. *Qui omnes.* Hiero: Quo reatu suo nostrum reatum solueret, & velamen faciei suæ velamen cordium nostrorum auferret: & spūs susceptis faciem animæ nostræ lauaret, & colaphis, quibus in caput percussus est, caput humani generis, quod est Adam sanaret: & alapis quibus expalmatus est maxima laus eius à nostris manibus & labijs plauderet. Vnde: Omnes gētes plaudite manibus. Et cruce sua, cruciatum nostrum solueret, & morte sua, nostram necaret, quia serpente de virga factō, alij absorpti sunt serpētes. Vnde: Ero mors tua, & mors tua eris tuus, inferne. Opprobria eius nostrū obstruxerunt opprobrium. Vincula eius nos liberos fecerunt. Corona spinea capitis eius, diadema regni adepti sumus: Vulneribus eius sanati sumus. Sepultura eius resurgimus. Descensu eius ad inferos ascēdimus ad cælos. Hic inuenitur mel in ore leonis hortui. Hinc propheta: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi. *Velare.* Non vt scelerata eorum nō videat, sed vt ipsi quondam Moyſi fecerunt, à se gratiam cognitionis eius abscondant. Hoc velamentum vsque hodie manet super cor eorum, quod in Christū credentibus est abiatum. Vnde eo moriente velum templi scissum est, & sancta sanctorum arcana patefacta. *Propheiza.* secundum alios. Quis te percussit. Hoc faciunt in contumeliam eius qui se prophetam volunt haberi. Sed dispensauit hoc, vt nos ad tolerandū pro eius nomine irrisionem præpararet, qui pro nobis sustinebat. *Alapis eum ca.* Bed. Qui tunc cæsus est alapis, & nunc cæditur blasphemis falsorum Christianorum. Qui consputus saluus infidelium, aunc vesanis fidelium: opprobrijs exhonoratur. *Et cum esset.* Ancilla primum Petrum prodit, cum viri magis possent eum cognoscere, vt & iste sexus in morte domini videatur peccasse, & per passionem domini redimeretur. Et ideo mulier, prima resurrectionis accepit mysterium, & mandata custodit, vt veterem præuaricationis aboleret errorem. *At ille.* Nota: quod negat Christū qui se negat eius esse discipulum: Dominus enim non dixit: Negabis te discipulum meum, sed, me negabis. Negauit ergo eum cum se negant eius esse discipulum. *Et exiit for.* Hieron. Petrus sine spiritu, voci ancillæ cessit, cum spiritu, nec regibus, nec principibus terræ cedit. Prima ancilla titubatio, secunda confessio, tertius vir actus: Hæc trina negatio, quam abluit per fletus verbi Christi recordatio: Tunc autem nobis gallus cantat, cum prædicator ad compunctionem corda nostra reuocat. Tūc incipimus flere, cum igitur intus per scientiam scitiz, & foras eximus extra quod sumus. *Gallus cantauit.* De hoc galli cantu alij tacent, non

tamen negant, sicut & alia multa quæ alij dicunt, alij prætereunt. *Nam ex galli.* Bed. Eadem lingua Galilæis & Hierosolymitis est, sed tamen quæ enque pronuncia, & regio habet proprium loquendi sonum, quem mutare non possit. Vide cum apostoli omnibus linguis loquerentur, inter alios etiam, qui habitabant Iudæam dixisse referuntur. Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? & quo. n. a. v. l. n. in qua nati sumus? Et Petrus loquens fratribus in Hierusalem ait: Notum factum est omnibus habitantibus in Hierusalem, ita vt appellaretur ager ille lingua eorū Acheldemachi: quod ideo dicitur quia nomen illud aliter Hierosolymite, aliter Galilæi sonabant. *Et reuor.* Bed. Petrus nocte negat, ad galli cantum pœnitet. In die, quem tercio negauerat, se tercio amare professus est. Quod enim in tenebris obliuionis errauit, speratæ iam lucis rememoratione correxit, & eius iam adepta præsentia plene totum quidquid mutauerat, crexit. *Et caput.* Bed. Quam noxia prauorum colloquia inter fideles: hominem se negauit nosse quem inrer condiscipulos iam filium Dei fuerat cōfessus. Sed in atrio Cayphæ pœnitentiam agere non potest: egreditur foras (vt alij euangelistæ narrant) vt ab impijs secretus, negationis culpam liberius ablueret. *E t confestim.* &c. Sequitur: *vin. Iesum.* Mos erat Iudæis, vt quem morti adiudicasset, vinetum iudici traderent. Et notandum, quod non tunc primum ligauerant, sed mox comprehensum nocte in horto, vt Ioannes dicit: & sic adduxerunt eum ad Annam primum. Hieron. Adest Sanson vincētus à Dalila. Sanson interpretatur sol eorum quibus occubuit sol in meridie. Dalila, titula interpretatur, id est synagoga, quæ titula more limpidum liquorem non tenet, & qui quilibet immundas colligit. Sanson noster maxilla verbi sui innumeras cæteras Iudæorum & demonum hic sternit, & fontē perennis vitæ sitientibus nobis, id est, corpori sui aperit. *Tu es rex Iudæorum.* Cum Pilatus nihil criminis interrogat nisi an sit rex Iudæorum: arguitur impietas eorum, qui nec falso quidem quod obijciant intuentur. *Tu dicis.* Sic temperat responsum: vt verum dicat: nec tamen calumniæ pateat. Et nota, quod Pilato qui inuitus fert sententiam, aliqua in parte responderit. Sacerdotibus autem & principibus respondere noluerit, indignosque sermone suo iudicauerit. *Vide in quan.* Ethnicus condemnat Iesum, sed causam refert in populum Iudæorum. *Vide in quantis.* &c. Vt magis Bar. Bed. Adhæret Iudæis vsque hodie petitio sua: quam toto labore impetrauerunt. Data enim optioe sibi, pro Iesu latronem, pro saluatore interfectorem elegerunt. Mētū ergo salutem & vitam perdidit & latrocinijs ac seditionibus in tantum se subdiderunt, vt regnum & patriam perdidit & libertatem corporis & animæ nunquam recipēt. *Pilatus verò.* Multas occasiones dedit Pilatus liberandi saluatorem: primò iusto conferens latronem, deinde inferens. *Quid ergo vultis faciam regi Iud.* Cūque respondissent, crucifigatur, non statim acquieuit: sed secundum suggestionem vxoris quæ mandauerat ei, (vt Mattheus dicit) Nihil tibi & iusto illi respondens ait: Quid enim mali fecit? quod dicendo Iesum absoluit. *At illi magis.* Dauid: Circūdederunt me ca. &c. Efa. Expectati vt face-

Pfal. 21.
Esa. 5.
Leuit. 16.

ret iudiciū: fecerunt autē iniqui, & iniusti. Hiero. Facta est hereditas mea mihi sicut leo in sylva: de-derūt super me vocem suam. *Barrabam & tra.* Hier. Hi sunt duo hirci: vnus apompeius, id est emil- sarius cum peccato populi in desertum inferni absolutus dimittitur. Alter pro peccatis absolu- torum, vt agnus occiditur. Pars domini semper maclatur: pars diaboli, qui est magister eorum ef- frenata in tartara precipitatur. *Iesum fia.* Vt nos à flagellis liberaret: vnde, Flagellum non appro- ta, tu. Cum prius diceretur: Multa flagella pecca- toris. *Bed. Iesum fia. ca.* Cæsus est ab ipso Pilato; vnde Ioannes, Apprehendit Pilatus Iesum & fla- gellauit. Et post subiunxit: Et milites plectentes coronam de spinis, &c. & militibus illudendum præbuit. Quod ideo fecit, vt eius poenis & oppro- briis saturati vltra mortem non sitirent. *Et indu.* *Bed. Matthæus ita:* Et ex. eum chla. coc. cir. ei: quod idem est. Pro regia enim purpura data est ei chla- mys ab illudentibus: & est quædam rubra purpu- ra cocco sumillima. Potest etiã videri, quod Marcus purpuram commemorat, quam chlamys habebat, quamuis esset coccinea. *Et indu.* Vesti- mentis suis nudatur, id est Iudæis: purpura induit, id est gentili ecclesie de amaris populis colle- cta. Item ea scandalizante exutus, in fine Iudaica rursum induitur plebe. Cum enim plenitudo gen- tium subintrauerit, tunc omnis Israel saluus erit. *Rem. 11.* Quia rex dicebatur, & hoc sacerdotes & scribæ imponebāt, quia imperium in populo usurparet, illudendo induunt purpura, qua reges vtuntur: pro diademate spineam coronam, pro sceptro re- gali calamum donant: sicut Matthæus dicit. Et adorant quasi regem, &c. Sicut Cayphas nesciens dixit: Oportet enim vnum hominem mori pro populo: sic milites omnia mysticè nescientes faciunt. Purpura: caro eius rubra passionibus: vnde, Quare rubrum est indumentum tuum, & vt. t. si. cal. in tor. Spineam coronam portat, quia pro no- bis factus mortalis nostra suscepit delicta. Vnde: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quod autem spinæ peccata significant, dominus sic ostendit. Terra tua spinas & tri. ger. tibi, id est, conscientia tua, punctiones tibi & aculeos vitio- rum procurare non cessabit. Quod verò secun- dum Lucam apud Herodem alba veste induitur, & secundum alios à militibus Pilati coccineo, vel purpureo habitu induitur: in vno innocentia, & humanitatis castitas, in altero exprimitur veritas passionis, per quam venit ad gloriam regni im- mortalis. Purpura enim & passionem & regnum significat. Sed quia vt ait Apostolus: Quotquot baptizati estis, Christum indui. Et Esa. His velut ornamento indueris. Potest in vtroque habitu probrosa quidem inimicorum iudicio, sed domini electione gloriosissima multitudo electorum designari, quæ in martyres ceterosque fideles dis- tinguuntur. Alba veste induitur, cum munda confessione iustorum circundatur. Purpura vel coc- co vestitur, cum triumpho gloriosorum martyrum gloriatur. *Et percutebant eum spinis, &c.* Caput Christi Deus est. Caput ergo Christi per- cutiunt, qui eum denegant esse Deum. Et qui scri- pturæ autoritate errorem suum defendunt (quia scriptura arundine solet fieri) quasi arundine ca- put eius feriunt. In faciem eius spumant qui præ- sentiam gratiæ eius execrandis verbis ex interna cæcæ mentis infania vexilla martyrum, & eum

Pfal. 97.
Pfal. 31.
Iuan. 19.

Matth. 27.

Rem. 11.

Matth. 27.
Iuan. 11.

Esa. 63.

Iuan. 1.
Geo. 3.

Leit. 23.

Galat. 3.
Esa. 49.

1. Cor. 11.

in carne venisse negant. *Adora. eum.* Quasi falso se dixisset Deum. Sed hodie (quod est grauioris infantiæ) quidam cum certa fide vt Deum verum adorant, sed peruersis actibus mox verba eius quasi fabulosa despiciunt, ac promissa regni illius temporalibus illecebris postponunt. *Et capiunt il- lum, vt cruci.* Hieron. Hic educitur Abel in agrum à fratre vt perimatur. Hic adest Isaac cum lignis, & Abraham cum ariete inter vepres herente. Hic adest Ioseph cum talari tunica lita sanguine. Hic adest Moyses cum virga & serpente suspeso in ligno. Hic botrus in ligno portatur. Hic adest Eli- sæus cum ligno ad querendam securum, quæ in imo demersa est: & natauit ad lignum, id est genus humanum: quod à ligno vitivo in infernum ceci- dit, per lignum crucis Christi & per baptismum aquæ ad paradysum natauit. Hic adest Ionas de li- gno nauis foris & in mare ventremq; cæri triduo missus. *Et cruci.* Hiero. Ipsa crucis species quid est nisi forma quadrati mundi? Oriens de virtute fulget, Arcton dextera tenet, Aufser læua cõsistit, Occidens sub plantis firmatur. Vnde Apostolus: Vt sciamus quæ sit latitudo, longitudo, sublimi- tas, & profundum. Aues in forma crucis ad æthe- ra volant, homo adoratur, & natat in forma crucis, nauis per Maria antenna cruci assimilata suffla- tur. Tau. litera, signū salutis, & crucis demonstrat. *Et au.* *Bed.* Ipse dominus primò crucem suã por- tauit, sicut Ioannes dicit. Post iste Simon, de quo & alij dicunt: & hoc satis congruo ordine myl- terij. Christus enim passus pro nobis, nobis re. ex. vt sc. ve. e. Et quia non Hierosolymita, sed Cyre- næus à ciuitate Libye rectè per eum gentes si- gnantur, qui quondam peregrini & hospites tes- tamentorum, nunc obediendo ciues sunt & do- mesticus Dei sicut alibi: Hæredes quidem Dei, co- hæredes autem Christi. Vnde: Simon obiediens, Cyrenæus hæres interpretatur. Et nota, quod de villa venire dicitur. Villa enim, Græcè pagos, vnde paganos appellamus, quos à ciuitate Dei alienos & quasi vrbana conuersationis videmus ex- ptes. Sed de pago Simon egrediens crucem Iesu portat, cum populus nationū paganis ritibus reli- ctis, vestigia dominicæ passionis obedienter am- plectitur. Hiero. Simon qui portat crucem in an- garia: hic est qui laborat pro laude humana. Co- gnat eum homines huic labori, quem non cogi- timor, vel dilectio Dei. *Patrem Alex.* Magnæ opi- nionis Simon iste videtur esse, cum & filij eius tanquam noti omnibus ex nomine designantur. Hieron. Alij per merita patrum suorum commemo- rantur, alij per merita filiorum. Hic autem Si- mon qui crucem in angaria portat, filiorum suorum meritis qui erant discipuli commemoratur. Per hoc monentur in præsentia vita patres adiu- uari per merita filiorum suorum, vt populus Iu- daicus per patriarcharum, prophetarum, & apo- stolorum merita sæpe commemoratur. De ama- ritudine enim radice surgit dulcedo oliuæ. Vnde Hiero. Oliuam vberem, pulchram, fructiferã, speciosam vocauit dominus nomē tuum. *Calua. lo. Geo. 11.* Hieron. Tradunt Iudæi, quod in hoc loco montis, immolatus fuerit aries pro Isaac, vt ibi decaluet Christus, id est carne sua scilicet Iudæa carnaliter separatur. *Bed.* Extra portam truncabantur capi- ta damnatorum, & caluarie: decollatorum loca dicuntur. Ideo ibi crucifixus dominus, vt ibi erat area damnatorum, ibi attingantur vexilla martyrum. Et

Gen. 22.
Iud. 11.
Iud. 13.
Iud. 14.
Reg. 1.

Leit. 17.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

Matth. 27.

Pfal. 68.

Leit. 17.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

Et quoniam pro nobis factum est. maledictum crucis & flagellatus & crucifixus pro salute om- nium quasi noxios inter noxios voluit crucifigi. *Et dabat.* *Bed.* Matthæus, cum felle mixtum, quod idem est. Fel enim pro amaritudine posuit. Myr- thadem enim vinum est amarissimum: quanquam fieri possit vt & felle & myrrha amarissimū redde- rent vinū. Hier. Et dabat, &c. hoc aceto succus læ- thalis pomi abstergitur. Et nõ accepit id pro quo patitur: vnde de eo, Quod nõ rapui rûc exolebã. *Et non accepit.* Matthæus: Et cum gustasset, noluit bibere. Indicat Matthæus, quod pro nobis amari- tudinem mortis gustauerit, sed die tertia resurre- xerit. *Et crucifigen.* Hiero. Hic figurat salus in ligno. Primò infixus est mors in ligno: lignum primum, scientiæ boni & mali. Secundum boni tantum, & vitæ nobis lignum est. Extensio primæ manus ad lignum, mortè apprehendit, extensio secundæ vi- tam, quæ perierat, inuenit. Ligno hoc vehimur per mare vndosum ad terram viuicium. *Vestimen- ta sua.* *Bed.* Quadripartita vestis Christi secundum numerum militum, significat ecclesiam quatuor partibus orbis æqualiter, id est, cõcorditer distri- butam. Hier. Vestimenta domini, mandata sunt quibus tegitur corpus eius quod est ecclesia: quia iudicantur inter milites gëcium, vt sint quatuor ordines, cum sit vna fides, id est coniugati, vidua- ti, præpositi, separati. Sortiti sunt tunicam indui- sam quæ est pax & veritas in cunctis in modum regalium amictus vel anali. *Mittens sor.* Hier. Super tunicam, scilicet quæ erat inconsutilis. Hæc sorti- ta omnium partium significat unitatem, quæ vno vinculo chatitatis continetur, quia quæ supereminet omni sciëntiæ, & super omnia præcepta est, quasi desuper contexta est. In forte, gratia Dei commendatur: sic enim in vno ad omnes perue- nit, cum fors omnibus placeat, quia Dei gratia in unitate ad omnes peruenit, & fors solius Dei iudicio venit vel cedit. *Erant autem hora ter.* Hier. Hoc proprie Marcus. nam sexta hora tenebræ suffude- runt terram, vt non quis posset mouere caput. A tricesimo namque fructu Marcus ascendit ad cen- tesimum, id est à tertia hora crucis vsque ad ter- tiam resurrectionis quæ post tres dies fuit. Trice- simus fructus in cruce: sexagesimus in inferno: centesimus in paradiso. Quasi dico, quod milites crucifixerunt eum, quod factum est hora quasi sexta secundum Ioannem. sed prius Iudæi hora tertia crucifixerunt eum qui magis dicendi sunt eum crucifixisse, quamuis nitantur hoc dissimu- lare, quam milites qui secundum officium suum duci suo paruere. *Et erat vi.* *Bed.* Titulus ostendit, quod nec occidendo potuerunt efficere, quod non esset eis rex. vnde, Ego autem constitutus sum rex ab eo, &c. Bene enim simul est rex & pontifex, cum ximiam patri suæ carnis hostiam offerret in altari crucis, & regis dignitatem titulo præten- deret, vt cunctis insinuarer, quod per crucis pati- bulum non perdidit, sed confirmauerit imperium. Hier. Quod in titulis psalmodum præno- tatur. In finem ne corrumpas, & cum tribus lin- guis, Malcus Iudæorum, βασιλεὺς ἐξουσιῶν, rex confessorum: hæ tres linguæ in crucis patibulo coniunctæ sunt, vt omnis lingua commemoraret perfidiam Iudæorum. *Et cum eo erit.* *Bed.* Sicut dicit apostolus: Vetus homo noster simul cum illo cru- cifixus est, vt destruarur corpus peccati, vt vltra non dominetur super nos peccatum. Quamdiu

ergo agunt opera nostra vt euacuetur corpus peccati, quandiu exterior homo corrumpitur, vt interior renouetur, tempus est crucis. Hæc quidẽ etiam sunt bona opera, tamen adhuc laboriosa, quorum merces requies eius. Sed ideo dicitur spe gaudentes, vt requiem futurã cum hilaritate expectemus in laboribus. Hanc hilaritatem signat crucis latitudo in tranuerso ligno, vbi figuratur manus. Per manus enim, opera, per latitudinem, hilaritatem operantis intelligimus, quia tristitia facit angustias. Per altitudinem, cui caput adiu- gitur, expectationem retributionis de sublimi ius- titia Dei. Per longitudinem, qua totum corpus extenditur, tolerantiam: vnde longanimis dicun- tur: Per profundum quod terra est infixū, ipsum sacramenti secretum. Vnde apostolus: Vt in cha- ritate radicati & fundati possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundum. *Duos latrones.* *Bed.* La- trones qui cum domino crucifixi sunt, signat eos qui fide & confessione Christi, vel agone sui mar- tyrij, vel quamlibet arctam continentiam subeunt. Et qui hoc pro æterna gloria gerit, dextri latro- nis merito & fide signatur. Qui autè pro huma- nã gloriã, vel qualibet minus digna intentione, sinistri latronis mentem imitatur & actus. Hier. Cum iniqui veritas deputata, vnum relinquit si- nistrum, alterum assumit dextrum, sic faciet in die iudicij, ex simili crimine dissimiles sortiatur vias, alter præcedit Petrum in paradysum, alter Iudam in infernum. Cõfessio breuis vitam acquirit loa- gam, & blasphemia finita pœna pleçitur æterna. Hic pallus Iudæ ligatur ad vitem: anabologium, id est pallium tingitur in sanguine vus, hic lace- rant hodi vineam. *Mouentes ea.* Hiero. Emititur mors iniquorum quando excitantur vincula in- ferni vsque ad ceruicem, quæ est ceruix humani generis. *Alios sal.* Hier. Etiam nolentes cõfentur, quod alios fecit saluos, & se propria damnat sententia, quia alios saluos fecit, & se si velleret salua- re poterat. *Descendat nũc.* Plus est de sepulchro sur- gere, & tamen non crederunt. Hi omnes decli- nauerunt, similiter inutiles facti sunt. *Et qui cum eo.* *Luc. 23.* Beda. Secundum Lucã vnus latro blasphemabat dicens: Si tu es Christus saluum fac te & nos. Al- ter eum redarguit & dicit: Domine, memeto mei, dum veneris in regnum tuum. Sic hodie qui hõto corde & ficta mēte dominicæ passionis sacramē- ta gestant, ad mudi gaudia liberari à domino cu- piunt, & ideo à domino contemnuntur, nec vlla responsione digni iudicantur. Qui autem eum Apostolo in cruce Christi gloriantur, ita potius à præsentibus ærumnis optant exui, vt spiritum sanctum suum in manus Dei commendent, vna- que cum Christo regni cælestis participes esse desideret. Vnde dominus preces eius: qui salutẽ querebat, piẽ audiuit, quia qui in tribulationibus positi à domino tantum temporalia solatia quæ- runt, & à temporalibus separantur & æternis pri- uantur. Qui cęlestia petũt, ad ea sine dubio Chri- sto mediante & miserante perueniunt. *Et facta hora.* *Bed.* Notandum, quia hora sexta, id est, sole recessuro à centro mundi crucifixus sit, & diluculo, oriente sole resurrexit, quia mortuus est pro- pter peccata nostra, & re. propter ius. no. De Adã enim peccante dictum est, quod audierit vocem domini in paradiso deambulantis ad auram post meridiem inclinata iam luce fidei. Ad auram re- frigescere

Ephes. 3.

Luc. 23.

Gal. 6.

Luc. 23.

Rom. 4.

Genes. 3.

frigescente feruore charitatis. Deambulans autem andiebat, quia ab homine peccante recesserat. Rationis ergo imo diuinæ pietatis ordo posebat, ut eodem temporis articulo quo Adæ præuicanti obcluserat, latroni penitenti ianuam referret paradisi. Et quæ hora primus Adam peccando mundo mortem intulit, eadem hora secundus Adam mortem moriendo destrueret. *Tenebræ sã Hier.* Hic adest Noe inebriatus, ac nudatus, cælo ac terra ebrioso pallio tectus, & ab homine irrisus: hic stillauit de ligno sanguis. *Deus meus.* Hieron. Inde inscribitur Psalmus iste: Pro assumptione matutina, qua Christus ad crucem ducitur. Verba filij hominis in propheta. Vnde etiam sequitur iuxta Lucam, In manus tuas commendo spiritum meum. Nona hora, inuenitur euersa domo decima drachma quæ perierat. *Et quidam.* Non omnes. Forsitan milites Romani non intelligentes proprietatem Hebræi sermonis, ex eo quod dicitur Eloi, putauerunt Eliam ab eo vocari. Vel Iudæi solito sibi sermone verba domini deprauantes, imbecillitatis infamabant eum, quod Eliæ vocaret auxilium. *Currens autem.* Bed. Ioannes plenius dicit. Postea sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura dicit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum, &c. Quoniam hoc minus fecistis, late quod estis. Erat enim aceti degenerates à vino prophetarum, & patriarcharum, tanquam de pleto vase de iniquitate huius mundi pleni, cor habentes sicut spongiam cavernosis & tortuosis latibus fraudulè tum. Hyssope circumposuerunt spongiam aceto plenam. Hyssope herba humilis pedus purgans, Christi significat humilitatem, quam circūderunt, & circumuenisse putauerunt. vnde: Asperges me domine hyssope, & mundabor. Christi enim humilitate mundamur, quia nisi humiliasset semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, sanguis eius in mandationem nostram suffus non esset. Per arundinem cui imposta est spongia, scriptura significatur, quæ hoc facto impletur, quia arundine scribitur, sicut locutio (quæ per linguam formatur) lingua dicitur: Vnde linguam Græcam & Latinam dicimus. *Hic.* *Currens autem.* Inuenit similitudinem eorū: Spongiam concauam, ætate aridam, ignibus aptam, implet aceto, hoc est malicia & odio vel dolo: de quo dominus plantauit vineam Soreth. Et quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ, & expectaui ut faceres uvas, & fecisti spinas. *Iesus au.* Beda. Quid dixerit Lucas aperit. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. & hoc dicens expirauit. Quod autem dicit Ioannes: Cum accepisset acerum dixit: Consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum. Inter hoc quod ait: Consummatum est & illud: Inclinato capite emisit spiritum: emissa est vox illa magna, quam Ioannes tacet, ceteri commemorant: In manus tuas, &c. Hier. *Iesus autem.* Infirmata etenim carne, mox virtus diuina inuoluit quæ dicit: Aperite mihi portas iustitiæ, &c. Nos autem cum nulla, vel vna voce morimur, qui de terra sumus. Ille enim cum exaltata voce expirauit, qui de cælo descendit. *Et velum tem.* Ut arca testamenti, & omnia legis sacramenta, quæ tegebantur appareant, & ad gentes trāscant. Ante dicebatur: Notus in Iudæa Deus in Isra. m. n. c. Nunc autem: Exaltare super. e. Deus, & in omni, &c. Et in euangelio prius. In viā gen-

tium nō abieritis. Et post passio nem: Ire & docete omnes gentes, &c. *Videns autem.* Ostenditur quare ceterum miratur, quia vidit eu sic expirasse, id est, spiritum emisisse. Nullos enim habet potestatem emittendi spiritum, nisi conditor animatum. *Verū, &c. Hiero.* Nota quod centurio ante crucem in ipso scandalo passionis verè filium Dei cōstituit: & Arius in ecclesia prædicat creaturam. Vnde merito per centurionem fides ecclesiæ significatur, quæ velo mysterio rum cælestium per mortem domini referatō continet Iesum & verè iustum hominem, & verè filium Dei synagoga tacente confirmat: *Erat autem.* Hiero. Sicut non excluditur muliebris sexus à salute per Mariam virginem: ita non repellitur à mysterio crucis sciētia & resurrectionis per viduam Mariam Magdalenam, & ceteras matres. *Iacobi minoris: & Ioseph.* Beda. Minorem Iacobum dicit Iacobum Alphæi, qui & frater domini, eo quod esset filius Mariæ materis domini. De qua Ioannes: Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleopha, & Maria Magdalene, Cleopha videtur eam dicere à patre vel à cognatione. *Et cum iam sero esset, &c.* Beda. Parascue Græcè; præparatio Latine: Hoc nomine Iudæi inter Græcos morantes sextam sabbati appellabant, quia in eo quæ sabbato erant necessaria præparabant secundum quod de manna dictum est: Sexta die colligitis duplum, &c. Quia ergo sexta die homo factus est, & tota mundi creatura perfecta est, septima autem conditor ab omni opere suo requieuit. Vnde & hunc sabbatum, id est, requiæ dici voluit, rectè saluator eadē sexta die crucifixus hominem restaurauit. Ideoq; cū accepisset acerem, consummatum est, id est diei sextæ opus cōpletum est, quod pro mundi reparatione suscepi. Sabbato autem in sepulchro requiescēs, resurrectionis, quæ octaua die futura erat, expectabat exitum, vbi nostræ deuotionis & retributionis prælucet exemplum, quos in hac sexta ætate, pro domino pati, & mundo necesse est crucifigi. In septima verò ætate, id est cū læthi quisque debitu soluerit: corpora quidem in tumbulis; animas autem in secreta pace cum domino gaudere, & post bona opera oportet quiescere, donec octaua veniente ætate & ipsa corpora resurrectione glorificata, cum animabus simul incorruptionem æternæ hereditatis accipiant. *Veni Ioseph.* Hiero. Ioseph venit sero parascue ab Arimathia, quæ interpretatur deponens, ad deponendam corpus Christi in monumento, *Nobilis decurio expe. redem. Dei intravit ad Pila. & petiit cor. Iesu.* Ioseph inuoluit syndone, in syndone inuolutum corpus posuit in monumentum, quod excisum erat de petra, & aduoluit lapidē ad ostium monumenti. Mariæ aspiciunt vbi poneretur. Hæc omnia congruunt ad populum Iudaicum in fine credentem, qui nobilitate fide, vbi Abraham sit filius: Deponit desperationem, expectat regnum Dei: intrat ad Christianos ut baptizetur, quod significat nomen Pilati, id est, eos malleatoris, id est, qui domat gentes feras, ut regat eas in virga ferrea, & petit sacrificiū, quod donatur penitentibus in fine, id est viaticum. Et mundo corde & peccatis mortuo, inuoluit in munimine fidei, stabilitum operculo sp̄i per opera charitatis concludit. Finis enim præcepti est charitas. Aspicientibus à longè electis; qui sunt stellæ maris, quando si fieri potest, scandalizabuntur etiam electi.

electi. *Decurio.* Officiū curiæ administrans magne dignitatis apud seculū, maioris apud Deum fuisse legitur. Talem enim fuisse decebat, qui corpus domini sepeliret, qui & per iustitiam dignus esset, & per nobilitatem secularis potentia facultatem obtineret. Non enim ignotus aut mediocris ad præsidem accedere, & crucifixi corpus, posset imperare. *Ioseph autem.* Beda. Ex simplici sepultura domini, ambitio diuitum condemnatur, qui nec in tumulis possunt carere diuitiis. Allego. Corpus Christi non auro, non gemmis, aut serico, sed lineo puro obuolendum est. Moraliter autem: Ille in syndone munda Iesum inuoluit, qui eum pura mente suscipit: Hinc ecclesia sacrificium altaris non serico, neque panno tincto, sed lineo terreno celebrat, sicut corpus domini in syndone munda sepultum est: sic à papa Siluestro statutū est. *Quod erat exci.* Beda. Dicitur, quod monumentum domini domus rotunda fuit de subiacente rupe excisa, tantæ altitudinis, ut homo reclusus consistens vix extera manu culmen possit attingere. Et habet introitum ab oriente, cui lapis ille magnus aduolutus atque impositus est. In eius parte aquilonari ipsum sepulchrum, id est, locus dominici corporis de eadem Petra factus est septem habens pedes longitudinis, trium palmorum mensura à pavimento altius eminens. Qui scilicet locus non desuper, sed à latere meridiano per totum patet vnde corpus inferebatur. Color autem monumenti & loculi albo, & rubeo dicitur esse permixtus.

CATENA AVREA
in idem Euang.

ERat autem Pascha & Azyma post biduum: quærebant summi sacerdotes, & Scribæ, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Hieron. Nunc aspergamus librum nostrum de sanguine, & limina domorum: & funem coccineum circumdemus domui orationis nostræ, & coccum in manu nostra, ut & aræ ligemus, ut vaccam rufam in valle occisam enarrare possimus. De Christi enim occisione enarraturus euangelista, præmittit: *Erat autem Pascha, &c.* Beda. Pascha quidem Hebraicè dicitur pascha, non à passione ut plerique arbitrantur, sed à transitu nominatur: eo quod exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarum pertransierit, nec percussit eos: vel ipse dominus præbens auxilium populo suo, desuper ambulauit. Hieron. Vel pascha transitus interpretatur: pascha verò immolatio. De immolatione agni & transitu populi per mare vel per Ægyptum. Præfiguratur autem passio Christi & redemptio populi de inferno, quando nos post biduum visitat, id est, plenissima luna ætate Christi perfecta, ut nec cum aliqua parte tenebrosa carnes agni immaculati qui tollit peccata mundi in vna domo quæ est ecclesia catholica, calcet charitate, & armati virtute comedamus. Beda: Hoc autem iuxta veteris testamenti scripturam inter pascha & azyma distat, quod pascha ipse solus dies appellatur, in quo agnus occidebatur ad vesperam, hoc est xiiij. luna mensis primi. xv. autem luna, quando egressum est de Ægypto, succedebat festiuitas azymorum, quæ septem diebus vsque ad

xxj. diem eiusdem mensis ad vesperam est statuta solennitas. verum euangelista indifferenter & diem azymorum pro pascha, & pro diebus azymorum pascha ponere solent: vnde & Marcus hic dicit, *Erat autem pascha & azyma post biduum,* quia & paschæ dies in azymis panibus est celebrati præceptus, & nos quasi pascha perpetuum facientes, semper ex hoc mundo transire præcipimur. Hier. A principibus autem egressa est iniquitas in Babylone, qui templum & vasa & se purificare secundum legem ad esum agni debuerant: vnde sequitur: *Et quare sum. sacer. & scri. quomodo eum dolo tenerent & occiderent.* Occiso autem capite totum corpus inerte efficitur: vnde miseri faciunt quod caput moriatur. Vitant autem diem festum qui euenit illis: non enim est festiuitas his qui vitam & misericordiam perdidit: vnde sequitur: *Dicebant autem, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.* Non quidem merentes seditionem ut simplex sermo demonstrat, sed cauentes ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. Theoph. Ipse tamē Christus sibi tempus constituerat passionis: voluit enim in paschate crucifigi, quia ipse verum erat pascha. *Et cum esset Bethania in domo Simonis leprosi, &c.* Bed. Passurus dominus pro toto mundo & vniuersas nationes sub sanguine redempturus; moratur in Bethania, id est in domo obedientia: vnde dicitur, *Et cum esset Bethania in domo Sim. lep. & recum. ve. mulier.* Hieron. Hinnulus enim ceruorum semper ad lectum suum redit, id est filius patri obediens vsque ad mortem, à nobis obedientiam petit. Beda: Dicit autem, Simonis leprosi, non quod leprosus illo tempore permaneret, sed quod antea leprosus, postea à saluatore mundatus est nomine pristino permanente, ut virtus curantis appareat. Theoph. Quamuis autem quatuor euangelista vnguentum mulieris commemorarent, non est tamen vna, sed duæ: vna quidem quæ describitur à Ioanne, quæ soror est Lazari quæ scilicet ante sex dies paschæ vnxit pedes Iesu: alia verò quæ à reliquis tribus euangelistis describitur. Adhuc autem si attendas, inuenies has tres esse. A Ioanne enim vna describitur, altera verò à Luca, à duobus vero reliquis altera. Quæ enim à Luca describitur meretrix esse dicitur, in medio prædicationis tempore ad Iesum venisse. Hæc verò quæ à Matthæo & Marco describitur, dicitur in tempore passionis venisse non consistentem se peccatricem. Aug. de con. euang. Ego autem nihil aliud intelligendum arbitror: nisi quod non aliam quidem fuisse mulierem quæ peccatrix tunc accessit ad pedes Iesu, sed eandem Mariam bis hoc fecisse: semel scilicet quod Lucas narrauit cum primo accedens cum humilitate & lachrymis, meruit peccatorum remissionem: nam & hoc Ioannes commemorauit, cum de Lazaro resuscitando corpisset loqui, antequam veniret in Bethaniam, dicens: *Maria autem erat, quæ vnxit dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur.* Quod autem in Bethania rursus fecit, aliud est, quod ad Lucæ narratione non pertinet, sed pariter narratur à reliquis tribus. Quod ergo Matthæus & Marcus caput dñi vnguento illo perfusum dicunt, Ioannes autem pedes domini perfudisse mulierem: nisi forte quoniam Marcus fracto alabastro perfusum caput commemorat, tam quisque calumniosus est, ut in

hanc existerent passionem, magis tamen credunt illi qui omnium novit corda, quam ibi sequitur: *Qui ait illis: unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino.* Beda: Iudas scilicet qui cæteris contristatis & retrahentibus manum cum magistro manum mittit in catinum. Et quia prius dixerat: *Unus ex vobis me tradet, & persecerat proditor in malo, manifestius arguit, & tamen nomen proprium non designat.* Hier. Dicit autem: *Unus de duodecim,* quasi ab eis separatus. separatur enim seorsum lupus ovem, quam capit. Ovis quæ de ovili egreditur, lupi moribus patet. Iudas autem nec primo, nec secundo correptus à prodicione retrahit pedem, unde pœna prædicatur: ut quem pudor non vicerat, corrigant denunciata supplicia, & hoc est quod subditur: *Et filius quidem ho. va. sicut scriptum est de eo.* Theop. Per hoc quod dicitur, *Vadit,* ostenditur quod mors Christi fuit volutaria, & nõ necessaria. Hier. Sed quia multi boni ut Iudas faciunt, sed omnino illis non proficit, rectè subditur, *Va autem ho. il. per quem si. ho. tradetur.* Bed. Sed & hodie quoque in sempiternum vè illi homini, qui ad mensam domini malignus accedit. Etenim ille in exemplum Iudæ filium hominis tradit, non quidem Iudæis peccatoribus, sed tamen peccatoribus membris suis. sequitur: *Bonum erat ei, si non esset natus homo ille.* Hier. Scilicet intimo latens vtero materno. melius enim est non esse quàm ad tormenta esse. Theo. Quantum enim ex sine, melius fuisset ei quòd esset si non proditor existeret: nam Deus fecit ipsum ad opera bona, sed postquam ad tantam devenit malitiam, melius fuisset ei si natus non fuisset. *Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, &c.* Beda, Finitis paschæ veteris solennis transit ad novum, ut scilicet pro carne agni ac sanguine, sui corporis sanguinisque sacramentum substitueret. unde sequitur, *Et manducantibus illis accepit Iesus panem:* ut scilicet ipsum se esse monstraret, cui iuravit dominus: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. sequitur, *Et benedicens fregit.* Theo. Id est, gratias agens fregit, quod & nos facimus orationes superaddentes. Bed. Frangit etiã ipse panem quem discipulis porrigit, ut ostendat corporis sui fractionem non absque sua sponte, vel procuratore futuram: quem etiã benedixit, quia naturam humanam, quam passurus assumpsit, ipse vna cum patre & spiritu sancto gratia diuinæ virtutis implevit. *Benedixit panem ac fregit:* quia hominem assumptam ita morti subdere dignatus est, ut ei diuinæ immortalitatis inesse potentiam demonstraret, ideoque velocius eum à morte resuscitandum esse doceret. sequitur, *Et dedit eis, & ait: Sumite: hoc est corpus meum.* Theo. Hoc scilicet quod nunc do, & quod nunc sumitis. Nõ autem panis figura tantum corporis Christi est, sed in proprium Christi corpus transmutatur. nam dominus ait: Panis quem ego dabo, caro mea est. Sed tamen caro Christi non videtur propter nostram infirmitatem: panis enim & vinum de nostra consuetudine est. si verò carnem, & sanguinè cerneremus, fumere non sustineremus: propter hoc dominus nostræ infirmitati condescendens, species panis, & vini conseruat, sed panem & vinum in veritatem conuertit carnis & sanguinis. Chry. in ser. de pas. Et nunc etiam ille præsto est Christus: qui illam ornauit mensam, ipse ista quoque consecrat. Non enim homo est, qui proposti-

Panis in
Eucharistia
Christi corpus
transmutatur.

tum corpus Christi facit & sanguinem, sed ille qui pro nobis crucifixus est Christus. Sacerdotis ore verba profertur, & Dei virtute consecratur & gratia, hoc verbo quod dicit: Hoc est corpus meum, proposita consecratur: & sicut illa vox quæ dicit, Crescite & multiplicamini, & replete terram, semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum ad generationem operante natura: ita & vox ista semel quidem dicta est, sed per omnes mensas ecclesiæ vsque in hodiernum diem, & vsque ad eius aduentum præstat sacrificio firmitatem. Hier. Misticè autem in pane transfiguratur dominus corpus suum, quod est ecclesiæ præfens, quæ accipitur in fide, benedicitur in numero, frangitur in passionibus, datur in exemplis, sumitur in doctrinis, formatur in sanguinem suum in calice, vino & aqua commixtum, in alio purgemur à culpis, alio redimamur à pœnis. Sanguine namque agni seruantur domus à percussione angeli, & aqua maris rubri, extinguntur inimici, quæ sunt mysteria ecclesiæ Christi. unde sequitur, *Et acci. cali. gra. ag. de. eis.* Gratia enim & nõ meritis saluati sumus à Deo. Greg. ij. Mor. Cum appropinquaret etiã passioni, accepto pane gratias egisse perhibetur: Gratias itaque egit qui flagella alienæ iniquitatis susceperat: & qui nihil percussione dignum exhibuit, humiliter in passione benedixit: ut hinc ostendat quid vnusquisque in flagello cuius facere debeat, si ipse equanimiter flagella culpe portat alienæ: ut hinc etiã ostendat quid in correctione faciat subditus, si in flagello postus patri gratias egit æqualis. Bed. Quia & nos in Christo & in nobis Christum manere oportet, vinum dominici calicis aqua miscetur. Attestant enim Ioanne, aquæ populi sunt, & neque aquam solâ, neque solum vinum cuiquam licet offerre: neque talis oblatio caput à membris secernendum esse significet, & vel Christum sine nostræ redemptionis amore pati potuisse, vel nos sine illius passione saluari ac pati posse offerri cõtingat: sequitur, *Et biberunt ex illo omnes.* Hieron. Ebrietas scilicet, fatietas salutaris: quæ quanto copiosius sumitur, tantò sobrietatè mentis donare dignatur. Theop. Quidam autem dicunt Iudam mysteriorum non fuisse participem, sed quòd exiuerit antequam dominus mysteria largiretur. Alij etiã dicunt quòd illi tradidit de illo mysterio. Chry. in ser. de pas. Christus enim sanguinem ei, qui eum vendidit offerebat, ut haberet remissionem peccatorum, si tamen impius existeret noluisse. Hierony. Bibit ergo Iudas, sed non saturatus, nec sitim extinguit ignis æterni: quia in igne sumit mysteria Christi, cuius sacrificium non emundat, sed eos cogitatio insipientis perducit ad culpas, qui se cœnolis crudelitatis factoribus miscuerunt. Chry. in ser. de pas. Nullus ergo sit Iudas in domini mensa: hoc sacrificium cibus spiritualis est: nam sicut corporalis cibus cum ventrem inuenit aduersis humoribus occupari, amplius lædit: ita est & iste spiritualis cibus, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdit, non sua natura, sed accipientis vitio. Pura igitur sit mens in omnibus, pura cogitatio, quia & sacrificium purum est: sequitur, *Et ait illis: hic est sanguis meus novi testamenti.* Bed. Hoc ad distinctionem respicit veteris testamenti, quod hircorum & vitulorum est sanguine dedicatum, dicente inter aspergendum legislatores, hic est sanguis testamenti quod mandauit ad

nos

nos Dens: sequitur. *Qui pro multis effunderetur.* Hier. Non enim omnes emundat: sequitur, *Amen dico vobis, quòd, &c.* Theop. Quasi diceret, Non bibam de vino vsque ad resurrectionem: regnum enim resurrectionem vocat, quasi tunc regnauerit contra mortem. Post resurrectionem verò bibit cum discipulis, & comedit, ostendens quòd idem ipse esset qui passus est. Nouum autem bibit illud, id est, nouo quodammodo & alieno, nõ enim corpus habebat passibile indigens cibo, sed immortale & incorruptibile. Intelligendum est autem ut sic: Vitis est ipse dominus, genimen vitis mysteria & intellectus occultus quem ipse generat, qui docet hominem scientiam. In regno autem Dei, id est, in futuro seculo bibit cum suis discipulis mysteria & sapientiam, noua quædam nos docens, & reuelans quæ nunc occultat. Beda, Vel aliter, Vitem siue vineam domini appellatam esse synagogam Esaias testatur, dicens: Vineæ domini sabaoth domus Israhel est. Iturus ergo dominus ad passionem ait, Iam non bibam de genimine vitis, ac si aperte dicat, Non vltra carnalibus synagogæ ceremoniis delectabor, in quibus etiã ista paschalis agni sacra locum tenere præcipuum. Aderit enim tempus meæ resurrectionis, aderit dies illa cum in regno Dei positus, id est gloria vitæ immortalis sublimatus, de salute eiusdem populi fonte gratiæ spiritualis regenerati vobiscum gaudio perfundat. Hieron. Considerandum autem quòd hic dominus mutat tantum sacrificium, sed non mutat tempus, ut nos nunquam cœnã domini ante quartamdecimam lunam faciamus: qui facit in decimam quartam resurrectionem, in vndecima luna cœnam domini faciet: quod nunquam in veteri testamento nec in nouo factum est. *Et hymno dicto, exierunt in montem Oliuarum, &c.* Hilar. Sicut gratias egerunt antequam biberent, ita etiam gratias agunt, postquam biberunt: unde dicitur, *Et hymno dicto exierunt in montem Oliuarum:* ut scilicet addictas & ante cibum, & post cibum gratiarum reddere actiones. Hieron. Hymnum enim dicit laudem domini, ut est in Psalmo, *Edent pau. & lau. domi. qui requi. eum.* Et adorauerunt & manducauerunt omnes pingues terræ. Theop. Simul etiam & hic ostendit quòd amplectibile erat sibi pro nobis mori: quia cum tradendus erat, Deum laudare dignatus est. Docet etiam nos cum in angustias incidimus propter multorum salutem non contristari, sed Deo gratias agere, qui in nostra operatione operatur multorum salutem. Beda, Potest etiam hymnus ille intelligi, quem dominus secundum Ioannem patri gratias agens decantabat, in quo & pro seipso, & discipulis, & pro eis, qui per verbum ipsorum credituri erant, eleuatis sursum oculis precabatur. Theop. Exiit autem in montem: ut ad eum, solitariū existentem exeuntes ipsam caperent, absque tumultu. Si enim accessissent, eum in ciuitate manebat, forte fuisset multitudo populi conurbata, & tunc manifestè occasionem inimici captantes viderentur ipsum iuste interficere: tãquam populum concitantem. Beda, Pulchrè etiam dominus discipulos sacramentis imbutos in montem educit Oliuarum, ut typicè designet nos per acceptio-nem sacramentorum ad altiora virtutum dona, & charismata sancti spiritus, quibus in corde perungamur, ascendere debere. Hierony. In monte

etiam Oliueti Iesus tenetur, unde ad cælos ascendit: ut nos sciamus, quia inde ascendimus ad cælos, unde vigilamus & oramus, ligamur, nec repugnamus in terra. Beda, Prædicat autem dominus discipulis quid passuri sunt, & cum passi fuerint, non desperent salutem sed bibit cum pœnitentiam liberentur: unde sequitur, *Et ait illis Iesus, Omnes scandalizabimini in me in nocte ista.* Hierony. Omnes quidem cadunt, sed non omnes iacent. Nunquid enim qui dormit, non adiciet ut resurgat? Carnale est cadere, sed diabolicum est iacere. Theop. Permisit autem eos dominus cadere, ut non in seipsis confidat: & ne videretur hoc quòd prædixerat ex quodam argumẽto apparenti prædixisse, inducit testimonium Zachariæ prophete: unde sequitur, *Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* Beda, Hæc aliis verbis in Zacharia propheta scriptum est, & ex persona prophetæ ad dominum dicitur, *Percute pastorem, & dispergentur oves.* Propheta enim postulat passionem domini, pater respondet, *Percutiam pastorem precibus inferiorum.* Filius à patre mittitur, & percutitur, id est incarnatur & patitur. Theop. Dicit autem pater, *Percutiam pastorem,* quia ipsum percuti dimisit. Oves discipulos dicit, quasi innocentes & quasi absque malitia. Vltimò consolationem inducit, dicens: *Sed postquam reuerterero, præcedam vos in Galileam.* Hieron. In quo vera promittitur resurrectio, ut spes non extinguatur. Sequitur: *Petrus autem ait ei, Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego.* Ecce auis sine pennis in altum volare nititur, sed corpus aggrauat animam, ut timore humanæ mortis timor domini superetur. Bed. Et Petrus ergo de ardore fidei promittebat, & saluator quasi Deus futura nonerat: unde sequitur, *Et ait illi Ies. Amen dico tibi, &c.* August. de con. euang. Cum omnes euangelistæ dicant prædixisse dominum quòd eum Petrus esset negaturus, antequam gallus cantaret: Marcus hoc solum narravit expressius: unde nonnullis videtur non congruere cæteris, quia parum attendunt. Tota enim Petri negatio trina est, quæ si tota post primum galli cantum inciperet, saluum dixisset viderentur tres alij euangelistæ, quòd scilicet antequam gallus cantaret, ter eum esset negaturus. Rursus si totam trinam negationem antè peregisset quàm cantare gallus inciperet: superfluo dixisset Marcus ex persona domini, *Priusquam gallus bis vocem dederit, ter me negaturus es.* Sed quia ante primum galli cantum cœpta est illa trina negatio, attendunt illi tres non quando eam completurus esset Petrus, sed quanta futura esset, id est trina, & quando cœptura, id est ante galli cantum: quanquam in animo eius & ante primum galli cantum tota concepta est. Marcus autem de ipsarum vocum intervallo planius elocutus est. Theop. Quod sic intelligitur: Petrus semel negauit, deinde gallus cantauit: negante verò eo duabus aliis negationibus, tunc gallus secundo vocem emisit. Hieron. Gallus lucis nuntius cuius est nisi spiritus sanctus? cuius voce in propheta & in apostolis nos de trina negatione excitamur ad amarissimos post lapsum flus, qui malè cogitauimus de Deo, & malè locuti sumus ad proximos, & malè fecimus ad nosmetipsos. Beda, Fides autem apostoli Petri ardens affectus ad dominum consequenter ostenditur. Sequitur enim, *At ille ampli loquitur. Et si oportet me commori tibi, non te negabo.* Theop. Fer-Bibl. Hom. tom. 2. B b b uorem

uorem etiam intrepidum & alij discipuli ostenderunt. Nam sequitur, *Similiter autem & omnes dicebant*, sed tamen resistebant veritati, quam Christus prae-dixerat. *Et veniunt in praedictum cui nomen Gethsemani, &c.* Glof. Postquam dominus scandalum discipulorum prae-dixerat, nunc euangelista narrat de oratione ipsius, in qua pro discipulis creditur orasse: & primo describens locum orationis dicit: *Et veniunt in praedictum cui nomen Gethsemani.* Bed. Monstratur vsque hodie locus Gethsemani, in quo dominus orauit ad radices montis Oliueti. Interpretatur autem Gethsemani, vallis pinguium suae pinguedinis. Cum autem dominus in monte orat, nos docet sublimia orando inquiri debere. At cum in valle pinguedinis orat: insinuat nobis humilitatem semper in orationibus; & interioris pinguedinem dilectionis esse seruandam. Ipse etiam per vallem humilitatis & pinguedinem charitatis nos docere mortem subiit. Hieron. In valle etiam pinguedinum tauri pingues obsederunt eum. Sequitur: *Et ait discipulis suis, Sedete hic, donec orem.* Separantur in oratione, qui separantur in passione: quia ille orat, illi dormiunt, pigredine cordis oppressi. Theoph. Singulariter etiam erat consuetudo illi semper orare, formam nobis tradens vt silentium & solitudinem in orationibus requiramus. Sequitur, *Et assumit Petrum & Iacobum & Ioannem secum.* Illos tres tantum assumit, qui gloria eius in monte Thabor inspectores extiterant: vt qui gloriosa viderant, viderent etiam tristitia, & addiscerent quod verus erat homo in hoc quod tristatur. vnde sequitur, *Et ex parte & re, quia enim totum assumpsit hominem, assumpsit & naturales proprietates hominis, pauere & tædere & contristari naturaliter. nam homines naturaliter inuiti tendunt ad mortem.* vnde sequitur, *Et ait il. Tristis est vni. mea vsque ad mortem.* Bed. Quasi Deus in corpore constitutus fragilitatem carnis exponit, vt eorum qui sacramentum incarnationis obliuiscunt, excluderetur impietas: nam qui corpus suscepit, omnia debet suscipere quae corporis sunt, vt elurire, scitire, angeretur, contristaretur. Diuinitas enim per hos commutari nescit affectus. Theoph. Quidam autem hoc sic intellexerunt, quasi dicat. Tristor enim non quod mori debeo, sed quod Israelitae propinqui mei me crucifixuri sunt, ac per hoc a regno Dei debent excludi. Hier. In hoc etiam pauere & tristari doceimur ante iudicium mortis; quod non possumus per nos dicere; sed per illum, Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. sequitur, *Sufficit & vi.* Bed. Non a somno dormitionis prohibet, cuius tempus non erat imminente discrimine, sed a somno infidelitatis, & torpore mentis. Paululum autem procedens ruit in faciem suam: & humilitatem mentis habitum carnis ostendit, vnde sequitur, *Et cum pro patre.* Aug. de con. euang. Non dixit si facere posset, sed si fieri posset. fieri enim potest quod ille voluerit. Sic itaque dicitur est; Si fieri potest: ac si diceretur, si vellet, Et ne quis putaret eum patris inuuisse potestatem: manifestauit quo intellectu accipiendum sit quod dictum est. Nam sequitur, & dixit, Abba pater, omni. ri. pos. sunt. In quo satis ostendit non ex impossibilitate, sed ex voluntate patris dictum esse si fieri potest. Quod autem Marcus non solum pater, sed Abba pater eum dixisse commemorat: hoc est, Abba Hebraice, quod La-

tinè pater. Et fortasse dominus propter aliquod sacramentum vitaeque dixit: volens ostendere se illam tristis personam iam sui corporis, id est, ecclesiae suscepisse, cui factus est angularis lapis venienti ad eum partim ex Hebraeis, ad quos pertinet quod ait Abba: partim ex gentilibus, ad quos pertinet quod ait pater. Beda, Orat autem transire calicem: vt ostendat verè quod homo erat. vnde subdit, *Transfer calicem à me.* Reminiscens autem & propter quid missus est, perficit dispersionem ad quam missus est: & clamat. *Sed non quod ego volo, sed quod tu.* quasi dicat. Si moritur mors, me non moriente secundum carnem, taceat calix. vntum quia non aliter hoc fiet, non quod ego volo, sed quod tu. Multa adhuc contristantur futura morte, sed habent reuerti cor, vitent mortem quam possunt, sed si non possunt, dicant id quod propter nos dominus dixit. Hier. Ex quo etiam vsque in finem non cessat nos docere patribus obedire, & voluntatem eorum, voluntati nostrae praepone-re. Sequitur, *Et ven. & inue. eos dor.* Sicut enim dormiunt mente, sic & corpore. Post orationem autem dominus veniens; & videns discipulos dormientes; Petrum solum increpat. vnde sequitur, *Et ait Petrus. Sic. non potuisti vna ho. vigil. me. quasi dicat. Qui vna hora non potuisti mecum vigilare, quomodo mortem spernes tu qui spodes moti mecum? Sequitur, *Fig. & ora. vt non int. in ten. scilicet, negandi me.* Bed. Non ait, Orate ne tentemini, quia impossibile est humanam animam non tentari, sed, ne intretis in tentationem, hoc est ne vos tentatio superet. Hier. In tentationem autem intrare dicitur, qui orare negligit. Sequitur, *Spiritus qui. pro. est, ca. au. infirma.* Theoph. quasi dicat. Spiritus quidem vester promptus est ad me non negandum, & propterea hoc promittitis: sed caro vestra intantum infirma est; quod nisi dominus per orationem, virtutem carni dederit; in tentationem intrabit. Bed. Temerarios hic reprimit, qui quicquid crediderint, putant se consequi posse: sed quantum ex mentis ardore confidimus, tantum ex fragilitate carnis timeamus. Facit etiam hic locus aduersus eos qui dicunt vnam in domino operationem, & vnam voluntatem fuisse. Duae enim voluntates ostendit: humanam, scilicet quae propter infirmitatem carnis recusat passionem: & diuinam, quae promptissima est. Sequitur, *Et ite. ubi. ora. cum. ser. dicens.* Theoph. vt scilicet per secundariam orationem quod verus homo esset, affirmaret. sequitur, *Et reuer. de. inuen. eos dormient. tamè non vehementer redarguit. Erant enim oculi eorum gratiati. scilicet, somno. Et igno. quid resp. d. et. et. pet. hoc infirmitatem humanam addiscet, ne scilicet, grauari somno promittamus ea quae nobis impossibilia sunt. Ideo tertiò abiit ad orandum oratione praedicta. vnde sequitur, *Et veni. & ait il. Dor. iam & re.* Non turbatur contra illos, cum post redargutionem peius fecerint, sed ironice dicit illis, *Dor. iam & re.* quia iam sciebat quod proditor appropinquabat. Et quod ironice dixerit apparet per hoc quod subditur, *Sufficit, vt. ho. ec. tra. si. ho. in. ma. pec.* Hoc dicebat deridens somnum eorum, quasi diceret, nunc tempus est vt dormiatis quando inimicus appropinquat. Deinde subiungit, *Sir. ea. ec. qui me tra. pro. est.* Non vt fugerent hoc dixit: sed inimicis obuiarent. Aug. de con. euang. Vel aliter, Per hoc quod eum dixisset, *Dor. iam & re. adiungit, Sufficit. & deinde infert, Veni hora. ec. tra. si.***

tra. si. ho. vtique intelligendum est post illud, *Dor. & re. qu. siluulle dominum, aliquantum, vt hoc fieret quod praemiserat: & tunc intulisse, Veni hora.* & ideo interponit, *Sufficit, scilicet quod requieuitis. Hier. Trina autem discipulorum dormitio tres mortuos, quos dominus suscitauit, signat: primus in domo, secundus ad sepulchrum, tertius de sepulchro. Trina autem domini vigilia docet nos orando, & de praeteritis & de futuris & de praesentibus veniam rogare. Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, &c.* Bed. Postquam tertio dominus orauerat, & apostolorum timore sequente poenitentiam impetrauerat corrigendum, securus de passione sua pergit ad persecutores, de quorum aduentu euangelista dicit, *Et ad. eo. lo. re. Iud. Ista. vnus de duod. Theoph. Hoc non frustra ponitur, sed ad maiorem proditoris redargutionem: quod cum de primo choro discipulorum existeret, contra dominum in tabernaculo versus est. Sequitur, *Et cum eo tur. mul. cum gla. & lig. missi à sum. sacer. & scri. & senio.* Hier. Incumbit enim virtuti seculi, qui desperat de adiutorio Dei. Beda. Adhuc tamè habet aliquid Iudas de verecundia discipuli, cum eum non palam tradidit persecutoribus, sed per signum oculi. vnde sequitur, *Ded. au. trad. eis sig. dic. Quemcumque ofcu. fuero. &c.* Theoph. Vide eius insensibilitatem, quomodo crederet in osculo Christum decipere, vt quasi amicus aestimaretur. Si autem amicus eras, o Iuda, cuius gratia cum inimicis accessisti: sed omnis prauitas sine prouidentia est. Sequitur, *Et cum re. statim, &c.* Hier. Dat Iudas signum oculi cum veneno doli, sic Cain obtulit sacrificium subdolum & reprobatum. Bed. Inuidens autem & scelerata confidentia magistrum vocat, & osculum infert ei quem tradidit. Suscepit autem dominus osculum traditoris, non quo simulare nos doceat: sed ne conditionem fugere videatur, simul & illud Psal. complès. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. sequitur, *At. il. in. Ie. & c.* Hier. Hic adest Ioseph venditus à fratribus, & ferrum pertransiuit animam eius. Sequitur, *Vnus au. de. cir. &c.* Bed. Petrus hoc fecit, vt Ioannes declarat eodem mentis ardore quo cetera faciebat. Sciebat enim quomodo Phinees puniendo sacrilegos, mercedem iustitiae & sacerdotij perennis acceperit. The. Tacet autem nomen eius Marcus, vt non videretur suum laudare magistrum quasi zelantem pro Christo. Inuit autem Petrus ex hoc quod inobedientes erant & increduli spernentes scripturas. nam si habuissent aures audientes scripturas, non crucifixissent dominum gloria. Amputauit autem articulum serui summi sacerdotis. nam summi sacerdotes primo praeteribant scripturas, quasi serui non audientes facti. Sequitur, *Et ref. Ie. ait il. Tanquam, &c.* Bed. Quasi dicat. Stultus est cum gladiis & fustibus quaerere eum qui vltro se vestris tradidit manibus, & in nocte quasi latitante per proditorem inuestigare, qui quoridie in templo docebat. The. Istud autem diuinitatem eius ostendit: quando enim in templo docebat, non valuerunt ipsum accipere, quando in manibus eorum esset, quia nondum tempus aduenerat passionis. quando autem ipse voluit, tunc tradidit seipsum, vt adimplerentur scripturae, quia tanquam agnus ad occisionem ductus est, non clamans neque vociferans, sed voluntarie patiens. Sequitur, *Tunc dis. eius re. eum, om. fug.* Bed. In hoc imple-*

tur sermo, quem dominus dixerat, quod omnes discipuli scandalizarentur in ipso in illa nocte. Sequitur, *Ado. au. qui. seg. il. ant. syn. super nudo,* subditur corpore, quia non aliud indumentum quam solam habebat syndonem. Sequitur: *Et tenuit eum. Et ille re. syn. nu. pro. ab eis,* quorum scilicet praesentiam detestabatur & facta: non à Domino, cuius amorem & absens corpore fixum seruauit in mente. Hier. Sicut etiam Ioseph relicto pallio nudus de manibus impudicae feminae aufugit. Qui vult effugere manus iniquorum, relinquens mente quae mundi sunt, fugiat post Iesum. The. Probabile autem videtur, quod hic adolescens erat de illa domo, in qua Pascha commederat. Quidam verò dicunt hunc adolescentem fuisse Iacobum fratrem domini, qui dicebatur iustus, qui ab apostolis post Christi ascensionem cathedram Hierosolymorum accepit. Greg. 4. mor. Vel hoc de Ioanne dicitur, qui etiam post vt verba redemptoris audiret, ad crucem rediit, prius tamen territus fugit. nam & illum eo tempore fuisse adolescentem longa post hoc in carne vita eius indicio est. Potuit enim fieri vt ad horam tenentium manibus elapsus, mox resumpto indumento redierit, & sub dubia lucis nocte se turbis decentium Iesum quasi vnus de ipsis immisisset, donec ad atrium pontificis cui erat notus perueniret, vt ipse in suo euangelio commemorat. Sicut autem Petrus, qui culpam negationis poenitentiae lacrymis abluit, recuperationem ostendit eorum qui in martyrio labuntur: ita ceteri discipuli qui articulum comprehensionis fugiendo praueuerunt, cautelam fugiendi docerent, qui se minus idoneos ad toleranda supplicia sentiunt. *Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, &c.* Glo. Narrauerat euangelista superius quomodo dominus à ministris sacerdotum fuerat captus, nunc narrare incipit quomodo in domo principis sacerdotum morti adiudicatus fuit. vnde dicitur, *Et addu. Ie. ad sum. sa. Bed. Summum sacerdotem significat Cayphas, qui (sicut Ioannes scribit) erat pontifex anni illius, de quo testatur Iosephus, quod pontificatum sibi emerit à principe Romano. sequitur, Et con. in. vn. om. sa. & scri. & sen.* Hieron. Tunc facta est congregatio taurorum in vaccis populorum. sequitur, *Petrus au. à lon. &c.* Timor enim retrahit, sed charitas trahit. Bed. Merito autem à longe sequebatur, qui iam erat proximè negaturus. Neque enim negare posset si Christo proximus adhaesisset. sequitur, *Et sed. cum ministris, &c.* Hiero. In atrio cum ministris calefacit se ad ignem. Atrium sacerdotis est secularis circuitus, ministri daemonia sunt, cum quibus qui manet, flere peccata non potest: ignis desiderium carnale. Bed. Est enim ignis charitas, de quo dicitur, Ignem veni mittere in terram, qui super credentes descendens variis linguis eos laudare dominum docuit. Est & ignis cupiditatis, de quo dicitur, Omnes adulterates velut clybanus corda eorum. hic ignis in atrio Cayphae instinctu maligni spiritus accensus, ad negandum, ad blasphemandum dominum perfidorum linguas armabat. Quod enim intus in domo maligna synodus gerebat, hoc ignis in atrio inter frigora noctis accensus figurabat. Quoniam enim abundat iniquitas, refrigerat charitas multorum. hoc frigore torpens ad horam Petrus, quasi prunis ministrorum Cay-

phæ calciferi cupiebat: quia temporalis com-
modi solatium perfidorum societate quærebat.
Sequitur, *Summi verò sacerdotes & omnes, &c.* The.
Lege præcipiente quod vnus existeret summus
sacerdos, tunc multi erant substituti, & destituti
annis singulis per principem Romanorū. Sum-
mos ergo sacerdotes dicit illos, qui determina-
tum eis tempus complentes iam compleuerant
& à sacerdotio destituti erant. Figuram autem
iudicij, quod in præiudicium agebant operantur,
testimonia querentes vt videantur Iesum iuste
damnare, & perdere. Hier. Sed mentita est ini-
quitas sibi, vt regina aduersus Ioseph, & sacer-
dotes aduersus Sulannam: sed ignis sine materia
deficit. vnde sequitur, *Nec inueniebant. Mult. enim
fal. re. di. aduersus eum, &c.* Quod enim variatur,
incertum habetur. Sequitur, *Et quidem sur. fal. test.
ferebant.* Moris est hereticorum, vmbra de ver-
itate trahere: non ille dixit quod illi dicunt, sed
simile verbum de templo corporis sui, quod post
biduum resuscitauit. Theo. Non enim Dominus
dixerat, *Ego dissoluum illud*, sed soluite: neque ma-
nu factum dixit, sed simpliciter templum. Hier.
Dixit etiam, *Suscitabo, viuum animal significas,*
& spirans templū. *Falsus testis est qui in eo sensu
dicta intelligit, quo non dicuntur. Exurgens autem
summus sacerdos in mediū, interrogauit Iesum, &c.* Bed.
Quātō Iesus tacebat ad indignos respōsione sua,
fallos testes & sacerdotes impios, tantō magis
pontifex furore superatus, eum ad respondē-
dum prouocat: vt ex qualibet occasione sermo-
nis, locum inueniat accusandi. vnde dicitur, *Et
ex. san. sac. &c.* Iratus quidem princeps & impa-
tiens, non inueniens calumniæ locum, exurgit
de folio, vt insaniam mentis, motu corporis de-
monstraret. Hier. Sed ipse Deus & saluator no-
ster, qui mundo salutem contulit, & humano
generi sua pietate subuenit, sicut ouis ad occisi-
onem sine voce ducitur, & obmutuit & siluit à
bonis. vnde sequitur, *Ille au. ra. & ni. resp.* Taciturnitas
Christi apologiam, id est, excusationem
Adæ absoluit. The. Tacebat autem sciens quod
non attenderent verbis eius. vnde secundum Lu-
cam respondit, *Si dixero vobis, non creditis
mihi. vnde sequitur, Rur. sum. sac. in. eum & dixit
ei, Tu es, &c.* Interrogat quidem hoc summus
sacerdos, non vt addicens crederet, sed vt ex
hoc aliquam occasionem captaret. Quærit autem
Tu es Christus filius Dei benedicti? Multi nanque
erant Christi. Id est, vncti, sicut reges & summi
sacerdotes, sed nullus eorum dicebatur filius Dei
benedicti, quasi semper collaudati. Hier. Hunc
autem expectabant de longe quem prope non
vident: sicut Isaac caligantibus oculis Iacob sub
manibus non agnoscit, sed longe de eo futuro
canit. sequitur, *Iesus autem dicit illi, Ego sum.* vt sci-
licet inexcusabiles sint. Theo. Sciebat nanque
quoniam non crederent, tamen respondit ne
postea dicerent, *si audissemus aliquid ab eo, cre-
didissemus ei: hoc autem est in eorum præiudi-
cium, quia audierunt & non crediderunt.* Aug.
de con. euang. *Matthæus autem non dixit res-
pondisse Iesum, Ego sum; sed, tu dixisti.* Sed
Marc. tantum valere ostendit quod ei dixit Iesus:
tu dixisti, quantum si diceret, *Ego sum.* sequitur,
Et videb. fi. hō. sed. à dex. Dei, & ven. cum nub. cali.
The. Ac si dicat. Videbitis me tāquam filium ho-
minis à dextris patris sedentem. Virtutem nan-

que hic patrem dicit, non autem sine corpore
veniet, sed qualis apparuit crucifigentibus, in
iudicio eis apparebit. Bed. Si ergo tibi in Christo
dō Iudæe, dō Paganæ & hereticæ contemptus, infir-
mitas, & crux contumelia est, vide quia per hoc
filius hominis ad dexteram Dei patris sedurus, &
in sua cum nubibus cæli est maiestate futurus.
Hier. Et quidem sacerdos interrogat filium Dei,
Iesus autem responderet filium hominis: vt hinc
intelligamus, Dei filium idem esse & filium ho-
minis, & ne quaternitatem faciamus in trinitate,
sed homo in Deo, & Deus in homine sit. Dixit
autem, *à dextris virtutis sedentem*, id est, in vita re-
gnantem sempiterna, & virtute diuina. *Et ve.
cum nub. cæ.* In nube ascendit, cum nube veniet,
id est, in corpore suo solo, quod sumpsit à virgi-
ne ascendit: & cum multiformi ecclesia, quæ
corpus ipsius & plenitudo eius, ad iudicium,
uenturus est. Leo pa. Cayphas autem ad exagge-
randum auditū sermonis inuidiam, scidit vesti-
menta sua, & nesciens quid hæc significaret in-
fanta, sacerdotali se honore priuauit, oblitus
præcepti illius quod legitur de principe sacerdotum,
De capite suo cidarim non deponet, & vesti-
menta sua non disumpet. Nam sequitur, *Sum.
au. sa. scin. re. sua, ait, Quid adhuc desi. vestes & aud.
blas. &c.* Theo. Adimplet quidem sacerdos con-
suetudinem Iudaicam. Cum enim aliquid incole-
rabile & triste illis occurreret, vestimenta scin-
debant. Vt ergo monstraret, quod Christus ma-
gnam & intolerabilem blasphemiam dixerit, vesti-
menta scidit. Bed. Altiori autem mysterio fa-
ctum est, vt in passione domini pontifex Iudæo-
rum sua ipse vestimenta scinderet, hoc est ephor:
cum tunica Domini nec ab ipsis, qui eum cruci-
fixere, militibus scindi potuerit. Figurabatur
enim quia sacerdotium Iudæorum pro sceleri-
bus ipsorum pontificum esse scindendum. Soli-
ditas verò ecclesiæ, quæ vestis sui redemptoris
solet appellari, nunquam valet dirumpi. Theo.
Ex eo autem sacerdotium Iudæorum scindendū
erat, quod condemnauerunt Christum esse reum
mortis. vnde sequitur, *Qui omnes con. eum esse reum
mor.* Hier. Condemnant quidem eum esse reum
mortis, vt reatu suo reatum nostrum solueret.
sequitur, *Et cæ. qui. con. eum,* vt scilicet, spiritum in-
ibus susceptis faciem animæ nostræ lauaret, &
velamine faciei suæ velamen cordium nostrorum
auferret, & colaphis quibus in capite percussus
est, caput humani generis (quod est Adam) sana-
ret, & alapis quibus expalmatus est, maxima
laus eius nostris manibus labiisque plauderet vt
dicitur, *Omnes gentes plaudite manibus.* Bed.
Quod verò dicunt ei, *Prophetiza, quis est qui te
percussit?* quasi in contumeliam faciunt eius qui
se à populis prophetam haberi voluit. Aug. de
con. euang. Hoc autem intelligitur passus Do-
minus vsque ad mane in domo principis sacer-
dorum, quod prius adductus est. *Et cum esset Petrus
in atrio seorsum, venit vna ex ancillis, &c.* Aug. de
con. euang. De Petri tentatione, quæ inter præ-
dictas Domini contumelias facta est, non eodem
ordine omnes euangelistæ narrant. Nam Lucas
explicat prius tentationem Petri, tum demum
has Domini contumelias. Ioannes autem incipit
Petri tentationem dicere, & interposuit quædā
de contumeliis Domini, & adiunxit quod inde
missus est ad Caypham pontificem, & inde reca-

pitulta

pitulata vt explicet quam cœperat tentationem
Petri. Matth. autem & Marc. primò commemo-
rant Christi contumelias, deinde Petri tentatio-
nem, de quo dicitur, *Et cum es. Pet. in ar. &c.* Be-
da, *Quid autem sibi vult quod prima eum pro-
dit ancilla, cum viri vtrique eum magis potuerint
recognoscere, nisi vt & iste sexus peccasse in ne-
cem Domini videretur? & iste sexus redimeretur
per Domini passionem? Sequitur, At il. nec. di.
&c.* Hieron. Petrus sine spiritu voci ancilla celsi-
fit, cum spiritu nec principibus nec regibus ced-
dit. The. Hoc autem eum pati dispendianē per-
misiit Dominus: ne scilicet extolleret se, simul vt
peccantibus misericors ostendatur, tanquam ex
seipso instructus humana infirmitate euentum,
sequitur, *Et exi. fo. an. &c.* Bed. De hoc galli cantu
cæteri euangelistæ tacent, non tamen factum ne-
gant, sicut & multa alia alij silentio prætereunt
quæ alij narrant. Sequitur, *Rursus autem cum vi.
&c.* Aug. de con. euang. Hæc ancilla non eadem
sed alia est, sicut dicit Mar. Sanè hoc quoque in-
telligitur, quia in secunda negatione à duobus
compellatus est, ab ancilla scilicet quam com-
memorat Mar. & Mar. & ab alia quam com-
memorat Lucas. Sequitur, *At il. ite. me.* Iam Petrus
redierat vt quemadmodum dicit Ioannes, ad fo-
cum stans iterum negaret: vnde ancilla dicebat
quod supra dictum est, non illi scilicet Petro, sed
his qui illo exeunte ibi remanserunt, sic tamen
vt ille audiret: vnde rediens & rursus ad ignem
stans resistebat negando verbis eorum. Liquidum
enim colligitur collatis de hac re omnibus euan-
gelistarum testimoniis, non ante ianua secundā
Petrum negasse, sed intus in atrio ad ignem. Mar-
thæum autem & Marcum qui commemorauerunt
exisse eum foras, regressum eius breuitatis
causa tacuisse. Bed. In hac autem negatione Petri
discimus non solum abnegari Christum ab eo
qui dicit eum non esse Christum, sed ab alio
etiam qui cum sit, negat se esse Christianum.
Dominus enim non ait Petro, *Discipulum meum
te negabis, sed, me negabis.* Negauit ergo Christū,
cum se negauit eius discipulum. Sequitur, *Et post
pu. rur. qui. &c.* Non quod alia lingua Galilæi quā
Hierosolymita loquerentur, qui vtrique fuerunt
Hebræi, sed quod vnaquæque provincia & re-
gio suas habet proprietates, ac vernaculum lo-
quendi sonum vitare non possunt. The. Igitur
timore Petrus perterritus & Domini sermonem
oblitus dicentis, *Qui me confessus fuerit coram
hominibus, confitebor & ego eum coram patre
meo, Dominum abnegauit.* vnde sequitur, *Il. au.
cæ. anath. &c.* Bed. Quam noxia sunt prauorum
concilia: inter infideles hominem negauit se nos-
se, quem inter discipulos Deum fuerat confessus.
Solet autem scriptura sacra meritum causarum
per statum designare temporum: vnde Petrus qui
media nocte negauit, ad galli cantum penituit.
vnde subditur, *Et sta. ite. gal. can. &c.* Theo. La-
chrymæ enim Petrum Christo per penitentiam
adduxerunt. Confundantur itaque Nouatiani,
qui dicunt quod qui post susceptionem baptis-
matis peccauerit, non suscipitur vt sibi delictum
remittatur. Ecce enim Petrus qui & Christi cor-
pus sumpsit, & sanguinem, per penitentiam est
susceptus. Etenim sanctorum defectus propter
hoc descripti sunt, vt & nos si per cautelam de-
ciderimus, recursum haberemus per eorum excē-

plum, & speraremus per penitentiam subleuari.
Hier. Mystice autem, prima ancilla, titubatio est
secunda, consensus: tertius vir, actus est. Hæc
trina negatio, quam abluuit per fletus, verbi Chris-
ti recordatio. Tunc nobis gallus cantat, quando
prædicator quisque per penitentiam corda nos-
tra ad compunctionem excitat. Tunc incipimus
 flere, quando ignitur intus per scintillam scienti-
æ, & foras eximus, cum extra eiciamus quod
intus fuimus.

E t. confestim mane concilium facientes summi sacer-
dotes cum senioribus, &c. Bed. Habebant Iudæi
hunc morem, vt, quem ad iudicasset mortis
ligatum iudici traderent. vnde post condemna-
tionem Christi subiungit euangelista. *Et con. ma.
con. facient. &c.* Attamen notandum quod non
tunc primum ligauerunt eum, sed mox deprehē-
sum nocte in orto, vt Ioannes declarat, ligauerunt.
The. Tradiderunt itaque Iesum Romanis,
sed & ipsi à Deo traditi fuerunt in manibus Ro-
manorum, vt adimplerentur scripturæ, dicentes.
Secundum opera manuum eorum tribue illis. Se-
quitur, *Et int. &c.* Pilato nihil aliud criminis in-
terrogante nisi vtrum rex Iudæorum sit, arguuntur
impietatis Iudæi, quod neq. falsò quidem in-
uenire potuerunt quod obicerent saluatori. Se-
quitur, *At il. ref. &c.* Sic respondet vt & verū di-
ceret, & sermo eius calumniæ non pateret. The.
Dubiam enim responsonem emisit. nam, *Tu di-
cis,* potest sic intelligi, *Tu dicis hoc, sed ego non
dico.* Et nota quod Pilato qui inuitus fert senten-
tiam aliqua in parte responderit, sacerdotibus
autem & principibus respondere noluerit, indi-
gnosque sermone suo iudicauerit. Sequitur, *Et
ac. cum, &c.* Aug. de con. euang. Luc. etiam ista
crimina quæ falsò obiecerunt aperuit. sic enim
narrat, *Cœperunt accusare eum, dicentes, Hunc
inuenimus subuerterentem gentem nostram, &
prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se
Christum regem esse.* Sequitur, *Pilatus autem rur.
&c.* Non respondes quicquam? *vides in quantis te accu-
sant?* Bed. Ethnicus quidem est qui condemnat
Iesum, sed causam refert in populum Iudæorum.
Sequitur, *Iesus aut. ni. am. re. ita, &c.* Nihil quidem
respondere voluit, ne crimen diluens dimittere-
tur à præside, & crucis vtilitas differretur. Theo.
Mirabatur autem Pilatus, quia cum legis doctor
esset, & eloquens, & potens responsonem sua eor-
um accusationes infringere, non respondebat
quicquam, sed magis accusationes viriliter sub-
stinebat. *Per diem autem festum solebat dimittere illis
vnum ex vincis, &c.* Bed. Multas liberandi salua-
torem Pilatus occasiones dedit, primò latronem
iusto confrens. vnde dicitur, *Per diem autem fest.
&c.* Glo. Quod quidem solitus erat facere, vt po-
puli gratiam captaret: & præcipue in die festo,
quando de tota prouincia Iudæorum populus
Hierosolymam confluebat. Et vt maior Iudæo-
rum improbitas appareat, describitur conse-
quenter enormitas culpæ latronis, quem Iudæi
Christo prætulerunt. vnde sequitur, *Erat au. qui.
di. Bar. &c.* In quo ostenditur, & ex grauitate
culpæ notabilis quod homicidium fecerat: & ex
modo faciendi, quia cum perurbatione ciuitatis
hoc fecerat, seditionem concitando: & etiam
quia culpa eius manifesta erat, nam & cum sedi-
tionis vincus erat. Sequitur, *Et cum as. tur. &c.*
Aug. de con. euang. Nulla quæstio est, quod
Bibl. Hom. tom. 2. Bbb 3; Matthæus

CAPVT
XV.

Matthæus tacet ipsos petiisse vt aliquis eis dimitteretur, quod Marcus hic dicit. Nihil enim interest si alius aliud tacet, quod alius commemorat. Sequitur, *Pila. au. resp. eis & dixit, Pul. &c.* Quæri potest quæ verba Pilatus dixerit, vtrum quæ à Mar. an quæ à Marco referuntur? Aliud enim videtur esse, Quem vultis dimittere vobis, Barrabam, an Iesum, qui dicitur Christus? vt Matthæus refert: aut, *Vultis vobis dimittere regem Iudæorum*, vt hic dicitur. Sed quia Christos reges dicebant, & qui dixit illum an illum, manifestum est eum dixisse an vellent dimittere regem Iudæorum, id est Christum. Nihil autem interest sententiæ, quod hic tacuit Marcus de Barraba, hoc solum volens dicere, quod ad Dominum pertinebat, quandoquidem in eorum responsione factis & ipse ostendit quem sibi dimittere voluerint. Nam sequitur, *Pon. au. con. tur. vt ma. Bar. dimit. eis.* Bed. Hæret Iudæis vsque hodie sua petiitio, quam tanto labore impetrarunt: quia enim data sibi optione pro Iesu latronem, pro saluatore interfectorum elegerunt, merito salutem perdidērunt & vitam: & latrocinii ac seditionibus se intantum subdidērunt, vt patriam regnumque suum, quod plus Christo amauerunt, perdidērunt, & libertatem, corpus & animam nunquam reciperent. Deinde aliam occasionem dat Pilatus liberandi saluatore, cum sequitur, *Pilatus au. it. &c.* Aug. de con. euang. Iam satis apparet quod id Marc. velit ostendere, dicendo regem Iudæorum, quod Matthæus dicendo Christum. Non enim dicebantur Christi reges, nisi Iudæorum. In hoc enim loco secundum Marth. dicitur, *Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus?* sequitur, *At illi it. cla. Cru. eum.* Theo. Vide autem Iudæorum prauitatem, & Pilati commensurationem, quamuis & ipse dignus sit condemnatione pro eo quod populo non resistebat. Illi nanque clamabant, Crucifige: hic tentat humiliter ab illo præiudicio eructe Iesum, & ideo rursus interrogat. vnde sequitur, *Pilatus autem dixit eis, Quid enim mali fecit?* Occasionem nanque ex hoc sumere volebat vt Christum solueret innocentem. Beda, Iudæi verò infanitiæ suæ satisfaciētes, interrogatōni præsidis non respondent: vnde sequitur, *At il. ma. cla. Cru. eum,* vt impleretur illud Hieremiæ, Facta est mihi hereditas mea, sicut leo in sylua, dederunt super me vocem suam. Sequitur, *Pila. au. vo. satis. po. di. il. Bar. & tra. Ie. flagel. ca. & cru.* Theo. Volebat quidem satisfacere populo, id est, eorum facere voluntatem, & nō quod erat placitum iustitiæ & Deo. Hieron. Hic duo hirci assunt, vnus apompeius, id est, emissarius cum peccato populi in desertum inferni absolutus dimittitur: alter pro peccatis absoluturum, vt agnus occiditur: pars domini semper mactatur, pars diaboli, qui est magister eorum, quod sonat Barrabas, effrenata in Tartarum præcipitatur. Bed. Iesus autem flagellatus non ab alio quam ab ipso Pilato intelligendus est. Scribit namque Ioannes, Apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit: quod quidē ideo fecisse credendus est, vt satiati pœnis ac opprobriis eius Iudæi mortem vltra sentire desisterent. *Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuenerunt totam cohortem, &c.* Theoph. Militaris vana gloria semper inordinatis gaudens & opprobriis sibi propria ostendebat. Vnde dicitur, *Milites au. du. &c.* Bed. Quia enim rex Iudæorum fuerat ap-

pellatus, & hoc ei scribæ & sacerdotes crimem obiecerant, quod sibi in populo Iſraëlitico vsurparet imperium, illudentes hoc faciunt, vt nudatum prittinis vestibus, in dardam purpura qua reges veteres utebantur. Aug. de con. euang. Intelligitur autem quod Matth. ait, Chlamydem coccineam circumdederunt ei, hic Marcum dixisse indutum purpura. Pro regia enim purpura chlamys illa coccinea ab illudentibus adhibita erat: & est rubra quædam purpura cocco simillima. Potest enim fieri vt purpuram etiam Marcus commemorauerit, quam chlamys habebat, quamuis esset coccinea. Bed. Pro diademate autem ponunt ei coronam spineam. Vnde sequitur, *Et impos. ei plec. &c.* Pro sceptro autem regali dant calamus, vt Matthæus scribit, & adorant quasi regem: vnde sequitur, *Et cap. sal. &c.* Et quod milites eum quasi qui Deum seipsum falsò dixisset, adorabant illudentes, pater ex hoc quod subditur, *Et per. ca. eius, &c.* quasi falsò se dixisset Deum. Hiero. Opprobria autem eius nostrum abutlere opprobrium. Vincula eius nos liberò fecerunt. Coronâ spineâ capitis eius, diadema regni adepti sumus. Vulneribus eius sumus sanati. Aug. de con. euang. Apparuit autem Matthæum & Marcum recapitulando ista posuisse, non quo tunc factum sit, eum eum Pilatus iam crucifigendum tradidisset: Ioannes enim apud Pilatum dicit hæc gesta, hoc autem quod sequitur, *Et po. il. &c.* in fine factum intelligitur, cum iam adduceretur ad crucifigendum. Hieron. Mysticè autem vestimentis suis nudatur Iesus, id est Iudæis, purpura induitur, id est gentili ecclesiæ, que de scopulis collecta est. Item ea exutus in fine scandalizante, Iudæica rursus induitur plebe. Cum enim intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſraël saluus erit. Beda. Vel in purpura, quæ induitur est dominus, ipsa eius caro quam passionibus obiecit in sinuatur: in corona verò quam portabat spinea, nostrorum susceptio peccatorum. Theoph. Induamus & nos purpuram stolam regalem, quia vt reges ambulare debemus, calcantes super serpentes & scorpiones, & suppeditantes peccatum. Christiani namque dicimur, id est vincti, sicut & tunc reges vincti dicebantur. Sumamus & coronam spineam, id est festinemus coronari vita arcâ, & abstinentiis & puritate. Bed. Caput autem Christi percutiunt, quoniam eum verum esse Deum negant. Et quia per arundinem scriptura solet confici, quasi arundine caput Christi feriunt, qui diuinitati illius contradicentes errorem suum confirmare auctoritate sacræ scripturæ conantur. Spuunt in faciem eius, qui gratiæ præsentiam verbis execrandis respiciunt. Sunt & hodie qui eum certa fide vt Deum verum adorant, sed peruersis actibus verba eius quasi fabulosa despiciunt, ac promissâ verbi illius temporalibus illecebris postponunt. Sicut autem Cayphas nescius dixit, Oportet vnum hominem mori pro populo, sic & milites nescientes faciunt. *Et educunt illum vt crucifigerent eum, & angariauerunt, &c.* Glos. Post condemnationem Christi & contumelias condemnato illatas, ad crucifixionem eius narrandam euangelista accedit, dicens: *Et edu. il. vt cru.* Hiero. Hic educunt Abel in agrum à fratre vt perimatur. Hic adest Isaac cum lignis, & Abraham cum arietē veptibus hærente. Hic etiam Ioseph cum fasce somniator, & tunica talari sanguine lita. Hic adest Moyses cum virga, & ser-

pente suspenso in ligno. Hic est botrus in ligno portatus. Hic adest Eliseus cum ligno ad quærendam securim, quæ in imo demerita est, & natauit ad lignum, id est genus humanum, quod à ligno verito in infernū decidit, per lignum crucis Christi, & per baptismum aquæ ad paradysum natauit. Hic adest Ionas de ligno forti in mare ventremque ceti triduo missus: sequitur, *Et an. præ. &c.* Theoph. Ioannes autem ait quod ipsemet baiulabat sibi crucem: vtrumque enim fuit, nam ipse quidem primò baiulauit sibi crucem, donec præterit quidam, quem angariauerunt, & tunc ille portabat. Dixit autem quorum filiorum erat pater, ad maiorem fidem & affirmationem nam homo ille adhuc vivebat, qui potest omnia quæ circa crucem facta sunt, enarrare. Hiero. Cum autem alij per merita patrum suorum committerentur, alij per merita filiorum suorum: hic Simon qui crucem in angaria portat, meritis filiorum suorum qui erant discipuli commemoratur. De hoc nos in præsentī vita admonemur parentes adiuari per natōrum suorum sapientiam vel merita, vt populus Iudæicus propter patriarcharum, & prophetarum, & apostolorū merita, semper commemoratur. Simon autem ista qui portat crucem in angaria, ipse est qui laborat pro laude humana. Cogunt enim homines hunc laborare, quem non cogit timor & dilectio Dei. Bed. Vel quia Simon iste non Hierosolymita, sed Cyrenæus esse perhibetur. Cyrene enim Lybia ciuitas est, rectè per eum populi gentium designatur, qui quodam peregrini & hospites testamentorum, nunc obediendo hæretes sunt Dei, co hæretes autem Christi. Vnde aptè Simon obediens, Cyrene hæres interpretatur. De villa autem venisse refertur: villa enim Græce pagus dicitur: vnde paganus appellamus eos quos à ciuitate Dei alienos videmus. De pago igitur egrediens Simon crucem portat post Iesum, cum populus nationum paganis ritibus delictis vestigia dominicæ passionis obediētē amplectitur: sequitur, *Et per. eum in Gol. &c.* Extra urbem & foris portam, loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum, & caluarie, id est decollatorum sumptere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est dominus, vt ibi prius erat area damnatorū ibi erigerentur vexilla martyrij. Hier. Tradunt autem Iudæi quod in hoc montis loco immolatus est aries pro Isaac & ibi decaluatur Christus, id est à carne sua, carnali videlicet Iudæa separatur. Sequitur, *Et da. ei bi. myr. vi.* Aug. de con. euang. Hoc intelligendum est Matthæum dixisse cum selle mixtum, sel quippe pro amaritudine posuit, & myrrhatum vinum amarissimum est, quanquam fieri possit, vt & sel & myrrha vinum amarissimum redderent. Theoph. Vel ordinatione quadam existente, alij alia afferebant, quidam acetum & sel, quidam vinum myrrhatum. Hiero. Vel myrrhatum vinum hoc est acetum, per hoc succus lethalis pomi abstergitur. Beda, Amara vitis amatum vinum fecit, quo propinat dominum Iesum, vt impleatur quod scriptum est, Dederunt in cibum meum sel, & in siti mea potauerunt me aceto. Aug. de con. euang. Quod autem subditur, *Et non accepit,* intelligitur non accepit vt biberet, gustauit autem, vt Matthæus testis est. Et sicut idem Matth. ait, Noluit bibere, hoc Marc. dixit, *Et non accepit:* tacuit autem quod gustauit. Hiero. Non accepit etiam id pro quo patitur: vnde de

eo dicitur, *Quæ non rapui, tunc exolebam.* Sequitur, *Et cru. eum di. ve. &c.* Hoc loco figuratur salus per lignum: primum lignum scientiæ boni & mali fuit, secundum lignum boni tantum nobis & vitæ lignum est. Extensio manus primæ ad lignum, mortem apprehendit. Extensio autem secunda, vitam quæ perierat inuenit. Ligno hoc vehimur per mare vndolam ad terram viuētium: cruce enim sua Christus cruciatum nostrum absoluit, & morte sua mortem nostrā iecauit. Cum forma serpentis serpentem necat, quia à serpente de virga facto alij absorbentur serpentes. Ipsa autem species crucis quod est nisi forma quadrata mundi; Oriens de vertice fulget, Arctos dextram tenet, Auster læua consistit, Occidens sub plantis firmatur. Vnde Apostolus, vt sciamus quæ sit altitudo & latitudo, longitudo, & profundū. Aues quando volant ad æthera, formam crucis sumunt: homo natus per aquas, formam crucis vehitur. Nauis marina antenna crucis similitudine suffatur. Tau litera signū salutis & crucis describitur. Bed. Vel in trāuerso ligno crucis vbi figuntur manus, gaudium spei figuratur, per manus enim operatur: per latitudinem hilaritatem operantis intelligimus, quia tristitia facit angustias: per altitudinē, cui caput adiungitur, expectationem retributionis de sublimi iustitia Dei: per longitudinem, quæ totum corpūs extenditur, tolerantiam, vnde longanimes dicitur: per profundum, quod terræ est infixum, ipsam sacramentum secretum. Quæ diu ergo hic agunt corpora nostra, vt destruantur corpus peccati, tempus nobis est crucis. Theo. Quod autem ponebant sortem super vestimenta eius, & hoc illudentes fecerunt quasi regis vestimenta diuidentes: etenim vilia erant, non valde pretiosa. Hoc autem Ioannes euangelista plenius exponit, quia scilicet milites cætera in quatuor partes iuxta suum numerum diuidentes, de tunica quæ inconsutilis erat desuper cõtexta per torum, sortem miserunt. Hieron. Vestimenta autem domini, eius madata sunt, quibus tegitur corpus eius, id est ecclesiæ: quæ diuidunt inter se milites gentium, vt sint quatuor ordines cum vna fide, id est coniugati & viduati, præpositi & priuati. Sortiti sunt tunicam indiuisam, quæ est pax & vnitas: sequitur, *Erant au. ho. ter. &c.* Hoc verè & propriè Marcus tulit: nam sexta hora tenebræ suffuderunt terram, vt non quisquam potuisset mouere caput. Aug. de con. euang. Si hora quasi sexta Pilato sedente pro tribunali, traditus est Iesus crucifigendus Iudæis, vt Ioannes refert, quomodo hora tertia crucifixus est, sicut verba Marci non intelligentes quidam putauerunt? Prius ergo qua hora crucifigi potuerit, videamus: deinde videbimus cur hora tertia crucifixum dixerit Marcus. Hora erat quasi sexta cum traditus est crucifigendus à Pilato sedente pro tribunali, vt dictum est: non enim iam plena sexta erat, sed quasi sexta, id est peracta quinta, & aliquid etiā de sexta esse cõpeterat, vt peracta quinta, & inchoata sexta gerebatur hæc quæ narrata sunt in crucifixione domini nostri, donec completa sexta, illo pendente fieret hæc quæ dicuntur tenebræ. Quæramus autem iam cur dixerit Marcus. *Erant au. ho. ter. &c.* Iam certè dixerat, *Et cru. eum, di. ve. eius,* sicut etiam cæteri testantur, quod eo crucifixo vestimenta diuisa sunt. Si enim rei gesta tempus voluit cõm memorare Marcus, sufficeret dicere, *Erant au. ho. ter.*

vt quod adiunxit, *Et crucifixerunt eum* nisi quia voluit aliquid recapitulando significare, quod quasi tunc inuenitur, cum scriptura ipsa illis temporibus legeretur, quibus vniuersa ecclesiae notum erat qua hora dominus ligno suspensus est, vnde posset huiusmodi vel error tolli, vel mendacium refutari. Sed quia sciebat à militibus suspensum dominum non à Iudæis, sicut Ioannes apertissime dicit, occultè ostendere voluit eos magis crucifixisse, quia clamauerunt vt crucifigeretur, quam illos qui ministerium principi suo secundum suum officium præbuerunt, intelligitur ergo fuisse hora tertia cum clamauerit Iudæi vt dominus crucifigeretur; & verissime demonstratur tunc eos crucifixisse, quando clamauerunt. In conatibus autem Pilati ad eripiendum dominum, & in tumultu Iudæorum contradicentium, consumptum tempus duarum horarum intelligimus, & circa horam fuisse sextam, qua nondum terminata gesta sunt, quæ ab eo tempore quo Pilatus dominum tradidit vsque ad tenebras factas narrantur. Facile autem videbit, qui sine impietatis duritiæ voluerit attendere quod opportuno loco Marcus hoc de tertia hora posuerit, vbi scilicet factum ministrorum multum commemoratum est. Ergo ne quisquam cogitationem tanti criminis auersus à Iudæis in milites illos conuerteret: *Erat*, inquit, *ho. ter. & cru. eum.* vt illi potius crucifixisse inueniantur, quos hora tertia, vt crucifigeretur, clamare potuisse diligens inquisitor inueniet, cum aduerterit hoc quod à militibus factum est, hora sexta factum esse. Aug. de quæst. nou. & vet. testam. Iudæorum ergo sententiam de crucifixione Christi tertia hora datam vult intelligi. Omnis enim qui morti addicitur, ex eo iam mortuus computatur, quo sententiam excepit. Manifestauit ergo Marcus, quia non iudicis sententia saluator crucifixus est: difficile est enim innocentem probare eum, qui sententia iudicis puniatur. Aug. de con. euang. Quamquam non desint qui parasceue quam Ioannes commemorat, dicent: *Erat autem parasceue hora quasi sexta, horam diei tertiam velint intelligi: dicunt enim, die quidem illo quem dies sabbati sequebatur parasceuen fuisse paschæ Iudæorum, quod ab eodem sabbato iam inciperet azyrna: sed tamen verum pascha quod iam in passione domini celebratur, non Iudæorum, sed Christianorum cœpisse præparari, id est parasceuen habere ab ea hora noctis nona in eo quod dominus à Iudæis occidendus præparabatur. Parasceue quippe interpretatur præparatio. Ab illa ergo hora noctis vsque ad eius crucifixionem occurrit hora parasceues sexta secundum Ioannem, & hora diei tertia secundum Marcum. Quis fidelis non huic faueat solutioni quæstionis? Si modo possit aliquis articulus conijci, vnde ab hora nona noctis cœpisse parasceuen paschæ nostræ, id est præparationem mortis Christi, congruenter intelligamus. Si enim dicamus eam cœpisse quando à Iudæis apprehensus est dominus, adhuc noctis partes primæ erant: sed quando ad domum perductus est Ioceri Cayphæ, vbi & auditus est à principibus, adhuc galus non cantauerat. Si autem quando Pilato traditus est, iam mane fuisse apertissime scriptum est. Restat ergo vt intelligamus tunc cœpisse præparationem mortis domini, quando omnes principes sacerdotum dixerunt, reus est mortis. Non*

enim absurdè conijcitur eo tempore nonam horam noctis esse potuisse, vt recapitulando intelligatur de Petri negatione postea dictum esse quod antea factum erat. Sequitur, *Et erat ii. &c.* Theo. Scriperunt autem hunc titulum, scilicet causam propter quam crucifixus est, quasi vituperantes eius opinionem qui regē seipsum faciebat: vt sic prætereuntes misereri non valerent, sed magis ei improperarent tanquam tyranno. Hierony. Scriperunt autem hoc tribus linguis, Hebraicè Malchus Iudæorum; Græcè Basileus exomoloseon: Latinè rex confessorum, Hæ tres linguæ ad principatum in crucis titulo consecratae sunt, vt omnis lingua commemoraret perfidiam Iudæorum. Bed. Titulus autem hic positus supra crucem illud ostendit: quia nec occidendo potuerunt efficere, vt eum regem non haberent, qui eis secundum suam operam reddidit. Sequitur, *Et cum eo cru. du. Ia. &c.* Theoph. Vt scilicet, homines pravam opinionem contra eum conciperent, quod & ipse latro & maleficus esset. hoc autem dispensatiuè factum est, ad implendum scripturam. vnde sequitur, *Et in. est. scri. &c.* Hier. Cum iniquis veritas deparata, vnum reliquit sinistrum alterum assumit dexterum: sicut in die iudicij faciet, & simili crimine tam dissimiles fortiuntur vias: alter antecedit Petrum in Paradisum alter Iudam in infernum. Confessio breuis, vitam acquisiuit longam: & blasphemia finita, pœna plectitur æterna. Bed. Mythicè autem latrones, qui cum domino crucifixi sunt, significat eos, qui sub fide, & confessione Christi, vel agonem martyrij, vel quælibet arctioris disciplinæ instituta subeunt. Sed qui hoc pro æterna gloria gerunt, dextri latronis fide designantur: qui verò humanæ laudis intuitu, sinistri latronis mentem imitantur & actus. Theoph. Vel aliter, Indicum erant duolatrones duorum populorum, scilicet Iudaici & Gentilis: ambo nanque iniqui, Gentilis quidem tanquam legem naturalem prætergrediens, Iudaicus verò scriptam legem quam ei tradiderat dominus: sed Gentilis pœnitens, Iudaicus vsque in finem blasphemus: in quorum medio crucifigitur dominus, ipse enim est lapis angularis nos coniungens. *Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, &c.* Hiero. Pullo Iudææ ligato ad vitæ & eius pallio in sanguine vix intincto, lacerant hœdi vineam blasphemantes Christum & mouentes capita sua, vnde dicitur, *Et præ. blasphemantes, &c.* Theo. Transientes enim Christum blasphemabant exprobrantes ei tanquam seductori. Diabolus autem mouebat illos ad dicendum quod de cruce descenderet: quia enim nouerat quod salus fiebat per crucem, rursus ingerebat se ad tentandum Christum: vt si à cruce descenderet, certus fieret quod non est verè filius Dei, & sic salus, quæ per crucem est, destrueretur, sed ipse Deus verus existens filius nō descendit. Si enim descendere debuisset, non illuc à principio ascendisset: sed quia debet quod per hunc modum salutem fieri oportebat, sustinuit crucifigi & multa alia pati, & perficere opus suum. Sequitur, *Simi. & sum. Ia. &c.* Hæc dicebant, eius miracula abolentes, quasi ab eo secundum apparentiam perpetrata fuissent, operans nanque miracula multos saluabat. Bed. Sic etiam nolentes cōfiterentur quod alios saluos fecit. Itaque vos vestra condemnantur sententia: qui enim alios saluos fecit, seipsum saluare poterat

poterat. sequitur, *Christus rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus & cre. Hier.* Et viderunt postea resurgentem de sepulchro, quem de cruce descendere non credebant posse patibulo. Vbi est d. Iudæi infidelitas vestra? vos ipsos consulo: vos ipsos iudicium peto. Quam mirabilis est mortuum posse resurgere, quam adhuc viuum de cruce vel descendere? Parua petistis, dum maiora prouenerint, sed infidelitas vestra non potuit sanari signis multo fortioribus quam petistis. hi omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. vnde sequitur, *Et qui cum eo cru. erant, &c.* Aug. de con. euang. Quomodo hoc verum est, quando quidem vnus eorum conuictus est secundum Lucæ testimonium, alter & compefcuit eum, & in Deum credit, nisi intelligamus Mattheum & Marcum breuiter perstringentes hunc locum pluralem numerum pro singulari posuisse. Theoph. Vel duo à principio conuicti fuerunt ei, deinde vnus cognoscens ipsum innocentem, increpat alterum blasphemantē. *Et facta hora sexta, tenebrae factæ sunt per totam terram, &c.* Bed. Clarissimum lumē mundo retraxit radios suos, ne aut pendente videret dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur. vnde dicitur: *Et facta hora sexta, sunt per tot. ter. vsq. in ho. no.* Aug. de con. euang. Addidit autem Lucas, vnde facta sunt tenebrae, id est, solē obscuratum. Theoph. Si autem tempus eclipsis fuisset, posset quis dicere quod naturalis fuisset hæc passio, sed tunc xiiii. erat luna cum naturalis eclipsis fieri non posset. Sequitur: *Et ho. excl. vo. ma. dicens: Eloi. Eloi. Hier.* Hora nona inuenitur euerfa domo decima drachma quæ perierat. Bed. Nam & Adam peccando scriptum est, quod audierit vocem domini Dei ambulantis in paradiso ad horam post meridiem, & qua hora primus Adam peccando mortem huic mundo inuexit, eadem hora secundus Adam mortem moriendo destruxit. Et notandum quod recedente à centro mundi sole crucifixus est dominus: oriente autem sole resurrectionis suæ mysteria celebravit, quia mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Nec mireris verborum humilitatem, quæ formam serui sciens scadalum crucis videas. Sicut enim efurire, & sitire, & fatigari non erant propria deitatis, sed corporales passionis: ita quod dicitur, Vt quid dereliquisti me? corporalis vocis erat proprium: quia solet secundum naturam corpus nulatenus velle à sibi coniuncta vita fraudari. Licet enim ipse saluator dicebat hoc, sed propriè ostendebat corporis fragilitatem, vt homo ergo loquitur in eos, circumferens motus, quod in periculis positi à domino deserit nos putemus. Theoph. Vel hoc loquitur homo crucifixus Deo pro me: nos enim homines sumus derelicti, ipse nunquam à patre derelictus fuit. Audi enim qui dicit, Non sum solus, sed quia pater mecum est. Et si etiā hoc pro Iudæis dixerit, quasi & ipse secundum carnem Iudæus existens: ac si diceret, Vt quid Hebraicum populum dereliquisti, vt tuum crucifigerent filium? Sicut enim aliquando consueuimus dicere, Deus induit me, id est, meam naturam, scilicet humanam: sic & hic dereliquisti me, oportet intelligere humanam naturam vel Iudaicum populum. sequitur, *Et qui de cir. an. di. Ecce Eli. vo. Bed.* Sed quos arbitror milites fuisse Romanos, non intelligentes sermonis Hebraici proprietatem, sed ex

eo quod dixit, Eloi, putantes ab eo Eliam vocatum. Si autem Iudæos qui hoc dixerunt intelligere volueris, hoc faciunt, vt eum imbecillitatis infament, quod Eliæ auxilium deprecetur. sequitur, *Currens autem vnus & im. spon. ace.* Quam ob causam domino acetum sit potui datum, Ioannes plenius ostendit dicens, quod Iesus vt consummarentur scripturæ dixit, Sitio. Illi autem spongiam plenam aceto obtulerunt ori eius. Hier. Inuit autem hic Iudæorum similitudinem, spongiam, scilicet cannam infirmam, aridam, ignibus aptam: implet aceto, hoc est malitia & dolo. Aug. de con. euang. De Elia verò non ipsum qui obtulit spongiam cum aceto, sed cæteros dixisse Mattheus narrat. vnde intelligimus & illum, & cæteros hoc dixisse. Hieron. infirmata autem carne vox inualuit diuina quæ dicit, *Aperite mihi portas iustitiæ.* vnde sequitur, *Iesus au. emi. vo. mag. xpi.* Cū ima voce siue sine voce nos morimur, qui de terra sumus. Ille vero cū exaltata voce expiravit, qui de cælo descendit. The. Et qui morti dominatur & præcipit, sicut dominus potestatiuè expirat. Quæ autem hæc vox fuerit Lucas declarat: *Pater inquit in manus tuas commendo spiritum meum.* Etenim Christus extunc per hoc nobis voluit declarare, quod sanctorum animæ in manus Dei ascendunt. Nam prius ab inferis omnium animæ tenebantur, donec venit qui prædicauit captiuis remissionem. *Et velum templi scissum est in duo, à summo vsque deorsum: videt autem Centurio, &c.* Glof. Postquam narrauit euāgelista passionem & mortem Christi, nunc prosequitur de his quæ post mortem domini contigerunt. vnde dicitur, *Et re. templi, &c.* Hier. Velum templi scinditur, id est, cælum aperitur. The. Scissum est etiam velum inueniente Deo, quod spiritus sancti gratia à templo recedit & scinditur vt sancta sanctorum ab omnibus videnda essent, & quod templum lugebit in Iudæis cum calamitates deplorabunt & vestimenta scindeat. Hoc etiam & templum animatum, scilicet, corpus Christi ostendit, in cuius passione vestimentum eius laceratum est, scilicet caro & aliud etiam significat. Caro nanque velum est nostri templi, scilicet mentis nostræ. Vitæ autem carnis scissa est in Christi passionibus à summo vsque deorsum, scilicet ab Adam vsque ad vltimos homines. Nam & Adam effectus est sanus per passionem Christi, & eius caro nō manet sub maledicto, neque digna est corruptione, sed omnes in corruptione honorati sumus. Videns autem Centurio. Centurio dicitur qui centum militibus præest. Videns autem quod ita potestatiuè & dominabiliter expirasset, miratus est & confessus est. Beda, Manifesta autem causa miraculi Centurionis exponitur, quod videns dominum sic expirasse, id est, spiritum emisisse dixerit, *Ve. ho. hic. fi. Dei erat.* Nullus enim habet potestatem mittendi spiritum nisi qui animarum conditor est. Aug. 4. de tri. Et hoc maximè miratus est quod post illam vocem in qua figuram peccati nostri edidit continuò tradidit spiritum. Demonstrat enim spiritus mediatoris quod nulla pœna peccati vsque ad mortem carnis eius accesserit, quia non eum deseruit inuitus, sed quomodo voluit, quippe Dei verbo ad vnitatem personæ coniunctus. Hier. Nouissimi autem nunc primi efficiuntur, Gentilis confitetur populus, Iudæa cæcata negat, ne fiat eis error peior prior. Theoph. Et sic ordo

ordo conuertitur dum Iudæi occidunt & gentilis confitetur, & discipuli fugiunt, & mulieres expectant. Sequitur enim, *Erant autem & mul. &c.* Salome dicta est mater filiorum Zebedæi. Ori. Opinatus autem sum hoc videns apud Mat. & Mar. hinc tres præcipuas mulieres nominatas, & duas quidem uterque euangelista exponit, Mariam Magd. & Mariam la. Tertia autem à Mat. dicitur mater filiorum Zebedæi, à Marco autem tertia illa Salome appellatur. Bed. Iacobum autem minorem dicit Iacobum Alphei, quia & frater domini dicebatur, eo quod esset filius Mariæ materteræ domini cuius meminit Ioan. dicens: Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleo. & Maria Mag. Mariam autem Cleophe videtur eam dicere à patre siue à cognatione. Vocabatur autem minor Iacobus ad distinctionem maioris Iacobi, videlicet filij Zebedæi, qui inter primos apostolos vocatus est à domino. Consuetudinis autem Iudaicæ fuit, nec inducebatur in culpam more gentis antiquæ, vt mulieres de sua substantia victum atque vestitum præceptoribus ministrarent. vnde sequitur, *Et cum es. in Cal. &c.* Ministrabant domino quidem de substantia sua, vt mereret earum carnalia, cuius illæ merebant spiritalia: & vt typum ostenderet magistrorum, quod victu atque vestitu ex discipulis deberent esse contenti. Sed videamus quales comites habuerint. Sequitur enim, *Et alie mul. quæ si. cum eo assem. Ieroso.* Hierony. Sicut non excluditur mulieris sexus à salute per Mariam virginem, ita non repellitur à mysterij crucis scientia & resurrectionis per viduam Magdalenam Mariam, & cæteras matres. *Et cum iam sero esset factum, (quia erat parasceue, quod est ante sabbatum) venit Ioseph ab Arimathea nobilitis decurio qui, &c.* Glo. Post passionem & mortem Christi euangelista sepulturam eius enarrat dicens: *Et cum iam, &c.* Bed. Parasceue Græce, Latine præparatio dicitur, quo nomine Iudæi qui inter Græcos morabantur sextam sabbati appellabant, eo quod in illo ea quæ requieui sabbati necessaria essent, præparare solebant. Quia ergo sexta die homo factus est, septima autem die cõditor ab omni opere suo requieuit, recte saluator sexta die crucifixus humanæ restorationis impleuit arcanum. Sabbato autem in sepulchro quiescens, resurrectionis, quæ octaua die ventura erat, expectabat euentum. Sic & nos in hac quidem seculi ætate mundo necesse est crucifigi: in septima vero die, id est, cum morti quis debitum soluit, corpora quidem in tumultis, animus autem secreta in pace cõ domino post bona opera oportet quiescere, donec octaua ætate etiam corpora ipsa resurrectione glorificata cum animabus incorruptionem accipiant. Talem autem esse decebat qui corpus domini sepeliret, qui etiam per iustitiam meritorum tali ministerio dignus esset, & per nobilitatem potentia secularis facultatem posset obtinere ministrandi: & ideo dicitur nobilitis decurio expectans regnum Dei. Decurio vocatur, quod sit de ordine curiæ, & officium curiæ ministraret, qui etiam curialis à procurando munera ciuilia solet appellari. Arimathea autem ipsa est Ramatain ciuitas Helicæ & Samuelis. Hier. Quæ interpretatur depones, de qua fuit Ioseph, qui venit ad deponendum corpus Christi de cruce: sequitur, *Et au. in. ad Pi. & pc. cor. Ie.* The. Audet ausum laudabilem: non enim excogitauit, à diui-

tiis decidam, & expellar à Iudæis, si corpus petam eius qui est blasphemus condemnatus. sequitur, *Pi. au. mi. si iam obijisset.* Putabat enim quod diu viueret in cruce, sicut & latrones in patibulo vivebant diu. sequitur, *Et ac. cen. inter.* cum si iam mortuus esset, scilicet ante horam qua ceteri mori consueverunt. sequitur, *Et cum cog. à cen.* scilicet quod mortuus esset, donauit corpus Ioseph. Bed. Nō autē quilibet ignotus, aut me diocris ad præsidem accedere & crucifixi corpus poterat impetrare. sequitur, *Ioseph au. mer. syn. &c.* The. Pretiosum corpus pretiosè sepeliens, cum enim esset discipulus domini, sciebat qualiter corpus domini honorari deberet. Bed. Possimus autem secundum intelligentiam spiritualem hoc sentire, quod corpus domini non auro, non gemmis & serico, sed linteamine puto obuoluendum sit. hinc ecclesiæ mos obtrinit, vt sacrificium altaris non in serico, neque in panno tincto, sed in lino terreo celebretur, sicut corpus est domini in syndone munda sepulchrum, iuxta quod in gestis pontificalibus à B. Syluestro legimus esse statutum: quæquam & hoc significet quod ille in syndone munda inuoluit Iesum, qui pura eum merte suscepit. sequitur, *Et po. eum, &c.* Dicitur quod monumentum domini domus rotunda fuit, de subiacente rupe excisa, tanta altitudinis vt homo rectus existens vix extensa manu culmen posset attingere, & habet introitum ab oriente, cui lapis magnus inuolutus atque impositus est in eius parte aquilonari: ipsum sepulchrum, id est, locus dominici corporis de eadem petra factum est septē pedes longitudinis trium palmarum mensura à pauiamento altius eminens, qui scilicet, locus non desuper, sed à latere meridiano per totum patet, vnde corpus post inferebatur. Color autem monumenti & loculi albo & rubeo dicitur esse permixtus. Hieron. Sepultura autem Christi refurgimus, descensione eius ad inferos nos ascendimus ad cælos: hic inuenitur mel in ore leonis mortui. Theoph. Imitemur autem & nos Ioseph, recipientes Christi corpus per vnitatem, & ponamus illud in monumento exciso de petra, id est, in anima memorante & non obliuiscente. Deum illa enim anima est ex petra excisa, id est, ex Christo qui est petra qui continet firmitatem. Inuolucere etiam debemus ipsum in syndone, id est, in corpore puro suscipere. Syndon nanque est corpus quod est anima indumentum. Decet enim non solum pura anima corpus Christi suscipere, sed in corpore puro. Inuolucere autem oportet, sed nō opere, nam secretum clausum est & occultum. Sequitur, *Maria autem Mag. & Maria Ioseph, &c.* Bed. In Luca legimus quod stabant notū eius à longè & mulieres quæ secutæ erant eum. His ergo notis Iesu post depositum eius corpus ad sua remeantibus, solæ mulieres quæ arctius amabant funus subsecutæ, quomodo poneretur respicere curabant, vt ei tempore congruo munus possent deuotionis offerre. Die autem parasceues sanctæ mulieres, id est, animæ humiles idem faciunt, cum amore saluatoris feruentes passionis eius vestigiis in hoc seculo, quo præparanda est requies futura, diligenter obsequantur, & si forte valeant imitari pia curiositate quo ordine sit eius passio completa perpendunt. Hieron. Hæc etiam congruunt ad populum Iudaicum in fine credentem, qui nobilitatur fide vt Abraham sit filius, deponit

desperationem, expectat regnum Dei. Intra ad Christianos vt baptizetur, quod significat nomē Pilati, id est, malleatoris, qui domat ferreas gētes, vt regat eas in virga ferrea, & petit sacrificium quod donatur poenitentibus in fine viaticum, & corde mundo & peccatis mortuo inuoluit munimine fidei, stabilitum opereculo spei per opera charitatis concludit. Finis enim præcepti est charitas aspicientibus à longè electis qui sunt stellæ maris, quoniam (si fieri potest) scandalizabuntur etiam electi.

INCERTI SVB NOMINE
S. Hieronymi presbyteri in idem
Euang. expositio.

Erat autem pascha & azyma post biduum. Nunc Caspergamus librum nostrum sanguine & limina domorum: & funem coccineum circumdumus domū orationis nostræ: & coccum in manu nostra vt Sara ligemus: vt vacam rusam in valle occisam emarrare possimus. Pascha, transitus interpretatur. Phasē vero immolatio. In immolatione agni & transitū populi per mare vel per Egyptum, præfiguratur passio Christi, & redemptio populi de inferno, quando nos post biduum visitari: id est, plenissima luna ætate Christi perfecta: vt nec cum aliqua parte tenebrosæ, carnes agni immaculati, qui tollit peccata mundi, in vna domo, quæ est vna electa matris suæ ecclesia catholica: calcietati charitate, & armati virtute comedamus, dicentes: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. *Et querebant summi sacerdotes & scribae, &c.* A principibus egressa est iniquitas in Babylone. Occiso etenim capite totū corpus enetue efficitur. Vnde miseri faciunt quod capra moluntur. Vitæ diem festū quod cõuenit illis. Nō est enim festiuitas his qui vitam & misericordiam perdidērunt. Venit Iesus Bethaniā. Hinnulus certū sū semper ad lectū suum redit, id est, filius obediēs patri vsque ad mortē, obedientiam à vobis petit. Simon leprosus, mudum infidelem primo, & postea fidelem significat. Mulier cū alabastris, ecclesiasticam fidem: quæ dicit: Nardus meā dedit odorem suum. Pistica nardus dicitur, id est, mystica & preciosa. Domus impleta odore, cælum & terra est. Fractum alabastrum; carnale est desiderium: quod frangitur ad caput ex quo omne corpus compaginatum est. Recumbente ipso, id est, humiliante, vt eum tangeret fides peccatricis, quæ de pedibus ascendit ad caput: & ad pedes à capite descendit per fidem: id est, ad Christum & ad membra eius. *Quidam indigne serentes.* Per synecdochē dicitur vnus pro multis, & multi pro vno. Dicentes intra se: Vt quid perditio hæc vnguentū? Perditus de salute perditionem inuenit; & in sicca fructifera mortis laqueum nanciscitur. Trecentis denariis poterat venundari vnguentum & dari pauperibus. Sub prætextu auaritiæ mysterium loquitur fidei. Etenim nostra fides trecentis emittit denariis, id est, decem sensibus per corpus & animam & spiritum triplicatis: vt & nos sicut Gedeon trecentorum virorum numerum assumentes, Allophylosum castra pauperes spiritu fractis lagunculis nostris cum tubis & lucernis destruamus; & vt Abraham cum trecentis viris, spolia ad vesperum diuidamus. Se-

quitur. *Bonum opus operata est in me.* Qui credit in Deū, reputatur ei in opus iustitiæ. Aliud est enim credere ei: aliud credere in eum: id est, totum eicere te in illum. Quod habuit, hæc fecit. Non aliunde speremus quod in nobis habemus: *Prauenit ungerere corpus meum.* Id est, antequam veniret is qui excluderet Iudas Iscariotis vnus de duodecim. Vnus numero, non vnus merito: vnus nomine, non vnus numine, vnus corpore, non vnus animo. Vnde sponsus ad sponsam canit: *Vulnerasti cor meum foror mea spōsa; in oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Oculus & crinis, sapientiæ est virtus: quoniam Iudæ cum cæteris dicitur: *Vobis datum est nosse mysterium regni: & dedi vobis potestatem & reliqua.* Abiit ad principes. Postquam exiit, satanas in eum intrauit. Hic nox nocti indicat scientiam. Vnum quodque animal ad simile sibi iungitur. Maria currit ad apostolos, vt diēs diei eructet verbum: Et Iudas ad Iudæos; vt nox nocti indicet scientiam. Promittunt pecuniam, amittunt vitam, quanti ipse recepit cum vitā amisit. Querebat opportunitatē. Opportunitas doli nūquam inuenitur, vt non vindicetur hic aut illic. Promittit se tradere: vt magister eius diabolus ante dicebat: *Tibi dabo potestatem hanc vniuersam.* Et primo die aymorum: quæ cum amaritudine manducantur: azyma nobis est redemptio nostra. Amaritudo vero passio domini. Dicunt discipuli: *Quod vis eamus?* Vt cum voluntate Dei dirigamus gressus nostros. Dominus indicat cum quo manducat paschā: & more suo mittit duos: quod supra exposuimus. Et dicit: *Ite in ciuitatem, & reliqua.* Ciuitas est ecclesia quæ muto fidei cingitur: Homo occurrens, populus primitiuus est. Amphora aquæ, lex literæ est. Sequimini eum: qui ducit in altum vbi est resurrectio Christi: Vnde Raab exploratoribus mandat vt non itent per ima, sed per excelsa pergerent. Cœnaculum grande, ecclesia magna est: qua narratur nomen domini, strata varietate virtutum & linguarum, vt est illud: Circumamicta varietate: in qua paratur domino pascha. Dominus domus, Petrus apostolus est. Cui dominus domum suam credidit; vt sit vna fides sub vno pastore. *Vespere autem facta, &c.* Vespere diei, vesperam indicat mundi. Circa vndecimam nanque horam veniunt nouissimi qui primi denarium vitæ accipiunt æternæ: quia ante crucem Abraham erat in inferno; & post crucem Iatro in paradiso. Manducantibus autem eis ait: *Vnus ex vobis me tradet qui manducat mecum panem.* Quia dum falsitas arguitur, nihilominus veritas comprobatur: vt impleretur quod dicitur: *Qui edebat panes meos, magnificabat super me supplantationem.* Omnes tanguntur vt fiat harmonia in cithara, omnes nerui bene suspensi, cõsona voce respondent: *Nunquid ego sum domine?* Vnus remissus & pecuniæ amore effectus dixit: *Nunquid ego sum rabbi?* Et dicit illis: *Vnus de duodecim.* Separat lupus seorum ouem quam capit. Ouis quæ de ouili egreditur, lupi patet morsibus. Filius hominis vadit: sed vā homini per quem tradetur. Multi bonum vt Iudas faciunt, sed omnino illis non proficit. Bonum erat ei si non esset natus: In timo lateus vtero materno: melius est non esse quam ad tormenta esse. Accepit Iesus panem & benedicens fregit, transfigurans corpus suum in panem quod est ecclesia præfens: quæ accipitur in fide

Can. 4.

Matt. 13.

Psal. 18.

Luc. 9.

1 Cor. 1.

Can. 1.

Iudic. 7.

Genes. 14.

Psal. 40.

despe

in fide: benedicitur in numero: fragitur in passionibus: datur in exēplis, sumitur in doctrinis: formans sanguinem suum in calicem, vino & aqua mixtum: vt alio purgemur à culpis, alio redimamur à pœnis. Sanguine nanque agni seruantur domus à percussione angeli: & aqua maris rubri extinguuntur inimici, quæ sunt mysteria ecclesiæ Christi. *Gratias agens dedit illis*, Gratia non meritis saluari fumus à Deo. *Et biberunt ex eo omnes*. Ebrietas felix, satietas salutaris: quæ quanto copiosius sumitur, tanto maiorem sobrietatem mentibus donare dignatur. Et Iudas bibit, sed non saturatur: nec sitim extinguit ignis æterni, quia indigne sumit mysteria Christi. Hic macula in luna ostenditur: quæ nunquam deletur. Luna ecclesiæ merito comparatur, quæ non habet splendorem: sed à sole certis modis suscipit lumen, id est, à Christo qui permanet in æternum. Sunt enim in ecclesia quos sacrificium nullum emundat: sed eos cogitatio insipiens perducit ad culpas: qui se cœnosæ crudelitatis foetoribus miscerunt. Sanguis enim noui testamenti, qui pro multis effunderetur, non omnes emundat. *Non bibam de genimine vitis usque in diem illum*, &c. Hic mutat tatum sacrificium, sed non mutat tempus: vt nos nunquam cœnam domini ante quartam decimam lunam faciamus. Qui facit in quarta decima resurrectionem: in vndecima luna cœnam domini facit: quod nunquam inuentum est, nec in veteri testamento, nec in nouo. *Et hymno dicto*, &c. Id est, laude domini: vt est in Psalmo: Et laudabunt dominum qui requirunt eum: & manducauerunt eum & adorauerunt omnes pingues terre. *Et exierunt*, &c. In mote Oliveti Iesus tenetur, & inde ad cœlos ascēdit: vt nos sciamus quia inde ascendimus ad cœlos vnde vigilamus & oramus & ligamur: nec repugnamus in terra. Omnes vos scandalum patiemini. Omnes cadunt, sed non omnes iacent. Nunquid qui dormit non adiciet vt resurgat? Carnale est cadere, sed diabolicum iacere. Scriptum est: percutite pastorem, propheta Zacharias postulat passionem domini. Pater respondet: percutiam pastorem, precibus sanctorum infernalium. Filius à patre mittitur & percutitur, id est, incarnatur & patitur. Disperguntur oues pastore capto, resurrectio promittitur, vt spes non extinguatur. *Petrus ait: Et si omnes*, &c. Et auis sine pennis in altum volare nititur: sed corpus aggrauat animam: vt timore humanæ mortis, timor domini superetur vel vincatur. *Prinſquã gallus*, &c. Gallus cantat, Petrus negat ter. Gallus lucis nūcius quis est, nisi spiritus sanctus: cuius voce in prophetis & apostolis nos de terna abnegatione qua Deū negauimus nosse, voce ancillarum exterriti, excitamur ad amarissimos post lapsum fletus: qui male cogitauimus de Deo: & male locuti sumus ad proximos, & male fecimus ad nosmetipsos. Et venit in prædium Gethsemani: id est, vallis pinguedinum: vbi tauri pingues obflederunt eum, & vituli multati circumdederunt eum. *Sedete hic donec orem*. Separatur in oratione qui separatur in passione: quia ille orat: illi dormiunt pinguedine cordis oppressi. *Cæpit pauere* & ait: *Tristis est anima*, &c. Pauere & tristificari docemur ante iudiciū mortis: qui non possumus per nos dicere nisi per illum: Venit princeps mundi huius: & in me nõ habet quicquam. Et dixit, Abba pater. Hebraice & Græce loquitur, quia non est distinctio Iu-

dæi & Græci. *Si possibile est transfer ca. &c.* Vt que in finem non cessat nos docere patribus obedire: & voluntatem eorum voluntati nostræ præponere. Inuenit eos dormientes. Sicut dormiunt mente, sic & corpore. *Vigilate & orate ne intretis in tentationem*. In tentationem intrat, qui orate negligit. Ter discipuli dormiunt: & ter Dominus orans suscitatur. Terna dormitatio, tres mortuos quos Dominus suscitauit significat. Primum in domo: Secundum ad sepulchrum: Tertium in sepulchro. Terna vigilia Domini: tres personas habere nos in orando docet: & de præteritis & futuris & de præsentibus veniam rogare. Venit Iudas cum gladiis & lignis. Incumbit virtuti seculi qui desperat de adiutorio Dei. Dat signum osculi cum veneno doli: Sicut Cain obtulit sacrificium subdolum & reprobatum. Vnde vinum cum aceto in cruce ponunt. Et tenuerunt Iesum. Hic adest Ioseph victus, venditus à fratribus: & ferrum pertransiuit animam eius. Vnus educens gladium eius amputauit auriculam serui. Prædicatio Petri: auditum à Iudæis abscidit regni Dei. *Tunc discipuli eius omnes relinquentes eum fugerunt*. Tunc impletum est quod dicitur: *Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à misericordia*. *Adolescens quidam sequebatur eum amictus sine done super nudo* (vt que corpore) & tenuerunt eum. *At ille, reiecta sindone, nudus profugit ab eis*. *Et adduxerunt Iesum ad summum*, &c. Hoc proprie Marcus. Sicut & Ioseph relicto pallio nudus de manibus impudicæ Dominæ effugit. Qui autem vult effugere manus iniquorum relinquens mente que mundi sunt, fugat post Iesum. Et conuenerunt sacerdotes & scribæ. Tunc fit congregatio tantorum in vaccis populorum. Petrus à longe sequebatur. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Timor retrahit, charitas trahit. In atrio cum ministris calefacit se ad ignem. Atrium sacerdotis, est secularis circuitus: ministri, demonia sunt: Ignis, desiderium carnale: cum quibus qui manet, flere peccata non potest. Summi sacerdotes quarebāt falsum testimonium aduersus Iesum. Mentita est iniquitas sibi: vt regina aduersus Ioseph: & sacerdotes aduersus Sulannam: sed ignis sine materia deficit. Et contentia testimonia non erant. Quod variatur incertum habetur. *Quidam dicebant: Audiuimus hunc dicentem: Ego dissoluam templum hoc*, &c. Moris est hæreticorum vmbra de veritate trahere. Non ille dixit quod illi dicunt: sed simile verbum de templo corporis sui quod post triduum resuscitauit. Exurgens summus sacerdos interrogat Iesum: Ille autem tacebat. Ipse Deus & saluator noster qui mundo salutem contulit, & humano generi sua pietate subuenit: sicut ouis ad occisionem sine voce ducitur, & obmutuit & siluit à bonis. Taciturnitas Christi apologiam Adæ absoluit. *Et dixit ei: tu es Christus filius Dei benedictus*? Quem expectabant de longe, in prope non vident. Sicut Isaac caligantibus oculis, Iacob sub manibus non agnoscit, sed longe de eo futura canit. *Iesus autem dixit illi: Ego sum*. Vt in excelsa biles sint. *Et videbitis filium hominis*. Sacerdos interrogat filium Dei: Iesus autem respondit filium hominis: vt hic intelligamus Dei filium eundem esse & filium hominis: & ne quaternitatem faciamus in trinitate: sed homo in Deo, & Deus in homine necesse sit. *A dextris virtus*, &c. Id est, in

in vita regnantem sempiterna & virtute diuina. *Et venientem in nubibus cæli*, &c. In nube ascendit, cum nube veniet: id est in corpore suo solo, quod sumpsit à virgine ascendit: & cum multiformi ecclesia quæ est corpus ipsius & plenitudo eius ad iudicium venturus est, sicut dicit secundum Matthæum: Cum autem venerit filius hominis, & omnes angeli cum eo, & reliqua. *Summus sacerdos scidit vestimentum*, &c. Hoc est ephod, in quo habebant honorem, Iudæi amiserunt. Hic adest Samuel scisso pallio de manibus Saul: id est regno. Milites gentiles non scindunt tunicam Christi. Sacerdotes vero scindunt dignitatem sacerdotij sui. Et contemnunt eum reum esse mortis. Quo reatu suo, reatum nostrum solueret: & velamine faciei suæ, velamen cordium nostrorum auferret: & sputaminibus susceptis, faciem animæ nostræ lauaret: Et colaphis quibus in caput percussus est, caput humani generis, quod est Adam sanaret: Et alapis quibus expalmatus est maxima laus eius, nostris manibus & labijs plauderet, vnde: Omnes gentes plaudite manibus. Et cruce suæ, cruciatum nostrum solueret: & morte sua, mortem nostram necaret: cum forma serpentis serpentem necat: quia serpente de virga facto alij abforbentur serpentes. Vnde per prophetam ipse dicit: Ero mors tua ô mors, & morsus tuus ô inferne. Opprobria eius, nostrum abstulere opprobrium. Vincula eius nos liberos fecerunt. Corona spinea capitis eius, diadema regni adepti sumus. Vulneribus eius sumus sanati. Sepultura eius resurgimus. Descensione eius ad inferos, nos ascendimus ad cœlos. Hic inuenitur mel in ore leonis mortui. Hæc omnia præuidens propheta ait: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? *Et cum esset*, &c. Petrus sine spiritu, voci ancillæ cessit: cum spiritu, nec principibus, nec regibus cedit. Prima ancilla titubatio est. Secunda consensio. Tertius vir, actus est. Hæc est trina negatio, quam abluat per fletus verbi Christi recordatio. Tunc nobis gallus cantat, quando prædicator quisque per penitentiam corda nostra ad compunctionem excitat. Tunc incipimus flere, quando ignimur intus per scintillam scientiæ: & foras eximus extra quod fuimus.

CAP. V. *Et confestim mane concilium facientes summi sacerdotes: et senioribus et scribis et universo cœcilio: Vincit Iesum tradit Pilato*. Hic adest Iacob victus à Dalila. Samson, id est sol eorum quibus occubuit sol in meridie. Dalila sicula interpretatur: quæ est synagoga: quæ situla more limpidi liquoris non tenet: & quisquilja immunda collegit. Samson noster, maxilla verbi sui innumeras cateruas Iudæorum & demonum hic sternit: & fontem perennis vitæ sitientibus nobis, id est, corpori suo aperit. Pontifices concitauerunt turbas vt peterent Barabam & crucifigerent Iesum. Hic duo hirci adfuerunt: vnus à *nono*, id est, admissarius: cum peccato populi in desertum inferni absolutus dimittitur: alter pro peccatis absolutus, vt agnus occiditur. Pars domini semper mactatur, pars diaboli qui est magister eorum effrenata in tartarum præcipitatur. Subditur. *Pulsis dimittam vobis regem Iudæ*, &c. Multas occasiones dedit Pilatus liberandi saluatore. Primo confersens latronem, deinde inferens. Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? Cùmque respondissent: crucifigatur.

non statim acquieuit: sed secundum suggestionem vxoris quæ mandauerat ei, vt Matthæus dixit: Nihil tibi & iusto illi: respondens: Quid enim mali fecit: quod dicendo Iesum absoluit. Milites induunt eum purpura, & c. Vestimentis suis nudatur, id est Iudæis. Purpura induitur: id est gentili ecclesia quæ de scopulis maris est collecta. Item ea scēdante exiit in fine: Iudaica rursus induitur plebe. Cum enim intrauerit plenitudo gentium: tunc omnis Israel saluus erit. Et adducunt illum vt crucifigerent eum. Hic educitur Abel in agrum à fratre, vt perimatur. Hic adest Isaac: cum lignis & Abraham cum ariete in Sabech hærente: Hic adest Ioseph cum sacce gremio somniato: & tunica talari sanguine lita. Hic adest Moyses cum virga: & serpente suspenso in ligno. Hic adest bovis in ligno portatus. Hic adest Heliseus cum ligno ad querendam securim quæ in ima demersa est: & narait ad lignum, id est genus humanum: quod à ligno venio in infernum cecidit, per lignum crucis Christi & per baptismum aquæ ad paradysum natauit. Hic adest Ionas de ligao fortis in mare in ventremque ceti triduo missus. *Et angariauerunt præteritum quendam Simonem venientem de villa patris Alexandri et Ruffi*, &c. Alij per merita patrum suorum commemorantur: alij per merita filiorum suorum. Hic autem Simon qui crucem in angaria portat: meritis filiorum suorum qui erant discipuli commemoratur. Per hoc nos in præsentī vita admonemur parentes adiuari, per natorum suorum sapientiam: vt populus Iudaicus, propter patriarcharum & prophetarum & apostolorum merita, semper commemoratur. De amaritudine enim radicis surgit dulcedo oliuæ, vnde per Hieremiam ad Iudæam dicitur: Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit dominus nomen tuum. Vt tolleret crucem eius. Dum legerent: maledictus omnis qui pendet in ligno, factus est maledictus, vt tolleret maledictum. Simon qui portat crucem in angaria: ipse est qui laborat pro laude humana. Cogunt eum homines huic labori: quem non cogit timor & dilectio Dei. Ipsa species crucis: quid est nisi forma quadrata mundi? Oriens de vertice fulgens: Arcton dextera tenet: Aufer in læua consistit, occidens sub plantis firmatur. Vnde Apostolus dicit: Vt sciamus quæ sit altitudo & latitudo & longitudo & profundus. Aues quando volat ad æthera, formam crucis assumunt: homo natans per aquas vel orans, forma crucis vehitur. Nauis per maria, antenna cruci similata sufflat: Tau litera, signum salutis & crucis describitur. Et perducit eum in Golgotha quod interpretatur caluaria. Tradunt Iudæi quod in hoc montis loco immolatus est aries pro Isaac: vt ibi decollectus, id est, Christus à carne sua carnali videlicet Iudæa separetur. *Et dabant ei bibere myrrhatum vimem*. Hoc aceto, sucus lathalis pomi abstergitur. Et non accepit, id pro quo patitur. Vnde de eo dicitur: Quæ non rapui: tunc exolebam. Et crucifigitur eum. Hic figitur salus in ligno: ligno primo infixata est mors. Lignum primum, lignum scientiæ boni & mali est. Et secundum lignum, boni tantum, nobis & vitæ lignum est: Extensio manus primæ ad lignum, mortem apprehendit: extensio autem secundæ: vitam quæ perierat inuenit. Ligno hoc vehitur per mare vendosum ad terram

Psal. 11.

Psal. 40.

Zach. 13.

Matth. 13.

1. 2. 15.

1. 46.

1. 31.

1. 53.

1. 11.

CAP. V.

17.

1. 15.

1. 16.

Math. 17.

Roma. 11.

Gene. 4.

Num. 11. 4. Reg. 6.

1. 1.

1. 11.

Dente. 21.

Ephes. 3.

ram vinentium. *Diuiserunt vestimenta, &c.* Vestimenta domini, eius mandata sunt, quibus tegitur corpus eius, quod est ecclesia: quæ diuiduntur inter milites gentium; vt sint quatuor ordines cum vna fide, id est coniugati, & viduati, præpositi & separati: sortiti tunica in diuisam: quæ est pax & vnitas, inconsultis in modum anuli regalibus. *Erat autem hora tertia & crucifixerunt eum.* Hoc vere & proprie Marcus intulit: Nam sexta hora tenebræ suffuderunt terram, vt non quis poruisset mouere caput. A tricesimo namque fructu Marcus ascendit ad centesimum, id est à tertia hora crucis vsque ad tertiam resurrectionis post tres dies. Tricesimus fructus est in cruce: sexagesimus in inferno: centesimus in paradiso. *Et erat titulus causa eius inscriptus: Rex Iudaorum.* Quod in titulis prænotatur psalmorum, in finem ne corrumpas. Et hoc tribus linguis: *עברי ויהוה אלהי: Ἰουδαίου βασιλεύς: Ἰεροσολιμίτης:* Rex confitentium. Hæ tres linguæ in crucis titulo coniunctæ sunt: vt omnis lingua commemoret perfidiam Iudaorum. *Et cum eo duos latrones, &c.* Cum iniquis veritas deputata: vnum reliquit sinistrum: alterum assumit dexterum: sicut in die iudicij faciet: ex simili crimine, dissimiles sortiuntur fines. Alter antecedit Petrum in paradiso: alter Iudam in infernum. Confessio breuis, vitam acquirit longam: & blasphemia finita, pœna plectitur æterna. Hic pullus Iudæ ligatur ad vitem: Hic *ἀνὸς βίλακος*, id est, pallium tingitur in sanguine vix: hic lacerant hædi vincam. Blasphemantes eum, & mouentes capita sua. Emittere in capita iniquorum mors, quando excitantur vincula inferni vsque ad ceruicem, qui est ceruix generis humani. Descende de cruce: ne faceret salutem quam inchoarat. Et viderunt postea resurgentem de sepulchro quem de cruce descendere non credebant posse patibulo. Vbi est Iudæi infidelitas vestra? Adhuc de vino dicebatis, si rex Israel est, descendat de cruce. Vos ipsos consulo: vos ipsos iudicium peto: quanto mirabilis est mortuum posse resurgere: quàm adhuc viuum de cruce vel descendere? Parua peristis, dum maiora prouenerint. Sed infidelitas vestra non potuit sanari signis multo fortioribus quàm petistis. Hic omnes declinauerunt simul inuites facti sunt. Facta hora, sexta: tenebræ factæ sunt per totam terram. Hic adest Noë inebriatus ac nudatus: cælo & terra pallio tenebroso tectus: & homine irrisus. Hic stillauit sanguis de ligno. *Hora nona clamauit Iesus voce magna: Eli, eli, lamazababani:* hoc est, *Deus meus, Deus meus quare me dereliquisti?* Inde scribitur psalmus iste pro assumptione maritima, qua Christus ad crucem ducitur. Verba propria sunt filij hominis: Vnde sequitur iuxta Lucam: In manus tuas commendo spiritum meum. Nona hora inuenitur euerfa domo decima drachma que perierat. Currrens autem vnus ex eis: inuenit similitudinem eorum spongiam capam, infirmam, aridam, ignibus aptam: implet acetum, hoc est malitiam & dolo, de quo dicitur: *Plantavi te vineam, forech: & quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?* Et expectaui vt faceret vnas: & fecit spinas. *Iesus emissit voce expirauit:* Infirma enim carne, vox inualuit diuina quæ dicit: *Apetite mihî portam iustitiæ: & ingressus in eas confitebor domino: cum ima voce vel sine voce morimur, qui de terra sumus. Ille ve-*

Esai. 2.

Psal. 117.

ro cum exaltata voce expirauit qui de caelo descendit. Velum templi scinditur: id est cœlum aperitur. Centurio ait: Vere Dei filius erat. Nouissimi primi nunc efficiuntur. Gentilis confitetur populus: Iudæa cœca negat: vt fiat eis error peior priore. *Erant autem, & mulieres de longe aspicientes inter quas, &c.* Sicut non excluditur muliebris sexus à salute per Mariam virginem: ita non repellitur à mysterio crucis scientiæ & resurrectionis per viduam Mariam Magdalenam & ceteras matres. Ioseph venit sero parascœue ab Arimathia quæ interpretatur deponens, ad deponendum corpus in monumento: nobilis decurio, expectans & ipse regnum Dei. Intrat ad Pilatum, petit corpus Iesu. Ioseph mercatur findonem: inuolutum corpus in findone ponit in monumento quod erat excisum de petra. Aduluit lapidem ad ostium monumenti. Mariæ aspicunt vbi ponetur. Hæc omnia congruunt ad populum Iudaicum in fine credentem: qui nobilitatur fide, vt Abraham sit filius. Deponit desperationem, expectat regnum Dei. Intrat ad Christianos vt baptizetur. Quod significat nomen Pilati, id est malleatoris, id est qui domat ferreas gētes: vt regat eas in virga ferrea: & petit sacrificium: quod donatur penitentibus in fine vitium: & corde mundo & peccatis mortuo, inuoluit in munimine fidei: stabilitur operculo spei, per opera charitatis concludit. Finis enim præcepti est charitas. Aspicentibus à longe electis, qui sunt stellæ maris: quando si fieri potest, scandalizabuntur electi.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superius
Euang. Hom.

Et quum esset Bethania in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit mulier habes alabastrum vnguenti pistici preciosi. Mulier ista specialiter ad vos pertinet, qui baptisma accepturi estis. Fregit alabastrum suum, vt vos Christus faciat Christos, id est, vnctos: hoc est, quod dicitur in Canticis Canticum, *Vnguentum effusum est nomen tuum.* Propterea adolescentulæ desiderauerunt te. Post te in odorem vnguentorum tuorum currimus. Quando clausum erat vnguentum, quæ diu notus tantum erat in Iudæa Deus: in Israel solum magnum nomen eius. Adolescentulæ Iesum non sequebantur. Quando vero effusum est vnguentum in omnem terram, adolescentulæ animæ credentium secutæ sunt saluatorem. *Et quum esset Bethania in domo Simonis leprosi.* Bethania interpretatur in lingua nostra, domus obedientiæ. Et quomodo in Bethania, hoc est, in domo obedientiæ, domus Simonis leprosi essent certe dominus quid facit in domo leprosi? Sed propterea venit in domum leprosi, vt purgaret leprosum. Leprosus dicitur, non qui est, sed fuerit leprosus. Fuit enim, antequam susciperet dominum: postea vero quam suscepit dominum, & vnguentum factum est in domo ipsius lepra fugit: manet autem pristinum, vt virtus appareat saluatoris. Quomodo enim in Apostolis resident pristina vocabula, vt appareat virtus vocatis, de quibus qualis fecerit: quomodo de Mattheo publicano fecit Apostolum, & post Apostolorum dicitur publicanus. Non quod publicanus sit, sed quia è publicano factus sit Apostolus: nomen

Ex hinc in alio loco dicitur: Ipsi non intrant: sed eos, qui intrare volunt, non sinunt.

Luc. 11.

Genes. 6.

men autem remanet pristinum, vt virtus appareat saluatoris. Sic & leprosus Simon iste appellatur antiquo nomine, vt ostendatur à domino fuisse curatus. *Veniit mulier habens alabastrum vnguenti.* Pharisæi, & scribæ, & sacerdotes in templo sunt, & vnguentum non habent: mulier ista extra templum est, & vnguentum deserit, nardum habens, & nardum pisticum, & ex nardo ipsa pistica confectum vnguentum. Ideo vos vocati estis pistici nardi, si dèles. Ecclesia enim de gentibus congregata domina sua offert saluatori, id est, fides credentium. Fregit alabastrum, vt omnes vnguentum suscipiant: fregit alabastrum, quod in Iudæa antè tenebarat inclusum: fregit alabastrum. Quomodo enim granum tritici, nisi mortuum fuerit in terra, non facit plures fructus: sic & alabastrum, nisi fractum fuerit, non vngere nos possumus. *Et effudit super caput eius.* Mulier ista, quæ fregit alabastrum, & ipsum vnguentum fudit super caput, non est ipsa, de qua in alio Euangelio dicitur, quod pedes domini lauerit. Illa enim quasi meretrix, & peccatrix, adhuc pedes tenebat: ista quasi sancta caput tenebat. Illa quasi meretrix lachrymis suis pedes rigat saluatoris, & crinibus tergit: videtur quidem lauare lachrymis pedes saluatoris, sed magis lauat peccata sua. Sacerdotes, & Pharisæi non dant saluatori osculum: ista pedes osculatur. Sic & vos, qui accepturi estis baptismum: quoniam omnes sub peccatis sumus, & nemo est absque peccato, etiam si vnus quidem fuerit diei vita eius, & aduersum angelos suos peruersum quid excogitauit. Primum tene pedes saluatoris, lauate lachrymis, crine tergit: & quum hoc feceritis, postea venietis ad caput. Quando descenditis in vitalem fontem cum saluatore, tunc habetis discere, quomodo vnguentum veniat in caput saluatoris. Si enim caput viri Christus est, vestrum autem caput vnguentum est: post baptismum vngimini. *Erant autem quidam indigni serentes.* Non dixit, omnes, sed, *quidam.* Vsque hodie indignantur Iudæi, quando nos Iesum vngimus caput. Denique in alio loco dicitur, quod Iudas proditor indignatus sit. In Iudæa nomine Iudæorum vocabulum demonstratur, vsque hodie Iudas indignatur, quare ecclesia Iesum vngat caput. Et quid dicit: *Quid prodest ista perditio?* Illi videtur perire vnguentum, quia fractum est: sed nobis prodest, quia in orbem peruenit vnictum. Quid indignaris, Iuda, quia alabastrum fractum est? Deus, qui te & vnuerfas gentes fecit, illo perfunditur precioso vnguento. Volebas vnguentum habere clausum, vt ad alios non perueniret. Verè illud est, quod & in alio loco dicitur de vobis, qui habent clauem scientiæ, & ipsi non intrant: sed eos, qui intrare volunt, non sinunt. Vos habetis alabastrum, imò habetis in templo, & tenebatis inclusum: venit mulier, & tulit de templo, & tulit in Bethaniam, in domo leprosi vngit caput Iesu. Et quid dicunt illi, qui indignantur? *Potuit* (inquit) *remundari trecentis denarijs:* quia hic, qui hoc vnguento vnctus est, crucifixus est. Legimus in Genesi, quia illa arca, quæ facta est à Noë, trecentorum cubitorum habuerit longitudinem, & quinquaginta latitudinis, & triginta in altum. Videte sacramenta numerorum: in quinquagenario numero, penitentia demonstratur. Siquidem in quinquagesimo Psalmo Dauid regis, egit penitentiam: in trecentis vero numeris crucis mysterium demonstratur. Litera T, index est trecentum. Vnde

Luc. 12.

Luc. 11.

Luc. 11.

Luc. 11.

Genes. 6.

dicitur, & in Ezechiele: Et scribes, inquit, in frontibus gementium, than. Et quicumque illud habuerit superscriptum, non interficietur. Nam, quicumque crucis vexillum habet in fronte sua, hic à diabolo percuti non potest. Hoc vexillum non potest delere, nisi solum peccatum. Diximus de arca, de quinquagenario, de trecentis numeris: dicamus de triginta, quoniam ipsa arca habebat altitudinis triginta cubitos, & in vnum consummabatur. Videte quid dicitur. Primum agimus penitentiam in quinquaginta, deinde per penitentiam venimus ad crucis mysterium: ad crucis mysterium venimus, per perfectum verbum, qui Christus est. Quando vero Iesus accepit baptismum secundum Lucam, erat annorum triginta. Et isti ipsi triginta cubiti in vnum consummabantur. Et quinquaginta, & trecenti, & triginta in vnum cubitum consummabantur: hoc est, in vnam fidem Dei. Hoc totum quare diximus? quia nunc dicitur: *Potuit trecentis denarijs remundari.* Deinde & dominus Saluator triginta argenteis venditus est. Mirum non potuisse trecentis denariis vendi: nam venditus est triginta. Scriptum est in Leuitico, scriptum est in Exodo: quod sacerdotes à triginta annis esse incipiunt, ante triginta annos non licet sacerdotibus ingredi templum Dei, quomodo & in iumentis, & animalibus tertius annus perfecta ætas est. Denique dicitur in Genesi, eo tempore, quo fecit Abraham dichotomemata: quoniam vitulum, & hædum, & agnum habuerit trium annorum, vt perfecta ætas demonstraretur in iumentis: sic & hominibus perfecta ætas triginta anni sunt. Nunquid dominus noster non potuit venire ad baptismum viginti quinque annorum? Nunquid vigintifex annis non potuit, aut vigintiocto? Sed perfectam hominis expectabat ætatem, vt nobis tribueret exemplum. Ideo & in Ezechiele scriptum est in principio: Et factum est, inquit, in anno tricesimo, quum essem in captiuitate. Hoc totum diximus, vt tricenarij numeri sacramenta panderemus. Indignantur Iudæi, indignantur alieni à fide, quod vnguentum illud fractum est. Cæterum dominus noster dicit: *Sinite eam: Quid ei molesti estis? Bonum opus operata est in me.* Quoniam ergo illa mulier bonum opus operata est. Ideo hæc de Euangelio pauca diximus. Et oportune quartusdecimus Psalmus lectus est: & oportet nos de Psalmo dicere. Oremus Deum omnipotentem, vt ea, quæ docturi sumus, recto tramite prosequamur, per Christum dominum nostrum, Amen.

VICTORIS ANTIQ-
cheni in idem Euangelium.

Et erat pascha, & azyma post biduum. Duobus diebus ante passionem, Scribæ & Pharisæi & Magisteratus populi, consilium inter se de nece Christo inferenda iniere. Qua de causa quarta hebdomadæ feria ieiunia agimus; quasi passio illius aliquod tum temporis exordium fecerit. *Quomodo eum dolo tenerent.* Propter populum, qui Iesum sectabatur, frequensque assiduum circa illum verfabatur, dolo eum capere machinantur. *Non in die festo.* Sanè festum propter cædem, quam iam tum animo conceperant, haud inuitè transulissent, at per legem non sinebantur: Siquidem decretum, *Bibl. Hom. tom. 2. C C C c 2* quod

Nota cruce: uerè illi in fide te signantur.

Luc. 3.

Numer. 4.

Genes. 15.

Sed tamè multa etiam est ad baptismum recipiendum immatura.

VICTORIS ANTIOCHENI.

1132

quod in legalibus illorum voluminibus traditum excubabat, impleri oportebat; erat autem illud eiusmodi: Pascha vestram quartadecima die mensis primi immolabitur. In eo enim mense, illaque die verum illud pascha immolari necessarium erat. Ostenditur hic autem, quo modo Christus dominus in mortem, quam nostri causa subiit, vltro sese obtulerit. Quandoquidem cum illum comprehendere volebant, vt sapenunero iam dudum ante voluerant, eum comprehendere non potuerunt. Quando vero de illius comprehensione nihil de liberatum habebat, tunc prater omnem illorum spem vltro se illis dedit; factumque est, vt id, in quod dia multumq; magno studio incubuerant, tandem aliquando ad finem perducerent. Et cum esset Bethania, in domo Simonis. Quae in Bethania in domo Simonis leprosi acciderunt, illa etiam Matthaeus aequae atque Marcus caeteris adiungit. Et prima quidem facie vnam eandemque mulierem apud omnes Euangelistas decantari videtur; quae; & tamen res ita non habet. Nam apud tres vna eademque celebratur, nempe admirabilis illa Lazari soror Maria: Atque hoc ipsum quoque Ioannes regiae ciuitatis episcopus profitetur. Originem vero aliam illam esse dicit, quae apud Matthaeum & Marcum in domo Simonis leprosi vnguentum super caput Iesu effudit; aliam rursus eam, quae cum in ciuitate peccatrix esset, in domum Pharisaei ingressa, pedes illius lachrymis abluisset, & vnguento perfudit. Appollinarius tandem & Theodorus eandem apud omnes Euangelistas describi aiunt, Ioannem vero historiam illam caeteris accuratius persecutum. At longe verisimilius fit, quod paulo ante dicebatur, neque Originem quoque diserte inficiatur; ethi de ea, cuius fit mentio apud Ioannem nihil dicat, viderelicet, Matthaeum, Marcum, & Ioannem de eadem omnino agere; omnes namque in Bethania (quae est vicus quidam ab Hierusalem non procul distans) rem hanc accidisse tradunt. At illa vero, de qua Lucas agit, alia omnino erat. Scribit enim: *Ecce mulier, quae erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quia Iesus accubuit in domo Pharisaei, &c.* Haec itaque & peccatrix erat, & in ciuitate viuebat; Altera autem illa, neque peccatrix appellatur, neque in ciuitate versata describitur; sed in Bethaniae vico. Erant autem quidam indigni ferentes. Cum diuersi fuerint, qui vnguenti huius profusionem, veluti inutilem calumniati sunt, Ioannes quidem solius Iudae traditoris mentionem facit, Matthaeus discipulorum omnium indiscriminatum; Marcus autem quorundam tantum. Multis proinde & variis rem hanc insimulantibus, Dominus, qui omnium sensus & corda comperta habebat, ramentis generali oratione vtatur, solum Iudam tanquam anarum perstringit verius, quam reliquos discipulos. Notat enim ex quadam potius animi simplicitate, quam ex malicia, aut inuidia mulieris factum improbasse. Venerat forsitan illis in mentem, illud Christi: *Misericordiam volo, & non sacrificium. Poterat vnguentum istud venundari, plus quam trecentis denarijs.* Cum discipuli vnguentum illud plus recentis denarijs diuendi potuisse asserunt, quantum mulier illa in vnguentum illud insumpserat, quantumque ex conuolenti, animi alacritatem & pietatem erga Christum declararat, nobis diuinandum relinquunt. *Sinite eam, quid illi molisti essis?* Christus seruator noster mulieris pro-

prudinem, animiq; deuotionem ex animo complexus, causam illius publice tuendam suscipit. Quae enim dicit, huc tendunt: Quod mulier haec fecit, non frustra fecit; nam vbiqueque locorum Euangelium hoc praedicatum fuerit, praedicabitur & decantabitur hoc illius factum quoque: non tam propter impensas, quas in me fecit, quam propter fidem, quam vna cum vnguento obtulit. Haec enim flagrantissimi odoramenti instar Christo fuit. Quare etiam vnguentum hoc pitiusque pretiosae hae nardi nomine designat Euangelista. *Sinite ergo illam: quod habuit, hoc fecit: Praeuenit enim vngere corpus meum in sepulchrum. Bonum opus operata est.* Dominus pius illud mulieris officium, opus vocat: tanquam quiddam quouis dicto celebrius, quodq; grata animi memoria recolatur, dignum. Eodem illo facto se instantem Christi mortem & passionem non ignorasse, prodidit quoque. *Phi- cumque praedicatum fuerit euangelium hoc in vniuerso mundo.* Per hoc rursus Apostolorum ad omnes gentes dispersionem denunciat: hac oratione de sua morte illos quodammodo consolans; Indicat enim tanta virtute se pollere, vt post crucem & mortem quoque euangelij doctores, populorumque pastores & duces, quoque verum amandare, & dispergere valeat. *Et quod fecit haec, narrabitur in memoriam eius.* Tantum abest, ait Dominus, vt ego illam condemnem, quasi malefecerit; aut reprehendam, quasi minus recte fecerit; vt factum hoc nullo vnquam tempore latere permittissem. Etenim quod in domo & in oculo ab illa factum est, hoc vniuersus tetraur orbis cogniturus est: Siquidem quod illa fecit, hoc magno animi consilio, magnoque fidei ardore fecit. *Et primo die azymorum, quando pascha immolabant.* Primum azymorum diem eum vocat, qui primum azymorum proxime anteedebat. Conuenerant enim Iudae a vespera diei festi exordium facere. De illo ergo die est hic sermo, in quo Hebraei pascha ad vesperam immolabant, azymisque panibus vesciebantur: quem quidem diem nonnulli vnam, alij primam azymorum diem vocant; Lucas autem azymorum diem simpliciter appellat. Quod autem ea dies absolutè hic designatur, in qua Iudae circa noctem pascha immolabant, id non ex iis tantum, quae obiter modo exposita sunt, euinci potest, verum ex eo etiam, quod discipuli feria quinta ad Iesum accesserunt, dicentes: *Vbi vis paremus tibi comedere pascha?* Quam obrem veterique Euangelista, Matthaeus, inquam, & Marcus, verum dicit, dum Christum prima azymorum die, pascha celebrasse asserit. Siquidem pascha, in quo azymo pane vesciebantur, ad vesperam inchoabant. Ea propter Marcus, posteaquam dixerat primo die azymorum, statim subiungit: *quando pascha immolabant, dicunt illi, quod vis camus, &c.* Quod vis camus, & paremus tibi, vt manduces pascha. Hinc manifestum fit, Christum dominum nullum proprium domicilium, aut diuersorium habuisse. Idem de illius discipulis citra temeritatem dici quoque potest; vt qui iam dudum ante ab omnibus sese abdicassent. Nam si quam illi domum habuissent, ad illam vtrique seruatores inuississent. *Et mittit duos.* Christus adornat pascha, quod ad vltimum vsque vitae diem, legi per omnia sese obsequentem fuisse ostendat, in nullo autem regi contrarium. *Occurret vobis homo lagenam aquae babilum.* Mittit illos ad hominem ignotum, planum per

haec faciens, potuisse non pati: Nam qui solo verbo hospitis huius mentem potuit flectere & permouere, in aliis, si ita visum fuisset, quid non potuisset? Deinde vero, quia, vt Marcus & Lucas narant, ad quem ituri erant, ignorabant, quasi certum itineris ducem, dedit illis signum. Neuter autem Euangelistarum Christum: tecum pascha manduco, dixisse, scribit; verum *vbi est diuersorium, vel caenatio, vbi pascha cum discipulis meis manducemus? At illi ceperunt contristari, & dicere.* Non mirum Apostolos contristatos fuisse: nam cum Christi oratio nullum certum designaret; sed generatim tantum in medium proponeretur, vni quilibet illorum, ne de se forsitan talem suspensionem cepisset, metuebat. Dicebant ergo illi: *numquid ego sum Dominus? Pa homini isti, per quem filius hominis tradetur.* Hoc supplicium in proditorem constitutum manifestat; ne vllam ille de patratore sceleris excusationem, in posterum adferre queat. *Et filius quidem hominis vadit, &c.* His verbis mortem suam transitori, aut discessui cuiuspiam similitudinem ostendit, quam verae morti. Dixerat idem ante ad Iudaeos quoque: *Vado ad eum, qui misit me.* Significat per eandem vocem quoque, sponte se ad mortem abire. *Bonum erat ei, si non esset natus homo ille.* Hoc dicitur propter duros cruciatus, quos apud inferos expensurus erat: Siquidem satirus est multo, omnino non esse, quam tantis miseris & calamitatibus perpetuo obstrictum esse. *Et manducantibus illis, &c.* Innuat hic, Iudam tamenti diuini mysteriorum participem effectum, sui semper similem mansisse, hoc est, tremenda illius menae cibo refectum, nihil profusus mutatum, aut emendatum esse; verum in sua nequitia & auaritia obstinate vsque persistisse. Ioannes post acceptam buccellam, satanam in illum introisse scribit. At hoc ea de causa non contigit, quod satanas acceptum Christi corpus pro nihilo duceret; aut contemneret; sed quod Deus impudentem proditoris asum impanem abire non veller. Dominus autem, licet omnium consiliorum Iudae gnarus esset, attamen a sacramenti sui accessu illum non prohibuit. Cur ita? nempe vt hinc discas, nihil eorum praetermississe, quae ad sanam mentem reducere quoque modo poterant. Sunt tamen, qui Iudam ante porrectum Eucharistiae sacramentum exiuisse existiment. Sane Ioannes quiddam eiusmodi subindicare videtur. Dicunt hi, nequaquam decessisse, vt caedis Christi minister salutaris communionis symbolum acciperet: Addunt idem; Christum caetera omnia aequanimiter tolerasse, hoc vero tantum piaculum nequaquam permittere voluisse. *Sinite, hoc est corpus meum.* Quod Dominus potestatem celebrandi & conficiendi noui Testamenti mysteria Apostolis per haec contulerit, hoc nemo, opinor, in dubium vocat; propter hoc enim benedixit, & distribuit, & sumere iussit. Fecit hoc autem, quod ex eiusmodi benedictione, & gratiarum actione discamus, verè magis, omnique gratiarum actione digna esse, quae per Christi passionem dispensantur. In cuius rei typum & commemoracionem diuina illa mysteria iuxta illius mandatum, peragimus & consecramus. Cum autem ad Apostolos dicit: *Hoc est corpus meum.* Item: *hic est sanguis meus;* certò apud se statuam vult, posteaquam benedictio, & gratiarum actio, ad pacem, vel calicem propositum accesserit; per pa-

nis quidem Symbolam, corporis Christi; per calicem verò eiusdem sanguinis participes se fieri. Nam circa corpus & sanguinem, in communem mortalium omnium salutem, & peccatorum remissionem; passionis Christi Sacramentum praecipue transactum est. Porro autem fides huiusce de rebus animo concepta, vt illorum, quae expleta sunt, confessionem deposcit; ita credentibus indulgentiam & peccatorum veniam reppendit. *Non bibam de hoc genimine vitis, vsque ad diem illum.* Dominus ex mortuis excitatus cibum, potumque cum discipulis sumpturus erat, quod maiorem hac ratione, certioreque de sua resurrectione fidem illorum animis imprimeret. *Cum illud bibam nouum in regno Patris mei.* Patris regnum suam appellat resurrectionem: Per hanc enim & ipsi regnum obuenerit, & caeteris hominibus eiusdem regni societas obtigit. Illud igitur: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque ad diem illum, &c.* Vtrumque denotabat: nempe mortis & passionis Christi viciniam; & certam nihilominus eiusdem ex mortuis resurrectionem. Sed dicit: si in eiusmodi cibo & potu in posterum cum Apostolis communicaturus non erat, aut obiter tantum communicaturus erat, cur circa paschalis tempus mysteria perficiebat? Quod omni ex parte conitaret veteris legis auctoritatem extitisse, & illa, quae istic obtinebant, ea adumbrasse, quae pertinent ad nouam. *Donec bibam illud nouum vobiscum.* Vobiscum, inquam, meae resurrectionis testibus: quando quidem vos me exsuscitatu videbitis. Quid autem sibi vult, quod dicit: *Donec bibam illud nouum?* hoc nimirum: donec quisi totus iam in nouatus, corpus indutus fuero impatibile & immortale, nullique corruptioni obnoxium, neque vllius alimenti indignum. *Et hymno dicto.* Ante passionem laudes gratiasque Deo depromit: per hoc ostendens, se vltro lubenterque pati. Tum nos quoque exemplo hoc admonens, vt aduersa, si qua nonnunquam sese offerant, agrato patientique animo perferamus: ciboque sumpto de percepto munere, Deo largitori debitam gratiarum actionem persoluamus. *Exierunt in montem Oliueti.* Cur in montem exiit? quod spreis latibulis, iis commodo loco sese exponat, manifestumque faciat, qui illum comprehensuri erant. Maturabat enim illum locum occupare, vbi antea orare solitus erat; & quem proditor optimè compertum habebat. *Scriptum est: percutiam pastorem.* Ne reprehensio durior videatur, adfert Prophetae Zachariae oraculum; partim quidem quod illorum animos ad accuratam Scripturae huius considerationem exciter; partim etiam vt planum hinc fiat, se illum esse, qui ante haec eos a lapsu conseruauerat. *Sed posteaquam resurrexero, praecedam vos in Galileam.* Haec subdit, ne nimia animi agritudine absorbeantur; tum etiam vt Iudaeorum metu posito, intrepide iis fidant; quae certò hoc loco promittuntur. *Petrus autem ait illi: & si omnes scandalizati fuerint, &c.* Propheta Apostolorum dispersionem certò praedicente; & Christo eandem certò cõstitante, Petrus nihilofecius grandia quaedam forti pectore polliceri pergit. *Moneatur per hoc autem, vt omnibus Christi dictis promissisque, simpliciter citra vllam prorsus hesitationem fidem habeamus; certissime nobis persuadentes; illius assercionem multò certior.*

Apparet, hinc auctoris post Chrysostomum potius vsusse. Lucae 7.

Matth. 26. Marc. 14. Ioan. 11.

Qua Lucae 7. vsque pedes domini, scilicet Originem, Victoris Antiocheni, Basilium Sacerdotis Episcopi, & alios praeterea multos, non sicut Maria soror Lazari, sed communiter nunc aliter putatur.

Matth. 9.

Matth. 9. Marc. 14. Ioan. 11.

Zach. 13.

rem, multoque firmiore & fideliorum esse, qui-
 bullibet animi nostri propositis, cunctisque con-
 scientiæ nostræ testimoniis. *Et si omnes scandali-
 zati fuerim.* Cum Petrum, ceterosque omnes pre-
 cati, & dicere oportuisset: Adiuua nos, Domine,
 ne abs te auellamur; sibi suisque viribus nimium
 confisi, ea temerè promiserunt, quæ non præstite-
 re: Siquidem Dominus nimium illam, quam præ-
 se ferebant, audaciam animique fiduciam non-
 nihil comprimere & castigare volens, Petrum
 quidem in trinas negationem prolabi; ceteros
 verò omnes per fugam dispersi passus est. *At ille
 amplius loquebatur, & si oportuerit, &c.* Quam-
 vis Christus Petri casum magis affirmabat, tanto
 Petrus certæ prædictioni illius obnitens, fortiori
 peccatore officium se deserturum negabat. At vnde
 quæso, hæc tanta vis animi illi prouenebat non
 aliunde, quam ab incensa charitate. Cum enim
 ab anxia illa cura & sollicitudine, qua antea pro-
 pter futuram proditorem premebatur, sese li-
 beratum videret; (iam enim, qui proditorem
 moliebatur, patefactus erat) ingentem animo
 fiduciam concipiens, illa, quæ modò audiuimus,
 plus satis audacter depromebar. Interim res illa
 nonnullam quoque iactantiæ, inanisque gloriæ
 speciem præ se ferebat. Et tu hic modò perpende,
 quam demissus, quamque modestus Apostolus
 Petrus post lapsum euaserit. Qui enim ante ca-
 sum nihil non sibi arrogare audebat, is post la-
 psum contraria studia secula us, nihil quicquam
 sibi, sed omnia Christo Domino tribuebat. *Viri
 Israelitæ, aiebat, ut qui nos intuemini; quasi nostra
 virtute, aut potestate, fecerimus hunc ambulare, &c.*
 Offertur autem hic nobis singulare quoddam
 documentum; nullam hominis promptitudinem
 fat esse, si cæleste subsidium desit; neque vllam
 rursus supernaturalem gratiam spirituale lucrum
 adferre, si animi promptitudo, studiosaque ho-
 minis synergia non adit. *Sedete hic donec orem.*
 Mos erat Christo, seorsum à discipulis orare. Fa-
 ciebat hoc autem, Apostolos, & nos per illos,
 admonens & erudiens, ut precaturi secessum,
 locumque à turbis secerum quæramus. *Et assum-
 psit Petrum, &c.* Cur hos tres tatum, & non simul
 omnes assumpsit? Ne omnes simul animis con-
 ciderent. Præ cæteris autem illos præcipuè assu-
 mendo existimabat, qui gloriæ illius in monte
 spectatores fuerant. Quin his quoque à tergo
 relicta, paulum ab illis progressus, solus orationi
 incumbit. *Tristis est anima mea, usque ad mortem.*
 Cur Domine Iesu mœres? cur tædio afficeris?
 Noui quanta bona toti mundo ex mea cruce, &
 perpeffione obuertura sunt; interim maiorem in
 modum affligit me, primogenitum meum Israelem
 non esse inter seruos meos. Obruli pro illo preces
 & supplicationes, ut veniat & tandem aliquando
 ad Deum se se conuertat. Vbi que illius superbiam
 & contumaciam frangere, ipsamque ad certamina
 & præmia cælestia prouocare contendo; sed
 incautum omnia. *Et venit, & inuenit illos dormientes.*
 Graui somno oppressi cum mœsto mœretæ non
 poterant. Ipse autem, ne res simulata, aut com-
 menticia videatur, prolixè orat. Nam ut corpus,
 non vt alienum, sed vt proprium per mortem pon-
 nit; ita verè quoque & proprie orationi insisit.
Si possibile est, transiet à me calix iste. Per hæc huma-
 næ naturæ imbecillitatem exprimit; cum verò ad-

Nota diuina
 gratiam no-
 strâ, coopera-
 tionem requi-
 rit.

dit: Sed non quod ego volo, sed quod tu: virtu-
 tum, quibus ornatus erat, excellentiam & ma-
 gnitudinem ostendit. Docet per hæc eadem quo-
 que, hominis verè studiosi partes esse, naturæ im-
 pulsum polthabito, Deo & spiritui obsequi, non
 etiam carnis sensui. Ad se porò quod attinebat,
 necessarium erat, vt non verbis tantum; sed factis
 quoque se verum hominem esse declararet, adeo-
 que vt mortem se verè appetere palam common-
 straret. *Et ait Petro: Simon, dormis non potuisti vnam
 horam vigilare mecum?* Omnes quidem dormiebant,
 sed solum Petrum increpat: Oratione illa eum
 extimulans, suæque promissionis tacitè commo-
 nefaciens. *Vigilate, & orate.* Hæc eodem tendunt;
 neque enim solus Petrus operam suam Christo
 ad mortem vsque sanctè sponderat; sed reliqui
 præterea omnes. Vigilate ergo & orate, ait, vt
 non intretis in tentationem. Quando quidem, vt
 paulò antè vobis prædixi, in proximo est, vt om-
 nes à me dispergami. *Spiritus quidem promptus
 est, caro autem infirma.* Ne grauius illos perstringere
 videatur, Spiritus, inquit, promptus est, caro au-
 tem infirma. Nam vt quis maximè ad bona & salu-
 taria nitatur; attamen nisi Deus adiutricem ma-
 num porrexerit, nihil vna in magnâ, aut singu-
 lari laude dignum præstare poterit; Caro namq;
 pondere suo ad ima semper trahit. *Et iterum abiit,
 orauit eundem sermonem.* Quòd Dominus noster se-
 cundò, & terò idem orationis opus repetit, illud
 indubitatè veritatis argumentum existit. Nam
 eiusdem iterato in Scripturis sacris, certum rei
 euentum ostendit. Quare etiam Ioseph ad Pha-
 raonem aiebat; Quod autem vidisti secundò ad
 eandem rem pertinens, firmitatis indicium est,
 eò quòd fiat sermo Dei. Vt ergo idem somnium
 repetitum est, quò certò constaret, illud omnino
 futurum, quòd per somnium ostensum fuerat; ita
 Dominus noster quoque, vt certò se verum homi-
 nem esse persuadent, eandem orationem terò
 redintegrat. *Veruntamen non quod ego volo.* Doc-
 cet hic rursus voluntati se se per omnia
 submittere, spèque omnia cum illa facere & con-
 spirare. *Et reuersus, denuò inuenit eos dormientes.* At
 quorsum, inquis, ad discipulos, quò illis inuisa,
 officiiq; admonerit, denuò redit; neque tam in-
 terpellat, aut admonet; sed rem totà tacitè dissi-
 mulat? Kedit ad illos, quò ingentem eorum infir-
 mitatem omnibus ob oculos ponat: Siquidem
 semel reprehensi & admoniti, adhuc in vigilia
 perstare, & à somno sese continere non poterunt.
Surgite, eamus hinc; ecce, qui vadet me prope est. Per
 hæc, sicut per cætera sermò omnia, nullius, quòd
 fiebat, necessitatis fuisse ostendit; sed admirabilis
 cuiusdam dispensationis. Etenim proditorem cer-
 tò venturum sciebat, & tamen ea de causa adeò
 fugam non imbat, vt obuiam quoque illi proce-
 deret. *Veni, Iudas Iscariotes, vnus è duodecim.* Quòd
 vnus è duodecim Apostolorum numero, vnà cum
 turba venisse scribitur, id insignem diaboli mali-
 tiam, infandamque proditoris nequitiam, & im-
 pudèciam arguit. Qui enim pari cù cæteris Apo-
 stolis honore & dignitate potiebatur, is eorundem
 & antesignanum se præbet, qui Christum
 ad supplicium, & mortem petiit venerant. *De-
 derat autem traditor eis signum dicens: Quemcumque
 osculatus fuero, ipse est.* Iudas Christi gloriæ & ma-
 iestatis proflus oblitus, præque auaritia planè
 obcæcatus, existimabat latere se posse, si osculum

inami

in amicitia symbolum prætenderet. *Auc Rabbi.*
 Cui laetales infidias struebat, illi infelix proditor
 vnà cum osculo salutem offert. Dominus autem
 osculum offerentem non aduersatur; neque vul-
 tum ab eo vertit, ostendit autem illum non ami-
 citiæ studio, sed impietatis esplendæ desiderio
 accessisse. *At illi manus iniecerunt in Iesum.* Scelera-
 ta Iudæorum cohors, cruentas in Dominum Ie-
 sum manus iniicit, insontemque inuadit, idque
 eadem illa nocte, quæ Pascha manducaturi erant:
 Tanto infami homines odio in Christum arde-
 bant, tantaque furia insaniebant. Verùm nihil
 proflus efficere potuissent; nisi ipse vitro in mor-
 tem se tradidisset; seseq; illorum voluntati spon-
 te permisisset. Interim hæc permisso Iudæorum
 cæcum à nefando scelere, intollerandæque pœnæ
 reatu non absoluti; sed maiori quodammodo
 condemnationi obnoxium reddit. Cum enim
 tantam de illius virtute, moderatone, & mansue-
 tudine experientiam haberet, adeò ob hæc eum
 veneratus non est, vt quans quoque furentè bel-
 lua crudelius in eum grassatus sit. *Vnus autem qui-
 dam è circumstantibus, educens gladium, &c.* Beati
 Apostoli amoris simul & pietatis stimulo acti,
 gladios obtendunt, irruentium hostium impetu
 hoc præsidio compellit, & à domino subino-
 ueri posse arbitrati. Verùm Christus Dominus
 non fuit isthuc fieri: Neque enim gladio aduer-
 sarios nos vult sternere, aut profligare, sed virtu-
 te, & prædètia, & beneuolètia, aliisque similibus.
 Hæc enim sunt arma, quibus aduersus hostes fa-
 miliariter nos vti iubet. Illam porò, qui plagam
 acceperat, vt quadam diuina, vt alius Euangelista
 exponit, in integrum statim restituit, illis, qui ad
 comprehendendum eum venerant, hoc quoque
 signo se Deum esse, palam ostendens. *Quotidie
 apud vos eram in templo docens.* Cum dicit: *Quotidie
 apud vos eram in templo docens, & non tenuistis me,*
 planum facit, neminem proflus illius vim fran-
 gere, aut voluntatem expugnare potuisse, nisi
 ipse capi, & ad mortis supplicium adduci pas-
 sus esset. Aseruabat autem crucem, quam nostri
 causa subire decreuerat, tempori magis congruo;
 cuiusmodi illud erat, quòd tum instabat: quò ni-
 mirum Scripturæ impleverunt. Per hoc clarè de-
 monstrans, in illorū potestate id situm non fuisse,
 sed in sua: At cur, inquis, in templo illum
 non comprehenderunt? Quia metuebant turbam.
 Quò ergo à loci & temporis opportunitate, præ-
 dæ potiundæ spem concipiant; noctu extra ho-
 minum consortium secedit. *Tunc discipuli eius, re-
 linquentes eum, omnes fugerunt.* Neque enim fieri po-
 terat, vt vel veritas mentiretur, aut à veritatis sco-
 po Prophetæ aberrarent. *Adolescens autem seque-
 batur.* Hic forsitan è domo, in qua pascha cele-
 brant, illos fuerat secutus. Solent enim illius-
 modi affectiones nonnunquam cōtingere. *Petrus
 autem à longè secutus est eum.* Magnus erat dis-
 cipuli huius feruor; neque enim cæteris fugien-
 tibus ipse quoque fugiebat; sed vel resistebat, vel
 statim certè pedem è fuga retraheret: Siquidem
 vnà cum in pontificis atrium introibat. Aderat
 etiam Ioannes, sed hic pontifici notus erat. *Et ad-
 duxerunt eum ad summum sacerdotem.* Cur illum ad
 summum sacerdotem adducunt: quia ibi omnes
 Iudæorum procetes & magistratus congregati
 erant. Quò ergo omnia ex pontificum & sacer-
 dotum sententia administrantur, vinctum Iesum

ad Cayphæ domum adducunt: Siquidem is anno
 illo summo sacerdotio fungebatur. *Conuenerunt
 omnes sacerdotes, & scribæ, & seniores, &c.* Conuen-
 erunt sanè ad concilium omnes: verùm illorum
 confessus, nihil erat aliud proflus, quam peccilen-
 tum hominum cæcus. Porò autem infidias suas
 tribunalis schemate palliantes, multa ex Christo
 non candidè, sed captiosè, & infidiosè interro-
 gant. Neque enim testimonia, quæ à submissis
 testibus aduersus Iesum adferrebat, conuenien-
 tia, hoc est, veritati consentanea erant, vt scribitur
 Euangelistæ. Nam vt illorum cōcilium erat pro-
 phanum; vt pote ex prophanis & scelerais im-
 postoribus constatum; ita nihil non isthic pro-
 phanis turbis, & tumultibus erat plenum. *Et qui-
 dam surgentes falsum testimonium ferebant.* Falsi hi
 testes in medium progressi, hunc dixisse audiuimus,
 aiunt: *Ego dissoluam templum hoc manu factum, &
 post triduum, aliud non manu factum reuificabo.* Quò
 autem testimonium, quò adferunt, poudero-
 sius, coramque senatu speciosius videatur, per
 apertam calumniam, id manu factum, & non
 manu factum Christi verbis adiecit. Sed neque
 dominus quoque dixerat: Soluam templum hoc,
 sed dixerat: *soluam templum hoc.* Neque rursus de
 materiali templo verba fecerat, verùm de corpo-
 ris sui tabernaculo. Et quid ergo pontifex? Ali-
 quam ex illo responsonem elicere, eaque ratione
 incomprehensibile capere nitens dicit: *Non respon-
 des quicquam ad ea, quæ tibi obijciuntur ab his? Ille au-
 tem tacebat.* Nam cum nullus adesset, qui auscul-
 taret, superuacaneum proflus videbatur, quicquid
 responsi dare. Erat enim iudicium illud quædam
 verius tribunalis larua, quam legitimum concilium;
 id quòd Euangelista Lucas hoc ipso quo-
 que demonstrat, quòd Dominum ad illos, qui ex
 eo, Si tu es Christus, interrogabat, ita respondisse
 narrat. Si vobis dixero, nò credetis mihi: Si autem
 & interrogauero, non respondebitis mihi, neque
 dimittetis. *Rursum summus sacerdos interrogabat eum,
 & dixit: Tu es Christus filius Dei benedicti? Quando-
 quidè multi Christi nomine appellabantur; nam
 & Sacerdotes, & Propheta, & Reges, Christi di-
 cebantur, propterea pontifex interrogat: Sitne
 ipse Christus per excellentiam, hoc est, Christi
 Dei benedicti Filius? Quærit hoc autem non vt
 credat, verùm vt habeat, quò illum arguat, &
 condemnet, si se hoc esse fortè responderet. Neque
 enim ita comparati erant pontifices, vt aliquan-
 do crederent. Quare dominus apud Lucam ita il-
 los affatur: *Si vobis dixero, non credetis mihi.* Veruntamen
 ne hoc illis reliquum fiat, vt iure quòd-
 que dicere queant, Seruatorem nostrum se Chri-
 stum Dei filium esse nusquam diserte affirmasse,
 ob id Marcus planis verbis id illum pronunciasse
 commemorat. *Tu es Christus: Filius Dei benedicti?*
 Per hæc plano sensu ostenditur, Caypham cæter-
 rosque Iudæorum procetes diuinitatis Christi
 proflus ignaros non fuisse. Venerant autem in
 eius rei siue notitiam, siue suspicionem, per signa
 quæ ediderat. Nam quorsum hunc solum: ipse
 Christus Dei benedicti Filius esset; interrogare
 attinebat, nisi eum id esse suspicari fuissent: ne-
 que enim ex aliis reis tale quippiam interrogare
 soliti erant. *Ego sum, & videbitis Filium hominis, &c.* Do-
 minus manifestæ diuinitatis sine assertioni ea ad-
 iungit, quæ pertinent ad vniuersalis iudicii statum.
 Interminatur enim hic illis futurum, vt se Chri-*

CCCC 4 stum

stum in caelesti gloria, & maiestate conspicuum coram quandoque cernant. *A dextris virtutis Dei.* Per hęc non forma, aut species aliqua corporea designatur: (neque enim immensus ille Spiritus vilo omnino sensu comprehendi potest) sed spiritalis: alioqui enim dextera virtutis Dei, vel sessio ad huiusmodi dexteram, vi aliqua sensili spectari & capi possent, quod est impossibile. Interim Christus Dominus in aspectabili gloria & maiestate suo postea tempore sese ostenturus est: quippe cum sensilla illa maiestas & gloria illi, quę sub aspectum non venit, indiuisibile sit adiuncta; neque secus ferē ex illa dimanet, quā radius ē Sole. Cū ergo dicit: *Videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei,* denunciat Iudeos gloriam & maiestatem, qua circumdatus ē Cælo ad terram sub seculi finem descendet, certō conspēcturos. Verū illi his auditis, ad eō non sunt mori aut emēdari, vt sanissima verissimaque Christi Seruatoris respōsioni blasphemie quoque nomē imposuerint, alioq; testes inquirere, vel adhibere planē superuacaneam duxerint. Ex quo planum fit, cælestium mysteriorum patefactionem obtinātē improbiis, in nullā ferē vnquam vilitatem, verū in maiorem plerunq; condemnationem cadere. *Quid vobis videtur?* posteaquam Dominus se Christum Dei Filium esse, dexteręque patri asserere, nec non, vt mundum vniuersum iudicet, olim ē cælo se descensurum dixerat, per hęc enim summam se cum patre cōsensionem & æqualitatem obtinere apertē declarabat, summus Sacerdos quasi orationis indignitate cōmorus, vestem mox discidit; orationēque ad auditores conuersa, *Audistis blasphemiam,* dixit, *quid vobis videtur?* Non fert Cayphas condemnationis sententiam per se, aut ex se, sed exigit illā ab assestoribus & circumstantibus, tanquam de homine in manifestario, planēque cōfesso blasphemie crimine deprehensio. Preoccupat autem auditorū animos eiusmodi sermone: *Quid vobis videtur?* En apertam modō blasphemiam audiuitis. Hęc Pontifex non tam illos, qui aderant, vt mortis sententiā in Iesum ferant, sua oratione incendens, quā vi quadam importuna huc profus compellens. Aut non ipsi; sed ipse verius odio, & inuidia instigatus eiusmodi sententiā promit. Et quid ergo illi? *Omnes condemnauerunt eum, reum esse mortis.* Illi sunt accusatores, illi Iudices, illi, vt paucis dicam, sunt omnia: siquidem Pontifex tuniculę dissectione, omnes permouerat, & in sententiā suam pertraxerat. Iudæi enim si quid fortē, quod aliquam blasphemie speciem præ se ferre videbatur, audiuisent, more suo extimam statim vestem lacerabant. *Et ceperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius.* Cæli terręque Dominus, vniuersorumque conditor: & architectus, tanquam vnus ex nobis spuīs & colaphis fcede dehonestatur, indigneque cæsus. durat & perstat; & ab impiis ludibrio habitus, patientiam constanter retinet: summę per hęc omnia tolerantie & patientie formam seipsum nobis proponens. *Prophetizans.* Qui omnium corda & renes scrutatur, omnisque prophetie auctor & largitor habetur, quomodo is, quis nam ipsū cæcidisset, ignorare poterat? *At ille negauit, dicens: neque scio, neque noui quid dicas.* Beatus Petrus (prout à Domino prædictum fuerat) infirmatus, vniuersorum Dominum, & Seruatorē negat; idque

non semel & iterum, sed tertia vice: Neque id simpliciter rursus, sed cum iuramento, vnus du ntaxat ancilla voce exterritus, & exanimatus. Vtique subita illa consternatione, animique perturbatione obcæcatus, Dominicę illius comminationis: *Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis,* penitus oblitus fuerat: quandoquidem non semel tantum sed aliquoties coram omnibus illum negat. *Rursus autem, cum vidisset illum ancilla.* Iterum hic negat, siue ancilla, quę circumstantibus vnus illum ex discipulis Iesu esse indicium faciebat, eadem fuerit cum prima, vt Marcus insinuat videret; siue alia, vt Mathæus scribit. Neque enim scribentium animus; vt istuc accūtatē memorię proderet, anxie laborabat: vt quod ad salutis fidei rationem non ita multum conferret. *Quamobrem Lucas, nulla ancillę facta mentione, qui ante secundam negationem, Petrum vnus ex iis esse affirmabat, qui erant cum Iesu, virū fuisse cōmemorat.* Verum licet hęc non ita exacte inter se cōuenire videātur, in eo tamen, quod hic recensere proposuimus illis erat, summē consentiunt omnes: videlicet Petrum secūdo negasse, nec non cum iuramento se hominem illum non cognoscere asseuerasse. *Post pusillum vnus, qui astabant dicebant.* En quō alij magis vrgent & affirmant; eō Petrus vehementius iurat, & obstinatus negat, vnde sequitur: *Ille autem cepit anathematizare & iurare. Et statim gallus cantauit, & recordatus est Petrus, &c.* Posteaquam metus ex parte decessit, & animus illius à vehementi illa commotione, quę memorię eius obturbauerat, non nihil reualuit & quasi respirant, admirabili quodam modo statim in illud ipsum malum & probrum sese decidisse comperit, in quod Dominus illum prolapsurum paulō antē denunciauerat. Galli itaque cantu admonitus, & quasi à graui somno excitatus & clemēti simul Domini, quem negauerat, oculo respectus & in quantum demum calamitatem præcepit ruisset, liquidō edoctus, foras ē vestigio egressus, casum suū amarissimē deflere cepit. Et quia ex animo ad se & ad Deum rediit, suūque lapsum vehementer doluit, factum est vt à gradu & ordine suo non deciderit, mansit enim, quod antē erat nempe germanus, verusque Iesu Christi discipulus. Quādoquidem per pœnitentiam, internūque animi dolorem non modō certam venię spem, verū plenam quoque peccatorum omnium remissionem obtinuit. Porro autem per Sanctorum lapsus, quos diuine scripturę ob oculos nobis ponunt, admonemur, vt simile quid fortē passi, seduli pœnitentię illorum imitatores simus. Siquidem clemens Deus vnus salutis remedium post casum; pœnitentiam nobis reliquit, omnibusque peccatoribus clementer proposuit. Quam illi medicinam ē medio tollere conantur, qui se ipsos Catharos, hoc est, mundos vocant, haud cogitantes, re esse omnibus sordibus & inquinamentis sordidiorē & inquinatiōrē, eiusmodi de se ipso opinione concipere. Nemo enim, vt sacris literis proditum est, à sordibus immunis est, ne vnus quidem dici in fans. Sed neque illud quoque Cathari illi ignorant; nempe Apostolum Petrum ante Christum captum, tertioque ab illo negatum corporis, & pretiosi sanguinis Domini nostri Iesu Christi participem extitisse, & adhuc tamē prolapsus esse: verum

verū per pœnitentiam resurrexisset, & peccatorum veniam impetrasset. Ne isti ergo Dei benignitatem eiusdemque clementiam & mansuetudinē incusent, memores illius, quod per prophetam diserte alicubi tradit, Iniquitas impij nō nocet ei dicit Dominus, quacūque die, ab impietate sua cōuersus fuerit. *Et statim gallus iterum cantauit.* Marcus Euāgelista gallū, posteaquā Petrus prius negauerat, vocem dedisse scribit: Vbi autē tertio Christum negauit, denuo cecidisse asserit. Accuratius hic enim Apostoli infirmitatē eiusdemque propter ingentem metum animi consternationem explanat, quā Mathæus. Nam cū hic Petri sectator esset, perfectius, quę ipsi acciderat, ab illo didicit, quā reliqui. Interim quę hac de re à Mathæo & Marco narrantur, etiā prima fortassis facie pugnare inter se videantur, verē tamen non pugnant: Quādoquidem galli eodem gallinatio noctivē interuallō non semel aut bis tantum cantant, sed vno eodēque tractu eandem vocem crebrius repetunt. Marcus itaque vbi semel canere ceperat, vocem non continuisse significat, verū eandem iterum iterumque ingeminalle; quō vel hac saltem ratione Petrum excitaret; quę illi in memoriā redigeret, quę Christus ipsi comminatus fuerat. Quare vtrumque verum est, & quōd Petrus ter negauerat Christum Dominum, antequā gallus caneret, & quōd post tertiam negationem denuo vocem dederit: Alter enim refertur ad noctis vices, seu galliciniorum interualla, alterum verō ad vnus intercapedinis voces. Negauit itaque ter, priusquam gallus vnus galliciniorum integrē absolueret. Sunt qui dicant, & in idē penē redit, quod Mathæus simpliciter & indefinitē retulerat, hoc Marcum explicatē cōmemorasse. Galli enim, vt nemo nescit, eandem vocem crebrius intendere soliti sunt. Ea propter Euāgelista Marcus illud: *antequam gallus caneret,* quod Mathæus habet, explicat in hunc modum: *Priusquam gallus vocem bis dederit,* hoc est, priusquam gallus secundum omnibusque manifestam vocem dederit, *ter me esse negaturus:* Marcus proinde aliis non aduersatur, sed planius dicit quod ceteri contractius exposuerant. *Et cepit flere.* Petrus obuerso Christi vultu obtutuque peccati sui admonitus, lachrymas statim profundit, at nō palam illud ausus est facere, quocirca egressus est foras, ibidemque amarē plorauit.

CAPVT III. *Et vincientes Iesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato.* Iudæi Christum Iesum tanquam mortis reum tradunt Pilato Romanorum præfidi. At ipsi vicissim non ita longo pōst tēpore Romanorum exercitibus traditi fuerūt. Impletum est enim in illis, quod per sanctos Prophetas iam dudum antē prædictū fuerat, ē quibus vnus ita ait: *Vt impio in malū, retributio enim manū eius fiet ei, alius verō: Sicut fecisti; ita fiet tibi, merces tua in caput tuum. Tu es Rex Iudeorum?* Pilato interrogat: *tu es Rex Iudeorum?* Iesus respondit, *tu dicis.* Quia enim, vt Lucas scribit, ceperunt illum accusare dicentes: *Hic inuenimus subuertere gētem nostrā, & prohibere tributa dare Cæsari, &c.* ob id Iesus à Pilato interrogatus, respōdit: *tu dicis.* Vnus est autē hoc respōsi genere, ne per absolutum silentium illorum calumniam confirmare videretur. Tum etiam ne per exquisitam criminum obiectorum inficiationem aut depulsionem, in timoris cuiuspiam suspitionem fortē veniret. *Per diem autem se-*

sum, &c. Vnicus hic impiis Iudæis scopus propostus erat, inque vnus hoc studium incumbēbat omnes, nempe vt vitę auctorem in mortem præcipitem darent; facto hoc propalam ostendentes, se homine idolorum cultura addicto multis partibus nequiores esse, siquidem Pilatus Christum Iesum non semel, sed sæpius ab omni profus crimine alienum pronūciarat, illi autem manifestarum calumniarum causas hinc inde colligentes, vrgent & instant, ac: *tolle, tolle, crucifige eum,* inanis vocibus clamitant. Præles autem nō absque graui increpatione, *Quid enim mali fecit?* ab illis percunctatur. *At illi magis clamabant: crucifige eum.* Illo, penes quem iudiciaria potestas erat, absolvente & liberante, scelerati Iudæi nihilosecius vt mortis sententiā in eum ferat, quem vniuersę pietatis & æquitatis doctorem, omnisque sanctimonie Magistrum esse publicē cōstabat, magna contentione efflagitant. Quorum hoc autem, nisi vt maiorem damnationē, intolerabilioremque suppliciorum causam sibi accerant: *Pontifex concitauit turbam, vt magis Barrabam dimitteret eis.* Certatim itaque turmatimque vociferantur omnes, & dicunt: *Tolle illum, & dimitte nobis Barrabam.* Igitur, vt S. Petrus merito illi obiit, *Sanctum & iustum coram Pilato negauerunt, vnum autem homicidam sibi donari petierunt:* quō nimirū sortis illius olim socij euidant. *Pilatus ergo volens populo satisfacere.* Pilatus nihil se proficere animaduertens, quod petebant fieri iussit. Atque ita Iudæi victoriā obtinuerunt, sed certę mortis genitricem. Saluator quoque, quōd tribunal profus corruptum & deprauatum videret, nullum omnino verbū ad obiecta respōdit, sed simpliciter tacuit. *Tradidit Iesum flagellis cæsum.* Cur Pilatus Iesum, priusquam in crucē ageretur, flagellis cędi curauit? Aut hoc fecit, quōd publicē constet, non citra graue causam mortū ad indicatum esse; ad eoque iudicium suum ab omni iniustitia & iniquitate alienum esse, aut certē, quōd hoc factō Iudæorum voluntati, & Romanorum quoque consuetudini sese accommodare voluerit. *Milites autem duxerunt eum in atrium.* Tanquam ex condicō communique pacto diabolus in omnibus lætitia exultat, chorosque ducat. Nā ipsi quoque milites ex iniuriis & contumeliis, quas affatim Christo irrogant, voluptatem capiunt. Sive quōd ipsi itidem Iudæis hoc nomine gratificari studerent; siue quōd pro innata malitia, & improbitate isthęc designarent. Et quidem variis viis, diuersisque modis & actibus nefarij sceleratique viri in Dominum Iesum debacchabantur: Alij enim colaphos illi infringebant, alij spinea corona venerandum illius verticem contumeliose induebant, alij tandem adorandum illed caput arundine percutiebant. Cū hęc ergo ita habeant, quam, quæso, iustam commotionis, aut queritationis causam nos reliquam habemus, si qua nonnunquam iniuriā vel contumelia afficiunt? Quæ enim Christo per summam cōtumeliam illata sunt, ea ad summum contumeliarum omnium fastigium perueniunt. Merito profectō Christi discipuli ad miserandum & indignum illud spectaculum admissi non sunt: periculum enim haud quaquam leue erat, ne ex tantis illis iniuriis & contumeliis, grande aliquod scandalū caperent. Quæ enim hic acciderunt, ea omnem modum & orationem multis partibus excedunt. *Et posteaquam illuserūt ei.* Vbi milites ad facietatem vsque,

Equi. 18.

Petrus per infirmitatem negauit.

CAPVT III.

14.

Luc. 23.

Act. 3.

vsque, Christum Redemptorem nostrum Iudibrio habuerunt, abduxerunt eum, ut crucifigeretur. *Et angariauerunt prateruentem quempiam Simonem Cyrenæum: Marcus Simonis Cyrenæo Christi crucem impositam scribit. Ioannes autem Dominum ipsum crucis suæ lignum baiulasse scriptum reliquit. Sed utrumque verum & certum est: Nam initio suam ipse crucem Seruator noster portabat: Verum intereundem, circa mediam fortassis viam, casu occurrit Simo Cyrenæus, quem comprehensum, vt Iesu crucem post illum baiularet, coegerunt. Huc enim spectat illa Matthæi: Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem. Hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. Quamobrem Dominus noster intra & extra ciuitatem tãtis per crucis suæ molem baiulauit, donec tandem obuiam venit Simon Cyrenæus, qui militum imperio adactus, dilassatum Iesum ab onere illo subleuauit. Quin Euangelista Marcus quoque, hoc ipsum confirmat, dum inter cætera ita narrat. *Et deducunt illum, vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prateruentem quempiam Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius.* Ad maiorem autem lucem, exactiorẽque rei gestæ noticiam, adiungit, quorum parens Simon ille Cyrenæus extiterit. Forsam enim quidam de eo, qui crucem Iesu post illum portauerat, dubij erant; aut hic fortassis Simon per id tempus adhuc superstitis erat: ita vt certò ea referre potuerit, quæ circa crucẽ Domini acciderant. Fieri nihilominus potest, ea de causa illud adiunxisse, quòd ea corroboraret & illustraret, quæ cæteri Euangelistæ de cruce deportata scripserant. Vt cunq̃ue sit, certum est, Marcum aliorum dicta ea adiectione, euertere non voluisse. *Et dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit.* Aduerte hoc loco, Euangelistam, qui Domino Iesu vinum felle mixtum oblatum scribit, neque à veritatis scopo aberrare, neque illi rursus, qui vinum myrrhatum illi propinatum asserit, aduersari, neque ab illo rãdem dissentire, qui acetum tantum oblatum meminit. Siquidem non omnes de eadem propinatione agunt, sed de alia & alia. Vnus namque ex illis, quid antequam in crucem ageretur factum fuerit, exponit; alter verò, quid in ipsa cruce oblatum sit, describit. Sic quoque accipere, & gustatum reddere, & initio gustare noluisse nõ pugnant. Matthæus igitur Christum Dominum, vbi vinum cum felle mixtum degustasset, bibere noluisse scribit. Marcus verò vinum myrrhatum initio, hoc est, antequam in crucem subleuaretur, oblatum recusasse exponit. Ioannes autẽ acetum, per spongiam & hyslopum ori illius adnotum, accepisse tradit. Neque tamen, dum hæc scribit, cæteris, qui huius propinationis & sumptionis, (sicut nec hyslopi quoque) expressẽ nõ meminerunt, aduersatur, absit. Nam cum milites multa nefaria summa cum licentia in Iesum designaret, (prout in magna insanientis multitudinis confusione fieri consuevit) vnus obtudebat hoc, alius illud, alius item aliud. Multa quoque, quæ istic facta fuerant, ab Euangelistis semper prætermissa sunt. Addi his potest, qui scribit: Cum accepisset Iesus acetum, dixit: consummatum est, non dicere verè bibisse: siquidem simpliciter tantum degustare, & non bibere non contradicunt, sed prudentis menti vnũ idẽmque offerant. Paucis, quæcunq̃ue ab Euangelistis exposita sunt, ea omnia*

Cap. 27.

Cap. 15.

Cap. 19.

verissimè exposita sunt: vt potè ab illis, qui & sancti erant, & rem optimè exploratam habebant: Neque enim temerè, aut vt fors ferebat, quæ acciderant, scriptis madabant, sed accuratè & bona fide. Neque quorumlibet rerum hominũ tempore scribebant, sed eorum ætate, si que adhuc vitæ superstitibus, qui, si quid fortè literis comprehendere ausi fuissent, præter id quod verè acciderat, falsitatis eos reuincere poterant. *Et cum eo crucifixerunt duos latrones.* Christo in venerandam crucem acto, duos vtrinque latrones vnã cum illo suspendunt. Erat sanè res isthæc, quod quidem ad Iudæorum studium & scopum atinebat, alium nihil, quam mera indignaque quædam contumelia, re ipsa autem prophetiæ illius; Et cum iniquis reputatus est, fida expletio & in mentem reductio erat. Et cur, inquis, vniuersorum dominus & opifex nostri causa homo effectus tantam ignominiam, tantæque supplicia pertulit? Nobis ille assimilatus est, nostratque in se miserias & cruces suscepit, quòd naturam nostram per peccatum collapsam erigeret, & in pristinum dignitatis gradũ denouo careret. Commoda itaque, quæ per illius cruciatus in nos defluerunt, sunt permulta: Ipse enim nostra pro nobis debita exsoluit; ipse peccata nostra tulit, ipse nostri causa doluit & genuit, &c. *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Quo modo Marcus hora tertia Iesum crucifixũ dicit, hora autem sexta obortas tenebras? Probabiliter, Christum ad tertiam, vel ad finem tertie in crucem sublatum, tenebras autem & reliqua prodigia circa sextam euenisse. *Noli scribere: Rex Iudæorum.* Iudæi Pilatum, vt causam, quam cruci affixerat, resgat, admonent: (ea autem erat eiusmodi Scriptura. *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.*) At nihil obtinuerunt. Præses namque in sententia persistit: Nam vt alius Euangelista scribit, respondit illis: Quod scripsi, scripsi. Interim, templi magistratus populũque Iudæorum per ea, quibus Christo insultabant & illudebant, eum Regem non esse, ostendere conati sunt, sed frustra. *Et præter euntes blasphemabant eum, similiter & summi Sacerdotes.* Non tantum Scribæ & Pharisei Christo Iesu in crucem sublato insultat, verum cæteri quoque, qui obiter solum illac pertransibant, virulentam linguam in illum exercere non dubitabant. Et quod omnium deteritum erat, infontem Dominum ob imposturas & seductiones ea pati furiosè blasphemabant. Inter cætera autem dicunt. *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si Christus Rex Israel est, descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus ei.* At qui meritò obiecerit hic quispiam illis: Si alios saluos fecit, vòsque Iudæi verè & ex animo id accidisse cognoscitis, quomodo, si voluisset, ex vestris manibus se expedire non potuisset? Verum per hæc dicta cætera quoque signa, quæ antè patrarat, calumniari, & in dubium vocare voluerunt, addunt rursus: *Confidit in Deo liberet nunc eum si vult.* At si hæc ratio vllam omnino ad sanctitatem illius labefactandam vim habet, neque propheta verè fuere prophetas, neque iusti verè iusti: siquidem Deus non semper illos è periculis & sceleratorum manibus eripuit. *Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei.* Hanc de latronibus historiam Lucas accuratius profertur. Matthæus enim & Marcus rem hanc breuiter tantum attingunt; scribunt autem Latrones, qui cum illo crucifixi erant, æquè ac cæte-

ros;

ros, con uitia in Christum detorsisse. Lucas verò alterum quidem ex illis Iesum conuiciatum narrat; alterum verò conuiciatoris insolentiam graui oratione compressisse & reprehendisse; cui proinde magna quoque merces magnitque honos à Christo promissus sit. Fieri nihilominus potuit initio vtrumque, quòd causam, propter quam Dominus ad mortem condemnatus fuerat, ignoraret, blasphemasse; postea verò Christi innocentiam comperta; alterum quidem conuiciis vale fecisse; alterum verò insanabili animi malitia detentum, post cognitam quoque Domini innocentiam conuiciari perrexisse. *Et facta hora sexta, tenebræ per totam terram factæ sunt.* En hac ipsa hora exhibetur, quòd Iudæi antè à Christo petierant nempe signum caeleste. Hoc autem paulò post aliud maius consequitur; & quodnam illud illud vitique, quod Dominus sese daturum promiserat: Generatio, aiebat, mala & adultera signũ querit, & signũ nõ dabitur ei nisi signũ Ionæ Prophete, & aliorum loco: Cum exaltaueritis Filii hominis, tũc cognoscetis, quia ego sum. Et enim multò admirabilis erat, cum ex cruce adhuc pendebat, virtute illius hæc accidisse, quam si cum in terris adhuc ambulabat, euenissent. *Tenebræ per totam terram factæ sunt.* Editur hic eiusmodi prodigium, cuiusmodi antea nusquam, nisi in sola Aegypto, visum fuerat: idque circa tempus, quo pascha immolabatur. Et enim quæ ibi fiebat, horum typus & vmbra erat. Ne autem aduersarij cauellari possent, tenebras illas propter Solis eclipsem obortas, propterea decima quarta Luna, hoc est, in ipso Plenilunio, quãdo Sol deliquium pati nullo modo potest, accidit hoc signũ. Accidit ad hæc medio die, quòd omnes, qui terrarum orbem inhabitat, illud conspiciant & admirari valeant. Erat verò obscuratio illa tãta tamque stupenda, vt sola ob miraculi magnitudinem lat esse potuerit ad cõuertendum omnes, quotquot spectaculo huic præsentis aderant; maximè verò quòd eo tempore accidisset, quo Iudæorum principes contumeliarum & iniuriarum omnium telam iam abfoluerant. Iam tunc enim Deum meum missum fecerant. Iam diuerbia & probra in illum iactem desierant. Iam cuncta, quæ volebant maledicta & conuicia in Iesum meum effuderant. *Et hora nona exclamauit Iesus voce magna.* Clamat & loquitur Dominus, quòd Iudæi illum adhuc viuere, omniumque admirabilem, quæ fiebat vnicum auctorem esse certò huic cognoscant, cognoscendõque moderatiorẽ & æquiores in eũ euadere incipiãt. Clamat autem: *Eloi, Eloi lamma Sabachthani.* Nimirum vt planum ex hoc fiat, ad vltimum vsque vitæ halitum Patrem honorasse, nullaque in te ipsi contrarium esse. Ea ipsa quoque de causa; nempe vt palam constet, quanta sibi cum Patre consensio & concordia intercedat, propheticam vocem hoc loco vsurpat; ait enim: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Ostendit per hæc inter cætera nullam mortis causam sibi coheruisse. Ostendit per eadem æquè se omnes vnã cum natura nostras miserias & langores in se transfussisse. Nos enim iheramus; qui à Deo proscripti abiectione, per illius crucem & mortem, qui secundum se impatibilis est; ab eodem denno in filios assumpti, & in vitam reuocati sumus. Ipse verò Christus secundum se, nunquam à Patre desertus; nunquam ab illo abiectus fuerat; notum est enim illud Ioãnis:

Solus non sum: sed ego, & qui misit me Pater. *Et Ioã. 8. quidam ex circumstantiis dicebant: Ecce Eliam vocat.* Specta hinc quoque vasilum illorum iudicium: putant namque Elię opem implorare. Fieri tamen potest, Romanorum militũ inscitia hoc accidisse. *Currens autem vnus.* Et hoc quoque quòd spõgiam aceto pleham ori illius admovebant, insanæ absurdæque illusionis opus erat. Quamobrem Dominus Iesus non solum à Iudæis, verum etiam à Grecis & Gentibus variis modis Iudibrio habitus est. *Iesus autem emissa voce magna expirauit.* Per hoc factum Dominus Iesus demonstrabat, se totam vitam mortemque suam in libera sua potestate posstrati habuisse. Quare Marcus Pilatum non citra admirationẽ iãmne obliisset interrogasse narrat; addit itẽm: Ceterum eã potissimum de causa credidisse, quòd cũ valido clamore, magnaque potestatis significatione spiritũ reddidisset animaduertisset. Vòx autem, qua vsus est, secundum Lucam eiusmodi erat: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Et hæc quoque Christi commendatio in animarum nostrarum commòdum cedebat: quippe quas ille à corpore, quòd inhabitauerant, absolutas, quasi quoddam depositum, in Dei viuentis manus eã oratione tradebat. Cuius quidem rei Apostolus Petrus nõ ignarus, in priorũ suã Canonica; ita scribit: *Itaque & hi, qui patiuntur, secundum voluntatem Dei, fideli creatori commendent animas suas. Iesus autem emissa voce expirauit: & velum templi fissum est.* Vna hæc vox & velum templi discidit; & monumenta aperuit, & domum Dei desertam reddidit. Fecit hoc autem non in templi contumeliam, sed in sacerdotum notam. Illi enim, qui diutius in templo diuersarentur, indigni erant. Oportebat ad hæc vaticinium, quòd de futura templi desolatione editum extabat, impleri. Oportebat æquè legis vmbas iam consummatas; iustificatũque per fidem in Christum sancta sanctorum iam tandem patefacta demonstrare. Oportebat denique iis omnibus; qui Christi vestigiis impigre insistent, ad interius tabernaculum, omni impedimento profus sublato, iam patere ostendere. *Et velum templi fissum est.* Quomodo is verus Dei Filius non erat, qui & petras rumpebat, & tenebris terrarum orbem intoluēbat, & monumenta aperiebat, & mortuos vitæ restituebat? non quidem corpore, vt Elifæus, illos contingens, (quippe quòd tunc temporis ex cruce adhuc pendebat) verum solo nutu & voluntate; quos volebat, ex puluere exsuscitans. At verò quòd non tantum mortui resurgant, sed laxa quoque rumpantur, & terra concutatur, illud planum facit Christum, qui vel mortuus admirabili illa faciebat, multò facilius Iudæos contere, & in nihilum redigere potuisset, si ita ipsi visum fuisset. Erat autẽ & mulieres de longè aspicientes; Mariã Magdalena, & mater domini, & mater Iosephi, & alie mulieres iuxta crucem Domini perseverabant: Siqui dem spectaculum illud mulieribus minus formidabile erat, quam Apostolis. De hac autem mulierum constantia Ioannes ita scribit: *Stabant autẽ iuxta crucem Iesu; mater eius, & soror matris eius Maria Cleopha, & Maria Magdalene.* Ceterum ministerium; quòd femine, quæ Iesum sequebantur, præstabant, aliud ferè nullum erat; quàm quòd de peccatis suis ipsi ipsũque discipulis sumptus faciebant. Erat porò mulierum illarum præsentia, &

1 Pet. 4.

Matth. 23.

Ioan. 19.

tia, & apud crucem perseverantia hactenus necessaria, quatenus ipsas, ubi dominus poneretur, non lateret. Nam cum sepulchrum Iesu inuisere, eiusdemque corpus inungere deliberatum haberent, consentaneum erat, ut locum quoque, ubi recondetur, diligenter notarēt & obseruarent. Et quia hoc illarum studium pium Deoque gratum erat: factum est, ut primæ omnium in Iesum iam excuscatum incidere, primæque ad Apostolos certum de resurrectione nuncium deferrent. Placuit enim domino, ut genus illud, quod antè tanquam ruina nostræ causæ malè audiebat, læto hoc resurrectionis spectaculo ante cæteros omnes frueretur. *Erant autem mulieres, &c.* Matthæus & Marcus nullam matris domini mentionem faciunt. Sunt tamen, inter quos etiam est Ioannes, qui Matthæum & Marcum per matrem Iacobi minoris & Ioseph Deiparam virginem designatam putant. Apollinarius autem Matthæum quidem & Marcum Iesu matrem omnino prætermisisse existimat, Marcum verò per Salomè matrem filiorum Zebedæi insinuasit. Addit idem Apollinarius Matthæum Salomes huius sub matris filiorum Zebedæi nomine commemorasse. Euangelistæ autem nominatim harum mulierum mentionem facere, quòd præ cæteris celebres, & ob virtutum ornamenta præstantes haberentur. *Venit Ioseph ab Arimatia.* Et si hic Ioseph Iesum Christum publicè non sequeretur, erat tamen germanus Christi discipulus. Et quidem antè occultus erat, nunc verò post domini mortem, præclarum propter Iesum facinus ausus est: Neque enim ignotus aut obscurus quispiam erat, sed tanquam vniuersis & celebris habebatur. Ex hoc autem Iosephi factò, & summæ animi illius constantiam & fortitudinem spectare licet (parum enim aberat, quin vitam ipsam Christi causâ impenderet: quippe qui Iudæorum omnium inimicitiam propter illum in se suscipere) & summum rursum eiusdem erga Dominum nostrum studium & benevolentiam: Non ob id solum, quòd corpus eius à Pilato imperaturum honorificentissimè & sumptuosissimè sepeliret, verò ob id etiam, quòd in proprio eoque nouo monumento illud conderet. Interim quòd Christus Dominus non in veteri, sed in nouo monumento conditur, illud non citra peculiarem Dei prouidentiam & sapientiam accidit: siquidem per hoc vnum præcautum est, ne vlla proflus suspicio obortiri possit, alium pro alio inde resurrexisse.

BEDÆ VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Ex comment.
in MATTHEUM.

Erat autem Pascha & azyma post biduum. Pascha, quod Hebraice dicitur phasce, non à passione, ut plerique arbitrantur, sed à transitu nominatur, eo quòd exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarum, petrascit nec percussit eos, vel ipse dominus præbens auxilium populo suo desuper ambulauerit. Cuius sacramentum vocabuli sublimius exponens euangelista Ioannes ait. Ante diem autem festum paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Vbi manifeste declarat, ideo solennitatis huius diem per legem mystice transitum esse vo-

catum quòd agnus Dei, qui peccata mundi tolleret, in eo de hoc mundo siue ipse transiret, siue nos salubri transitu quasi de Ægyptia esset seruitute ducturus. Hoc sane iuxta veteris testamenti scripturam inter pascha, & azyma distat, quòd Pascha ipse solus dies appellatur, in quo Agnus occidebatur ad vesperam, quæ septem diebus, id est, usque ad vigesimum primum diem eiusdem mensis ad vesperam est, statuta solennitas. Verum euangelistæ indifferentes & diem azymorum pro pascha, & pro diebus azymorum pascha ponere solent. Dicit enim Marcus; *Erant autem pascha, & azyma post biduum.* Dicit Lucas; *Dies festus azymorum, qui dicitur pascha.* Item Ioannes, cum primo azymorum die, id est, quindecima luna res ageretur, ait; *Et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed manducarent pascha.* Quod ideo fecere, quia & paschæ dies in azymis panibus est celebrari præceptus, & nos quasi pascha perpetuum facientes, semper ex hoc mundo transire præcipimur. Vno quippe die, agno immolato ad vesperam, septem ex ordine dies sequuntur azymorum: quia Christus Iesus semel pro nobis in plenitudine temporum passus in carne per totum huius seculi tempus (quod septem diebus agitur) in azymis sinceritatis, & veritatis præcepit esse viuendum: omnique semper nisi nos desideria terrena quasi Ægypti retinacula fugere, & velut à mundana conuersatione secreta solitudinem iter admonet subire virtutum. *Et quærebant summi sacerdotes & scribæ, quomodo eum dolo tenerent, &c.* Qui debuerant, Pascha vicino, parare victimas, leuigare templi parietes, pauimenta verrere, vasa mundare, & secundum ritum legis purificari, ut esu agni digni fierent, congregantur in eum consilium quomodo occidat dominum, non timentes seditionem, ut simplex sermo demonstrat, sed cauentes, ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. *Et cum esset Bethania in domo Simonis leprosi, & recumberet.* Passurus pro omni mundo, & vniuersas nationes pro sanguine redempturus, moratur in Bethania in domo obedientiæ, quæ quondam fuit Simonis leprosi, non quòd leprosus illo tempore permaneret, sed quia ante leprosus postea à Salvatore mundatus est nomine pristino permanente, ut virtus curantis appareat. Nam & in catalogo apostolorum cum pristino vitio, & officio Matthæus publicanus appellatur, qui certe publicanus esse desierat. Quidam Simonem leprosum volunt intelligere partem populi, quæ crediderit domino, & ab eo curata sit. Simon quoque obediens dicitur. *Venit mulier habens alabastrum unguentii nardi spicati preciosi, & fracto alabaistro effudit super caput eius.* Mulier ista Maria erat Magdalene soror Lazari, quem suscitauit Iesus à mortuis, ut Ioannes aperte commemorat: qui hoc etiâ factum ante sex dies paschæ testatur, pridie quam asino sedens cum palmis, & laude turbarum Hierosolymam veniret. Ipsa est autem non alia quæ quondam (ut Lucas scribit) peccatrix adhuc, veniens pedes domini lachrymis persistentiæ rigauit, & unguento piæ confessionis liniuit, & quia multum dilexit, multorum veniam peccatorum à pio iudice promeruit. Nunc verò iustificata, & familiaris effecta domino, non tantum

tum pedes eius (ut idem Ioannes narrat) verum etiam caput (ut Matthæus, Marcusque perhibent) oleo sancto perfudit. Est autem alabastrum genus marmoris candidi, variisque maculis interincti, quòd ad vasa vnguentaria cauari solet, eo quòd optime seruare ea incorrupta dicatur. Nascitur circa Thebas Ægyptias, & Damascum Syriæ cæteris candidius, probatissimum vero in India. Nardus vero est frutex aromatica, graui (ut aiunt) & crassa radice sed breui, ac nigra, fragili; quamuis pingui, * situm redolente, aut Cypressum, aspero sapore, folio paruo, densoque, cuius cacumina in aristas se spargunt. Ideoque gemina dote pigmentarij Nardi spicas, ac folia celebrant. Et hoc est, quòd ait Marcus; *Vnguenti nardi spicati preciosi.* Quia videlicet vnguentum illud, quòd attulit Maria domino, non solum de radice confectum Nardi, verum etiam, quo preciosius esset, spicatum quoque, & foliorum eius adiectione odoris, ac virtutis illius erat accumulata gratia. Ferunt autem de Nardo phylogogi, quòd principalis sit in vnguentis. Vnde merito vnguenti capitis, & pedum domini oblata est. Sunt quidem multa eius genera, sed omnia herbæ præter Indicum, quòd preciosius est. Mystice autem deuotio hæc Mariæ domino ministræ fides, ac pietatem designat ecclesiæ sanctæ, quæ loquitur in amoris cantico dicens; *Dum esset rex in accubitu suo, Nardus mea dedit odorem suum.* Quæ nimirum verba, & semel iuxta literam manibus Mariæ cõpleuit, & quotidie in omnibus suis membris spiritaliter implere non desinit, quæ toto diffusa orbe gloriantur, & dicunt; Deo autè gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo. *Quæ cum potentiam diuinæ virtutis eius, quæ illi vna cum patre est, digna reuerentia confiteretur, laudat, & prædicat, caput profecto illius unguento perfudit preciosio.* Cum vero assumptæ mysteria humanitatis æquæ digna reuerentia * suscipit, in pedes utique domini unguentum nardi pisticum, id est, fidele, ac verum perfudit, quia illam eius naturam, quæ terram contingere, hoc est, inter homines conuersari dignatus est, pia prædicatione commendat, ac deuotis venerat obsequiis. *Erant autè quidam indigni ferentes intra semetipsos, &c.* Marcus quoque hæc, quomodo & Matthæus, synecdochicos loquitur, pluralem videlicet numerum pro singulari ponens. Nam Ioannes distinctius loquens, Iudam hæc locutum esse testatur. Et hoc gratia cupiditatis, eo quòd fur fuisset, & loculos habens ea, quæ mittebantur, portaret. Potest etiam intelligi quòd & alij discipuli aut senserint hoc, aut dixerint, aut eis Iuda dicente persuasum sit, atque omnium voluntatem Matthæus, & Marcus etiam verbis expresserint, sed Iudas propterea dixit, quia fur erat, cæteri vero propter pauperum curam. Ioannes autem de solo illo id commemorare voluisse, cuius ex hac occasione furandi consuetudinem credidit intinmandam. Quod vero sequitur; *Et fremebant in eam, nequaquam de bonis, ac diligentibus Christum Apostolis dictum crediderint: sed de illo potius sub numero plurali, qui nec domino, nec discipulis eius fideliter adhæsisse, neque pauperum curam habuisse probatus est. Iesus autem dixit; Sinite illam, &c.* Alia aboritur quæstio, quare

Iesus post resurrectionem dixerit ad discipulos; *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem mundi.* & nunc loquitur, *Me autem non semper habebitis.* Sed mihi videtur in hoc loco de præsentia dicere corporali: quia nequaquam cum eis ita futurus sit post resurrectionem, quomodo nunc in omni conuictu, & familiaritate. Cuius rei memor Apostolus ait; *Et si noueramus Iesum Christum secundum carnem; sed nunc iam non nouimus eum.* *Quod habuit hoc fecit. Præuenit ungerere corpus meum in sepulchrum.* Quòd vos putatis perditionem esse unguentis, officium sepulture est. Nec mirum, si mihi bonum odorem suæ fidei dederit, cum ego pro ea futuras sim sanguinem meum. *Amen dico vobis, ubique prædicatum fuerit euangelium istud, &c.* Attende notitiam futurorum, quòd passurus post dies paucos sciat Euangelium suum toto orbe celebrandum. Notandum autem, quòd, sicut Maria gloriam adeptæ est toto orbe, quocumque Ecclesiæ sancta diffusa est, de obsequio, quòd domino piæ deuotionis exhibuit, ita e contrario ille, qui obsequio eius detrahere temeraria lingua non timuit, perfidia nota longè, latèque infamatus, & Deo simul, atque hominibus merito factus est exosus. Sed dominus bonum laude digna remunerans, futuras impij contumelias tacèdo præterit. *Et Iudas Scariothis vnus de duodecim abiit ad summos sacerdotes ut proderet eum illis.* Infelix Iudas, damnus, quòd ex cõfusione unguenti se fecisse credebat, vult magistri precio compensare, nec certam iam postulat summam, ut saltem lucrosâ videretur proditio, sed quasi vile tradens mancipium in potestate emetium posuit, quantum vellent dare. Quòd autem dixit; *Abiit ad summos sacerdotes ut proderet eum illis,* ostendit eum non à principibus iuuitarum, non vlla necessitate constrictum, sed sponte propria sceleratæ mentis inisse consilium. *Qui audientes gauisi sunt, &c.* Multi hodie Iudæ scelus, quòd dominum, ac magistrum, Deumque suum pecunia vendiderit, velut immane, & nefarium exhorrent, nec tamen cauent. Nam, cum pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt, profecto, quia veritatem pro pecunia negant, Deum pecunia vendunt: Ipse enim dixit; *Ego sum veritas.* Cum societatem fraternitatis aliqua discordiæ peste commaculant, dominum produnt, quia Deus charitas est. Qui ergo charitatis, & veritatis iussa spernunt, Deum utique, qui est charitas, & veritas produnt, maxime cum non infirmitate, vel ignorantia peccant, sed in similitudinem Iudæ quarunt opportunitatem qualiter, arbitris absentibus, mendacio veritatem, virtutem crimine mutant. *Et primo die azymorum quando Pascha, &c.* Primum diem azymorum quartum decimum primi mensis appellat, quando, fermento abiecto, pascha immolare, id est, agnum occidere solebat ad vesperam. Quòd exponens Apostolus ait; *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.* Qui licet die sequenti, hoc est, quintadecima sit luna crucifixus, hæc tamen nocte, qua agnus immolabatur, & carnis sanguinisque sui, discipulis tradidit mysteria celebranda, & à Iudæis tentus, ac ligatus ipsius immolationis, hoc est, passionis suæ sacrauit exordium. *Et mittit duos ex discipulis suis, &c.* Indicum quidem præsciæ diuinitatis est, quia cum discipulis loquens quid alibi futurum sit, nouit. Pulchre autem paraturus pascha discipulis.

pulis, homo lagenam, siue iuxta alium euangelistam, amphoram aquæ baiulans occurrit, vt ostendatur huius paschæ mysterium pro ablutione perfecta mundi totius esse celebrandum. Aqua quippe lauacrum gratiæ, lagena fragilitatem designat eorum, per quos eadem erat gratia mundo ministranda. Vnde aiunt; Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus. Parant ergo pascha discipuli, vbi aquæ inferitur lagena, vt adesse tempus inuenirent quo cultoribus veri Paschæ typicus de limine ac postibus cruor auferatur, & ad tollenda mundi crimina viuifici fontis baptismi consecratur. *Sequitur cum, &c.* Cōsulte tam aquæ baiuli, quam domini domus, sunt prætermissa vocabula, vt omnibus verum pascha celebrare volentibus, hoc est, Christi sacramentis imbui, eumque suæ mentis hospitio suscipere quærentibus, facultas danda signetur. *Et ipse vobis demonstrabit cam, vlti grande stratam, & ibi parate nobis, &c.* Cœnaculum magnum lex spiritalis est, quæ de angustiis literæ egrediens, in sublimi loco recipit saluatorem. Nam qui adhuc occidentem literam seruauerit, qui non aliud in agno quam pecus intellexerit, iste nimirum minus pascha facit: quia maiestatem spiritus in verbis Dei comprehendere necdum didicit. At qui aquæ baiulum, hoc est, gratiæ præconē in domum ecclesiæ fuerit secutus, hic per spiritum illustrantem superficiem literæ transcendendo in alto mentis solarium Christo refectorem præparat, quia cuncta vel Paschæ sacramenta, vel cætera legis decreta, eius esse sacramenta cognoscit. *Vespere autem facto, venit cum duodecim, &c.* Qui de passione prædixerat, & de proditore prædicit, dans locum poenitentiae, vt, cum intellexisset sciti cogitationes suas & occulta conscientiæ, poeniteret eum facti sui. Et tamen non designat specialiter, ne manifesto coargutus impudentior fieret. Mittit crimen in numero, vt agat conscius poenitentiam. *At illi ceperunt contristari, & dicere ei sigillatim. Numquid ego?* Et certe nouerant vndecim Apostoli, quod nihil tale contra dominum cogitarent, sed plus credēt magistro quam sibi; & timentes fragilitatē suam, tristes interrogabant de peccato, cuius conscientiam non habebant. *Qui ait illis: Vnus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino.* O mira domini potentia! Primum dixerat, vnus ex vobis me traderet, perseuerat proditor in malo, manifestus arguit, & tamen nomen proprie non designat. Iudas, cæteris contristatis, & retrahentibus manum, & interdicens cibos ori suo, temeritate, & impudētia, qua magistrum proditurus erat, etiam manum cum magistro mittit in catinum, vt audacia bonam conscientiam mentiretur. *Et filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo, &c.* Nec primo, nec secundo correptus à prodicione retrahit pedem, sed patientia domini nutrit impudentiam suam, & thesaurizat sibi iram in die iræ. Poenam prædicit, vt, quem pudor non vicebat, corrigant denunciata supplicia. Sed & hodie quoque & in sempiternam vā illi homini, qui ad mentem domini malignus accedit, qui, insidiis mente cōditis, qui præcordiis aliquo scelere pollutis, mysteriorum Christi oblationibus sacrosanctis participare non metuit. Et ille enim in exemplum Iudæ filium hominis tradit non quidem Iudæis peccatoribus, sed tamen peccatoribus, membris videlicet suis, quibus illud inæsti-

mabile, & inuolabile dominici corporis, ac sanguinis sacramentū temerare præsumit. Ille Deum vendit, qui, eius timore, atque amore neglecto, terrena pro illo, & cadaua, immo etiam criminosa, diligere, & curare conuincitur. *Bonum esset ei, si non esset natus homo ille.* Non ideo putandus est ante fuisse quam nasceretur, quia nulli possit esse bene, nisi ei, cui fuerit. Sed simpliciter dictum est, multo melius esse non subsistere, quam male subsistere. *Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens fregit, &c.* Finitis paschæ veteris solenniis, quæ in cōmemorationem antiquæ de Agypto liberationis populi Dei agebantur, transit ad nouum, quod in suæ redemptionis memoriam ecclesiam frequentare volebat, vt videlicet pro carne agni, ac sanguine, sui corporis, sanguinisque sacramentum substitueret, ipsumque se esse monstraret, cui iurauit dominus, & non poenitebit eum, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Frangit autem ipse panem, quem discipulis porrigit, vt ostendat corpus sui fractionem non absque sua sponte, ac procuratione venturam, sed, sicut alibi dicit, potestatem se habere ponendi animam suam, & potestatem se habere iterum sumendi eam. Quem videlicet panem ceteri quoque gratia sacramenti, priusquam frangeret, benedixit, quia naturam humanam, quam passurus assumpsit, ipse vna cum patre, & spiritu sancto gratia diuinæ impleuit. Benedixit panem, & fregit, quia hominem assumptum ita morti subdere dignatus est, vt ei diuinæ immortalitatis veraciter, inesse poterant demonstraret, ideoque velocius eum à morte resuscitandum esse doceret. *Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberit ex illo omnes.* Cū appropinquare passioni dicitur, accepto pane gratias egisse perhibetur. Gratias itaque agit, qui flagella alienæ iniquitatis suscipit. Et qui nihil dignum percussione exhibuit, humiliter in percussione benedicit, vt hinc videlicet ostendat, quid vnusquisque in flagello culpæ propriæ facere debeat, si ipse æquanimiter flagella culpæ portat alienæ: vt hinc ostendat, quid in correptione faciat subditus, si in flagello positus patri gratias agit æqualis. *Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur.* Quia panis corpus confirmat, vinum vero sanguinem operatur in carne: hic ad corpus Christi mystice, illud refertur ad sanguinem. Verum quia & nos in Christo, & in nobis Christum manere oportet, vino dominici calicis aqua miscetur. Attestante enim Ioanne, aquæ populi sunt. Et neque aquam solam, neque solum vinum, sicut nec granum frumenti solum sine aquæ admixtione, & confectio in panem cuiuspiam licet offerre, ne talis videlicet oblatio quasi caput à membris secernendum esse significet, & vel Christum sine nostræ redemptionis amore pati potuisse, vel nos sine illius passione saluari, ac patri offerri posse coningat. Quod autem dicit; *Hic est sanguis meus noui testamenti*, ad distinctionem respicit veteris testamenti, quod hinc, & vitulosum est sanguine dedicatum, dicente inter aspergendum legislatore, Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Necesse est enim exemplaria quidem verorum his mundari: ipsa autem cælestia melioribus hostiis quam istis: iuxta quod Apostolus per totam ad Hebræos epistolam inter legem distinguit, & euange-

euangelium, pulcherrima expositione, ac plenaria ratione declarat. *Amen dico vobis, quod iam non bibam de genimine vitis, vsque in diem, &c.* Vitam, siue vineam domini appellatam esse Synagogam, & omnis scriptura, & apertius testatur Esaias in cantico de illa cantato; Vineam inquiens domini sabaoth, domus Israel est. De qua nimirum vinea dominus multo tempore bibebat, quamuis pluribus ramis in amaritudinem vitis alienæ conuersis, quia tameris multis in illa plebe exorbitantibus à recto fidei itinere, non defuere plurimi toto legis tempore, quorum piis cogitationibus, summisque virtutibus delectaretur Deus. Verum, passo in carne domino, ac resurgente à mortuis, tempus fuit, vt legalis illa, & figuralis obseruatio cessaret, atque ea, quæ secundum literam gerebantur, in spiritalem translationem sensum, melius in nouo testamento, iuuante sancti spiritus gratia, tenerentur. Iturus ergo ad passionem dominus ait, *Tam non bibam de genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibā nouum in regno Dei.* Acti aperte dicat; Non vltra carnalibus Synagogæ caeremoniis delectabor, in quibus etiam ista paschalis agni sacra locum tenuere præcipuum: Aderit enim tempus mœæ resurrectionis, aderit dies ille, cum ipse in regno Dei positus, id est, gloria vitæ immortalis sublimatus, de salute eiusdem populi fonte gratiæ spiritalis regenerati, nouo vobiscum gaudio perfundat. *Et hymno dicto, exierunt in montem Oliuarum.* Hoc est, quod in Psalmo legitur; Ederunt pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum, qui requirunt eum. Potest autem hymnus etiam ille intelligi, quem dominus secundum Ioannem patri gratias agens decantabat, in quo & pro seipso, & pro discipulis, & pro eis, qui per verba eorum credituri erant, eleuatis sursum oculis, precabatur. Et pulchre discipulos sacramentis sui corporis, ac sanguinis imbutos, & hymno piæ intercessionis patri commendatos, in montem educit Oliuarum, vt typice designet nos, per accptionem sacramentorum suorum, perque opem suæ intercessionis ad altiora vitutum dona, & charismata sancti spiritus, quibus in corde perungamur, conscendere debere. *Et ait eis Iesus: Omnes scandalizabimini in nocte ista.* Prædicit quod passuri sunt, vt, cum passi fuerint non desperent salutem, sed agentes poenitentiam liberentur. Et signanter addidit, *in nocte ista scandalizabimini.* Quia quomodo qui inebriantur, nocte inebriantur: sic & qui scandalum patiuntur, in nocte, & in tenebris sustinent. Nos vero dicamus; Nox præterit, dies autem appropinquauit. *Quia scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergentur oves.* Hoc aliis verbis in Zacharia propheta scriptum est. Et nisi fallor, ex persona Prophetæ ad Deum dicitur; Percute pastorem, & dispergentur oves. Sexagesimo quoque, octauo Psalmo, qui totus à domino canitur, huic sensui congruente. Quoniam quem tu percussisti ipsi persecti sunt. Percutitur autem pastor bonus, vt ponat animam suam pro ouibus suis, & de multis gregibus errorum hiat vnus grex, & vnus pastor. *Petrus autem ait ei. Et si omnes scandalizati fuerint: sed non ego.* Non est temeritas, nec mendacium, sed fides est Apostoli Petri, & ardens affectus erga dominum Saluatorem. *Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia tu, &c.* Et Petrus de ardore fidei promittebat, & Saluator quasi Deus futura nouerat. Et nota;

quod Petrus in nocte neget, & neget tertio. Postquam autem Gallus cecinit, & decrepescens tenebris, vicina lux nunciata est, conuersus fleuit amare, ternæ negationis sordes lachrymis lauis. Non est sane arbitrandum esse cōtrarium, quod, Marco dicente; *Priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus:* ceteri Euangelistæ simpliciter dixerunt; *Priusquam gallus cantet, ter me negabis.* Tota enim Petri negatio trina negatio est. In eadem namque permansit negatione animi, propositaque mendacij, donec admonitus, quid ei prædictum sit, amaro fletu, & cordis dolore sanaretur. Hæc autem tota, id est, trina negatio si post primum galli cantum inciperet, falsum dixisse viderentur tres, qui dixerunt dixisse dominum, quia, antequam gallus cantaret, ter eum Petrus esset negaturus. Rursus si totam trinam negationem ante peregisset, quam cantare gallus inciperet, superfluo dixisse Marcus deprehenderetur ex persona domini. *Amen dico tibi, quia tu in nocte hac: priusquam gallus bis vocem dederit, ter me negaturus es.* Sed, quia ante primum galli cantum concepta est illa trina negatio, attendunt illi tres non quando eam completurus esset Petrus, sed quando futura esset quandocumque cœptura, id est, quæ trina ante galli cantum, quamquam in animo eius, & ante primum galli cantum tota possit intelligi. Quamuis enim verbis negantis ante primum cœpta, ante secundum autem galli cantum peracta sit tota illa trina negatio, tamen affectione animi, & timore Petri ante primum tota concepta est. Nec interest, quantis moratum interuallis trina voce enūciata sit, cum cor eius etiam ante primum galli cantum toram possideret, tam magna scilicet formidine imbibita, vt posset dominum, non solum semel, sed iterum, & tertio interrogatus negare, vt rectius, diligentiusque attendentibus quomodo iam mœchatus est mulierem in corde suo, qui eam viderit ad concupiscendum: sic Petrus quandocumque verbis ederet timorem, quem tam vehemētē animo conceperat, vt perdurare posset vsque ad tertiam domini negationem, tota trina negatio ei temporari deputanda est, quando eum trine negationi sufficiens timor inuasit. *Et veniunt in prædium, cui nomen Gethsemani.* Monstratur vsque hodie locus Gethsemani, in quo dominus orauit, ad radices montis Oliueti, nunc Ecclesia desuper ædificata. Interpretatur autē Gethsemani vallis pinguium, siue pinguedinum. Quod vero non solum dicta, vel opera nostri Saluatoris, verum etiam loca, & tempora, in quibus operatur, & loquitur, mysticis (vt sæpe dictum est) sint plena figuris: cum in monte orat dominus, quasi tacite nos admonet sublimia tantum orando inquiri, & pro celestibus bonis supplicari debere. At cum in valle orat, & hoc in valle pinguium, siue pinguedinis, ipsius æquē in sinuat nobis humilitatem semper in orationibus, & internæ pinguedine dilectionis esse seruandam, ne quis videlicet orans Deum, iactare sua merita in exemplum Pharisæi superbientis audeat, quin potius humili voce, ac mente proclamet; Deus, propitius esto mihi peccatori. Ne aridum à dilectione proximi cor gestans, ad placandam sibi conditoris gratiam genu flectat, iuxta eum, qui centum denarios fratri, quos sibi debebat, dimittere nolens, decem millia talenta sibi à domino frustra precabatur. *Bibl. Hom. tom. 2. DD dd 2 batur*

pulis, homo lagenam, siue iuxta alium euangelistam, amphoram aquæ baiulans occurrit, vt ostendatur huius paschæ mysterium pro ablutione perfecta mundi rotius esse celebrandum. Aqua quippe lauacrum gratiæ, lagena fragilitatem designat eorum, per quos eadem erat gratia mundo ministranda. Vnde aiunt; Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus. Parant ergo pascha discipuli, vbi aquæ infertur lagena, vt adesse tempus insinuent quo cultoribus veri Paschæ typicus de limine ac postibus cruor auferatur, & ad tollenda mundi crimina viuifici fontis baptisina consecratur. *Sequitur cum, &c.* Cōsulte tam aquæ baiuli, quam domini domus, sunt prætermissa vocabula, vt omnibus verum pascha celebrare volentibus, hoc est, Christi sacramentis imbui, eumque suæ mentis hospitio suscipere querentibus, facultas danda signetur. *Et ipse vobis demonstrabit camelulū grande stratum, & ibi parate nobis, &c.* Cœnaculum magnum lex spiritalis est, quæ de angustiis literæ egrediens, in sublimi loco recipit saluatorem. Nam qui adhuc occidentem literam seruauerit, qui non aliud in agno quam pecus intellexerit, iste nimirum minus pascha facit: quia maicitatem spiritus in verbis Dei comprehendere necdum didicit. At qui aquæ baiulum, hoc est, gratiæ præconē in domum ecclesiæ fuerit secutus, hic per spiritum illustrantem superficiem literæ transcendendo in alto mentis solarium Christo refectionem præparat, quia cuncta vel Paschæ sacramenta, vel cætera legis decreta, eius esse sacramenta cognoscit. *Vespere autem facto, venit cum duodecim, &c.* Qui de passione prædixerat, & de proditore prædicit, dans locum poenitentia, vt, cum intellexisset sciri cogitationes suas & occulta conscientia, poeniteret eum facti sui. Et tamen non designat specialiter, ne manifeste coargutus impudentior fieret. Mittit crimen in numero, vt agat conscius poenitentiam. *At illi ceperunt contristari, & dicere ei sigillatim. Numquid ego?* Et certe nouerant vndecim Apostoli, quod nihil talē contra dominum cogitarent, sed plus credēt magistro quam sibi; & timentes fragilitatē suam, tristes interrogabant de peccato, cuius conscientiam non habebant. *Qui ait illis: Vnus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino.* O mira domini potentia! Primum dixerat, vnus ex vobis me tradet, perseuerat proditor in malo, manifestius arguit, & tamen nomen proprie non designat. Iudas, cæteris contristatis, & retrahentibus manum, & interdicens cibos ori suo, temeritate, & impudētia, qua magistrum proditurus erat, etiam manum cum magistro mittit in catinum, vt audacia bonam conscientiam mentiretur. *Et filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo, &c.* Nec primo, nec secundo correptus à prodicione retrahit pedem, sed patientia domini nutrit impudentiam suam, & thesaurizat sibi iram in die iræ. Poenam prædicit, vt, quem pudor non vicebat, corrigant denunciata supplicia. Sed & hodie quoque & in sempiternum vā illi homini, qui ad mentem domini malignus accedit, qui, insidijs mente cōditis, qui præcordijs aliquo scelere pollutis, mysteriorum Christi oblationibus sacrosanctis participare non metuit. Ecille enim in exemplum Iudæ filium hominis tradit non quidem Iudæis peccatoribus, sed tamen peccatoribus, membris videlicet suis, quibus illud inæsti-

mabile, & inuolabile dominici corporis, ac sanguinis sacramentū temerare præsumit. Ille Deum vendit, qui, eius timore, atque amore neglecto, terrena pro illo, & cadaua, immo etiam criminosa, diligere, & curare conuincitur. *Bonum esset ei, si non esset natus homo ille.* Non ideo putandus est ante fuisse quam nasceretur, quia nulli possit esse bene, nisi ei, cui fuerit. Sed simpliciter dictum est, multo melius esse non subsistere, quam male subsistere. *Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, & benedicens fregit, &c.* Finitis paschæ veteris solennijs, quæ in cōmemoratione antiquæ de Agypto liberationis populi Dei agebantur, transit ad nouum, quod in suæ redemptionis memoriam ecclesiam frequentate volebat, vt videlicet pro carne agni, ac sanguine, sui corporis, sanguinisque sacramentum subsisteret, ipsumque se esse monstraret, cui iurauit dominus, & non poenitebit eum, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Frangit autem ipse panem, quem discipulis porrigit, vt ostendat corpus sui fractionem non absque sua sponte, ac procurratione venturam, sed, sicut alibi dicit, potestatem se habere ponendi animam suam, & potestatem se habere iterum sumendi eam. Quem videlicet panem ceteri quoque gratia sacramenti, priusquam frangeret, benedixit, quia naturam humanam, quam passurus assumpsit, ipse vna cum patre, & spiritu sancto gratia diuinæ virtutis impleuit. Benedixit panem, & fregit, quia hominem assumptum ita morti subdere dignatus est, vt ei diuinæ immortalitatis veraciter, inesse potestatem demonstraret, ideoque velocius eum à morte resuscitandum esse doceret. *Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberit ex illo omnes.* Cū appropinquare passioni dicitur, accepto pane gratias egisse perhibetur. Gratias itaque agit, qui flagella alienæ iniquitatis suscipit. Et qui nihil dignum percussione exhibuit, humiliter in percussione benedicit, vt hinc videlicet ostendat, quid vnusquisque in flagello culpæ proprie facere debeat, si ipse æquanimiter flagella culpæ portat alienæ: vt hinc ostendat, quid in correptione faciat subditus, si in flagello positus patri gratias agit æqualis. *Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur.* Quia panis corpus confirmat, vinum vero sanguinem operatur in carne: hic ad corpus Christi mystice, illud refertur ad sanguinem. Verum quia & nos in Christo, & in nobis Christum manere oportet, vino dominici calicis aqua miscetur. Attestante enim Ioanne, aquæ populi sunt. Et neque aquam solam, neque solum vinum, sicut nec granum frumentum solum sine aquæ admixtione, & confectio in panem cuiuspiam licet offerre, ne talis videlicet oblatio quasi caput à membris secernendum esse significet, & vel Christum sine nostræ redemptionis amore pati potuisse, vel nos sine illius passione saluari, ac patri offerri posse coningat. Quod autem dicit; *Hic est sanguis meus noui testamenti*, ad distinctionem respicit veteris testamenti, quod hircorum, & vitulorum est sanguine dedicatum, dicente inter aspergendum legislatore, Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Necesse est enim exemplaria quidem verorum his mundari: ipsa autem cælestia melioribus hostiis quam istis iuxta quod Apostolus per rotam ad Hebræos epistolam inter legem distinguens, & euange-

euangelium, pulcherrima expositione, ac plenaria ratione declarat. *Amen dico vobis, quod iam non bibam de genimine vitis, vsque in diem, &c.* Vitam, siue vineam domini appellatam esse Synagogam, & omnis sp̄ritus scriptura, & apertius testatur Esaias in cantico de illa cantato; Vineam inquit domini fabaoth, domus Israel est. De qua nimirum vinea dominus multo tempore bibebat, quamuis pluribus ramis in amaritudinem vitis alienæ conuersus, quia tameris multis in illa plebe exorbitantibus à recto fidei itinere, non defuere plurimi toto legis tempore, quorum pijs cogitationibus, summisque virtutibus delectaretur Deus. Verum, passo in carne domino, ac resurgente à mortuis, tempus fuit, vt legalis illa, & figurata obseruatio cessaret, atque ea, quæ secundum literam gerebantur, in spiritali translatam sensum, melius in nouo testamento, iuuante sancti spiritus gratia, teneretur. Iturus ergo ad passionem dominus ait, *Iam non bibam de genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibā nouum in regno Dei.* Acti aperte dicat; Non vltra carnalibus Synagogæ cæremonijs delectabor, in quibus etiam ista paschalis agni sacra locum tenuere præcipuum: Aderit enim tempus mææ resurrectionis, aderit dies ille, cum ipse in regno Dei positus, id est, gloria vitæ immortalis sublimatus, de salute eiusdem populi fonte gratiæ spiritalis regenerati, nouo vobiscum gaudio perfundat. *Et hymno dicto, exierunt in montem Oliuarum.* Hoc est, quod in Psalmo legitur; Edeunt pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum, qui requirunt eum. Potest autem hymnus etiam ille intelligi, quem dominus secundum Ioannem patri gratias agens decantabat, in quo & pro seipso, & pro discipulis, & pro eis, qui per verba eorum credituri erant, eleuatis sursum oculis, precabatur. Et pulchre discipulos sacramentis sui corporis, ac sanguinis imbutos, & hymno piæ intercessionis patri commendatos, in montem educit Oliuarum, vt typice designet nos, per educationem sacramentorum suorum, perque opem suæ intercessionis ad altiora virtutum dona & charismata sancti spiritus, quibus in corde perungamur, conscendere debere. *Et ait eis Iesus: Omnes scandalizabimini in nocte ista: Prædicit quod passuri sunt, vt, cum passi fuerint non desperent salutem, sed agentes poenitentiam liberentur.* Et signanter addidit, *in nocte ista scandalizabimini.* Quia quomodo qui inebriantur, nocte inebriantur: sic & qui scandalum patiuntur, in nocte, & in tenebris sustinent. Nos vero dicamus; Nox præterit, dies autem appropinquauit. *Quia scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergentur oves.* Hoc alijs verbis in Zacharia propheta scriptum est. Et nisi fallor, ex persona Prophetæ ad Deum dicitur; Percute pastorem, & dispergentur oves. Sexagesimo quoque, octauo Psalmo, qui totus à domino canitur, huic sensui congruente. Quoniam quem tu percussisti ipsi persecuti sunt. Percutitur autem pastor bonus, vt ponat animam suam pro ouibus suis, & de multis gregibus errorum fiat vnus grex, & vnus pastor. *Petrus autem ait ei: Et si omnes scandalizati fuerint: sed non ego: Non est temeritas, nec mendacium, sed fides est Apostoli Petri, & ardens affectus erga dominum Saluatorem.* *Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia tu, &c.* Et Petrus de ardore fidei promittebat, & Saluator quasi Deus futura nouerat. Et nota;

quod Petrus in nocte neget, & neget tertio. Postquam autem Gallus cecinit, & decrepescibus tenebris, vicina lux nunciata est, conuersus fleuit amare, ternæ negationis sordes lachrymis lauis. Non est sane arbitrandum esse cōtrarium, quod, Marco dicente; *Priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus:* cæteri Euangelistæ simpliciter dixerunt; *Priusquam gallus cantet, ter me negabis.* Tota enim Petri negatio trina negatio est. In eadem namque permansit negatione animi, propositoque mendacij, donec admonitus, quid ei prædictum sit, amaro fletu, & cordis dolore sanaretur. Hæc autem tota, id est, trina negatio si post primum galli cantum inciperet, falsum dixisse viderentur tres, qui dixerunt dixisse dominum, quia, antequam gallus cantaret, ter eum Petrus esset negaturus. Rursus si totam trinam negationem ante peregisset, quam cantare gallus inciperet, superfluo dixisse Marcus deprehenderetur ex persona domini. *Amen dico tibi, quia tu in nocte hac priusquam gallus bis vocem dederit, ter me negaturus es.* Sed, quia ante primum galli cantum cœpta est illa trina negatio, attenderunt illi tres non quando eam completurus esset Petrus, sed quanta futura esset quandocumque cœptura, id est, quæ trina ante galli cantum, quamquam in animo eius, & ante primum galli cantum tota possit intelligi. Quamuis enim verbis negantis ante primum cœpta, ante secundum autem galli cantum peracta sit tota illa trina negatio, tamen affectione animi, & timore Petri ante primum tota concepta est. Nec interest, quantis moratur interuallis trina voce enūciata sit, cum cor eius etiam ante primum galli cantum totam possideret, tam magna scilicet formidine imbibita, vt posset dominum, non solum semel, sed iterum, & tertio interrogatus negare, vt rectius, diligentiusque attendentibus quomodo iam mœchatus est mulierem in corde suo, qui eam viderit ad concupiscendum: sic Petrus quando eumque verbis ederet timorem, quem tam vehementem animo conceperat, vt perdurare posset vsque ad tertiam domini negationem, tota trina negatio ei temporari deputanda est, quando eum trinæ negationi sufficiens timor inuasit. *Et veniunt in prædium, cui nomen Gethsemani.* Monstratur vsque hodie locus Gethsemani, in quo dominus orauit, ad radices montis Oliueti, nunc Ecclesia desuper ædificata. Interpretatur autē Gethsemani vallis pinguium, siue pinguedinum. Quod vero non solum dicta, vel opera nostri Saluatoris, verum etiam loca, & tempora, in quibus operatur, & loquitur, mysticis (vt sæpe dictum est) sint plena figuris: cum in monte orat dominus, quasi tacite nos admonet sublimia tantum orando inquiri, & pro celestibus bonis supplicari debere. At cum in valle orat, & hoc in valle pinguium, siue pinguedinis, ipsius æque insinuat nobis humilitatem semper in orationibus, & internæ pinguedine dilectionis esse seruandam, ne quis videlicet orans Deum, iactare sua merita in exemplum Pharisæi superbientis audeat, quin potius humili voce, ac mente proclamet; Deus, propitius esto mihi peccatori. Ne aridum à dilectione proximi cor gestans, ad placandam sibi conditoris gratiam genu flectat, iuxta eum, qui centum denarios fratri, quos sibi debebat, dimittere nolens, decem millia talenta sibi à domino frustra precabatur. *Bibl. Hom. tom. 2. DD d d 2 batur*

barur remitti. Ne ieiunium ab amore conditoris peccatus habens, temporalia qualibet potius in oratione quam eius visionem requirat, adnumerandus in eis, de quibus ait ipse; Quia receperunt mercedem suam. In imo quippe cogitationem ponere, quid est aliud quā quædam ariditas mentis? Qui autem intellectu cælestium iam per sancta desideria de supernis intimæ delectationis cibo pascuntur, quasi largiori alimento pinguescunt. Hac enim pinguedine saginari Psalmista concupierat, cum dicebat; Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Quantum vero ad ipsam dominicæ passionis dispensationem pertinet, apte appropians morti dominus in valle pinguedinis orauit, quia per vallem humilitatis, & pinguedinem charitatis pro nobis mortē subiit. Humiliauit enim semetipsum factus obediens patri vsque ad mortem. Et maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. *Et assumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem, &c.* Timet Christus, cum Petrus non timeat; Christus timet, Petrus dicit, animā meam pro te ponam. Christus dicit, anima mea turbatur. Vtrumque verum est, & plenum vtrumque ratione. Quia & ille, qui est inferior, non timet, & ille, qui est superior, gerit timentis affectum. Ille enim quasi homo vim mortis ignorat. Ille autem quasi Deus in corpore constitutus fragilitatem carnis exponit, vt eorum, qui sacramentum incarnationis abiurant excluderetur impietas. Denique & hoc dixit, & Manichæus non credidit, Valentinus negauit, Marcion Phantasma iudicauit. Eo autem vsque hominem, quem veritate corporis demonstrabat, æquabar affectu, vt diceret; Sed tamen nō sicut ego volo, sed sicut tu vis. Suscepit ergo voluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Confidenter tristitiam nomino, quia crucem prædico. Mea est voluntas, quam suam dixit. Quia vt homo suscepit tristitiam meam, vt homo locutus est. Et ideo ait; Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Mea est tristitia, quā meo suscepti affectu. Ergo pro me docuit, qui pro se nihil habuit, quod doleat. Et, sequestrata delectatione diuinitatis æternæ, rediit meæ infirmitatis afficitur. *Tristis est, inquit, anima mea vsque ad mortem.* Non propter mortem tristis est dominus, quia eum condicio corporalis affectus, non formido mortis offendit. Nam qui corpus suscepit, omnia debuit subire, quæ corporis sunt, vt esuriret, sitiret, angetur, contristeretur. Diuinitas autem commutari per hos nescit affectus. *Susnate hic, & vigilate, &c.* Quod præcipit, sustinete hic, & vigilate non à somno prohibet, cuius tempus non erat, imminente discrimine, sed à somno infidelitatis, & torpore mentis. Dato autem eis præcepto, vt sustinerent, vigilarentque secum, paululum procedens ruit in faciem suam, & humilitatem mentis habitu carnis ostendit. *Et orabat, vt, si fieri posset, transiret ab eo bona, &c.* Quid erat illa vox nisi sonus infirmitatis nostræ? Multi adhuc infirmi contristantur futura morte: sed habeant rectum cor, vitent mortem, quantum possunt; sed, si non possunt, dicant, quod ipse dominus non propter se, sed propter nos dixit. Quid enim dixit? *Pater, si fieri potest, transcat à me calix iste.* Ecce habes voluntatem humanam expressam. Vide iam recte cor; sed non quod ego volo, sed quod tu. Non veni (inquit) facere voluntatem meam, sed voluntatem eius,

qui misit me. Suam voluntatem dixit, quam temporaliter sumpsit ex virgine: voluntatem vero eius, qui eum misit, eam videlicet signans, quam intemporaliter æternus habuit cum patre communem. Orat transire calicem, vt ostendat vere, quod & homo erat. Reminiscens autem & propter quod missus est, perficit dispensationem ad quam missus est, & clamat; *Sed nō quod ego volo, sed quod tu.* Si motitur mors, me non moriente, secundum carnem videlicet, transeat, ait, calix iste. Verum, quia non aliter hoc fieri, ait, *non quod ego volo, sed quod tu.* Quod autem patrem inuocans duplici nomine dicit; *Abba pater,* vtriusque populū illum & Iudæi scilicet, & gentilis Deum esse ac saluatorem ostendit. Item namque Abba quod & pater significat. Sed abba Hebræum, pater Græcum est, & Latinum. Vt ergo vtrumque populū in eum crediturum, ab vtroque eum inuocandum esse doceret, vtraque lingua eum primus ipse inuocat. Ipse est enim bonus pastor, qui animam dando pro ouibus suis, vnum de duobus gregibus ouile perficit. Ideoque vtriusque voce gregis auxilium patris flagitat, vt nos vtriusque exemplo illius informati, vbi aduersa imminere senserimus, nos patrem Deum, Hebræi abba inuocantes, vna fidei, & charitatis deuotione præsidium cælestis quaeramus. Vnde doctor egregius formam docēdi à domino sumens, ita suos alloquitur auditores. Accipitis spiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus Abba pater. Abba nimirum illi, qui de Israelitico populo, nos pater, qui de gentibus ad fidem Christi venimus. *Et veniens inuenit eos dormientes, & ait Petro.* Ille, qui supra dixit, Etiam si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scādalizabor, nunc tristitia magnitudine somnum vincere non potest. *Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.* Impossibile est humanam animam non tentari. Vnde & in oratione dominica dicimus; Et ne nos inducas in tentationem: quam ferre nō possumus non tentationem penitus resistentes sed vires sustinendi in tentationibus deprecantes. Ergo & in præsentiarum non ait; Vigilate, & orate ne tentemini, sed, *ne intretis in tentationem.* Hoc est ne tentatio vos superet vltima, & intra suos calles teneat. Verbi gratia, Martyr, qui pro cōfessione domini sanguinem fudit, tentatus quidem est: sed tentationis retibus nō est ligatus. Qui autem negat, in plagas tentationis incurrit. *Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma.* Hoc aduersum temerarios dictū est, qui quicquid crediderint putāt se posse conseruare. Itaque quantum de ardore mentis confidimus: tantum de carnis fragilitate timeamus. Sed tamen iuxta Apostolum spiritu carnis opera mortificemus. Facit hic locus & aduersus Eurychianos, qui dicunt vnam in mediatore Dei, & hominum domino ac Saluatore nostro operationem, vnam fuisse voluntatem. Cum enim dicit; *Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma,* duas voluntates ostendit: humanam videlicet: quæ est carnis: & diuinam, quæ est deitatis. Vbi humana quidem propter infirmitatem carnis recusat passionem. Diuina autē eius est promptissima. Quoniam formidat quidē in passione, humane fragilitatis est: suscipere autem dispensationem passionis diuinæ voluntatis, atque virtutis est. *Et iterum abiens, orauit eundem sermonem dicens.* Solus orat pro omnibus, sicut & solus patitur pro vniuersis. Languescebat autem & opprimebantur Apostolorum

lorum oculi, negatione vicina. *Et venit tertio, & ait illis: Dormite iam, &c.* Cum dixisset; *Dormite iam, & requiescite,* & adiungeret, *Sufficit, ac deinde inturret. Venit hora, ecce tradetur filius hominis, &c.* Vtique intelligitur post illud, quod eis dictum est; *Dormite iam & requiescite,* siluisse dominum aliquantum, vt hoc fieret, quod præmiserat, & tunc intulisset. *Ecce appropinquat hora, siue venit hora.* Ideo post illa verba positum est, *sufficit,* id est, quod requieuitis, iam sufficit. Sed, quia commemorata ipsa non est interpositio silentij domini, propterea coarctat intellectum, vt in illis verbis alia pronuntiatio requiratur. *Surge, eamus. Ecce qui me tradet prope est.* Postquam tertio orauerat, & Apostolorum timorem sequente pœnitentiā impetrauerat corrigendum, securus de passione sua pergit ad persecutores, & vltro se interficiendum præbet, dixitque discipulis; *Surge, eamus. Ecce qui me tradet, prope est.* Non nos inueniat quasi timentes, & retractantes, vltro pergamus ad mortem, vt confidentiam & gaudium passuri videat. *Dedit autem traditor eius signum eis dicens, Quemcumque, &c.* Impudens quidem, & scelerata confidentia, magistrum vocare, & osculum ei ingerere, quem tradebat, Tamen adhuc aliquid habet de verecundia discipuli, cum non eum palam tradidit persecutoribus, sed per signum osculi. Suscepit autē dominus osculum traditoris, non quo simulare nos doceat, sed ne traditorem fugere videat, simul vt Ioannes euangelista declarat, eodem nimirum mentis ardore, quo cætera fecerat, Sciebat enim, quomodo Phinees puniendo sacrilegos, mercedē iustitiæ, & sacerdotij periculis acceperat. Lucas autem addit, quod dominus tangens auriculā serui sanauerit eū. Nunquā ergo pietatis suæ dominus obliuiscitur, qui etiā hostes suos nō patitur vulnerari. Illi iusto mortem inferit, ipse persecutorum vulnera sanat. Mystice docens etiā eos, qui in suæ mortis confessione vulnus animæ contraxerant, si fructum pœnitentiæ facerent dignum, salutem posse mereri. *Et respondens Iesus ait illis. Tanquam ad latronem existis, &c.* Stultum est, inquit, eum cum gladiis, & fustibus querere, qui vltro se vestris tradat manibus: & in nocte quasi latitantem, & vestros oculos declinantem, per proditorem inuestigare, qui quotidie in templo doceat. Sed ideo aduersum me in tenebris cōgregamini, quia potestas vestra in tenebris est. *Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt.* Impletur sermo domini, quē dixerat, quod omnes discipuli scandalizarentur in illo in ipsa nocte. Nam, etsi turba permittere, ad petitionem domini fugerunt, vt Ioannes scribit, pauorem tamen ac timiditatem suæ mentis ostendebat, quod ad fugæ præsidium promptiores, quam ad fiduciam patiendi cum Christo exiterant. *Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus, &c.* Quod ait amictus syndone super nudo, subauditur corpore, id est, corpore super nudo, quia nō aliud indumentū quam solam habebat syndone. Quis autem fuerit iste adolescens, Euangelista nō dicit. Quisquis vero fuit, maiorem in se quam in cæteris amorem domini permansisse cōprobabat, qui, illis iam fugientibus, ipse, donec ab hostibus comprehenderetur, vinculo charitatis astrictus eum prosequi nō omisit.

Quamuis necdum perfectam habuerit charitatē, qui à comitatu Saluatoris vel tentus profugere potuit. Quia, sicut perfecta charitas foras mittit timorem, ita timor mentem oblidens, imperfectā arguit charitatem. Sed notandum est oblidens: quod de hoc adolescente scribens Euangelista non ait, quia fugit à comitatu domini, vel fugit à sequendo dominum, sed, *reiecit,* inquit, *syndone, nudus profugit ab eis.* Fugit enim ab hostibus, quorum & præsentiam detestabatur, & facta: non fugit à domino Saluatore, ac magistro suo, cuius amorem etiam corpore absens fixum in corde seruauit. Neque aliquid verat, intelligi Ioannem hunc fuisse adolescentem, dilectum præ cæteris magistro discipulum. Nam & illum eo tempore fuisse adolescentem, longa post hæc in carne vita eius iudicio est. Potuit enim fieri, vt ad horam tenentium manibus elapsus, mox resumpto indumento redierit, & sub dubia noctis luce sese turbis ducentium Iesum quasi vnus de ipsis immiscuerit, donec ad atrium pōrificis, cui erat notus, perueniret: iuxta quod in suo ipse Euangelio commemorat. Sicut autem Petrus, qui culpam negationis pœnitentiæ lachrymis abluat, & confessione dominici amoris funditus extirpauit, recuperationem ostendit eorum, qui in martyrio labuntur: ita cæteri discipuli, qui articulum comprehensionis fugiendo præuenerant, cautelā fugiendi docent eos, qui se minus idoneos ad toleranda supplicia sentiunt. Quibus tutius est multo, præsidia larebrarum petere, quam se discrimini certaminum exponere. Ita etiam iste adolescens, qui reiecit syndone, nudus profugit ab impiis, illorum & opus designat, & animum, qui vt securiores ab incutibus hostium fiant, quicquid in hoc mundo possidere videntur, abijciunt, ac nudi potius domino famulari, quam adherendo mundi rebus, materiam tentandi, atque à Deo reuocandi aduersariis dare didicerunt. Iuxta exemplum beati Ioseph, qui relicto in manibus adulteræ pallio, foras exiit, nullis Deo nudus, quam indundus cupiditatibus mundi meretrici seruire. *Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem.* Summum sacerdotem Caypham significat, qui (sicut Euangelista Ioannes scribit) erat pontifex anni illius. De quo consentanea testatur Iosephus, quia pontificatum sibi absque merito dignitatis emerit à principe Romano. Non ergo mirū est, si iniquus pontifex inique indicat. *Petrus autem à longe secutus est eum vsque in atrium summi sacerdotis.* Merito à longe sequebatur, qui iam proxime erat negaturus. Neque enim negare posset, si Christo proximus adhæsisset. Verum in hoc maxima nobis est admiratione venerandus, quia dominum non reliquit etiam cum timeret. Quod enim timet, naturæ est: quod sequitur, deuotionis: quod negat, obreptionis: quod pœnitent, fidei. Aliter. Quod ad passionem eundem dominum à longe sequitur Petrus, significabat Ecclesiam securā quidem, hoc est, imitaturam passionem domini, sed longe differenter. Ecclesia enim pro se patitur, at ille pro ecclesia. *Et sedebat cum ministris, & calefaciebat se ad ignem.* Est dilectionis ignis, est cupiditatis. De hoc dicitur. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? De illo autem. Omnes adulterantes velut cilibanus corda eorum. Ille super credentes in cœnaculo Sion descendens, variis linguis eos Deum laudare docuit.

cuit. Ille in atrio Cayphæ instinctu maligni spiritus accensus ad negandum, ac blasphemandum dominum noxias perfidorum linguas armabat. Quod enim intus in domo principis sacerdotum synodus maligna gerebat: hoc ignis in atrio foris inter frigora noctis materialiter accensus, typice præmonstrabat. Quicumque ergo vitiosum, noxiūque in se extinguit incendium, potest dicere cum Propheta domino; Quia factus sum sicut vter in pruina, iustificaciones tuas non sum oblitus. In quibuscumque autem flammam charitatis turbida vitiorum flamina obruerunt, audiunt à domino, quoniam abūdavit iniquitas, refrigeravit charitas multorum. Quo frigore torpens ad horam Apostolus Petrus, quasi prunis ministrorum Cayphæ calefieri cupiebat, quia temporalis commodi solatium perfidorum societate quærebat. Sed non mora, respectus à domino cum ignem praeorum corpore, tum infidelitatem in corde reliquit. Ac post resurrectionem Domini sancto igni recreatus, funditus excessum trinae negationis, trina dilectionis confessione purgavit. Tunc etenim completa illa memorabili piscium captura cum venisset ad dominum cum discipulis suis, prunas positas, & piscem superpositum & panem mox videns, sui cordis arcana prunis inflammavit amoris. *Et quidam surgentes salium vestimonia serebant, &c.* Quomodo salii testes sunt, si ea dicunt, quæ dominū dixisse legimus? Sed falsus testis est, qui non eodem sensu dicta intelligit, quo dicuntur. Dominus enim dixerat de templo corporis sui. Sed & in ipsis verbis calumniatur, & paucis additis vel mutatis quasi iustam calumniam faciunt. Saluator dixit: Soluite templum hoc, Ipsi commutant & aiunt; *Ego dissoluam templum hoc manu factum.* Vos, inquit, soluite, non, ego. Quia illicitum est, ut ipsi nobis inferamus mortem. Deinde illi vertunt, *Et post triduum aliud non manu factum edificabo,* ut proprie de templo Iudaico dixisse videatur. Dominus autem ut ostenderet animal viuum, & spirans templum dixerat, & ego in triduo fuscitabo illud. Aliud est edificare, aliud fuscitare. *Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogavit, &c.* Ira præceps, & impatiens non inueniens calumnie locum, excutit de folio pontificem, ut insaniam mentis, motu corporis demonstraret. Quanto plus Iesus tacebat ad indignos responsione sua falsos testes, & sacerdotes impios: tanto magis pontifex furore superatus eum ad respondendum prouocat, ut ex qualibet occasione sermonis locum inueniat accusandi. Nihilominus Iesus tacet. Sciebat enim quasi Deus, quicquid respondisset, torquendum ad calumnia. *Rursus summus sacerdos interrogabat eum, & dicit ei. Tu es Christus filius Dei, &c.* In Matthæo scriptum est, quod interroganti, & adiuranti se pontifici, si esset Christus, respondit. Tu dixisti. Pro quo Marcus posuit; *Ego sum:* ut videlicet ostenderet tantum valere quod ei dicit Iesus, Tu dixisti, quantum si diceret, *Ego sum.* *Et videbitis filium hominis à dextris sedentem virtutis, & venientem cum nubibus caeli.* Si ergo tibi in Christo, ô Iudæe, pagane, & hæretice, contempseris, infirmitas, & crux contumelia est, vide quia per hæc filius hominis ad dexteram Dei patris sedens, & ex partu virginis homo natus, in sua cum caeli nubibus est maiestate venturus. Vnde & Apostolus cum crucis abiecta descripsisset, dicens quod humiliavit semetipsum,

factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, adiunxit, atque ait. Propter quod & Deus illum exalauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Iesus Christus in gloria est Dei patris. *Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quem de folio sacerdotali furor excusserat, eadem rabies ad scindendas vestes pronocat. Scindit vestimenta sua, ut ostendat Iudæos sacerdotalem gloriam perdidisse, & vacuam sedem habere pontificis. Sed & consuetudinis Iudaicæ est, cum aliqui blasphemiam, & quasi contra Deum audierint, scindere vestimenta sua. Quod Paulum quoque, & Barnabam, quando in Lycaonia deorum cultu honorabantur, fecisse legimus. Herodes autem, quia non dedit honorem Deo, sed acquieuit immoderato fauori populi, statim ab angelo percussus est. Altiore autem mysterio factum est, ut in passione domini pontifex Iudæorum sua ipse vestimenta disciderit, cum tunica domini nec ab ipsis, qui cum crucifixerunt militibus, scindi potuerit. Figurabatur enim, quod sacerdotium Iudæorum pro scelentibus ipsorum pontificum esset scindendum, & à suæ statu integritatis omnimodis soluendum. Soliditas vero sanctæ vniuersalis ecclesie, quæ vestis sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Et Petrus fratribus loquens in Hierusalem, Et notum inquit factum est omnibus habitantibus in Hierusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum Acheldemach. Quare, lingua eorum, nisi quia idem nomen aliter illi, hoc est, Hierosolymite, aliter sonabant Galilæis? Ille autem cepit anathematizare, &c. Solet scriptura sacramentum causatum per statum designare temporum. Vnde Petrus, qui media nocte negauit, ad galli cantum penituit. Qui etiam post resurrectionem domini diurna sub luce illum, quæ tertio negauerat, tertio æque se amare professus est. Quia nimirum, quod in tenebris oblivionis errauit, & speratæ iam lucis rememoratione correxit, & eiusdem veteris lucis adepta presentia plene totum quicquid nutauerat, erexit. Hunc opinor gallum alique doctorem intelligendum, qui nos iacentes excitans, & somnolentos increpans dicat, *Euigilate iusti, & nolite peccare. Et recordatus est Petrus, verbi, quod dixerat ei Iesus. Priusquam gallus caneret bis, ter me negabis. Et cepit flere.* Quamnoctia praeorum colloquia? Petrus ipse inter infideles vel hominem se nosse negauit, quem inter discipulos iam Dei filium fuerat confessus. Sed nec in atrio Cayphæ retentus poterat agere penitentiam. Egreditur foras, ut alij narrant Euangelistæ, quatenus ab impiorum concilio secretus, fordes pauidæ negationis liberis fletibus abluat.*

CAPVT

FERIA III. HEBD. MAIORIS. 1147

infectio accipit prima mysterium, & mandata custodit, ut veterem præuaricationis aboleret errorem. *Et exiit foras ante atrium, & gallus cantauit.* De hoc galli cantu cæteri euangelistæ tacent, non tamen factum esse negant, sicut & multa alia alij silentio prætereunt, quæ alij narrant. *Rursus autem cum vidisset illum ancilla, &c.* Non hæc eadem, quæ prius accusabat, illa esse credenda est. Dicit namque Matthæus apertissime; Ex eunte illo ianuam vidit eum alia, & ait iis qui erant ibi, & cætera. In hac autem negatione Petri discimus, non solum abnegari Christum ab eo, qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo etiam, qui cum sit, negat se esse christianum. Dominus autem non ait Petro; discipulum meum te negabis, sed me negabis. Negauit ergo ipsum, cum se negauit eius esse discipulum. *Et post pusillum, rursus qui astabant dicebant Petro. Vere tu ex illis es. Nam & Galilæus es.* Non quod alia lingua Galilæi quam Hierosolymitæ loquerentur, qui vtrique fuerint Hebræi, sed quod vna quæque prouincia, & regio suas habeat proprietates, ac vernaculum loquendi sonum vitare non possit. Vnde in actibus apostolorum, cum ij, quibus spiritus sanctus insederat, omnium gentium linguis loquerentur, inter alios, qui de diuersis mundi plagis aduenierant, etiam illi, qui habitabant Iudæam dixisse referuntur. Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Et Petrus fratribus loquens in Hierusalem, Et notum inquit factum est omnibus habitantibus in Hierusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum Acheldemach. Quare, lingua eorum, nisi quia idem nomen aliter illi, hoc est, Hierosolymite, aliter sonabant Galilæis? Ille autem cepit anathematizare, &c. Solet scriptura sacramentum causatum per statum designare temporum. Vnde Petrus, qui media nocte negauit, ad galli cantum penituit. Qui etiam post resurrectionem domini diurna sub luce illum, quæ tertio negauerat, tertio æque se amare professus est. Quia nimirum, quod in tenebris oblivionis errauit, & speratæ iam lucis rememoratione correxit, & eiusdem veteris lucis adepta presentia plene totum quicquid nutauerat, erexit. Hunc opinor gallum alique doctorem intelligendum, qui nos iacentes excitans, & somnolentos increpans dicat, *Euigilate iusti, & nolite peccare. Et recordatus est Petrus, verbi, quod dixerat ei Iesus. Priusquam gallus caneret bis, ter me negabis. Et cepit flere.* Quamnoctia praeorum colloquia? Petrus ipse inter infideles vel hominem se nosse negauit, quem inter discipulos iam Dei filium fuerat confessus. Sed nec in atrio Cayphæ retentus poterat agere penitentiam. Egreditur foras, ut alij narrant Euangelistæ, quatenus ab impiorum concilio secretus, fordes pauidæ negationis liberis fletibus abluat.

in horto, ut Ioannes declarat, ligauerunt, & sic adduxerunt eum ad Annam primum. *Et interrogauit eum Pilatus. Tu es rex Iudæorum?* Pilato nihil aliud criminis interrogante nisi vtrum rex Iudæorum sit, arguuntur impietatis Iudæi, quod ne falso quidem inuenire potuerint, quod obieceret saluatori. *At ille respondens ait illi: Tu dicis.* Sic respondit ut & verum diceret, & sermo eius calumnie non pateret. Et attende, quod Pilato, qui inuitus ferebat sententiam, aliqua in parte responderit, sacerdotibus autem, & principibus respondere noluerit, indignosque suo sermone indicarit. *Pilatus autem rursus interrogauit eum dicens: Non respondes, &c.* Ethnicus quidem est, qui condemnat Iesum, sed causam refert in populum Iudæorum. *Vide in quantis te accusant.* Iesus autem nihil respondere voluit, ne crimē diluens dimitteretur à præfide, & crucis utilitas differretur. *Pontifices autem concitauerunt turbam ut magis Barrabam dimitteret eis.* Hæret Iudæis usque hodie sua petitio, quam tanto labore impetrarunt. Quod enim, data sibi optione, pro Iesu latrone, pro saluatore interfecitorem, pro datore vitæ elegerunt ademptorem, merito salutem perdidit, & vitam, & latrocinii sese, ac seditionibus in tantum subdiderunt, ut & patriam, regnumque suū, quod plus Christo amauere, perdidit, & hæcenus eam, quam vendere siue animæ, siue corporis libertatem recipere non meruerint. *Pilatus autem iterum respondens ait illis. Quid ergo vultis, ut faciam, &c.* Multas liberandi saluatore Pilatus occasiones dedit. Primum latronem iusto conferens, deinde inferens, *Quid ergo vultis ut faciam regi Iudæorum?* Cumque responderent, crucifigatur, non statim acquieuit, sed iuxta suggestionem vxoris, quæ mandauerat ei, ut Matthæus scribit; *Nihil tibi, & iusto illi, ipse quoque respondens, Quid enim (ait) mali fecit?* hoc dicendo Pilatus absoluit Iesum. *At illi magis clamabant, crucifige eum.* Ut impleretur quod in vigesimo primo psalmo dixerat. *Circumdederunt me canes multi, congregatio malignantium obsedit me.* Et illud Hieremias; *Facta est mihi hæreditas mea sicut leo in sylua, dederunt super me vocem suam.* Esia quoque in hac sententia congruente, & expectauit ut faceret iudicium, fecerunt autem iniquitatem, & nõ iustitiam, sed clamorem. *Pilatus autem volens populo satisfacere dimisit illis Barrabam, &c.* Iesus autem flagellatus non ab alio quam ab ipso Pilato intelligendus est. Scribit namque aperte Ioannes. *Clamauerunt rursus omnes dicentes; Non hunc, sed Barrabam.* Erat autem Barrabas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Ac deinde subiungit; *Et milites plecētes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, &c.* Quod quidem ideo fecisse, atque ideo credendus est militibus eum illudendum tradidisse, ut satiari penis, & opprobriis eius Iudæi mortem eius ultra sitire desiderarent. Hoc autem factum est, ut quia scriptum erat, *Multa flagella peccatorum, illo flagellato, nos à verberibus liberaremur, dicente scriptura; Flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo.* *Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, &c.* Milites quidem, quod rex Iudæorum fuerat appellatus, & hoc ei scribæ, & sacerdotes crimen obiecerant, quod sibi in populo Israelitico vsurparet imperium, illudentes hoc faciunt, ut nudatum pristinis vestibus induat purpura, qua re-

ges veteres vtebantur, & pro diademate imponant ei coronam spinicam, pro sceptro regali, det calamum, vt Mattheus scribit, & adorent quasi regem. Nos autem omnia hæc intelligamus mystice. Quomodo enim Cayphas dixit; Oportet vnum hominē mori pro omnibus, nesciens quid diceret: sic & isti quodcumque fecerunt, licet alia mente fecerint, tamen nobis, qui credimus, sacramenta tribuebant. Notandum autem quod pro eo quod Marcus ait; *Et induunt eum purpura*, Mattheus ita posuit; Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei. Vbi intelligitur quoddam Mattheus ait, Chlamydem coccineam circumdederunt ei, hoc Marcus dixisse, Indutum purpura. Pro regia enim purpura chlamys illa coccinea ab illudentibus adhibita erat, & est rubra quadam purpura cocco simillima. Potest etiam fieri, vt purpuram etiam Marcus commemorauerit, quam chlamys habebat, quamuis esset coccinea. Mystice ergo in purpura, qua indutus est dominus, ipsa eius caro, quam passionibus obiecit insinuatur. De qua præmissa dixerat propheta. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua quasi calcantium in torculari? In corona vero, quam portabat, spinea nostrorum susceptio peccatorum, pro qua mortalis fieri dignatus est, ostenditur. Iuxta quoddam præcursor ipsius testimonium ei perhibens ait; Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Namque spinas in significatione peccatorum poni solere testatur ipse dominus, qui protoplasto in peccatum prolapsus dicebat; Terra tua spinas, & tribulos germinabit tibi. Quod est aperte dicere, Conscientia tua punitiones tibi, & aculeos vitiorum procreare non desistet. Quod vero iuxta euangelium Lucæ dominus esse Herodem alba veste induitur, in cæteris vero euangelistis à militibus Pilati sub coccineo siue purpureo habitu illusus esse perhibetur, collata vtraque narratione in vno innocentia, & castitas assumptæ humanitatis, in altero autem veritas passionis, per quam ad gloriam regni immortalis esset peruenturus, exprimitur. Sicut enim purpuram colorem sanguinis, qui pro nobis effusus est, imitatur: ita & habitus regni, quod post passionem intravit, nobisque intrandum patescit, insinuat. Verum, quia dicit Apostolus, Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis, & Esaias domino de electis omnibus, His, inquit, velut ornamento vestieris. potest in hoc vtroque domini habitu inimicorum quidem sententia probrofo, sed ipsius domini electione gloriosissimo, omnis electorum eius multitudo, quæ in martyres venerandos, & cæteram fidelium plebem distinguitur, aptissime designari. Alba etenim veste induitur, cum munda iustorum confessione circumdatur. Purpura, siue cocco vestitur, cum in triumpho victoriosorum martyrum gloriatur. *Et percutiebant caput eius arundine, &c.* Hæc tunc fecere milites Pilati, hæc vsque hodie faciunt hæretici, & pagani, milites vique diaboli. Quia enim caput Christi Deus, caput eius percutiunt, qui eum Deum esse verum denegant. Et quia per arundinem scriptura solet confici, quasi arundine caput Christi feriant, qui diuinitati illius contradicentes, errorem suum confirmare auctoritate sacre scripturæ conantur. Spumnt in faciem eius, qui eius præsentiam gratiæ verbis execrandis ex-

internæ cæcæ mentis infania conceptis respuit, & Iesum Christum in carne venisse denegant. Et quidem milites eum quasi, qui Deum se ipse falso dixisset illudentes adorabant, sed sunt hodie, quod est grauioris vesania, qui eum certa fide vt Deum verum adorant, sed peruersis actibus mox verba eius quasi fabulosa despiciunt, ac promissa regni illius temporalibus illecebris longe postponunt. *Et educunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt præteritum quempiam Simonem, &c.* Magnæ tunc opinionis fuisse Simon iste videtur, cum filij quoque eius quasi iam noti omnibus designentur ex nomine. Sed cauendum, ne cui videatur cōtrarium, quod Ioannes scribit ipsum dominum sibi crucem portasse: ceteri vero euangelistæ hunc Simonem Cyrenæum eam baiulasse referunt. Primo namque à domino portata, ac deinde Simoni, quem exeuntes forte obuium habuerunt, portanda imposta est. Et hoc congruo satis ordine mysterij. Quia nimirum ipse passus est pro nobis relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. Et quia Simon iste non Hierosolymita sed Cyrenæus esse perhibetur (Cyrene enim Libyæ ciuitas est, vt in actibus apostolorum legimus) recte per eum populi gentiū designantur, qui quondam peregrini, & hospites testamentorum nunc obediendo ciues sunt, & domestici Dei, & sicut alibi dicitur, Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Vnde apte Simon obediens, Cyrenæ hæres interpretatur. Nec prætereundum, quod idem Simon de villa venisse refertur. Villa enim Græcè *πάρις* dicitur. Vnde paganos appellamus eos, quos à ciuitate Dei alienos, & quasi vrbane conuersationis videmus esse expertes. Sed de pago Simon egressus crucem portat post Iesum, cum populus nationum paganis ritibus derelictis, vestigia dominicæ passionis obedienter amplectitur. *Et perduxit illum in Golgotha locum, quod est interpretati Caluarie locus.* Extra vrbis portā loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluarie, id est, decollatorum sumplere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est dominus, vt vbi prius erat area damnatorū, erigerentur vexilla martyrij. Et quomodo pro nobis maledictum crucis factus est, & flagellatus, & crucifixus, sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigitur. *Et dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit.* Deus loquitur ad Hierusalem; Ego te plantavi vineam meam vrbem, quomodo facta es in amaritudinem vitis alienæ? Amara vitis, amarum vinum fecit: quod propinat domino Iesu, vt impleatur, quod scriptum est; Dederunt in cibum meum fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Quod autem dicitur; *Et non accepit.* vel secundum Mattheum, Cum gustasset, noluit bibere: hoc indicat, quod gustauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem, sed tertia die resurrexit. Quod enim ait Marcus, *non accepit*, intelligitur non accepit vt biberet. Gustauit autē sicut Mattheus testis est, vt quod idem Mattheus ait, Noluit bibere, hoc Marcus dixerit; *Non accepit*, tacuit autem, quod gustauerit. Sed & hoc quod ait Marcus; *Myrrhatum vinum*, intelligendum est Mattheum dixisse cum felle mixtum. Fel quippe pro amaritudine posuit. Et myrrhatum enim vinum amarissimum est: quæquam fieri possit, vt & felle, & myrrha vinum amarissimum redderetur: *Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius mittentes*

tes sortem super eis, quis quid tolleret. Hæc Ioannes. Euangelista plenus exponit: quod scilicet milites cætera in quatuor partes iuxta suū numerum diuidentes, de tunica, quæ inconfutilis erat desuper contexta per totum, sortem miserunt. Quadrupartita autem vestis domini, quadripartitam eius figurauit ecclesiā, toto scilicet orbe (qui quatuor partibus constat) terrarum diffusam, & omnibus eisdem partibus æqualiter, id est concorditer distributam. Tunica vero illa sortita, omnium partium significat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur. Si enim charitas iuxta Apostolum, & supereminentem habet viam, & supereminet scientiæ, & super omnia præcepta est, merito vestis, qua significatur, desuper contexta perhibetur. In sorte autem quid nisi gratia Dei commendata est? Sic quippe in vno ad omnes peruenit, cum fors omnibus placuit: quia & Dei gratia in vnitatem ad omnes peruenit. Et cum fors mittitur, non personæ cuiuscunque vel meritis, sed oculo Dei iudicio cæditur. Et quia, sicut dicit Apostolus, verus homo noster simul affixus est cruci cum illo, vt euacuetur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato, quamdiu id agunt opera nostra vt euacuetur corpus peccati, & quamdiu exterior homo corrumpitur, vt interior renouetur de die in diem, tempus est crucis. Hæc sunt etiam bona opera quidem, tamen adhuc laboriosa, quorum merces requies est. Sed ideo dicitur, Spe gaudentes, vt requiem futuram cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc hilaritatem significat crucis latitudo in tranverso ligno vbi figuntur manus. Per manus enim opera intelligimus, per latitudinem hilaritatem operantis: quia tristitia facit angustias. Per altitudinē autē, cui caput adiungitur, expectatio retributionis de sublimi iustitia Dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua, his quidem secundum tolerantiam boni operis, gloriā, & honorem, & incorruptionē quartentibus vitam æternā. Itaque etiam longitudo, qua totum corpus extenditur, ipsam tolerantiam significat: vnde longanimes dicuntur, qui tolerant. Profundam autem, quod terra infixum est, secretum sacramenti præfiguratur. Recordatis nisi fallor, quod verba Apostoli in ista designatione crucis expediantur vbi ait. In charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, altitudo, & profundum. *Erant autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Sunt qui arbitrentur hora quidem tertia dominum crucifixum, à sexta autem hora tenebras factas vsque ad nonam, vt consumptæ intelligantur tres horæ, ex quo crucifixus est, vsque ad tenebras factas. Et posset quidem hoc rectissime intelligi, nisi Ioannes diceret hora quasi sexta Pilatum sedisse pro tribunali in loco, qui dicitur Lithostratos, Hebraice autem Gabbatha. Sequitur enim; *Parascene paschæ hora quasi sexta: & dicit Iudæis.* Ecce rex vester, &c. Si ergo hora quasi sexta Pilato sedente pro tribunali traditus est crucifigendus Iudæis, quomodo hora tertia crucifixus est, sicut verba Marci non intelligentes quidam putauerunt? Iam certe dixerat Marcus; *Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius.* Si ergo eius rei gesta tempus voluit commemorare, sufficeret dicere. *Erant autem hora tertia, vt quid adiunxit? & crucifixerunt eum? nisi quis voluit aliquid recapitulatio significare, quod quasi inueniretur, cum scriptura ipsa illis terna-*

poribus legeretur, quibus vniuersæ ecclesiæ notum erat, qua hora dominus ligno suspensus est, vnde posset huius vel error corrigi, vel mædaciū refutari. Sed, quia sciebat à militibus dominum crucifixum non à Iudæis, occulte ostendere voluit eos magis crucifixisse, qui clamauerunt vt crucifigeretur, quam illos qui ministeriū principii suo secundum suum officium præbuerunt. Intelligitur ergo fuisse hora tertia, cum clamauerunt Iudæi, vt dominus crucifigeretur. Et veracissime demonstratur tunc eos crucifixisse, quando clamauerunt, maxime quia nolebant videri se hoc fecisse, & propterea eum Pilato tradiderunt; quod eorum verba satis indicant secundum Ioannem. Quod ergo maxime videri fecisse nolebant, hoc eos hora tertia fecisse Marcus ostendit, verissime indicans magis fuisse dominum necatricem linguam Iudæorum, quam militum manus. *Et erat titulus causæ eius inscriptus Rex Iudæorum.* Titulus positus supra crucem eius, in quo scriptum erat Rex Iudæorum, illud ostendit, quod nec occidendo efficeretur potuerunt, vt eum regem non haberent, qui eis manifestissima, & eminentissima potestate secundum sua opera redditurus est. Vnde in Psalmo canitur; Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Qui apte etiam quoniam rex simul, & pater est, cum extremam partem suæ carnis hostiam in altari crucis offerret, regis quoque, qua præditus erat dignitate titulo præteridit vt eundem legere, hoc est, audire, & credere volentibus insinuaret quod per crucis patibulum non perdidit suum, sed confirmari potius, & corroborari imperium. *Et cum eo crucifigunt duos latrones, vnum à dextris, & alium à sinistris eius.* Latrones, qui cum Domino sunt hinc inde crucifixi, significant eos, qui sub fide, & confessione Christi vel agnunt martyrij, vel qualibet continentia ætioris instituta subeunt. Sed quæcumque hæc pro ætetha solus, celestique gloria gerunt, hi profecto dexteri latronis merito, & fide designantur. Atqui siue humanæ laudis intulitū, seu qualibet minus digna intentione mundo abrenunciant, non immerito blasphematores, ac sinistri latronis mentem imitantur, & actus. De qualibus dicit Apostolus. Si tradidero corpus meum vt ardeam, si dedero omnes facultates meas in cibos pauperum, si alia plura aut pietatis opera facere, aut dona gratiæ spiritualis accepisse videar, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Beati autem, qui sua propter Dominum, & propter euangelium relinquunt. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. *Similiter & summi sacerdotes illudentes, &c.* Etiam nolentes consistuntur sententiæ, & pontifices, quod alios saluos fecerit. Itaque vsq; vestra condennat sententia. Qui enim alios saluos fecit, vti que, si vellent, seipsum saluare poterat. *Christus rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus.* Fraudulenta promissio. Quid est plus? de cruce adhuc viuentem descendere, an de sepulchro mortuum resurgere? Surrexit, & non creditis ergo etiam, si de cruce descenderet, similiter non creditis. *Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei.* Quomodo qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei, quando quidem vnus eorum conuiciatus est secundum Lucæ testimonium, alter & eorum persecuit eum, & in Deum credidit? nisi intel-

ligamus

ligamus Matthæum, & Marcum breuiter perstringentes hunc locum pluralem numerum pro singulari posuisse, sicut in epistola ad Hebræos legitur pluraliter dictum, Clauserunt ora leonum, cum solus Daniel significari intelligatur. Et pluraliter dictum, Secti, sunt, cum de solo Esaia tradatur. Quid autem vstratus (verbi gratia) quam ut dicat aliquis, & rustici mihi insultant, etiam si vnus insultet? Tunc enim esset contrarium, quod Lucas de vno manifestauit, si illi dixissent ambos latrones cōiciatos domino, cum non posset sub numero plurali vnus intelligi. Cum vero dictum est latrones, vel qui cum eo crucifixi erant, nec additum est ambo, nō solum si ambo fecissent, posset hoc dici, sed etiam quia vnus hoc fecit potuit vitaro locutionis modo per pluralem numerum significari. Quod vero Luca testante, vnus latro Dominum blasphemauit dicens, Si tu es Christus, saluum fac te ipsum, & nos: alter vero illum digna inuentione redarguit, & Dominum fidei supplicatione precatur dicens; Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. vsque hodie geri in ecclesia videmus, cum mundanis tãcti afflictionibus veri simul, & falsi Christiani, illi quidem, qui ficta mente Domini passionis sacramenta gestant, ad præsentis vitæ gaudia cupiunt liberari à Domino. At qui simplici intentione cum Apostolo non gloriantur, nisi in cruce Domini nostri, ita potius à præsentibus ærumnis optant crui, vt spiritum suum in manus sui commendat auctoris, vnaque cum ipso regni cælestis desiderant esse participes. Vnde bene ille, qui fide dubia Dominum precabatur, funditus est contemptus à domino, neque vlla repositione dignus habitus. At vero preces illius, qui æternam à se salutem quaerebat, pia mox Dominus exauditione suscipere dignatus est. Quia nimirum quicumque in tribulationibus positi temporalia tantum à Domino solatia requirunt, temporalibus se pariter, & æternis gaudiis priuant. Qui autem veraciter bona patriæ cælestis suspirant, ad hæc absque vlla dubietate, Christo miserante, perueniunt. *Et facta hora sexta tenebra facta sunt per totam terram vsque in horam nonam.* Clarissimum mundi lumen retraxit gladios suos, ne aut pendentem videret dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur. Et notandum, quod dominus sexta hora, hoc est, recessuro à centro mundi sole, crucifixus sit: diluculo autem, hoc est, oriente iam sole, resurrectionis suæ mysteria celebravit. Statu enim temporis signauit, quod effectu operis exhibuit. Quia mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Nam & Adam peccante, scriptum est, quod audierit vocem domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem. Post meridiem nempe, inclinata luce fidei: ad auram vero, refrigerante feruore charitatis. Deambulans autem audiebatur, quia ab homine peccante, recesserat. Rationis ergo immo diuinæ pietatis ordo poscebat, vt eodem temporis articulo, quo tunc Adæ præuarianti occluserat, nunc latroni dominus penitenti ianuam paradisi referret: & qua hora primus Adam peccando mortem huic mundo inuenerat, eadem hora secundus Adam mortem moriendo destrueret. *Et hora nona exclamauit Iesus voce magna dicens; Heli Heli, &c.* Principio vigesimi

primi Psalmi vsus est. Illud quod in medio versiculi legitur, Respice in me, superfluum est. legitur enim in Hebræo: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti. Nec mireris verborum humilitatem, querimonias derelicti, cum formam serui sciens scandalum crucis videas. Sicut enim esurire, & sitire, & fatigare non erant propria diuinitatis, sed corporales passionis, ita & quod dicitur; *Vt quid me dereliquisti?* corporalis vocis erat proprium: quia solet secundum naturam corpus nullatenus velle à sibi coniuncta vita fraudari. Licet enim & ipse Saluator hoc dicebat, sed proprie ostendebat corporis fragilitatem, manens virtus, & sapientia Dei. Vt homo ergo loquitur, meos circūferens motus, quod in periculis positi à Deo nos deserui putamus. Vt homo turbatur, vt homo flet, vt homo crucifigitur. *Et quidam de circumstantibus audientes dicebant. Ecce Heliam vocat.* Non omnes, sed quidam. Quos arbitror milites fuisse Romanos, non intelligentes sermonis Hebraici proprietatem, sed ex eo quod dixit, *Heli Heli*, putantes Heliam ab eo innocatum. Sin autem Iudæos, qui hoc dixerint, intelligere volueris, & hoc more sibi solito faciunt, vt dominum imbecillitate infament, qui Helix auxilium deprecetur. *Currens autem vnus & implens spongiam, &c.* Quam ob causam domino acetum sit potui datum, Ioannes ostendit plenius dicens; Postea sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura dicit, Sitio. Vas autem positum erat aceto plenum. Illi ergo spongiam plenam aceto hyssopo circūponentes, obtulerunt ori eius. Vidit ergo quoniam consummata sunt omnia, quæ oportebat vt fierent, antequam acciperet acetum, & traderet spiritum: atq; vt hoc etiam consummaretur, quod ait, Et in siti mea potauerunt aceto, Sitio (inquit.) Tanquam hoc diceret, hoc minus fecistis, date, quod vult. Iudæi quippe ipsi erant acetum, degenerantes à vino patriarcharum, & prophetarum, tanquam de pleno vase, de iniquitate mundi huius impleto, cor habentes velut spongiam cauernosis quodammodo, atque tortuosis latibulis fraudulentam. Hyssopum, cui circūposuerunt spongiam aceto plenam, quoniam herba est humilis, & pectus purgat, ipsius Christi humilitate congruenter accipimus, quam circūposuerunt spongiam aceto plenam, quoniam illud in Psalmo; Asperges me hyssopo, & mundabor, Christi nanque humilitate mundamur, quia, nisi humiliasset semetipsum factus obediens patri vsque ad mortem crucis, non vti que sanguis eius in peccatorum remissionem, hoc est, in nostri mundationem fuisset effusus. Per arundinem vero, cui imposita est spongia, scriptura significatur, quæ implebatur hoc facto. Sicut enim lingua dicitur vel Græca, vel Latina, vel alia quælibet sonum significans, qui lingua promitur, sic arundo dici potest litera, quæ arundine scribitur. Sed significantis sonos vocis humanæ vstratissime dicimus linguas: Scripturam vero arundinem dici quo minus vstratum, eo magis est vstratum, eo magis est mystice figuratum. *Iesus autem emissa voce magna, expirauit.* Quid hac voce magna dixerit dominus, Lucas aperte designat dicens, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc (inquit) dicens expirauit. Quod vero scribit Ioannes, quia cum accepisset Iesus acetum dixit, Consummatum est, & inclinatum capite

tradidit

tradidit spiritum, inter illud, quod ait, Consummatum est, & illud; Et inclinatum capite tradidit spiritum, emissa est illa vox magna, quam tacuit Ioannes, cæteri autem tres commemorauerunt. *Et velum templi scissum est in duo à sursum vsque deorsum.* Scinditur velum templi, vt Arca testamenti, & omnia legis sacramenta, quæ tegebantur, appareant, atque ad populum transeant nationum. Ante etenim dictum fuerat: Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen est. Nunc autem; Exaltare super cælos, Deus, & super omnem terram (inquit) gloria tua. Et in euangelio prius dixit; In viam gentium ne abieritis. Post passionem vero suam, euntes (inquit) docete omnes gentes. *Videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat, &c.* Manifesta causa miraculi Cæturionis exponitur, quod videns dominum sic exiprasse, hoc est, spiritum emisisse, dixerit; *Vere homo hic filius Dei erat.* Nullus enim habet potestatem emittendi spiritum, nisi qui animatum conditor est. Et hoc considerandum est, quod Centurio ante crucem in ipso scandalo passionis vere Dei filium confiteatur, & Arius in ecclesia prædicet creaturam. Vnde merito per Centurionem fides Ecclesiæ designatur, quæ, velo mysteriorum cælestium per mortem domini referato, continuo Iesum & vere iustum hominem, & vere Dei filium, synagoga tacente, confirmat. *Erant autem & mulieres de longe aspicientes, &c.* Iacobum minorem dicit Iacobum Alphaei, qui & frater domini dicebatur, eo quod esset filius Mariæ materteræ domini, cuius in Euangelio suo meminit Ioannes dicens; Scabat autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Mariæ Cleophæ. Maria autem Cleophæ videtur eam dicere à patre, siue à cognatione. Vocabatur vero minor Iacobus, ad distinctionem maioris Iacobi videlicet filij Zebedæi, qui inter primos Apostolos vocatus est, & electus à domino. Consuetudinis autem Iudæicæ fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, vt mulieres de substantia sua victum, atque vestitum præceptoribus ministrarent: hoc quia scandalum facere poterat in nationibus, Paulus abiicisse se memorat. Nunquid non habemus potestatem sorores mulieres circūducendi, sicut & cæteri apostoli faciunt? Ministrabant autem domino de substantia sua, vt mereret earum carnalia, cuius illæ metebant spiritalia. Non quo indigeret cibus dominus creaturatum, sed vt typum ostenderet magistrorum, quod victi, atque vestiti ex discipulis deberent esse contenti. Sed videamus quales comites habuerit. Mariam scilicet Magdalenam, à qua septem damonia eiecerat, & Mariam Iacobi, & Ioseph matrem materteram suam, & alias, quas in cæteris euangelis legitimus. *Et cum iam sero esset factum, quia erat paraclitice, &c.* Decurio vocatur, quod sit de ordine curiæ, & officium curiæ administret. Qui etiam curialis, à procurando munera ciuilia solet appellari. Arimathia autem ipsa est Ramathaim ciuitas Helchanæ, & Samuëlis in regione Thamnitica iuxta Diopsolim. *paraclitice* verò Græcè, Latine præparatio dicitur. Quo nomine Iudæi, qui inter Græcos morabantur, sextam sabbati appellabant, eo quod in illa, quæ requirit sabbati necessaria essent, præparare solerent. Iuxta hoc quod de manna quodam præceptum est. Sexta autem die colligetis duplum, &c. Quia ergo sexta die factus est homo, & tota

est mundi creatura perfecta, septima autem conditor ab opere suo requieuit, vnde & hanc sabbatum, hoc est, requiem voluit appellari, recte Saluator eadem sexta die crucifixus, humanæ restorationis impleuit arcanum. Ideoque cum accepisset acetum dixit; Consummatum est, hoc est, sexta diei, quod pro mundi refectione suscepti, iam totum est opus expletum. Sabbato autem in sepulchro requiescens, resurrectionis, quæ octaua die ventura erat, expectabat euentum. Vbi nostræ simul deuotionis, ac beatæ retributionis proluet exemplum, quos in hac quidem sexta seculi ætate pro domino pati, & velut mundo necesse est crucifigi. In septima vero ætate, id est, cū læthi quis debitum soluit, corpora quidem in tumulis, animas autem secreta in pace cum domino manere, & post bona oportet opera quiescere, donec octaua tandem veniente ætate etiam corpora ipsa resurrectione glorificata cum animabus simul incorruptionem æternæ hereditatis accipiant. *Veni (inquit) Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, &c.* Magnæ quidem Ioseph iste dignitatis ad seculum, sed maioris apud Deum meriti fuisse laudatur. Talem nanque existere debebat eum, qui corpus domini sepeliret, qui & per iustitiam meritofum tali ministerio dignus esset, & per nobilitatem potentie secularis facultatem posset obtinere ministrandi. Non enim quilibet ignotus, aut mediocri ad præsidem accedere, & crucifixi corpus poterat impetrare. *Ioseph autem mercatus est sindonem, & deponens eum inuoluit sindone.* Et ex simplici sepultura domini, ambitu diuitum condemnatur, qui in tumulis quidem possunt carere diuitiis. Possimus autem iuxta intelligentiam spiritalem hoc sentire, quod corpus domini non auro, non gemmis, & serico sed linteamine puro obuoluendum sit, quamquam & hoc significet, quod ille in sindone munda inuoluatur Iesum, qui pura eum mente suscepit. Hinc ecclesiæ mos obtinuit, vt sacrificium altaris non in serico, neque in panno tincto, sed in lino terreno celebraretur, sicut corpus est domini in sindone munda sepultum, iuxta quod in gestis pontificalibus à beato papa Siluestro legimus esse statuti. *Et posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, &c.* De monumento domini ferunt, qui nostra ætate de Hierosolymis Britanniam venere, quod domus fuerit rotunda de subiacente rupe excisa tantæ altitudinis, vt intro cõsistens homo vix manu extensa culmen possit attingere, quæ habet introitum ab oriente, cui lapis ille magnus aduolutus, atq; impositus est. In cuius monumenti parte aquilonari sepulchrum ipsum, hoc est, locus domini corporis de eadem petra factus est septem habens pedes longitudinis, trium vero palmarum mensura cætero pavimento altius eminens. Qui videlicet locus non desuper, sed à latere meridiano per torum patulus est, vnde corpus inferebatur. Color autem eiusdem monumenti, ac loculi rubicundo, & albo dicitur esse permixtus.

THEOPHYL. EPISCOPI

Bulgar. superioris Euang. expositio.

ERat autem pascha, & azymorum dies futuri post biduum, &c. Feria quarta concilium conuenit, & propterea

Ecce morē ecclesie qui cū de corporali exponit.

Cum quartus non frigus tēnētis.

propterea

propterea ieiunamus etiam nos quartis feriis. Illi quidem consueverunt solemnitate tempus prætermittere, at non permissum est eis, sed ipse sibi ipsi tempus passionis statuens, in pascha crucifigi voluit: ipse enim erat pascha verum. unde virtutem eius admirari licet. Nam, quum illi vellent ipsum comprehendere, non potuerunt: quando autem illi noluerunt propter festum diem, tunc voluntarius ipse seipsum tradidit. At, quum ipse esset in Bethania in domo Simonis leprosi, venit mulier. Et quatuor mentionem faciunt unguenti: & videtur quibusdam vna esse: non autem ita est, sed duæ sunt. Vna quidem, quæ apud Ioannem, quæ & Lazari soror est. Altera quæ à reliquis tribus memoratur. Veruntamen attende, & inuenies quòd tres sint. Apud Ioannem quidem vna, apud Lucam alia, & apud duos illos adhuc vna alia. Nā illa, quæ apud Lucam, meretrix erat, & in medio prædicationis Christi ad Christum venit. quæ apud Matthæum, tempore passionis, & non dicitur meretrix. Probat autem Christus eius voluntatem, quòd tanta expendit in nardum. De nardo pistica scias, quòd est species quedam nardi, quæ pistica dicatur, vel quòd sincera sit, & non adulterata, vel cum fide confecta. Erant autem quidam ægre ferentes. Ioannes autem dicit Iudam ægre tulisse. Verisimile igitur & alios quidem Apostolos mulierem obiurgasse, utpote qui audierant Christum semper multa de eleemosyna docere. Indas sanè non eodem scopo aduersus mulierem indignabatur, sed propter auaritiam, & turpe lucrum suum. Propterea & Ioannes ipse duntaxat meminit, tanquam dolosa mordacitate mulierem reprehederit. *Et infremuerunt in eam.* hoc est, indignabantur, conuitiabantur, perstringebant eam. *At Iesus dixit: Sinite illam, &c.* Reprehendit dominus discipulos, quòd in tempestiua mulieris alacritati obstitunt. Cur enim, inquit, illi negotium facitis, & estis molesti? Num quia donum attulit, auersamini eam cum ignominia? Interim autem perstringit: & proditorum dicendo, In sepulchram meam hoc fecit & planè conscientia expertem arguit, quasi ita diceret ei, Tu quidem in mortem me tradidisti, & nō reprehendis temetipsum: ista autem in sepulchram meam unguentum afferens, à Deo mōta, dignane est, quæ à te reprehendatur? Prophetam autem agit hoc loco dominus, duoque prædicat, & quòd euangelium prædicandum sit in toto mundo, & quòd opus mulieris simul prædicandum. Confundantur hoc loco qui pauperes Christo præferunt. Audiui enim ego aurifabros dicentes, quòd si ego dissectum sacrum vas dem pauperibus, & ego viuam, nec condemnet. Audiant igitur quomodo Christus præferat sui curam pauperibus. Christi autem corpus proprie est, quod in disco aureo, & sanguis, qui in poculo. Qui igitur abstulerit discum preciosum, & cogit ut corpus Christi in viliori ponatur, præterens scilicet pauperes, sciat cuius partis sit. *Et Iudas Iscariotes vnus è duodecim abiit ad summos sacerdotes, &c.* Quum mulier suā liberalitatē declararet, insaniebat discipulus vnus è duodecim. Non enim temere additum est, vnus è duodecim, sed ut ostēderetur, quòd vnus è duodecim electioribus esset. Quid autem est hoc quod ait: *ut traderet illum?* hoc est, significaret illis, quando solus esset, timebant enim eum inuadere, quum doceret, propter turbam. Ipse itaque

Ioan. 12.
De tribus
Magdalenis.
Lucæ 7.

Matth. 26.

V. 11. Ambrosius
aliter sentit
suaque sententia
sua te S. Lau-
rentij facto
probat.
Corpus Christi
verè est in al-
tari.

pollicebatur illis se dicturū, quādo ille solus esset. *At primo die azymorum, quem pascha immolarent, &c.* Primum diem azymorum, diem quintum dicit, qui erat ante azyma. Azyma enim, & infirmata die parasceues comedebant. Accedunt itaque discipuli, & interrogat vbi comedant pascha. Ex hoc autem manifestum est, Christum non habuisse proprium dinesorium, & nec discipulos habuisse domum propriam. Nam, si habuissent, illic eum suscepissent. Mitrit autem duos è discipulis suis, Petrum, & Ioannem, sicut & Lucas inquit, ad hominem ignotum, ostendens illis, quòd possit non pati. Qui enim mētem hominis ignoti conciliare sibi poterat, ut se exciperet, quid non fecisset in aliis? Præterea dat illis signum, quomodo inueniant domum: nempe ut sequantur hominem, sigulinum vas aquæ gestātem. Hæc etiam sublimis intelligi possunt. Hydriam baiulat baptizans: vadit autem in domum, quæ rationali suo ordine digna est. Qui enim habet baptismum, ad requiem vadit, iuxta rationem viuēs, & viuūt in ordine quasi in domo quadā. Paterfamilias mēs est, qui ostēdit magnū tricliniū, sublimes scilicet sensus. Verum tricliniū hoc stratū est, hoc est tamesi sublimis sit, nihil tamen habet vel asperum, vel superbum: sed stratū est, & humilitate complatum. Illic ergo, in tali inquam mente, præparatur pascha Christo à duobus discipulis, Petro, & Ioanne, practica dico, & contemplatiua. Petrus enim propter feruorem practicus, Ioannes vero ut theologus, contemplatiuus. *Et exierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, &c.* Quomodo accumbant, quum lex præciperet à stantibus comedendum pascha: Verisimile igitur primum perfecta ea, quæ sunt legis, deinde recubuisse propriū pascha traditurum. Cœperunt autem discipuli tristes fieri propter sermonem domini, quem dixerat, quod vnus ex eis se traditurus esset. Quamuis autem nihil sibi conscij essent, attamen anxij erant, credentes magis ei qui corda cognoscit, quàm sibiipsis. Obserua autem & verbum, *vadit, Mors Christi quasi peregrinatio quædā fuit, non mors.* Quod autem dicitur: *bonum esset homini illi, si natus nunquam fuisset,* dictum est propter penam, qua cruciandus erat Iudas. Melius enim est omnino non nasci, quàm ad talem penam nasci: igitur quantum ad fidem attinet, melius videtur omnino, si non fuisset Iudas. Deus quidem illum fecerat, & ad bona operatur quia ipse in talē incidit malitiam, ut apparet, melius erat, si nūquam fuisset genitus. *Et edentibus illis, sumpto Iesus pane, quum gratias egisset, &c.* Quidam dicunt Iudam non fuisse participem sacramentorum, sed egressum esse priusquam dominus sacramēta traderet. Alij autem dicunt, quòd etiam ingrato illi sacrosancta dederit. *Quum benedixisset,* hoc est, gratias egisset, fregit panem: id quod etiam nos facimus, preces adiungendo. Hoc est corpus meum, hoc inquam, quod lumitis. Non enim figura tantum, exemplat quoddā dominici corporis panis est, sed in illum conuertitur corpus Christi. Dominus enim dicit: Panis, quem ego dabo, caro mea est. non dixit, figura est carnis meæ, sed, caro mea est. Et iterum, Nisi ederitis carnem filij hominis. Et quomodo, inquis, caro non videtur? O homo, propter nostram infirmitatē istud fit. Quia enim panis quidem, & vinum ex his sunt, quibus allueuimus, ea non abhorremus: sanguinem vero propolentium

Panem, & vinum
non trahit
in carum, & san-
guis immittit.

Ioan. 11.

Ioan. 13.

Ioan. 13.
Matth. 26.

Matth. 26.

Matth. 26.

& carnem videntes, non ferremus, sed abhorrere mus: idcirco misericors Deus nostræ infirmitati condescendens, speciem quidem panis, & vini seruat, in virtutem autē carnis, & sanguinis transelementat. Sanguinem vero noui testamenti dicit, opponendo veteri. Habebat enim & vetus testamentum sanguinem, quo aspergebantur & populus, & liber legis. Non autem bibam ex hoc vino, dicit, vsque ad resurrectionem. Regnum enim resurrectionem vocat, tanquam rex, qui aduersus mortem certarit, & regnat. Sane post resurrectionem bibit, & comedit cum discipulis, quoniam ipse ille est, qui patiebatur. Nouum autem illud bibit, hoc est, nouo quodam modo, & insolito, non enim ultra corpus habebat possibile, quod cibo indigeret, sed immortale, & incorruptibile. Intellige autem etiam sic. Vitis dominus ipse est, fructus autem vitis, mysteria sunt, & abscondita scientia, quam ipse profert, docens hominem scientiam. In regno itaque Dei, hoc est, in octauo seculo, bibit cum discipulis suis, mysteria & sapientiam nouam quandam docens nos, & reuelans, quæ abscondita est. *Et quum hymnum dixissent, exierunt in montem oliuarum, &c.* Gratias egerunt. Et antequam, & postquam bibissent, gratias egerunt: ut & nos discamus, quòd oporteat gratias agere Christo, & ipsum laudare & ante cibum, & post cibum. Præterea etiam hoc indicat, quòd grata sit ei mors pro nobis, quoniam etiam exiēs, ut traderetur, laudat dominum. Omnino autē & nos docet, si quando in aduersa pro multorum salute incidimus, ne tristes simus, sed & gratias agamus Deo, qui nostram afflictionem in multorum salutem operatur. Egre dicitur vero in montem oliuarum, ut solitariū adorarentur, & detinerent tantum tumultum faciant. Nam, si in ciuitate ipsum inuasisent, fortassis suborta fuisset turba, & inimici occasione quapiam, quæ iusta videri potuissent, apprehēsa, visi fuissent ipsum iuste, ut seditio sum interficere. Prædicat autem illis, quòd & offendiculum passuri essent. Postea, ne videantur hæc in manifestam omnium accusationem, adducit etiam testimoniū ex propheta Zacharia, quòd dispergendi essent. Denique & consolationem illis affert dicens: *Præcedam vos in Galileam,* hoc est, præueniam. At Petrus vrget: *ideo & audit, quòd antequam gallus bis canat, ter me abnegabis.* Hoc autem in hunc modum se habet. Negauerat semel Petrus, deinde gallus cantauit: & quum alias duas abnegationes fecisset, & tunc quoque cantauit gallus. Et hoc est, quod hoc loco dicit: *Priusquam gallus bis canet, ter me abnegabis.* Similiter autem & omnes frigidam alacritatem ostendentes, & ipsam veritatem mendacem facientes, pollicentur: ideo dominus permittit, ut humana natura suā prodat imbecillitatem. Omnino enim potuisset illos dominus seruare, & Petrum maximè: sed permisit, ut ne in nobis ipsis consideremus. Cæterum, Percutiam pastorem, vox est patris. Ones autem apostolos vt innocentes nominat. *Et veniunt in locum, cuius nomen Gethsemani, & dicit discipulis suis, Sedete hic, donec digressus orauero. Et assuit Petrum & Iacobum & Ioannem secum, &c.* Secorsum semper orare conueuit, dans etiam nobis figuram, ut quietem in precibus inquiramus. Assuit autem solum tres illos, qui fuerat in Tabor gloriæ spectatores fuerant, ut illi ipsi qui gloriosa viderant, videant & tristitia di-

scantque, quòd & ipse vere homo sit, & mereat, & angatur sicut nos. Nam & qui totum hominem cum naturalibus cōditionibus suscepit, omnino & trilitiam, & angorem naturalem habuit. Omnes autem natura insuauiter erga mortem affecti sumus. Cæterum dicēdo, *Transit calix,* monstrauit humanitatem. Dicendo autem, *non sicut ego volo, sed sicut tu,* docet nos, quòd, si peramus Deum super naturam, quæ impugnat, sapimus. Postquam autem post preces venit, inuenit tres dormientes, & increpauit Petrum solum, quasi talia ad ipsum dicens: Tūne ille es, qui pollicitus es te mihi commoriturum? Vnam horam non potuisti vigilare, quomodo mortem contemnes? Sed vigilate, & orate, ut ne veniatis in tentationem abnegandi me. Spiritus quidem promptus est, ut me non abneget, & propterea etiam vos pollicemini mihi hoc: sed caro infirma est, & ita si non per orationem virtutem dederit Deus carni, periclitabimini. Et iterum, quum abiuisset, orauit eundem sermonem, ut etiam secundo orando credere faciat eos, quòd sit vere & substantialiter homo, & ut doceat etiam nos sepe orare, & non statim ut semel petuerimus cessare. Et quum inuenisset eos iterum dormientes, non valde increpauit eos, erant enim grauati somno: unde discit humanam leuitatem, & infirmitatem, quandoquidem qui neque somno possumus obistere, promittimus sepe, quæ nobis impossibilia sunt. Igitur nunc tertio precatur, propter illas ipsas causas, quas supra diximus. Et venit iterum, ac dicit illis, non iam perstringens durius, quamuis meriti essent, quia post increpationem non erant facti meliores, sed somno indulserant. Et quid dicit: *Dormite nunc, & requiescite.* Per ironiam hæc illis loquitur, quia sciebat venire proditorum, dicit ad illos, Nunc tempus est dormiendi, dormite nunc, ecce inimicus venit. Hoc autem dixit iridens eorum somnolentiam. Et quod per ironiam dixerit, audi quoniam mox subdat: *Surgite, examus:* non ut fugiant hoc dicens, sed magis ut obuiam eant inimicis. Quidam autem hoc quod dicit: *Tristis est anima mea vsque ad mortem, sic intellexerunt:* Tristis sum, non quia moriturus, sed quia Israelitæ domestici mei me crucifixuri sunt, & propterea regno eiciuntur. *Et continuo, adhuc eo loquente, accedit Iudas, &c.* Non frustra adiectum est: *vnus ex duodecim,* sed in proditoris detestationem, quòd quum ex primo ordine esset, ita contra magistrum insanauerit. Vide autem stuporem illius, quomodo putarit posse dominum latere, quòd pro amico habendus esset propter osculum: nam, si amicus erat, quare cum inimicis veniebat? Reuera malitia semper stulta est. Vnus autem quispiam astantium, Petrus hic erat, obticet autem nomen eius Marcus, ut ne videatur laudare præceptorem suum Petrum maioris pro Christo zeli. Non autem alium quàm pontificis seruum percussit Petrus. Pōtiffices enim primi scripturas aspernabantur, facti inuidiæ, & sui ipsorum amoris mancipia. Dixit item turbis: *Tanquam ad latronem ad me exiistis, quotidie docebam in templo.* Hoc autem diuinitatem eius monstrabat. Quando enim in templo docebat, non potuerūt illum comprehendere, quamuis in illorum manibus esset, quia nondum tempus erat patendi, quando autem voluit, tunc seipsum obtulit, ut impleantur scripture, quòd sicut ovis ad occisionem.

nem ductus sit, non contendens, neque clamans sed sua sponte sequens. *Et relicto illo omnes fugerunt, &c.* Fugerunt discipuli, neque enim mentiri poterat veritas ipsa, neque propheta. Adolescentulus autem quispiam sequebatur. Hic adolescentulus erat quidam de domo, in qua comederant pascha. Quidam autem dicunt illum fuisse Iacobum fratrem domini, qui cognominabatur iustus. Hic enim vna veste vsus est per omnem vitam suam, qui & sedem Hierosolymitanam ab apostolis accepit post assumptionem domini. Et hic igitur, relicta iudone, fugit. Nihil autem nouit, si fugientibus præcipuis, quem dicitur dominum. Petrus vero sequutus est, amplioem erga dominum declarans amorem. Quum autem lex præcipere vnum esse pontificem per totam vitam, multi tunc erant, ementes quotannis à Romanis principatus. Pontifices itaque dicit eos, qui tempus suum iam exegerant, & pontificatum deposuerant. *Pontifices vero, & totum concilium querebant aduersus Iesum testimonium, &c.* Iudicij formam seruant illi, ipsi condemnatione digni, vt videantur illum cum iudicio occidere. Quomodo enim iudicium iustum, quum tales adfunt testes nihil sani, sed turbata, & inæqualia dicentes omnia? Et ipsi quoque, qui visi sunt dicere quiddam, mēdacier dixerunt. Non dixit enim; *Ego destruiam templum hoc, sed, soluite: & non dixit, manu factum: sed simpliciter, templum.* Pontifex autem surgit, & interrogat Iesum, volens ipsum ad defensionem trahere, vt vel ex defensione, & responso ipsum comprehenderet. At Iesus tacer, sciens illos non attenturos iis, quæ ab ipso dicerentur, id quod & Lucas dicit: quia, quum interrogaretur dominus, dixit, Si diero vobis, non credetis: sin interrogauero vos, non respondebitis. *Rursum summus sacerdos interrogauit, &c.* Rogat denuo pontifex, non vt dicat, & credat: sed vt caperet contra eum occasionem. Adiecit autem dictum; *Tu es Christus: etiam hoc filius Dei benedicti.* Multi enim fuerunt Christi, reges inquam, & pontifices, sed nullus horum fuit filius Dei, qui benedicendus, & laudandus. Iesus dixit; *Ego sum.* Sciebat enim quod non credituri essent, attamē respondit coactus, vt ne habeant postea, quod dicant, Si manifeste ipsum audiuisset hoc dixisse, credidisset, & propterea condemnatio eorum maior fuit, quia & nunc, quum audierunt, non crederunt. Et videbitis, inquit, me vt filium hominis à dextris sedentem patris. Virtutem enim, patrem hoc loco dicit. Non enim sine corpore veniet, sed qualis visus est ab iis, qui eum crucifixerunt. Itaque pontifex morem Iudeorum obseruat. Quando enim graue, & atrox quippiam eueniebat eis, dilacerabant tunicas. Ita & hoc loco quasi blasphemasset dominus, & malefactor magnus esset, discindit vestem pontifex. Rectè quis hoc Dauidis hic dicere, Discissi sunt: & non sunt compuncti. Verum signum hoc erat, tamen illi non intelligerent, rumpendum, & abolendum Iudeorum sacerdotum. Itaque quando communi pontificum suffragio condemnatus est, tunc ministri aboleuerunt illum, & ceciderunt, dixeruntque Prophetiza, quis est qui te percussit? Quid igitur pati & nos debemus, vt reddamus par domino? Horrore plena sunt hæc. *Et quæ esset Petrus in atrio inferius, venit vna ancillarum, &c.* Infirmus erat Iustus, tamen alacer esset, & præ timore turbatus

1009.2.

Luc. 22.

Psal. 14.

dominum abnegat, idque ab ancilla interrogatus. Permisit autem Deus singulari dispensatione fieri, vt ne extolleretur, & ad hoc, vt compateretur labentibus, & seipso eruditus, quanta sit humana imbecillitas, & fragilitas. Non refert siue vna, siue duæ ancillæ fuerint, quæ arguerint Petrum. Mattheus sanè istam non eandem dicit, Marcus vero eandem. Nihil autem nobis in hoc obstaculo ad euangelij veritatem. Nunquid enim in magno aliquo, & salutem nostram complectente discordant? Nunquid ille dixit quod crucifixus sit, & alius non? Absit. Igitur Petrus præmetu turbatus, & oblitus sermonis, quem dixerat dominus, quod eum, qui me abnegauerit, abnegabo & ego coram patre meo, negauit: sed penitentia, & lachrymæ illum ad Christum reduxerunt. *Et quum inuicisset, fleuit: hoc est, quum caput obuclasset, vel pro eo quod cepit magna uementia.* Iam quod Mattheus obscure dixit, quod priusquam gallus canter, interpretatus est Marcus, quia priusquam his canter, consueuerit enim galli vno tempore sæpe sonare, & postea dormire, & post tempus quoddam iterum cantum incipere. Quod igitur Mattheus dixit, hoc est, priusquam gallus canter, hoc est, implet clamorem primi cantus, negabis me ter. Erubescant Nouariani, qui eos, qui post baptismum, & sacramento communionem peccauerunt, non suscipiunt. Ecce & Petrus, suscepto immaculato corpore, & sanguine, quum negasset, propter penitentiam acceptus est. Sanctorum enim delicta ideo scripta sunt, vt & nos, si quando lapsi fuerimus, non animaduertendo, possimus in exemplum illorum respicere, & per penitentiam corrigi.

E t confestim diluculo, concilio inito, summi sacerdotis cum senioribus & scribis, &c. Tradiderunt Iudei Romanis dominum, traditi sunt & ipsi à domino vicissim Romanorum manibus. Et implētur scripturæ, quæ dicunt, *Væ, lege; mala erunt ei secūdum opera manuum suarum.* Et iterum, *Secundum opera manuum suarum da illis.* Sicut fecisti, ita erit & tibi retributio tua. Quum interrogasset Pilatus; *Tu es Rex Iudeorum?* Dominus dubium responsum dedit. Nam, *Tu dicis:* potest intelligi, quod verè dixisti: vel, dixisti id, quod sum. Iterum autem quum interrogatus esset, & nihil responderet, mirari fecit Pilatum. Admirabatur, quod quum legisperitus esset, ac eloquens, & qui posset per defensionem abstergere calumnias, nihil diceret, sed sustineret foriter calumnias. Vide autem sanguinarias Iudeorum mentes, & Pilati modestiam, quamuis etiam ipse cōdemnationem mereatur, eo quod non strenuè iustum defenderit. Nam illi quidem clamabant, vt crucifigeretur: ille autem, licet mollis, tentabat eripere à condemnatione Iesum, propterea iterum rogat; *Quid faciam Iesum?* Vndique occasiones offerens, vt dimitteretur Iesus innocens. Tandem succubens voluntati illorum flagellauit dominum, hoc est, cæcidit eum loris, vt putaretur accepisse pro tribunali cōdemnationem: & tradidit illis eum vt crucifigeretur. Volebat enim satisfacere plebi, hoc est gratificari, quantum possibile, non autē quod graui erat iusto, & Deo. *Milites autem abduxerunt eum intro in atrium, &c.* Militare genus semper conuitiis gaudet, ac tumultibus, & sibi simile est. Nam, quum Iudæi, qui plurimas auerterant doctrinas, & in quos multa collocata erant beneficia,

1010.1.

CAPIT. XV.

1011.

cia, taliter affecti erant, quid de gentilibus possimus dicere? *Conuocant itaque totam cohortem, hoc est, totum exercitum, & inuicem eum purpura, vt regem illudentes: & coronam pro diademate, & calanum pro sceptro assumunt hoc loco diabolorum socij. Angariant autem quædam, vt tollat crucem eius, quamuis alius euangelista dicat, quod batulans Iesus crucem exierit. Vtraque igitur facta sunt. Aliquando enim portauit ipse lignum: deinde autem, quum inuenissent aliquem, qui portaret, coegerunt illum, & postea gestata est ab illo crux. Quare autem dixit esse & quorundam puerorum patrem? Ad maiorem fidei confirmationem. Verisimile enim erat hominem adhuc viuere, & posse enarrare omnia, quæ in cruce facta. Porro feramus & nos purpuram, regalem vestem, vt exempli gratia quid dicam; Sicut reges ambulare debemus super serpentes, & scorpiones, & imperare peccato. Christiani enim dicimur, hoc est, vincti & ipsi, sicut tunc reges dicebantur Christi. Sit igitur vita nostra non seruilis, & illiberalis, sed regalis, ac libera. Feramus autem & coronam spinicam, hoc est, studeamus coronari asperitate, & continentia vitæ: non voluptuarie, neque delicate. Simus autem & Simon, quod est obedientia: & tollamus crucem Iesu, quæ mortificet membra nostra, quæ super terram sunt. *Et ducunt eum in Golgotha locum, quod est, si interpretaris, Caluarie locus, &c.* Traditio est, quæ à patribus vsque ad nos peruenit, quod Adam illic sepultus sit. Dominus itaque, qui lapsum, & mortem Adæ sanauit, illic crucifixus est, vt, vnde principium mortis, inde & mortis destructio. Dederunt autem illi bibere vinum myrrhatum. Myrrha autem amatissima est. Illudentes igitur hæc dederunt domino. Alius autem Euangelista dicit acetum cum felle, & alius aliud quod oblatum esse domino. & nihil in his contrarium. Quum enim nulla apud illos disciplina, alij alia offerebant, & alius quidem acetum, & alius vinum, quum myrrhatum. Fortasse & vinum acetosum erat, & amara myrrha: & hinc conuenient quod dicit ille myrrhatum vinum, alius verò acetum cum felle. Nam & vinum acetum dici potest, quia acetosum: & myrrha fel, quia amara. Neque in hoc dissonant, quod vnus dicit, Dabat ei bibere, ipse autem nō iubebat: & alter, Quumque gustasset, nolebat bibere. Omnino enim dicendo, non accepit, manifestauit, quod non biberit. Miserunt quoque fortes super vestes eius, & hoc ad illusionem eius facientes, quasi regis vestes diuiderent, quamuis nō ingentis pretij essent. Scripsit autem & titulum, hoc est, causam, propter quam crucifixus est, quasi rebellis, ac seditiosus esset, & seipsum regē appellasset: vnde omnes, qui prætergrederentur, non misereretur eius, sed magis iniremerent in eum quasi tyrannum. Quomodo autem Marcus inquit hora tertia crucifixum esse, Mattheus autem hora sexta factas tenebras? Dicendum, quod hora tertia crucifixus est: tenebræ autem incepserunt fieri ab hora sexta vsque ad horam nonam. Et cum latronibus crucifixus est, vt homines de eo male suspicarentur, quod & ipse vt malefactor esset crucifixus. Factum est autem hoc singulari dispensatione, impleta enim est propheta, Et cum iniquis reputatus est. Sunt & latrones duorum populorum, Iudeorum scilicet ac Gentium. Vtrique enim impij sunt, Gentilia,*

tanquam naturalis legis præuaricatores: Iudæi verò vt contemptores & huius, & eius, quam dominus dedit, legis. Sed hic quidē gentilis gratus sit, & respicitur: Iudæicus autē vsque ad finem blasphematus. Porro dominus inter duos populos crucifigitur. Ipse enim lapis est coniungens nos. *Et qui præteribant, conuertiabant illi, mouentes capita sua, &c.* Et qui præteribant, hoc est, qui transibant per viam, & ipsi blasphemabant dominum, improperantes ei vt impostori. Similiter autem & pontifices dicebant, Alios saluauit, seipsum non saluat. Hoc autem dicebant deridētes eius miracula, & vellicantes quasi phatistica fuissent. Nam operando miracula, saluos fecit multos. Diabolus autem incitabat illos vt dicerent, *Descendat nūc de cruce.* Quia enim cognoscebat author mali, quod salus per crucem fieret, iterum tentabat dominum, vt, si descenderet de cruce, certum foret ipsum non esse filium Dei, & sic periret salus, quæ per crucem, sed ille & Dei filius erat vere, & propterea minus descendit. Nam, si voluisset descendere, neque principio ascendisset. Sciens enim per hoc saluandos homines, sustinuit vt crucifigeretur, aliisque multa pateretur, perficereturque eius opus. Et qui simul crucifixi, exprobrabant, principio duo, postea vnus agnouit eum innoxium, sicut Lucas dicit, & increpauit alium blasphemantem. *Quum vero facta esset hora sexta, tenebræ ortæ sunt, &c.* Tenebræ factæ sunt non in vno loco, sed super totam terram: & si quidem fuisset tempus eclipysis, potuisset quis dicere naturale fuisse deliquium: nunc autem decima quarta fuit luna, quando iuxta naturam deliquium fieri impossibile. Clamat verò Iesus Hebraica voce propheticum, ostendens se vsque ad mortem Hebraica in honore habuisse. Cæterum quod dicit, *Cur me deseruisti?* ex persona humanæ naturæ dicit: quasi diceret, Cur me hominem dereliquisti, o Deus, vt prece Deum crucifixum pro me? Nos enim homines fuimus deserti, ille nunquam à patre derelictus fuit. Audi enim eum quid dicat, Non sum solus, inquit, sed pater mecum est. Vel etiam per Hebræis hoc dicit, erat enim Hebræus & ipse secundum carnem. Cur me, hoc est, cur Hebraicum populum deseruisti, vt crucifigerent filium tuum? Quemadmodum enim consueuimus dicere, Deus tulit me, hoc est, humanam naturam: sic & hoc loco, dereliquisti me, hoc est, vel meam humanam naturam, vel meum populum. Cucurrit verò vnus vt acetum ei potandum porrigeret, quod citius eum aceti conficeret amaritudo. Quum autem clamasset Iesus voce magna, expirauit, quasi irritans mortem vt dominus, & potestate sua moriens. Quæ autem vox illa fuerit, Lucas manifestauit. Pater, in manus tuas cōmendo spiritum meum. Etenim & hoc beneficium Christi est, quod nūc sancti spiritus in manus patris ascendunt, qui olim ab inferno tenebantur, donec veniret, qui prædicauit captiuus remissionem. *Et velum templi scissum est in duas partes à summo vsque ad imum, &c.* Scissum est velum, per hoc manifestante Deo; quod gratia spiritus è templo euolet, & quod sancta sanctorum omnibus conspicua, & accessibilia: quod & factum est Romanis ingressis. Et quod luceat etiam templum, idque quod in calamitatibus facere solent, quum vestes dilacerantur, hoc & templum quasi animatum esset, faciat, cōpatiens conditori suo patientem.

Luc. 23.

1009.16.

Sanctorum autem in manus patris nunc ascendunt.

ti, & vestes suas dirumpens: & aliud quiddam in hoc manifestatur. Caro ipsa velamentum est nostri templi, hoc est, metis. Itaque virtus, quam habuit caro aduersus spiritum, passionibus Christi dissoluta est, à summo vsque deorsum, hoc est, ab Adā vsque ad nouissimos homines. Etenim Adam sancti carō passionibus Christi, non vltra caro illius maledicta erit, neque corruptioni obnoxia, sed incorruptibilitate honorati sumus omnes. Porro Centurio (hoc est, qui centū pręerat) videns quod tam potenter, & sicut dominus mortis exirasset, admiratus est, & confessus. Vide autem ordinem conuersum. Iudæi maledicunt, Gentilis confitetur: discipuli fugiūt, mulieres manent. Erāt enim, inquit, ibi & mulieres, inter quas Maria Magdale ne, & Maria Iacobi & Ioseph mater. Et hæc Dei genitrix erat, quæ quatenus Iosepho desponsata fuit, mater erat & filiorū Ioseph, cuius filij fuere Iacobus, & Ioseph. Dicitur horū mater, hoc est nouerca: sicut & Ioseph vxor dicebatur, hoc est sponsa. Salome autē erat mater filiorū Zebedæi. Et aliæ quoque multæ nomina enim celebriorum tantū commemorauit. *Et quum iam venisset vespere, quomā erat pasche, &c.* Beatus Ioseph adhuc legi seruens, Christum, & Deum agnouit, ideo & laudatum audet facinus. Neque cogitabat, Diues sum, & diuitias amittere possum: si postulauero corpus eius, qui propter tyrannidem affectatā condemnatus est, accusabor à Iudæis. Nihil tale secum dicebat, sed omnia secus cogitans, petiuit vt sepeliret condemnatum corpus. Pilatus verō mirabatur quod iam mortuus esset. Putabat enim ipsum in agone luctaturum, sicut & latrones, interrogat autem & Centurionem, si dudum mortuus esset, hoc est, ante horam. Ioseph itaque accepto corpore mercatus est sindonem, in qua depositum inuoluit: & quod honore dignum, cum honore sepeliuit. Erat enim & ipse discipulus Iesu, sciens dignum honore dominum. *Et honestus,* hoc est pius, irreprehensibilis. Senator autem, quæ dignitas quædam erat, qua præditi cogebantur intendere iis, quæ foris erant, & multa læpe inde oriebantur pericula, propter fori malitiam. Audiant diuites, & publicis muneribus fungentes, quomodo Iosepho nihil obsistat ad virtutem senatoria dignitas, Ioseph interpretari possumus augmentum: Arimathæus verō, tollens hoc, concedat autem Deus, vt etiam nos sicut Ioseph ille fiamus semper aucti, & adicientes in cursu virtutis, ac tollentes hoc, id est, bonum: accipiamus verō corpus Iesu per communionem, & colloce-

Mater Iesu non uerca dicitur filiorū Ioseph. Sed huius opinionis communis sententia suadet.

mus in monumento exciso ex petra, hoc est in anima memori, quæ Deum non obliuiscatur. Sit autem anima illa ex petra excisa, hoc est à Christo, qui est petra, in qua consistere poterimus. Inuoluatur vero in sindone, hoc est, in corpore mudo suscipiatur. Nam sindon est animæ corpus quasi vestis. Oportet igitur non solum in anima pura suscipere diuinum corpus domini, sed in corpore puro. Cohibendum est autem & illud, non explanandum. Mytherium enim in contracto est, & occultum, & non cuius appetendum.

EVTHYMI ZIGABONI superioris Euang. expositio.

ERat autem Pascha, & azyma, &c. Pascha, & azyma vocat nunc Euangelista ipsum Pasche festum: quia in ipso carnes agni, & azyma comedebant. *At illi, cum audissent gauisi sunt, & promiserunt, &c.* Gauisi sunt autē, non solum, quia ipsum sine tumultu comprehensuri erant opportune à Iuda traditum, verum etiam, quod à suis discipulis odio haberi inciperet. *Et calefiebat ad lumen.* Ad lumen, quod ab igne producebatur, ita vt in propatulo esset iis, qui vna cum eo sedebant, ac omnibus, qui in atrio erāt. *Et recordatus est Petrus verbi, &c.* Non solum autem hoc dictum verbum præ timore, ac imbecillitate exciderat, verū etiā illud, quod dixerat, quicumque abnegauerit me coram hominibus, & ego abnegabo eum, &c. *Ceperuntque eum salutare.* Salutare significat hoc loco, compellare. *Patrem Alexandri, & Rufi.* Dixit, *Patrem Alexandri, & Rufi:* Vt pote qui adhuc vivebant, notique erant, dum hæc scriberet. Aiunt autem, hos sequutos esse Apostolos, quum in Christum credidissent. *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Atqui hora sexta crucifixus est, sicut dicit Ioannes. Quid ergo dicendum est: *Quod id, quod dicitur: erat autem hora tertia,* non trahitur ad id, quod additur, *Et crucifixerunt eum;* sed refertur ad principium eorum, quæ passus est Saluator. *Erat autem, inquit hora tertia,* quando videlicet pati cepit à militibus Pilati. Deinde, quod sequitur, per se legendum est, *Et crucifixerunt eum,* sexta videlicet hora. Mentio ergo tertiæ horæ, quæ fit à Marco, principium manifestat eorum, quæ passus est dominus. sexta vero, à Ioanne, finem ostendit, qui fuit crucifixio.

FERIA

FERIA III. HEBD. MAIORIS. L V C A E 22.

PASSIO DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI secundum Lucam.



In illo tempore appropinquabat dies festus azymorum, qui dicitur ^a Id est, prima dies azymorum post immolationem agni, scilicet xv. dies quæ erāt solennis. ^b Pascha. Et quærebant principes sacerdotum & scribæ, quomodo Iesum interficerent. ^c Timebant verò plebem. Intrauit autem Sathanas in Iudam qui cognominabatur Scarioth, vnum de duodecim: & abiit, & loquutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spondidit. Et quærebat opportunitatem, vt traderet illum ^d sine turbis. Venit autem dies ^e azymorum, in qua necesse erat occidi ^f Pascha. Et misit Petrum & Ioannem dicens: Euntes parate nobis Pascha, vt manducemus. At illi dixerunt: Vbi ^g qui non habemus tabernaculum. ^h vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans. Sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis parifamilias domus: Dicit tibi magister: Vbi est diuerforium, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostēdet vobis coenaculum magnum stratum: & ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis: & parauerunt Pascha. Et cum facta esset ⁱ hora discubuit, & duodecim ^k apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideravi hoc pascha ^l manducare vobiscum antequam patiar. Dico enim vobis: quia ex ^m hoc non manducabo ⁿ illud donec impleatur in ^o regno Dei. Et ^p accepto calice gratias egit & dixit: Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis dicens: Hoc est ^q corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc ^r facite in meam commemorationem. Similiter & ^s calicem, postquam coenauit dicens: Hic est calix ^t nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. ^v Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod ^x definitum est, vadit: Veruntamen vix homini illi per quem tradetur. ^y Et ipsi coeperunt quæere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse

^a Id est, prima dies azymorum post immolationem agni, scilicet xv. dies quæ erāt solennis.
^b Pascha. Et quærebant principes sacerdotum & scribæ, quomodo Iesum interficerent.
^c Timebant verò plebem. Intrauit autem Sathanas in Iudam qui cognominabatur Scarioth, vnum de duodecim: & abiit, & loquutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spondidit.
^d sine turbis.
^e azymorum, in qua necesse erat occidi
^f Pascha. Et misit Petrum & Ioannem dicens: Euntes parate nobis Pascha, vt manducemus. At illi dixerunt: Vbi qui non habemus tabernaculum.
^g qui non habemus tabernaculum.
^h vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans. Sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis parifamilias domus: Dicit tibi magister: Vbi est diuerforium, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostēdet vobis coenaculum magnum stratum: & ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis: & parauerunt Pascha. Et cum facta esset
ⁱ hora discubuit, & duodecim
^k apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideravi hoc pascha
^l manducare vobiscum antequam patiar. Dico enim vobis: quia ex
^m hoc non manducabo
ⁿ illud donec impleatur in
^o regno Dei. Et
^p accepto calice gratias egit & dixit: Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis dicens: Hoc est
^q corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc
^r facite in meam commemorationem. Similiter &
^s calicem, postquam coenauit dicens: Hic est calix
^t nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.
^v Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod
^x definitum est, vadit: Veruntamen vix homini illi per quem tradetur.
^y Et ipsi coeperunt quæere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse

maior. Dixit autem eis: Reges Gentium ^{z Per potentiam eos humiliantes.} dominantur eorum, & qui ^{a Largendi.} potestatem habent super eos, benefici vocantur. ^{b Quia etiam eorum que distribuitis, non auctores, sed dispensatores estis.} Vos autem non sic: Sed qui ^{c In virtutibus.} maior est in vobis, fiat sicut ^{d Humili reputatione.} minor, & qui ^{e Gradu dignitatis.} præcessor est, sicut ministrator. Nam quis ^{f Secundum iudicium seculi.} maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permanistis mecum in tentationibus meis: Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater ^{g Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, fruendo, scilicet desiderato olim & amato gaudio veri boni.} meus regnum, ut ^{h Men.} edatis & bibatis super ^{i Sicut ergo orando te protegi ne deficeret, sic tu infirmiores fratres exemplo tuæ penitentia confortare de venia desponsit.} mensam meam in regno meo, & sedeat super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Ait autem dominus Simoni: Simon, ecce Satanas expetiuit vos ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus, ^{k Prædicta.} confirma fratres tuos: Qui dixit ei, Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. At ille dixit: Dico tibi Petre non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis: Quando misi vos sine sacco & pera & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet saccum tollat similiter & peram. Et qui non habet vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis: quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me. Et cum iniquus deputatus est. Et enim ea ^{l Impletionem.} que sunt de me, ^{m Secundum alios in villam que dicitur Gethsemani.} finē habēt. At illi dixerunt: Domine, ecce gladij duo hic. At ille dixit eis: Satis est. Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum. Sequuti sunt autem illum & discipuli. Et cū peruenisset ad ^{n Ut humilitatem mentis habitu corporis ostendat.} locum dixit illis: Orate ne intretis in tentationem: Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis: & positus ^{o In se euerrens quod ex hominis persona tenuerat trepidantem ex Dei filij potestate confirmat.} genibus orabat, dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum a me: ^{p Homo factus eo modo est confortatus, quo & contristatus. Nam si nobis tristis est, id est, propter nos tristis est, necesse est, ut etiam propter nos confortatus sit & nobis.} Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cælo ^{q Præ tristitia somnum vincere non possunt.} confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cū surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ ^{r Appar, quia pro illis orauerat, quos monet orationum suarum vigilando & orando particeps existere.} trititia. Et ait illis: ^{s Id est, ne in vos calix meæ passionis incumbat.} Quid dormitis? Surgite, orate, ne ^{t Factum congruit mutare menti: iam enim cum sustibus, qui quamdiu cum pace fuit, tranquillius se egit.} intretis in tēnationem. Adhuc eo loquente, ecce turba, & qui vocabatur Iudas vnus de duodecim ^{y Vt hoc signo dignoscere eum quem tenerent.} antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, ut ^{z Id est, non mouet vos quod futurum est.} oscularetur eum. Iesus autem dixit ei: ^{a Nunguam pietatis obliuiscitur qui nec hostes suos pariter vulnerat.} Iuda ^{x Instrumento pacis, mortem itro gas seruus dominum, discipulus magistrum prodit.} osculo filium hominis tradis. Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus ait: ^{y Petrus eodem ardore mentis, quo cætera zelus fuit Phinees.} Sinite vsque huc. Et ^{z Id est, non mouet vos quod futurum est.} cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum & magistratus templi & seniores: Quasi ad latronē existis cum gladiis & fustibus. Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me. Sed hæc est ^{a Notis nequitie vestre congrua.} hora vestra, & potestas tenebrarum. Comprehen-

dentes autem eum, duxerunt ad domum principis ^{b In hoc dixerunt à cæteris.} sacerdotum. ^{c Diuisus ab aliis.} Petrus verò ^{d Hoc est deuotionis.} sequebatur eum à ^{e Hoc est timoris naturæ.} longe. Accenso autem igne in medio atrij, & circumfidentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille ^{f Quod negat Petrus, obreptionis est: quod penitet fides.} negauit eum dicens: Mulier, non noui illum. Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus verò ait: O homo nō sum. Et interuallo facto quasi horæ vnus, alius quidam affirmabat dicens: Verè & hic cum illo erat: nam & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis: Et continuo adhuc illo loquente, cantauit gallus. Et conuersus dominus ^{g Respexit dominus, ut recordaretur Petrus quia misericordia ad penitentiam vocat.} respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi domini, sicut dixerat: quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amarè. Et viri qui tenebant illum, illudabant ei cædentes. Et velauerunt eum & percutiebant faciem eius: & interrogauerunt eum, dicentes: Prophetiza: Quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est dies ^{h Vide quam solliciti in malo, tota nocte vigilarunt ut facerent homicidium.} conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotum & scribæ: & duxerunt illum in concilium suum dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixerō, non credetis mihi. Si autem & interrogauerō, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit ^{i Ego, quem ut hominem despiciatis, per supplicium crucis ero exaltatus, & habens nomen quod est super omne nomen.} filius hominis sedens à dextris ^{k Cum infirmus appaream.} virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius Dei? Qui ait: Vos dicitis: quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc ^{l Quod se Christum & filium Dei dicit.} desideramus testimonium? Ipsi enim audiuius de ore eius.

CAP. XXIII.

ET surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum ^{a Impij nihil verisimile quod obicere possent, inueniunt. Et ideo sicut Marcus ait: Non erant conuenientia eorum testimonia.} accusare dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & ^{b Cum ipse dixerat: R eddite que sunt Cæsaris, Cæsari, & que sunt Dei, Deo.} prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Pilatus autē interrogauit eum, dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Commouit populum docens per vnuerfam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc: Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit, si homo Galilæus esset. Et ut cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum: eò quòd audierat multa de eo: & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse ^{c Mellior est causa que non defenditur, & probatur. Susanna tacuit & vicit. Accusatur & tacet, qui defensione non indiget, ambiunt defendi qui timent vinci: nec accusationem confirmat tacendo, sed despicit non repellendo.} nihil illi ^{d Spreuit Herodes & exercitus ut omnes in eadem culpa pares monstrarentur.} respondebat. Stabant autem principes sacerdotum & Scribæ cōstanter accusantes eum. ^{e Mellior est causa que non defenditur, & probatur. Susanna tacuit & vicit. Accusatur & tacet, qui defensione non indiget, ambiunt defendi qui timent vinci: nec accusationem confirmat tacendo, sed despicit non repellendo.} Spreuit autē illum Herodes cum exercitu suo & illudit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. Nam antea inimici erant adinuicem. Pilatus autem, conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis.

Sed neque Herodes. Nam remisit vos ad illum: & ecce nihil dignum morte actum est ei. ^e Emendatum ergo illum dimittam. ^f Necessse autem habebat dimittere eis per diem festum s vnum. Exclamavit autem simul vniuersa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium missus in carcerem. Iterum autem Pilatus loquutus est ad illos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabant dicentes. Crucifige, & crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo, & illum dimittam. At illi instabant vocibus magnis, postulantes vt crucifigeretur: & inualescebant voces eorum. Et ^h Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesum verò tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam ⁱ Cyrenensem venientem de villa, & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Sequēbatur autem illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebāt & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus dixit: Filie Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beata steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: cadite super nos: & collibus, operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluarie, ibi crucifixerunt eum & latrones: vnū à dextris, & alterum à sinistris: Iesus autē dicebat: Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Videntes verò vestimenta eius, miserunt sortes. Et stabat populus expectans, & deridebant illum principes cum eis, dicētes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei, electus. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes & dicentes: Si tu es rex Iudæorum saluum te fac. Erat autem & superscriptio scripta super eum literis ^k Græcis, Hebraicis & Latinis: Hic est rex Iudæorum. Vnus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac teipsum & nos. Respondens autem ^l alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi: ^m hodie mecum eris in paradiso. Erat autem ferè hora sexta, & ⁿ tenebræ factę sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam. Et obscuratus est sol, & velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna Iesus, ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens expirauit. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: Verè hic homo iustus erat & omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutiētes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à plonge, & mulieres quæ sequuntur erant eum à Galilæa hæc videntes. Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio,

^e Flagris & ludibriis quantum iuberetis afflicti, dominus do ne scitatis innoxium: san guinem. ^f Non imperiali legis functione, sed annu gentis cui per talem gaudebat placere deus confuendine. ^g Data optioe eligendi quem vellent, quia pontifices excitauerant turbam, vt magis pererent Barrabam. ^h Videns quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret. ⁱ Iudex nec inuidia cedere debuit, nec timori. ^k Cyrene quæ est ciuitas Helicis. ^l Vt omnis lingua constetur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. ^m Forte & ille conuiciarius prius est, sed repente conuersus. Nec mirum sic conuerso cito ignoscit, qui etiam insulstantibus veniam dabat. ⁿ Saltem hic deberes querere liberationem. ^o Tenebræ effuse sunt oculis presidorum, vt filici lumen resurgeret. ^p Elongati à me amicis, & proximi, & n. m. ami.

^q Decurio est qui de ordine curie est, & officium curie administrat. ^r Quia & ipse discipulus Iesu, sed occultus, vitans prius inimicitias Iudæorum: sed in hoc extremo officio minus curat de illis. ^s Ipse est Ramatha Helicanus, & Samuclis ciuitas in regione Thamicca iuxta Decapolim. ^t Si signatus esset, ad principem non accederet, nec corpus impetraret. ^u Arimathia ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnū Dei: Hic ^v accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu: & depositum inuoluit syndone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.

A PROPINQVABAT, &c. Qui dicitur pascha, &c. Pascha non à passione, sed à transitu nominatur, quod illa die transiit exterminator per Ægyptum, vel dominus liberans populum suum, quo nomine significabatur agnum in hac die de mundo ad patrem transiit. Inter Pascha verò & azyma hoc distat, quod Pascha vocatur solus dies, in quo agnus occidebatur ad vespērā, id est xiiij. luna primi mensis dies azymorum erant à xv. luna vsque ad xxj. diem eiusdem mensis. Sed euangelistæ indifferenter ponunt, & diem azymorum pro Pascha, & Pascha pro diebus azymorum: vnde hic Lucas: Dies festus azymorum, qui dicitur Pascha, quia & Paschæ dies in azymis panibus celebrari præcipiebatur. Et nos quasi perpetuum Pascha facientes, semper ex hoc mundo transire præcipimur: vno die immolato agno ad vespēram sequuntur septem dies azymorum, quia Christus in plenitudine temporū semel pro nobis passus, toto tempore seculi (quod septem diebus agit) in azymis sinceritatis & veritatis præcepti esse viuendum. Et quærebant, &c. Hæc ante biduum Paschæ congregatis principibus sacerdotum & scribis in atrium Cayphæ, Matthæus gesta testatur. Intravit. Dicit Ioannes, quod post buccellam à domino traditam intrauit satanas in Iudam. Sed & ante buccellā inuaserat eum satanas: & quem prius intrauerat vt deciperet, postmodum intrauit, vt iam sibi traditum plenius possideret. Venit autem dies. Licet sequenti die, id est quintadecima luna sit crucifixus, hæc tamen nocte qua agnus immolabatur: & carnis sanguinisque suis discipulis sacramenta celebranda tradidit, & à Iudæis tentus & ligatus, ipsius immolationis, id est passionis suæ sacravit exordium. Ecce introeunt. Sicut Deus cunctorum præcius, cum discipulis loquitur de his quæ alibi geruntur. Et bene paraturis Pascha amphoram aquæ portans occurrit, vt ostendatur, quod huius Paschæ mysteriū pro ablutione mundi per aquam baptismi sit celebrandum: vbi veri Paschæ cultoribus typicus de limine cruor auferret, & ad tollenda peccata viuifici fontis baptismi consecratur. Amphora, significat perfectā mensuram expleti temporis, quo dignum erat hæc geri. Homo amphoram. Sine nomine designatur, vt pauper & ignobilis æstimetur, qui à domino eligitur. Cuius sanctitas in hoc apparet, quod in strato eius dominus cum discipulis, cum sublimiū virtutum delectatione requiescit. Sequimini. Consulit prætermittantur nomina, vel baiuli aquæ, vel domini domus, vt omnibus volentibus imbuatur sacramentis Christi (quod est Pascha celebrare) Christum suæ mentis hospitio suscipere quæ-

rentibus, facultas danda signetur. Consuevit magnum. Spiritualis est lex, quæ de angustiis literæ egrediens in sublimi loco recipit saluatorem. Qui in litera remanet, in imis Pascha facit: sed qui aquæ baiulum, id est gratiæ præconem in domum ecclesiæ sequitur, transcendens literæ superficiem: in mentis folio refectionem parat Christo, dum cuncta vel Paschæ sacramenta, vel cætera legis decreta de eo intelligit scripta. Desiderio desiderat. Desiderat primò typicum Pascha manducate, & sic passionis suæ mysteria mundo declarare, vt antiqui Paschæ probator existat, & hoc ad suæ dispensationis figuram pertinuisse demonstrans: iam adueniente veritate vmbra cessare debeat. In cuius rei figura defecit manna, postquam comedunt filij Israel de frugibus terræ, nec vlt sunt vltra cibo illo. Non mandu. Non vltra Moyseum pascha celebrabo, donec in ecclesia quod est regnū Dei spiritualiter intellectum compleatur. In hoc regno vsque hodie manducat Christus, cum ea quæ Moyles rudi populo carnaliter obseruanda præcepit, in membris suis spiritualiter exercet. Et accepto calice. Hic calix ad verum Pascha cui finem imponebat pertinet: quo accepto gratias agit: ideo scilicet quia vetera transferunt & noua omnia erant ventura. Gra. e. Ostendit quid quisque facere debet in flagello culpæ propriæ, cum ipse æquanimiter flagella tulit alienæ. Di. enim vo. Sicut typicum esum agni, sic & typicū paschæ potum negat se bibiturum, donec offensa resurrectionis gloria, regnum Dei, id est fides mundi adueniat: vt per horum duorum immutationem sacramentorum, cætera legis sacramenta vel iussa ad spiritualem obseruantiam doceat transferenda. Potest tamen simpliciter accipi, quod ab hora cœnæ vsque ad tempus resurrectionis quo in regno Dei erat venturus, vinum non erat bibiturus. Post resurrectionem enim cum discipulis manducauit & bibit. Et ac. Finitis veteris paschæ solenniis transit ad nouū, quod in suæ redemptionis memoria ecclesiam frequentare desiderat, vt pro carne, & sanguine agni suæ carnis, & sanguinis sacramentū in panis, & vini figura substituatur. Frangit & porrigit, vt ostendat sui corporis fractionem non sine sua sponte futuram. Agit gratias de veteribus terminatis, & nouis incipiendis. Pa. Quia panis corpus confirmat, vinum operatur sanguinem, Myllie hoc ad corpus, illud ad sanguinem Christi refertur. Verum nec panis sine aqua conficitur, nec vinum sine aqua offertur. Per aquam populus signatur, qui nec Christi passione saluatur, nec sine cuius amore Christus passus. Oportet ergo vt nos ei vniamur & ipse in nobis maneat, & nos in eo. Ve. ec. Sicut de passione prædixit, sic prædixit & de proditore, vt videns se latere non posse, pœnitent facti. Nec designat ex nomine, ne manifestè correctus impudentior fiat. Mittit ergo culpam in numero: vt conscius pœnitent

In illis.
 Iam 14.
 Iam 16.
 Iam 17.

2. Cor. 5.
 2. Cor. 5.
 2. Cor. 5.

penitentiam agat. Prædixit & poenam, vt quem pudor non cōcuerat, denunciata supplicia cōtrecant. *Ma. traden.* Exemplo Iudæ filium hominis tradit, qui illud inuolabile dominici corporis sacramentum violare præsumit. Vendit, qui eius timore & amore neglecto caduca amare conuincitur & criminosa. *Fa. est au. con. Bed.* Causa contentionis nobis incognita, sed non est incredibile, quia iuxta quod alibi præcipitur: Contendite intrare per angustam portam, honore se inuicem præueniendo certarent. Sed qualibet ex causa contenderint, non quid adhuc carnales gesserint, sed quid spiritualis magister iusserit: videamus. *Ambr.* Cauemus ergo impendit, id est sedulo, ne qua inter nos de prælatione possit esse contentio. Si enim contendebant apostoli, non exultationi obtenditur: sed cautioni proponitur. Omnibus vna datur forma sententiæ: vt non de prælatione iactantia sit, sed de humilitate contentio: *Di. au.* Pius magister non in itæ contentionis arguit, sed formam humilitatis quam sequantur describit, quasi dicat. Vos more secularium per prælationem peruenire vultis ad regni possessionem: sed ad summam virtutum non potentia venit, sed humilitate. Necessè est autem vt correctionem subditus, & matrem pietas, & patrem exhibeat disciplina: aut ne districtio rigida, aut pietas sit remissa. *Nam quis ma. est.* Ad verba exhortationis explendæ exemplum de se ponit. Hinc Ioannes scribit: Si ego laui pedes vestros dominus in carne gessit, non tantum prædicando vel miraculis adinonendo, sed etiam animam quam pro nobis accepit ponendo, vt & nos pro inuicem ponere animas discamus. *Ego au. in me. Bed.* Ego ministro, vos autem recumbitis. Et proponit causam: quia. *Perman. mecum.* Infirmitas mea non conturbauit vos, sed in bono cæpto perseverastis. Sicut ergo mihi perseveranti vsque ad mortem dedit pater nomen quod est super omne nomen, sic & ego perseverantes vos mecum ducam ad æternum regnum. Intelligendum est Iudam iam recessisse, & multos alios iam retro abisse, auditis verbis incomprehensibilis sacramenti, quando hæc loquebatur dominus. *Et se. super thro.* Hæc mutatio dextræ excelsum: vt qui humiles nunc gaudent ministrare conferuis, tunc sublimes super mensam domini perpetuis dapibus alantur: & qui in tentationibus iniunctè iudicati cum domino permanent, illic cum eo super tentatores suos iusti iudices veniant. Quanto enim hic despectiores, tantò illic maiori culmine potestatis excreverunt. *Indi. duo.* Per duodecim, non duodecim personæ, sed multitudo iudicantium significatur: propter duas partes septenarij, quo vniuersas significatur, id est tria & quatuor, per quas xij. multiplicantur. *Ait au. do. si.* Ne gloriantur xij. quod soli de tot millibus cum domino in tentationibus permanisse dicerentur, admonet eos eadem procella potuisse conterti, nisi diuina gratia fuissent protecti. Cum verò satanas expetit tentare, & velut qui triticum purgat ventilando cōcutere, docetur nullus à diabolo, nisi Deo permittente tentari. *Eccc Sa.* Satanas bonos ad cribrandum petit, cum ad eorum afflictionem æstibus anhelat malitiæ. Quo enim inuidens eorum tentationem appetit, eo illorum quasi probatio-

Supr. 13.
Rom. 12.

Joan. 13.

Philip. 3.

Psal. 76.

nem deprecans petit. *Ego au. ro.* Non vt tenteris, sed ne deficiat fides tua: vt post lapsum negationis ad pristinum statum poenitentibus resurgas. Vitale est enim sanctis & tentationibus examinari, vt vel tentati quàm fortes fuerint appareat, vel cognita per tentationem sua infirmitate fortiores fieri discant: & sic cum probati fuerint, accipiant coronam vitæ. *Qui di. et. do.* Quia dominus dixerat se pro Petro orasse, conficius ille præsentis affectus & seruatus fidei: sed nefcius casus futuri, non credit se ab eo posse deficere. Sed ille qui nouit quid sit in homine, ne quis de suo statu incaute confidat, vel de casu incautus diffidat: sicut Deus modum, tempus, numerum negationis eius prædicat, & sicut misericors auxilium suæ defensionis promittit. *Quando nisi vos si.* Non eadem regula viuendi persecutionis tempore qua pacis discipulos informat. Missis siquidem discipulis ad prædicandum, ne quid tollerent in via præcepti, ordinans, scilicet vt qui euangelium nunciat, de euangelio viuat. Instante verò mortis articulo, & tota illa gente pastorem simul & gregem persequente, congruam tēpori regulam decernit, permittentes necessaria victui, donec sopita periculis infantia tempus euangelizandi redeat. *Sed nunc qui.* In hoc nobis quoque datur exemplū, vt nonnunquam causa instanti, quædam de nostri propositi rigore sine culpa possumus intermittere. Verbi gratia: Si per inhospitales regiones iter agimus, plurima viatici causa licet portare quàm domi habeamus. *Et qui non ha.* Gladium vel habitum sumere, vel non habitū iubet emere, vt sciant legentes nō facultate resistendi deesse discipulis, sed amore magistro potius inesse patiendi, vbi etsi nulla alia causa esset euaginandi gladium, sufficere potest illa, vt amputata serui auricula, tactu domini sanaretur. In quo admonemur, ne irā percussu sustineamus, sed fidem resurgenti suscipiamus. Quare verò sacculum & peram & gladium tollere iubet subdit, scilicet quia ipse passurus, & cum iniquis erat deputandus, id est cum latronibus, in quorum medio esset crucifixus. Vel cum inferis ad quos per mortem erat descensus, vt educeret eos victos de lacu, vbi non est aqua. Mystice. Est gladius spiritualis, vt vendas patrimonium, & emas verbum Dei quo nuda mentis penetralia vestiuntur. Est etiam gladius, passionis, vt exuas corpus, & immolata carnis exuuiis ematur tibi corona martyrij. Deniq; vt scias quia de passione locutus est, ne turbaret discipulorum animos, de se exemplū supponit. Quomodo adhuc hoc quod scriptū est, &c. *Eccc gladij duo.* Duo gladij promuntur, vnus noui, alter veteris Testamenti, quibus aduersus diaboli munimur insidias. Et dicitur: *Satis est.* Quia nihil deest ei, quæ vtriusque Testamenti doctrina munierit. *Satis est.* Duo gladij sufficiunt ad testimonium sponte passi saluatoris. Vnus qui & apostolis audaciam certandi pro domino & euulsa icthæ ensis auricula domino etiam morturo pietatem, virtutemque medicandi inesse doceret. Alter qui nequaquam exemptus vagina, ostenderet eos non totum quod potuerit, pro eius defensione facere permittos. *Et egressus ibat.* Tradendus tuum in loculo suum: quod post factum apparet dixisse Iesum. *Ser. prin. sacer.* Mystice: Seruus est populus Iudæorum, principibus, subiectis indebitè mancipatus, qui in passione domini dexteram aurem, id est, spiritualem intelli-

100-11
20-10

101-9

102-5

ros designaret, altissimo sancti spiritus charismate confirmandos. *Orate ne intretis in tentationem.* Impossibile est hominem non tentari, nec ait: vt non tentemini, sed ne intretis in tentationem. *Orate,* id est, ne tentatio vos superet, & intra casses suos teneat. *Et ipse auulsus est.* Dato apostolis præcepto orandi, & ipse auulsus est ab eis. Solus orat pro omnibus, qui solus pro omnibus passurus erat, innuens orationem suam tantum quantum & infirmos a nostra distare. *Iactus est lapis.* In hoc mystice innuit: vt in idipsum dirigant lapidem, id est vsque ad ipsum perducant intentionem legis, quæ scripta erat lapide vsque ad illum enim potest peruenire ille lapis, quoniam finis legis est Christus omni credenti ad iustitiam. *Orabat.* Orat non tã timore patiendi, quàm misericordia prioris populi, ne ab illo bibat calicem propinatum. Vnde & signanter dicit: istum, id est populi Iudæorum qui non habent excusationem ignorantia in meam mortem quia quotidie annuncior illis in lege & prophetis. Si ergo fieri potest, vt sine interitu Iudæorum credat multitudinem gentium, recuso passionem. Si verò illi excæcandi sunt, vt alij videant: non mea sed tua fiat voluntas. *Pa. si vis.* Ambro. Pro me doluit, cum pro se nihil habuit quod doleret. Suscepit enim tristitiā meam, vt mihi largiretur suam lætitiā. Confidenter ergo tristitiam nomino, qui crucem prædico. *Permutamen non mea.* Appropinquans dominus passioni, infirmantium vocem & timorem vt abstraheret in se suscepit, & rursus per obedientiam fortitudinem mentis ostendit vt cum nobis immineret quod fieri nolimus, sic per infirmitatem petamus ne fiat, vt tamen per fortitudinem parati sumus ad implendam conditoris voluntatem potius quàm nostrā. *Et factus est su.* Appropinquante morte certamen mentis nostræ in se expressit, qui merito quandam vim terroris patimur, cum post pusillū sumus inuenturi quod in æternum duret. *Sanguinis decurrerunt in terram.* Per terram sanguine irrigatam declaratur, quod effectum sue precis iam obtineret, vt fidem, scilicet discipulorum quam terrena adhuc fragilitas arguebat, suo sanguine purgaret: & quidquid illa scandali de morte eius pertulisset, hoc totum ipse moriendo deleteret: sed & totum mūdum peccatis mortuum ad vitam resuscitaret. *Vt oscularetur.* Suscipit dominus osculum, non quod simulare nos doceat: sed vt nec proditorem refugere videretur, & plus afficeret proditorem, cui amoris officia non negaret. Vnde dicitur. Cum his qui oderunt pacem etiā paci. *Domine si percutimus in gladio.* Ordo. Cum interrogassent dicentes: Domine, si percutimus in gladio. Tunc respondit: *Sini. vsque huc.* id est, non vos moueat quod futurum est. Permittendi sunt hucusque progredi, vt me apprehendant: & impleantur quæ de me scripta sunt. Sed inter moras verborum interrogantium & respondentis, Petrus auditate defensionis maiore commotione pro domino percussit. Sed non potuerunt simul dici, quæ potuerunt simul fieri. Non ergo dicitur: *Sinite vsq; huc:* quasi domino placuerit factum Petri, cum apud Matthæum legatur dixisse: *Conuertere gladium tuum in loculo suum:* quod post factum apparet dixisse Iesum. *Ser. prin. sacer.* Mystice: Seruus est populus Iudæorum, principibus, subiectis indebitè mancipatus, qui in passione domini dexteram aurem, id est, spiritualem intelli-

gentiam perdidit. Sinistra, id est, vilitate literarum contentus, non Petro tollente, sed diuino iudicio ablatam pendente. Quæ auris in his qui credere maluerant, pietate domini restituitur. Vel auris amputata & sanata, signat auditum ablata vetustate innouatum, vt sit in nouitate spiritus, & nō in vetustate literarum. Quod seruus inuentus est, pertinet ad illam vetustatem quæ generat infirmitatem, quæ est agar. Sed cum accessit sanitas, figurata est libertas. Vnde & nomē serui Malchus, id est rex vel regnaturus: quia regnabit cū Christo, cui auditus innouatur. *Vene. ad se prim.* Iuxta alios euangelistas non venerant ad Iesum principes sacerdotum & magistratus, sed in arrio Cayphæ expectauerant. Sed quia illi de necesse domini ita agebant, vt quasi innoci viderentur: cum per discipulum traditus, à tribuno & turbis comprehensus, à præside damnatus, à Romanis crucifixus, à populis etiam Barrabas est electus, volens euangelista eos maximè esse reos, quorum consilio cuncta gerebantur, dicit eos venisse ad comprehendendum saluatorem qui suæ iustionis potestate venerunt. *Qua. ad la.* Stultum est cum gladiis & fastibus querere, qui vltro se eorum offerret manibus: & in nocte quasi latitantem & vestros oculos declinantem inuestigare per proditorem, qui quotidie in templo docet. Sed ideo aduersum me in tenebris congregamini, quia potestas vestra qua contra lucem armamini, in tenebris est. *Prim. sacer.* Cayphæ, qui pontificatum vnus anni pretio sibi emerat à Romano principe: prius tamen ad Annam vt Ioannes ait: *Seque. à lon.* Merito à longè qui in proximo fuerat negaturus. Significat ecclesiam imitaturam Christi passionem longè differenter: quia ecclesia patitur pro se, Christus pro ecclesia. *igne in me.* Ignis cupiditatis in finitū maligni spiritus accensus, in arrio Cayphæ ad negandum & blasphemandum Deum linguas perfidorum armabat. Quod enim intus in domo principis sacerdotum maligna synodus gerebat: hoc ignis inter frigora noctis foris accensus typicè demonstrabat. Hoc frigus ad horam torrens Petrus, quasi prunis ministrorum calefere cupiebat: quia temporalis commodi solatiū perfidorum societate quærebat. Sed hanc infidelitatem domino respiciente reliquit, & post resurrectionem in captura piscium, cum prunas positas: & piscem superpositum vidisset, cor suum prunis amoris inflammavit. *Ancil. quædam.* Cur prima ancilla prodit, cum viti magis poterant cognoscere? Nisi vt iste sexus ostendatur in necesse domini peccasse, per passionem redempturus. Et ideo mulier prima resurrectionis mysterium accepit, & mandata custodit: vt veterem præuaricationis errorem aboleret. *At ille nega.* Non in monte, non in templo, non in domo sua Petrus negat: sed in prætorio Iudæorum, in domo principis sacerdotum, vbi non est veritas, vbi Christus captus & ligatus. Quid nisi erraret, quem intromisit ostiaria Iudæorum? Eua malè induxit Adā. Petrum malè introduxit femina. *Ho. ne. quid di.* Non solum negat Christum, qui dicit illum non esse Christum: sed etiam qui cum sit negat se esse Christianū: & ita impletur quod dicit dominus: Tu me negabis. *Galilæus est.* Hierosolymita & Galilæi æque sunt Hebræi & vnus linguæ, sed vnaquæque pronuncia habet suas proprietates, vernaculum loquendi sonum mutare non potest.

Rom. 1.
Galat. 4.

Joan. 8.

Joan. 11.

Gen. 3.

Et conti.

Et conti. Post tertiam negationem sequitur galli cantus. Sacramenta rerum per statum temporum designantur: Media nocte negat, galli cantu penitet: Post resurrectionem sub luce quem ter negauerat, ter se amare professus est: quia qui in tenebris obliuionis errauit, speratam iam lucis rememoratione correxit & eiusdem veræ lucis præsentia plenè quidquid nutauerat erexit. Mysticè, Gallus aliquis doctorum est qui somnolentis increpans ait: Euigilate iusti & n. p. Quoddam Petrus ante primum galli cātum negat, eos significat, qui Christum ante resurrectionē Deum esse non putauerunt, morte eius turbati. Quoddam bis ante secundum galli cantum negat, illos significat, qui nunc in illo secundum hominem vel secundum Deum in vtraque substantia errant: & ideo veritatem negant. Primus galli cantus est domini resurrectionis in seipso. Secundus eiusdem in corpore ecclesiæ. Et con.do. Intuitu prouocauit ad lachrymas, quasi in mentem ei reducens quotiens negauerat, quod ei prædixerat, nec potuit in tenebris remanere quem lux mundi respexit. Et egr. fo. Ab impiorum cōsilio seclusus, culpam lauat, quæ non intus ob hoc permissus est hæsitare, vt in ecclesiæ principe conderetur remedium penitentia: & nemo auderet de sua virtute conhdere. *Ilud. ei ca.* Impleta est propheta: In virga percutietur maxilla iudicis Israel. Et item: Dedi maxillam meam alapis. Sed qui tunc cadebatur colaphis Iudæorum: nunc ceditur blasphemis falsorum Christianorum. Velauerunt faciem, nō vt eorum scelera non videret, sed vt à se (sicut quondam Moyfi fecerunt) gratiam cognitionis eius abscondant. Si enim crederent Moyfi, crederent & domino. Hoc velamen vsque hodie manet super corda eorum sed credentibus est ablarum, cum illo moriente velum templi scissum est. *Prophe.* Contumelia in eum qui se prophetam dicebat. Sed & hæretici, & Iudæi, qui vsque hodie Christum negant, & mali Christiani, qui reprobis actibus exacerbant, dum suas cogitationes & opera tenebrarum ab illo videri non putant, quasi illudentes aiunt: *Pro. quis est qui te perc. Si tu es Chri.* Non veritatem desiderant, sed calumniam parat. Intelligebant Christum purum hominem de Dauid nasciturum: Secundum hoc ergo quærant, vt si diceret: Ego sum Christus, calumniaretur quoddam sibi arrogaret regiam potestatem. *Si vo. dixit.* Sæpe dixerat se esse Christum. Interrogauerat etiã eos, quomodo dicerent Christum filium Dauid, cum eum Dauid dominum vocet: vt per hoc ad credendum Deum prouocaret: sed illi nec dicenti credere, nec interroganti respondere, nec eum qui innocuus erat dimittere volebant. *Ex hoc au.* Qui semen Dauid calumniari quærebant plus etiam audiunt: quoddam per contemptum sit venturus ad gloriam. *Vos di.* Ita temperat responsonem, vt & verum dicat: & sermo calumnia non pateat. Maluit se Christum filium Dei probare, quàm diceret vt condemnandi causa tolleretur his, qui factentur quod obijciunt. *Ipsè e. au.* Vbi dixit: Erit filius hominis sedens ad dexteram virtutis Dei: & v. d. quia e. f. Sua se sententia damnant qui eum morti tradunt quem oris & operis sui testimonio Deum esse cognoscunt.

CAPVT XXXIII.

Dixerunt illum. Tradiderunt Romanæ potestati, vt eo modo Iudæi ab eius interfectione alienos se esse ostenderent: in quo non eorum

innocentia, sed insania monstratur. *Pilatus autem.* Cum duo obiecta fuerint, scilicet quoddam attributa reddi prohiberet, & se Christum diceret. Pilatus potuit audire quod de tributis dixerat: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari: & inde hoc quasi apertum mendacium nihil pendens, solum quæ nesciebat quæsit. *Tu dicit.* Eodem verbo quo principibus sacerdotum, respondet & præfidi, vt propria sententia ambo condemnentur. *Nil inue.* Prædica quàm pateretur dominus, ait discipulis: Venit princeps mundi huius, & non habet in me quiddam. Sed quia princeps, id est, Pilatus eum absoluit, in quo nihil dānationis inuenit, vide quid agant Iudæi, qui non æquitas amore verum inuestigant: sed inuidiæ stimulo iustum damnare laborant. *Com. po.* Non illum, sed se accusant. Docuisse enim populum, & à pristina torporis ignavia vsque ad Iudæam, id est, totam promissionis terram, à fine vsque ad finem pertransisse, non criminis, sed iudicium est virtutis. Denique Pilatus nec interrogandum saluatorem de hoc ratus, sed magis nacta occasione, liberum ab eo iudicando cupit reddere. Vnde sequitur: *Pilatus autem. Et vt cogno.* Ne contra insontem, & quem traditum per inuidiam nouerat, sententiam dare cogere, Herodi mittit audiendum: vt à suo tetrarcha vel absolueretur vel dānaretur: sed ne qua Iudæis excusatio remaneret, Herodes quoque, qui natione & religione Iudæus erat, quid de Christo senserit ostendere permittit: vt vtraque regio, & Iudæa in qua Christus natus, & Galilæa, in qua nutritus erat, in eius necem conspirasse monstrarent. *At ipse ni.* Tacuit & nihil fecit, quia & Herodis incredulitas non merebatur videre diuina: & dominus iactantiam declinabat. Significatur autē in Herode omnes impij, qui non credunt legi, & prophetis, & in euangelio Christi opera videre non possunt. Principibus ergo sacerdotum accusantibus apud Pilatum pauca, apud Herodem nulla respondet, ne crimen diluens dimissus à principe crucis utilitatem differret. Et ideo iustum erat, vt Pilato, qui inuitus sententiam ferebat, ex aliqua parte responderet: Herodi verò & cæteris qui contra legem innoxium damnabant, sicut indignis nihil dicit. Vbi verò tacet, quasi pro grege agnus immolandus patientiam præstat: vbi responderet, quasi pastor pro ouibus contra lupos & latrones pugnat. *Et il. in. re.* Quoddam in alba veste spernitur & illuditur, significat quoddam pro totius mundi peccatis in carne casta immolatus agnus est passus & sepultus: Quoddam hic alba, iuxta alios euangelistas purpurea, vel coccinea veste illuditur indutus, signat gemitum martyrij genus: quo in passionibus ecclesiæ adornatur, vt sit candidus actione, rubicūdus sanguine. Ipse enim nemorum sterculus vernans, in pace lilia gignit, bello rosas. *Et re. ad pi.* Ad Herodem mittitur, ad Pilatum remittitur, & si vterque reum non pronunciat, alienæ tamen iniquitatis stimulis obsequitur. *Et fa. sim. a.* Nefandum scdus, quod Herodes & Pilatus in occidendo Christum pepigerunt, successores eorum hæreditario iure custodiunt: dum Iudæi & Gentiles, sicut genere & religione, ita mente quod dissident, in Christianis tamen persequendis, & fide Christi perimenda consentiunt. In typo Herodis & Pilati qui per Iesum amici facti sunt, Iudæorum, gentiumque figura seruatur, vt per

per passionem Christi vtriusque populi concordia facta sit ventura: ita tamen vt Gentilis prius capiat regnum Dei, & ad Iudæam fidei suæ deuotionem transmittat, vt illi quoque gloria maiestatis suæ corpus vestiant Christi, quem ante despeperant. *Obtulisti.* Quantum studium dimittendi Iesum Pilatus habeat, attende. Primò illis accusantibus dicit se nihil causæ in eo inuenisse: deinde tamen in incæpto persistentibus mittit ad Herodem, vt exploret an ille aliquid sceleris in eo inuenire possit, an dimittendum decernat. Denique Herodis agnita voluntate, nec inuenio in Iesu facinorè, plebis sententiam quærit, cui vnus in pascha oportet dimitti. Iterum etiam tertio volens dimittere, interrogat. Sed quantum curiosus dimittere quærit, tantò crimiñosiores ad mortem eius inuenit. *Sed neque Herodes.* Ad exprobrandam duritiam Iudæorum vel Gentilium fatetur Pilatus, nec se, nec Herodem aliquid in occidendo Christo & illudendo inuenisse, sed alienæ crudelitatis clamoribus obtempèrasset. *Emendatum ergo, &c.* Pilatus absoluit Iesum quem probat insontem: sed vt impletur scripturæ, absoluit quidem iudicio, quæ tamen crucifigit mysterio. *Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam.* Quia pro Iesu latronem, pro saluatore interfecitorem, pro datore vitæ ademptorem elegerunt, meritò salutem perdidit & vitam: & latrocinij & seditionibus intantum se subdiderunt, vt & patriam regnumque quod Christo prætuleraut, perderent: & hæcenus, libertatem animæ vel corporis quam vendiderant, non reciperent. *Barrabam, &c.* Barrabas qui filius magistri vel patris eorum interpretatur, ipse est antichristus, quem illi Christo præferent, quibus dicitur: Vos ex patre diabolo estis. Pilatus os maleatoris interpretatur, diabolum significabat, qui est malleus vniuersæ materiæ, per quem Deus vasa probare permittit, & tandem conterit, cum in extrema damnatione confringit. *Crucifige, crucifige eum.* Magna crudelitas, non solum occidere, sed crucifigere quærunt, vt manibus & pedibus ad lignum confixis, producta morte necaretur: ne dolor citius finiretur, & vt in cruce diu videretur. *Corripiam ergo & illum dimittam.* Hanc correptionem deridendo & flagellando nefandorum desiderij exhibuit, ne vsque ad crucifigendum scirent. Quod & verba Ioannis euangelistæ, & ipsa columna testatur, ad quam ligatus fuit dominus, quæ vsque hodie dominici sanguinis cernentibus certa signa demōstrat. Sed licet Pilatus hoc agat, insatiabilis tamen sacrilegorum furor non cessat, sed magis instat: quia accusationem quam contra Dominum detulerant, sollicita Pilati interrogatione viderant euacuatam. Tandem impudici ad solas preces se conuertunt, vt quod criminando vel quasi ratiocinando nequinerant, iam postulando, & vociferando, & perficiendo perficiunt. *Dimisit autem illis eum qui propter homicidium & seditionem missus fuerat, &c.* Autor seditionis & homicidiorum Iudæis dimittitur, id est diabolus, qui ob culpam à lucis patria depulsus, & in tenebrarum carcerem fuerat missus: & ideo pacem habere non possunt, quia pacis autorem non elegerunt. *Apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem venientem.* Primò dominus crucem portauit: sed postea imposita est Simoni: quem exeurtes obuiam habuerunt: & hoc congruè: Christus enim passus est pro nobis, vt se. ve. c. Qui verò eum vult sequi, tol-

1. Pet. 2. 24. 11. 16.

lat crucem suam & sequatur. Quia verò Simon non Israëlita, sed Cyrenæus erat: per eum Gentiles designantur, prius peregrini, & hospites testamentorum: sed nunc in fide ciues, & domestici Dei, & cohæredes Christi: vnde & Simon obediens. Cyrenæ hæres interpretatur. Sed Simon venit de villa, id est de pago, à quo pagani, qui à ciuitate Dei alieni vrbana sunt conuersationis ignari. Sed Simon pago egrediens, crucem portat post Iesum, cum populi gentium paganis ritibus detelictis obedienter amplectuntur vestigia dominicæ passionis. *Seque. au. il. mul. tur.* Sed non eadem mente crucem sequitur: Mali sequuntur vt morientem læti aspiciant. Mulieres, vt quem viuere desiderabant, morituum, morientem, & mortuum plorarent. Nec ideo inducitur solus mulierum plangens, quin & multi viri dolerent: sed quia fœmineus sexus quasi contemptibilior, libetius poterat præsentibus principibus sacerdotum, quid contra eos senserit ostentare. Quia verò nouit dominus qui sunt eius, prætermissa parentis populi turba, ad amantes & plangentes se sceminas oculos & ora conuertit. *Qua plang. & la. &c.* Tristabantur de vita mortali, quæ morte erat finienda: non de cæcis qui medicum occidebant: vnde subditur, *Conuersus autem Fi. Te.* Nota cum filios Hierusalem vocat, quoddam non solæ quæ cum eo venerat à Galilæa, sed etiam eiusdem vrbis ciues ei multæ mulieres adhæserant. *Noli fle.* Ne lamentemini me morituum, cuius cito resurrectione mortem soluere potest, cuius mors mortem & ipsum mortis autorem destruet. Vos potius vestramque progeniem dignis lachrymarum fontibus abluite, ne cum perdis damnemini in vltionem meæ crucis. *Ecce re. dies.* Dies Romana: obfidionis & captiuitatis. Naturale est imminente captiuitate, hostiliq; per agros vrbisq; clade feruente, cunctos qui euadere queant, alta quaque vel addita refugia quibus abscondantur, requirere. Refert Iosephus insistentibus sibi Romanis Iudæos cauernas montium, colliumque certatim petisse speluncas, ita vt seipsam tectetur munitione quadam destructæ vrbis Iotapetæ in spelancam cum xl. comitibus proditum inuentum, atque ab hostibus captum. *Cad. su. nos.* Potest hoc ex superfluo intelligi de his qui in viroliber sexu seipsos castrauerunt propter regnum cælorum, qui dicunt montibus. c. f. n. & c. o. n. cum suæ fragilitatis memores ingruente tentationum articulo sublimium virorū, vel ipsa virginitate vel martyrio vel quacunque alia vii tute quærunt exemplis, monitis precibusque defendi. *Quia si in vi. li.* Viride lignum Christus & sui electi, aridum impij & peccatores: vnde ait, Si ergo ego qui peccatum non feci, qui lignum vitæ merito appellatus, duodenos fructus gratiæ per singulos menses afferero, sine igne passionis de hoc mundo non exeo: quæ tormenta manent illos qui fructibus sunt vacui, insuper & lignum vitæ flammis dare non timent? Et si nunc est tempus, vt incipiat iudiciū de domo Dei, & omnes qui volunt pie viuere in Christo persecutionē patiuntur, quis finis eorum, qui non credunt euangelio? *Ducebant autem.* Impletur quod dictum est: Et cum iniquis deputatus est. In morte deputatur cum iniquis, vt in resurrectione viuificet iniquos: qui propter homines homo factus, hominibus dedit potestatem filios Dei fieri. *Calua. lo.* Extra portam Hierusalem. Bibl. Hom. tom. 2. F F ff erant

2. Thro. 2.

2. Thro. 2.

Iosephus de bello Iudæico lib. 3. cap. 10.

Matth. 19.

1. Thro. 3. 1. 11.

Joan. 1.

erant loca in quibus truncabantur capita damnatorum, & dicebantur loca Caluarie, id est, decollatorum. Ibi crucifigitur, ut ubi erat area damnatorum, erigantur vexilla martyrij. *Et la. &c.* Execrabilis in facto iniquitas Iudeorum, quæ quasi latronem crucifigit omnium redemptorem, bonus tamē in mysterio latro, qui insidiatus est diabolo, ut vasa eius auferret. Per illum qui à dextris significatur mortificatio carnis pro cælesti gloria: per illum qui à sinistris mortificatio carnis pro aliqua mundi causa. *Iesus autē.* Quia Lucas Christi sacerdotium scribere disposuit, rectē dominus apud Deum pro persecutoribus iure sacerdotis intercedit, & latroni confitenti paradysum pandit; nec frustra orat, sed pro eis qui post passionem eius crediderunt impetrat. Non pro eis orat, qui per inuidiam & superbiam filium Dei intellexerunt, negant & crucifigunt: sed pro eis qui zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam nescierunt quid fecerunt. *Diui.* De his Ioannes Baptista. *Quadrupartita vestis* significat ecclesiam toto orbe quæ quatuor partibus constat diffusam, omnibus partibus æqualiter, id est, concorditer distributam. Tunica sortita, omnium partium significat unitatem, quæ charitatis vinculo continetur. *Sortes.* In forte Dei gratia commendata est. Sic quippe in vno ad omnes peruenit, cum fors omnibus placuit: quia & Dei gratia in unitate ad omnes peruenit: & cum fors delectat, non perfonæ cuiusquam vel meritis, sed occulto Dei iudicio creditur. *Alios sal. fe.* Sua se sententia damnant, qui etiam nolentes quoddam alios saluos fecerunt, cōfitentur. Poterat quidem se saluare: sed quia ipse Christus Dei electus de cruce descendere noluit. Nam qui ideo venit, ut pro nobis crucifigeretur, ideo se de cruce saluare neglexit, quia cum cæteris peccatoribus etiam crucifixores moriendo curauit saluare. *Illu.* Nota quoddam Iudæi vocabulum Christi & filij Dei autoritate scripturæ sibi traditum irridit. Milites verò scripturarum insciji, non Christo Dei electo, sed regi Iudeorum insultant. *Et ace. off.* Acetum erant Iudæi, à vino patriarcharum degenerantes. Hoc aceto milites potant dominum: quem illorum suggestioni morti tradant. *Erat au. &c.* Hæ tres linguæ præ cæteris eminebant Hebræa, propter Iudæos in lege gloriantes. Græca, propter Gentilium sapientiam. Latina, propter Romanos imperantes. Ergo velint nolint Iudæi, omne regnum mundi, omnis mundana sapientia, omnia diuina legis sacramenta testantur, quod Iesus est imperator credentium & confitentium. *Hic est rex Iudeorum.* Titulus qui Christum regem testatur, non infra, sed supra crucem ponitur: quia licet in cruce hominis infirmitate dolebat, super crucem tamen regis maiestate fulgebat; & ideo immolator titulus est suprapositus, ut cunctis legere, id est, credere volentibus pateat, quia per crucem non perdidit, sed corroborauit imperium. *Imrepa. eum.* Ipsa increpatio futurum crucis scandalum etiam circa credentes reuelat, quorum alij à dextris, alij à sinistris. *Domine memento mei.* Magna gratia in hoc latrone eminet. Nullum membrum à supplicio liberum habet, præter cor & linguam; totum quod liberum habet offert: Corde credit, ore confitetur. Fidem habuit qui regnaturum credidit, quem secum morientem vidit. Spem habuit, qui aditum postulauit. Charitatem firmiter tenuit, qui latronem &

de sua iniquitate arguit: & vitam quam cognouerat ei predicauit. Magna virtus, confitetur quem videt humanam infirmitatem morientem, quem negabant apostoli, quem viderant miracula diuina virtute facientem. *Amen dico ti.* Pulcherrimum affectandæ conuersionis exemplum, quoddam cito latroni venia relaxatur, & vberior gratia quæ precatio. Semper enim dominus plus tribuit quæ rogatur. Ille rogabat: *Memento mei, &c.* Dominus ait: *Hodie mecum, &c.* Cito ignoscit dominus, quia ille cito conuertitur. *Et ten.* Sol retraxit radios ne aut pendentes videret dominum, aut ne impij blasphemantes sua luce fruerentur. Et nota quoddam sexta hora, id est, sole recessuro à centro mundi crucifigitur, diluculo, id est, oriente sole resurgit, quia mortuus est propter peccata nostra, & resur. prop. i. n. Adam peccante post meridiem, id est, inclinata luce fidei, vox domini auditur: eodem igitur temporis articulo, quo tunc peccanti Adæ obcluserat, nunc latroni poenitenti dominus paradysum reuertat. *Velum temp. scissum.* Hoc expirante domino gestum est, sed Lucas præoccupat, volens miraculum solis coniungere miraculo veli. Scinditur autem velum, ut arca testamenti & omnia sacramenta legis quæ tegebantur appareant, & ad gentes transeat. Iosephus ait: Virtutes angelicas præfides quondam templi tunc pariter conclamasse: Fugiamus ab his sedibus. *Pater in ma. &c.* Patrem inuocans, se filium Dei declarat. Spiritum commendans, non defectum virtutis, sed confidentiam eiusdem cum patre potestatis insinuat. Amat enim dare gloriam patri, in quo nos informat, ut gloriam demus creatori. Commendat autem: iuxta quod alibi legitur: *Lætarum p. 41.* est cor meum, & exultauit lingua mea, in super & ca. m. re. in spe. Quoniam non derelinquit animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. *Videns autem cen.* Videns, quoddam ita haberet potestatem mittendi spiritum, quod non habet nisi conditor animarum: ipse qui crucifixerat in ipso passionis scandalo, confitetur Dei filium, quem Iudæi post tot miracula credere renuerunt. Vnde per centurionem fides ecclesiæ designatur, quæ velo mysterio callestium per mortem domini reserato, mox iustum & Dei filium tacente synagoga confirmat. *Percu. pe.* Quoddam percutiunt pectora in signum poenitentiae, & luctus dupliciter potest intelligi. Siue enim cuius vitam dilexerant, iniuste occisum dolebant: Siue cuius mortem se impetrasse meminerant, hunc in morte amplius glorificatum tremebant. Sed quæcunque causa pectus tundere coegerit, videamus distantiam gentis, & gentis. Gentiles, moriente domino Deam timentes, apertè confessionis voce glorificant. Iudæi percipientes solum pectora, silentes domum redeunt. *Nomine Ioseph.* Ioseph per nobilitatem potentiae secularis corpus accipere, per iustitiam meritorum dignus est sepelire. *Hic accessit, &c.* Non apostoli, sed Ioseph iustus & constans, & Nicodemus, in quo non erat dolus, sepeliunt. Talis est etiam sepultura Christi, quæ fraudem iniquitatemque non habet. In quo obstruitur tergiversatio Iudeorum. Nam si apostoli sepelissent, dicerent non sepulchrum quem dixerunt raptum. *Syndone.* Ex simplici sepultura domini ambitio diuinitatis condemnatur, qui nec mortui carere possunt diuinitatis. *Mythic.* In syndone munda Iesum inuoluit, qui pura mente eum suscipit.

Hinc

Hinc etiam mos ecclesiæ habet, ut sacrificium altaris non serico, non panno tincto, sed puro lineo celebretur. *Et po. eum.* Bene ergo Christus in monumento iusti conditur, ut habeat filius hominis ubi reclinet caput, & iustitiae habitatione quietet. Bene nouo, ut in nouitate vite qui Christum suscipit ambulat: non sepelit Christum, nisi qui credit in Christum. *In monu. exci.* Solus dominus tumulo includitur, ut sepultura illius & resurrectio à nostræ fragilitate naturæ dissimilis monstraretur. Sepultus est, sed quando voluit, resurrexit, sed quando voluit. *In quo nondum.* Si in monumento ubi alius positus fuisset, poneretur, alius resurrexisse fingeretur. In petra exciso, ne si ex multis lapidibus ædificatum esset, fossis tumuli fundamentis, furto ablatum diceretur.

CATENA AVREA in idem Euang.

Appropinquauit autem dies festus azymorum, qui dicitur Pascha, &c. Chryl. Umbra nostrorum fuerunt festa Iudaica, & ideo si quaeris à Iudæo de pascha & azymis, nil magni proferet, commemorans liberationem ab Ægypto. Si quis autem à me quaerit, non audiet Ægyptum nec Pharaonem, sed absolutionem erroris & tenebrarum diaboli, non per Moysem sed per filium Dei. Ad cuius passionem enarrandum accedens euangelista premitit de figura, dicens: *Appropinquabat autem dies festus azymorum qui dicitur Pascha.* Bed. Pascha quidem Hebraicè dicitur pascha: non à passione, sed à transitu nominatur, sed quod exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarum, pertransierit, nec percussit primogenita eorum. Vel ipse dominus præbens auxilium populo suo desuper ambulauit. Hoc autem inter pascha & azyma distat, quoddam pascha ipse solus dies appellatur, in quo agnus occidebatur ad vesperam, hoc est xiiij. luna primi mensis: xv. autem luna quando egressus est de Ægypto succedebat festiuitas azymorum vij. diebus vsque ad xxj. diem eiusdem mensis, vnde euangelij scriptura indifferenter vnum pro alio ponere solet: vnde hic dicitur dies azymorum qui dicitur Pascha. Significatur autem per mysterium quoddam Christus semel pro nobis passus, per totum tempus huius seculi, quod vij. diebus agit, in azymis sinceritatis & veritatis præcepit esse viuendum. Chryl. Principes autem sacerdotum nefarias res tractant in festo: vnde sequitur, *Et quærebant principes sacerdotum, &c.* Moyses quidem vnus præcepit esse principem sacerdotum, & illo defuncto creati alij. Tunc verò cum inciperent Iudaici ritus dissolui, multi erant principes sacerdotum annuatim creati. Hi ergo volentes Iesum occidere non metuunt diuina, ne scilicet ex tempore sacro maius incurant peccati contagium, sed ubique timent humanam: vnde sequitur, *Timent verò plebem.* Beda. Non quidem seditionem metuentes, sed cauentes ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. Hæc autem ante biduum paschæ congregatis eis in atrio Cayphæ Mattheus acta attestatur. *Intrauit autē sathanas in Iudam qui cognominabatur Scarioth, vnum de duodecim, &c.* Theoph. Quia dictum est quoddam principes sacerdotum quærebant modum quo interficerent Iesum nullum incurterent pe-

riculum, consequenter modus qui eis occurrit narratur, cum dicitur: *Intrauit autem sathanas in Iudam.* Titus, in Iudam sathanas intrauit, non impellens, sed patulum inueniens ostium: nam oblitus omnium quæ viderat, ad solam auaritiam dirigebat intuitum. Chryl. Ponit autem eius cognomen, subdens: *Qui cognominabatur Scarioth.* Erat enim alius Iudas. Titus, Subdit autem: *Vnus de duodecim.* Nam numerum adimplebat, non autem verè fungebatur apostolica dignitate. Chryl. Vel hoc addit euangelista velut absconum quidem, ac si diceret: erat de primo choro diligentius electorum. Beda. Non est autem huic contrarium quod Ioannes dicit: *Post buccellam intrasse in eum sathanam:* quia nunc intrauit, ut quasi alienum tentaret, tunc autem quasi proprium ad quæcunque vellet agenda attraheret. Chryl. Attende autem magnam Iudæi nequitiam, tum quia per se proficiscitur, tum quia pro prerio hoc facit. Sequitur enim: *Et abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus quemadmodum illum traderet eis.* *Et gausi sunt.* Theoph. Magistratus hic appellatur præpositi constructionem templi, vel etiam illi quos Romani populo præfecerant, ne protraherent in tumultus, erant enim seditionis. Chryl. Propter auaritiam autem Iudas factus est talis. Sequitur enim: *Et pa. sunt pe. illi dare.* Tales enim auaritia generat passiones, reddit impios & Deum ignorare compellit: & si millies benefactum sit eis, ad nocendum impellit: vnde & hic sequitur, *Et spondit.* Theoph. Id est pepigit & promisit. *Et quærebant oppor. ut eum tra. si. tur.* Id est quærebant eum tradere, quando videret eum seorsum existentem sine turbis. Bed. Multi autem Iudæi scelus exhorrent, nec tamen cauent: qui enim charitatis & veritatis iura spernit, Christum qui est veritas & charitas prodit: maximè cum non infirmitate vel ignorantia peccet, sed ad similitudinem Iudæ quærat opportunitatem, ut arbitris absentibus, veritatem mendacio, virtutem crimine imminet. *Veni autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha, &c.* Titus, Vt nobis dominus caeleste Pascha dimitteret, typicum manducauit, figuram remouens, ut veritas locum obtineret: vnde dicitur, *Veni autem dies azymorum, &c.* Bed. Dies azymorum paschæ quartadecimam primi mensis appellat, quando fermento abiecto pascha, id est agnus occidi ad vesperam consueuerat. Euseb. Si quis autem dicat: Si prima die azymorum discipuli saluatori parant pascha, ergo & eadem die oportet nos pascha celebrare. Dicemus hoc non fuisse monitionem, sed historiam facti, quod accidit tempore salutiferæ passionis. Aliud autem est narrare gesta vetera, & aliud sancire, ac posteris statuta relinquere. Quinetiam saluator non egit pascha cum Iudæis, quando agnum immolabant: nam illi quidem hoc egerunt in pasche, quando passus est dominus, vnde non introierunt in atrium Palati ut manducarent pascha: ex quo enim veritati insidiati sunt, verbum veritatis à se expulerunt: non primo die azymorum quo die debebat immolari pascha manducantes solum sibi pascha, erant enim erga aliud attenti, sed die sequenti post illam quæ erat azymorum secunda. Dominus verò prima die azymorum, hoc est quinta feria sabbati, pascha cum discipulis peregit. Theoph. Eadem autem quinta feria, mittit duos ex discipulis suis ad parandum pascha, Petrum, Bibl. Hom. tom. 2. Ffff 2 scilicet

scilicet & Ioannem: alterum: scilicet ut diligenter, alterum ut dilectum: vnde sequitur, *Et misit Pet. &c.* Per omnia manifestans quoddam usque ad extremum vite non est aduersatus legi. Mittit autem eos ad alienam domum. Nam nulla domus erat ei, neque discipulis suis, alioquin apud aliquem eorum pascha celebrasset. Et ideo subditur: *At illi dixerunt, Vbi vis parare?* Beda, quasi dicat. Non habemus domicilium, non habemus tabernaculum. Audiatur quibus edificandarum domorum cura est, cognoscant Christum omnium dominum locum ubi caput reclinet, non habuisse. Chryl. Cum autem ignorarent ad quem mitterentur, signum dedit eis, sicut & Samuel Sauli: vnde subdit, *Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in civitatem occurret vobis homo amphoram aqua portans, sequimini eum in domum in quam intrat.* Amb. Primum maiestatem diuinitatis adverte, cum discipulis loquitur, & iam nouit quid alibi sit futurum: deinde dignationem eius intueret, quia non persona diuitis, aut potentis eligitur, sed pauper ambitur: & angustium hospitium pauperis, amplius nobilium adibus antefertur. Sciebat autem dominus nomen eius cuius sciebat mysterium & occursum, sed ideo sine nomine designatur, ut ignobilis estimetur. Theoph. Vel ideo mittit eos ad hominem ignotum, ut ostendat quod passionem voluntarie subiit. Qui enim mentem huius ignoti viri subiegit ut eos suscipere, poterat quodcumque voluisset cum Iudeis tractare: dicunt autem quidam quod ideo non dixit nomen hominis, ne proditor cognito nomine domum panderet Pharisaeis, qui venientes cepissent eum priusquam cœna fieret, & spiritualia mysteria discipulis traderet, sed quibusdam indicis in quadam domum dirigit eos: vnde sequitur, *Et dicitis patris dominus dicit tibi, &c. Et ipse, &c.* Glof. Quibus signis inuentis discipuli solliciti quæ mandata eis fuerant, impleuerunt: vnde sequitur, *Emtes au inue. sicut præd. il. Ies. & pa. pasce.* Beda, Hoc pascha expones Apostolus ait: Pascha nostrum immolatus est Christus, quod quidem pascha tunc necesse erat occidi, quasi paterno consilio ac definitione sancitum, qui licet die sequenti, hoc est xv. luna sit crucifixus, hac tamē nocte qua agnus immolabatur ad Iudeis tentus ac ligatus immolationis, hoc est passionis suæ sacravit exordium. Theoph. Intelligamus autem diem quidem azy-morum totam conuersationem quæ est in luce spirituali nullam. redolentem vetustatem primæ præuaricationis Adæ, in qua viuentes non decet delectari in Christi mysteriis. Hæc autem myteria Petrus & Ioannes parant, id est actio & contemplatio, sermo zeli & mansuetudo pacifica. His autem paratoribus occurrit homo, quia per prædicta reperimus statum hominis, qui creatus est ad imaginem Dei, qui portat amphoræ aquæ, quæ significat gratiam spiritus sancti. Amphora autem est humilitas cordis: humilibus enim dat gratiam, qui se cognoscunt esse terram & puluerem. Amb. Vel amphora est mensura perfectior, quia tempus adest quo veti paschæ cultoribus typicus de limine auferatur crux, & ad tollenda crimina iuvisci fontis baptisma cõsecratur. Orig. super Matthi. Ego autem puto quod homo, qui

ingredientibus discipulis in ciuitatem occurrit amphoram aquæ portans, erat quidem minister patris familias, portans mundatoriam aut portabilem aquam in vase fictili, quem puto esse Moy-sen spiritualem doctrinam portantem in corporalibus historiis. Qui autem non consequuntur spiritualiter eum, non celebrat pascha cum Iesu. Attendamus ergo ipso domino constituto nobiscum ad superiorem locum, in quo est diuersorium, quod monstratur ab intellectu, qui est in vnoquoque homine patrefamilias, discipulis Christi. Hæc autem domus superior sit nobis magno ut capiat Iesum, verbum Dei: quod non capit nisi à magnis sensu. Et sit domus hæc à patrefamilias, id est, intellectu præparata filio Dei, & sit mundata, nullo modo habens malitiæ sordes. Sit etiã domus illius princeps non quilibetcumque cognitum habens nomē. Vnde mysticè dicit secundum Mattheum. Ite ad quandam. Amb. In superioribus autem magnum habet stratum, ut magnum meritum eius aduertat, in quo dominus cum discipulis sublimium virtutum eius delectationem requiesceret. Orig. super Matth. Scire autem debemus, quoniam qui in epulationibus & solitudinibus secularibus sunt, non ascendunt in domum illam superiorem, & propterea non celebrant cum Iesu pascha. Post sermones enim discipulorum quibus catechizauerunt patremfamilias, id est, intellectum venit & diuinitas copulans discipulis in domo prædicta. *Et cum facta esset hora discubuit, &c.* Chryl. Postquam discipuli parauerant pascha, agit per pascha cõsecratione: vnde dicitur, *Et cum facta esset hora, &c.* Beda, Hora manducandi paschæ designat xiiii. diem primi mensis perductã ad vesperam, xv. luna iam in terris apparente. Theop. Sed qualiter dominus discubere dicitur, cum Iudei stantes pascha manducarent? Dicitur ergo quod cum manducassent legale pascha accubuerunt secundum communem vltimã manducantes quosdã alios cibos. Sequitur, *Et ait il. Desiderio desideravi hoc pascha manducare, &c.* Cyr. Quod ideo dicit, quia discipulus auarus proditoris tempus explorabat, sed ne traderet eum ante festum paschæ, non explicauerat dominus domum, vel virum penes quem pascha perageret, cuius causam per hæc verba ostendit. Theo. Vel dicit, *Desiderio desideravi, quasi dicat.* Hæc vltima mihi cœna vobiscum est, propter quod & amabilis est mihi, sicut & qui peregrè profecturi sunt vltima verba suis dulcius profertur. Chryl. Vel hoc dicit, quia post illud pascha, crux imminet. Inuenimus autem plures eum prædicantem suam passionem, & eam cupientem enire. Beda, Desiderat autem primò typicum pascha cum discipulis manducare, & sic passionis suæ mundo mysteria declarare. Euseb. Vel aliter: Cum dominus nouum pascha celebraret opportunè dixit: *Desiderio desideravi hoc pascha,* id est, nouum mysterium noui testamenti quod tradebat discipulis, quod plures ante eam propheta & iustici-puerant. Sed & ipse sitiens communem salutem, hoc tradebat mysterium quod toti mundo competeret. Pascha verò Moy'si statutum erat in vno loco, scilicet in Hierusalem celebrari: vnde non congruebat omnibus gentibus, & ideo non erat desideratum. Euseb. Ex hoc Hebionitarum dementia de carnis esu redargui poterat, domino manducate pascha Iudeorum: vnde signanter dixit,

Hoc pascha, ne quis ad aliud inuertere posset. Beda, Sic ergo domino legalis paschæ approbator exitit, & hoc ad suæ dispensationis figuram docendo pertinuisse vetat vltra carnaliter exhiberi. Vnde subdit: *Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec implea. in reg. Dei,* id est, nequaquam vitro Mosaycum pascha celebrabo, donec in ecclesia spiritualiter intellectum cõpleatur: ipsa enim est regnum Dei secundum illud: Regnum Dei intra vos est. Ad vetus autem illud pascha cui finem desiderabat imponere, pertinet etiam illud quod subditur: *Et accepto calice gratias egit & dixit. Accipite, &c.* Ob hoc gratias egit, quia vetera transiit, & ventura fuerant omnia noua. Chryl. Memento ergo cum ad mensam sederis, quod post mensam oportet orare: atque ideo ventrem impleas sobriè, ne grauatior nequeas genu flectere & supplicare Deo. Non igitur post escas ad lectum, sed ad orationem vertamur. Evidenter enim hoc Christus significauit, quod post escas non somnus, non cubile, sed oratio & sacramentum lectio scripturarum succedere debeat. Sequitur, *Dico enim vobis quod non bibam, &c.* Beda, Postest quidem hoc & simpliciter accipi quod ab hac hora cœnæ vsque ad tempus resurrectionis, quo in regno Dei erat venturus, vinum bibiturus non esset: postea namque cibum potumque sumpsit eum testatur Petrus, dicens: *Qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis.* Theop. Dicitur autem resurrectione regnum Dei, quia mortem exterminauit: vnde & David ait: Dominus regnauit, decorem indutus est, scilicet formosi amici: secundum Elaiam, exuta corporis corruptela. Resurrectione autem adueniente iterum cum discipulis bibit, ut probaret quod resurrectio non erat phantastica. Bed. Sed multò consequentius est, ut sicut supra typicum agni esum, sic & potum paschæ neget se gustaturum, donec ostensa gloria regni Dei fides mundi qui adueniat: vt per duo maxima legis edicta, escam scilicet & potum paschalem spiritualiter immutata, disceres omnia legis sacramenta ad spirituale observantiam transferenda. *Et accepto pane gratias egit, & fregit, &c.* Beda, Finis paschæ veteris solennis, transit ad nouum, quod in suæ redemptionis memoriam ecclesiam frequentare desiderat, pro carne agni & sanguine suæ carnis sanguisque sacramentum in panis ac vini figura substituens, sacerdos in æternum factus secundum ordinem Melchisedech, vnde dicitur: *Et accepto pane gra. egit,* sicut & de veteribus terminandis gratias egerat, nobis exemplum tribuens in omni boni operis inchoatione & perfectione Deum esse glorificandum. Sequitur: *Et fregit.* Frangit ipse panem quem porrigit, ut ostendat corporis sui fractionem, non sine sua sponte futuram. *Et dedit eis dicens: Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur.* Greg. Nyl. panis enim ante consecrationem communis panis est, sed ubi consecratur, mysterio fit & dicitur corpus Christi. Cyril. Nec dubites an hoc verum sit eo manifeste dicente, Hoc est corpus meum: sed potius suscipe verba saluatoris in fide. Cum enim sit veritas, non mentitur. Infantium igitur dicentes mysticam benedictionem à sanctificatione cessare, si quæ reliquæ remanserint eius in diem subsequenter. Non enim mutabitur sacrosanctum corpus Christi, sed virtus benedictionis, & viuifi-

hic hec lo-
cus vnde
dicitur
Gregory
Nyl. panis
enim
ante
consecra-
tionem
communis
panis est,
sed ubi
consecra-
tur, myste-
rio fit &
dicitur
corpus
Christi.
Cyril. Nec
dubites an
hoc verum
sit eo ma-
nifeste di-
cente, Hoc
est corpus
meum: sed
potius
suscipe
verba sala-
uatoris in
fide. Cum
enim sit
veritas,
non men-
titor.
Infantium
igitur di-
centes my-
sticam be-
nedictionem
à sanctifi-
catione ces-
sare, si
quæ reli-
quæ rema-
nserint
eius in di-
em subse-
quenter.
Non enim
mutabitur
sacrosanctum
corpus
Christi, sed
virtus be-
nedictionis,
& viuifi-

cativa gratia iugis in eo est. Virtus enim viuifica-
tia Dei ynigenitum verbum est, quod caro factum
est, non desinens esse verbum, sed efficiens
carnem viuificatiam. Si enim in aliquo liquore
modicum panis immiscris, reperies hunc imbi-
bitum qualitate illius. Igitur viuificatium Dei
verbum vnigenitum propriæ carni, fecit eam
viuificatiam. Nunquid ergo & quoniam in no-
bis vita Dei est, Dei verbo existente in nobis viuifi-
catium erat nostrum corpus? Sed aliud est se-
cundum participationis habitudinem nos habe-
re in nobis Dei filium, aliud ipsam fuisse factum
carnem, id est; corpus sumptum ex alma virgine
proprium corpus effecisse. Decebat ergo eum no-
stris quodammodo vniri corporibus per sacram
eius carnè & pretiosum sanguinem quæ accipi-
mus in benedictione, viuificatiam in pane & vi-
no. Ne enim horreremus carnem & sanguinem
apposita sacris altaribus, condescendens Deus
nostris fragilitatibus influit oblati vim vitæ.
Conuertens ea in veritatem propriæ carnis vt
corpus vitæ, quasi quoddam semē viuificatium
inueniatur in nobis: vnde subdit: *Hoc facite in
meam commemorationem.* Chryl. super Ioan. Hoc fecit
Christus hac nos ad maius amicitie fo-
cus, suamq; charitatem declarans erga nos, præ-
stans se non solum videri desiderantibus, sed &
palpare, & comedere, & amplecti, & totum affe-
ctum explere. Igitur & leones flammam spirantes,
sic ab illa mensa discedimus terribiles effecti dia-
bolo. Basil. Discer autem quo pacto decet edere
corpus Christi, in memoriam, scilicet obedientiæ
Christi vsque ad mortem, vt qui viuunt, non am-
plius in se viuant, sed in eo qui pro eis mortuus
est & resurrexit. Theo. Duos autem calices Lucas
commemorat: de altero quidem supra dixit: *Ac-
cipite & diuidite inter vos,* quem dicit aliquis esse
typum veteris testa. alterum verò post panis fra-
ctionem & distributionem ipse partitur discipu-
lis. vnde subditur: *Similiter & calicem postquam ce-
naui.* Beda, Subauditur, dedit eis, vt sit plena con-
structio. August. de con. euan. Vel quod Lucas bis
de calice cõmemorauit, prius antequam panem
daret, inde postquam panem dedit: illud quod su-
perius dixit, præoccupauit, vt solet: illud verò
quod ordine suo posuit, non commemorauerat
superius. Vtrumque autem coniunctum eandem
sententiam facit, quæ illorum est, scilicet Matthei
& Marci. Theop. Nominat autem dominus hunc
calicem noui testa. vnde sequitur: *dicens: Hic est
calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro
vobis fundetur:* significans nouum testamentum in
suo sanguine exordium sumere: nam in veteri te-
sta. sanguis animalium affuit, cum data fuit lex:
nunc verò sanguis verbi Dei significat nobis no-
uam. Cum autem dicit, *Pro vobis:* non significat
pro solis apostolis corpus Christi datum & san-
guinem effusum fuisse, sed causa totius humanæ
naturæ. Et vetus quidem pascha ad remouendam
feruitutem Aegypti fiebat, sanguis autem agni ad
primogenitorum custodiam: nouum verò pascha
ad peccatorum remissionem, sanguis autem Christi
ad cõseruationem eorum qui dedicati sunt Deo.
Chryl. Hic enim sanguis operatur in nobis ima-
ginem regiam, nobilitatem animæ non permittit
marefcere, protinus irrigans animam magnamq;
inspirans virtutem. Hic sanguis fugat dæmones,
aduocat angelos & dominum angelorum. Hic
Bibl. Hom. tom. 1. Ffff 3 sanguis

sanguis effusus lauit orbem, & adibile fecit cæ-
lum. Huius participes sanguinis sunt supernis
virtutibus amicti regio pallio, magis autem ipso
rege induti. Et sicut si mundus accesseris, salu-
briter accessisti: sic si imbutus conscientia praua,
damnosè accedis in panam & supplicia. Nam si
qui imperatoriam coinquinant purpuram, pari
pœna plectuntur cum eis qui diuellunt: absur-
dum non est, si & qui oblecta mente corpus
Christi recipiunt, pari pœna plectuntur cum his
qui illud clavis transfoderunt. Bed. Quia verò pa-
nis confirmat, vinum verò sanguinem operatur
in carne: hoc ad corpus Christi, illud infertur ad
sanguinem. Verum quia & nos in Christo, & in
nobis Christum manere oportet, vinum domini-
ci calicis aqua miscetur: teste enim Ioanne, Aquæ
multæ populi sunt. Theo. Primò autem datur pa-
nis, secundariò calix: prior enim est in spiritalibus
laboriosus actus velut panis, non solum quia in
vultu sudore laboratur, sed etiam quia dum co-
meditur non est facilis ad glutendum. Deinde
post labores sequitur exultatio diuinæ gratiæ quæ
est calix. Beda. Idè autem tunc cœnati commu-
nicarunt apostoli, quia necesse erat pascha typi-
cum antè consummari, & sic ad veri paschæ sa-
cramenta transiri, nunc autem in honorem tanti
sacramenti placuit magistris ecclesiæ prius nos
spiritalibus epulis reficere: ac deinde terrenis, Gra-
cus, Totum autem corpus & sanguinem domini
suscipit, etiam si mysteriorum partem accipiat. Si-
cut enim vnum sigillum diuersis totam suam fi-
guram impartitur, & integrum manet post distri-
butionem: & sicut vna vox penetrat ad multorū
auditus, sic nulli dubium sit corpus & sanguinem
domini totū in omnibus reperiri. Fractio autem
panis venerandi, passionem significat. *Veruntamen
ecce manus tradentis mecum est in mensa, &c.* Aug. de
con. euan. Cum tradidisset dominus discipulis ca-
licem, rursus de traditore suo locutus est, dicens:
Veruntamen ecce manus trahe, &c. Theo. Quod di-
xit non solum vt ostendat se scire futura, sed etiam
vt ostendat nobis propriam bonitatem, secundum
quam non pretermisit quin periret ea quæ
spectabat ad Deum. Dat enim nobis exemplum,
vt vsque ad finem satagamus lucrari peccatores,
& vt ostendat proditoris nequitiam, qui & con-
uiuia fieri non erubuit. Chry. Et particeps existens
mysteriorum conuersus non est, sit enim scelus
eius vti que immanius: tū quia tali proposito im-
butus adiit mysteria, tum quia adiens melior fa-
ctus non fuit, nec metu, nec beneficio, nec hono-
re. Beda, Et tamē non designat specialiter, ne ma-
nifestius vt correptus impudentior fieret. Mittit
autem crimen in numero, vt agat conscius pœni-
tentiam. Prædicat autem & pœnam, vt quem pu-
dor non vicerat, corrigant denunciata supplicia.
vnde sequitur: *Et quid filius hominis, &c.* Theo. Nō
quasi non valēs tueri seipsum, sed sicut definiens
sibi mortē propter humanā salutē. Chry. Sed quia
Iudas ea, quæ sunt scripta praua intentione age-
bat, ne quis purè eum innoxium tanquam dis-
pensationis ministrum subdit: *Veruntamen vā ho-
mini illi per quem tradetur.* Beda, Sed & vā homini
illi qui ad mensam domini indignus accedens in
exemplum Iudæ filium hominis tradit, non qui-
dem Iudæis, sed peccatoribus membris suis. Et
quamuis scirent 11. Apostoli quoddam nihil contra
dominum cogitarent, quia tamen plus credant

magistro quam sibi, timentes fragilitatem suam,
quærent de peccato cuius conscientiam non ha-
bebant. Sequitur enim: *Et ipsi cœp. quæ, &c.* Basil.
Sicut enim in corporalibus passionibus sunt
multæ quas non sentiunt patientes, porro magis
adhibent fidem coniecturæ medicorum, quam
propriam insensibilitatem attendant: sic & ani-
mæ passionibus si quis in se peccatum non sen-
tiat, credere tamen debet his qui plus possunt
cognoscere sua peccata. *Facta est autem & contentio
inter eos, quis eorum videretur esse maior, &c.* Theo.
Cum inter se quærenter quis esset dominum tra-
diturus, consequens erat adinuicē sibi dicere: Tu
proditor es: & ex hoc coacti sunt dicere, ego
proditor, ego maior, & similia. vnde dicitur. *Facta est
autē, &c.* Græg. Vel hæc cōtentio videtur habuisse
motiuum, quoddam dominus ab hominibus
transmigraret, oportebat aliquem eorū fieri alio-
rum principem, quasi domini vicem gerentem.
Beda, Sicut autem boni in scripturis exempla pa-
trum, quibus proficiant & humiliter, requirunt:
sic reprobi si quid forte in electis reprehensibile
repererint, quasi suas ex eo nequitas oblectari
libenter solent amplecti. Ideo multi ardentius
legunt; quoddam facta est contentio inter discipulos
Christi. Amb. Si enim contendeant apostoli nō
excusationi obtenditur, sed cautioni proponitur.
Caueamus ergo ne in prodicione aliqua inter
nos de pralatione possit esse contentio. Bed. Po-
tius autem videamus, non quid carnales adhuc
discipuli gefferant, sed quid iusserit spiritalis ma-
gister. Sequitur enim: *Dixit autem eis, &c.* Chry.
Gentilium meminit, vt ex hoc rem vituperandam
ostendat. Gentilium enim est ambire primatum.
Cyril. Sed & blandi sermones eis offeruntur à
subditis. vnde sequitur: *Et qui po. ha, &c.* Sed illi
quidem quasi extorres à factis legibus huiusmo-
di subiaceant morbis, vestrum autem culmen est
in humilitate. vnde sequitur: *Vos autem non sic, &c.*
Basil. Non ergo extollar præfidentem dignitas,
ne ab humilitatis beatitudine corruat. Illud au-
tem nouerit quoddam humilitas vera ministerium
plurimum est. Sicut enim qui pluribus ministrat
vulneratis & abstergit cutislibet vulneris faniem
non sumit ministerium in causam elationis: sic
multò magis cui commissæ sunt carnis fraterno-
rum languorum, vt omnium minister redditorus
pro omnibus rationem, cogitare debet: & esse so-
licitus: & sic qui maior est, fiat sicut minor. De-
cet autem & corporale obsequium ab his qui
præfident offerri exemplo domini lauans pedes
discipulorum. vnde sequitur: *Et qui præ. est. si-
mi.* Non est autem timendum ne in subdito sol-
uatur humilitatis propositum, dum ei à maiori
seruitur: Sed imitatio præditur humilitas. Amb.
Contruendum est autem, quia non omnis hono-
rificentiæ studio humilitas definitur. Potest enim
deserere alicui propter seculi gratiam, potentia
metum, vtilitatisque contuitum. tua ædificatio
quæritur, non alterius honor: & ideo vna datur
omnibus forma sententiæ, vt non de pralatione
iactantia sit, sed de humilitate contentio. Beda.
In hac tamen forma à domino tradita maiores
non minima discretione opus habent, ne, scilicet
ad instar regum gentium dominari subiectis, se-
que ab eis gaudeant laudibus attolli, & tamen
contra delinquendum vitæ per zelum iustitiæ
sint erecti. Ad verba autem exhortationis summet
adiun

adiungit exemplum. vnde sequitur: *Nam quis maior
est, &c.* Chry. quasi dicat, Nō putes discipulum tui
egere, te verò non illum. Ego enim qui nullo ego
quo vniuersa egent cælestia & terrestria, ad mini-
steriale gradum condescendi. Theo. Ostendit
autem se ministrantem eis, cum panē & calicem
distribuit: cuius ministerij mentionem facit re-
memorans eos si de eodem pane comederunt, &
de eodem calice biberunt, si ipse Christus omni-
bus ministravit, vnum debent omnes sentire. Beda.
Vel loquitur de ministerio quo secundum
Ioannem eorum pedes lauit dominus & magis-
ter, quamuis etiam verbo ministrandi possint
omnia quæ in carne gessit intelligi: sed & suum
sanguinem se pro nobis effundere ministrando
significat. *Vos autem estis qui permanistis mecum in
tentationibus meis, &c.* Theo. Sicut dominus prodi-
tori prænuiciauerat vā, sic discipulis remanen-
tibus econtrario bona prænuiciat, dicens: *Vos
autem estis, &c.* Beda, Non enim inchoatio patien-
tis, sed perseverantia: cælestis regni gloria dona-
tis, sed perseverantiam, quæ constantia seu for-
titudine mentis vocatur, dicimus esse cunctarum
columnarum virtutum. Filius ergo Dei secum per-
manentes in tentationibus æternum ducit ad re-
gnum. Si enim complerentur facti sumus similitu-
dini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.
vnde sequitur: *Et ego dispono vobis, &c.* Amb.
Regnum Dei non est de hoc mundo. Non autem
æqualitas ad dominum, sed similitudinis æmula-
tio est, solus enim Christus plena imago Dei est,
propter expressam in se paternæ gratitudinis vni-
tatem. Iustus autem homo ad imaginem Dei est,
si propter imitandam diuinæ conuersationis si-
militudinem mundum hunc Dei cognitione cō-
temnat: vnde & corpus Christi edimus, vt vitæ
æternæ possimus esse participes. propter quod
sequitur: *Vt edatis & bibatis, &c.* Non enim victus
& potus nobis præmij loco spondetur, sed com-
municatio gratiæ cælestis & vitæ. Beda, Vel mē-
sa proposita omnibus sanctis ad fruendum, cæles-
tus est gloria vitæ: qua qui esuriunt & sitiunt iu-
stitiam, saturabuntur fruendo desiderato gaudio
veri boni. Theo. Non autem hoc dixit quasi futu-
ris illic corporalibus escis, & quasi regno suo sen-
sibili futuro: erit enim illic angelica conuersatio
sicut Sadduceis prædixit. Sed & Paulus dicit nō
esse regnum Dei escam & potum. Cyril. Sed ex
his quæ sunt apud nos spiritalia designat: nam
prærogatiua quadam funguntur apud reges ter-
renos, qui eis quasi coniuuæ cōsident. Ex huma-
no ergo iudicio ostēdit, qui apud eum in primis
honoribus statuentur. Bed. Hæc est enim immu-
tatio dexteræ excelis: vt qui nunc humiles gau-
dent ministrare conuersis, tunc super domini
mensam sublimes vitæ perpetuæ dapibus alan-
tur. Et qui hic in tentationibus iniuste iudicati
cum domino permanent, illic cum eo super ten-
tatores suos iusti iudices veniant. vnde sequitur:
Et sedeat super, &c. Theo. Hoc est condemnans
ex duodecim tribus infideles. Amb. Non
autem 12. throni tanquam aliqua corporalis sunt
receptacula sessionis: sed quia secundum diuinam
similitudinem iudicat Christus, cognitione cor-
dium, non interrogazione factorum virtutem re-
munerans, impietatem condemnans: ita aposto-
li in iudicium spiritali formantur remuneratione
fidei, execratione perfidiz, virtute errorem fe-

darguentes, sacrilegos odio persequentes. Chryl.
Nunquid autem illic sedebit & Iudas? Sed confi-
dera quod lex est data à Deo per Hieremiam, Si
quid boni promisero, si censearis indignus mul-
tabo te. Et ideo loquens cū discipulis non sim-
pliciter promisit, sed addidit: *Qui permanistis me-
cum in tentationibus.* Beda, Ab eius ergo sublimi-
tate promissi Iudas excipitur. Nam & antequam
hæc dominus diceret, exiisse creditus est. Exci-
piuntur & illi quicumque auditis incomprehen-
sibilis sacramenti verbis, abierunt retrò. *Ait au-
tem dominus Simon: Simon, ecce Satanas expetuit
vos, &c.* Bed. Ne gloriarentur 11. apostoli, & suis
viribus tribuerent, quoddam soli penè inter tot millia
Iudæorum dicerentur in tentationibus perman-
sisse cum domino, ostendit eos, si non iuuantis
se domini essent opitulatione prorechi, eadē pro-
cella cum cæteris potuisse conteri. vnde sequitur:
Ait au. do. Simo. &c. id est, expetuit vos tentare, &
velut qui triticum purgat ventilando conueterere.
in quo docet nullius fidem à diabolo nisi Deo
permittente tentari. Theo. Hæc autem Petro di-
xit, eo quoddam fortior aliis erat, & superbie poterat
in his quæ permissa erant à Christo. Cyril. Vel vt
ostendat quoddam homines nihil existentes quantum
pertinet ad humanam naturā, & lubricum men-
tis nostræ non decet vt præfere cæteris velint, &
ideo ommissis cæteris venit ad Petri cæteris præ-
latum. vnde sequitur: *Ego au. ro. &c.* Chry. Non
autē dixit. Ego permisi, sed, *orami.* humiliter enim
loquitur tendens ad passionem & humilitatem
demonstrat. nam qui non deprecatione sed im-
perio dixerat, Super hanc petram ædificabo ec-
clesiam meā, & tibi dabo claves regni cælorum:
quomodo opus habebat oratione vt concitatum
vnus hominis animam coereret? Non autem
dixit, Rogauit, vt non neges: sed ne deseras fidem.
Theo. Nam etsi paululum aggrandus sis, habes
tamen reconditum semen fidei: quantum deieceris
folia spiritus tentatoris, viger tamen radix. petit
ergo Satanas te ledere tanquam inuidens tibi de
mea dilectione, sed quāuis egomet pro te sim de-
precatus, tu tamen delinques. vnde sequitur: *Et tu
aliquando, &c.* quasi dicat, Postquā me negato plo-
raueris ac pœnitueris, corrobora cæteros, cum te
principem apostolorum deputauerim. Hoc enim
decet te qui mecum robor es & petra ecclesiæ,
Hoc autem intelligendum est non solum de apo-
stolis, qui tūc erant, vt roborarentur à Petro, sed
& de omnibus, qui vsque ad finem mundi futuri
sunt fidelibus, ne, scilicet aliquis credentium dif-
fidat, videns eum qui cum esset apostolus dene-
gavit, ac iterum per pœnitentiam obtinuit præ-
rogatiuam, vt esset antistes mundi. Cyril. Admi-
rare igitur exuberantiam diuinæ patientiæ, ne
diffidere discipulum faceret, nōdum patratu cri-
mine largitus est veniam, ac iterū ipsum in apo-
stolico gradu restituit, dicens, *Confirma fra. tuos.* Bed.
quasi dicat, Sicut ego tuā fidem ne deficiat oran-
do protexi, ita tu infirmiores fratres ne de venia
desperent confortare memento. Amb. Caue ergo
iactantiam, caue seculum. Ille iubeatur cōfirmare
fratres suos qui dixit, Omnia reliquimus & secuti
sumus te. Bed. Quia verò se dominus dixerat pro
fide Petri rogasse, conscius ille præsentis affectus
fideique feruentis, sed futuri casus nescius non
credit se vllatenus ab eo posse deficere. vnde se-
quitur: *Qui dixit ei, Do. te. par. sum, &c.* Theoph. Præ-
Ffff 4 nimia

nimia quidem dilectione flammescit & impossibilia sibi pollicetur. Dicebat autem, audito semel à veritate quod tentandus esset, non amplius cōtendere. Sed Dominus videns eum presumptuose loquentem, promittit tentationis speciem, scilicet quod negaturus esset, vnde sequitur: *Et illi. di. di. Petr. &c.* Amb. Petrus quidem et si spiritu promptus, corporis tamen adhuc infirmus affectu denuntiatur dominum negaturus. Neque enim poterat diuinæ constantiam intentionis æquare. Passio domini æmulos habet, pares non habet. Theoph. Hinc autem magnam doctrinam haerimus, quod non sufficit humanum propositum absque diuino subsidio. Petrus enim quamuis feruens esset, derelictus tamen à Deo, supplantatus fuit ab hoste. Basi. Sciendum autem quod Deo permitte timorati lapsum patiuntur quandoque ad saltus præcedentis remedium. Sed quamuis idem videatur esse dilectum timorati & aliorum, refert non modicum: nam timoratus ex quibusdam insidiis & penè prout voluit, peccauit. Alij verò nullam gerendo curam neque sui neque Dei peccant, neque distinguentes inter peccare & agere virtuose, vnde reor & iussionis modum in eis debere fore diuersum: nam timoratus quodam iuuamine indigens, & circa eandem rem erga quam peccauit iussa debet proferre. Alij verò cum totum bonum animæ destruxerunt affligi & moneri & præceptis subijci debent, quousque ratum sit illis Deum iustum iudicem esse & contremiscant. August. de con. euang. Hoc autem quod hic dicitur, de Petri negatione prædicta, omnes quidem euangelistæ commemorant, sed non omnes ex vna eademque occasione sermones ad eam commemorandam veniunt: nam Matthæus & Marcus eam subnectunt posteaquam dominus egressus est ex illa domo ubi manducauerant pascha. Lucas verò & Ioannes antequam inde esset egressus. Sed facile possemus intelligere aut illos duos ea recapitulando posuisse, aut istos præoccupando, nisi magis moneret quod diuersa non tantum verba, sed etiam sententias domini præmittit, quibus permotus Petrus illam præsumptionem præferret, vel pro domino vel cum domino moriendi, vt magis cogant intelligi ter eum expressisse præsumptionem suam diuersis locis sermonis Christi, & ter illi à domino responsum quod cum ante galli cantum ter esset negaturus. *Et dixit eis: Quando misit vos sine sacculo & pera, &c.* Cyril. Prædixerat autem dominus Petro quod cum esset negaturus tempore, scilicet suæ captiōnis. Sed quia semel facta est metio de captiōne eius, consequenter nuntiat superuenientem cōtra Iudæos conflictum: vnde dicitur, *Et di. di. di. Quam. mi. vos, &c.* Miserat enim saluator sanctos Apostolos prædicare ciuitatibus & oppidis regnum cælorum, præcipiens vt eantes nullius corporalium curam gererent, sed in eo totam spem viuendi reponerent. Chrys. Sicut autem qui docet natate, circa principium quidem manus suas supponens, attentius sustentat suos discipulos: postea verò plerunque manum abstrahens iubet vt sibi opulententur, quinimò & paululum demergi permittit: ita Christus fecit discipulis. In exordiis quidem præsto in cunctis eis aderat, parans eis vberrimè affluentiam omnium: vnde sequitur, *At illi. di. Nihil.* At ubi oportebat & proprias vires ostendere, subtraxit

eis aliquantulum, gratiam iubens eis ex se nonnulla peragere: vnde sequitur, *Dixit. et. eis. Sed. nunc. qui. ha. fac. quo. scilicet. portat. pecuniam. Tol. sim. & peram.* qua scilicet portantur cibaria. Et quidem quando nec calcamenta nec zonam habebant, nec baculum, nec æs, nullius passii sunt penuriam: vt autem marsupium concessit eis & peram, esurire videntur, sitire, & nuditatem pati, ac si eis diceret: Hactenus cuncta vobis vberrimè affluebant, nunc autem volo vos & inopiam experiri, ideoque non addico necessitati pristinae legis, sed mando & loculum habere & peram. Poterat autem & Deus vsque in finem eos in tanta constituere copia, sed noluit ob multas causas. Primò quidem vt nihil sibi tribuerent, sed recognoscerent totum emanasse diuinitus. Secundò, vt moderati sibi sciant. Tertiò, ne maiora de se opinentur. Horum igitur causa permittens eis incutere multa inopinatum, relaxauit prioris legis rigorem, ne grauis & intolerabilis fieret eis vita. Beda. Non enim eadem viuendi regula persecutionis, qua pacis tempore discipulis informat. Missis quidem discipulis ad prædicandum, ne quid tollerent in via præcepti, ordinans, scilicet vt qui euangelium nuntiat, de euangelio viuat. Instante verò mortis articulo, & tota gente pastorem simul & gregem persequente, congruam tempore regulam decernit, permittens vt tollant victui necessaria, donec sopita insania persecutorum tempus euangelizandi redeat, vbi nobis quoque dat exemplum, iusta nonnunquam causa instante, quædam de nostri propositi rigore posse sine culpa intermitteri. August. contra Faustum: Nulla est instantia præcipientis, sed ratione dispensantis tempore diuersitate præcepta vel consilia vel permissa mutantur. Ambro. Qui autem ferire prohibet, cur emere gladium iubet? nisi forte vt sit parata defensio, non vltio necessaria: & videre potuisse vindicari, sed noluisse, vnde sequitur: *Et qui non habet, scilicet sacculum, vendat tunicam, &c.* Chrys. Quid est hoc? qui dixerat, Si quis te percussit in dextera gena, vertas ei & aliam: nunc armat discipulos, & solo gladio. Nam si penitus armare decebat, non solum oportebat gladium possidere, sed & scuta & galeas. Sed et si mille humilimodi possiderent arma, pro tot insultibus & insidiis populorum, tyrannorum, vrbium, nationum, qualiter xi. compararent, & ex solo aspectu agminum non contremiscerent, nutriti in tagnis & fluuiis? Non ergo putemus eum iussisse vt gladios possiderent, sed per gladios inuicti immittentes insidias Iudæorum, vnde sequitur: *Dico enim vo. quoniam hoc, &c.* Theo. Cum enim ipse inter se supra de prærogatiuis contenderit: non est, inquit, tempus prærogatiuarum, imò periculorum excidium. Nam ego magister vester ducor ad mortem non honorabilem, cum impiis deputandus. Etenim ea quæ sunt de me, scilicet prædicta finem habent, id est, impletionem. Volens ergo violentum insultum innuere, meminit gladij: nec prorsus reuelauit, ne tangerentur acedia: nec prorsus obtulit, ne repentinis aggressibus fluctuarent, sed postea recolentes mirarentur, quomodo seipsum pretium exhibuit passioni pro salute humana. Basi. Vel dominus non iubet portare marsupium & peram, & emere gladium, sed prædicat futurum: quod scilicet apostoli obliui temporis,

temporis, passionis, donorum & legis domini auderent sumere gladios: sæpius enim scriptura vritur imperatiua sermonis specie loco prophetiæ. In pluribus tamen libris non inuenitur accipiat, tollat, vel emat: sed accipiet, tollet, & emerit. Theo. Vel per hoc prænuñciat eis quod incurrerent famem & sitim, quod inuicti per peram: & aduersitates nonnullas, quod inuicti per gladium. Vel aliter: quod dominus dicit, *Qui habet sacculum, tollat similiter & peram,* videtur sermo ad discipulos fieri, sed reuera respicit quamlibet iudæi personam, quasi dicat. Si quis Iudæorum abundat facultatibus congestis omnibus fugiat. Si autem quis vltima oppressus penuria colit religionem, hic etiam amictum vendat & gladium emat. Inuadet enim eos intolerabilis imperus pugna, vt nihil ad resistendum sufficiat. Deinde pandit horum malorum causam, quia scilicet passus est penam prophanis debitam eam latronibus crucifixus. Et cum ad hoc peruenit fuerit, sumet finem verbum dispensationis. Persecutoribus autem accident quæ à prophetis sunt prædicta. Hæc igitur dominus prædixit de futuris regionibus Iudæorum: sed discipuli non intelligebant profunditatem dictorum, putantes ob futurum proditoris insultum gladiis opus esse, vnde sequitur: *At illi dixit. Domine, &c.* Chrys. Et quidem si humano eos volebat vt auxilio, nec centum sufficerent gladij: quod si volebat eos vt humano subsidio, etiam duo superuacui sunt. Theo. Noluit ergo dominus eos reprehendere quasi non intelligentes, sed dicens, *Satis est,* eos dimisit. Sicut cum nos aliquem alloquentes cum videmus non intelligere quod dicitur, dicimus, bene, sine: nec ipsum molestemus. Quidam autem dicunt dominum ironice dixisse, *Satis est,* quasi dicat, ex quo duo sunt gladij, sufficienti nobis ad tantam multitudinem quanta nos debet invadere. Beda. Vel duo gladij sufficienti ad testimonium sponte passii saluatoris: vnus qui & apostolis audaciam pro domino certandi, & domino virtutem medicandi doceret inesse: alter qui nequaquam vagina exemptus, ostenderet eos: nec totum quod potuere pro eius facere defensione permittos. Amb. Vel quia lex refert non vetat, fortasse Petro duos gladios offerenti satis esse dicit, quasi licuerit vsque ad euangelium: vt sit in lege æquitatis eruditio, in euangelio bonitatis perfectio. Est etiam gladius spiritualis, vt vendas patrimonium & emas verbum quo mentis penetralia vestiuntur. Est etiam gladius passionis, vt exuas corpus, & imolatæ carnis exuniis ematur tibi sacra corona martyrij. Mouet adhuc quod duos gladios discipuli protulerant, ne forte vnum noui, vnum veteris testamenti sit, quibus aduersus diaboli armamur insidias. Deinde dicit dominus, *Satis est,* quasi nihil desit ei quem vtriusque testamenti doctrina munierit. *Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum, &c.* Beda. Tradendus à discipulo dominus, consueti secessus locum quo facillimè reperiri possit, adit, vnde sequitur: *Et egressus ibat, &c.* Cyril. De die nanque conuersabatur Hierosolymis, obscura verò nocte succedente in montem Oliuarum, cum suis conuersabatur discipulis, vnde subditur: *Seenti sunt, &c.* Beda. Pulchrum autem sui corporis mysteriis imbutos in montem Oliuarum discipulos educit, vt omnes in morte sua baptizatos sancti spiritus cha-

rismate confirmandos esse designet. Theo. Post cœnam autem nequaquam inertia & iocus & somnus occupant dominum, sed oratio & doctrina, vnde sequitur: *Et cum perue. ad lo. di. il. Orate, &c.* Beda. Impossibile quidem est humanam animam non tentari: vnde non ait, *Orate ne tentemini,* sed, *orate ne intretis in tentationem:* hoc est ne tentatio vos superet vltima. Cyril. Sed ne solis verbis eis prodesset, procedens paululum orabat, vnde sequitur: *Et ipse auit. est, &c.* Vbi que inuenies cum semotum orantem, vt discas quod animo attento & corde quieto colloquendum est cū Deo sublimi. Non autem quasi egens alieni suffragij precibus insistebat, qui est omnipotentissima virtus patris: sed vt discamus non esse in tentationibus dormitandum, sed magis orationibus insistendum. Beda. Solus etiam orat, pro omnibus, qui solus erat passurus pro omnibus: significans tantam orationem suam, quantum & passionem à nostra distare. Aug. de qua. euan. *Ambrosius est autem ab eis quæsum iactans est lapidibus,* tanquam typice admonuerit, vt in cura dirigeret lapideam, id est, vsque ad ipsum perducerent intentionem legis quæ scripta erat in lapide. Greg. Nyf. Quid autem sibi vult flexus genarum? de quo dicitur: *Et post, ge. ora.* humanus quidem vsus est pronos terræ supplicare maioribus, factio ostendentes fortiores esse qui rogantur. Palam est autem humanam naturam nihil habere Deo condignum. Et ideo honorifica signa quæ intucem exhibemus, fatentes nos humiliores esse respectu excellentiæ proximi, transsumpsimus ad obsequia incomparabilis naturæ, vnde ille qui nostros langores portauit, ac pro nobis intercessit per hominem quem sumpsit genua flectit orando: sciens non esse superbiendum orationis tempore, sed per omnia humilitati, conformandum: quia Deus superbis resistit, dat autem humilibus gratiâ. Chrys. Quælibet autem ars verbis & operibus ostenditur ab eo qui docet: quia ergo dominus venerat doctorus nos quamlibet virtutem, ob hoc eadem dicit & facit, vnde quia iusserat verbis orare, ne intrarent in tentationem, hoc etiam opere docet. Sequitur enim: *Dicens, Pater si vis transfer, &c.* Non dicit, *si vis,* quasi ignorans an patri placeret: Neque enim magis ardua cognitio est hæc cognitio paternæ substantiæ, quam ipse solus perspiciat: nouit, secundum illud: Sicut nouit me pater, & ego noui patrem, neque hoc dicit quasi respuens passionem. Qui enim comminatus est discipulo volenti eius passionem impedire vt fatanam eum vocaret post multa præconia, qualiter crucifigi notebat? Cur igitur ita dictum est, confideres: quantum erat audire, quod Deus ineffabilis qui quemlibet intellectum transcendit, voluit vterum subire virgineum, hæc sugere, & humana quæque pati. Quoniam ergo ferè incredibile erat quod erat futurum: primò quidem misit prophetas hoc nuntiantes, postea ipse indutus carne veniens, vt non phantasma putaretur, permittit carnem ferre naturales defectus, esurire, sitire, & dormire, laborare, affici & anxari: ob hoc & recusat mortem, veram humanitatem demonstrans. Amb. Dicit ergo, *si vis transfer à me calicem,* quasi homo mortem recusans, quasi Deus sententiam suam seruans. Beda. Vel transferri à se calicem postulat, non quidem timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne ab illo bibat calicem

cem propinatum: unde & signanter non dicit, Transfer à me calicem, sed calicem istum, hoc est populi Iudæorum, qui excusationem ignorantiae habere non potest: qui me quotidie vaticinantur. Dionysius Alexan. Vel quod dicit, *Transfer calicem istum à me*: non est, hoc non adueniat mihi: nisi enim aduenit, transferri non poterit. Igitur ut sentit iam presentem, cepit affici & tristiari, & quasi iam propinquante hoc dicit: *Transfer calicem hunc*. Sicut enim quod praeterit, nec inactum est nec permanens: sic & saluator leuiter inuadentem tentationem flagitat pelli, & hoc est non intrare in tentationem: quod consulit esse orandum, perfectissimum autem modus tentationes euitandi manifestatur cum dicitur: *Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat*. Deus enim inexpertus est malorum. Vult autem nobis bona largiri supra id quod petimus vel intelligimus: ergo perfectam voluntatem patris quam ipse nouerat, petit fortiri effectum: quae eadem est & sua secundum deitatem. Renuit autem impleri humanam voluntatem quam dicit suam, paterna voluntate minorem. Atha. Geminum enim hic velle ostendit: alterum quidem humanum, quod est carnis: alterum vero diuinum, humanitas enim ob carnis fragilitatem recusat passionem, sed diuinus eius affectus affectanter eam subit, eo quod non esset possibile eum detineri à morte. Greg. Nyf. Apollinaris autem asserit effectum Christi non habuit secundum terrenam naturam propriam voluntatem, sed solum in Christo est voluntas Dei, qui de caelo descendit. Dicit ergo quod voluntatem vult dominus nequaquam euenire? Neque deitas auferit propriam voluntatem. Bed. Appropinquans etiam passioni saluator, infirmatum in se vocem sumpsit, ut cum hoc imminet quod fieri nolumus, sic per infirmitatem petamus ut non fiat, quatenus per fortitudinem parati sumus ut voluntas conditoris nostri etiam contra nostram voluntatem fiat. *Apparuit autem illi angelus de caelo confortans eum, &c.* Theoph. Ut nobis innotesceret orationis virtus quatenus eam in aduersis praepoamus, orans dominus ab angelo confortatur, unde dicitur: *Appa. au. il. ange. &c.* Beda, Alibi legimus quia angeli accesserunt & ministrabant ei. In documento ergo vtriusque naturae, angeli & ei ministrasse, & eum confortasse dicuntur. Creator enim creaturae suae non eguit praesidio, sed homo factus sicut propter nos tristis est, ita propter nos confortatur. Theo. Quidam autem dicunt: quoniam apparuit ei angelus glorificans eum, & dicens: Domine, tua est virtus: tu nanque potes contra mortem & infirmum genus humanum liberare. Chry. Et quia non phantasticè, sed verè nostram carnem suscepit, ut approbet dispensationis veritatem, & oppilet haereticorum ora, quaeque humana sustinet. Sequitur enim: *Et factus in ago. &c.* Ambr. Horrent plerique hoc loco qui tristitiam saluatoris ad argumentum inolitae potius à principio, quam susceptae ad tempus infirmitatis inclinant. Ego autem non solum excusandum non puto, sed nusquam magis pietatem eius, maiestatem quae demitior. Minus enim contulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum. Suscepit enim tristitiam meam, ut mihi suam laetitiam largiretur. Confidenter tristitiam nomino, quia crucem praedico, Debit ergo dolorem suscipere ut vinceret. Neque enim habent fortitudinis laudem

qui stuporem magis vulnerum tulerint quam dolorem. Nos ergo voluit erudire quemadmodum mortem, & quod est amplius, futurae mortis mortem vinceremus. Doles ergo domine non mea sed tua vulnera. Infirmatus est enim propter delicta nostra: & fortasse tristis est ideo, quia post Adae lapsum tali transiit nobis erat ex hoc seculo recedendum, ut mori esset necesse. Quae illud distat à verò. Sed tristis erat pro persecutoribus suis quos sciebat in malis sacrilegij poenas daturus, Greg. 24. mo. Appropinquante etiam morte nostrae mentis in se certamen expressit, qui vim quaedam terroris ac fortitudinis patimur, cum per solutionem carnis aeterno iudicio propinquamus nec immerito, quoniam anima post pulillum hoc inuepit quod in aeternum mutare non possit. Theo. Quod autem humanae naturae foret praemissa oratio non autem diuinae, ut dicunt Ariani, patet etiam ex eo quod subdit: Sequitur enim: *Et factus est, &c.* Bed. Nemo sudorem hunc infirmitati deputet, quia contra naturam est sudare sanguinem: sed potius intelligat per hoc nobis declaratum quod effectum iam suae precis obtineret: ut scilicet fidem discipulorum quam terrena adhuc fragilitas arguebat, suo sanguine purgaret. August. de sen. Prospe. Orans etiam cum sudore sanguineo dominus significat de corpore suo toto, quod est ecclesia manatura martyria. Theo. Vel hoc proberbiallyter dicitur de eo qui vehementer sudauit, quod sudauit sanguine. Volens igitur euangelista innuere quod grossis sudoribus guttus madebat, sumit guttas sanguinis ad exemplum. Post hoc autem inueniens discipulos dormientes praetristitia improperat eis, simul admonens ut orarent. Sequitur enim: *Et cum sur. ab ora. &c.* Chry. Erat enim intempestum noctis, & discipulorum oculi praetangustia premebantur, & erat somnus non torporis, sed mœroris. August. de con. euang. Non autem expressit hic Lucas quod oratione dominus ad discipulos venerit, nihil tamen hoc Matthæo & Marco repugnauit. Bed. Demonstrat autem dominus consequenter, quia pro discipulis orauerit, quos monet orationum suarum vigilando & orando exiltere participes. Sequitur enim: *Et ait illis: Quid dor. surgite, &c.* Theo. Hoc est ne à tentatione superentur. Hoc enim est non induci in tentationem, non demergi ab ea. Vel simpliciter nos iubet orare, ut tranquillam sit nostra vita, nec immergamur in aliquod molestorum. Diabolicum enim est & superbium quenquam se in tentatione praecipitare: unde & Iacobus non dixit, Inuicite vos in tentationes: sed, cum incideritis, omne gaudium existimate, de inuito voluntarium facientes. *Adhuc eo loquente, ecce turba, &c.* Glos. Praemissa oratione Christi, subditur de eius prodicione, qua à discipulo proditur. Dicitur enim: *Adhuc eo lo. ec. tur. &c.* Cyril. Dicit autem qui vocabatur Iudas, quasi nomen eius habens exolum: addit autem vnus de duodecim ad significantiam nequitiae proditoris, Nam qui honoratus fuerat aequalis apostolis, factus est occisionis causa in Christum. Chryfost. Sicut enim insanabilia vulnerum nec austeris medicamentis obediunt nec demulcentibus: sic anima ubi semel est captiuata, & seipsam dederit cuiuscunque peccato, nullum emolumentum ex admonitionibus consequetur: quod & accidit Iudae à prodicione non cessanti, quamvis omnimodo doctrinae esset à Christo prohibitus: unde sequitur,

sequitur, *Et ap. Iesu, &c.* Cyril. Immemor enim gloriae Christi, putauit forsitan posse latenter agere, ausus praecipuum dilectionis signam organum efficere doli. Chryf. Non autem discedendum est à fratre mortem, quanquam nihil propter nostra verba eueniat, nam & riuuli, etsi nullus hauriat, fluunt, etsi forsitan non persuaseris hodie, poteris forsitan cras. Piscator enim per totam diem vacua trahens retia, circa sero piscem capir: unde dominus, etsi sciret Iudam non conuertendum, non destitit facere quae sua intererat. Sequitur enim: *Te. au. di. ei. Iuda os. &c.* Amb. Per interrogationem pronuntiandum quod, quasi amantibus affectu corripit proditorem. Chryf. Proprium autem nomen ponit, quod magis dolentis erat & reuocantis, quam prouocati ad iram. Ambr. Dicit autem: *Oculo tradis?* hoc est amoris pignore vulnus infligis, & pacis instrumento mortem irrogas? Seruus dominum, discipulum prodit magistram, electus auctorem. Chryf. Non autem dicit, Tradis magistrum tuum, dominum tuum benefactorem: sed, *filium ho.* Hoc est mansuetum & mitem, qui si non esset magister & dominus, quia tamen tam suauiter erga te gessit, non esset à te prodendus. Ambr. Magna o domine significatio potestatis, magna disciplina virtutis, & consilium prodicionis aperitur, & adhuc patientia non negatur. Ostendit Deum quem proderet, dum occulta manifestat: ostendit quem traderet, dum dicit: *Filium hominis: quia caro non diuinitas comprehenditur.* Illud tamen plus confat in gratum, quod cum tradiderit, qui cum affertur Dei filius, propter nos filius hominis esse voluisset, quasi dicat, propter te suscepi ingrati quod tradis hypocrita. August. Hoc ergo dominus cum traderetur primo dixit quod ait Luc. *Iuda, &c.* Deinde quod Matthæus amice ad quid venisti? Deinde id quod Ioannes commemorat: *Quem quaeritis?* Ambros. Osculatus est autem eum dominus non quo simulare non deceat, sed ut neque proditorem refugere videretur, & plus afficeret proditorem cui amoris officia non negaret. Theoph. Zelantur autem discipuli & gladios euaginant: unde sequitur, *Videntes autem hi qui, &c.* Sed qualiter habent gladios? quia mactauerant agnum, & à mensa discesserant. Alij autem discipuli quaerunt an percuterent, sed Petrus vbique seruens pro domino persuasionem non expectat, percussit seruū pontificis: unde sequitur, *Et percussit vnus, &c.* August. de con. euang. *Qui percussit secundum Ioannem Petrus erat, quem autem percussit Malchus vocabatur.* Ambr. Erudit enim in lege Petrus promptus affectu, qui sciret Phinees reputatum ad iustitiam quod sacrilegos peremisset, percussit principis seruū. Aug. de con. euang. Deinde Lucas dicit. *Respon. au. te. ait, Sini. vsque huc.* Et hoc est quod Matthæus commemorat: *Conuertere gladium tuum in locum suum.* Nec moueat quasi contrarium sit quod Lucas hic dicit dominum respondisse: *Sinite vsque huc.* Quasi post istam percussione ita dictum fuerit, ut placuerit ei vsque huc factum, sed amplius fieri noluerit: cum in verbis quae Matthæus posuit intelligatur potius totum factum quo vnus est gladio Petrus domino displicuisse. Illud enim verum est, quod cum interrogasset, dicentes: *Domine si percussit gladio?* tunc respondit: *Sinite huc,* id est, non vos moueat quod futurum est: permittendi sunt huc-

usque progredi, hoc est ut me apprehendant & impleantur quae de me scripta sunt. Non enim diceret: *Respondens autem Iesus: nisi ad interrogationem eorum responderet, non factio Petri.* Sed inter moras verborum interrogantium dominum, & illius respondentis, Petrus auditate defensionis percussit. Sed non potuit simul dici quae simul fieri potuerunt, tunc sicut dicit Lucas sanauit eum, qui percussus erat. Sequitur enim: *Et cum reti. &c.* Bed. Nunquam enim pietatis suae dominus obliuiscitur. Illi iusto mortem inferunt: iste persequentium vulnera sanat. Amb. Sed cum dominus vulnera creuentum deterfit, mysteria diuina subiecit, ut seruus principis mundi non naturae conditione, sed culpa aëria vulnus exciperet, qui non audisset verba sapientiae. Aut si Petrus volens percussit aurem, docuit quod autem in spem haberet non deberet, quam in mysterio non haberet. Sed quare Petrus? quia ipse ligandi & solvendi adeptus est potestatem, & ideo tollit gladio spiritali aurem interiore malè intelligentis. Sed dominus ipse refundit auditum, demonstrans & ipsos si conuertantur, posse saluari, qui in passione domini vulnerati sunt, eo quod omne peccatum fidei mysteriis abluatur. Beda, Vel seruus iste populus est Iudæorum, principibus sacerdotum indebito mancipatus officio, qui in passione domini dexteram auriculam, id est spiritualem legis intelligentiam perdidit, quae auris, scilicet Petri gladio deciditur, non quod ille sensum intelligendi audientibus tollat, sed diuino ablatum iudicio negligentibus pandat. Verum eadem dextera auris in his qui in eodem populo crediderunt diuina dignatione pristino est restituta officio. Sequitur: *Dixit au. te. ad. &c.* Chryf. Accesserant enim nocte timentes multitudinis imperum, & ideo dicit: quid vobis opus erat his armis in eum qui vobiscum est semper? & hoc est quod sequitur: *Cum quotidie vobiscum fuerim, &c.* Cyril. Vbi non inculpat dominus praesides Iudæorum, quod non sibi maturè parauerant insidias mortis, sed arguit eos qui temerè opinabantur eum se inuasille ipso inuito: ac si dicat, tunc non cepistis me quia volebam, sed nec nunc possidetis nisi me sponte vestris subijcerem manibus: unde sequitur, *Sed haec est hora vestra,* id est, paruum tempus concessum est vobis exercendae in me vestrae superbiae patre votis meis fauente. Dicit etiam quod haec potestas est tenebris data, id est diabolo & Iudaeis insurgendi in Christum. Et hoc est quod subditur, *Et potestas tenebrarum.* Beda, quasi dicat: Ideo aduersum me in tenebris congregamini, quia potestas vestra qua sic contra lucem mundi armamini, in tenebris est. Quaeritur autem quomodo Iesus principes sacerdotum, magistratus templi, & seniores qui ad se venerunt alloqui dicatur, cum apud alios euangelistas non ipsos venisse, verum in atrio Cayphae expectantes ministros misisse perhibentur? Sed huic contrarietati respondetur: quod illi non per seipsos, sed per eos quos miserunt ad apprehendendum Christum in suae iustitiae potestate venerunt. *Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum, &c.* Ambr. Non intellexerunt infelices mysterium, nec venerati sunt elementem pietatis affectum, quod etiam hostes suos non passus est vulnerari. Dicitur enim: *Compre. autem eum, &c.* Cum legimus teneri Iesum, caueamus ne putemus eum teneri secundum

secundum diuinitatem, & inuitum quasi infirmum: teneretur enim & ligatur secundum corporis veritatem. Bed. Princeps autem sacerdotum Caypham significat, qui secundum Ioannem erat pontifex anni illius. Aug. de con. euang. Sed primò ad Annam ductus est sacerdotum Cayphæ, sicut Ioannes dicit, quàm ad Caypham ut Matthæus dicit: Marcus autem & Lucas nomen non dicunt pontificis. Chryl. Ideo autem ducitur ad domum pontificis, ut de consensu principis sacerdotum singula quæque facerent: illuc enim omnes conuenerant Christum præsolantes: magnus autem fetor Petri ostenditur qui nõ aufugit, cum alios fugientes vidisset. Sequitur enim: *Pet. ve. sequebatur, &c.* Ambros. Bene à longè sequebatur, iam proximus negatur, neque enim negare potuisset si Christo proximus adhæsisset. Sed in hoc fit reuerendus quòd dominum non reliquit, etiam cum timeret, metus naturæ est, cura pietatis. Bed. Quòd autem ad passionem euntem dominum à longè sequitur Petrus, significat ecclesiam securam, quòd est imitatura passionem domini, sed longè differenter: ecclesia enim pro se patitur, at ille pro ecclesia. Ambr. Iam autem in domo principis sacerdotum ignis ardebat: unde sequitur, *Accessio au. igne, &c.* Accessit Petrus ut calefaceret se, quia clauso domino calor mentis iam in eo refrigerat. Chryl. Traditæ enim erant Petro clauis regni caelorum, quæ credenda erat ei populum innumera multitudo, quæ esset inuoluta peccatis. Erat autem Petrus paulò durius, sicut truncata ferui principis sacerdotum declaratur auricula. Hic igitur tam durus tamque feuerus, si donum non peccandi fuisset adeptus, quæ uenia commissis populis donaretur? quem diuina prouidentia permisit quòd primò ipse laboraret in peccatum, quòd erga peccatè duriorem sententiam, proprii casus intuitu, temperaret: & cum se calefacere uellet ad prunas, accessit ad eum puella de qua sequitur: *Quem cum uid. ancil. &c.* Ambr. Quid sibi uult quòd primò eum prodit ancilla, cum uiri utique magis poterint eum recognoscere, nisi ut iste sexus peccare in nece domini uideretur, ut & iste sexus redimeretur per domini passionem? Petrus autem proditus negat, mallo enim negasse Petrum quàm dominum sefessisse: unde sequitur, *At il. ne. Mul. non, &c.* Chryl. Quid ais ò Petre? Vox tua repente mutata est, os enim plenum fidei & amoris, in odium perfidiæque conuersum est: non tibi flagella, nondum sunt admota tormenta: qui te interrogat, nullus est eorum qui auctoritate sui possit formidinem incurere consentientium: mulier te simplici uoce interrogat, & forè nec proditura confessum, nec tamè mulier, sed puella ostiaria, uile mancipium. Ambr. Sed ideo negauit Petrus, quia promisit incautè: non negat in monte, non in templo, non in sua domo, sed in prætorio. Ibi negat, ubi Iesus ligatus est, ubi ueritas non est. Negans autem dicit, *Non noui illum: temerarium quippe erat ut diceret, quia nouerat eum, quem mens humana nõ potest comprehendere: nemo enim nouit filium, nisi pater.* Rursum secunda uice negat Christum. Sequitur enim: *Et post pusil. alius uidens, &c.* Aug. de con. euang. Intelligitur autem quòd in hac secunda negatione à duobus est cõpellatus, ab ancilla, scilicet quam commemorant Matthæus & Marcus: & ab alio, quem commemorat Lucas. Hoc ergo quòd hic

Lucas dicit, & post pusillum, iam egestus erat: ianuam Petrus & primus gallus cantauerat: ut Marcus dicit. Iam redierat, ut, quem admodum dicit Ioannes, ad focum stans iterum negaret, de qua negatione sequitur: *Petrus ve. ait, &c.* Ambr. Maluit enim se negare, quàm Christum, aut quia uidebatur negare Christi societatem, utique se negauit. Bed. In hac autem negatione Petri, dicimus non solum ab eo negari Christum, qui dicit eum non esse Christum, sed ab illò etiam qui cum sit, negat se esse Christum. Ambr. Tertio quoque interrogatur. Sequitur enim: *Et interna. fa. qua. ho. vnus alius qui affir. di. Verè & hic cum illo erat.* Aug. de con. euang. Quòd Matthæus & Marcus dicunt post pusillum, quantum esset hoc temporis manifestat hic Lucas dicendo: *Et interuallo. fa. ho. quasi hora vnus: de hoc autem interuallo tacet Ioannes.* Item quòd Matthæus & Marcus nõ singulari, sed plurali numero enuntiant eos qui cum Petro agebant, cum Lucas & Ioannes vnum dicant, facile est intelligere, aut pluralem numerum pro singulari uisitata locutione usurpasse Matthæum & Marcum, aut quòd vnus maxime tanquam qui eum uiderat affirmabat, ceteri autem secuti eius fidem Petrum simul uergebant. Iam uerò illud quòd Matthæus ipsi Petro dixit asseuerat, Nõne te uidi in hortu? Marcus autem & Lucas inter se illos de Petro locutos, aut sententiam intelligimus tenuisse eos, qui compellatum dicunt Petrum: tantum enim ualet quòd de illo coram illo dicebatur, quantum si illi diceretur: aut utroque modo dictum, & alios hunc alios illum modum commemorasse. Bed. Subdit autè *Nam & Gali. est.* non quòd alia lingua Galilæi, atque alia loquerentur Hierosolymicæ, qui utriusque fuerunt Hebræi, sed quòd vnaquæque prouincia & regio suas habendo proprietates, uisitata loquendi sonum vitare non possit. Sequitur: *Et ait Pet. ò homo nescio quid dicis.* Ambr. Hoc est, sacrilegia uestra nescio, sed nos excusamus, ipse non excusauit. Non enim satis est inuoluta responsio contentis Iesum, sed aperta confessio. Et ideo Petrus non de industria respondisse sic inducitur, quia postea recordatus est: & tamen fleuit. Bed. Solet autem sacra scriptura sæpe meritum causarum per meritum designare temporum: unde Petrus qui media nocte peccauit, ad galli cantum pœnituit. Sequitur enim: *Et conti. il. adhuc lo. gal. cant.* quod in tenebris obliuionis errauit uerè lucis rememoratione correxit. Aug. de con. euang. Galli autem cætum post trinam negationem Petri intelligimus: sicut Marcus expressit. Bed. Hunc gallum mysticè opinor aliquem doctorem intelligendum, qui iacentes & somnolentos increpat dicens: *Euigilate iusti, & nolite peccare.* Chryl. Admirare autem curam magistri, quia cum uinctus esset, multa utebatur prouisione erga discipulum, quem nutu erigens ad lachrymas prouocauit. Sequitur enim: *Et conuersus dominus respexit Petrum.* Augustinus de concordant. euangeliorum. Quomodo accipiendum sit diligenter considerandum est. Dicit enim Matthæus, Petrus enim sedebat foris in atrio: quòd non diceret, nisi illa cum domino intus agerentur. Similiter & in eo quòd dixit Mar. *Et cum esset Petrus in atrio deorsum: ostendit nõ solum in interioribus, sed etiã in superioribus gesta quæ dixerat.* Quomodo ergo respicit dominus Petrum facie corporali?

rali: Quapropter mihi uideretur illa respectio diuinitatis facta. Et sicut dictum est, *Respice & exaudi me, & conuertere domine & libera animam meã:* ita dictum arbitror, *Conuersus dominus respexit Petrum.* Bed. Respicere nanque eius misereri est, quia non solum cum agit uerè penitentia, uerum etiam ut agatur Dei misericordia necessaria est. Ambr. Denique quos Iesus respicit, plorant delictum. unde sequitur: *Et res. est Pet. uer. do. quasi dicit. Quia prius gal. canta. ter me ne. Et egress. &c.* Quare fleuit? quia errauit ut homo: lachrymas eius lego, satisfactionem non lego. Laudent lachrymæ delictum, quòd uoce pudor eis confiteri. Negauit primò & secundò & non fleuit, quia adhuc non respexerat dominus. Negauit tertio: respexit eum Iesus, & amarissimè fleuit, & tu si ueniam uis mereri, dilue lachrymis culpam tuam. Chryl. Nõ autem audebat Petrus palam flere, ne à lachrymis deprehenderetur, sed foras exiens lachrymabatur. Flebat autem nõ propter pœnam, sed quia delictum negauerat, quòd molestius erat ei quolibet supplicio. *Et uiri, qui tenebant illum, illudiebant ei cadentes, & uelauerunt eum, &c.* Augustinus de concordantia euangeliorum. De Petri tentatione quæ inter domini contumelias facta est, non eodem ordine omnes narrat. Nam illas primò commemorat Mar. & Mar. deinde Petri tentationem: Lucas uerò explicauit prius tentationem Petri, deinde contumelias domini, dicens: *Et uiri qui tenebant eum, &c.* Chryl. Cæli & terræ dominus Iesus fuit, & patitur impiorum ridicula, formam nobis patientiæ præbens. Theo. Nec non dominus prophetarum ut pseudopropheta deludatur. sequitur: *Et uel. eum, &c.* Bed. Hæc quasi in contumeliam faciebant eum qui se à populis prophetam uoluit haberi. Sed tunc qui casus est colaphis Iudæorum, cæditur etiam nunc blasphemis falsorum Christianorum. Velauerunt autem eum, non ut eorum illa scelera non uideat: sed ut à seipsis faciem eius abscondant. Hæretici autem & Iudei, & mali catholici eum reprobis actibus exacerbantes, quasi ei illudentes, dicunt? Quis est qui te percussit? Dum ab illo suas cogitationes & operta tenebrarum cognosci non astitimant. Aug. de con. euang. Hæc autem intelligitur passus dominus usque: mane in domo principis sacerdotum, quo prius ad ductus est, unde sequitur: *Et uer. fa. est dies conue. se. ple. &c.* Beda. Non ueritatem desiderabant, sed calumniam præparabant. Siquidem Christum hominem tantummodo de stirpe Dauid uenturum sperantes, hoc ab eo quærebant, ut si diceret: *Ego sum Christus, calumniarentur quòd sibi arroget regiam potestatem.* Theo. Ipse uerò sciebat eorum præcordia quòd qui non crederent operibus, multò minus sermonibus crederent. unde sequitur: *Et ait il. Si uo. dixit. &c.* Bed. Sæpe enim dixerat se Christum esse: puta tàm dicebat, *Ego & pater vnus sumus, & cætera talia. Si autem inter. non respon. mi. neque dimittetis.* Interrogauerat enim eos quomodo dicerent Christum filium esse Dauid, cum Dauid in spiritu dominum suum illum uocauerit: uerum illi neque dicenti credere, neque interroganti respondere uoluerunt, quia autem semen Dauid calumniari quærebant, plus est quòd audiunt: sequitur: *Ex hoc au. erit filius, &c.* Theo. quasi dicat, Non est uobis de cætero tempus sermonum & doctrinæ, sed deinceps iudicij tempus erit, cum uidebitis me filium hominis sedentem à

dextris uirtutis Dei. Cyril. Cùm autem de Deo sessio dicitur atque thronus, regia & uniuersis principibus dignitas designatur. Non enim putamus tribunal quoddam positum esse cui credamus inniti dominum omnium, sed nec omnino dextrum uel sinistrum esse penes diuinam naturam: proprium enim est corporum, figura & locus & sessio. Qualiter autem paris honoris, paris quoque concessus filius uidebitur esse, si non est secundum naturam filius naturalem, in se proprietatem habens patris? Theo. Hæc igitur audientes timere debebant, sed illi post hæc uerba magis insanuunt. unde sequitur: *Di. au. omnes, &c.* Be. Quòd se filium Dei dixerat, acceperunt in eo quòd ait, *Etis fil. hom. &c.* Ambr. Dominus autè maluit se regem probare quàm dicere, ut condemnandi causam habere non possint, qui quòd obiciunt, hoc fatètur. sequitur: *Qui ait, uos dicit. quia ego sum.* Cyril. Hoc autem dicente Christo, succensuit phariseorum cohors, usurpans ignominie uocem. unde sequitur: *At il. di. Quid adhuc, &c.* Theo. Ex quo patet, quòd inobedientes nulla commoda ferunt, reuelatis sibi secretioribus, sed maiorem pœnam acquirunt: propter quòd talia oportet eis esse occulta.

Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum &c. Aug. de con. euang. Postquam compleuit Lucas narrando Petri negationem, recapitulauit, quæ cum domino gesta sunt circa mane, commemorans quædam quæ alij tacuerunt: atque ita cõtexuit narrationem, similia aliis narras cum dicit: *Et sur. omnis multi. eorum, &c.* Bed. Ut impleretur sermo Iesu quem de sua morte prædixit, Tradetur gentibus, scilicet Romanis. Nam Pilatus Romanus erat, eumque Romani in Iudæam præsidè miserant. Aug. de con. euang. Deinde apud Pilatum gesta sic narrat. *Cæperunt autem eum accusantes: Hunc inue. sibi uer. gen. nostram, &c.* Hoc Matthæus & Marcus non dixerunt, cum tamen dicerent quòd eum accusabant: sed iste etiam ipsa crimina quæ falsò obicerent, aperuit. Theo. Euidèter autem aduersantur ueritati. Non enim dominus prohibuit dari censum, sed magis dari iussit. Qualiter autem populum subuertebat? an ut regnum aggredere: sed hoc incredibile cõstis, quia uolente multitudine tota eum in regem eligere, sciens fugit. Bed. Duobus autem domino obiectis, scilicet quòd tributa Cæsari dari prohiberent, & se Christum regem diceret: potuit fieri ut illud quòd dominus ait, *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, etiam Pilatum audisse cõgerit.* Ideoque causam hanc quasi apertum Iudæorum mendacium parui pendens, solum quòd nesciebat de regni uerbo interrogandum putauit. Sequitur, *Pilatus autem interrogauit, &c.* Theo. Mihi uideretur quòd à Christo quæsierit contemptum obiecti criminis subannando, quasi dicat, tu pauper, humilis, uudus, cui nullus adiutor, accusaris de regni ambitione, ad quòd opus est multorum adiutorum & sumptuum. Beda. Eodem autem uerbo præfidi, quò & principibus sacerdotum respondet, ut propria sententia condemnentur, Sequitur: *At il. respondens ait, &c.* Theo. Illi autem cum nihil aliud faueret eorum calumniæ, recurrunt ad clamorum subsidia. Sequitur: *At illi. in. a. di. Comm. pop. do. per. uniu. Iudæ. inci. à Galil. usque huc.* quasi dicat, Peruerit populum nec in vna parte tantum, sed à Galilæa inceptit, & hucusque peruenit transiens

per Iudæam: putò autem eos non absque causa meminisse Galilææ, sed volentes incutere timorem Pilato. Galilæi enim schismatici fuerunt, & noua tentantes, qualis fuit Iudas Galilæus, cuius in Actibus Apostolorum fit mentio. Bed. His autem verbis nõ illi, sed se accusant. Docuisse enim populum, & à pristini temporis ignauiâ docendo commouisse, talique actu terram promissionis pertransisse, non criminis, sed indicium est virtutis. Ambrosius, Accusatur autem dominus & tacet, quia defensione non indiget. Ambiant defendi, qui timent vicini. Non ergo accusationem tacendo confirmat, sed despicit nõ refellendo. Quid ergo timeret, qui non ambit salutem? solus vim suam prodit, vt acquirat omnium. *Pilatus autem audiens Galilæi, interrogauit si homo Galilæus esset, &c.* Beda, Pilatus de præmissa accusatione non interrogandum dominum ratus, sed ipsum magis nacta occasione cupit ab eo iudicando liberum reddere. vnde dicitur: *Pilatus autem audiens Galilæi, interrogauit si homo Galilæus esset.* Et ne contra eum quem insontem, & propter inuidiam traditum cognouerat, sententiam dare cogere, Herodi eum misit audiendum: vt ipse potius eum qui eius patriæ terrarcha existerat, vel absolueret, vel puniret. Sequitur: *Et vt cognoscere.* Theop. In hoc sequitur legem Romanam, quæ iubebat quemlibet à principe suæ iurisdictionis condemnari. Greg. 10. mor. Christi autem famam Herodes explorare voluit, cum eius miracula videre conceperat. Sequitur: *Herodes autem vi.* Theop. Non tamquam lucratus quicquam utilitatis ex eius aspectu, sed patriens nouorum cupidinem, credebat videre quendam extraneum hominem, de quo audierat quod sapiens & mirificus esset. vnde sequitur: *Eo quod audi. mul.* Volebat etiam audire ab eo quid diceret: & ideo interrogat eum quasi irrisorie se habes ad ipsum & ipsum subsannans. Sequitur: *Inter. autem illum multis sermonibus.* Iesus qui cuncta ratione peregit, & qui teste Dauid, suos sermones in iudicio disponit: pius esse iudicauit in talibus habere silentium. Sermo enim prolatus, ei cui nihil proficit, condemnationis fit causa. vnde sequitur: *Et ipse nihil ei respondebat.* Ambr. Tacuit & nihil fecit, quia nec illius credulitas merebatur videre diuina. Et dominus iactantiam declinabat, & forte typicè in Herode omnes impij significatur, qui si legi non crediderint & prophetis, mirabilia Christi opera in euangelio videre non possunt. Greg. 12. moral. Hoc etiam audientes nos oportet addiscere, vt quoties auditores nostri nostra volunt quasi laudando cognoscere, non autem sua peruersa mutare, omnino taceamus: ne si ostentationis studio verbum Dei loquimur, & illorum quæ erat culpa, esse non desinat: & nostra quæ nõ erat, fiat. Multa autem sunt quæ audientis animum produnt, maxime si auditores nostri & semper laudant quod audiunt & nunquam quod laudat sequuntur. Greg. 10. moral. Inquisitus ergo redemptor tacuit, expectatus miracula adhibere contempsit, seseque apud se in occultis retinens, eos quos extiora quærere compertit, ingratos foris reliquit: magis eligens apertè à superbientibus despici, quàm à non credentibus vacua voce laudari. vnde sequitur: *Stu. autem prin.* Amb. Non otiosum quod veste alba induitur ab Herode, immaculatæ tribuens indicia passionis, quod agnus Dei sine macula cum gloria mundi peccata susci-

peret. Theop. Tu tamen considera quod per ea quæ facit diabolus impeditur, congerit derisiones & opprobria in Christum: ex quibus declaratur quod dominus sediciosus non sit, alioquin non derideretur plebe reddita suspecta, & nouitatibus gaudente. Missio autem Christi à Pilato ad Herodem fit amicitij communis exordium, quasi Pilato non usurpante sibi subditos ditioni Herodis, vnde subditur: *Et facti sunt amici Herodes, &c.* Attende diabolum vbique coniungentem diuina, vt Christi peragat necem. Erubescamus ergo nos, si causa nostræ salutis nec amicos in proprio credere conseruamus. Ambrosius: In typo etiam Herodis atque Pilati, qui amici ex inimicis per Iesum Christum facti sunt, & plebis Israël & populi gētilis figura seruantur, quod per domini passionem vtriusque sit futura concordia: ita tamen vt prius populus nationum capiat Dei verbum, & ad populum Iudæorum fidei suæ deuotionem transmittat, vt illi quoque gloria maiestatis suæ, corpus vestiant Christi, quod ante despexerant. Beda, Vel hoc Herodis & Pilati socius, significat quod gētilis & Iudei, genere & religione & mente dissidentes, in Christianis persequendis consentiunt. *Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum, &c.* Aug. de con. euan. Rediens Lucas ad ea quæ apud præsidem gerebantur, vnde digressus erat, vt narraret quod apud Herodem actum est, ita dicit: *Pila. au. con. &c.* Hic intelligimus eum permississe, quemadmodum à domino quæ fieri, quid accusatoribus responderet. Amb. Hic Pilatus Christum absoluit iudicio, crucifigit ministerio, ad Herodem mittitur, ad Pilatum remittitur. vnde sequitur: *Sed neque He. &c.* Et si vterque reum non pronuntiat, ob metum tamen alienæ crudelitatis studij Pilatus obsequitur. Theop. Duo enim ergo virorum testimonio Iesus insons ostenditur, Iudæi verò qui accusabant nullum testem obrulerunt: cui credere oporteret. Vide ergo quomodo superet veritas. Iesus tacet, & testantur inimici: proclamant Iudæi, & nullus eorum attestatur clamoribus. Bed. Perat ergo scripta quæ tanto post tempore contra Christum compoſita, non illum apud Pilatum magica artis accusatum, sed componentes apud dominum perfidias & falsitatis accusandos esse demonstrat. Theo. Lentus ergo Pilatus, nec satis apud veritatem seuerus, quia timebat accusationes, subiungit: *Emendatum ergo illum dimittam.* Bed. quasi dicat, Flagris illum & ludibriis quantum iubetis afficiam, dummodo innoxium sanguinem non sitiat. Sequitur: *Necesse autem ha. dimitt. eis, &c.* Necesse habebat non imperialis legis sanctione, sed annua gentis consuetudine deuictus, cui per talia gaudebat placere. Theo. Romani enim Iudæis concesserant secundum leges & ritus proprios conuersari. Mos autem patrius erat Iudæis petere damnatos à principe, sicut à Saule Ionatam petierunt. vnde & de eorum petitione nunc subditur: *Excla. autem si, &c.* Amb. Non immeritò homicidia absolutionem petunt, qui flagitabant innocentis exitium: tales leges iniquitas, vt quod oderit innocentia, scelus diligit. In quo tamen nominis interpretatio speciè dat figuræ. Barabas enim patris filius Latine dicitur. Illi ergo quibus dicitur. Vos ex patre diabolo estis: vero Dei filio patris sui filium, id est, antichristum prælatum esse produnt. Bed. Hæret autem Iudæis

vique

vique; hodie sua petitio: quia enim data sibi optio- ne, pro Iesu latrone, pro saluatore interfectorem elegerunt, merito salutem vitamque perdid- derunt, & latrocinis se ac seditionibus insatum subiecerunt, vt & patriam & regnum suum perdid- derint. Theo. Sic igitur gens olim sancta fuerit ad eandem, Pilatus gentilis eadem prohibet. Sequitur enim: *Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, &c.* Pessimo enim genere mortis occidere in- nocentem, hoc est crucifigere desiderat. Penden- tes enim in ligno crucifixi, clauis ad lignum pe- dibus manibusque confixis, producta morte ne- cabantur, ne dolor citius finiret. Verum à do- mino electa erat mors crucis, quam diabolo su- perato, tanquam trophæum in frontibus fidelium erat positum. Theo. Tertio autem Pilatus Chris- tum absoluit. Sequitur enim: *Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim, &c.* Bed. Hæc correptionem qua populo latisaceret (ne vsque ad crucifigen- dum saluatorem seuiant) Pilatus quærebatur non solum obtulisse, sed etiam deridendo & flagellâ- do exhibuisse verba Ioannis restantur. Quia verò totam accusationem quam aduersus dominum detulerunt, solliciti Pilati interrogatione vide- bant euacuatam, tandem ad solas se preces con- uertunt. vnde sequitur: At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur, &c. Theo. Tertio clamant contra Christum, vt per trinam hanc vocem, suam esse occasionem Christi ap- probent, quam petendo extorserunt. Sequitur enim: *Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium & se- ditionem missus fuerat in carcerem: Iesum vero tradidit voluntati eorum.* Chryl. Putabant enim hoc se posse alruere qd Iesus deterior esset latrone; & adeo nequam vt neque pro pietate, neq; pro festi præ- rogatiua deberet liberari. *Et cum dicerent eum, ap- prehenderunt Simonem quandam Cyrenensem venientem de villa, &c.* Glof. Posita condemnatione Christi, conuenienter agit de eius crucifixione, cum dicitur: *Et cum dicerent eum, apprehenderunt. Simonem quandam Cyrenensem venientem de villa, &c.* Aug. de con. euan. Ioannes autem narrat quod Iesus baiula- bat sibi crucem: vnde intelligitur quod ipse sibi portabat crucem cum exiret in eum qui dicitur Caluaria locum. Simon autem in itinere angari- atus est, cui data est portanda crux vsque ad lo- cum, nullus enim aliorum acceptabat crucem baiulare, eo quod lignum detestabile putabatur: & ideo Simoni Cyrenæo quasi in quandam iac- turam imposuerunt crucem portare, quam alij recusabant. Hic adimpletur illud Esaie: Cuius principatus super humerum eius. Principatus enim Christi, est crux eius, propter quam secundum apostolum, Deus eum exaltauit. Et sicut in signum dignitatis alij baltheum, alij mitrâ port- ant, sic & Dominus crucem. Et si inquiras, in- uenies non aliter in nobis regnare Iesum nisi per asperitates, quod sit vt delictis inimici sint Chris- ti crucis. Amb. Christus ergo crucem baiulans, iam trophæum suum victor atrulit: crux super humeros imponitur, quia siue Simon siue ipse portauerit, & Christus in homine, & homo port- auit in Christo. Nec discordat euangelistarum sen- tentiæ quoniam eorum concordat mysterium. Et bo- nus ordo nostri profectus est, vt prius crucis suæ trophæa ipse erigeret, deinde martyribus trade-

ret erigendum. Non Iudæus est qui crucem por- tat, sed alienigena atque peregrinus, nec præce- dit, sed sequitur: iuxta hoc quod scriptum est, Tollat crucem suam & sequatur me. Bed. Simon autem obediens, Cyrene heres interpretatur: vnde per eum populi gentium designantur, qui quondam peregrini & hospites testamentorum, nunc obediendo facti sunt Dei hæredes. De villa autem Simon egrediens crucem portat post Ie- sum, cum paganis ritibus derelictis, vestigia do- minicæ passionis obedienter amplectitur. Villâ enim Græcè pagos vocatur, à qua pagani nomen trahunt. Theo. Vel ille tollit crucem Christi, qui venit à villa, id est, dimittit hunc mundum & opo- ra eius, in Hierusalem, id est, in supernam liberta- tem tendens. Ex hoc etiam non modicum sumit- tur documentum. Qui enim ad modum Christi magister est, debet ipse prius tollere crucem, & timore Dei propriam carnem configere: & sic subditis & obedientibus eam imponere. Sequi- tur autem Christum etiam multitudo plebis & mulierum: nam subditur: *Sequebatur autem, &c.* Bed. Multa quidem turba crucem domini, sed non vna eademque mente sequebatur. Nam populus qui eius mortem impetrauerat, vt mori- tem lætus aspiceret: mulieres verò, vt moriturum plorarent. Non autem ideo solus mulierum plan- ctus sequebatur, quia non etiam innumerus vi- rorum coctus de eius erat passione mœstissimus, sed quia femineus quasi contemptibilior sexus liberius poterat quod senserat ostentare. Cyril. Amans etiam lachrymarum est semper sexus fœ- mininus & mentem habens flexibilem ad pieta- tem. Theo. Per hoc etiam significabatur quod multitudo magna Iudæorum esset post crucem itura credens in Iesum. Sed & mens infirma quæ significatur per fœminam, si sumpta cordis con- tritione per pœnitentiam fleat; sequitur Iesum propter nostram salutem afflictum. Flebant igitur mulieres per compassionem. Eum autem qui vltro patitur flere non oportet, sed magis ei applaudere, & ideo eas flere vetat. Sequitur enim: *Conuersus autem Ie. ad il. dixit: Filia Hieru. nol. fle. su. me.* Bed. Cuius, scilicet cita resurrectio mortem soluere potest, cuius mors & omnem mortem & ipsum mortis destructura est auctorem. Notan- dum autem cum filias Hierusalem appellat, quod non solæ quæ cum eo venerant à Galilæa, sed & eiusdè vrbis ciues & mulieres adhæserunt. Theo. Mandat deplorantibus eum in futura mala pro- spectum intendere, & super illis flere. sequitur enim: *super vos ipsas flete, &c.* Cyril. Significans in futuro mulieres liberis esse orbandas: nam irru- ète bello in terra Iudæorum cuncti simul peribunt magni & parui. vnde sequitur: Quia ecce venient dies in quibus dicent, &c. Theo. Cum enim fœ- minæ crudeliter suos assabant filios, & veter qui produxerat flebiliter, iterato recipiet gemitum. Bed. In quo die venturæ à Romanis obsidionis & captiuitatis tempus significat, de quibus su- præ dixerat: Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Naturale est autem imminente cap- tiuitate hostili, alta vel abdita quibus abscon- dantur homines refugia quærere. vnde sequitur: *Tunc incipient montibus dicere, Cadite super nos, & col- libus, operite nos.* Refert enim Iosephus insistentibus sibi Romanis, certatim Iudæos cauernas montium, colliumque petisse speluncas: potest

Bibl. Hom. tom. 2. G G g g 2 etiam

etiam quod beatificandas dicit steriles de his intelligi, qui utrobique sexu se castrauerunt propter regnum cælorum montibus collibusque dici, *Cadite super nos, & operite nos*: cum quilibet suæ fragilitatis memores ingrueute tentationum articulo, sublimium quocunque vitiorum quæserint exemplis, monitis & precibus defendi. Sequitur *Quia si in vi. li. hæc fa. in. ar. quid fiet*: Greg. 21. mora. Se lignum viride, & nos lignum aridum dicit, quia ipse se vim diuinitatis habuit: nos verò qui puri homines sumus, lignum aridum appellamur. Theo. quasi dicat, Iudæis: Si ergo in me lignum fructiferum iugiter vitens taliter seauerunt Romani, quid non attentabunt erga vos? populum dico quasi lignum aridum priuatum qualibet viuificante virtute, nec vllum fructum ferentem. Bed. Vel quasi omnibus diceret: Si ego qui peccatum non feci, lignum vitæ appellatus sine igne passionis à mundo non exeo, quid putas eis manere tormenti qui sunt fructibus vacui? Theoph. Malam autem opinionem de domino innuere volens diabolus, etiam latrones faciebat crucifigi cum eo, vnde sequitur: *Ducebantur autem alij duo nequam cum eo vt interficerentur. Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluarie, &c.* Athan. Vbi corruptum est genus humanum, ibi Christus proprium corpus exposuit: vt vbi seminata est corruptio, ibidem incorruptio oritur, propter quod in loco Caluarie crucifigitur. Dicitur enim: *Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluarie, ibi crucifixerunt eum.* Quem locum doctores Iudæorum aiunt esse sepulchrum Adæ. Beda, Vel aliter: Foris portam loca erant in quibus truncabantur capita damnatorum, & Caluarie, id est, decollatorum sumperunt nomen. Et sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigitur: vt vbi abundauit peccatum, superabundet & gratia. Cyril. Non autem ipse vnigenitus filius in propria natura qua Deus est, passus est quæ sunt corporis, sed magis in natura terrena. Decet enim vtrumque de vno & eodem filio dici, scilicet, & non pati diuinè, est passum esse humanitus. Euf. Si autem aliter post conuersationem cum hominibus euascescens subito euolare fugiens mortem, ab hominibus compararetur phantasmati: & quemadmodum si quis incombustibile quoddam nobis vas, & præualens ignis naturæ vellet ostendere: flammæ illud traderet, & consequenter à flamma illud illæsum extraheret. Sic Dei verbum volens ostendere instrumentum, quo vsus est ad humanam salutem, esse præualens morti, mortale morti exposuit, ad demonstrandam eius naturam, deinde post modicum à morte illud eripuit in signum diuinæ virtutis. Et prima quidem causa mortis Christi hæc est. Secunda verò diuinæ potestatis ostensio, corpus Christi inhabitantis. cum enim antiquitus desiccarent homines communè exitum mortis sortitos, quos Heroas & diuos nominabant: docuit illum solum mortuum verum Deum esse fatendum, quem braua victoriæ morte prostrata decorant. Tertia ratio est victima pro toto genere hominum mandanda: quæ oblata tota potestas dæmonum perijt, & error quilibet est sedatus. Est & alia causa salutiferæ mortis, vt discipuli oculata fide cõspicerent resurrectionem post mortem, ad quæ propriam spem erigere docebantur: vt mortem contemnentem, agonem contra errores inirent ala-

riter. Chry. Non autem sui mortem, quam non habebat cum sit vita, sed hominum venit cõsumpturus saluator: vnde non propria morte corpus deposuit sed ab hominibus illatum sustinuit. Sed & si egrotauisset corpus eius, & in conspectu omnium solueretur, inconueniens erat eum qui sanaret aliorum languores, habere proprium corpus affectum languoribus. Sed & si absque aliquo morbo seorsum alicubi corpus deposuisset, ac deinde rursum se offerret, non crederetur ei de resurrectione differendum: oportet enim mortem resurrectionem præcedere. Cur ergo resurrectione palam quidem prædicaret, clanculo vero moretur? nimirum si latenter hæc euenissent, quot excogitarent homines incredulitatis calumnias? quomodo pateret Christi in mortem victoria, nisi coram hominibus eam patiens per incorruptionem corporis probasset extinctam? Sed dices, decebat salutem gloriosam mortem sibi excogitare, vt euitaret ignominiam crucis, sed & si hoc fecisset, suspectum se reddidisset, quasi non habens virtutem contra quamlibet mortem. Sicut ergo pugil prosternens illum quem hostis obtulerit, ostenditur excellentior omnibus: sic omnium vita ab hostibus illatam, quam putabant esse diram & infamem, detestabilem mortem in cruce suscepit, vt hac interempta domini mortis totaliter destruat: propter quod non caput ei amputatum vt Ioanni, neque seclusum est vt Esaias: vt corpus integrum & indiuisibile morti seruet, & non fiat occasio volentibus ecclesiam diuertere. Volebat etiam supportare quam incurreramus maledictionem, maledictam mortem scilicet, crucis suscipiendo, secundum illud: Maledictus homo, qui pendet vbi que diffusam. Aug. de quæ. no. & vet. testa. Non frustra etiam tale genus mortis elegit, vt latitudinis, & altitudinis, & longitudinis, & profunditatis (de quibus Apostolus loquitur) magister existeret. Nam altitudo est in eo ligno quod transuersum desuper figitur, hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus. Longitudo in eo, quod ab ipso ligno vsque ad terram cõspicuum est: ibi enim quodammodo statum, id est, persistitur & perseveratur, quod longanimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte quæ ab illo quod transuersum figitur sursum versus relinquitur, hoc est ad caput crucifixi, quia bene sperantium superna expectatio est, iam verò illud ex ligno quod fixum occultatur, vnde totum illud exurget, profunditatem signat gratiæ gratiæ. Chry. Duos etiam latrones vtrinque crucifixerunt, vt eorum suspicionis fieret particeps. vnde sequitur: *Et latrones vnum à dextris, alterum à sinistris*: sed non ita euenit: nam de illis nihil dicitur, huius autem crux vbi que honoratur, reges diademata deponentes assumunt crucem: in purpuris, in

diadema

diadematis, in armis, in mēsa sacra ubique terrarum crux emicant: talia sunt humana. Viuētibz enim istis qui egerunt strenuè, arridè: propria gesta: his autē pereuntibus, pereunt: sed in Christo totum cõtrarium. Nam autē crucē omnia mēsta, vt autē crucifixus est, omnia clariora facta sunt, vt scias non parum lan gaones esse crucifixum. Beda. Duo autē latrones cum Christo crucifixi significant eos, qui sub fide Christi vel agone martij, vel continentiar arctioris instituta subeunt, sed qui hæc pro æterna gloria faciunt, dextri latronis: qui autē humanæ laudis intuitu, sinistri latronis actus imitantur. *Iesus autē dicebat: Pater, dimitte illis. Non enim sciunt quid faciunt, &c.* Chryl. Quia dominus dixerat, Orate pro persequētibz vos, hoc etiam crucem ascendens fecit. vnde sequitur: *Iesus au. di. Pater, dimitte illis.* Non quia non posset ipse relaxare, sed vt nos pro persequētibz orate doceret, nō solum verbo, sed opere. Dicit autē, *Dimitte eis, si & pœnituerint.* Fauet enim pœnitentibus, si velent post tantam nequitiam reatus per fidem diluere. Bed. Neque putandum est hic eum frustra orasse, sed in eis qui post eius passionem cederunt, quod orabat imperatiss. Notandum sanè quod non pro eis orauit qui filium Dei intellexerunt crucifigere, nec confiteri voluerunt: sed pro eis qui nesciebant quid facerent, zelum Dei habentes, sed non secundū scientiam. vnde subdit: Non enim sciunt quid faciunt. Græc. Permanentes verò post crucem in infidelitate nullus per ignorantiam inuari putabit digni miraculis sonora voce eum prædicantibus esse Deum. Amb. Refert ergo considerare qualis crucem ascendat, nondum enim video, talis ergo ascendat, qui seculum vincere parat, vt seculi adiumenta non quaerat. Vicius est autem Adam qui vestimenta quæ suavit, vicit ille qui tegumenta deposuit, talis ascendit, quales nos authore Deo natura formauit: talis in paradiso primus homo habitauerat, talis in paradiso homo secundus intrauerat, Pulchrè autem ascensurus crucem regalia vestimenta deposuit, vt scias quasi hominem passum esse, non quasi Deum regem & si vtrumque Christus. Athan. Qui etiam cunctas conditiones nostras causa nostri suscepit, induit vestimenta nostra, signa mortificationis Adæ, vt exuat illa, & horum vicem induit nos vitam & incorruptionem. Sequitur: *Diuidentes verò vestimenta eius miserunt sortem.* Theoph. Fortitan enim plures eorum agebant, vel forte magis ad opprobrium hoc factiebant, & ex quadam lasciuia: quid enim preciosum inueniebant in vestibus? Bed. In forte autem videtur Dei gratia commendata esse, quia cum fors mittitur, non personæ cuiusquam vel meritis, sed occulto Dei iudicio ceditur. Aug. de con. euang. Hoc quidem breuiter dictum est à tribus euāgelistis. Ioānes distinctus hic explicat quemadmodum hoc gestum sit. Theoph. Deludentes igitur hoc agebant, Nam vbi principes subsannabant, quid dicere oportet de vulgo? Sequitur enim: *Et stabat populus qui scilicet petierat eum crucifigi. Expectans, scilicet finem, & deridebant eum principes cum eis.* Aug. de con. euang. Quia principes dixit nec addidit Sacerdotum, omnes primates generali nomine complexus est, vt ibi possent intelligi scribæ & seniores. Bed. Qui etiam nolentes conitentur quod alios saluos fecit. Sequitur enim: *Dicentes, Alios saluos fecit, semetipsum saluum faciat, si hic*

est Christus Dei electus. Athan. Dominus autem verè saluator non saluando seipsum, sed creaturam liberando volebat cognosci saluator. Neque enim medicus quia sibi medetur medicus esse cognoscitur, nisi erga languidos artem probet: sic dominus saluator existens, non habebat opus salute, neque descendendo de cruce volebat cognosci saluator sed morando: multo nanq; maiore salutem mors saluatoris affert hominibus, quæ defensus de cruce. Græcus, Vidēs autē diabolus nullum esse sibi defensionem titubabat, & quasi aliud non valens tentauit ulterius propinari saluatori acutum ad bibendū. Sequitur enim, *Illudabant autē ei & milites accedentes, & acetum offerentes illi,* quod contra seipsum facere diabolus ignorabat. Nam amaritudinem iræ ex præuaricatione legis factam, qua cunctos detinebat saluatori præbebat, quam ille sumens consumebat, vt vice acetum vinum det nobis in potum, quod sapientia miscuit. Theo. Obtulerunt autē milites Christo acetum quasi regi subministrantes. Sequitur enim: *Dicentes: Si tu es rex Iudæorum saluum te fac.* Bed. Et notandum quod Iudæi vocabulum Christi scripturæ sibi auctoritate creditum blasphemantes irrident. Milites verò vt pote scripturarum nescij non Christo, sed regi Iudæorum insultant. *Erat autē ei superscriptio scripta super eum literis Græcis & Latinis, &c.* Theo. Aliam artē sagacitatem dæmonis agitatum in Christum: triplici enim literarum figura promulgabat accusatorem Iesu, ne scilicet, quenquam transuentium lateat: quod ob hoc suspensus miratur, quia se regem faciebat. Dicitur enim: *Erat autē superscriptio scripta super eum literis Græcis & Latinis & Hebr.* Hic est rex Iudæorum, per quod significabat potentissimas gentium, quales erant Romani, prudentissimas, quales Græci: maxime Deum colentes, quale fuit Iudæorum genus, subijci debere imperio Christi. Amb. Merito autem supra crucem ponitur titulus, quia non humani corporis, sed diuinæ potestatis est regnum quod habet Christus. Lego titulum regis Iudæorum, cum lego, Regnum meum non est de hoc mūdo. Lego causam Christi super caput eius scriptam cum lego, Et Deus era: verbum: caput enim Christi, Deus. Cyril. Alter autem latronum eadem cum Iudæis cruciabat. Sequitur enim: *Vnus autē de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens: Si tu es Christus saluum fac te ipsum & nos.* Alter verò refrænebat voces ipsius. Sequitur enim: *Respondens alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quia in eadem damn. es.* Sed & proprium reatum confessus est, subdens: *Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus.* Chry. Hic fingitur vice iudicis condemnatus, & incipit de veritate censere, qui coram Pilato post multa tormenta confessus est scelera. Quia aliud est homo censor, quem latent intima: & aliud Deus, qui mentes penetrat. Et ibi quidem post confessionem pœna subsequitur hic autem confessio fit ad salutem: sed & Christum pronuntiat innocetum cum subdit, *Hic vero nihil mali fecit,* quasi dicat. Nouam vide iniuriam, honestatem damnari cum scelere. Nos viuentes occidimus, hic mortuos suscitauit: nos aliena sumus furati, hic & sua iuber tribuere. Beatus igitur latro stantes docebat talia differens, quibus alterum increpabat. Sed vt videt extinctos auditus astantium, redit consequenter ad eum qui

Bibl. Hom. tom. 2.

G G g g ; nouit

nouit præcordia. Sequitur enim: *Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum.* Crucifixum aspicias, & dominum profiteris: condemnati vides figuram, & regis prædicas dignitatem. Mille malis imbutus, postulas iustitiæ fontem reminisci tuæ nequitia, sed intueor latræ regnum: & tu aueris meâ publica scelera, & acceptas fidem intentionis occultæ. Discipulum veritatis vsurpauit nequitia, discipulum nequitia non commutauit veritas. Gregor. 18. mor. In cruce clauj manus eius pedesque ligauerant, nihilque à pœnis in eo liberum, nisi cor & lingua remanserunt. Inspirante Deo totum illud ei obtulit, quod in se liberum inuenit: vt iuxta hoc quod scriptum est, Corde crederet ad iustitiam, ore confiteretur ad salutem. Tres autem virtutes quas Apostolus memorat, subito repletus gratia, & accepit latro & seruauit in cruce. Fidem namque habuit, qui regnaturum Deum credidit, quem secum pariter morientem vidit. Spem habuit, qui regni eius aditum postulauit. Charitatem quoque in morte sua viuaciter tenuit, qui fratrem & collatorem pro simili scelere morientem de iniquitate sua redarguit. Amb. Pulcherrimum autem datur affectandæ conuersionis exemplum, quod tam citò latroni venia relaxetur. Citò ignoscit dominus, quia citò ille conuertitur: & vberior est gratia, quam precatio: semper enim dominus plus tribuit, quam rogatur; ille rogabat vt memor sui esset, de domino autem sequitur: *Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Vita est enim esse cum Christo: & vbi Christus ibi regnum. Theop. Et quemadmodum quisque rex victoriosus rediens ex triumpho optima prædaram fert secum, sic & dominus prædatus portionem diabolicarum prædaram, scilicet latronem ducit secum in paradysum, Chryl. Erat ergo videre saluatorem in medio latronum, trutinam iustitiæ, trutinantem fidem & infidelitatem. Expulit diabolus de paradiso Adam, Christus latronem impulit ante totum orbem, & ante apostolos. Nudo verbo sola fide in paradysum introiuit, ne quis post errores introitum desperaret. Attende celeritatem à cruce in cælos, à condemnatione in paradysum: vt noueris non ad beneuolentiam illius, sed ad clementiam dominum totum fecisse. Si autem iam facta est bonorum retributio, nunquid superuacua erit resurrectio? Si enim introduxit latronem in paradysum, corpus autem eius corruptum remansit foris, liquet non esse resurrectionem corporum: hæc dicunt illi. Sed caro quæ fuit laborum participes, nunquid priuabitur præmiis? Audi Paulum dicentem: Oportet corruptibile hoc incorruptione induere. Sed si dominus pollicitus est regnum cælorum, introduxit autem latronem in paradysum: nondum ei retribuit præmia. Sed dicunt, nomine paradysi regnum cælorum nominauit, vsitato nomine vtens dum alloqueretur latronem, qui nihil audierat de arduis documentis. Quidam autem non sic legunt, *Hodie mecum eris in paradiso:* Sed sic, *Dico tibi hodie: & consequenter, Mecum eris in paradiso.* Sed adhuc euidentiorum solutionem subiungemus: nam medici cum vident aliquem delirantem, dicunt: iam mortuus est. Sic & latro, quoniam non amplius timebatur eius regressus ad perdicionem, dicitur paradysum introisse. Theo. Hoc tamen est

verus omnibus, quod quamuis omnia promissa sortiti sunt & latro & alij sancti, ne sine nobis cõsummaretur, vt dicitur in epistola ad Hebræos, sunt tamen in regno cælorum & in paradiso. Greg. Nyf. Hic iterum oportet discutere quomodo latro cenfetur dignus paradiso, cum sanctis romphæa flammea prohibeat introitum? Sed attende quod sermo diuinus, eam versatilem dicit, vt indignis quidem obuiet, dignis verò liberum ad vitam patefaciat adiutem. Greg. 12. Mor. Vel illa romphæa flammea versatilis dicitur: pro eo quod scisset quandoque venire tempus, vt etiam remoueri debuisset, quando scilicet veniret qui suæ incarnationis mysterio paradysi nobis iter aperiret. Amb. Sed & illud soluendum est, quia alij, scilicet, Matthæus & Marcus duos conuictantes inducunt latrones, iste vnum conuictantem, vnum repugnantem: fortasse & iste prius conuictus est, sed repente cõuersus est. Potuit etiam de vno pluraliter dici, sicut est illud, In captinis pellibus ambulabant: Sæcti sunt: cum solus Elias meliorem habuisset, Esaias sæctus esse docetur. Mystice autem duo latrones populos peccatores significat per baptismum crucifixionem esse cum Christo, quorum dissensio diuersitates pariter credentium significat. Bed. Quicumque enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, per baptismum autem cum peccatores essemus, abluimur: sed alij dum Deum in carne passum laudant, coronantur alij dum aut fidem aut opera baptismi habere reuerunt, dono quod accepere priuantur. *Erat autem ferè hora sexta, &c.* Postquam cruci tradiderunt dominum omnium, mundi machina ingebat proprium dominum, & tenebrata est lux in meridie secundum Amos. vnde dicitur: *Erat autem ferè hora sexta, &c.* Quod erat manifestum indicium quod forent passuræ caliginem crucifixionem animæ. Aug. de con. euan. Hoc autem quod de tenebris dictum est, etiam alij duo Matthæus & Marcus contestantur. Addit autem Lucas vnde factæ sunt tenebræ, cum subdit: *Et obscuratus est sol.* Aug. ter. de ciuit. Quæ solis obscuracionem, nõ canonico cursu syderum accidisse satis ostendit, quod tunc erat pascha Iudæorum, quod plena luna solenniter agit. Regularis autem solis defectio, non nisi sine luna contingit. Dion. ad Polycar. Apud Heliopolim enim tunc præsentem inopinabiliter soli lunam incidentem videbamus, non enim erat conueniens tempus, & rursum ipsam à nona hora vsque ad vesperam ad solis diametrum supernaturaliter restituta. Eclipsim etiam illa ex oriète vidimus inchoatam, & vsque ad solarem terminum venientem postea regredientem rursum ex eodem non defectum & repurgacionem, sed e contrario secundum diametrum factam: talia sunt eius temporis supernaturalia, & soli Christo qui est omnium causa, possibilia. Greg. Nyf. Hoc igitur prodigium factum est, vt pareret quod qui mortem susceperat, gubernator esset totius creaturæ. Amb. Sol etiam occidit facile: vt funesti spectaculum sceleris obumbraret: tenebræ effusæ sunt oculis perfidorum, vt fidei lumen resurgeret. Bed. Volens autem Lucas miraculum miraculo adiungere, subiungit: *Et velum templi scissum est medium.* Hoc expirante domino factum est, sicut Matthæus & Marcus contestantur, sed Lucas præoccupando narrauit. Theo. Per hoc

hoc autem dominus ostendebat, quod non erunt vterius sancta sanctorum inaccessibilia, sed tradita in manus Romanorum inquinaretur, & eorum aditus pateret. Ambr. Velum etiam scinditur, quo duorum populorum diuisio, synagogæ prophætatio declaratur. Scinditur velum vetus, vt ecclesiæ noua fidei suæ vela suspendat. Synagogæ velamen suspenditur, vt religionis interna mysteria reuelata, metris cernamus intuitu. Theo. Per hoc etiam ostenditur, quod velum quod sequestrabat nos à sacris quæ sunt in cælo, dirumpitur, id est Dei inimicitia & peccatum. Ambr. Deinde etiam vbi assumptæ mortalitatis impletum est omne mysterium, & immortalitas sola remansit, vnde sequitur: *Et clamans voce magna ait Iesus: Pater, in manus tuas com. spi. meum.* Bed. Patrem inuocando, filium Dei se esse declarat: spiritum verò commendando, non defectum virtutis, sed confidentiam eiusdem cum patre potestatis insinuat. Ambr. Caro moritur vt resurgat, spiritus patri commendatur, vt caelestia quoque ab iniquitatis vinculo soluerentur, & pax fieret in cælo, quam terrena sequerentur. Cyril. Hæc autem vos edocet quod animæ sanctorum non deinceps in inferno clauduntur vt prius, sed apud Deum sunt, huius rei factio Christo principio. Atha. Commendat enim patri per se vniuersos mortales in se viuificatos, nam lumen membra eius, secundum illud Apostoli ad Galatas: Omnes vnus estis in Christo. Greg. Nyf. Decet autem querere qualiter in eodẽ tempore dñs tripartitur seipsum: In viscera terræ, vt dixerat pharisæis: In paradysum Dei, vt dixit latroni, in manus paternas, vt nunc dicitur. Sed rectè considerantibus hoc nec quæstio dignum videtur: nam qui vbique est, per diuinam potentiam quolibet loco adest. Ambr. Commendatur ergo patri spiritus, sed cum sit in superioribus, illuminat & inferna, vt vniuersa redimantur. Christus enim omnia & in Christo omnia. Greg. Nyf. Alia solutio est, quod tempore passionis neutram partem humanitatis semel vnita diuinitas dimisit, sed animam de corpore sponte subiuixit, se tamen in vitroque permanentem ostendit. Nam per corpus in quo mortem suscepit, consumtauit mortis potentiam: per animam verò latroni parauit introitum paradysi. Dicit autem Esaias de superna Hierusalem, quæ à paradiso non est alia. Super manus meas depinxi mœnia tua. vnde palam est, quod existens in paradiso manus patris inhabitabat. Dama. Vel expressius loquendo in sepulchro erat secundum corpus, in inferno secundum animam, sed sicut Deus & in paradiso cum latrone, & in throno erat cum patre, & spiritu sancto. Theop. Clamans verò alta voce expirat, quia inerat ei potestas ponendi animam suam, & eam resurgendi. vnde sequitur, *Et hoc dicens expirauit.* Ambros. quasi dicat, Tradidit spiritum, quia non inuitus amisit: quod enim emittitur, voluntarium est, quod amittitur, necessarium. *Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, &c.* Aug. 4. de trinit. Cum post illam vocem continuò tradidit spiritum, hoc maxime qui aderat sunt mirati: longa enim morte cruciabatúr ligno suspensi. vnde dicitur: *Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: Verè hic homo iustus erat.* Aug. de con. euang. Non est autem contrarium quod Matthæus viso terræmotu dicit admittit Centurionem, cum Lucas dicat hoc eum

admiratū fuisse quod emissa illa voce expirasset, ostendens quam potestatem habuit, quando moreretur. In eo autem quod Matthæus dixit, non solum viso terræmotu, sed addidit & his quæ fiebant, integrum locum fuisse demonstrauit Lucas, vt diceret ipsum domini mortem fuisse miratum. Quod autem Lucas etiam ipse dixit: *Videns autem Centurio quod factum erat:* in eo genere inclusit omnia quæ facta erant in illa hora mirabiliter, tanquam vnum mirabile factum commemorans, cuius quasi membra & partes erant omnia illa miracula. Quod autem alius dixit Centurionem dixisse: Verè filius Dei erat iste. Lucas autem ait quod iustus erat, putari potest diuersum: sed vel vtranque dictum à Centurione debemus intelligere, & aliud illum, & aliud istum commemorasse: vel fortasse Lucam exprimere sententiam Centurionis quomodo dixerit Iesum filium Dei: forte enim non eum vnigenitum æqualem patri Centurio intellexerat, sed ideo filium Dei dixerat, quia iustum crederat, sicut multi iusti dicti sunt filij Dei. Iam verò quia Matthæus addidit eos, qui cum Centurione erant, Lucas verò hoc tacuit, non est contrarium, cum alius dicit quod alius tacet: & Matthæus dixit, timuerunt valde: Lucas autem non dixit, Timuit, sed glorificauit Deum, quis non intelligat Deum timendo glorificasse? Theoph. Nunc autem videtur effectum sortiti quod dominus dixerat, Cum exaltatus fuero, omnia ad me traham. Exaltatus namque in cruce attraxit latronem & Centurionem, sed & quosdam Iudæorum, de quibus sequitur, *Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant, &c.* Bed. Quod percutiebant pectora (quia penitentia luctus indicium est) potest dupliciter intelligi, siue eum cuius vitam dilexerunt iniuste occisum dolebant, siue cuius mortem se imptetrasse meminerant, hunc in morte amplius glorificatum tremebant. Notandum autem quod gentiles Deum timentes, apertæ confessionis voce glorificant: Iudæi percutientes solum pectora silentes domum redeunt. Amb. O duriora faxis pectora Iudæorum. Iudex arguit, credit iohannister, proditor scelus suum morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta referantur, Iudæorum tamen immobilis duritia manet orbe concusso. Bed. Vnde merito per Centurionem fides ecclesiæ designatur, quæ Dei filium tacente synagoga confirmat. Impletur autem quod dominus patri conqueritur, dicens: *Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria.* vnde sequitur: *Stabant autem omnes noti eius à longe.* Theoph. Sed sceminarum genus olim maledictum, manet & videt hæc omnia. Sequitur enim: *Et mulieres quæ secutæ erant, &c.* Et sic primæ resocillantur iustificaciones, vt benedictione à passione profuente sicut & resurrectione. *Et ecce vir nomine Ioseph qui erat Decurio, vir bonus, &c.* Græcus, Fuerat quandoque Ioseph occultus Christi discipulus, denique vinculum timoris rumpens feruentior factus dominicum corpus turpiter pendens à ligno deposuit: comparas pretiosam margaritam verborum modestia. vnde dicitur, *Et ecce vir nomine Ioseph qui erat Decurio.* Bed. Decurio vocatur quod sit ordine curie, & officia curiæ administraret, qui etiam curialis à procurado munera ciuilia solet appellari. Magnæ ergo Ioseph dignitatis apud seculum, sed maioris apud Deum meriti fuisse

fuisse laudatur. vnde sequitur: *Vir bonus & iustus, &c.* Arimathia ipsa est Ramatha ciuitas Helicanae & Samuelis. Aug. de con. euang. Dicit autem Ioannes quod erat discipulus Iesu, vnde & hic subditur: *Qui expectabat & ipse regnum Dei.* Merito autem monet, cur ille qui propter timorem occultus erat discipulus, ausus sit petere corpus eius, quod nullus eorum qui eum palam sequebantur, aueret. Sequitur enim: *Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu.* Sed intelligendum est istam fiducia dignitatis hoc fecisse, qua prae dicitur potest familiariter intrare ad Pilatum. In extremo autem illo officio funeri exhibendo minus videtur curasse de Iudaeis, quamuis soleret in domino audiendo eorum inimicitias deuitare. Beda, Sic igitur per insitiam meritorum sepeliendo corpori dominico dignus fuit per nobilitatem potentiae secularis illud impetrare. vnde sequitur: *Et depositum inuoluit in syndone.* Ex simplici sepultura dominici, ambitio diuitum condemnatur, qui nec in tumulis quidem possint carere diuitiis. Athana. Enormiter etiam agunt, qui condiunt corpora mortuorum, & ea non sepeliunt, etiam si sancta sint: quid enim sanctius aut maius Domini corpore? quod tamen in monumento positum est, donec die tertia resurrexerit. Sequitur enim: *Et posuit eum in monumento exciso.* Bed. Scilicet de petra, ne si ex multis lapidibus edificatum esset post resurrectionem suffocatis tumuli fundamentis ablatus furto diceretur. In nouo etiam ponitur monumento. Nam sequitur: *In quo nondum quisquam positus fuerat.* ne post resurrectionem ceteris corporibus remanentibus, surrexisse alius suspicaretur.

S. AMBROSII EPISCOPI Mediolan. eiusdem Euang. expositio.

Appropinquabat autem dies festus, &c. Bonum est considerare, ubi dominus pascha faciat. Secundum Matthaeum habes; Ite in ciuitatem ad quendam. Primum maiestatem diuinitatis aduertit; cum discipulis loquitur; & iam nouit quid alibi sit futurum. Deinde dignationem eius inuenit; quia non persona diuitis, aut potentis eligitur, sed pauper ambitur, & angustum hospitium pauperis amplis nobilium aedibus anteferitur. Ite, inquit, ad quendam. Sciebas domine, nomen eius, cuius sciebas ministerium; cuius sciebas occursum. Sed ideo sine nomine designatur, ut ignobilis aestimetur. Nihil hic compositum; ubi non exprimitur persona, sed causa. Secundum Marcum autem, lagenam aquae portas. Hic ergo apostolis mandatur sequendus. Et quomodo *paterfamilias*? Ut agnoscas sanctitatis diffinitionem esse, non census. Quomodo, *In superioribus habens stratum magnum*? Ut meritum eius aduertat: in quo dominus cum discipulis sublimium virtutum eius delectatione requiesceret. Vtinam ergo mihi contingat amphoram aquae portare, contingat lagenam aquae portare, quam portat paterfamilias, habens in superioribus stratum magnum. Quid est enim amphora, nisi mensura perfectior? Non mediocres, qui mensuram habent. Denique dominus mensuram, inquit, bonam cumulatam, superfluentem dabunt vobis. Nam de aqua quid loquat? Super aquam ante ipsos mundi natales

sanctus, ut legis, spiritus ferebatur. O aqua, quae humano aspersum sanguine, ut praesentium lauatorum figura praecederet, orbem terrarum lauiti. O aqua, quae sacramentum Christi esse meruisti: quae lauas omnia, nec lauaris. Tu incipis prima, tu cõples perfecta mysteria. A te principium, in te finis, vel potius tu facis, ut finem nesciamus. Per te fætor tabidæ carnis aboletur, & peruentum sita viscera, asperso sale, in multam seruantur gratiam. Per te aurentibus æstu corporibus dulcis ad gratiam, salutaris ad vitam, suauis ad voluptatem potus infunditur. Tu nomen prophetis, & apostolis, tu nomen saluatori dedisti. Illi nubes cæli, illi sal mundi, ille fons vitæ est. Quæ motibus pressa, non clauderis, quæ scopulis illisa, non frangeris; quæ terris infusa, non deficiis, sed intemis scaturiens venis, aut spiritum inclusa vitalem in halas, aut succum diffusa fertilem præstas, aut rigatum superfusa ad commodum subministras, ne siccitatis exanimata vitalibus, solennes neget terra prouentus: Omnium elementorum substantia cælum, aer, mare, & terra te reddunt. Te propheta percussa tactu, ut sitientium rigares corda populorum, vomuit petra: te, cum de latere saluatoris erumperes, percussores viderunt, & crediderunt: & ideo regenerationis nostræ de tribus vna es testibus. Tres enim testes sunt aqua, sanguis, & spiritus. A qua ad lauacrum, sanguis ad precium, spiritus ad resurrectionem. *Et ego quidem dispono, &c.* Regnum Dei nõ est de hoc mundo. Non ergo equalitatis homini ad Deum, sed similitudinis æmulatio est. Solus enim Christus est plena imago Dei, propter expressam in se paternæ claritudinis unitatem. Iustus autem homo ad imaginem Dei est, si propter imitandam diuinæ conuersationis similitudinem, mundum hunc Dei cognitione contemnat, voluptatesque terrenas verbi perceptione despiciat, quo alimur in vitam: vnde & corpus Christi edimus, ut vitæ eternæ possimus esse participes. Non enim victus, & potus nobis præmij loco spondetur, & honoris, sed communicatio gratiæ celestis, & vitæ. Neque duodecim throni tãquam aliqua corporalis sunt receptacula sessionis: sed, quia secundum diuinam similitudinem iudicat Christus cognitione cordium, non interrogatione factorum, virtutem remunerans, impietatemque condemnans: ita & apostoli in iudicium spirituale formantur remuneratione fidei, & execratione perfidiæ, virtute errorem redarguentes, sacrilegos odio persequentes. Cõuertamur igitur, & caueamus, ne in perditionem aliqua inter nos de prelatione possit esse contentio. Si enim contendebant apostoli, non excusationi obtenditur, sed cautioni proponitur. Si Petrus aliquando conuertitur, quia primam Dei secutus est vocem, quis potest dicere, cito se esse conuersum: Caue ergo iactantiam, caue securum. Ille enim confirmare iubetur fratres suos, qui dixit, Omnia reliquimus, & secuti sumus te. Deinde contuendum est; quia non omni honorificentie studiũ humilitatis diffinitur. Potest enim deferre alicui propter seculi gratiæ potentie metu, vtilitatisque contuitu. Tua ædificatio queritur, non alterius honor: & ideo vna datur omnibus forma sententiæ; ut non de prelatione iactantia sit, sed de humilitate contentio: eo quod de dominus proponit imitandum. Egebamus omnium, ipse nullo, & tamen præbuit se humilitatis auctoritatem,

rem, cum discipulis ministraret. Quod vti que faciebat non studio vilitatis, sed exercitatione virtutis. Petrus autem et si spiritu promptus, corporis tamen adhuc infirmus affectu, denunciatur dominum negaturus. Neque enim poterat constantiam diuinæ intentionis æquare. Passio domini æmulus habet: pares non habet. Ita non reprehendo, quod negauit, laudo, quod fleuit. Aliud commune conditionis est, aliud speciale virtutis. Et ideo instruitur ad cauendum, non cogitur ad negandum. *Qui non habes (inquit) saculum, &c.* Cur emere iubes gladiũ, qui ferire me prohibes? Cur habere præcipis, quem vetas promitti nisi forte, ut sit patata defensio, non vltio necessaria: & videat potuisse vindicari, si non uoluisset. Lex tamen referre me nõ verat: & ideo forasse Petro duos gladios offerenti, sat est, dicit; quasi licuerit vsque ad euangelium, ut sit in lege æquitatis eruditio, in euangelio bonitatis perfectio. Multis hoc iniquum videtur; sed non iniquus dominus: qui, cum se posse vltisci, valuit immolari. Est enim gladius spiritalis, ut vendas patrimonium, emas verbum, quo nuda mentis penetralia vestitur. Est etiam gladius passionis, ut exnas corpus, & immolatur carnis exuuies ematur tibi sacri corona martyrij: quod ex benedictionibus dominicis colligere potes, qui summam omnium coronarum, si quis persecutionem patiar pro iustitia, prædicauit. Denique, ut scias, quia de passione locutus est, ne turbaret discipulorum animos, de se exemplum protulit dicens, *Quonia hoc, quod scriptum est, oportet impleri de me, &c.* Mauer tamen adhuc, quod duos gladios discipuli protulerunt: ne forte vnum noui, alterum veteris testamenti, quibus aduersus diaboli armamur insidias. Denique dicit Dominus, *Satis est*, quasi nihil desit ei, quem vtriusque testamenti doctrina munierit. *Pater, si possibile est transfer, &c.* Hærent perique hoc loco, qui tristitiam saluatoris ad argumentũ inolitæ potius in principio, quã susceptæ ad tempus infirmitatis inclinant, & naturalis sensum cupiunt retorquere sententiæ. Ego autem non solum excusandum non puto, sed etiam nusquam magis pietatem eius, maiestatemque demiror. Minus enim contulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum. Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit, quod doleret, & sequestrata delectatione diuinitatis æternæ redio meæ infirmitatis afficitur. Suscepit enim tristitiam meam, ut mihi suam lætitiã largiretur; & vestigiis nostris descendit vsque ad mortis ærumnam, ut nos suis vestigiis renouaret ad vitam. Cõfidenter ergo tristitiam nomino: quia crucem prædico. Neque enim speciem incarnationis suscepit, sed veritatem. Debut ergo & dolorem suscipere, ut vinceret tristitiam, non excluderet. Neque enim habet fortitudinis laudẽ, qui stupore magis vulnerum tulerint quã dolorem. Homo enim in plaga, & sciens, inquit, ferre infirmitates, nos vultit erudire: ut, quia in Ioseph didiceramus carcerem non timere, mortem vincere; disceremus in Christo, & quod est amplius, quem admodum futuræ mortis inuestitiam vinceremus. Quomodo enim te imitauerunt, domine Iesu, nisi sequeremur ut hominem, nisi mortuum crederemus, nisi vulnera vidissemus? Quem admodum discipuli credentes fuisse moriturum, nisi morituri tristitiam cõperissent? Sic adhuc dormiunt,

& nesciunt dolere, pro quibus Christus dolebat. Ita enim legimus; *Qui peccata nostra portat, & pro nobis dolet.* Doles enim, domine, non tua, sed mea vulnera; nõ tuam mortem, sed nostram infirmitatem: & nos æstimauimus te esse in dolentibus, cum tu non pro te, sed pro me doleres. Infirmitas enim es, sed propter peccata nostra; non quia illa tibi infirmitas erat ex patre assumpta, sed pro me suscepta: quia mihi proderat, ut eruditio pacis nostræ esset in te, & liuore tuo vulnera nostra sanates. Sed quid mirum, si pro omnibus doluit, qui pro vno fleuit? Et quid mirum, si moriturus pro omnibus tædiat, qui Lazarum resuscitaturus illachrymat? Sed & ibi piæ fororis lachrymis commouetur, quia mentem humanam tangebant: & hic alto operatur affectu, ut, quia in carne sua peccata nostra perimebat, merorem quoque animæ nostræ suæ animæ merore aboleret. Et forasse ideo tristis est, quia post Adæ lapsum tali transitu nobis erat ex hoc sæculo recedendum, ut mori esset necesse. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum: & ideo fastidit, quod ipse non fecit. Denique ait; *Transfer à me calicem istum.* Quasi homo, mortem recusans, quasi Deus, sententiam suam seruans. Oportet enim mori nos sæculo, ut resurgamus Deo: ut iuxta diuinam sententiam corpore resoluto in terræ limum, naturæ sine soluatur. Quod autem ait; *Non mea voluntas, sed tua fiat.* Suam ad hominem retulit, patris ad diuinitatem. Voluntas enim hominis temporalis, voluntas diuinitatis æterna. Non alia voluntas patris, alia filij: vna enim voluntas, vbi vna diuinitas. Disce tamen Deo esse subiectus; ut non, quod ipse vis, eligas, sed quod Deo scias esse placiturum. Deinde verborum ipsorum proprietatem considerare. *Tristis est*, inquit, *anima mea.* Et alibi; Nunc anima mea turbata est valde. Non ergo suscipies, sed suscepta turbatur. Anima enim obnoxia passionibus, diuinitas libera. Etenim spiritus promptus, caro autem infirma. Tristis autem est non ipse, sed anima. Non est tristis sapientia, non diuina substantia, sed anima. Suscepit enim animam meam, suscepit corpus meum. Non me fecellit, ut aliud esset, & aliud videretur. Tristis videbatur, & tristis erat, non pro sua passione, sed pro nostra dispersione. Denique ait, *Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.* Tristis erat; quia nos paruulos relinquebat. Ceterum quã cõstanter se morti obtulerit, consequentiã declarant. Quandoquidem querentibus occurrit; turbatos confirmat, ut trepidos prouocauit; Proditorem osculi dignatione suscepit. Nec illud distat à vero, si tristis erat pro persecutoribus suis, quos sciebat immanis sacrilegij pœnas duros: Et ideo dixit; *Transfer hunc calicem à me.* Non quia Deus Dei filius mortem timebat: sed quia nec malos pro se perire volebat. Denique ait; *Pater ne statuas illis hoc peccatum, ne exitialis esset populo passio sua, quæ esset omnibus salutaris.* Iuda, *ostulo filium hominis tradis?* Magna diuina significatio potestatis, magna disciplina virtutis. Et consilium proditiõnis aperitur, & adhuc patientia nõ negatur. Ostendisti, domine, quem proderet, dum occulta manifestas. Ostendisti etiam, quem traderet, dum dicis, *filium hominis:* quia caro nõ diuinitas comprehenditur. Illud tamen plus confutat ingratum, quod eum tradiderit, qui, cum esset Dei filius, propter nos

Es. 53. Synod. vj. act. 10.

Sup. 1.

Synod. vj. act. 10.

Psal. 6.

Concil. Nissal. 2. Can. 1.

Matth. 26.

nos tamen filius hominis esse voluisset. Quasi dicat, propter te suscepi, ingrare, quod tradis in hypocritis: ergo per interrogacionem pronuncian- dum puto, quasi amantis affectu corripit proditorem; *Iuda; osculo filium hominis tradis*: hoc est amoris pignore vulnus infligis, & charitatis officio sanguinem fundis, & pacis instrumento mortem irrogas: Seruus dominum, discipulus prodis magistrum, electus auctore, hoc est illud; *Vtilia vulnere amici quam voluntaria oscula inimici*. Proditori hoc. Pacifico vero quid dicitur? *Osculetur me ab osculo oris sui. Et osculatus est*. Non quo simulari nos doceat; sed vt ne prodicionem refugere videretur: & plus afficeret proditorem, cui

Psalm. 119. amoris officia non negaret: quia scriptum est: Cum odientibus pacem eram pacificus. *Et signo dato* (inquit) *ab ijs, qui cum suis venerant, comprehenditur*. Sed dominum omnium mysteria, non arma tenuerunt. Denique locutus est; Et ceciderunt retrorsum. Quo mihi legiones angelorum? Quo celestem exercitum? Vox domini sola plus terret. Hanc ille ad demonstrandum diuina maiestatis indicium, qui in peccatore Christi recubebat, elegit. Volenti ergo iniicit manus turba: nec duntaxat vincula. O amantes, o perfidi, non sic comprehenditur sapientia; nec sic tenetur iustitia. Nec discipulorum studia defuerunt. Denique Petrus eruditus in lege, promptus affectu, qui sciret Phinee reputatum ad iustitiam, quod sacrilegos peremisset: percussit principis seruum. Sed dominus vulnera cruenta detorsit; mysteria diuina subiecit, vt seruus principis mundi, hoc est, non naturæ conditione, sed culpæ, secularium famulus potestatum, auris suæ vulnus exciperet, quia non audisset verba sapientie. Omnis denique, qui facit peccatum, seruus est peccati. Peccatis, inquit, vestris venditi estis. Venditio propter peccata nostra; propter bonitatem autem Dei redemptio peccatorum. Aut, si Petrus volens percussit aurem, docuit quod aurem habere in specie non deberent, quam in mysterio non haberent. Sed bonus dominus & ipsi refundit auditum secundum prophetica dicta, demonstrans & ipsos, si conuertantur, posse sanari, qui in passione domini vulnerati sunt; eo quod omne peccatum fidei mysteriis abluitur. Tollit ergo Petrus aurē. Quare Petrus? Quia ipse est, qui accepit clauas regni cælorum. Ille enim condemnat, qui & absoluit; quoniam ligandi idem, & soluendi adeptus est potestatem. Tollit autem aurem male audientis; tollit autem gladio spiritali aurem interiore male intelligētis. Caueamus, ne cui tollatur auricula. Legitur passio domini, si ad diuinitatem eius referimus infirmitatem corporeæ passionis, exciditur auricula, & exciditur à Petro: qui non passus est Christum prophetam æstimari, sed Dei filium docuit fideli confessione signari. Ergo, cum legimus, teneri Iesum, caueamus, ne ab aliquo audiamus, & putemus eum secundum diuinitatem teneri, teneri inuitum, teneri quasi infirmum. Teneatur quidem, & vt dixit Ioannes, ligatur secundum corporis veritatem; Sed vñ illis, qui ligant verbum. Verbum enim ligant, qui tunc modo Christum hominem putant; ligant, qui præcium non putant; qui omnipotentem non consententur. Mala vincula Iudæorum, quibus non Christum ligant, sed seipsos alligant. Ligatur autem in domo non pij alicuius, & iusti, sed in domo Cayphæ, hoc est,

Psalm. 27.

Cant. 1.

Psalm. 119.

Ioan. 18.

Num. 25.

Ioan. 8.

Esai. 50.

Esai. 55.

in impia domo, vbi etiam moriturus pro omnibus prophetauit. Quia amantes igitur, qui beneficia diuina consententur, & beneficiorum auctorem persequuntur. Ideo aurem perdūt: quia diderunt auditus profectum. Auditum multi non habent, qui habere se credunt. In ecclesia omnes habent, extra ecclesiam non habent. Aut fortasse ideo aurem tulit; ne amplius delinquerent audientes: qui audita seruire non possent. Sic & aliquando confudit Deus linguas extrumentum turrem, ne se audirent, & opus suæ impietatis auergerent. Comprehēde, si potes, quomodo ad dexteram saluatoris attractum fugiat dolor, & vulnera non medicamento aspersa sed tactu obducta sanentur. Operatore suū linus agnoscit, & operatricem suam domini manum sequitur caro. Quomodo vult enim, opus suum creator instaurat. Sic & alibi cæco illi visus, luto supra oculos illito, quasi in naturam redierit, reformatur. Inbere potuit sed operati maluit; vt cognoscamus ipsum esse, qui è limo terre corporis membra nostri variis apra formauit officis, & infuso vigore mentis, animauit. Venerunt ergo, & comprehenderunt eum, & grauius perituri studij sui fructus; nec intellexerunt infelicis mysteriū, nec venerati sunt tam clementem pietatis affectum: quod etiam hostes suos non passus est vulnerari. Illi iusto mortem inferebant: persecutorum vulnera iste sanabat. *Petrus vero sequebatur à longe*. Et bene à longe sequebatur, iam proximè negaturus. Neque enim negare potuisset; si Christo proximè adhæssisset. Sed fortasse & in hoc nobis maxima sit admiratione reuerendus: quod dominum non reliquit, etiam cum timeret. Metus naturæ est, cura pietatis. Alienum, quod timet, suū, quod non fugit. Quod sequitur, deuotionis: quod negat, obreptionis. Commune, quod labitur, fidei, quod pœnitet. *Iā in domo principis sacerdotū ignis ardebat. Accessit Petrus, vt calefaceret se*. Quia, clauso domino calor mētis etiā in ipso refrigerat. Quid sibi vult, quod prima eum prodit ancillæcum viri vtique magis eum potuerit recognoscere; nisi vt & iste sexus peccasse in necem domini videretur; vt & iste sexus redimeretur per domini passionem? Et ideo mulier resurrectionis accepit prima mysterium; & mandata custodit, vt & veterem præuaticationis aboleret errorem. Petrus ergo proditus negat. Ponamus enim negasse Petrus: quia dixit dominus; Ter me negabis. Et malo negasse Petrum, quam dominum fecellisse. Quid negauit? Quod promissit incaute. Deuotionem considerauit, non respexit conditionem: multatus, quia dixit se animam ponere: quod non humanæ infirmitatis, sed diuina est potestatis. Cum tam grauem imprudentis sermonis multam luerit: quanta est pœna perfidiæ? Vbi tamen negat Petrus? Non in monte, non in templo, non in sua domo, sed in pratorio Iudæorum in domo principis sacerdotum. Ibi negat, vbi veritas non est. Ibi negat, vbi Christus captus, vbi Christus ligatus est. Quo modo enim non erraret, quem intromisit ostiaria, & interrogauit ostiaria, & ostiaria Iudæorum? Male Eva induxit Adam: male Petrum introduxit femina. Sed ille in paradiso labitur, vbi non veniabilis culpa; hic in pratorio Iudæorum, vbi difficilis innocentia. Illi interdixit lapsus; huic prædictus error. Ille commissus huic præiudicauit: hic illum resoluuit. Consideremus

mus etiam quo in statu neget. *Frigus* (inquit) *erat*. Si tempus consideremus: frigus esse non poterat. Sed frigus erat, vbi Iesus non agnoscebatur: vbi non erat, qui lucem videret, vbi negabatur ignis consumens. Frigus ergo erat mentis, non corporis. Denique ad carbonem stabat Petrus: quia algebat affectu. Mala flamma Iudaica vrit, non calefacit. Malus focus, qui quondam etiam sanctorum mentibus fuliginem erroris aspergit: iuxta quem etiam Petri interiores oculi caligauerunt. Illi oculi non carnis, & sanguinis, sed oculi mentis, quibus Christum videbat. Dicit aliquis: Tu Iudæorum etiam elementa condemnas: Non condemno elementa; quia non sunt Iudæorum elementa, sed Christi. Sed alia est, quam condemnatio, flamma perfidiæ. Hanc flammam condemnatio Iudæorum, diuina secutus oracula. Dicit enim dominus, Argentum vestrum reprobum est. Si argentum reprobum est Iudæorum: & focus reprobus Iudæorum est. Denique focus, & auro Iudæorum caput vituli figuratum est, hoc est, sacrilegij principatus. Sed videamus negandi tenorem quem inter euangelistas video esse diuersum. Ita nouum fuit Petrum potuisse peccare, vt peccatum eius nec ab euangelistis potuerit comprehendere. Itaque Petrum prodeunt ancillæ quod ex illis esset, qui cum Iesu Galilæo erant, prima voce Matthæus posuit respondisse. Nescio quid dicas. Hoc etiam Marcus, qui secutus est Petrum, & ex ipso potuit verius cognoscere, prima vox negantis est Petri: quia tamen non negare dominum, sed à prodicione se separasse mulieris videtur. Quid tamen negauerit, considera. Ex illis vtique scelle, qui cum Iesu Galilæo erant. Vel, vt Marcus posuit: Cum Iesu Nazareno. Nunquid negauit, cum Dei fuisse se filio? Hoc est dicere: Nescio Galilæum, nescio Nazarenum, quem Dei filium noui. Habeant homines locorum vocabula: Dei filium patria non potest nuncupare, cuius maiestatem locus nullus includit. Et vt scias, hoc verum esse, etiam exemplo probatur. Nam alibi, cum interrogaret dominus discipulos: Quem dicunt esse homines filium hominis: alij Heliam, alij Hieremiam dixerunt, aut vnum de prophetis: Petrus autem ait; Tu es Christus, filius Dei viui. Nunquid & ibi negauit, quia Christum non hominis filium, sed Dei maluit confiteri? Certe quid hic putamus ambiguum, quod etiam Christus probauit: Et aliud accipe. Interrogatus Petrus; Et tu ex illis es, qui cum Iesu Galilæo erant, verbum æternitatis refugit, non enim erant, qui esse cæperunt, hoc est dicere; ille solus erat, qui in principio erat. Denique ait, Non sum ego. Illius est enim esse, qui semper est. Vnde & Moyses ait, Qui est, misit me. Rursus, cum vigeretur, vt ex illis esset, secundum Marcū negauit; vt scias euangelistam veritati quam gratiæ plus dedisse. Sed tamen negauit ex illis se esse: non Christum negauit. Negauerat hominum consortia, non Dei gratiam. Negauerat ex illis se esse, qui cum Galilæo erant, non negauit cum Dei filio. Denique secundum Matthæum proditus, quod cum Iesu Nazareno fuisset ait; Nescio hominem. Hoc idem & in tertia voce vtique, de quibus proposuimus euangelistæ, cum iuramento eum respondisse, posuerunt: quia nescierit hominem. Et bene negauit hominem, quem sciebat Deum. Denique vbi iurandum est, cauta responsio est. Nam, &

si negauit Petrus, non tamen periurauit; quia nec Dominus periuraturum esse memorauerat. Quia si in Petro dubium est, quam periculosum est iurandum? Ioannes autem sic posuit: quoniam interrogatus ab ancilla Petrus, vt rum ex discipulis esset illius hominis, prima voce responderit, Non sum. Non enim erat hominis apostolus, qui erat Christi. Denique & Paulus hominis apostolum se esse negauit dicens, Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominē, sed per Iesum Christum, & Deum patrem. Sed, ne videretur ambiguū aliquid incarnationis afferre, subiecit: Qui suscitauit eum à mortuis: vt & hominē credas, cum Deum ante credideris. Quod alibi quoque eodem tenore custodit, vbi dicit, Vnus enim Deus, & vnus mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus. Prius vtique mediatorem Dei quam hominum nuncupauit. Non enim sat est, vtunque credere, nisi fidei ordo seruetur. Concordat igitur vbique responsio. Nam, qui dixit, Nescio hominem: æquum erat, vt interrogatus, vtum esset ex discipulis hominis, diceret, Non sum. Itaque non Christi discipulum se negauit, sed hominis negauit esse discipulum. Itaque & Petrus, & Paulus hominem negauerunt, quem Dei filium fatebatur. Quod sensit Petrus & Paulus expressit: hinc & ille profecit. Error Petri doctrina iustorum est, & titubatio Petri omnium petra est. Denique super vndas titubat, sed dextram porrigit Christo. In monte cadit, sed leuatur à Christo. Titubauit quidem Petrus in mari, sed ambulauit firmior. Titubatio Petri super aquam nostra est firmitudo. Ibi cadit, quo nullus ascendit, ibi nutat, vbi nemo ambulat. Et tamen inter vndas licet titubat, non labitur, nutat, non cadit, fluitat, non præcipitatur. Et si cecidit, in monte tamen cecidit. Sed felicius ille cecidit, quam alij steterunt. Felicius cecidit, quem Christus leuauit. Iterum autem interrogatū, quod ex discipulis eius esset, Ioannes scripsit negasse. Et bene negauit: quia ex eius dicebatur esse discipulis: quem hominē in superioribus sunt locuti. Nam & tertio, quod cum illo visus esset, negauit: hoc & de superioribus deriuatur. Cum illo, quem hominem nuncupatis, non fui: sed à Dei filio nō recessi. Lucas quoque scripsit, Petrum interrogatum vtum ex illis esset: respondisse prima voce: *Non noui illum*. Et bene dixit. Temerarium quippe erat, vt diceret: quia nouerat eum, quem mens humana non potest comprehendere. Nemo enim nouit filium, nisi pater. Rursus secunda voce secundum Lucam idem Petrus ait; *Non sum ego*. Maluit videlicet se negare, quam Christum. Aut quia videbatur negare Christi societatem, vtique se negauit. Certe, cum de homine negat, in filium peccauit hominis, vt remitteretur ei, non in spiritum sanctū. Tertio quoque interrogatus ait, *Nescio quid dicas*. Hoc est, sacrilegia vestra nescio. Sed nos excusamus: dominus ipse nō excusauit. Non enim satis est involuta responsio contentis Iesum, sed aperta confessio. Quid prodest verba inuoluere, si videri vis denegasse? Et ideo Petrus nō de industria sic respondisse inducitur, quia postea recordatus est, & tamen fleuit. Maluit enim ipse suum accusare peccatum, vt iustificaretur fatendo, quam grauaretur negando. Iustus enim in principio accusator est sui: & ideo fleuit. Quare fleuit? Quia culpa obrepit ei. Ego soleo flere, si culpa

Gal. 1.

1. Timoth. 1.

Matth. 6.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 14.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Præter. 18.

culpa

culpa mihi desit, hoc est, si non me vindicem, si non obtineam, quod improbe cupio. Petrus doluit, & fleuit, quia erravit ut homo. Non inuenio, quid dixerit, inuenio quod fleuerit. Lachrymas eius lego, satisfactionem non lego. Sed quod defendi non potest, ablati potest. Lamentum lachrymarum delictum, quod voce pudor est confiteri. Et veniens fletus consulunt, & verecundia: lachrymarum sine horrore culpam loquuntur. Lachrymarum crimen sine offensione verecundia confitentur. Lachrymarum veniam non postulant, sed merentur. Inuenitur tacuit Petrus, ne tam cito veniam petito plus offenderet. Ante flendum est: sic precandum. Bonae lachrymarum, quae lauant culpam. Denique quos Iesus respicit: plorant delictum. Negavit primo Petrus, & non fleuit: quia non respexerat dominus. Negavit secundo, non fleuit: quia adhuc non respexerat dominus. Negavit & tertio: respexit Iesus, & ille amarissime fleuit. Respice, domine Iesu, ut sciamus nostrum desistere peccatum, lauare delictum. Vnde etiam lapsus sanctorum vtilis. Nihil mihi nocuit, quod negavit Petrus: profuit, quod emendauit. Didici cauere alloquia perfidorum. Petrus inter Iudaeos negavit, Salomon contubernio gentili deceptus erravit. Fleuit ergo amarissime Petrus: fleuit ut lachrymis suam possit lauare delictum. Et tu, si veniam vis mereri, dilue culpam lachrymis tuam: eodem momento, eodem tempore respicit te Christus. Si in aliquo fortasse laboris: quia secretorum tuorum assistit testis, respicit, ut recorderis, & fatearis errorem. Imitare Petrum dicentem alibi tertio: Domine, Domine, tu scis, quia diligo te. Et enim, quia tertio negauerat, tertio confitetur. Sed negavit in nocte, confitetur in die. Haec autem ideo scripta sunt, ut sciamus neminem iactare se debere. Nam, si Petrus lapsus est, quia dixit; Et si alij scandalizati fuerint, ego non scandalizabor: quis alius iure de se praesumat? Denique & David, quia dixerat: Ego dixi in mea abundantia non mouebo in aeternum eam sibi iactantia obfuisse profiteretur dicens; Auertisti autem faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Vnde te euocet, Petre, ut doceas me, quid flens cogitaueris? Vnde, inquam, te euocet? De caelo, ubi iam choro insertus es angelorum, an etiam de tumulo? Quia non putas iniuriam & ibi esse, vnde dominus resurrexit. Doce nos, quid tibi profuerint lachrymarum tuae. Sed docuisti illico: Nam, qui lapsus es, antequam fleres, postquam fleuisti, erectus es, ut alios regeres, qui te ipsum ante non rexeras. Habebat ergo lachrymas Petrus, pio quas fundebat affectu: non habebat proditor fletus, quibus culpam ablueret: sed tormenta conscientiae, quibus sacrilegium fateretur: ut dum suo reus iudicio damnatur, & spontaneo supplicio facinus expiatur, pietas domini, qui seipsum nollet vlcisci, & diuinitas probaretur, qui conscientiam mentis inuisibili potestate interrogaret. vnde, peccavi, inquit, quod tradiderim sanguinem iustum. Et si casta est poenitentia proditoris, quia peccauit in spiritum sanctum: est tamen, non vltus in scelere pudor, culpam agnoscere. Et, quamuis ille non absoluitur, Iudaeorum tamen impudentia confutatur, quos cum professo redarguat venditoris, scelerati tamen sibi vendicant iura contractus, & exortes reatus esse se credit, dum dicunt; Quid ad nos tu vederis. Amentes plane, qui putant solui se magis auctoris scelere quam

Idest, licet aliquis excusationem erroris obsequere potuerit, tamen non est ausus: nam id sonat hic satisfactio.

S. Aug. lib. 1. de gra. Christi lib. 1. cap. 45.

3. Reg. 11.

Ioan. 21.

S. Aug. lib. 1. de gra. Christi lib. 1. cap. 45.

Psal. 29.

Petri anima est in caelo choro angelorum inserta.

Math. 27. Non quod peccati in spiritu sancto non remittatur, sed quod vera poenitentia ad eius remissionem requiritur, qualem Iudaei non habent: cum de reuerentia desperauerint.

teneri. In pecuniariis causis, refuso pretio, ius soluitur. Hi pretium recipiunt, & sacrilegium persequuntur, ac pertinacibus studiis funestam sibi vendicant sanguinis auctorem, cum refunderet venditor sacrilegij mercedem. Euidenter itaque, dum pretium sanguinis a Iudaeorum gazophylacis separatur, & ager figuli ea, qua veditur Christus, comparatur pecunia, dum is locus humanis delictis peregrinorum reliquiis dicitur, & prophetiae impletur oraculum, & surgens ecclesiae mysterium reuelatur. Ager enim secundum diuina praecpta, mundus hic omnis est. Figulus autem ille, qui nos formauit de limo, de quo habes in veteri testamento, Quia finxit Deus hominem de limo terrae, formandi per naturam, reformandi per gratiam, habens pro suo arbitrio potestatem. Nam, etsi propriis vitiis corruamus, per illius tamen misericordiam, resumpto mentis spiritu, secundum Hieremiae oracula reformamur. Precium quoque sanguinis est precium dominicae passionis. Ergo pretio sanguinis emittitur mundus a Christo. Venit enim, nisi de quibus dicitur; Memores estote, quod aliquando vos gentes, qui eratis in carne alienati a conuersatione Israel, & peregrini promissionis testamentorum? Sed hi nunc iam non sunt aduentus, atque peregrini: quoniam ciues sanctorum esse fidei iure meruerunt. Sequitur admirabilis locus: quo subeundae aequanimiter iniuriae moralis infunditur patientia peccatoribus humanis. Accusatur dominus, & tacet. Et bene tacet, qui defensionem non indiget. Ambiant defendi, qui timent vinci. Non ergo accusationem tacendo confirmat, sed despiciit, non refellendo. Quid enim timet, qui non ambiret salutem? Salus omnium suam prodit, ut acquireret omnium. Sed quid de Deo loquitur? Susanna tacuit, & vicit. Melior enim causa, quam non defenditur, & probatur. Et hic Pilatus absoluit, sed absoluto iudicio, crucifixit mysterio. Verum hoc speciale Christi, illud humanum, vt apud iniquos iudices magis videatur noluisse quam potuisse defendi. Cur autem dominus tacuerit, ipse praemissit dicens; Si vobis dixerit, non creditis mihi, si vos interrogauero, non respondebitis mihi. Illud tamen praestantissimum, quod maluit regem se probare quam dicere: vt condemnandi causam habere non possent, qui, quod abiiciunt, hoc fatentur. Herode autem cupiente aliqua mirabilia eius videre, tacuit, & nihil fecit, quia nec illius crudelitas merebatur videre diuina, & dominus iactantiam declinabat. Et fortasse typice in Herode omnes impij significantur, qui, si legi non crediderint, & prophetis, mirabilia Christi opera in euangelio quoque videre non possunt. Ad Herodem mittitur, ad Pilatum remittitur. Etsi vterque reum non pronunciant, alienae tamen crudelitatis studiis obsequuntur. Laniat quidem manus Pilatus, sed facta non diluit. Index enim nec inuidia cedere debuit, nec timori, vt sanguinem innocentis addiceret. Mon-

Mat.

Gen.

Gen.

Herod.

Mat. 27.

Mat.

nebat vxor. Lucebat in nocte gratia, diuinitas eminebat, nec sic a sacrilega sententia temperauit. Similiter in hoc typum omnium iudicium arbitror esse praemissum: qui damnatur essent eos, quos innocios aestimarent. Tolerabiliores tamen gentiles esse, quam Iudaeos coniuncta Pilati periona demonstrat, & magis eos posse diuinis ad fidem operibus admoneri. Quales autem illi, qui dominum maieftatis crucifixum? Nec immerito homicidae abolitionem petunt: qui flagitabat innocentis exitum. Tales leges iniquitas habet, vt oderit innocentiam, scelus diligit. In quo tamen nominis interpretatio speciem dat figurae. Barrabas enim patris filius Latine dicitur. Illi ergo, quibus dicitur, Vos ex patre diabolo estis, vtero Dei filio patris sui filium antichristum praeturi esse produntur. Et indutum illum veste alba remisit. Non ociosum, quod veste alba induitur ab Herode, immaculatae tribuens indicia passionis, quod agnus Dei sine macula cum gloria mundi peccata susciperet. In typo etiam Herodis, atque Pilati, qui amici ex inimicis per Iesum Christum facti sunt, plebis Israel, & populi gentilis figura seruatur: quod per domini passionem vtriusque sit futura concordia: ita tamen vt prius populus nationum capiat Dei verbum, & ad populum Iudaeorum fidei suae deuotionem transfinitur: vt illi quoque gloria maieftatis suae corpus vestiant Christi, quem ante despexerant. Chlamydem autem coccineam induitur a militibus, & purpuream tunica, in altera designans martyrum palmas, in altera regiae potestatis insignia: quod caro eius sumum toto orbe terrarum sanguinem esset susceptura pro nobis, & passio regnum paritura de nobis. Corona quoque de spinis capiti eius annexa, quid aliud quam diuini operis munus ostendit, quod de peccatoribus mundi tanquam saeculi pernis triumphalis Deo gloria quaeretur? Nec flagella vacant, quia flagellatus est ipse, ne nos flagellaremur. Homo enim in plaga constitutus, & sciens ferre infirmitates, pro nobis dolet: a nobis, qui Deum ante fugiebamus, flagella detorqueus tam patiens dominus, vt fugitiuorum vinculis proprias manus fugitiuorum flagellis suum corpus offerret. Detestabili itaque mentis affectu honoratum tamen Iudaei exitum produnt. Nam & compungentes coronant, & illudentes adorant. Etsi corde non credunt, quem perimunt, confitentur. Illis licet defuit boni operis affectus, Deo tamen suus non defuit honor, qui salutatur vt rex, coronatur vt victor, quasi Deus, & dominus adoratur. Arundo quoque vel secundum Mathaeum comprehenditur manu eius: vt humana fragilitas iam non sicut arundo moueatur a vento, sed operibus Christi corroborata fundetur, & affixo cruci chirographo, quod erat contrarium nobis, sententiae vetustas cessat: Vel secundum Marcum, caput eius percussit, vt solidata diuinitatis atractu nostra conditio nutare non possit. Sed iam trophaeum suum victor attollat. Crux super humeros imponitur, vt trophaeum, quod siue Simon, siue ipse portauerit, & Christus in homine, & homo portauit in Christo. Nec discordant euangelistarum sententiae, quando concordat mysterium. Et bonus ordo nostri profectus, vt prius crucis suae trophaeum ipse erigeret; deinde martyribus traderet erigendum. Non Iudaeus est, qui crucem portat, sed alienigena, atque peregrinus,

nec praecedit, sed sequitur, iuxta quod scriptum est, Tolle crucem tuam, & sequere me. Non enim suam, sed nostram crucem Christus ascendit; nec mors illa diuinitatis, sed quasi hominis fuit. Vnde & ipse ait; Deus Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? Pulchre autem ascensus crucem regalia vestimenta deposuit, vt scias quasi hominem passum esse, non quasi Deum regem. Etsi vtrumque Christus: quasi hominem tamen, non quasi Deum cruci esse suffixum. Sed milites non Iudaei sciunt, quo tempore qualia Christo vestimenta conueniant. Iudicio quasi victor assistit, ad passionem tamen quasi reus humilis venit. Nunc, quoniam trophaeum iam vidimus, curram suum triumphator ascendat: non arborum truncis, aut quadriugis plaustris manubias de mortali hoste quaeritas, sed patibulo triumphali captiua saeculo spolia suspendat. Non hic reuinctis post tergum brachii gentes, nec excelsarum vrbium imagines, oppidorumque captorum simulachra cernimus, aut submissa captorum regum colla miramur; qualis humanorum soler esse species triumphorum: nec victoriae terminos regionis sine distinctos, sed quantes populos nationum, quaeritos non ad supplicium, sed ad praemium: Reges liberis affectibus adorantes; voluntariis vrbes studiis deditas; & in melius reformatas imagines oppidorum: quas non fucius expresserit, sed deuotio colorauerit: si dei arma, victoriarumque iura toto orbe currentia, captiuum principem mundi, & spiritalia nequiciae, quae sunt in caelestibus, obedientia imperio vocis humane, subditas dominationes, variarumque virtutum species, non sericis, sed moribus emicantes. Fulget castitas, fides splendet, & induta mortis exuuiis deuotio fortitudinis, iam resurgit vnus Dei triumphus: fecit omnes prope iam homines triumphatores crux domini. Refert igitur considerare, qualis ascendat: Nudum video. Talis ergo ascendat, qui seculum vincere parat, vt seculi adiumenta non quaerat. Victus est Adam, qui vestimenta quaesuit, vicit ille, qui regimenta deposuit: & talis ascendit: quales nos auctore Deo natura formauit. Talis in paradiso homo primus habitauerat: talis ad paradysum homo secundus intrauit. Et vt non sibi soli, sed omnibus vinceret, manus extendit, quo omnia traheret ad se, vt nodo mortis exuta, iugo fidei suspensa, caelestibus ea, quae prius erant terrena, sociaret. Scribitur etiam titulus. Solet praecedere pompa victores. At vero curram domini triumphalem praebat bona pompa resurgentium defunctorum. Solet etiam titulus subiugatarum gentium numerum designare. Sit in illis triumphis ordine quodam digesta miserabili deuictarum praeventium contumeliosa captiuitas nationum, hic redemptarum gentium veniat gratia. Digni tanto triumpho iugales, vt caelum, terra, maria, inferna a corruptela mutentur ad gratiam. Scribitur autem titulus & super crucem ponitur, non infra crucem, quia principium super humeros eius. Principium autem quid est, nisi sempiterna virtus eius, atque diuinitas? Vnde & ipse interrogatus; Tu qui es? respondit, principium, qui & loquitur vobis. Legamus hunc titulum; Iesus (inquit) Nazareus rex Iudaeorum. Merito super crucem titulus: quia non humani corporis sed diuine potestatis est regnum, quod habet Christus. Merito supra crucem titulus, quia licet in cruce erat dominus

Concil. 171. sess. 2. ca. 26.

Sed eam propter bonitatem, cum videret regimere obiecta: effugauit, et ita etiam in ipsa cruce non fuisse, esse diuinitatem potest.

Esa. 9.

Ioan. 8.

minus Iesus, supra crucem tamen regis maiestate radiabat. Vermis in cruce, scarabæus in cruce. Et bonus vermis, qui hæsit in ligno. Bonus scarabæus, qui clamavit è ligno. Quid clamavit? *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Clamavit latroni, *Hodie mecum eris in paradiso.* Clamavit quasi scarabæus: *Deus, Deus meus, respice me, quare me dereliquisti?* Et bonus scarabæus, qui lutum corporis nostri ante informe, ac pigrum, virtutum vertebat vestigiis. Bonus scarabæus, qui de stercore erigit panem. Exerit Paulum, qui æstimatus est stercora. Exerit et Iob, qui sedebat in stercore. Nō mediocri ergo titulus. Ipse autem crucis locus, vel in medio, vt conspicuus omnibus: vel supra Adæ, vt Hebræi disputant, sepulchrum. Congruerat quippe, vt ibi vitæ nostræ primitiæ locarentur, vbi fuerat mortis exordia. Diuiditur vestimenta alia: aliud sorte defertur. Dei enim spiritus non humana opinione comprehenditur, sed quasi quodam euentu inopinato illabatur. Et fortasse milites isti quatuor euangelistarū habeant typum, qui scripserunt titulum, quem omnes legamus. Legō titulum regis Iudæorum; cum lego: regnum meum non est de hoc mundo. Legō causam Christi supra caput Christi scriptā cum lego; Et Deus erat verbum. Caput enim Christi Deus. Isti ergo seruabant Iesum; & hodie seruant; ne cui forte labatur; ne cui de passione descendat: quod petebat populus Iudæorum. Mihi plane Christus in passione moriatur, vt post passionem resurgat. Noluit descendere, ne descenderet sibi; sed vt moreretur mihi. Nobis ergo iam Christus seruatur, propter nos diuiduntur vestimenta eius. Non possunt singuli habere omnia & ideo super tunica fors agitur: quia non pro hominis voluntate diuisio sit spiritus sancti. Diuisiones enim gratiarum sunt; sed operatus est spiritus diuidens singulis prout vult. Intuere nunc Christi vestimenta diuisa. Vbi illa quarum? Quare in Mattheo: inuenies penes ipsum solum chlamydem coccineam: penes Ioannem vestem purpuream; penes Marcum purpuram tantum; penes Lucam vestem albam. Hac enim sola pro sua fuit portione contentus. Quantos itaque Christus sua veste vestiuit? Puto autem quod non quatuor tantum, sed omnes vestiuit milites, & omnibus abundauit. Sed reuertamur ad euangelistas. Istæ itaque quatuor partes non partes vestium, sed qualitates mihi videntur esse virtutum. Alius enim de regno sublimius scripsit; alius de hominis institutione diffusus. Lucas nitorem sibi sacerdotalis vestis elegit. Marcus verborum textum non desiderauit. Denique Ioannes quasi quādam intexit sententias; quibus vestiatur fides nostram. Nonne tibi videtur intextum illud, In principio erat verbum; & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum; hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt. At verò Marcus tanquam purpuræ fulgore contentus, sine vlla intextione verborum, Inquit, inquit, euangelij Iesu Christi filij Dei. Ergo cætera vestimenta diuisa sunt Christi, nepe vel gesta, vel gratia; tunica nō potuit diuidi, fides scilicet; quoniam nō pro portione singulorum, sed pro iure communis est omnium. Quod enim non diuiditur, singulis manet integrum. Et bene de super texta legitur. Sic enim rexitur fides Christi, vt de diuinis ad humana de-

Phil. 7.

1. Cor. 12.

Joan. 1.

scendat; eo quod ante sæcula ex Deo natus, posteriori tempore susceptionem carnis assumpsit. Significatur igitur nobis eo, quod non debeat fides scindi, sed solida permanere. Amen amen dico tibi; hodie, &c. Pulcherrimum affectandæ conuersionis exemplum: quod tam cito latroni venia relaxatur: & vberior est gratia quam precatio. Semper enim plus dominus tribuit, quā rogatur. Ille enim rogabat vt memor sui esset dominus cum venisset in regnum suum: dominus autem ait, Amen amen dico tibi; hodie mecum eris in paradiso. Vita est enim esse cum Christo: quia, vbi Christus, ibi regnum. Cito igitur ignoscit dominus: quia cito ille conuertitur. Vnde & illud solui videtur; quia alij duos conuertiens inducit latrones: iste vnum cōuertit, vnum rogantem. Fortasse & iste prius conuertiatus est: sed repente conuersus est. Nec mirum, si conuerso culpam ignoscebat, qui insultantibus veniam relaxabat. Potuit etiam de vno dicere pluraliter, sicut illud est. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum. Solus enim rex Herodes, & princeps Pilatus in apostolorum actibus conspirasse aduersus Christum Petri voce produntur. Sic & ad Hebræos habes; In caprimis pelibus ambulabant, facti sunt, & leonum molas obstruerunt; cum solus Helias melotem habuisset, Elías secus esse, Daniel à leonibus intactus mansisse doceatur. Quia execrabilis in facto iniquitas Iudæorum: vt quasi latronem crucifigeret omnium redemptorem. Bonus tamen in mysterio Iatro quia insidiatus est diabolo, vt vasa eius auferret. Mystice tamen latrones, duos populos peccatores significant per baptismum crucifigendos esse cum Christo. Quorum dissensio diuersitatem pariter credentium signat. Denique vnus à sinistris, alter à dextris erat. Inceptio quoque futuræ crucis scandalum etiam circa credentes reuelat. Et acetum offerrebat Iudæi. Bene ad consummāda omnia & corruptio sinceritatis hauritur: vt omnia cruci, quæ vitia fuerant, figerentur. Acetum itaque bibit, vinum cum felle non bibit: non quia fel, sed quia admixta vino amaritudines reculantur. Nam vtique amaritudines vitæ nostræ pro corporis conditione suscepit. Denique ipse ait; Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Sed sinceritati non debuit amaritudo misceri, vt ostenderetur sine amaritudine futura immortalitas resurgentiū. Quæ quoniam immortalitas in vase coacuerat humano, reparatur in Christo. Ergo acetum bibit, hoc est, vitium corruptæ per Adam immortalitatis aboletur in calamo, vt de corpore absolueretur humano. Nos quoque vitia nostra per incuriam mentis, corporisque concreta transfundamus in Christum, transfundamus per baptismum, vt crucifigamur in Christo. Transfundamus per penitentiam, vt ab illo nobis vini, sanguinisque castis incorrupta sinceritas refundatur. Denique, vbi acetum bibit, consummata sunt, inquit, omnia: eo quod assumptæ mortalitatis impletum esset omne mysterium, & exhaustis omnibus vitiis immortalitatis, sola lætitia remansisset. Et ideo ait. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et bene commendatur spiritus, qui reseruat. Quod enim commendatur, vtique non amittitur. Bonum ergo pignus est spiritus, bonum depositum. Vnde & ille ait; O Timothee, bonum depositum custodi.

Phil. 4.

Matth. 19.

Phil. 1.

Matth. 19.

1. Tim. 1.

stodi. Commendatur ego patri spiritus: Et ideo ait, Quoniam non derelinques in inferno animam meam. Vide autem magnum mysterium. Nunc commendat in manibus patris spiritum suum, nunc in patris gremio fedit: quia totum alius non capit Christum. Denique ergo, inquit, in patre, & pater in me. Commendatur ergo patri spiritus: sanctus cum sit in superioribus, illuminat & inferna, vt vniuersa redimantur. Etenim Christus omnia, & in Christo omnia, licet in singulis Christus operetur. Caro moritur, vt resurgat: spiritus patri commendatur, vt cælestia quoque ab iniquitatis vinculo solueretur, & pax fieret in cælo, quam terrena sequerentur. Et hoc dicto, tradidit spiritum. Et bene tradidit, quia non inuitis amisit. Denique Matheus ait; Emisit spiritum. Quod enim emittitur, voluntariū est: quod amittitur, necessarium. Propterea addidit; Voce magna. In qua vel professio gloriosa vsque ad mortem se pro nostris descendisse peccatis annunciat. (Ergo nec ego erubescam fateri, quod Christus nō erubuit voce magna profiteri.) Vel evidens manifestatio contestantis Dei secessionem diuinitatis, & corporis. Sic enim habes; Clamavit, inquit Iesus, voce magna dicens; Deus Deus meus, respice me, quare me dereliquisti? Clamavit homo diuinitatis separatione moriturus. Nam, cum diuinitas mortis libera sit, vtique mors esse non poterat, nisi vita discederet: quia vita diuinitas est. Iam quæ sequuntur ostendunt, quia propter impietatem hominum finis sæculi sit futurus. Itaque significatur per domini passionem occasura presentia, vt orientur futura. Tenebræ igitur offusæ sunt oculis perfidorum, vt fidei lumen resulgeret. Sol occidit sacrilegis, vel refugit, vt funestis spectaculum sceleris obumbraret. Petræ scissæ sunt, vt per prærupta saxorum ostenderetur futurum; quoniam verbi vis peccatorum dura penetraret: quo facilius ex cauis petrarū illi venatores, quos Hieremias prædixit domino venarentur. Monumentorum autem reseratio quid aliud, nisi, claustris mortis effractis, resurrectionem significat mortuorum: quorum in aspectu fides, in processu typus, quod in sanctam procedendo ciuitatem, presentium specie declarabat, in illa Hierusalem, quæ in cælo est, futurum perenne diuersorium resurgentiū? Et tū velum scinditur, quo vel donum populorum diuisio, vel mysteriorum synagogæ profanatio declaratur. Scinditur ergo velū vetus, vt ecclesia noua fidei suæ vela suspendat. Synagogæ velamen auferunt, vt religionis interna mysteria reuelata mentis cernamur obruit. Denique iam etiam centurio Dei filium, quem crucifixerat, constituit. O duriora saxa pectora Iudæorum. Finduntur petræ, sed horum corda durantur. Iudex arguit; credit nimis iter, proditor scelus suum voluntaria morte condemnat, elementa fugiunt; terra concutitur: monumenta reserantur, Iudæorum tamen immobilis duritia manet, orbe concusso. Stabant autem mulieres, hæc videntes. Stabat & mater cum studio pietatis, quæ sua pericula posthaberet. Sed & dominus suspensus in cruce, qui sua pericula contemnebat, pio matrem commendabat affectu. Quod non ociose Ioanes pluribus perfectus est. Alij enim mandatum describere concussam, cælum tenebris obductum, refugisse solem. Addiderunt Matheus, & Marcus, qui humana, atque mortalia vberius per-

secuti sunt; Deus Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? vt ad cruce Christi susceptionem peruenisse crederemus conditionis humanæ. Lucas autem competenter asseruit latroni veniam sacerdotali intercessionem donatam, & Iudæis persequentibus eodem munere indulgentiā postulatam. Ioannes ergo qui plenius diuina penetrauit mysteria, nō immerito laborauit; vt, quæ Deum generauerat, mansisse eam virginem declararet. Solus ergo me docet, quod alij non docuerunt, quemadmodum in cruce positus appellauerit matrem: plures putans, quod victor suppliciorum, atque pœnarum, victor diaboli pietatis officia diuidebat, quàm quod d regnum cælestis donabat. Nam, si religiosum est, quod latroni venia donatur à domino; multo religiosius, quod mater honoratur à filio. Nec præposterum iudicetur, quod prius latronis absolutionem, quàm matris appellationem scripsi. Qui enim venerat saluos facere peccatores, non absurdum, si prius meis scriptis susceptum munus in redimenda salute peccatoris impleuit. Denique ipse ait; Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quia non venerat vocare iustos, sed peccatores. Sed ibi pro loco, hic & in cruce non immemor matris appellat eam dicens; Ecce filius tuus. Et Ioannes; Ecce mater tua. Testabatur de cruce Christus, & testamentum eius signabat Ioannes. Dignus tanto testatore testis: bonum testamentum, non pecunia; sed vitæ: quod non atramento scribitur, sed spiritu Dei viuū. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Sed nec Maria minor, quam vt matrem Christi decebat, fugientibus apostolis, ante crucem stabat, & piis spectabat oculis filij vulnera: quia expectabat non pignoris mortem, sed mundi salutem. Aut fortasse, quia cognouerat per filij mortem mundi redemptionem, aula regalis putabat se & sua morte publico muneri aliquid addituram. Sed Iesus non egebat adiutore ad omnium redemptionem, quia dixit; Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Suscepit quidem matris affectum, sed non quæ fuit hominis auxilium. Habemus igitur pietatis magistrum. Doceat lectio, quid maternus debeat affectus imitari, quid sequi reuerentia filiorum: vt ille se offerat in filiorum periculis; illis amplius sollicitudo materna, quàm suæ mortis mæstitia sit dolori. Quo loco vberimū testimonium Mariæ virginitatis adhibetur. Neque enim abrogaretur vxor marito; cum scriptum sit; Quod Deus coniunxit, homo non sepatet. Sed, quæ pro mysterio coniugium præteruit, completis mysteriis, iam coniugio non egebat. Aut, si moralia sequimur; in matre castitas imperatur. Mysticum tamen est, quod commendatur Ioanni inter cæteros iuniori: quod non ociosis auribus debemus accipere. Periculosa est enim copula mulieribus adolescentis, & speciosus iuuentutis: ne qua fortasse curiosa exempli; incuriosa mysterij, quæ luxuriari in Christo cupiens, Mariam specie præterdat, nō imitetur affectu. Sic vulgus nunc male audit mulierem, relicto iunioris marito, vt iuniorum sequatur. Discat ergo ecclesiæ hoc esse mysterium: quæ populo seniori specie ante copulata, non vfo, postquam peperit verbum, & in corporibus, ac mentibus hominum per fidem crucis, & sepulchrum dominici corporis seminauit, ex præcepto Dei societate populi iunioris elegit. Quæro enim; Bibl. Hom. tom. 2. H h h h 2 cur

Matth. 11.

Matth. 19.

Phil. 4.

Phil. 1.

Matth. 19.

cur ante mortem non inueniamus esse percussum, post mortem inueniamus, nisi forte ut uoluntarius magis, quam necessarius exitus eius fuisse doceatur; & ordinem mysticum nouerimus: quia non ante altaris sacramenta quam baptismum, sed baptismum ante, sic poculum. Deinde, ut aduertamus, quia, licet corporis eius fuerit natura mortalis, licet qualitas similis, dissimilis tamen gratia. Nam utique post mortem sanguis in nostris corporibus congelascit. Ex illo autem incorrupto licet corpore, sed defuncto, omnium vita manabat. Aqua enim, & sanguis exiit; illa quae diluat, iste qui redimat. Bibamus ergo precium nostrum, ut bibendo redimamur. Quid sibi etiam uult, quod non apostoli, sed Ioseph, & Nicodemus Christum sepeliunt, unus iustus, & constans, alter in quo dolus non erat? Talis enim Christi est sepultura, quae fraudem, iniquitatemque non habeat. Obstruitur igitur tergiuersandi locus, & domestico Iudaei testimonio renunciantur. Nam, si apostoli sepelissent, dicerent utique non sepulchrum, quem sapienter esse dixerant. Iustus autem Christi corpus operit syndone, innocens ungit unguento. Namque haec non oeciose distincta repetimus; quia iustitia uestit ecclesiam, innocentia gratia subministrat. Vesti ergo & tu domini corpus gloria sua, ut & ipse sis iustus. Esti mortuum credis, operi tamen diuinitatis propriae plenitudine. Unge illud Myrrha, & aloe, ut bonus odor Christi sis. Bonum lintheum misit Ioseph ille uir iustus, & fortasse illud, quod Petrus uidit de caelo ad se esse dimissum, in quo erant genera quadripedum, & ferarum, & uolucrum, ad similitudinem gentilium figurata. Mystico igitur unguento illo pistico concipitur ecclesia, quae diuersitatem populorum fidei suae communiione saeuauit. De hoc Ioseph in Iohanne solo inuenio, quod occultus uenerit ad Pilatum propter metum Iudaeorum. Quomodo iustus latebram periculi timore quaesiuit? Ego autem puto, quod ideo occulte petierit, ut corpus impetraret, non ut periculum caueret. Et tamen quid mirum, si occultabatur iustus, quando occultabatur & apostoli inuisionem magistrum? Veni & tu uel sero, uel nocte, uel quacunque hora ueneris, inuenies Iesum ad suscipiendum paratum, nec minorem seruis uenientibus mercedem soluentem. Nam & qui sexta hora uenit, non est mercede fraudatus, & qui undecima, plenitudinem mercedis accepit. Sed etiam Nicodemus nocte uenit. Nox erat, quia adhuc non erat resurrectio. Denique surrexit Christus, & iustus ait; Nox praecessit, dies autem appropinquabit. Hunc Ioseph iustum Lucas dixit, Mattheus diuitem. Et merito diues hoc loco dicitur, ubi corpus suscepit Christi. Suscipiendo enim diuitem, nesciuit fidei paupertatem. Diues est ergo, qui iustus est. Iustus igitur syndone inuoluit. Israelita uero & diuersos miscet uirtutum odores, & aloes mitit quasi libras centum, hoc est, perfectae fidei quantitate. Et ligauerit corpus Iesu iuxta consuetudinem spiritualium Iudaeorum. Utique non nodis perfidia, sed fidei ligaturus. Et posuerunt eum in hortu; Cui frequenter ecclesia comparatur, quae diuersorum habet poma meritum, floresque uirtutum. Nae oeciose alius monumentum nouum dixit, alius monumentum Ioseph. Non habebat igitur Christus tumulum suum, etenim tumulus is paratur, qui sub lege sunt mortis; uictor mortis; tumulum suum

Intelligit de mercede uita aeterna, nam alia praemia pro ratione lahoru uult esse differentia.

non habet. Quae enim communio tumulo, & Deo? Denique ecclesiastes ait de eo; Qui meditat in bonis, & sepultura non est illi. Specialis igitur praeter commune omnium mortem mors Christi est: & ideo non cum aliis sepelitur, sed solus tumulo includitur. Quia enim in similitudinem hominum habuit incarnatione domini, sed similitudo erat cum differentia. Natus est ex uirgine similitudine generationis, dissimilitudine conceptionis. Curabat aegros, sed imperat. Aqua Iohannes baptizabat, hic spiritu. Et mors ergo Christi communis secundum naturam corporis, specialis secundum uirtutem. Quis autem est Ioseph, cuius in tumulo ponitur? Utiq; ille iustus. Bene ergo Christus in monumento ponitur iustus: ut habeat filius hominis, ubi caput suum reclinet, & iustitiae habitatione requiescat. Bene autem nouo, secundum litteram quidem, ne alius suscitatus a perfidis crederetur. Mystice uero quid possumus intelligere, nisi forte, quia legimus; Sepulchrum patens est guttur eorum? Ergo sepulchrum patens est guttur hominis, in quo perfidia lachryalis, & mortua uerba conduntur: quod per ueritatem, & in curatione aliquam bestiarum patescit, & soluitur. Est ergo de contrario monumentum in secretis hominum, quod sibi in pectoribus duritia gentilis penetrabili uerbo iustus excidit, fidei, atque doctrinae opibus expolitum ut praetenderet in nationibus uirtus Christi. Cui pulcherrime lapis ad mortem est, ne pateret. Quicumque enim in se bene humauerit Christum, diligenter custodiat, ne eum perdat, neque perfidia sit ingressus. Videns enim, quia Petrus & Iohannes priores intrare meruerunt. Denique Iohannes ipse non antequam crederet, introiuit. Et bene in petra excisum dicitur hoc est in fidei firmamento, de quo ueri Israelitae dulcedinem mellis, & oleum spirituale suxerunt: Sepelierunt autem Christum iustum, & qui Deum uidit. Non enim sepeliunt Christum, nisi qui Deum credunt.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. de Latrone sermo. 11.

Lectio Euangelij docet nos, quemadmodum multi peccata sua domino consistentes, cito possint ueniam promereri. Vnde exemplum accipiamus, fratres charissimi, latronis illius, qui cum domino fuerat crucifixus. Qui cum in penis esset pro suis facinoribus affixus, non sui curam habebat: sed domino propria peccata pandebat, dicente scriptura; Confessio, & pulchritudo in conspectu eius. Coaedauerant illum propria facinora: sed confessio ei paradysum patefecit, dicente domino; Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Paradysum enim fratres mei quinque, uel eo amplius millia annorum fuisse praclusum scriptura testatur. Et illa primi hominis transgressione procurante, exinde non proiectum, sed dimissum scriptura testatur: & immortalitate carens factus est mortalis, morti subiectus; nunc autem dominus noster, qui propria morte mortem occidit latroni paradysum patefecit. Vno enim tempore duo beneficia uidemus esse concessa. Vnum, in quo paradysum patefecit: alterum, quo latronem in cum introduxit. Hodierna namque die, antequam

nobis patriam reddidit, paternam ciuitatem ostendit, domum pristinam redonauit. Hodie, namque ait, mecum eris in paradiso. Quid ais, o Christus? Crucifixus es, clauis retinens, & paradysum tam facile polliceris? Volo, inquit, ut in cruce possint meam omnes inuenire uirtutem: ut in ligno mea largitas demonstraretur. Et, quoniam crux dedecorata fuerat signum, & apud omnes ignominia putabatur: crucis infamiam mirandis beneficiis decorauit, & ex hoc magis magisque uirtutes eius ostenduntur. Non enim illo in tempore mortuum aliquem reddidit luci, nec mare a suo rumore compescuit, nec expulit daemones: sed cruci suspensus clauis affixus, & omnis subiugatus, dedecoris succumbens infamiae insultantium derisione, delusus latronis auersam mentem ualuit commutare, ut ex omni parte eius diuinitas sentiretur. Etenim uniuersam terram creaturam, & ad meliorem conuertit, & honore summo decorauit. Hodie, inquit, mecum eris in paradiso. Sed framea totius ignis ardore succella uersatur: sed ipse qui & ignis, & ipsius gehennae, & uitae, mortisque imperium tenet, ingrediendi concessit potestatem. Si enim homines, quibus corporibus medendi cura est, amplius admiramur, cum aegrotos omni spe destitutos, arte propria curauerint, & summae reddiderint sanitati: quantum iustus est Christum nostrum admirati, donantem uulneribus sanitatem publicano, & meretrici remedium pollicentem, & eis salutem perpetuam largientem, dignos eos caelorum amoenitate donare? Sed dicit aliquis; Vnde tanta beatitudo latroni? Quid egit tale, ut post crucem paradysum mereretur? Vis eius citius audire uirtutem? Quando cum Petrus negabat in terra, latro consistebatur in cruce: primus discipulus puellae uilissime minas tolerare non potuit, & latro suspensus, uidique populum circumstantem despiciens, oculis fidei caelorum dominum pura mente cognouit dicens; Memento mei, domine, cum ueneris in regnum tuum. Nec transitorie istum praetereramus latronem, neque erubescamus talem accipere magistrum: quem non erubuit dominus noster primum introducere in paradysum. Nec pudeat nos eius magistrum: qui caelestem conuersationem ante omnes meruit primus. Non dixit ad eum, sicut dixit ad Petrum; Veni, sequere me, & faciam te piscatorem hominum: nec dixit ad eum, sicut ad duodecim discipulos: Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Nihil admirationis ostendit, non mortuos resuscitauit, daemones non fugauit, non * martyres prouocauit, nec ullum ei fecit dominus de caelorum regno sermonem, nihil de gehenna locutus est: & ante omnes eius imperium constitetur. Nam Iudaei famam, gloriamque eius infamare cupientes, & ex omni parte tentantes uniuersa peruertebant: sed uindique ueritas praefulgebat, & illis insultantibus, insultabat & latro. Vidisti latronem, & latronem, uerterque pendit in cruce, utriusque facti similes. Vna in eius conuersatio, sed non una mentis confessio. Nec eodem utriusque sensu perdurant: nec eis similis donatur euentus. Sed bonus caeli beatitudinem iure haereditario promeruit: alter in haerit gehennae tartaris deputatus. Duo etenim latrones cum domino erant crucifixi: ut impleretur scriptura; Et cum iniquis deputatus est. Vnde unus insultat alter adorat. Vnus blasphematur, alter benedicit, &

blasphemantem prohibet dicens, *Nec Deum times*. Vidisti credulitatem in cruce, Vidisti peruerantiam in tormentis, & in penis pendentem uindictam magistram. De cruce subito euolauit ad caelum, & in pena postus caelestis iudicis secreta narrabat. Quod enim sui memor fuit, quod sana mente uigilauit, quod clauorum confixione constrictus alium increpabat dicens; *Nos quidem iuste, nam digna facta recipimus: hic autem nihil mali fecit, nobis fidei magistrum demonstrat*. Ait ergo; *Domine, memento mei, cum ueneris in regnum tuum*. Nisi confessione peccati sarcinam dimississet, indulgentiam non meruisset. Denique audire meruit; *Hodie mecum eris in paradiso*. Ecce quantum praestitit confessio, ut sine dilatione introduci latro mereretur in paradysum.

S. TITI BOSTRORVM
Episcopi eiusdem euang. expositio.

Et ait illis, desiderio desiderauit, hoc pascha manducare uobiscum, antequam patiar. Per haec disertè significat, se non inuicè ad crucem & mortem accedere; sed magno cum desiderio crucis supplicium pro mundi salute subire. Non manducatur autem hoc pascha cum Iudaeis; sed tantum cum discipulis suis: Siquidem Iudaei, propter obstinam incredulitatem, hoc paschate indigni erant. Caeterum cum Dominus palam dicat: *Ego in medio uestri sum, sicut qui ministrat*, quis adeo laeuis, aut mentis inops est, ut omnem mox saltum, & ambitionem non respuat? Cui uniuersa sancta, mentisque & ratione praedita creatura, cultum & ministerium deserit; quique eadem profusus cum Deo Patre maiestate & potestate pollet, is ministri persona sumpta, discipulorum pedes lauat. Esti interim hunc ministerij ordinem, non absolute, sed tantum secundum carnis oeconomicam subeat. *Prædati, & bibatis super mensam meam, in regno Patris mei*. Hoc ea de causa non asserit, quasi ullus istic denuo mensae, aut esculentis locus futurus sit; sed quod res spirituales, rebus apud nos uisitat, exprimere uoluerit. Tum rursum, ut ostendat; quemadmodum ij, qui primas apud terrenos reges obtinent, eadem cum illis domo & mensa utuntur; ita sanctos, celeberrimosque Apostolos quoque: primis honoribus apud immortalem regem potituros; tanquam qui in tentationibus constanter cum illo perseverauerint. *Dixit autem Dominus Simoni; Simon ecce Satanas, etc.* Cur caeteris omnibus missis, soli Simoni Petro dictum est: *Simon, ecce Satanas experituit uos, ut cribraret, sicut triticum*. Ut hinc moneatur, ne uiribus suis nimium fidat; uerum ex solius Dei gratia, laudem quaerat. Cribrare autem idem est hoc loco, quod turbare, vexare, exterrere, tentare, &c. mos est enim Satanae sanctis probatissime uiris insultare; quemadmodum cognoscere ex iis licet, quae per diaboli inuidiam beato Iob acciderunt. *Ego autem rogauit pro te, ne deficiat fides tua*. Per haec Dei uerbum uerè caruè se factum planam facit: siquidem peccati tantum in humana naturam conuenit, in diuinam autem nequaquam. Ostendit per haec eadem quoque, si Simon Petrus Satanae liberè, prout petierat traditus esset, fidei iacturam in totum facturum fuisse, quandoquidè in illius potestate non traditus, aut certe non plenè traditus, adhuc si Bibl. Hom. tom. 2. H H h h 3 de

Matt. 4. Luc. 22. Psa. 118. Psal. 118.

S. Petrus eo-
vii Doctor &
firmamentum
qui in Chri-
stum credunt.
Matth. 16.

Matth. 10.
Marc. 6.

de infirmatus est: negavit enim. *Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Hoc addit, ne animus profusus depondeat; quin magnam potius de Dei auxilio fiduciam mente concipiat. Illud autem: *Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos,* hunc habet sensum: Esto posthac Petre, eorum doctor, & firmamentum, qui mihi per fidem adiungentur. Nam etsi me negaturus es, non ob id tamen Apostolica gratia priuabere; id quod certissimum diuinæ erga illum serenitatis, infandæque benignitatis argumentum erat. *Quando misisti vos sine sacco & pera, & calceamentis, &c.* Non sancit opposita, aut inter se pugnancia Dominus; quando initio dicit: nolite possidere peram, nunc verò, qui habet sacculum, tollat similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium: Siquidem initio perfectam illam rerum abdicationem Apostolis indicit, vt exemplo, certæque experientæ fide edoceri, nihil vniquam necessariorū per Christi virtutem & prouidentiam sibi desuisse, promptè postea intrepidè que terrarum orbem percurret. At verò ad œconomiz suæ terminum iam adductus; illa, quæ modò audita sunt, præcepit; ne videlicet, si quando paupertate, aut inedia, aut nuditate, aut aliquo alio eiusmodi incommodo tentarentur, ab omni profusus cura, & solitudine semper vacui degerent; rati ea, quæ muneris sui erant, perinde per ipso perfectum iri, ac per quædam inanima instrumenta. Fecit hoc rursus ea quoque de causa Dominus; ne qui posthac dicerent, Apostolos nihil de suo in medium contulisse verum omnia diuino nutu & prouidentia, absque vlla profusus illorum opera, perfecta esse. Fecit id denique ideo etiam, quòd debitam vbique mensuram seruare discerent; neque aliquam opinionem homine maiorem, de se caperent. Propter hæc ergo, & alia his maiora, cum decreuisset illos in multa inexpectata incommoda labi permittere; noluit prioris illius sanctionis rigorem vrgere; sed primæui illius instituti seueritatem non nihil remittere, ac temperare; ne grauis planèque intoleranda vita illis esset, si omni externo præsidio sæpe destituti, exactam illam abdicationis regulam perpetuò accuratè obseruare compellerentur. *Et emat gladium.* Per gladium, quem parare iubet, Iudæorum aduersum se insidias & apparatus designat; scilicet que mox ab illis comprehensum iri, eodem illo symbolo indicat. Atque hoc quidem ille, ne nimum turbarentur, disertis verbis exprimere noluit: interim per gladij ænigma malum, quod impendebat, eaque à Iudæis seisc perpessurum, quæ paulò post perpessus est, insinuat; quemadmodum ex iis id perfacilè colligi potest, quæ proxime subduntur: nam cum dixisset, *emat gladium,* statim subiungit: *Quoniam adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Etenim quæ de me sunt, sinem habent.* Neque ergo rem omnino tacitam habuit, ne repentina Iudæorum insultatione plus æquo turbarentur; neque manifestè rursus indicauit, ne nimia formidine exanimarentur. Cum autem Apostoli, quò tenderet, non intelligerent; *Domine,* inquit, *ecce duo gladij hic; at ille dixit eis, satis est.* Atqui si humano præsidio vti illos voluisset, neque si centū gladij in parato fuissent, satis erat. Quod si verò illo defensionis adminiculo eos vti non voluit, duo quoque superuacanei erant. At tamen secretū hoc illis non ape-

ruit; sicut nec alia quoque cõplura. Persæpe enim, dum Apostoli obsecrati aliquod illius dictum non allequuntur, præterit illud, finitque, vt dictorum noticiam, è rerum, quæ postea consecutæ sunt, euentu, hauriant: sicut quando dicebat: Soluite templū hoc, & in triduo, &c. *Et factus est sudor eius, &c.* Vt verum se hominè esse, omnibus planum faciat, eamque luctam & agoniam ex diuina natura non prouenire ostendat, sudauit; *Factus est enim sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.* Sub qua re vti que magnum sacramentum rectum latebat. Nam licet ingenti terrore quispiam concutiat, summèque meticolus habeatur, non ideo tamen ob solum metum; vel ob solam illam animi luctam, sanguine sudare solitus est. Ea propter sanguineo sudore perfandi, res est planè præter naturam. At placuit nihilominus Christo, vt hoc quoque in se fieret, quò nimirum timiditatis sors, pauoris, fluxus, qui naturæ nostræ cohærebat, hoc modo abstergeretur, penitusque ex illa profigeretur. *Apparuit autem illi Angelus de celo confortans illum.* Non ideo id factum est, quòd is, qui ab vniuersa cælestium virtute, nõ absque timore, & tremore adoratur, & glorificatur, Angeli confortatione egeret; verum vt illud impleretur, quod in magno Moyse cantico ea de re proditum extabat, nempe illud: *Et confortent illum omnes filij Dei.* Enimvero propter summum rei miraculum, Angelus non citra illustrem laudem, pronamque adoracionem, eiusmodi oratione eum affatus credi potest: *Tua Domine est virtus, tua est potentia. Tu enim aduersus mortem, aduersus infernū & diabolum, dum genus humanum ab illis liberas, victoriam & regnum obtinuisi.*

Cooperunt autem illum accusare. Accusabatur Christus à Iudæis variè; ast illorum accusatio fide carebat; quippe cum res ipsa voces depromeret accusatoribus planè cõtrarias. Nunquā enim ille, ne Cæsari censum darèt, prohibuerat; imò disertis verbis oppositum iniunxerat. *Reddite,* inquit, *quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Sed neque vnquam quoque imperium affectauerat; imò verò cum turbæ totæ in vno hoc essent, vt regem eum crearent, ipse, illis desertis, secessit in montem. Qualem, quæso, iniqui illi calumniatores, militarem apparatus viderant apud illum, vt de regni affectatione illum accusarent? Ecquid vnquam ille, quod vllum omnino fastum, aut superbiam, aut arrogantiam saperet, dicto, aut facto præ se tulerat? Nõne vicis, & ciuitates hominum curandorum causa, pedes obire palam cernebatur? Quare ipsi etiam Pilato eiusmodi accusatio vana, nullaque omnino probabili ratione nixa visa est. Vnde percunctatio illa, tunc es rex Iudæorū? aliud nihil erat, quàm tacita quædam accusatorum derisio. Etsi interim per hæc Christum Dominum reuera regem esse, non negetur. *Et vt cognouit, quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem.* Christus Dominus à Pilato ad Herodem missus, ab eodemque de multis interrogatus, nihil quicquam respondit. Neque enim opus erat, vt hominem nihil profusus responsione dignum in medium adferentem, vllò omnino responsio dignaretur: maximè verò quòd doctrinæ tradendæ tempus iam tum nullum esset. Sed neque decebat quoque, vt cælestia signa coram illo ederet, qui præstigis spectandis,

standis, quàm diuinæ virtutis miraculis cognoscendis audior erat. Dominus proinde tempus illud siletium postulare cernens, tacuit omnino. *Spreuit autem illum Herodes, cum exercitu suo.* Homo omni rationis sensu destitutus, numen illud venerandum, omnique cultu & adoracione dignū iudicio habet. Cæterum per quæ ille Christum deridet, per ea ipsum ab omni profusus noxa, & iniustitia alienum esse propalam declarat. Neque enim candido vestitu conuenienter illum induisset, si quod facinus dicto vel facto designasset. Quare Iudæi quoque hic confunduntur, fallæque; accusacionis rei peraguntur. Quandoquidem eum, quem de multis accusauerant, candida veste ornatum, ab Herodis tribunali decedere conspicantur. Nam etsi totum, quod Herodes hic fecit, irrisicionis tantum causa fecerit; attamen id ipsum, quod fecit, non fecisset; si quid iusta ira dignum in eo deprehendisset. Quin Pilatus quoque Christum Herodis sententia, nihil mali, aut morte dignum admisisse publicè hoc ipso demonstrat, quòd pro tribunali sedens, principes sacerdotū, & magistratus populi ita cõpellat: *Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his, in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes quoque. Necessè autem habebat, &c.* Cur oportebat, vt vnū dimitteret eis per diem festum? probabile fit, posteaquam Iudæi in Romanorum ditionem & potestatem iam deuenerant, Romanorum duces id illis indulgisse, quod secundum patriæ ritum, legitimum apud eos erat. Inter hæc autem continebatur quoque, vt vnus è flagitiosorum hominum numero, populo ad diem festum donaretur, hoc est, liber à morte dimitteretur. Sic Saul quoque Ionatham ad populi petitionem vita donauit. *Filia Hierusalem nolite flere.* Cur Christus Deus, & Dominus noster, quando triumphantis more ad crucem abibat, mulieres, quæ plangebant & lamentabantur eum, aded ob eiusmodi planctum & luctum non commendauit, vt obliquè quoque reprehenderit? Quia ad crucis supplicium sponte contendebat. Iam licet illi, qui ad cruciatum inuitus rapitur, commiseratio nonnullum solamen adferre soleat; attamen crucem cupidè vltroque affectanti, eiusmodi sympathia molestiam parit verius, quàm leuamen. Quia ergo illæ mæstæ afflicteque eum lugebāt, quem æquius erat, plausu lætæque acclamatione excipere; quippe qui mortem iam tum extinctū, diabolū debellatum, & infernum euersum, & conculcatum abibat; ob id tacitè illas increpat, quidque posthac futurum sit palam denuntiat. Quæ etiam denūtiatio tum euentum sortita est, quando Romanorum gladius, Iudæorum prouinciam, & Hierosolymorum ciuitatem, miserandum in modum depopulata est. *Quia si in viridi ligno, &c.* Seipsum Dominus propter vitam diuinam, immortalem, & incorruptam, quæ in carne illius abdita latebat: Tum etiam propter operum virorem, fructuūque vbertatem viride lignum vocat. Huius autem ligni fructus erant, viuifica doctrina, diuinæque admonitiones, & exhortaciones, &c. Quod autem hoc loco Christus vult dicere, eiusmodi est: Si Pilatus Romanorum præses, eiusmodique milites, me talem, hoc est, tanta virtute & dignitate ornatum, tanta ignominia & dedecore affecterunt, totaque malis omni ex parte

circunderunt, quid acres bellicosique eorundem Romanorum exercitus populo vestro, hoc est, Iudæis facient, qui aliud nihil sunt, quàm quoddam aridum & infructuosum lignum? In quibus nihil deprehendent iustum, nihil admiratione dignum, nihil denique tale, propter quod consentaneum erat, vt venia vos donarent; aut aliquam saltem populi vestri rationem haberent. Quid aliud ergo restat, quàm vt vos tanquā aridum & inutile lignum comburant? hoc est, vindique obideant, & in captiuitatem redigant, & propter impietatem, quam in Christum seruatozem exercuistis, morti & interneconi dedant? *Vnus autem de his, qui pendebant, latronibus.* Cur Matthæus & Marcus vtrunque latronem conuicia in Christum detorsisse asserunt, Lucas verò alterum tantum? Initio vterque latro æquè ac cæteri Iudæi Christo insultabat: forsitan quòd hac ratione, gratiam illorum emeriti, venia potirentur, aut aliquod saltem pœnarum laxamentum consequerentur. Posteaquam verò beneficio, quod à Iudæis expectabant, sese frustratos viderunt, alter è latronibus, ille nimirum, cuius hic fit mentio, respuit, sociūque, vt vnà respiceret, grauitè admonuit. Ast vnde hic, cum miracula, quæ circa crucem, paulò post acciderant, nulla adhuc vidisset, ad mentem rediit? Fortassis ex oratione, quam Iesus Christus magna cum fiducia ad Deū, tanquam ad patrem transmittit: *Pater, aiebat, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Nam & pertinè cum eo loquitur, atque par cum pare, & patrem vocat, & cum magna libertate, *dimitte illis,* clamat. Non enim dixit: *Domine, rogo te, vt hanc illis noxam condones; sed simpliciter, dimitte illis,* inquit. Ostendit per hæc autem, quæ Iudæi per iniuriam & contumeliam in illum committerebant, ea propter vtriusque naturæ, & diuinitatis identitatem, in ipsius quoque patris iniuriam & contumeliam redundasse. Matthæus itaque & Marcus ad alia festinantes, ea tantum exposuerunt, quæ initio circa latrones acciderant; quod reliquum verò eius historiz erat, id prætermiserunt. Lucas autem prioribus, tanquam ab aliis iam expositis missis, quæ Matthæus & Marcus omiserant, profecurus est: nempe vnus latronis pœnitentiam, noxæque agnitionem; exordio ab oratione illa Domini facta: *Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Per hanc enim (vt paulò ante dicebatur) probabile fit, alterum latronem ad compunctionem, cordisque contritionem peruenisse. *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Quomodo hæc Dei, & Domini nostri promissa latroni facta, nimirum: *hodie mecum eris in paradiso, expleta est?* Quòd Christus dominus noster sua diuinitate impleteret omnia, & in cruce erat secundum carnem, & in cælo secundum diuinitatem. De cruce rursus depositus, & in inferno erat secundum animam, & suæ nihilominus diuinitatis virtute latronem in paradysum inferebat. Forsitan latronem, qui in ipsum crediderat, prius transtulit in paradysum, quàm ipse ad inferos descendit. Ad illorum porrò cauillationem, qui ita arguantur: quomodo latro ingressus est in paradysum, cum sancti, iuxta apostoli doctrinam, promissionem necdum acceperint? respondet D. Chryostomus in hunc modum: Ecquid, quæso, incommodi est, etiam si latro in paradysum illatus dicatur. Neque enim paradisi delicti sunt bo-

na illa, quæ Deus nobis promittit: Non audis apostolum, bona, quæ nobis promissa sunt, eiusmodi esse afferentē, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit: & Paradisum autem, & Adami oculum vidit, & auris audivit, & cor illius comprehendit. Latro ergo nondum recepit bona illa, quæ expectamus, neque enim Deus se nos in paradisum illaturum promittit; sed in ipsum cælum; neque ille prædicabat regnum paradisi, sed regnum cælorum. *Videns autem centurio, &c.* Quod Christus *Joan. 12.* Dominus antè prædixerat, videlicet; Ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahæ ad me ipsum, hoc opere iam nunc explere incipit. Cœpit enim multos statim cruci etiamnum affixus hærens, ad veritatis lucem trahere: Quare etiam Centurio, quæ fiebant, animo pertractas, glorificabat Deum: sed & nonnulli quoque ex Iudæis animo compuncti, rea pectora tundeant, audaxque, & nefarium illorum facinus, qui Dominum in crucem egerant, detestantur: & si id fortassis ob principum, qui ad spectaculum aderant, metum & immanitatem, non apertè.

BEDÆ VENERABILIS presbyteri in superius Euang. expositio.

*Et in comment.
in Lucam.*

Appropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur Pascha. Pascha quod Hebraice dicitur phasce, non à passione, ut plerique arbitrantur, sed à transitu nominatur, eo quod exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarum, pertransierit, nec percussit eos, vel ipse dominus, præbens auxilium populo suo, desuper ambulavit. Cuius sacramentum vocabuli, sublimius exquirens Euangelista Ioannes ait: Sciens Iesus, quia venit eius hora, ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Vbi manifeste declarat, ideo festivitatis huius diem per legem mystice transitum vocari, quod agnus Dei, qui peccata mundi tolleret, in eo de hoc mundo vel ipse esset transiturus, vel nos salubri transitu, quasi de Ægyptia servitute ducturus. Hoc sane iuxta veteris testamenti literam inter pascha & azyma distat, quod pascha, ipse solus dies appellatur, in quo agnus occidebatur ad vespèram, hoc est, quattadecima luna primi mensis. Quintadecima autem luna, quando egressum est de Ægypto, succedebat festivitas azymorum. Cuius septem diebus, id est, usque ad vicissimam primam eiusdem mensis diem ad vespèram, est itata solennitas. Verum Euangelij scriptura indifferenter, & diem azymorum pro pascha, & pro diebus azymorum pascha ponere solet. Dicit enim Lucas; *Dies festus azymorum, qui dicitur pascha.* Item Ioannes, cum primo azymorum die, id est, quattadecima luna res ageretur, ait. Et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed manducarent pascha. Quia videlicet & pasche dies in azymis panibus est celebrari præceptus, & nos quasi pascha perpetuum facientes, semper ex hoc mundo transire præcipimur. Vna quippe die agno immolato ad vespèram, septem ex ordine dies sequuntur azymorum. Quia Christus Iesus semel pro nobis in plenitudine temporum passus in carne, per omne nobis huius sæculi tempus, quod septem diebus agitur, in azymis sinceritatis, & veritatis præcipit esse vivendum: totaque semper nisi desideria sæculi quasi Ægypti retinacula su-

gere, & quasi à mundana conversatione secretam solitudinē, iter nos admonet subite virtutum. *Et quærebant principes sacerdotum & scribæ, &c.* Hæc ante biduum paschæ, congregatis principibus sacerdotum, & senioribus populi, ac scribis in atrium Cayphæ, Matthæus acta testatur. Timebant vero plebem, non seditionem metuentes, sed caventes ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. *Intrauit autem Satanas in Iudam qui vocatur Scarioth, vnum de duodecim.* Scribit in euangelio suo Ioannes, quia cum intinxisset dominus panem, dedit Iudæ Simonis Scariothis, & post buccellam, tunc introiit in illum Satanas. Sed non est contrarium Lucæ, qui eum & ante buccellam à Satana inuasum iam esse commemorat, quia quem nunc intrauit ut deciperet, postmodum intrauit ut sibi iam traditum plenius possideret. Nunc intrauit ut quasi adhuc alienum tentaret, tunc ut quasi proprium ad quæcunque vellet agenda noxia traheret. *Et abiit, & locutus est cum principibus, &c.* Quod dixit: *Abiit, & locutus est,* ostendit non à principibus introitum, non vlla necessitate constructum, sed sponte propria sceleratæ mentis iniussu consilium. *Et pascha sum pecuniam illi dare, &c.* Multi hodie Iudæ scelus, quod dominum, ac magistrum, Deumque suum pecunia vendideris, velut immane, & nefarium exhorrent, nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus saluum cõtra quemlibet testimonium dicunt, profecto quia veritatem pro pecunia negant, dominum pecunia vendunt. Ipse enim dixit, Ego sum veritas. Cum societatem fraternitatis aliqua discordiæ peste commaculant, dominum produnt, quia Deus charitas est. Qui etiam si nullus pecuniam det, dominum argenteis vendunt, quia principis sæculi imaginē, id est, exempli hostis antiqui, neglecta conditoris, ad quam creati sunt, imagine, sumunt. Nam sicut Ioannes Baptista, qui non pro Christi confessione, sed pro defensione veritatis occubuit, ideo tamen pro Christo quia pro veritate martyrium suscepit, ita cõtrario, qui charitatis, & veritatis iura spernit, Christum vtrique, qui est veritas, & charitas prodit. Maxime cum non infirmat, vel ignorantia subripiente peccat, sed in similitudinē Iudæ querit opportunitatē, ut, arbitris absentibus, veritatem mendacio, virtutem crimine mutet. *Veni autem dies azymorum, &c.* Diem azymorum pascha, quattadecimam primi mensis appellat, quando fermento abiecto, pascha, id est, agnus occidi cõsueverat ad vespèram, ut supra iam dictum est. Quod exponens Apostolus ait. Etenim pascha nostrum, immolatus est Christus. Hoc etenim pascha tunc necesse erat occidi, hoc est, paterno consilio ac definitione sancitum. Qui licet die sequente, hoc est quattadecima sit luna crucifixus, hac tamen nocte qua agnus immolabatur, & carnis, sanguinisque sui discipulis tradidit mysteria celebranda, & à Iudæis tentus, ac ligatus, ipse immolationis hoc est passionis suæ sacrauit exordium. *At illi dixerunt, Vbi vis paremus?* Non habemus domicilium, non habemus tabernaculum. Audiant quibus edificandarum domorum cura est, & ambitiosarum porticum cogitatur instructio, quos preciosorum marmorum pompa, & distincta auro laquearia delectant, cognoscant Christum omnium dominum, qui locum, vbi caput inclinaret, non habuit. Et idcirco eum discipuli interrogant; *Vbi vis paremus tibi manducare pascha?*

pascha? Et dixit ad eos. Ecos introe vtriusque vobis, &c. Indictum quidem præsciæ diuinitatis est, quod eum discipulis loquens, quid alibi futurum sit, nouit. Pulchre autem paraturis pascha discipulis, homo amphoram aquæ portans, occurrit, ut ostendatur huius paschæ mysterium pro ablutione perfecta mundi totius esse celebrandum. Aqua quippe lauacrum gratiæ, Amphora melsuram perfectam significat. Parant ergo pascha, vbi aquæ infertur amphora, quia tempus videlicet, adest, quo veri paschæ cultoribus typicus de limine cruor auferatur, & ad tollenda crimina viuifici fontis baptismi consecratur. *Et dicitis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Vbi est diuersorium.* Consultè vel aquæ baiuli, vel domini domus sunt prætermissa vocabula, ut omnibus pascha celebrare volentibus, hoc est Christi sacramentum imbui, Christum suæ mentis hospitio suscipere querentibus, facultas danda signetur. *Et ipse vobis ostendat cenaculum magnum, &c.* Cenaculum magnum, lex spiritalis est, quæ de angustiis litteræ egrediens, in sublimi loco recipit salutarem. Nam, qui adhuc occidentem litteram seruauerit, qui non aliud in agno quam pecus intellexerit, iste nimirum in imis pascha facit, quia spiritus maiestatem comprehendere necdum didicit. At qui aquæ baiulum hoc est gratiæ præconem in domum ecclesiæ fuerit secutus, hic per spiritum viuificantem tecum litteræ transcendo, in alto mentis diuersorio Christo mansionem præparat, quia cuncta, vel paschæ sacramenta, vel cetera legis decreta de eo scripta intelligit. *Et cum facta esset hora discubuit, &c.* Horam manducandi paschæ designat, quæ, ut sepius inculcatum est, quattadecima die mensis primi perducta ad vespèram, & quattadecima luna iam teris apparente, iuxta edicta legis iustabat. *Et ait illis. Desiderio desideramus, &c.* Desiderat primo typicum pascha cum discipulis manducare, & sic passionis suæ mundo mysteria declarare, quatenus & antiqui, legalisque paschæ probator exiit, & hoc ad suæ dispensationis figuram pertinuisse docendo, carnaliter ultra vetet exhiberi, immo, vmbra transiit, veri iam paschæ lumen aduenisse demonstrat. *Quod pulchre temporibus Iosue consummandi mannae tempus, & ordo præfiguratur, vbi scriptum est; Et fecerunt phasce quattadecima die mensis ad vespèram in campestribus Hiericho, & comederunt de frugibus terræ die altero azymos panes, & polentam eiusdem anni.* Defecitque manna, postquam comederunt de frugibus terræ, nec vñ sunt ultra cibo illo filij Israel. Siquidem Iosue susceptum defuncto Moysè populum, solitis ali-quandiu trans Iordanem mannae refecit alimentis, quibus & ipse quamuis agnito, olimque gustato terræ repositionis fructu, reficitur. Exin Iordanem traiecit, cultis petris circumcidit, & tres semis menses usque ad diē scilicet paschæ cõpletam consuetam manna nõ collit. Moysè quippe mortuo, Iosue dux ordinatur, quia, lege traditioni bus pharisæorum corrupta, Christus incarnatur, Iosue trans Iordanem manna pascit, & pascitur, quia dominus usque ad tempus sui baptismatis ceremonias legis & ipse seruat, & à cunctis seruati desiderat. Traductam plebem Iordanem Iosue petra circumcidit, quia baptismi gratia celebrata, saluator etiam cogitationum quod lex nequeuerat illecebras fidei seueritate præcidit. Et tres

semis annos quasi solito manna nuttiri, sacramenta legis quamuis ad cælestia promissa paulatim prouocans, obseruare non cessat, donec tempore præfixo desideratum pascha cum discipulis manducans, ita demum mane illucescere mundissima sui corporis, & sanguinis mysteria in crucis altari consecrata, quasi azyma terræ repositionis imbuendis fidelibus offerat. Denique quod sequitur; *Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, &c.* Quantum Iosue verbis consonat, qui ait; Nec vñ sunt ultra cibo illo filij Israel, sed comederunt de frugibus terræ Chanaan: Ergo non manducabo, inquit, illud, donec impleatur in regno Dei, id est nequaquam ultra Molaycum pascha celebrabo, donec in Ecclesia spiritaliter intellectum compleatur. Ipsa est enim regnum Dei. De quo alibi discipulis ait; Regnum Dei intra vos est. In quo regno dominus hodièque vetus pascha impletum manducat, quando ea, quæ Moyses rudi populo carnaliter obseruanda præcepit, in membris suis, hoc est in ipsa Ecclesia spiritaliter exercet. *Et accepto calice, gratias egit, &c.* Et hic calix ad vetus illud pascha, cui finem desiderabat imponere, pertinet. Quo accepto, gratias egit, ob hoc nimirum, quia vetera transitura, & ventura fuerant omnia noua. *Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vniuersis, &c.* Potest quidem hic versiculus & simpliciter accipi, quod ab hac ora cœna, usque ad tempus resurrectionis, quo in regno Dei erat venturus, vium bibiturus non esset. Postea namque illum, cibum, potumque sumpsisse, testatur Apostolus Petrus qui ait; Qui manducamus, & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis. Sed multo consequentius, ut, sicut supra typicum agni esum, sic etiam potum paschæ typicum neget se ultra gustaturum, donec ostensa, & manifestata resurrectionis suæ gloria, regni Dei fides mundo adueniat. Vt per duo maxima legis edicta, esum videlicet, potumque paschale spiritaliter immutata, disceres omnia legis sacramenta vel iussa, quæ carnaliter sonare videbantur, ad spiritalem iam nunc obseruantiam fuisse transferenda. *Et accepto pane, gratias egit, & fregit, &c.* Finitis paschæ veteris solennis, quæ in commemoratiõnis antiquæ de Ægypto liberationis agebatur, transit ad nouum, quod in suæ redemptionis memoriam, ecclesia frequentare desiderat. Vt videlicet pro carne agni, vel sanguine, suæ carnis, sanguinisque sacramentum in panis, ac vini figura substituentis, ipsum se esse monstraret, cur iurauit dominus, & non poenitebit eum; tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Frangit autem ipse panem, quem porrigit, ut ostendat corporis sui fractionem nõ sine sua sponte futuram, sed sicut alibi dicit, potestatem se habere ponendi animam suam, & iterum sumendi eam. Et sicut de veteribus terminandis egerat, sic & de noua incipiendis patris gratias agit, nobis pariter exemplum tribuens, in omni boni operis inchoatione, vel perfectione, patrem, qui est in celis esse glorificandum. Quod autè dicit; *Hoc facite in meam commemorationem,* exponit apostolus Paulus. Qui cum verba ipsius poneret, dicens; Hoc facite in meam commemorationem, hoc est corpus meum, quod pro vobis confringitur, & iterum; Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine, hoc facite, quocumqueque bibetis in meam commemorationem

motationem, subiunxit exponendo, & ait; Quo-
 tiescunque enim manducatis panem hunc, & ca-
 licem bibitis, mortem domini adnunciatis, do-
 nec veniat. *Similiter & calicem postquam cœnavit, &c.*
 Quod dicit; *Similiter & calicem*, subauditur *et non*
 novè dedit eis, vt sit plena sententia. Similiter &
 calicem, postquam cœnavit, dedit eis. Quia ergo
 panis carnem confirmat, vinum vero sanguinem
 operatur in carne, hic ad corpus Christi mystice,
 illud refertur ad sanguinem. Verum quia & nos
 in Christo, & in nobis Christum manere oportet,
 vinum dominici calicis aqua miscetur. Atte-
 stante enim Ioanne, aqua populi sunt. Et neque
 aquam solam, neque solum vinum, sicut nec gran-
 num frumenti solum sine aqua admixtione &
 confectioe in panem, cuiquam licet offerre, ne
 talis videlicet oblatio, quasi caput à membris se-
 cernendum esse significet, & vel Christum sine
 nostræ redemptionis amore pati potuisse, vel
 nos sine Christi passione saluari, ac patri offerri
 posse confingat. Quod si quem mouet, cum cœ-
 navit saluator apostolis suum corpus, ac sangui-
 nem tradiderit, quare nos vniuersalis ecclesiæ cœ-
 suetudine ieiunii doceamur eadem sacramenta
 percipere, breuiter audiat idè tunc cœnatos
 communicasse apostolos, quia necesse erat pa-
 scha illud typicum antea consummati, & sic ad
 veri paschæ sacramenta transiri. Nunc in hōno-
 rem tanti, tamque terribilis sacramenti placuisse
 magistris ecclesiæ, primo nos dominicæ passio-
 nis participatione muniti, primo spiritalib⁹ epu-
 lis interius exteriorque * sacrari, ac deinde terre-
 nis dapibus corpus, & vilibus escis refici. Quod
 autem dicit; *Hic est calix nouum testamentum in san-*
guine meo, ad distinctionem veteris testamenti re-
 spicit, quod hircorū, & vitulorū sanguine est de-
 dicatum: dicente inter aspergendum legislatore;
 Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad
 vos Dens. Necesse est enim exemplaria quidem
 cœlestium his mundari, ipsa autem cœlestia me-
 lioribus hostiis quam istis, iuxta quod apostolus
 per totam ad Hebræos epistolam inter legem di-
 stinguens, & euangelium, pulcherrima expo-
 sitione, & plenaria ratione declarat. *Verumtamen*
ecce manus tradentis me, &c. Qui de passione præ-
 dixerat, & de proditore prædicit, dans locum pœ-
 nitentiæ, vt cum intellexisset sciri cogitationes
 suas & occulta consilia, pœniteret eum facti sui.
 Et tamen non designat specialiter, ne manifeste
 correptus, impudentior fieret. Mittit crimen in
 numero, vt agat conscius pœnitentiam. Prædicit
 & pœnam, vt quem pudor non vicerat, corrigant
 denunciata supplicia. Sed & hodie quoque & in
 sempiternum, vè illi, homo, qui ad mensam do-
 mini malignus accedit, qui in sidiis mente condi-
 tis, qui præcordiis aliquo scelere pollutis, myste-
 riorum Christi secretis participare non metuit.
 Et ille enim in exemplum Iudæ filium hominis
 tradit, non quidem Iudæis peccatoribus, sed ta-
 men peccatoribus membris videlicet suis, quibus
 illud inæstimabile, & inuolabile domini corpus
 violare præsumit. Ille dominum vendit, qui eius
 amore, ac timore neglecto, terrena, & caduca, im-
 mo etiam criminosa plus amare, & curare con-
 iungitur. Væ inquam illi homini, de quo Iesus,
 qui altaribus sacrosanctis inter immolandum, vt-
 pote proposita consecraturus, adesse non dubi-
 tatur adstantibus sibi ministris cœlestibus queri

*Aqua admi-
 scenda est in
 calice.*

*Eucharistia
 in uera vniuer-
 salu ecclesie
 cœsuetudinem
 & ieiunium est
 percipienda.*

** sacrari.*

cogitur, ecce iniquis manus tradentis me, me-
 cum est in mensa. *Et ipsi ceperunt querere inter se,
 quis esset, &c.* Et certe nouerant vndecim Apo-
 stoli, quod nihil tale contra dominum cogitaret,
 sed plus credunt magistro quam sibi, & timentes
 fragilitatem suam, tristites quaerunt de peccato, eu-
 ius conscientiam non habebant. Quarit & Iudas
 impudens, sicut Marthæus, Marcusque commo-
 rant, vt audacia bonam conscientiam menti-
 retur. *Falsa est autem & contentio inter eos, &c.* Si-
 cut bonis esse moris solet in scripturis semper
 exempla patrum præcedentium, quibus ad me-
 liora proficiant, quibus agnitis de suis actibus
 humiliantur, inquirere, sic econtrario reprobi si
 quid forte, in electis reprehensibile reperitur,
 quasi suas ex eo nequitias obtecuri, aut pro ius-
 to defensori, libentissime solent amplecti. Ideo
 que multo ardentius legunt, quod facta est con-
 tentio inter discipulos Christi quos eorum vide-
 retur esse maior, quam quod multitudinis cre-
 dentium erat cor, & anima vna. Multo recolunt
 tenacius, quod facta est dissentio inter Barnabam
 & Paulum, ita vt discederent ab inuicem, quam
 quod idem Paulus ait; Cum enim sit inter vos
 zelus, & contentio, nonne carnis estis? nonne
 homines estis? quasi nobis infirmitas sanctorum
 imitanda proponatur & non illud potius, quia
 conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in
 bello, hoc maxime in loco, vbi & ipsa conten-
 tionis eorum causa est nobis incognita. Neque
 enim incredibile est, quia iuxta hoc, quod alibi
 præcipitur, Contendite intrare per angustam
 portam, honore se inuicem præueniendū cer-
 tarint. Verum qualibet ex causa contendit, nos
 potius non carnales adhuc discipuli quid
 gesserint, sed spiritalis magister quid iusserit vi-
 deamus. *Dixit autem eis. Reges gentium, &c.* Cer-
 tantibus de prioratu discipulis, pius magister eos
 non inire contentionis arguit, sed formam, quam
 sequantur humilitatis modesta ratione describit.
 In qua tamen forma obtinenda, maiores & præ-
 cessores, id est doctores ecclesiæ non minima di-
 scretione opus habent, ne videlicet regum gen-
 tium instar dominari subiectis, seque ab eis gau-
 deant superuacuis laudibus extolli, sed ad exem-
 plum regis æterni, quasi iuniores eis, quibus re-
 gendis præsumunt, efficiantur, ac ministri. Quia ni-
 mirum necesse est, vt sic bene agentibus per hu-
 militatem sint socii, quatenus contra delinquentium
 vitia per zelum iustitiæ sint erecti, vt & bo-
 nis in nullo se præferant, & cum prauorum cul-
 pa exigit potestatem protinus sui prioratus agnos-
 cant. Ne enim præfidentis animus ad elationem
 potestatis suæ delectatione rapiatur, recte per
 quendam sapientem dicitur; Ducem te consti-
 tuerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi vnus
 ex illis. Hinc etiam Petrus ait, Non dominantes
 in clero, sed forma facti gregi. Et tamen nonnun-
 quam grauius delinquitur, si inter peruersos plus
 & qualitas quâ disciplina custodiatur. Quia enim
 falsa pietate superatus ferite Heli delinquentes
 filios noluit, apud districtū iudicem semetipsum
 cum filiis crudeli damnatione percussit. Vnde ne-
 cesse est, vt rectorem subditis & matrem pietas,
 & patrem exhibeat disciplina. Atque inter hæc
 sollicita circumspectioe prouidendum ne aut
 districtio rigida, aut pietas sit remissa. *Nam quis
 maior est, qui recumbit an qui ministrat, &c.* Ad verba
 exhortatio

hortationis, suimet adiungit exempla, quæ Ioan-
 nes Euangelista plenius commemorans inter cæ-
 tera scribit; Si ego laui vestros pedes dominus, &
 magister, & vos debetis alter alterius lauare pe-
 des. Quamuis etiam verbo ministrandi, possint
 omnia, quæ Deus in carne gessit, intelligi. Nam &
 ipsum sui sanguinis sacramentum ministran-
 dum nobis se effundere significat cum dicit: Si-
 cut filius hominis non venit ministrari, sed mini-
 strare, & dare animam suam redemptionem pro
 multis, & hoc quoque maioribus Ecclesiæ præci-
 pium ministrandi genus imitandum ostendens,
 vt non solum misericordis elemosynæ doctrinæ
 salutaris, spiritalis exempli ministeria fratribus
 impendamus, verum etiam, sicut ille pro nobis
 animam suam posuit, ita & nos prouincem ani-
 mam ponere discamus. *Vos autem estis, qui perman-
 sistis mecum in tentationibus meis, &c.* Non inchoa-
 tio patientiæ, sed perseverantia cœlestis regni glo-
 ria donatur. Quia nimirum perseverantia, quæ
 alio nomine constantia vocatur, robur quoddam,
 & fortitudo mentis, cunctarumque (vt ita dixe-
 rim) est columna virtutum. Quæ cum bene recta,
 & firma consistit, nihil est certius, nihil cupius bo-
 nis moribus. Quod si aliquo deiciatur impulsa
 turbine, nõ sola labitur, omnia enim profusus ani-
 mi bona simul corruunt. Sicut ergo pater dispo-
 suit filio regnum, quem factum obedientem vsq;
 ad mortem, mortem autem crucis exaltauit, &
 donauit illi nomen, quod est super omne nomen,
 sic & filius idem permanentes secum in tentatio-
 nibus, æternum ducet ad regnum. Si enim com-
 plantati facti sumus similitudini mortis eius, si-
 mul & resurrectionis erimus. A cuius sublimitate
 promissi, Iudas infelix excipitur. Nam & ante-
 quam hæc dominus diceret, exisse credendus est.
 Qui non modo permanere cum illo in tentatio-
 nibus spreuit, verum ipsos tentationum eius iuuat
 auctores. Excipiuntur & illi, qui auditis incom-
 prehensibilis sacramenti verbis, abierunt retro, &
 iam non cum illo ambulabant. Non enim rece-
 dentes a domino, nisi quotquot penitendo re-
 dierunt, potuerunt saluari. *Vt edatis & bibatis super
 mensam meam in regno.* Mensa hæc proposita omni-
 bus sanctis ad fruendum, cœlestis est gloria vitæ.
 Cibis potusque ille, de quo alias dicitur, Beati
 qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi sa-
 turabuntur. Fruendo scilicet olim desiderato, &
 amato gaudio veri, & inconcussi boni. *Et sedetis
 super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.* Hæc
 est illa, quam Psalmus canit, immutatio dextera
 excelsi, vt qui nunc humiles gaudent ministrare
 conferus, tunc super domini mensam sublimes
 vitæ perpetua dapibus alantur: qui hic in tenta-
 tionibus iniuste iudicati cum domino permanet,
 illic cum eo super tentatores suos iusti iudices
 veniant, & quanto huic mundo magna humili-
 tate despecti sunt, tanto tunc acceptis sedibus ma-
 iore culmine potestatis excrefant. *Ait autem do-
 minus. Simon Simon, ecce Satanas, &c.* Ne gloriaren-
 tur vndecim Apostoli, suisve viribus tribuerent,
 quod soli pene inter tot millia Iudæorum dice-
 rentur in tentationibus permansisse cum domi-
 no, ostendit & eos, si non iuuantis se domini es-
 sent opitulatione protecti, eadem procella cum
 cæteris potuisse conteri. Verum, cum Satanas ex-
 petit eos tentare, & velut, qui triticum purgat
 ventilando concutere, docet nullius fidem à dia-

bolo nisi Deo permittente, tentari. Satana quip-
 pe ad cribrandum bonos expetere est, ad afflictio-
 nem eorum, malicia æstibus anhclare. Quo enim
 eorum tentationem inuidens appetit, eo illorum
 quasi probationem deprecans perit. Cum vero
 pro Petro rogans saluator non vt non teneretur,
 sed vt non deficiat fides eius, obsecrat, hoc est, vt
 post lapsum negationis ad statum pristinum pœ-
 nitendo resurgat, insinuat vtile sanctis esse, tenta-
 tionum flammis examinari, vt vel tentari, quia
 fortes fuerint, appareant, vel, cognita per tenta-
 tionem sua infirmitate, fortiores fieri discant, & sic
 cum probati fuerint, accipiant & ipsi coronam
 vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. *Et in
 aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Sicut ipse
 tuam (inquit) fidem ne Satana tentante, deficiat
 orando prorexi, ita & tu infirmiores quosque fra-
 tres exemplo tuæ pœnitentiæ, ne de venia forte
 desperent, erigere, & confortare memento. Quod
 idem & post resurrectionem exhortatur, cum ei
 tertio sese amare profitenti (decebat enim vt ti-
 morem ternæ negationis, ternæ cōfessionis amor
 elueret) tertio nihilominus pascendas suas oues
 commendat. *Qui dixit ei. Domine tecum paratus sum,
 &c.* Quia dixerat se dominus pro Petri fide ro-
 gasse, conscientius ille præsentis affectus fideique fer-
 uentis, sed futuri casus nescius, non credit se vl-
 latenus ab eo posse deficere. Verum qui solus no-
 uit, quid sit in homine, & quis fidelium suo vel de
 statu incaute confidat, vel de casu incautus disti-
 dat, & quasi Deus modum, tempus, ac numerum
 negationis eius prædicit, & quasi misericors at-
 xihum suæ defensionis promittit. *Et dixit eis. Quan-
 do misi vos sine sacco, &c.* Quam iuste discretio-
 nem matrem cunctarum, nutricemque virtutum,
 patrum sententia definiat, & ex hoc domini ser-
 mone probatur, qui non eadem viuendi regula
 perfectionis, qua pacis tempore discipulos in-
 format. Sunt nanque virtutes, quæ semper, obni-
 xque tenendæ sunt, quæ pro tempore, locoque
 prouida sunt discretione mutandæ. Quis etenim
 nesciat viscera misericordie, benignitatem, hu-
 militatem, patientiam, modestiam, castitatem, si-
 dem, spem, charitatem, & his similia sine vlla tem-
 porum intercapidine fidelibus esse seruanda? At
 vero famem, sitim, vigiliam, nuditatem, & tunc
 nem, psalmodiam, orationem, laborem operandi,
 doctrinam, silentium, & cætera huiusmodi si quis
 semper exequenda putauerit, non modo se ho-
 rum fructu priuabit, sed & notam indiscretæ ob-
 stinationis, immo stultitiæ pernicacis incurret.
 Magister itaque, dominusque virtutum vt mo-
 dum discretionis insinuet, missis ad prædicandum
 discipulis, ne quid tollerent in via præcipit, vide-
 licet ordinans, vt qui Euangelium adnunciant,
 de Euangelio viuant. Mortis vero instante peri-
 culo, & tota simul gente pastorem pauper, gre-
 gemque persequente, congruam tempori regu-
 lam decernit, pecuniam scilicet victui necessa-
 riam, donec sopita persecutorum insania tempus
 euangelizandi redeat, tollere permittendo. Vbi
 nobis quoque dat exemplum, iusta nõnunquam
 causa instante, quædam de nostri propositi rigo-
 re posse sine culpa intermitteri. Verbi gratia, cum
 per inhospitales porto regiones iter agimus, plu-
 ra viatici causa, quam domi habebamus, licere
 portare. Gladium quoque vel habitum sumere,
 vel non habitum iubet emere, vt sciant legentes

*In vita S.
 Antonij ex-
 stat hac de di-
 scretione sen-
 tentia.*

*Tia etiam Ioan-
 nes Papa 22.
 desinit circa
 Anthonij de
 Cæsa gene-
 ralem iuni-
 strom pino-
 ritatum.*

non facultatem resistendi deesse discipulis, sed magistro amorem potius inesse patiendi. Vbi & si nulla esset alia causa euaginandī gladij, suffecerat illa, vt amputata seruo auricula tactu domini sanaretur, & beneficia virtus saluatoris, etiam percussores suos ne iram percussū sustinere, sed fidem resurgenti suscipere mallet, admoneret. *Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me, &c.* Ecce quare discipuli sacculum, peram, & gladiū tollere monentur, videlicet quia dominus cum iniustus erat deputandus, quod passionē eius describens inter cetera ponit *Et iustas, vel iatrones vtique, in quorum medio crucifigendus, vel inferos ad quos per mortem erat descendurus, insinuans.* Et tunc enim deputatus est cum iniustus, cum descendit ad inferos, & quos suos ibi reperit, reuocauit ad superos. Iuxta quod eidem alius propheta decantat, Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. *At illi dixerunt, Domine, ecce gladij duo hic. At ille dixit eis, satis est.* Duo gladij sufficient ad testimonium sponte passi saluatoris. Vnus, qui & apostolis audaciā pro domino certandi, & euulla ictu eius auricula domino etiam morituro pietatem virtutemque doceret inesse medicandi. Alter qui nequaquam vagina exemptus, ostenderet eos nec totum, quod potuere pro eius defensione facere permittos. *Et egressus, ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum, &c.* Tradendus à discipulo dominus, consueti secessus, locum, quo facillime reperiri possit, adit. Vbi sunt ergo, qui eum mortem timuisse, inuitumque contendunt esse crucifixum? Et pulchre sui corporis, & sanguinis mysteriis imbutos in montem Oliuarum discipulos educit, vt omnes in morte sua baptizatos altissimo sancti spiritus charismate confirmandos esse designet, qui dicere possint cum psalmista; Signatum est super nos lumen vultus tui, domine, dedisti letitiam in corde meo. Et de quibus ante subiungitur; A tempore frumenti, vini, & olei sui, multiplicati sunt. *Et cum peruenisset ad locum, dixit illis, &c.* Impossibile est humanam animam non tentari. Vnde & in oratione dominica dicimus; Ne nos inducas in tentationē, non tentationem penitus refutantes, sed vires sustinendi in tentationibus deprecantes. Ergo & in presentiarum non ait, orate ne tentemini, sed, *ne intretis in tentationem*, hoc est, ne tentatio vos superet vltima, & intra suos castes teneat, verbi gratia, martyr qui pro confessione domini sanguinem fundit, tentatus quidem est, sed tentationis retribus non ligatus, qui autem negat, in plagas tentationis incurrit. *Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est, &c.* Dato apostolis praecepto orandi, & ipse auulsus ab eis solus orat pro omnibus, qui solus erat passurus pro omnibus, significans tantum orationem suam, quantum & passionem à nostra distare, & postis genibus orat, vt humilitatem mentis habitu carnis ostendat. Auulsus est autem ab eis, quantum iactus est lapidis, tantquam hoc eos typice admoneret, vt in eum dirigerent lapidem, id est vsque ad ipsum perducerent intentionem legis, quæ scripta erat in lapide. Vsque ad illum enim potest peruenire ille lapis, quoniam finis legis est Christus ad iustitiam omni credenti. *Pater, si vis transfer calicem istum à me, &c.* Transferri à se calicem postulat, non quidem timore patiendi, sed misericordīa

prioris populi, ne ab illo bibat calicem propinatum. Vnde & signanter non dixit, transfer à me calicem, sed, *calicem istum*, hoc est, populi iudeorum, qui exultationem ignorantie habere non potest, si me occiderit, habens legē, & prophetas, qui me quotidie vaticinantur. Et tamen reuertens in semetipsum, quod ex hominis persona trepidanter reuerat, ex Dei filij potestate confirmat. *Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.* Non (inquit) hoc fiat, quod humano affectu loquor, sed propter quod ad terras tua voluntate descendi. Si ergo (inquit) fieri potest, vt sine interitu iudeorum credat gentium multitudinem, passionem recuso. Sin autem illi excæcandi sunt, vt omnes gentes videant, non mea pater voluntas, sed tua fiat. Aliter. Adpropinquans passioni saluator, infirmitatum in se vocem sumpsit dicēs, *Pater, si vis, transfer calicem istum à me*, eorumque timorem vt abstraheret susceperit. Et rursus per obedientiam fortitudinem mentis ostendens ait; *Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.* Vt cum hoc imminet quod fieri nolumus, sic per infirmitatem petamus vt non fiat, quatenus per fortitudinem parati simus, vt voluntas conditoris nostri etiam contra nostram voluntatem fiat. *Apparuit autem illi angelus de celo, confortans eum.* Alibi legimus, quia angeli accesserunt, & ministrabant ei. In documento ergo vtriusque naturæ, & ei angeli ministrasse, & eum angelus confortasse describitur, quoniam, qui Deus ante sæcula extitit, homo factus est in fine sæculorum. Qui & priusquam per resurrectionis exaltaretur gloriam, diuinitate super angelos fuit, sed tamen ab angelis, vt scriptum est, humanitate minoratus, ex qua & morti subiicitur. At, postquam mortem resurgendo calcavit, humanitatem suam etiam maiestatis archangelorum superposuit. Certe, si quid sibi hæcūs ex hoc blauditur, vt infirmum adfirmet, cui opus fuerit angeli confortantis auxilio, meminerit creatorem angelorū creaturæ suæ nõ equiſſe præſidio. Quippe qui, si vellet, duodecim millia legionum de cælis angelorum deduceret. Tum deinde necessario eo modo eum confortatum, quo & tristis esse. Nam, si nobis tristis est, id est, propter nos tristis est, necesse est vt & propter nos sit confortatus & nobis. *Et factus in agonia, prolixius orabat.* Quid pro se ille cum agonia peteret, qui in terris positus cælestia cum potestate tribuebat? Sed, appropinquante morte, nostræ mentis in se certamen expressit, qui vim quandam terroris, ac formidinis patimur, cum per solutionem carnis æterno iudicio propinquamus. Neque enim tunc cuiuslibet anima immerito terretur, quando post pusillam hoc inuenit, quod in æternum mutare non possit. *Et factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.* Nemo sudorem hunc infirmitati deputet, quia & contra naturam est sudare sanguinem. Neque ad hæresim infirmitatis pertinere vilo modo poterit, quod aduersus hæresim phantasma mentientem proficit, per sudorem sanguinis ad corporis veritatem. Sed potius intelligat petri trigatam, saceratamque eius sanguine terram, non sibi, qui nouerat, sed nobis aperte declaratum, quod esse dum iam suæ precis obtineret, vt fidem videlicet discipulorum, quam terrena ad huc fragilitas arguebat, suo sanguine purgaret, & quicquid illa scandali de eius morte pertulisset, hoc ipse totum moriendo deleret, immo vniuersum

sum late terrarum orbem peccatis mortuum sua morte innoxia cælestem resuscitaret ad vitam. *Et cum surrexisset ab oratione, &c.* Id est, ne in vos calix meæ passionis incumbat. Vbi liquidò demōstrat, quia & pro illis orauerit, quos & ipsos sedulo monet orationum suarum vigilando, & orando existere participes. *Adhuc eo loquente, ecce turba, &c.* Quare osculetur alij euangelistæ manifestant, hoc est, vt hoc iudicio dignoscere possint, ipsum esse quem traderet. Suscipit autem dominus osculum traditoris, non quo simulate nos doceat, sed ne prodicionem fugere videatur, simul & illud Dauidicum complens; Cum iis, qui oderunt pacem, eram pacificus. *Iesus autem dixit ei, Iuda, osculo filium hominis tradis?* Filium, inquit, hominis tradis, quia caro non diuinitas comprehenditur. Illud tamen caro non confutat ingratum, quod eum tradiderit, qui cum esset Dei filius, propter nos tamen filius hominis esse voluit. Interrogatiue sane pronunciamdum puto, quasi amantis affectu corripit proditorem; *Iuda osculo filium hominis tradis?* hoc est amoris pignore vulnus infigit, & charitatis officio sanguinem fundis, & pacis instrumento mortem irrogas, factus dominum, discipulus proditoris magistrum, electus auctorem? *Videntes autem ij, qui circa ipsum erant, &c.* Petrus hoc fecit, vt Ioannes euangelista docet, eodem nimirum mentis ardore, quo cetera fecerat. Sciebat enim quomodo Phinees puniendo sacrilegos mercedem iustitiæ, & sacerdotij perennis acceperit. *Quod vero sequitur, Respondens autem Iesus ait. Sinite vsque huc.* Non ita sentiendum est, quasi placuerit ei vsque huc factum, sed amplius fieri noluerit, cum in verbis, quæ Matthæus ponit, dixisse dominum; *Conuertere gladium tuum in locum suum, omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt, intelligatur potius eorum factum, quo vsus est gladio Petrus, domino displicuisse.* Illud enim verius est, quod cum eum interrogasset dicentes, *Domine, si percussimus in gladio?* tunc respondit; *Sinite vsque huc, id est, non vos moueat, quod futurum est, permittendi sunt hucusque progredi, hoc est vt me apprehendat, & impleantur, quæ de me scripta sunt.* Sed inter moras verborum interrogantium dominum, & illius respondentis, Petrus defensionis auditate maiore pro domino commotione percussit. Sed non potuerunt etiam simul dici, quæ simul fieri poterunt. Non enim diceret; *Respondens autem Iesus, nisi illorum interrogationi responderet.* Nam de facto Petri quid iudicauerit, Matthæus solus dicit. Vbi etiam non dixit Matthæus; respondit Iesus Petro, conuertere gladium tuum, sed dixit; Tunc ait illi Iesus, conuertere gladium tuum, quod post factum apparet dixisse dominum. *Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum.* Nunquam pietatis suæ dominus obliuiscitur, qui etiam hostes suos non patitur vulnerari. Illi iusto mortem inferunt, ille persecutorum vulnera sanat. Mystice docens & ipsos, si conuertantur, posse sanari, qui in suæ sunt mortis confessione vulnerati. Iuxta allegoriam seruus iste populus est iudeorum, principibus sacerdotum indebito mancipatus obsequio, adco vt illorum iuſu Barrabam dimitti, Iesum vero quem paulo ante Osanna concinētes filium Dauid regemque clamabant, peterent crucifigi. Qui in domini passione dexteram auriculam, id est

spiritalem legis intelligentiam perdidit, sinistra tantum hoc est vilitate litteræ contentus. Quæ videlicet auris Petri gladio deuiditur, non quod ille sensum intelligendi audientibus tollat, sed diuino ablatum iudicio negligentibus pandat. Verum eadem dextera auris in iis, qui ex eodem populo credere maluerunt, diuinæ dignatione pietatis pristino est restituta officio. Aliter. Auris pro domino amputata & à domino sanata, significat auditum ablata veritate renouatum, vt sit in nouitate spiritus, & non in veritate litteræ. Quod cui prælitum fuerit à Christo, præstabitur & regnare cum Christo. Vnde bene & Malchus, quo nomine seruus ille vocabatur, rex sine regnatus interpretatur. Quod autem seruus inuenitus est, & hoc pertinet ad illam veritatem quæ in seruitute generat, quod est Agar. Sed cum accessisset sanitas, figurata est & libertas. *Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, &c.* Quartitur quomodo Iesus principes sacerdotum, magistratus templi, & seniores, qui ad se venerint alloqui dicatur, qui apud alios euangelistas non ipsi venisse, veram in atrio Cayphæ expectantes, ministros misisse perhibentur. Sed quia pontifices, Pharisei, & seniores ita de domini nece agebant, vt velut ipsi à sanguine eius viderentur innoxij. Non tradatur per nos, sed per discipulum suum, non comprehendatur à nobis, sed à tribuno, turbisque, nõ à nobis pro illo Barrabas, sed eligatur à populis, ad extremum non à nobis, sed à præſide damnentur, neque nostra, sed Romanæ militiæ manu cruci adſigatur, volens euangelista eos maxime, quorum cuncta consilio gerebantur, sanguinis eius ostendere reos, dicit principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores ad comprehendendum venisse saluatorem, vt hinc conici daretur, quia sicut illi non per seipſos, sed per eos, quos miserit ad apprehendendū Christum, quid aliud quam ipsi in suæ iustitiæ potestate venerunt? sic omnes, qui crucifigendum eum impiis vocibus clamauerunt, nõ quidem per seipſos eum, sed tamen per illum, qui eorum clamore ad hoc nefas impulsus est occiderunt. *Quasi ad latronem exiſtis cum gladiis, &c.* Stultum est (inquit) eum cum gladiis, & fustibus querere, qui vltro se vestris tradat manibus, & in nocte quasi latitantem, & vestros oculos declinantem per proditorem inuestigare, qui quotidie in templo doceat. Sed ideo aduersum me in tenebris congregamini, quia potestas vestra, qua contra lucem mundi armamini, in tenebris est. *Comprehendentes autem eum duxerunt ad domum, &c.* Principem sacerdotum Caypham significat, qui erat pontifex anni illius, sicut Ioannes euangelista testatur. *Petrus vero sequebatur à longe.* Merito à longe sequebatur, qui iam proximus erat negaturus. Neque enim negare posset, si Christo proximus adhæſisset. Verum in hoc maxima nobis est admiratione venerandus, quod dominum non reliquit etiam cum timeret. Quod enim timeret, naturæ est, quod sequitur deuotionis, quod negat obreptionis, quod pœnitent fidei. Aliter. Quod ad passionem euntem dominum à longe sequitur Petrus, significabat Ecclesiā securitatem quidem, hoc est imitaturam passiones domini, sed longe differenter. Ecclesia enim pro se patitur, at ille pro Ecclesia. *Accenso autem igni in medio atrio, &c.* Est dilectionis ignis, est & cupiditatis. De hoc dicitur; Ignem veni mittere in terram. *Bibl. Hom. tom. 2. I I i ram,*

ram, & quid volo nisi ut ardeat? De illo; Ecce vos omnes accendentes ignem accendi flammis, ambulare in lumine ignis vestri, & flammis, quas succendistis. Iste super credentes in cenaculo Sion de celo descendens variis linguis Deum laudare docuit. Ille terrena materij Cayphę focus in atrio, flammis negandi dominum turbas accendit. Hoc Moyses aureum idoli caput, illo Sedechias Hieremias prophetantis scripta consumpsit. Quicumque vitiosum, noxiūque in se exinguit incendium, potest domino cantare; Quia factus sum sicut vter in pruina, iustificationes tuas non sum oblitus. At qui flammam virtutum perdidit, audit à domino; Quoniam abundavit iniquitas, refrigescit charitas multorum. Quo frigore torpens ad horam Apostolus Petrus, persecutorum prunis calefieri cupiebat, quia temporalis commodi solatium perfidorum societate querebat. Sed non mora, respectus à domino, cum igne eorum corpore, rum infidelitatem corde reliquit. *Quem cum vidisset ancilla quædam, &c.* Quid sibi vult, quod prima eum prodit ancilla cum viri utique magis eum potuerint recognoscere, nisi ut & iste sexus peccasse in necem domini videretur, & iste sexus redimeretur per domini passionem? Et ideo mulier resurrectionis accipit prima mysterium, & mandata custodit, ut veterem prævaricationis aboleret errorem. *At ille negavit eum dicens. Mulier, non novi illum.* Quidam pio erga Apostolum Petrum affectu locum hunc ita interpretantur, quasi bene dixerit, se illum non nosse, quem mens humana nescit comprehendere, quia nemo sciat filium nisi pater. Iterum quoque inquisitus dixerit; *O homo non sum,* malis se negare quam Christum. Sed & tertio interrogatus cum ait; *Homo nescio, quid dicis,* significaverit se sacrilegia illorum nescire, hoc est reprobando, & execrâdo dånare. Sed hæc quæ friuola sit expositio, & dñs, qui se veridica cõtestatione ter negadū à Petro prædixerat, & ipse Petrus insinuat, qui se hæc nõ de industria, sed de subreptione locutū, sublequētibz lachrymis manifestat. *Et post pusillum alius videns eum, &c.* In hac negatione beati Petri discimus non solum ab eo negari Christum, qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo etiam, qui cum sit, negat se esse Christianum. Dominus autem non ait Petro; *Discipulum meum te negabis, sed me negabis.* Negavit ergo ipsum, cum se negavit eius esse discipulum. *Et intervallo facto quasi horæ vnius, &c.* Nõ quod alia lingua Galilæi atque alia loquerentur Hierosolymitæ, qui utriusque fuerunt Hebræi, sed quod vnaqueque provincia, & regio suas habendo proprietates vernaculum loquendi sonum vitare non possit. Vnde in Actibus Apostolorum cum ii, quibus spiritus sanctus infederat, omnium gentium linguis loquerentur, inter alios qui de diverso mundi climate conuenerant, etiam qui habitabant Iudæam mirantes dixisse referuntur, *Nõne ecce omnes isti, qui loquuntur Galilæi sunt?* Et quomodo nos audivimus vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus? *Et ait Petrus, Homo, nescio quid dicis, &c.* Solet scriptura sacra se pe meritum causarum per statum designare temporum. Vnde Petrus, qui media nocte negavit, ad galli cantum pœnituit. Qui etiam post resurrectionem diurna sub luce dominum quem ter negauerat, tertio se amare professus est, quia nimirum quod in tenebris obliuionis erravit, &

Tacuit & Ambrosius, cuius sententia hæc non probasur multis.

sperata iam lucis rememoratione correxit, & eiusdem veræ lucis adepta presentia plene totum, quicquid natauerat, crexit. Hunc opinor gallum aliquem doctorum intelligendum, qui nos iacentes excitans, & somnolentos increpans dicat, *Euigilate iusti, & nolite peccare. Et conuersus dominus respexit Petrum, &c.* Respiciente domino Petrus ad cor reuersus maculam negationis pœnitentiæ lachrymis tergit, quia non solum cum agitur pœnitentia, verumetiam ut agatur, Dei misericordia necessaria est. Respicere namque eius misereri est. Vnde Psalmista, *Viquequo inquit exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me, domine Deus meus, id est, miserere, & adiuua.* Quam nociua sane alloquia perfidorum. Petrus inter Iudæos vel hominem se nosse negavit, quem inter condiscipulos Dei filium confessus erat. Sed nec in atrio Cayphæ tentus poterat agere pœnitentiam. Egreditur foras, ut ab impiorum consilio secretus, pauide negationis fordes liberis fletibus abluat. *Et viri qui tenebant illum illudebant ei, &c.* Impleta est hoc loco prophetia, quæ ait, in virga percutient maxillam iudicis Israel. Sed qui tunc cæsus est colaphis Iudæorum, cæditur etiam nunc blasphemis falsorum Christianorum. Velauerunt autem eum non ut eorum ille scelerum non videat, sed ut à se ipsi, sicut quondam Moysi fecerunt, faciem eius abscondant. Si enim crederent Moysi, crederet forsitam & domino. Quod velamentum vsque hodie manet super cor eorum non reuelatum, nobis autem in Christum credentibus ablatum est. Neque enim frustra eo moriente, velum templi scissum est medium. *Et interrogauerunt eum dicentes: Prophetiza, &c.* Hæc quasi in contumeliam faciebant eius, qui se à populis prophetam voluerit haberi: sed ipso dispensante, qui patitur, omnia pro nobis fiunt, ut sicut Petrus hortatur Christo in carne passio, nos eadem cogitatione armemur. Et hæretici autem vel Iudæi vsque hodie, qui Iesum Deum negant, & mali catholici, qui eum reprobis actibus exacerbantes, videri ab illo suas cogitationes, & opera tenebrarum non autumant, quasi ei illudentes aiunt, *Propheta, quis est qui te percussit. Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis, &c.* Non veritatem desiderabant, sed calumniam præparabant. Siquidem Christum hominem tantum modo de stirpe David venturum sperantes, sicut ei interroganti alias ipsi responderunt, hoc pro magno ab eo quærebant, ut si diceret, ego sum Christus (secundum quod illi solum sapiebant) de femine David, calumniarentur quod sibi arrogaret regiam potestatem. *Et ait illis. Si vobis dixero, non creditis, &c.* Sæpe illis dixerat Christum se esse, videlicet quando aiebat; *Ego & pater vnus sumus.* Et iterum; *Opera, quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me, sed vos non creditis, & cæcæta talia.* Interrogauerat quoque, quomodo dicerent Christum filium esse David, cum ipse David in spiritu dominum suum illum vocauit, ut tali nimirum interrogatione prouocati diceret eum non solum verum hominem, quia filium David, sed etiam verum Deum, quia dominum esse David. Verum illi neque dicenti credere sequendo, neque interroganti respondere, quærendo, neque eum qui innoxius approbatus est, immuncem dimittere volebant. *Qui autem semen David calumniari*

sumiari quærebant, plus est quod audiunt. *Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis dei.* Si ergo tibi in Christo, ô Iudæe, pagane, & hæretice, contemptus, infirmitas, & crux contumelia est, vide quia per hæc filius hominis ad dexteram Dei patris sessurus, & ex partu virginis homo natus in sua cum cæli nubibus est maiestate venturus. Vnde & apostolus cum crucis abiecta descripsisset, adiunxit dicens; Propter quod & Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Iesus Christus in gloria est Dei patris. *Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius Dei? &c.* Ita responsum temperat suam, ut & verum dicat, & sermo eius calumniæ non pateat. Maluit enim se Christum filium Dei probare, quàm dicere, ut condemnandi causa tolleretur iis, qui quod obijciunt hoc ipsi fatentur. *At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus, &c.* Testimonium domini quod ipse se Christum & filium dixerit Dei, in eo acceperunt quod ait; *Erunt filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.* Et interrogantibus, Tu ergo es filius Dei, respondit, Vos dicitis quia ego sum. Sua se ergo sententia condemnant, qui eum morti tradunt, quem & oris, & operis sui testimonio Deum esse cognoscunt. Condemnant & Arrianos, qui verba diuine maiestatis nuncia clarificato iam post mortem domino, nolint intelligere, quæ eo victo adhuc, flagellatõque, & irriso, ipsi, qui crucifixi erant intellexerunt carnifices. *Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum.* Ut sermo Iesu completeretur, quem de sua morte prædixit; Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eum. Gentibus quippe & Romanos significat. Nam Pilatus Romanus erat, eumque in Iudæam Romani præsidem miserant: eui crucifigendum tradunt dominum Iudæi, qui se isto modo ab eius interfectione velut alienos facere cupiunt, non ut eorum innocentia, sed ut dementia monstratur. *Caepuerunt autem accusare illum dicentes, &c.* Arguantur impietatis Iudæi, quod accusantes saluatorem ne falso quidē aliquod verisimile quod ei obijcere possint, inueniunt. Et ideo sicut Marcus dicit, conuenientia eorum testimonia non erant. Verum ipse ut nobis patientiæ præbeat exemplum, sicut ante verberatus, sic & modo accusatus silet, ac reticet. *Pilatus autem interrogauit eum dicens, Tu es, &c.* Eodem verbo præfidi quo & principibus sacerdotum respondet, ut propria sententia condemnentur. Et notandum, quod duobus domino obiectis, videlicet quod & tributa Cæsari dare prohiberet, & se Christum regem diceret, Pilatus de vno regni verbo interrogandum putauit. Potuit enim fieri, ut illud domini iudicium quod ait; *Reddite Cæsari, quæ Cæsari sunt, & quæ Dei, sunt, Deo, etiam Pilatum audisse contigerit, ideoque causam hanc quasi apertum inuidorum mædaciū nihil pendens, solum hoc quod nesciebat quæ sit dignum duxerit. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum, &c.* Hoc est, quod ipse pridie quàm pateretur inter alia discipulis ait; *Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.* Sed quia princeps mundi, hoc est Pilatus, eum absoluit, in quo nihil causæ, quam dånaret, inuenit, vide quid agant

Iudæi, qui non æquitatis amore verum in re, sed inuidiæ stimulo iustum dånare se *At illi inualescerunt dicentes. Commonuit populum, &c.* Hic accusantium sermo magis qui accusatur, innoxium, & eos, qui accuset esse peruersos. Docuisse enim populæ pristini temporis ignauia docendo commaliquæ actū à Galilæa vsque ad Iudæam, totam à fine vsque ad finem terram reprecnis pertransisse, non criminis, sed iudicij stat esse virtutis. Potuit namque aliquis domini, sicut etiam fecit, eandem sententiam loco ponere dicendo auditoribus bor scitis quod factum est verbum per vnuerdæam. Incipiens enim à Galilæa post haquo prædicauit Iohannes Iesum à Naza, & nique Pilatus nec interrogandum de h saluatorem, se magis ipsum nata occasio ab eo iudicando liberum reddere. Nam se *Pilatus autem audiens Galilæam, &c.* Pilatus ne contra eum quem infontem & proptdiam traditum cognouerat, sententiam dgeretur, Herodi eum misit audiendum, potius eum, qui eius patriæ tetrarches ex vel absolueret, vel puniret; verum diuindentia, ne qua Iudæis excusatio remaneret non ipsi, sed Romani Christum crucifixi; rodes quoque, qui natus, & regione erat I cum exercitu suo quid de illo senserit est tare permissus. Simul & impietas vtriusque uincit, Iudææ scilicet, in qua natus, & Gal qua nutritus est, & conuersatus, in eius conspirantis ostenditur. *Herodes autem, &c.* Tacuit, & nil fecit, quia nec illius crimerebatur videre diuina, & dominus iact declinabat. Et fortasse in Herode omne significantur, qui si legi non crediderint, phetis, mirabilia Christi opera in euangeli que videre non possint. *Stabant etiam principes sacerdotum, &c.* Accusantibus se principibus dorum, & scribis, dominus apud Pilatum apud Herodem nulla respondit, ne videlicet diluēs, dimitteretur à præfide, & cru lita differretur. Nam & iustum profecto Pilato, qui inuitus ferebat sententiam, al parte responderet; Herodem vero, cæteris dæorum optimates, quia contra legis suæ ra innoxium condemnabāt, indignos per suo sermone duceret. Propter illa ergo, respondere noluit, ad hoc data est de agno rudo, ut in suo silentio non reus, sed in haberetur. Vbi enim tacebat, quasi agni pro grege immolandus patientiam præfata vero respondebat, quasi pastor bonus pro tis sibi ouibus contra luporum, latronum, & sidias pugnabat. *Spreuit autem illum Herodes* Quod veste alba induitur, immaculatæ dacia passionis, quoniam agnus Dei immac totius mundi sit peccata ablaturus. *Qui e veste alba spreuit, & illusus, ipse in casta ci passus, & sepultus.* Aliter quod hic alba, iu ro alios euangelistas purpurea, vel coccinea indutus illuditur, geminum martyrij gen per sanctæ ecclesiæ passiones adornatur. *Quæ & innocuam eiusdem domini, a si sui mortem mirata; Dilectus, inquit, me didas, & rubicundus.* Candidus scilicet a rubicundus sanguine. Et ipse variis mem Bibl. Hom. tom. 2. Iiii 2

CAPIT. 1111.

suorum fosculis venans, in pace lilia gignit, in bello rosas. *Et facti sunt amici Herodes, & Pilatus in ipsa die, &c.* Hoc nefandissimum Herodis, & Pilati fœdus, quod in occidendo Christo pepigerant, hæcænis eorum velut hæreditario iure successores custodiunt, quando Gentiles, & Iudæi sicut genere, & religione, ita etiam mente dissidentes, in Christianis tamen persequendis, Christi que in eis fide perimenda consentiunt. *Pilatus autem convocatis principibus sacerdotum, &c.* Quantum dimittendi Iesu studium gerat Pilatus, attende. Primo accusantibus sacerdotum principibus, nihil se in eo causæ dicit invenisse. Deinde illis in cæpto persistentibus, mittit ad Herodem, vt, si ve ille quid in eo sceleris invenire possit, an forte dimittendum decernere velit, exploret. Postremo & eius agnita voluntate, nec inuenio in Iesu facinore, etiam plebis, cui vnum dimittere per pascha consueverat, sententiam querit. Iterum quoque, ac tertio dimittere illum volens interrogat. Sed quo curiosius auxiliatorem dimittendi Iesum, quem non reperit, querit, eo criminiosiores eos, quos vnanimiter eius mortem desiderantes reperit, arguit. *Obtulisti mihi hunc hominem quasi, &c.* Hæc dicendo Pilatus absoluit quidem Iesum, quæ probavit infontem, sed vt impleretur scripturæ, quem absoluit iudicio, crucifixit in Iherosolymis. *Sed neque Herodes, &c.* Audi, cæce Iudæe, audi, crudelis pagane. Pilatus ipse fatetur neque se, neque Herodem dignum quid morte in Christo reperisse, sed tantum in occidendo, vel illudendo innoxio alienæ crudelitatis obtemperasse clamoribus. Percant ergo scripta, quæ tanto post tempore cõtra Christum composita, non illum apud Pilatum magicæ artis accusatum, sed vos apud dominum perfidie, & falsitatis accusandos esse demonstrant. *Emendatum ergo illum dimittam.* Flagrant illum, & ludibriis quantum ipsi iubent, dummodo innoxium sanguinem non sitiat, afficiã. *Neceffe autem habebat dimittere eis per diem festum vnum.* Neceffe habebat, non imperialis legis sanctione sed annua gentis, cui per talia placere gaudebat, consuetudine deuinctus. *Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens, &c.* Hæret Iudæis vsque hodie sua petiitio, quam tanto labore impetrarunt. Quia enim data sibi optione, pro Iesu latrone, pro saluatore interfectorem, pro datore vitæ, elegerunt ademptorem, merito salutem, vitamque perdidit, & latrocinii se, ac seditionibus in tantum submerferunt, vt & patriam, regnumque suum, quod plus Christo amauere, perdidit, & hæcænis eam, quam vendidere, vel animæ vel corporis libertatem recipere non meruerint. *Iterum autem Pilatus locutus est ad illos, volens dimittere Iesum, &c.* Quarta perfidorum crudelitas, quæ non solum occidere innocentem, sed & pessimo genere mortis occidere, hoc est, crucifigere desiderant. Pendentes enim in ligno crucifixi, clauis ad lignum pedibus, manibusque cõfixi, p̄ducta morte necabantur, & diu viuebatur in cruce, non quia longior vita eligebarur, sed quia mors ipsa protendebatur, ne dolor citius finiretur, Yerum ipse de morte pessima occidit omne mortem. Pessima enim erat non intelligentibus Iudæis. Nam à domino electa erat, Ipsam enim crucem suam signum habiturus erat, ipsam crucem de diabolo superato tanquam trophæum in frontibus fidelium positurus, vt diceret apostolus, mi-

*Crucis signum
si quam tro-
phæum in frons
hæc Christiani-
terum im-
pressum.*

hi autē abit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. *Ille autem tertio dixit ad illos, &c.* Hanc corruptionem, qua populo satisfaciere, ne vsque ad crucifigendum saluatorem seuirent, summopere querebat, non modo eum obtulisse rogando, sed etiam deridendo, & flagellando nefandorum desideriis exhibuisse, & verba euangelistæ Ioannis, & ipsa testatur columna, cui alligatur. Ille qui solvere cõpeditos solet, plena Deo membra verberibus subdidit. *Quæ videlicet columna in ecclesia montis Sion posita dominici crucis vsque hodie cernitibus vestigia certa demonstrat.* Sed hæc licet agat Pilatus, quid insatiabilis sacrilegorū furor concupiscat attende. *At illi instabant vocibus magnis, &c.* Quia totam accusationem, quam aduersus dominum detulerant, crebra, ac sollicita Pilati interrogatione videbant euacuata, tandem impudici ad solas se preces conuertunt, vt quod criminando, & quasi ratiocinando nequiterant, iam postulando, & vociferando perficiant. Quem exinde ordinem seuirent etiam beatorum martyrum persecutores tenuisse, satis ecclesiastica demonstrat historia. *Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum, &c.* Larro sediciosus, & homicidiorum auctor dimissus est populo Iudæorum, id est diabolus, qui iam olim patria lucis ob culpam superbiæ depulsus, & in tenebrarum fuerat carcerem missus, atque ideo Iudæi pacem habere non possunt, quia seditionum principem, quam dominum eligere maluerunt. Quia vero Barabaz filius patris, vel filius magistri eorum interpretatur, potest antichristi typum gerere, quem illi, quibus dicitur, Vos ex patre diabolo estis, vero Dei filio sunt prælaturi. Filius autem diaboli Antichristus, non ab ipsa nascendo, sed sicut cæteri peccatores illum imitando vocatur. *Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem, &c.* Ioannes euangelista narrat, ipsum dominum sibi baiulasse crucem. Vnde intelligitur primo à domino crucem portatam, ac deinde Simoni, quem forte exeuntes obuium habuerunt, impositam, congruo satis ordine & domesticis Dei. Et sicut alibi dicitur, Hæredes quidem Dei, cohæredes autem, Christi. Vnde pulchre Simon obediens, Cyrene hæres interpretatur. Nec prætereundum, quod Simon de villa venisse refertur. Villa enim Græce *σικαν*, & vocatur, à qua pagani nomē trahūt, eod quod à ciuitate Dei alieni, & quasi vrbana sint conuersationis ignari. Sed de pago Simon egrediens crucem portat post Iesum, cum populus nationum paganis ritibus derelictis, vestigia dominicæ passionis obedienter amplectitur. *Sequebatur autem illum multa turba, &c.* Multa simul turba crucem domini, sed non vna eademque mente sequebatur. Nam populus quidem, vt cuius mortem impetrauerat, morientem lætus aspiceret, mulieres vero, vt quem viuere de-

*Colonus
Christi
etiam
erat.*

siderabant, moriturum, morientem, & mortuum plorarent. Nō autem ideo solus mulierum planctus eum sequebatur, quia non innumeris etiam credentium virorum cœcus de eius erat passione confestim, sed quia femineus quasi contemptibilior sexus, liberius poterat præsentibus sacerdotū principibus, & magistratibus, quid contra eos senserit ostentare. Verum quia nouit dominus, qui sunt eius, prætermittit iam furētis populi turba, ad amantes, plangentisque se feminas oculos, & ora conuertit dicens, *Filie Iherusalem, nolite flere super me, &c.* Ne me (inquit) moriturum lamentemini, cuius cita resurrectio mortem soluere poterit, cuius mors & omne mortem, & ipsum mortis destructura est auctorem. Vos potius ipsas, vestramque progeniē, ne in meæ crucis vltione m̄ cū perfidis æterna morte damnemini, dignis lachrymarum fontibus abluite. Norandumque, cum filias Iherusalem appellat, quod non solæ, quæ cum eo veniant à Galilæa, sed & eiusdem vrbis ciues ei mulieres adhæserint. Et nunc quoque quasi immolandum Iesum duplex turba prosequitur, cum eius passionis historiam alij tanquam risu dignas fabulas, alij lachrymantibus, vt decet, oculis legunt, audiunt, recolunt: eius carnis, sanguinisque mysteria hi quasi viles, communisque escas, illi pectore tanta re digno percipiunt. Sed dominus, vbi cor contritum, & humilitatem respicit, mox addita salutaris conuersionis gratia, vnde gratius, dulcius, vberius flere debeat magister sedulus, & blandus consolator interrogat. *Quia ecce venient dies, &c.* Dies vrbis à Romanis obsidionis, & captiuitatis significat. De quibus superior inter alia discipulis ait; Tunc qui in Iudæa sunt, fugiat in mōtes. Et paulo post; Vt autem prægnantibus, & nutriendis in illis diebus. Quia & naturale est, imminente captiuitate, hostilique per agros vrbis clade feruent, cunctos, qui euadere queant, alta quæque, vel abdita, quibus abscondantur, refugia conquirere. Et specialiter refert Iosephus, in histentibus sibi Romanis Iudæos cauernas certatim montium, colliumque petiisse speluncas. Ita vt semetipsum testetur munitione quodam destructæ vrbis loquatæ in spelæo cum quadraginta comitibus proditum, inuentum, atque ab hostibus captum. Potest autem & ex superfluo, quod beatificandos dicit steriles, & non parientes, de his intelligi, qui seipos in vtrilibet sexu castrauerunt propter regnum cælorum. Montibus, & collibus dicit; *Cadite super nos & operite nos,* cum quilibet suæ fragilitatis memores ingruente tentationum articulo, sublimium quorumque vel ipsa virginitate, vel martyrio, vel quacunque alia virtute virorum quæserint exemplis, monitis, & precibus defendi. *Quia si viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Viride lignum, seipsum, sub quoque electos, aridum vero, impios, & peccatores significat. Si ergo ipse, inquit, qui peccatum non feci, qui lignum vitæ merito appellatus fructus gratiæ duodenos per singulos menses adfero, sine igne passionis à mundo non ex eo, qui quid putas eos manere tormenti, qui fructibus vacui, ipsum insuper vitæ lignum flammis dare non timent? Si nunc est tempus vt incipiat iudiciū de domo Dei, & omnes, qui volūt pie viuere in Christo, persecutionem patiuntur, qui finis eorum, qui non credunt euangelio Dei: *Ducebantur autem et alij duo nequæ cum eo, vt in-*

terficerentur, &c. Sed ille cum iniquis deputatus est in morte, vt iniquos iustificaret in resurrectione, qui cum in forma Dei esset, propter homines homo factus est, vt hominibus potestatem daret, filios Dei fieri. *Et postquam venerunt in locum, &c.* Extra vrbem Iherusalem, & extra portam loca erant, in quibus truncabantur capita damnatorum, & caluarie, id est, decollatorum sumpserunt nomen. Propterea autem ibi crucifixus est dominus, vt vbi prius erat area damnatorum, erigerentur vexilla martyrij. Et quomodo pro nobis maledictum crucis factus est, & flagellatus, & crucifixus, sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigitur, vt, vbi abundavit peccatum, superabundet gratia. Qualiter sane dominus in cruce sit positus, quidve eadē sacratissimi corporis positio regalis in se typi cõtineat, Sedulius in paschali carmine pulchre verbis dixit; *Nēve quis ignoret speciem crucis esse colendam, Quæ dominum portauit ouans ratione potenti, Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis. Splendens auctoris de vertice fulget Eois, Occiduo sacra lambuntur sidere planta. Arcton dextra tenet, medium laua erigit axem, Cunctaque de membris viuunt natura creatis, Et cruce complexum Christus regit vniuersum mundum.* Moralem quoque sacrosanctæ crucis figuram describit Apostolus vbi ait; In charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, altitudo & profundum, cognoscere etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi. In latitudine quippe bona opera charitatis significat. In longitudo, perseverantiam sanctæ conuersationis vsque in finem. In altitudine, spem cælestium præmiorum. In profundo, inscrutabilia iudicia Dei, vnde ista gratia in homines venit. Et hæc ita coaptantur sacramento crucis, vt in latitudine accipiatur transuersum lignum quo extendantur manus, propter operum significationem. In longitudine, ab ipso vsque in terram, vbi totum corpus crucifixum stare videtur, quod significat persistere hoc est longanimiter permanere. In altitudine, ab ipso transuerso ligno sursum versus, quod ad caput eminet, propter expectationē supernorum, ne illa opera bona, atque in eis perseverantia propter beneficia Dei terrena, ac temporalia facienda credantur, sed potius propter illud, quod desuper sempiternum sperat fides, quæ per dilectionem operatur. In profundo autem pars illa ligni, quæ in terræ abdita defixa later, sed inde confurgit illud omne, quod eminet, sicut ex occulta Dei voluntate vocatur homo ad participationem tantæ gratiæ alius sic, alius autem sic, supereminentem vero scientiæ charitatem Christi, eam profecto vbi pax illa est, quæ præcellit omnem intellectum. *Et latrones vnum à dextris, & alium à sinistris.* Latrones, qui cum domino sunt hinc inde crucifixi, significant eos, qui sub fide, & confessione Christi vel agonem martyrij, vel quæ continentiæ arctioris instituta subeunt. Sed quotquot hæc pro æterna solum cælestique gloria gerunt, hi profecto dextris latronis merito, & fide designantur. At qui vel humanæ laudis intuitu, vel qualibet minus digna intentione sæculo abrenunciant, non immerito blasphematoris, & sinistra latronis mentem, & actus imitantur. De qualibus dicit Apostolus; Si tradidero corpus

meum ut ardeat, si dedero omnes facultates meas in cibo pauperum, si alia multa fecero, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. At vero beati, qui perfectionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. *Iesus autem dicebat: Pater dimitte illum, &c.* Quia Lucas per vituli typum sacerdotium Christi scribere disposuit, recte apud eum dominus & pro persecutoribus suis iure sacerdotis intercedit, & eodem munere latroni contenti paradisi ianuam pandit. Neque enim putandum est eum hanc partem frustra orasse, sed in eis nimirum, qui post eius passionem crederent, quod orabat impetrasse. Notandum sane, quod non pro eis, qui luiores, ac superbioris stimulis accensi, quem filium Dei intellexere crucifigere quam confiteri maluerunt, sed pro eis vitique, qui zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam nescierunt, quod fecerunt, patri preces obtulerunt. Sed & Ioannes Apostolus dicit; Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. Imitare ergo dominum tuum, pro inimicis intercede, & si necdum potes, salutem caue, ne contra illos orare praesumas. Sic etenim quotidianis profectibus auctus, & ad illud quandoque domino iuuante, peruenies, ut etiam pro illis intercedere possit. *Diuidentes vero vestimenta eius, &c.* Hanc euangelista Ioannes plenius exponit, quia scilicet milites caetera in quatuor partes iuxta suum numerum diuidentes, de tunica, quae inconfutis erat desuper contexta per totum, sortem miserunt. Quadripertita autem vestis domini, quadripertita eius figurauit Ecclesiam, toto scilicet, qui quatuor partibus constat, terrarum orbe diffusam, & omnibus eiusdem partibus aequaliter, id est, concorditer distributam. Tunica vero illa sortita, omnium partium significat unitatem, quae charitatis vinculo continetur. Si enim charitas iuxta Apostolum, & supereminetiorum habet viam, & supereminet scientiae, & super omnia praecipua est, merito vestis, qua significatur desuper contexta perhibetur. In sorte autem quid nisi Dei gratia, commendata est? Sic quippe in vno ad omnes peruenit, cum fors omnibus placuit, quia & Dei gratia in unitate ad omnes peruenit, & cum fors mittitur, non personae cuiusque vel meritis, sed occulto Dei iudicio ceditur. *Et deridebat illum principes, &c.* Etiam nolentes consententur principes, & populi Iudaeorum, quod alios saluos fecerit. Itaque vestra vos condemnat sententia. Qui enim alios saluos fecit, utique, si vellet, seipsum saluare poterat. *Se saluum faciat (inquunt) si hic est Christus Dei electus.* Immo ideo se saluum facere de cruce descendendo noluit, quia ipse est Christus Dei electus. Nam qui ideo venit, ut pro nobis crucifigeretur, ideo seipsum saluare de cruce descendendo neglexit, quia cum caeteris peccatoribus etiam illos, qui crucifigere, saluare moriendo curauit. *Iludabant autem ei milites accedentes, &c.* Acetum ipsi erant Iudaei, degenerantes a vino patriarcharum, & prophetarum. Quo videlicet acetum milites dominum potauerunt, quem eorum suggestionem morti tradiderunt. Et notandum, quod Iudaei vocabulum Christi, & filij Dei scripturae sibi auctoritate creditum blasphemantes irridunt: Milites vero utpote scripturarum nescij, non Christo Dei electo, sed regi Iudaeorum insultant. *Erat autem ei superscriptio scripta, &c.* Pulchre titulus,

qui Christum regem testetur, non infra, sed supra crucem ponitur, quia licet in cruce pro nobis hominis infirmitate dolebat, super crucem tamen regis maiestate fulgebat. Qui apte etiam quia Rex simul, & sacerdos est, cum eximiam patri suae carnis hostiam in altari crucis offerret, regis quoque, qua praeditus erat titulo dignitatem praetendit, ut cunctis legere, hoc est audire, & credere volentibus innotescat, quia suum per crucem non perdidit, sed confirmari potius, & corroborari imperium. Unde & apostolus cum ignominiam crucis descripsisset adiunxit; Propter quod & Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, &c. Nam quod hoc nomen Hebraice, Graece, & Latine scriptum erat, hoc est, quod idem Apostolus subsecutus adhaeruit; Et omnis lingua confiteatur, quia Iesus Christus in gloria est Dei patris. Quatum vero ad litteram, haec tres linguae ibi praeceteris eminebant. Hebraea propter Iudaeos in lege gloriantes, Graeca propter gentium sapientes, Latina propter Romanos multos, ac penes omnibus iam tunc gentibus imperantes. Velint nolint ergo Iudaei, omne mundi regnum, omnis mundana sapientia, omnia diuinae legis sacramenta testantur, quia Iesus Rex Iudaeorum est, hoc est imperator creditum & confitentium Deum. *Vnus autem de iis, qui pendebant latronibus, &c.* Mouet forte aliquos, quomodo alij euangelista dicant latrones, qui crucifixi erant cum eo, conuiciatus est. Vnus quidem eorum, quando conuiciatus est, secundum Lucae testimonium, alter & compescuit eum, & in Deum credidit. Sed intelligamus eos breuiter perstringentes hunc locum pluralem numerum pro singulari posuisse. Sicut in epistola ad Hebraeos legitur pluraliter dictum; Clauserunt ora leonum, cum solus Daniel significari intelligatur. Et pluraliter dictum, Secti sunt, cum de solo Esaia tradatur. In psalmo etiam, quod dictum est; Altiterunt reges terrae, & principes conuenerunt in vnum, pluralem numerum pro singulari positum, in actibus apostolorum inuenitur. Na reges propter Herodem, principes propter Pilatum intellexerunt, qui testimonium eiusdem psalmi adhibuerunt. Quid huius latronis animum non miretur? In cruce clauis manus eius, pedesque ligauerant, nihilque in eo ad poenitentiam nisi cor, & lingua remanserant, inspirante Deo totum illi obtulit, quod in se liberum inuenit, ut iuxta hoc, quod scriptum est, corde crederet ad iustitiam, ore confiteretur ad salutem. In corde autem fidelium tres summopere manere virtutes testatur Apostolus dicens; Nunc autem manet fides, spes, charitas. Quas cunctas subita repletus gratia & accepto latro, & seruauit in cruce. Fidem namque habuit, qui regnaturum dominum credidit, quem secum pariter morientem vidit. Spem habuit, qui regni eius aditum postulat. Charitatem quoque in morte sua viuaciter tenuit, qui fratrem, & collatorem pro simili scelere morientem & de iniquitate sua arguit, & ei vitam quam cognouerat praedicauit. Ille qui talis ad crucem venit ex culpa, ecce qualis a cruce recedit ex gratia. Confitebatur

se confitebatur dominum, quem videbat secum humanam infirmitate morientem, quando negabant Apostoli eum, quem miracula viderant diuina virtute facientem. *Et dixit illi Iesus. Amen dico tibi, &c.* Pulcherrimum affectum conversionis exemplum, quod tam cito latroni venia relaxatur, & vberior est gratia, quam precatur. Semper enim plus dominus tribuit quam rogatur. Ille enim rogabat, ut memor sui fuisset dominus, cum venisset in regnum suum. Dominus autem ait; *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Vita est enim esse cum Christo, quia ubi Christus, ibi regnum. Quidam duos latrones cum domino crucifixos duobus baptizatorum generibus coaptant. Quicunque enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Ambo namque similes crucifixi, sed vnus in cruce blasphemus peior, alter est confessione martyr effectus. Quia per baptismum, quo cum peccatores essemus abluimur, alij dum Deum in carne passum, fide, spe, & charitate laudant, coronantur; alij, dum aut fidem aut opera baptismi habere renuunt, dono quod accepere priuantur. *Erat autem fere hora sexta, & tenebrae, &c.* Clarissimum mundi lumen retraxit radios suos, ne aut pendente videret dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur. Et notandum, quod dominus sexta hora, hoc est, recessuro a centro mundi sole, crucifixus sit: diluculo autem, hoc est oriente iam sole, resurrectionis suae mysteria celebrat. Statu enim temporis signauit, quod effectu operis exhibuit. Quia mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Nam & Adam peccante, scriptum est, quod audierit vocem domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem. Post meridiem namque, inclinata luce fidei. Ad auram vero, refrigerante feruore charitatis. Deambulans autem audiebat, quia ab homine peccante recesserat. Rationis igitur ordo poscebat, ut eodem temporis articulo, quo tunc Adae peccanti obcluserat, nunc latroni poenitenti dominus paradisi ianuam paderet. *Et velum templi scissum est medium.* Hoc exprimente domino, factum est, sicut Matthaeus, Marcusque contestantur, sed Lucas praecipuando narrat. Volens enim miraculo miraculo adiungere, cum dixisset; *sol obscuratus est,* continuo subiungendum existimauit; *Et velum templi scissum est medium.* Scinditur autem velum templi, ut arcae testamenti, & omnia legis sacramenta, quae prius tegebantur, appareant, atque ad populum transcant nationum. Ante etenim dictum fuerat; Notus in Iudaea Deus, in Israel manet nomen eius. Nunc autem, exaltare super caelos, Deus, & super omnem (inquit) terram gloria tua. Et in euangelio prius dixit; In viam gentium ne abieritis. Post passionem vero; Euntes docete omnes gentes. *Et clamans voce magna Iesus ait, &c.* Patrem inuocando, filium Dei se esse declarat. Spiritum vero commendando, non defectum suae virtutis, sed confidentiam eiusdem cum patre potestatis insinuat. Amat enim dare gloriam patri, ut nos edificet gloriam dare creatori. Commendat itaque patri spiritum, iuxta hoc quod delectato corde, & exultantibus spe resurgendi labijs, in alio psalmo loquitur; Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. *Vides autem Centurio quod factum fuerat, &c.* Non solus Centurio glorificauit

Deum, sed & milites, qui cum eo erant custodientes Iesum (sicut Matthaeus scribit) viso terrae motu & iis, quae fiebant, timuerunt valde dicentes; Vere Dei filius erat iste. Quanta ergo caecitas Iudaeorum, qui, tot per dam virtutibus factis, tantis in morte eius apparatus signis, credere respuerunt, & insensibilibus gentilibus Deum glorificare, vel time-re contempserunt. Unde merito per Centurionem fides ecclesiae designatur, quae, velo mysteriorum caelestium per mortem domini referato, continuo Iesum, & vere iustum hominem, & vere Dei filium synagoga tacente, confirmat. Nam & ipsa summa centenaria, quae in flexu digitorum, sicut & supra memoratum est, de sinistra transit in dexteram, ecclesiae sacramentis, & fidei aptissime congruit, cui pro lege euangelium creditum, pro terrae diuitiis regnum est caeleste promissum. *Et omnis turba eorum, qui simul aderant, &c.* Quod percutiebant pectora, quia poenitentiae est, & luctus indicium, potest dupliciter intelligi. Sine enim eum, cuius vitam dilexerunt, iniuste occisum dolebant: seu cuius mortem se impetrasse meminerant, hunc in morte amplius glorificatum tremebant. Sed siue haec, siue illa, siue vtraque causa diuersas in turba, dissidentesque personas peccatis tundere coegerit, notanda distantia gentis, & gentis. Gentiles quippe, moriente Christo, Deum timentes, aperte confessionis voce glorificant, Iudaei percutientes solum pectora, silentes domum redeunt. *Stabant autem omnes noti eius a longe, &c.* Hoc est quod ipse dominus in psalmo explicita suae passionis serie patri queritur dicens; Elongasti a me amicum, & proximum, & notos meos a miseria. *Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, &c.* Decurio vocatur, quod sit de ordine curiae, & officium curiae administrat, qui etiam curialis a procurando munera ciuilia solet appellari. *Ab Arimathia ciuitate Iudaeae, &c.* Ab Arimathia; ipsa est Ramathaim ciuitas Helcanae, & Samuelis in regione Thannitica iuxta Diospolim. *Hic accessit ad Pilatum, &c.* Magnae quidem Ioseph iste dignitatis ad saeculum, sed maioris apud Deum meriti fuisse laudatur, ut & per iustitiam meritorum sepeliendo corpori dominico dignus foret, & per nobilitatem potentiae saecularis idem corpus accipere posset. Non enim quilibet ignotus ad praesidem accedere, & crucifixi corpus poterat impetrare. *Et depositum inuoluit syndone, &c.* Et ex simplici sepultura domini ambitio diuitum condemnatur, qui ne in tumultis quidem possunt carere diuitiis. Possimus autem iuxta intelligentiam spiritalem & hoc sentire, quod ille in syndone munda inuoluat Iesum, qui pura eum mente suscepit. In nouo autem ponitur monumento, ne post resurrectionem caeteris corporibus remanentibus, surrexisse alius fingeretur. Quod bene monumentum de petra excisum fuisse memoratur, ne, si ex multis lapidibus aedificatum esset, suffolis tumuli fundamentis ablatus furto diceretur. Aliter. Solum tumulo dominus includitur, ut specialis illius sepultura, id est nostrae dissimilis, sicut & caetera dispensationis eius arcana a nostrae naturae fragilitate discrepauerit, specialis & resurrectio designetur. Nam & verus homo apparuit, sed ex virgine matre conceptus, & natus. Et tentatus est per omnia, sed pro similitudine absque peccato. Et mortuus est, sed quomodo ipse voluit. Et sepultus est, sed quandiu voluit. Et suscitatus est,

sed quando voluit. Hoc est ergo, quod ait; Singulariter sum ego, donec transeam. Et alibi de singulari sepultura; In pace in idipsum obdormiã, & requiescam, quoniam tu, domine, singulariter in spe constituisti me, id est ceterorũ mortalium in fine, resurrectione servata me singulari dono a mortuis die tertia resurgere promissisti.

INCERTI SVB NOMINE

Eusebii Episcopi Emisseni superioris Euang. expositio.

VENIT autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha, & misit Petrum, & Ioannem dicens, Euntes parate nobis Pascha, vt manducemus. Mittit dominus Petrum, & Ioannem parare Pascha. Quibus introeuntibus civitatem, occurrit homo amphoram aquæ portans: quem ipsi sequuntur in domum, in quam intrat. Et ostendit eis patrefamilias cœnaculum magnum stratum. Isti enim duo Christi discipuli, duo testamenta sunt, quæ dum diuina inspiratione mittuntur ad civitatem pectoris nostri, Pascha ibi parant, quia quid agnus ille secundum legem immolatus significet, & qualiter Pascha nostrũ immolatus est Christus, nos docent & intelligere faciunt, quibus interior homo occurrit, qui quoniam baptizatus est, amphoram aquæ non immeritò portare dicitur. Nemo enim non baptizatus, hanc amphoram portat. hunc igitur sequuntur vsque in domum, vsque in cordis secretarium interioris, ibique inveniunt patrefamilias, id est, intellectum, a quo interior nostra familia regitur, & gubernatur. Et ipse ostendit eis cœnaculum magnum stratum, per quod fidem intelligimus, aliis virtutibus ornatam. Ibi enim hæc cœna paratur, quia per fidem reuelatur. Vnde rectè dicitur. Nisi crederitis, non intelligetis. Hoc enim cœnaculum infideles non habet. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim. Apostoli cũ eo, & ait illis, Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Multum (inquit) hoc Pascha vobiscum manducare desideravi, vt vetera completerem, & ad noua transirem. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei, id est, donec in ecclesia spiritualiter intelligatur, & agatur. Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono, &c. Sic (inquit) ego vobis ecclesiæ regnum trado, & dispono, sicut & pater meus mihi illud disposuit, vt mea vice illud regatis, & super mensam meam edatis panem verum, qui de cœlo descendit, & bibatis calicẽ noui testamenti. Hoc autem & de illa cœlesti mensa intelligi potest, in qua sancti sola summi boni contemplatione reficiuntur. De qua Psalmista, Ego (inquit) cum iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor, dum manifestabitur gloria tua. At autem dominus Simon: Simon, ecce Satanas expetiuit vt cribraret vos sicut triticum. Sicut enim olim beatum Iob, ita & Apostolos ex Dei permissione cribravit, siquid forte zizaniz & corruptionis in eis inueniret. Et dixit eis, Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, nihil aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Nihil enim eis deesse poterat, quos dominus ipse regebat. Vnde Psalmista, Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Miserat enim eos dominus non prædicare, sed infirmos sanare, dicens eis: Ite sanate omnes languores, omnesque infirmitates. Ideoque neque sacculo indigebant, neque pera, neque calceamentis. Nondum enim calceati erant in præparatione euangelij pacis. Dixit ergo eis, Sed nunc, qui habet sacculum, tollat similiter & peram. Nunc (inquit) & sacculum & perã vos ferre concedo: non ad colligendum, sed ad tribuendum: non vt aliena in eis coaceruetis, sed vt inde trahatis quod aliis detis. Hæc enim duo præter hoc quod misericordiam & largitatẽ inducãt, vtrumque etiam testamentum significant. Ex his enim, quasi ex sacculo, & pera, cunctis diuitiis plenis trahebant apostoli, vnde mentes famelicæ, & fientes reficerent. Secuti sint igitur apostoli, & nihil timeant, quia nihil deerit eis portantibus sacculum & peram, quibus nec prius aliquid defuit sine sacculo & pera. Et qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Qui (inquit) non habet gladium spiritus, & quod est verbum Dei, vendat tunicam suam, & emat eum: vt omnibus exutas, nudus nudam crucem sequatur. His igitur verbis aperte monstratur, quod illi soli prædicare, & gladium spiritus ferre debent, qui simul cũ apostolo dicere possunt, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Qui enim nihil possidet, meritò nudus, & absque tunica dicitur. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet implere in me, Et cum iniquis deputatus est: etenim ea quæ sunt de me, finem habent. Adhuc (inquit) parum quod restat, oportet impleri in me. Penè enim iam finita sunt, quæ de me secundum carnem scripta sunt: sed adhuc illud restat, vt cum iniquis me deputantes Iudæi crucifigant. Et tunc tandem ego à prædicatione cessabo: vos autem, omnibus veditis, emite gladium, accingimini, & ad prædicandum vos præparate. At illi dixerunt: Domine, ecce gladij duo hic. At ille dixit eis, Satis est, Sufficiunt enim duorum testamentorum gladij, ad totius prædicationis opus peragendum. Vide quam bene omnia conueniant: quamuis quid verba domini significant, Apostoli non intelligebant. Et apparuit illis angelus domini de cœlo confortans eum, &c. Hæc enim pugna saluatoris nostri, martyrum agones, & certamina significat. Ille sudor sanguineus, eorum sanguinem de toto eius corpore (quod est ecclesia) vbique fundendum manifestabat. Orabantem prolixius, quatenus nobis ostenderet, quid in tali pugna agere debeamus, vt angelorum consolationem recipere mereamur. Cætera, quæ sequuntur, in Matthæo exposita sunt.

THEOPHYLACTI EPISCOPI BULG. SUPERIORIS EUANG. EXPOSITIO.

Instabat autem dies festus azymorum qui dicitur pascha, &c. Querebant quidem illum interficere scribæ, at, quia tempus paschæ instabat, & videbant sibi inde periculum imminere à turba, quæ congregabatur maxime propter diẽ festum, querebant insidias, quomodo interfecto illo, non periclitarentur. Intrauit autem Satanas in Iudam, qui erat vnus è numero duodecim, erãtque ex maximè familiaribus discipulis: vt nullus confidat in seipso, sed semper attendat vitæ suæ, vt prope grauem habens aduersarium. Quidam autem sic intellexerunt: Qui erat è numero duodecim: numerum solum implebat vt apostolus, non vt apostolus, nec

vt ve

vt verus discipulus. Quomodo enim verus discipulus, qui furatur, quæ in marsupium mittebantur. Hic igitur, quum ingressus esset in eum Satanas, decreuit secum, & conspirauit cum quærentibus Iesum tradere. Hoc enim significat (proponit, hoc est, perfectam promissionem, & pactum fecit. Et querebat opportunitatem, quando inueniret illum sine turba, hoc est, seorsim, & solitariam, & ipsis traderet. Magistratus autem loco hoc vocat præfectos ædificij templi, vel etiam censores, vt qui curarent ea, quæ ad bonum ordinem seruandum pertinebant. Præfecerant enim Romani quosdã populo, vt ne turbaretur, quandoquidem seditiosj erant. Illos igitur vocat magistratus. Fortassis autem & militaria munera credebantur eis, qui erant ex sacerdotali ordine, vnde magistratus, & duces dicti. Ambitione enim laborantes & illa officia inuadebant: vnde eos magistratus, & duces templi nominauit, manifestus forte taxans illos. Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat immolari pascha, &c. Quod pascha Hebraice pascha dicitur, & signet transitum ex Agypto, sæpe dictum est: & in summa omnia, quæ in festo sunt, ita dicta: nunc autem quæ nobis dicat diem azymorum, dicendum. Diem igitur azymorum dicit quintrum, ad cuius vesperam pascha immolandum erat. Igitur dominus forte quinto mane mittit discipulos, Petrum, & Ioannem, & illum, quidem vt diligentem, huic vero vt dilectum. Mittit autem in alienam domum. Neque enim domum habebat vel ipse, vel discipuli eius, alioquin in vna discipulorum domo manducasset pascha. Vides paupertatem? Mittit vero eos ad hominem incognitum, vt ostendat, quod sponte susceperit passionem. Si enim voluisset, sicut mentem homini, qui se nesciebat, dedit, vt se suscipere: ita poterat & cum Iudæis, quæ huiusmodi, facere. Quidam autem dicunt, quod propter hoc non dixit nomen hominis, nec manifestauit eum, sed signo quodam deduxit eos ad domum illius, propter proditorum, vt, ignorato nomine, non proderet domum pharisæis, qui venissent, & comprehendissent eum, priusquam cœnam perliceret, & spiritualia sua sacramenta traderet: idcirco infra Christus dicit: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, hoc est, omnem operam adhibui, vt lateat proditorẽ, ne ante tempus sustineamus passionem, priusquam traderemus sacramenta. Expositionem hanc accipiat, qui volet. Et cuius gratia pascha facit? Per omnia ostendit, quod vsque ad extremum anhelitum non sit contrarius legi. Atqui comedamus & nos hoc pascha spiritualiter. Et intelligamus dies azymorum omnem, quæ in spiritali lumine est, conuersationem, quæ nullam vestigat primẽ in Adam inobedientiẽ habeat: in qua conuersatione si fuerimus, impinguedi sumus mysterij Christi. Præparabant itaque hæc sacramenta Petrus, & Ioannes, actiua, & contemplatiua, seruator zeli, & mansuetudo pacifica. Oportet enim fideles & feruidos esse, bonum operando, & zelotas aduersus malitiam, & mansuetos erga male operantes. Odio enim habenda malitia, non is, qui male agit, cuius habenda est cura: infirmus enim est. Et hoc est male agere, à maligno vexari, & facere malum. Quod si habuerimus Petrum, & Ioannem ad ornantes cœnam: vitam dico bonã, quæ est Petrus: & vera dogma-

ta, quæ sunt Ioannes Theologus: occurrit illis præparatoribus homo: tunc inuenimus humanam conditionem vere formatam secundum imaginem conditoris: vas aquæ figulinum gestantem. Aqua quidem spiritus gratia. vt Euãgelista Ioannes docet. Figulinum autem vas, cor, quod facile confringitur, nam qui spiritualem gratiam accipit, humilis est, & contritus corde. Humilibus enim dat dominus gratiam. Qui autẽ scit seipsum esse terram, & cinerem, & dicit cum Iob, De terra me formasti, ille portat gratiam spiritus in vase cordis sui, quod facillè compungitur, & conteritur. Et quum assequuti fuerimus hanc conditionem, abeamus in domum mentis, cuius patrefamilias monstrabit nobis cœnaculum stratum magnum. Cœnaculum autem est sublimis eiusmodi mētis capacitas, diuinorum, inquam, & spiritualium, in quibus habitat, & in quibus amice excipitur. Strata autem sunt hæc: nihil enim in eis asperum, sed & aspera in plana conuertuntur talimentis: sicut & Solomon dixit, Omnia plana intelligentibus, & recta inuenientibus scientiam. Id autem peccatoribus non dixit: quia mens licet opus excellens faciat iuxta suam efficaciam agēs, strata tamen eius scientia est, & adhuc humiliora habet. Sublimis autem, & quæ vera scientia, & super omnem sublimitatem, ignorantio est, quæ mentem transcendit, quando non iam mens operatur, sed operationem sentit, ac patitur. Oportet autem nos prius mente nostra operari, & deinde gratiæ dominicæ in nobis operationem sentiemus, quæ nos suscipiet sicut prophetas, & eos, qui excessum patiuntur, & omni naturali operatione destituuntur. Denique dicitur assumptio domini in propheta huiusmodi fieri. Sicut igitur & in hoc cœnaculum stratum venit Iesus cum discipulis suis: & mysteria perficit: ita venit ad nos: etiã damnum nostrum, & suam ostendit efficaciam: sed non expectat vt nos veniamus ad eum. Discipuli autem verbi Dei sunt omnes sermones, quos fecimus. Tunc igitur, quum intellexerimus, quod operetur in nobis verbum, dico impletionem, immo assuefacti fuerimus iungere senonibus opera; tunc videbimus cœnos opera digitorum tuorum. Et quum iam esset tempus, accubuit, &c. Pascha stantes comedebat, quomodo igitur dñs recubere dicitur? Dicunt itaque, quod postquã comedit legale pascha, recubuerunt more vulgari comedentes alios quosdã cibos. Dicit autẽ ad discipulos: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, priusquã patiar: quasi diceret, hæc extremã cœnã meã vobiscum, idcirco & gratũ, ac desiderabile est: nam vltra vobiscum non sum conuaturus: sicut & peregre profecturi postrema colloquia cum maxime familiaribus suauiter miscerent. Vel aliter, Desideravi hoc pascha manducare vobiscum, eo quod magna mysteria in hac vobis cœna sim traditurus, nempe ea, quæ sunt noui testamenti. Significat autem per hæc, quod voluntarie patiar. Paterat enim omnino secedere, sicut & aliis temporibus, quum sciret se passurum. Quod autẽ dicit, Non bibam illum, donec regnum Dei veniat, quidam sanctorum intellexerunt, donec resurgam. Post resurrectionem enim conuersatus est cum discipulis, & comedit, & bibit cum eis: sicut & Petrus ad Cornelium dicit, Qui comedimus, & bibimus cum eo post resurrectionẽ. Quod autem regnum Dei sit resurrectio, manifestum est. Resurrectio enim

Ioan. 7. Iacob. 4.

Job 31.

Prov. 8.

Non intelligit hoc de primogeniti, sed de gratia auguena.

P. d. 8.

Ioan. 2.

Act. 10.

enim destruxit mortem: regnavit autem mors ab Adam usque ad Christum. Tunc autem destructa, concessit domino victoriam, & regnum: quemadmodum dictum est, Vbi stimulus tuus, o mors? & David, Dominus regnavit. Deinde interpretans quomodo regnavit: decoré, inquit, indutus est, incorruptionem accipiente corpore, & decorato deitate, vt Esaiás inquit, Hic formosus in stola, violétiá cum fortitudine. Dominus quoque postquam resurrexit, inquit, Data est mihi omnis potestas. Quum enim venisset resurrectio, quam regnum Dei nominavit, eo quod morté destruxit, iterum bibit cum discipulis, persuadens discipulis non iuxta apparentiam tantum resurrexisse. Quidam autem regnum putarunt futurum statum: bibere autem dominum nobiscum in futuro, pro revelatione mysteriorum. Lætificans enim nos exhilaratur, & pascens pascitur miseris, & nostrum potum, ac alimoniam, hoc est doctrinam, proprium cibum existimat. Bibit igitur hoc loco novam quandam potionem cum dignis, reuelans eis semper nova quædam, & insolita. Ideo & Lucas videtur meminisse poculorum. Et semel quidem dicit, *Accipite, & dividite inter vos*: quod veteris testamenti figuram quis esse dixerit. Et iterum quoddam illud, postquam scrogit panem, & distribuit, ipse distribuit discipulis, quod & novi testamenti nominat, & suo sanguine dicit hoc innovari. In veteri enim, sanguis erat brutorum animalium, quum lex vigeret: nunc autem, quum verbum Dei homo factum est, sanguis novum testamentum nobis obsignavit. Dicendo autem, *quod pro vobis datur, & effunditur*, non pro solis Apostolis signat corpus eius esse datum, & sanguinem eius esse effusum, sed pro humano genere. Quando igitur dicit, *quod pro vobis datur*, hoc est, pro nostro hominum genere. Verus enim pascha perficiebatur ob liberationem ex Ægypto, & sanguis agni propter servata primogenita: novum auté pascha propter remissionem peccatorum, & cognitionum sanctificationum, & consecrationum Deo. Primum autem panis, & deinde poculú. Primum enim laboriosior actio, & difficilior. Sudores enim præcedunt virtutem. Quemadmodum igitur panis, non solum in sudore faciei excolitur, sed & comedédo operosior est. Deinde post labores, lætitiá diuinæ gratiæ, quæ signatur per poculum. Postquam enim quis in virtutibus diu, gravitéque laborauerit, tãdem dignus est donis, & inebriatur, laudata illa ebrietate, qua excedit ex hoc mundo, sicut Paulus, & David, & vt audentius quiddam dicam: sicut & Deus apud Abacuc. *Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa, &c.* At ego in medio vestrum sum, vt qui ministrat. Nihil excæcatis miserius est. Vide enim, quid dominus dicat: *Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa*: & stupidus non sensit. Etenim dominus hæc dicit, non solum vt ostendat se ignorare, quod evenit, sed & vt nobis suam bonitatem, & proditoris malitiam ostendat, qui non erubuerit secum coniuvari. Nam non omisit suam facere, vt nobis exemplum daret, vt usque in finem lapsos lucrari studeamus. *Et filius quidem hominis* (inquit) *valet non quasi non valeat se vindicare, sed quia olim decreverat mori in salutem hominum.* *Veruntamen valet homini illi, per quem traditur.* Nam prædefinitum quidem est, vt patiaris: sed tu quare inuentus es malus, & ita ad pro-

Psal. 91.

Esai. 63.

Math. 28.

Exod. 12.

Abacuc. 2.

dicionem paratus: Propterea tibi vae adiudicatum est, quia inuictus es studés proditori. Quia etiam serpens maledictus est, eo quod seruiuit diaboli cõsiliis. Turbati sunt autem discipuli, auditis his: & hoc latius discis in Euangelio Ioannis. Nunc autem non solum de suspitione proditoris tantum turbantur, sed ex turbatione illa ad contentiones veniunt, contententes, quis ex ipsis esset maximus. Inciderunt autem in hanc litem, quia verisimile est, quod inter se dixerint vnus alteri, tu proditorus es, & alius alteri, tu proditorus es. Et inde ed perueniunt, vt dicerent, Ego sum melior, & ego sum maior, & similia. Quid igitur dominus: Cõprimit tumultum hunc duobus exemplis. Vno gentiliū, quos abominabantur, ostendens, quod illis assimilandi sint, si sapiant similia. Altero autem suo exemplo. Eos enim ad humilitatem exemplo suo ducit, ostendens quod ipse ministrat eis. Etenim tunc, sicut dictum est, panem suum, & potum distribuit. Quú igitur ego, quum omnis rationalis, & angelica creatura adorant, in medio vestri ministro: quomodo vos digni estis, qui magna de vobis sentiat, & primas partes capiat? Videtur autem mihi non obiter huius recubitus, & ministerii meminisse, sed reducere eis in memoriam, Quia de vno pane comeditis, & vno calice bibistis, amicos, & vnanimis vna mensa fecerit: quare ergo sapitis, quæ tales non decet? Et neque ego vni quidem seruiui, alteri autem non seruiui, sed omnibus vobis. Omnes igitur vnus, & idem sentiat. Tu autem in his omnibus intelligas, quod discipuli adhuc imperfecti fuerint, sed vide quomodo & postea resulerint. Confundantur Manichæi, qui dicunt quoddam natura esse iudociles, & impossibile esse vitæ mutationem. *Vos autem estis, qui permixistis mecum in tentationibus meis, &c.* Postquam dixit traditoris vae, & in medio docuit eos humiles esse: sicut traditori vae adiudicavit, ita è diuerso inquit, Vos estis, qui manifestis mecum in tentationibus. Ideo & mercede vobis dispono, hoc est, pascor vobiscum; vt, quum pater meus disposuerit mihi, hoc est, segregauerit mihi regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meã. Comedere auté, & bibere dixit, non quasi edulia illic sint posita, quæ quasi sensibile quoddam regnũ sit. Ipse enim per ea, quæ Sadducæis locutus est, docet quod conuersatio, quæ illic, angelica sit, & Paulus docet regnum Dei non esse cibum, & potum. Ne quis igitur erret audiés hic, edatis, & bibatis super mensam: sed cogitet, quod dictum sit, ex metaphora eorum, qui à regibus honorantur. Nam, qui cum regibus cenant, videntur primos honores sortiri. Hoc igitur & de Apostolis dicit, quod apud se omnibus aliis præferantur. At, vbi thronos, & sedes audieris: non thronos intellige, sed gloriam, & honorem. Non enim creaturæ est sedere, sed sanctæ trinitatis: increati, & regis omnium Dei: creaturæ autem tãquam ancillæ, est stare, idque quum corporaliter dicimus sedere, & stare. Iudicantes vero, hoc est, condemnantes eos, qui ex duodecim tribubus sunt inceduli futuri. Non parua autem condemnatio fuerit, quod Apostoli, qui etiam ipsi ex Israëlitis erant, crediderunt, & alij non crediderunt. Itaque, quia proditori vae adiudicatum est, illorum autem, qui permanferunt in amore erga illum, tantum prædixit fore honorem, vt ne extollantur quasi magnum quiddam fecissent, &

permanissent in charitate, ac non prodidissent: *Satanas vos inquit, petiit cribrare*, hoc est, turbare, nocere, tentare. *Sed ego rogavi.* Ne existimetis (inquit) quod vestrum sit totum hoc bonum opus. Diabolus enim valde vrget, si possit vos ab amore mei depellere, & ostendere proditores. Ad Petrum autem verba hæc dirigit, qui reliquis audacior erat, & probabile est superbis in his, quæ à Christo promissa erant: idcirco & reprimat eum, dicens: Satanæ quidem fuit multum studiũ contra vos, ego autem oravi pro te. Et hoc humano more dicebat. Nam vt Deus, non opus habebat orare aliquem. *Rogavi igitur, dicit, vt non deficiat fides tua.* Quamuis enim breui tempore concutiendus sis, habes tamen recondita semina fidei, vt etiam si folia abiecerit spiritus inuadentis, radix tamen viuet, & non deficiet fides tua. *Tu vero conuersus confirma fratres tuos.* Planus huius intellectus is est. Quia te habeo vt principem discipulorum, postquam, negato me, fleueris, & ad penitentiam ueneris, confirma ceteros: Hoc enim te decet, qui post me Ecclesiæ petra es fundamentum. Intellexerit autem quis non solum de Apostolis dictam, quod confirmati fuerint à Petro, sed de omnibus, qui usque ad consummationé seculi futuri sunt fideles, Tu enim, Petre, conuersus bonũ exemplum penitentiæ eris omnibus, vt nullus credentium in te respiciens desperet: qui, quum Apostolus fueris, & negaueris. Iterum tamen receperis primatum omnium, & præfecturam orbis per penitentiam. Rogauit itaque satan cribrare, & nocere, sicut cribratur triticum purum, vt pote inuidens amoris tuo in me, sicut ei mos est. Nam sic etiam Iob inuasit. Verum ego non omnino te derelinquam, vt deficiat in vniuersum fides tua. Quamuis autem ego rogauerim pro te, attamen tu ne recideris, sed conuersus, hoc est, penitentiam agens, & lachrymas profundens, & à negatione resiliens, esto etiam aliis penitentiæ exemplar, ne desperet. Quid igitur Petrus? Multa charitas animosum eum reddidit, vt pollicearur, quæ sibi tunc impossibilia. Dominus autem, vbi vidit eum temeraria loqui (oportebat enim, semel audita veritate, quæ ei dicebat, quod tentandus esset, non reluctari) manifestat ei tentationis speciem, nempe negationem. Hoc autem loco discimus magnam doctrinam, quod non sufficiat propositum hominis absque subsidio Dei: quemadmodum & Petrus parum derelictus, tamen charitatem, ac feruorem habere videretur, vbi reliquit eum Deus, supplantatus est ab inimico. Et iterum non sufficit Dei subsidium, si non affuerit & humanum propositum: quemadmodum & Iudæ nihil profuit, quãuis omnia faceret dominus, vt lucrificaret eum, quum abisset ei bona voluntas. Horreamus autem considerantes, quantum contra remissos valeat insidia diaboli. Ecce enim & hoc loco Petrus quamuis à Deo conseruaretur, quia paruo tempore per dispensationem derelictus est, ed peruenit vt negaret: & nisi à Deo parua quædam custodita fuissent, quæ in illo recondita erant semina, quid nõ passus fuisset? Ed enim spectabat diabolus, vt & ipsum ad prodicionem intruderet. Cibum enim diaboli, (inquit Propheeta) electi. Deo autem sit gratia, qui non derelinquit sanctos, & iustos, & bonos corde: qualis erat Petrus, valde amans, & alienus à malis erga magistrum suspitionibus. *Et dixit eis, Quando misi vos*

sine sacculo, & pera, &c. In principio quidem prædicationis mittens discipulos dominus in castella, & ciuitates, absque necessariis dimisit, neque dedit, quibus habebant opus, neque curam gerere volebat, & in his oportebat discere eius virtutem. Illorum enim curam habens tanquam infirmorum, faciebat eis omnia necessaria affluere abunde citra ipsorum curam. Nunc autem contraria præcipit, non contrarius sibi ipse, sed ostendens eis, quod usque ad hoc tempus tanquam paruulos gestarit, & nõ fecerit eos de quoquam sollicitos. Nunc autem opus est eis, vt curent ea, quæ vitorum sunt, & prouideant sibi ipsis. Ego enim (inquit) pater vester, vestri curam gerens iam abeo. Ex hoc tempore parati estote, & ipsi rerum propriarum curam gerite, & nolite omnem curam in me rejicere. Opera enim vestra non erunt tam facilia, & à labore aliena: sed obnoxij eritis fami, & siti, & multis aduersis. Hæc enim insinuat per sacculum, & peram, ac gladium. Proinde ne sitis ignaui: quia famem experturi estis, & opus habeatis edulium, quæ per peram significat. Et viriles estote, quia in multa aduersa incidetis: quod per gladium indicat. Hæc autem dixit, non vt omnino gladii sint accendi, sed (vt dixi) significans bella, & pericula, & docés vt ad omnia præparati sint. Nam, ne existiment posteriores, quod Apostoli à se nihil ad virtutem contulerint, sed totum Dei fuerit: non hoc erit, inquit, sic: Neque enim Apostolis meis vti volo vt instrumentis inanimatis. Denique inuenies Apostolos, & maxime Paulum, multa etiam ex humanis indultis recte facere (lege acta) quamuis & in his non affuerit diuinum subsidium. Interea autem & Apostolis accedit vtilitas, ne factu inflentur ex hoc. Si enim ipsi nihil curassent, & à Deo omnia nacti fuissent, inflati fuissent, quasi maius quiddam super vires humanas sortiti. Et alioquin natura ignauia, & corruptione nihil à se excogitabant, sed omnia expectabant à verbo, propterea dicit eis, ex hoc tempore, & peras gestate, hoc est, sic affecti estote, & curam habete, vt esuriam habituri. Et gladium emite: quod est, sic prouidete vobis ipsis, tãquam ij, qui in bella, & prælia multa incident. Et aliter exposuerunt quidam, *Emite gladium.* Significat enim breui tantas futuras insidias, quales nunquam fuerunt, & quod inuasuri sint illos viri sanguinarij. Nam, quia illi prius inter se de primatu contenderat, Non est (inquit) tempus ambitionis, sed periculorum & cædium: nam & ego magister vester ad mortem abducor, neque ad gloriosam mortem. Verum tamen implebitur in me; *Cum iniquis deputatus est.* Insidias igitur latrocinatorias significaturus, meminit gladij: & neque omnino reuelauit, vt ne metu quoddam terreantur: neque omnino siluit, vt ne repentinis insidiis confundantur: immo vt post hæc recordantes admirentur eum tanquam præscientem, & stupecant quomodo se ipsum pro salute hominum ad mortem tradiderit, & propterea etiam ipsi nihil molestum subterfugiant, vt saluentur aliqui. Hæc enim opinor ænigmatice propterea dicebat, vt postea recordantes, & intelligentes, vtilitatem caperent: quoniam tunc adeo insipientes erant, vt dicerent; *Domine, ecce hic gladij duo*: at ipse quia vidit eos non intellexisse, inquit; *Satis est.* Tamen nequaquam sufficissent: si humano auxilio contra homicidas illos vti oportuisset.

Math. 10. Supra. 10.

Humana quoque providentia est adhibenda.

Ergo licita est ecclesiæ ministris facultas posse.

Apostoli à se nihil ad virtutem contulerunt, nec totum Dei fuit.

Ivan. 2.

tuisset: neque centum gladij suffecissent: si autem hoc noluisset, & diuiniore subsidio opus erat, superflui fuissent & duo: verum tamē dominus noluit eos arguere, ut pote nihil intelligentes: sed dixit, *scitis est*, ac proceffit. Sic igitur etiā nos quando cum quodam conuersantes videmus eum non intellexisse, quod diximus, Dicimus, Bene, dimitte: quamuis non sit bonum, sed ne conturbemus, remittimus. Facit autem hoc dominus, quando videt discipulos non intelligere dictum: transit, & euentum rerum permittit explicare dictorum intelligentiā, sicut & quando dixit: Soluite templum hoc. Nam postea cognouerant hoc discipuli eius post resurrectionem. Quidam autem per ironiam dixerūt dictum à Christo: *scitis est*. Nam, quum dixissent discipuli: *Eccc duo gladij hic*, dominus ironice (aiunt) dixit: Quia duo sunt, omnino multi sunt, & sufficiunt nobis contra multitudinem quæ venit super nos. *Et egressus ibat* (ut erat solitus) *in montem Oliuarum, &c.* Post cœnam nō desidia, & ludi, & somnus dominum excipiebant, sed docebat, & orabat, propter nos hæc figurans, & demonstrans. Væ igitur iis, qui post cœnam fœdis scortationibus vacant. Secedit autem in montem Oliuarum, postquam talia docuisset discipulos, ut oraret: consueerat enim seorsum hoc facere: idcirco & à discipulis auellitur. Non omnes discipulos, sed tres tantum assumit, qui & gloriæ suæ in montem spectatores fuerant. Quia enim & in agone oraturus erat: ut ne videatur formidinis esse indicium, propterea assumit eos, qui diuinæ gloriæ, & superni testimonij spectatores, & auditores fuerant, ut, quum viderint laborantem, hoc humanæ naturæ esse dicant. Ut enim crederetur verus homo esse, naturæ, quod suum erat, facere permisit, & vitam appetit etiā ipse, ut homo, precaturque, ut transeat calix. Nam vite amans est homo. Quo confatantur hæreses, quæ dicunt phantasticum fuisse hominem. Etenim, quum hæc facta sint, & habuerunt vnde eiusmodi nugarentur: quid non facturi erant, si non fuissent hæc facta? Porro velle, quod transeat calix, humanum erat. Statim autem dicendo: *Verumtamen non mea voluntas fiat, sed tua*: ostendit, quod etiā nos sic oporteat affectos esse, & philosophari, diuinæque voluntati cedere, & non parere naturæ, se opponenti. Non voluntas mea humana fiat, sed tua, eō quod tua voluntas non est à mea diuina voluntate sepeparata. Duas enim naturas habens vnus Christus, habuit & naturales voluntates, vel volitiones, diuinam, ac humanam. Voluit itaque humana natura viuere; naturale enim est. Deinde sequens diuinam voluntatem, quæ volebat, ut omnes homines saluarentur, & erat communis patri, & filio, ac spiritui sancto, mortem suscepit: & sic vnum factum est volitum, hoc est, salutaris mors. Quod enim ab humana natura fuerit orate, quæ iuxta permissionem patiebatur communem affectionem, qua amamus vitam, & non à diuinitate, sicut dicunt maledicti Ariani, manifestum est ex hoc, quod sudauit, idque cum tanta anxietate, ut planè hæc fuerit & parcemia, eō quod sanguinei riui ex eo ceciderint. Parcemia enim est in iis, qui valde laborant, ita ut sanguinem sudent: sicut & in iis, qui amare flēt, dicimus quod sanguinē fleant. Hoc igitur voluit manifestare Euangelista, quod non tenuibus quibusdam indicij, & ostentationis

gratia apparentibus, sed fluentē fortiter sudorem stillauerit, & collegerit secum riuos sanguinis. Hinc igitur manifestum, quod natura illa, quæ sudabat, & in agone erat, humana enim illa fuit, non diuina: quia & humana natura permilla est hæc pati, & sic passa est. Sed simul interim ostendit, quod non phantasticus fuerit homo. Interim & magis mysticum quiddam docet, quod & communem humanæ naturæ formidinem sanet, quia in seipsum illam sumpsit, diuinæque voluntati fecit obedientem. Quippe quod egrediebantur è corpore sudores, & decidebant, videtur significare, quod exurat, & absterget, & à nobis cadere faciat fontes formidinis, natura nostra in Christo. Dico igitur, quod quia humanam nostram formidinem curare voluit: si valde timidus, & ignauus fuisset, non vtique sic sudasset. Visus est autem ei angelus confortans eum, idque ad nostram consolationem, ut orationis virtutem discamus, eō quod conforter. Quumque didicerimus, eam in grauib periculis præmittamus. Interea etiam implentur ea, quæ dicta à Mose in magno cantico; Et confortent eum omnes filij Dei. Nonnulli autem sic dictum explicarunt curiosius, quia apparuit ei angelus glorificans eum, & dicens: Tu es, domine, fortitudo, tu enim præualuisti contra mortem, & contra infernum, & liberaisti genus humanum. Et hæc quidem sic se habent. Ipse autem, quum inueniret discipulos dormientes, exprobrat simul, & adhortatur, ut orent in tentationibus, ne forte ab illis vincantur. Hoc enim significat non intrare in tentationem, hoc est, non absorberi à tentatione, neque in illius potestate fieri. Vel etiam simpliciter iubet nos orare, ut nostra sint serena, & ne in difficultatem quandam incidamus. Dæmoniacum enim est, & arrogantiæ plenum, in pericula semetipsium iniicere. Quomodo igitur dicit Iacobus, Omne gaudium existimate, fratres, quum incidieritis in tentationes. Et quid hoc? Non enim nos contraria dicimus: Ecce enim & Iacobus nō dixit, Iniicite vos ipsos, sed, quum incidieritis, ne collabamini, & omne gaudium existimetis: & quod non erat volitum, facite volitum. Melius quidem fuerat, si non venissent, veram, quum venerint, quæ vilitas fuerit, inuili mœrore confici? Ostende igitur mihi, vbi expresse præcipiatur orandum, ut cadas in tentationem? Verum non poteris. Cæterum scio duplex genus esse tentationum, & quod quidam intelligunt, ne ingrediamur in tentationem, hoc est, in eam, qua anima nostra vincitur, scilicet in tentationem libidinis, vel iræ, Omne autem gaudium existimandum, quum in corporalem afflictionem, & tērationem incidimus. Quanto enim externus homo corrumpitur, tanto & internus renouatur. Scio quidem hæc, sed veriora arbitror, quæ præfenti scopo viciniora sunt. *Adhuc autem eo loquente, ecce turba, &c.* Osculum Iudas dedit, quod iis, qui inuadebant, signum esset, at non à longe monstrauit, ut nō deciperentur nocte: quia & cum facibus, & lucernis aduenerant, ne latere possit Iesus. Quid igitur dominus? Accedit ad hostile illud osculum, fulmina autem tam dolosum, & ingratum subito extinguere neglexerunt, docente nos saluatore per illa patientiam. Reprehendit autem solum Iudam; *Osculo prodis? Non erubescis hoc proditoris signum? Misces amplexui inimici opus proditione? Sed & quem*

Deo. 1.

Deo. 2.

Deo. 3.

Deo. 4.

Deo. 5.

produs: *Filium hominis*, hoc est, mansuetum, lenem, morigerum, propter re factum hominem, quum Deus sit. Hæc dicebat, vsque sub extremam horam fouens illum: & idcirco non prosecutus est conuictis, neque dixit, O inhumane, & ingrattissime, sed, *Iuda*, proprio eum nomine compellans, neque grauius simul arguisset, nisi & hoc ei cessisset in melius, siquidem voluisset. Etenim, ne putaret esse occultum, sed notum domino, & vel tunc ante omnia scientem procrumberet, & pœniteret, hoc fecit, & visus est eum confundere. Et sciebat quidem illum inemendabilem, faciebat tamen interim quod suum, quemadmodum & pater eius in veteri faciebat, sciēs enim Iudeos nō audituros, mitebat prophetas. Interea & nos idē docet, ut ne correcturi lapsos, multum affligamus. Porro discipuli zelo flagrantes, etiam gladios eximunt. Vnde etiam illos habebat: Agnum immolant, & à mensa exierant. Ar arguitur Petrus, qui præter scopum domini zelo vrebatur. Alij etenim interrogant, num percutiemus? Ipse autem non expectat præceptum, ita semper feruebat pro magistro. Percutit autem seruum pontificis, & amputat aurem eius dextram. Neque hoc fortuitò contigit, sed signum hoc erat, pontifices, qui tunc erant, omnes futuros seruos, & perdituros auriculam dextram. Etenim, si Moyses audiuisset, dominum gloriæ nunquam crucifixissent. Verum Iesus auriculam restituit. Decet enim virtutem verbi sanare inobedientes, & apponere eis auriculam, ut audiant. Iesus itaque manifestum miraculum facit, & auriculam sanās, miraculo patientiam suam ostendens, & per miraculum inducens eos, ut ab insania abstant. Dicit autem ad principes sacerdotum, & ad magistratus templi, qui *scitis nō estis*, & ædiles dicebantur: qui constituti erāt ad exquirenda ea, quæ ad templi vsum exigebantur, vel qui præfecti erant ædificio, & constructioni templi. Ad hos igitur dicit; *Quotidie vobiscum docebam in templo, & nolistis me comprehendere, & nunc quasi latrones inuaditis: sed re vera noctis attentatis opera, & poteitas vestra tenebrarum est: atque idcirco hanc horam obseruatis, quæ conuenit vobis, & operi, quia me inuaditis. *Comprehensum autem eum duxerunt, & in duxerunt in domum principis sacerdotum, &c.* Infirmus fuit Petrus iuxta prædictionem, & negauit dominum non semel, sed ter, & cum iuramento fecit negationem. Dicit enim Mattheus, quod cepit detestari, & iurare, quod nesciebat hominem. In tantum malum, metu correptus, & parum à domino derelictus propter temeritatem peruenit, ut doceatur, quod ad danam aliis veniam & ipse facili sit. Pertinacior enim erat: & nisi sic fuisset correptus, aliis veniam non dedisset, manens in sua morositate. Porro nunc vsque adeo metu confusus est, ut ruinam non sensisset, nisi dominus respexisset eum. O bonitatem! Etiam, quum negaretur, non neglexit discipuli salutem. Merito enim & negatio ista propter salutem hominum non nihil eum affligebat. Itaque negauit quidem primum discipulus: deinde gallus cecinit: & iterum negauit, vsque dum tertio negasset, & tunc secundo iterum cecinit. Sic enim Marcus scripsit manifestus, & euidentius, quasi à Petro edoctus, illius enim discipulus erat. Proinde dictum à Marco, Lucas per transcursum dixit, non exactiori sermone: nec est contrarium ei, quod di-*

cit Lucas, quod à Marco dictum. Nam gallus sollet & bis, & ter canere singulis motibus. Quippe vsque adeo Petrus ab humana infirmitate grauatatus est, ut neque galli cantum sentiret, sed postquam gallus cecinit, iterum, atque iterum negauit, donec Iesus benignè suo vultu ipsum recordari faceret sui dicti. *Et egressus foras, fleuit amare.* Nam & egressus est, quum primum negasset, ut Marcus inquit. Deinde probabile illū iterum ingressum, ne daret suspensionem, quod familiaris esset Iesu. Et iterum, quum recordatus esset, exit, & flet amarè, ut ne videretur ab iis, qui in atrio erant, exit occultans se ab illis. Quidam autem nescio quàm stultam pro Petro defensionem fingunt, dicentes audacter, quod non negauerit Petrus, sed dixerit, Nescio hominem, hoc est, nescio purum hominem, sed Deum hominem factum. Horum autem insipiens argumentum aliis relinquamus. Mendacem enim faciunt dominum, & aduersantur contextui Euangelij, nullōque modo facere poterunt, ut cohæreat consequentia narrationis, sed & Petrus quare fleuit, si non negauit? *Et viri qui tenebant Iesum, illudcabant ei, &c.* Conuictiores quidam intemperantes fuere, qui hæc Iesu inferebant. Oportebat enim interim & diabolū nullā malitiæ speciei relinquere, sed omnia effundere, ut in omnibus natura nostra inuēta sancta, vinceret, ac turbaret eū. Etenim quia propter hoc naturam nostram suscepit dominus, ut roboraret eā contra omnes diaboli artes, & ostendat, quod, si ab initio sobrius fuisset Adam, neutiquam esset victus: ideo omnes species diabolicæ malitiæ quæ in eum fundebantur, sustinebat, ut nos qui sequimur eum, cōfidamus, quod in Christo natura nostra vicerit, & ne formidemus ad vllum opprobriū vel triste. Idcirco & percussus, & illuditur: prophetarumque ipse dominus, quasi pseudopropheta irridetur. Nam, *vaticinare nobis, quis est, qui te percussit*, eō tendit, ut illum subannarent, & diceret impostorem, qui seipsum prophetam fecisset. Et, ut factus est dies (nocte enim ab ebris ministris illusus, & blasphematus est) seniores, & dignitate præstantiores interrogant eum, num ipse sit Christus. At ipse cogitationes eorum sciens, & quod operibus non credidissent ad persuadendum efficacioribus, & quomodo ergo verbis suis crederent: inquit; *Si dixerō vobis, non creditis.* Si enim crederetis verbis meis, quid opus erat concilio? Sin interrogauerō, nō me absoluetis. Sēpius enim antea interrogati siluerunt, ut de baptisate Ioannis, & de hoc dicto propheta; Dixit dominus domino meo: & de muliere incuruata. Vbi igitur, me audito, credidistis? Quando autem interrogati nō siluistis? Propterea hoc dico, quod ex hoc tempore non est tempus sermonum, & doctrinæ de hoc, quis sim. Si enim voluissetis, cognitus essem vobis ex signis, & miraculis. Iudicij autem tempus est ex hoc tempore. Videbitis igitur filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei. At illi, his auditis, maiori rabie cōcitati, perinde ac insani interrogant, *Tu igitur es filius Dei?* Verum ipse medio quodammodo, & ironice respondet, *vos hoc dicitis, quod ego sim.* Etenim despiciebat insaniam eorum, & ambiguit eis loquebatur. Hinc autem manifestum, quod inobedientes nullam vtilitatem percipiunt, quum eis reuelantur mysteria, sed maiorem condemnationem accipiunt. Ideo illis occultanda sunt: nam hoc maior

Notat expositionē 5. Am brosi.

Marci. 11. Matt. 21.

Luc. 13.

ioris est misericordie. *Et surgens uniuersa multitudo eorum duxit illum ad Pilatum, &c.* Manifeste veritati aduersantur. Vbi enim prohibuit Iesus tributa dari, qui vt debita potius reddi precepit, sic dicens: Reddite Cæsari, quæ Cæsaris sunt? Quomodo autem commouet turbam? nunquid vt regna inuadens? Sed incredibile hoc omnibus: nam, quum agnouisset, quod populus vellet ipsum regem facere, secessit: vnde & Pilatus deprehendens illorum sycophantiam, fatetur: *Nullam inuenio noxam in homine hoc.* Videtur autem mihi ista interrogatio, quam facit erga Christum, ridere calumniam. Sublannat enim regem, dicens: *Tu es rex Iudæorum?* Quasi sic dicat, Tu, qui tam pauper, tam vilis, tam destitutus auxilio, tam nudus es, accusaris regnum ambire? Hoc autem deridentium est (vt diximus) ita accusare Iesum fingendo talem rem attentari ab homine tam nudo, atque vili, ad quam tot diuitiis, atque præditiis opus est. Verum hi, quum nihil aliud haberent ad sycophantiam confirmandam, clamoris vtuntur auxilio, & clamauerunt contra Deum verbum. Commouet enim, inquit, hoc est, seditiosum facit populum: & non in vna parte, sed à Galilæa incæpit, & peruenit huc vsque, per mediam Galilæam transiens. Non simpliciter autem mihi videntur meminisse Galilææ, sed in terrorem Pilati. Nam Galilæi semper seditiosi, rerumque nouatores fuere, qualis erat & Iudas Galilæus, cuius recordari faciunt Pilatum, quasi ita dicentes, Cogita, præses, Iudam Galilæum, qui multum negocij fecit Romanis, facta non parua seditione populi, talis & hic est, quem oportet à medio tollere. *Pilatus autem audita mentione Galilææ, &c.* Romanorum legem sequens Pilatus, mittit dominum ad Herodem. Illa enim cauet, vt vnusquisque à principe suæ regionis iudicetur. ideo & tãquam Galilæum Iesum mittit principi Galilææ. Herodes autem gaudebat, non vt animæ suæ vtile quid lucraretur ex spectaculo Iesu: sed, quia audierat de eo, quod sapiens esset, & mira operaretur, habuit stultum desiderium, laborans curiositate morbo etiam ipse, vt videret alienum hominem, & audiret quid ille diceret. An non etiam hodie multi morbo illo laborant? Desiderabat enim & ipse signum quoddam videre à Iesu, non vt crederet, sed vt oculis oblectaret: sicut in spectaculis videmus præstigiatores apparere, qui deuorent serpentes, & gladios, ac similia. Talem enim ferme Iesum esse putabat. Et interrogabat eum sermonibus multis, & illudentis more tractabat, totumque sublannabat. ideo & Iesus nihil respondit. Sciuit enim, quando respondentum, omniãque ratione fecit, & testimonium accepit à David, quod dispenseret sermones suos in iudicio. Quid enim respondendum illi, qui non interrogat vt discat? Quid item margaritæ mittendæ ante porcos? Immo maioris, quemadmodum supra diximus, misericordie est tacere inter tales. Sermo enim dictus cui nihil prodest, adhuc maioris condemnationis causa est ei, si non attendat. Pilato sanè respondit, quoniam aliquanto prudentior erat Herode, etiam si non admodum sapiens. Quum autem interrogasset ille, *Tu es rex Iudæorum?* quid dicit dominus? *Tu dicis.* Hoc autem medium quodammodo sensum habet. Potest enim intelligi: Vere ego sum, tu dixisti id, quod est, & intelligi potest, ego non sum, tu autè dicis.

Matth. 22. Synops. 20. Ioan. 6.

Act. 5.

Psal. 111.

Herodi autem profus nihil respondit, quando quidè illud erat. Et verè seminimale, huius iniquis, iis, qui tunc erant (inquã) Iudæis etiã exactores erant, opprimentes eos, & illusores dominabantur eis. Nam irrisoria mète, & ridicula intentione Iesum videre concupiscebat, & signum ab eo spectare. Et hoc animo interrogauit eum, atque hoc tandem indicauit, illum contemptum, & irrisum dimittens: & non ipse solum, sed etiam omnis exercitus eius: qui præter cætera conuitia induit eum veste candida, remisitque ad Pilatum. Tu autem vide, quomodo per omnia, quæ facit, diabolus est impedito. Excitat enim opprobria, & conuitia contra Christum, & inde veritas magis declaratur. Nam hisce irrisionibus manifestius testantur, quod dominus non fuerit seditiosus, vel rebellis. Si enim talis fuisset, neuiquam hisce ludibriis illuissent, excitato tanto periculo, & seditione totius gentis, præsertim tam suspicacis, & tantum nouitate rerum gaudentis. Facti sunt autem amici Pilatus, & Herodes. Herodi enim argumentum amicitie fuit, & initium, quod à Pilato ad se missus esset, quasi Pilatus non videret sibi aliqua priuilegia Herodis. Veruntamen vide, quam discrepantia cõgreget diabolus, solum vt Christo mortem præparet. In vnam enim conspirationem copulat, & conciliat inimicos. Non confundimur igitur nos, siquidè ille inimicos pacificat, vt Christum occidat, nos propter salutem nostram neque amicos seruamus in officio: Postquam autè missus est Pilato (vide quomodo iterum resurgat veritas.) *Obtristatus mihi* (inquit Pilatus) *hominem hunc vt subuertentem populum, & nihil morte dignum in eo inuenio: sed neque Herodes.* Vides duorum hominum, quorum alter præses, alter rex, testimonium omnino verum. Neque ego, inquit, neque rex Herodes inuenimus vllam causam in eo. Quid dicent ad hæc Iudæi? Iudices ipsi testantur, quod culpa careat homo, & vos accusantes nullum adducitis testimonium. Quibus credendum? Papæ, quomodo vincit veritas? Tacet Iesus, & testificantur pro eo inimici. Clamant Iudæi, & nemo ad stipulatur eorum clamoribus. Mollior autem erat Pilatus, & nimis pro veritate constans. Timebat enim calumniam, ne accusaretur, quod rebellem absoluisset. Non enim didicit: Terrorem vestrum ne timeamus, sed dominus ipse erit timor. *Casigatum*, inquit, *dimittam*, hoc est, emendatum per flagella. Necessè autem habebant Romani per diem festum vnum dimittere Iudæis. Tale enim sædus cum Iudæis iniierant, vt liberum permitterent eis iuxta legitimum, & cõsuetam suam vinere. Et mos patrius erat Iudæis, à principe iudicatos petere, sicut & à Saul petiuerunt Ionathan. Quod si historiam ignoras, vade ad primum librum Regum, & eam inuenies. Clamauerunt autè, inquit, omnes dicentes, Tolle hunc. Quid hoc peius? Gens sancta rabie furit, & gentilis Pilatus eadem auersatur. Et quæ sussum, cum iis, quæ deorsum, miscentur. *Tolle hunc*, dicit, *dimitte autem nobis Barrabam: qui quum seditiosus esset, & homicida, missus erat in carcerem.* En tertio absoluit Pilatus, & tertio illi contra Christum clamant, vt omnino tertia illa clamatio eadem suam perficiant, sanctumque, ac iustum negent: sicut dicit beatus Petrus, Petiuerunt autem virum homicidam dari sibi: diligebant enim similem: proinde partis illius erunt. *Quum enim & ipsi*

1. Ep.

Ep. 1.

1. Reg. 4.

A. 2.

ipfi contra Romanos insurrexerint, innumerabili-um cædium, sueque perditionis authores erunt. Hæc autem per Hieremiam prædicit dominus; Dereliqui domum meam, reliqui hereditatem meam. Dediti hereditatem meam in manus inimicorum: facta est hereditas mea mihi sicut leo in sylua: dedit super me vocem suam: propterea odi eam. Et iterum Oseas; Væ eis, quia resiliuerunt à me: perniciosi sunt, quia impiè egerunt in me. Ego autem redemi eos, ipsi verò loquuti sunt contra me mendacia: & cadent in ore gladij principes eorum, propter insipientiam linguæ eorum. Ducitur enim Iesus, & primum quidem imposuerunt ei crucem, & baiulans exiuit. Nemo enim alius eam suscipere volebat, quia habebat vt maledictum lignum. Deinde, inuenio quodam Simone Cyrenæo, imposuerunt vi quadam ei illam, quam auersabantur alij. Insinuat non parua admonitio hoc loco. Crux enim est mortificatio affectionum, ita vt moueri nequeant, & operari nequit. Vnde doctor secundum Christum debet prior ipse crucem tollere, & clausi consingere carnes suas, vt fulgeat timore Dei, & careat affectionibus: deinde eam etiam auditoribus imponere. Simon enim obedientia interpretatur. Impletur autem & hoc loco Esaiæ dictum. Cuius principatus super humeros eius. Principatus enim domini, & regis, crux est. Dicit enim Paulus; Humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis: ideo & Deus exaltauit illum, &c. At igitur, quia crux fuit sublimitas, & gloria Iesu, merito principatus eius dicitur, quia principalis eius dignitas, & symbolum principatus est. Et, si bene animaduertentis, inuenies non aliter regnare in nobis Iesum nisi per afflictionem; atque ita, qui in deliciis viuunt, inimici sunt Christi. Ille autem potest fieri subditus Christi, & tollere crucem suam, qui virtutis operarius est, qui venit à villa relinquens mundum, & ea, quæ sunt in mundo, & ad Hierusalem illam supernam, & liberam tendit. Porro quod Christum multitudo populi virotum, & mulierum sequitur, insinuat, quod magna multitudo Iudæorum etiam post crucem crederet in Christum (hoc enim est sequi) & mulieres multæ, lege Acta apostolorum, & videbis innumera millia credentium. Quid autem si lugere, & plorare mulieres, moralem sensum secum afferat? Est enim mulier anima infirma, quæ, si conuentionem cordis suscipiat, per penitentiam lugeat, & plorat, re vera sequens Iesum, qui crucifigitur, & affligitur propter nostram salutem. *Conuersus autem ad illas Iesus dixit, Filia Hierusalem, &c.* Mulieres quidem hominum genus est facile lachrymans, & plorans, quasi graue quiddam accidisset domino, plorant, compassionem præ se ferentes magnam, & iniustitiam lamentantes. At ille non approbat, sed magis increpat illas. Voluntariò enim patiebatur. Non decet autem lamentari eum, qui sponte, & pro salute omnium patitur, sed congruum est, vt ille magis laudibus efferatur, & celebretur, per crucem enim & mors destructa est, & infernus captiuis est. Lamenta enim iis, qui sponte patiuntur, nullam consolationem afferunt. Proinde dominus illas, quæ ipsum lugebant, increpat. Admonet autem, vt ad futura mala respiciant, & propter illam plorent, quando mulieres cocturæ sunt filios suos propter immise-

ricordiam: & venter, qui portauit, ille iterum miserabiliter fructum suum recipiet. Si enim in metalia fecerunt Romani, in me ligno humido, feraci, & semper virenti, & semper vitali propter deitatem, & per doctrinas fructuum meorum ferentem omnes: in vobis populo inquam arido, ligno sterili ab omni viuifica iustitia, & nulli fructum afferente, quid non facient? Si enim quandam vitalem operationem boni haberetis, fortassis digni essetis, quibus quodammodo parceretur: nunc autem quasi lignum aridum in combustionem, & corruptionem eritis. *Ducebantur autem & alij duo facinorosi cum eo, vt interficerentur, &c.* Diabolus volens dominum magna infamia aspergere, facit crucifigi cum eo & latrones: sed vide quomodo & vno priuatus sit, & hoc ad maiorem gloriam domini cesserit. Nam aliorum cruces nemo requirit, totus autem mundus à cruce ista pendet, & manifeste hic ostenditur dominum non esse iniquum sicut latrones, sed omnis iustitia principem. Ducunt autem eum ad locum Cranij, vbi dicunt primum parentem nostrum sepultum esse: vt, vbi per lignum casus, illic & per lignum resurrectionis. Iesus vero eximiam mansuetudinem declarans, pro illis precatur: *Pater, remitte eis*, dicens, *nesciunt enim quid faciunt*. Et vtique dimissum fuisset eis peccatum, nisi deinceps in incredulitate mansissent. Diuiserunt vero vestimenta eius. Cuius gratia? Forsitan & multi ipsis indigebant, fortassis hæc ad maiorem contumeliam per lasciuiam fecerunt. Quid enim preciosum videbant in his vestibus? Videntes igitur, & contumelia afficientes, talia fecerunt. Vbi enim & principes subannabant, quid non de reliquo vulgo cogitandum? *Alios seruauit, seruet seipsum, si hic est ille Christus, ille Dei electus.* Hoc dicebat per illos diabolus. Sicut enim in pinna templi, ita & hoc loco dicit, inuidens saluti nostræ per crucem, quam volens interire, omnes mouebat machinas. Acutum vero offerebant milites, quasi regi quodammodo ministrantes vt biberet. Vide autè & aliam machinam diaboli, quæ in ipsum vertitur. Qui enim tribus literarum characteribus rebellionem Iesu inuulgat quodammodo, vt neminem prætereuntiam lateret, quasi propter hoc suspensus esset, quod regè se fecisset: hoc iam, etiam si non è mente scribentis, symbolum factum est, quod potentissimi gentium, quales Romani & sapientissimi, quales Græci: & religiosissimi, quales Hebræi, Christi regno subiciendi essent, & ipsum prædicare debeant. De hoc autem plura, & sublimiora in euangelio Ioannis dicemus. *Vnus autem de his, qui pendebant facinorosorum, conuicta dicebat in eum, &c.* Quomodo igitur alij euangelistæ duos latrones dicunt conuicta in eum iecisse? Verisimile autem est, quod primum quidem duo eum conuicti sint, deinde vnus eorum cordatior agnosces bonitatem Iesu ex voce, quam fecit pro crucifigentibus, Pater, dicens, remitte eis. Non enim dixit, Domine, oro dimitte eis, sed simpliciter sic, & magna potestate, remitte eis, quæ vox non solum omni misericordia plena est, sed & magnâ authoritatem præ se fert. Ex hac igitur voce vt agnouit prior blasphemus Iesum verum regem; confutat & alterum latronem, & ad Iesum dicit: *Memento mei in regno tuo.* Quid igitur dominus? *Hodie mecum eris in paradiso.* Sicut homo in cruce, vt Deus autem vbique, & illic, & in paradiso im-

Matth. 4.

Cap. 19.

Hebr. 11. plens omnia, & nusquam abfens. Quærun t autem quidam, quomodo, dicente domino latroni, *Hodie mecum eris in paradiso;* Paulus dixit, quod nullus sanctorum receperit promissionem. Et quidam dicunt, quod Apostolus non de omnibus sanctis afferat, quod non receperint re promissionem, sed de iis, quos ipse solum enumeravit. Enumeravit autem alios quidem multos, latronis autem non meminit. Audi enim quid dicat, hi omnes, demonstrando eos, quos sermo enumerat, quibus latro connumeratus non est. Alij autem dixerunt, quod latro nondum fortitus sit in paradiso connumeratum; sed quia invariabilis sit, & mentiri nequeat domini promissio, ideo dictum esse, *Hodie mecum eris in paradiso.* Est enim & hæc species phrasos in verbis dominicis, ut de futuris loquatur tanquam de iis, quæ iam fiunt: ut quum dicit, *Qui non credit, iam iudicatus est, &c.* Qui sermones meos audit, & credit, in iudicium non venit: sed transiit de morte in vitam. Alij autem non torquent verbum, punctum facientes post, *hodie,* ut sit is sensus dicti, Amen dico tibi hodie: deinde, mecum eris in regno, adicientes. Quidam vero, qui maxime sensum assequi visi sunt, sic exponunt; Repromissa nobis bona non sunt ingressus in paradysum, vel ascensus, sed regnum cælorum: unde & oramus, Veniat regnum tuum, non conversatio illa in paradiso. neque enim mihi videtur idem paradysus, & regnum. Bona enim regni neque auris audivit, neque oculus vidit, neque in cor hominis ascendit. Paradysum autem & oculus Adæ vidit, & auris audivit de eis. De omnibus enim lignis, inquit, quæ sunt in paradiso, edens comedere. nam, licet vnum tantum lignum interdictum sit eis, tamen & ipsum viderunt, & de ipso audierunt. Lætabatur enim in spiritu Adam, alioqui tantam operationem cum læticia in agricultura non obiisset. Atque ideo non est cõtrarium, quod Paulus dicit. Latro itaque paradysum fortitus est, non autem assequutus est regnum: assequetur autem, quando etiam omnes, quos Paulus enumeravit; nunc autem hoc tempore paradysum habet, qui est pars spiritualis quietis. Deque his multa loquuntur. Dicendum autem est idem esse regnum cælorum, & paradysum. Nihil prohibet ergo & dominum vera dicere, & Paulum. Nam latro quidem est in paradiso, hoc est regno, & non solus ipse, sed etiam omnes, quos enumerat Paulus. Alioqui non frueretur perfecta bonorum participatione. Nam, sicut condemnati in regnis non sunt, sed in custodiis clausi tenentur in deputatis pœnis; qui autem gloriosi, & in regna ingrediuntur, & nunc in eis versantur, deinde, quum venerit tempus distributionis regalium donorum, illa assequuntur: ita & sancti, tamen nondum perfecte bonis fruuntur, iam tamen versantur in locis lucidis, & fragrantibus, & pulchris tebernaculis, etiam si nondum distributionem regionum bonorum assequantur. Ita & latro in paradiso fuit, etiam si nondum perfecte accepit, ut ne absque nobis perfectus sit. Et hoc opinor verissimum omnium, ut ne dicam, quod sanctorum gratiæ in quotidianis miraculorum operationibus, paradysus merito dictus sit: & omnes sancti, quotquot participes facti sunt spiritualium donorum, & ærahonem habent, spiritus in paradiso sunt, etiam si nondum perfecti fuerint, & regnum accepertint, sicut dicit *Hebr. 11.* Paulus in epistola ad Hebræos, etiam si nondum

Joan. 3. & 5.

Math. 6. Eja. 64. 1. Cor. 1.

Gen. 1.

Hoc dicitur: Et creavit sensum, quam pascua in concilio Florentino repudiavit.

Sancti post mortem miracula operantur.

promissionem accepertint. Promissionem enim dicendo, integram felicitatem posuit. At illam nondum integram accepertint, & sunt in regno, ac paradiso. Tu autem admittis, quomodo sicut rex quidam trophæa ex victoria referens, spolia opima secum abducit: ita & dominus, quoniam fortior, vas diaboli diripuit, secumque abstulit, & reduxit ad primam hominis patriam, paradysum dico. Etenim Christus non solum sicut Deus in paradiso fuit, sed & secundum quod animam rationalem, & mentalem habuit. Et in paradiso cum mente fuit, in infernum autem descendit cum anima. Cæterum per hoc quod saluat latronem, vas malitiæ, ostendit, quod prius accepit, quia videlo inimico, spolia eius diripuit. *Erat autem hora fere sexta, &c.* Signum quærebant aliquando Iudei videre de cælo. Ecce igitur signum rarum, & tenebræ. Scinditur autem velum templi, ostendente domino, quod non ultra inaccessa erunt sancta sanctorum, sed Romanis tradita prophanebantur. Vel aliter. Ostendit, quod velum, quod diuisit nos à sanctis in cælo, scindatur, hoc est, inimicitie, & peccatum. Hoc enim fuit magni interstitiij, quod nos ab illis, qui ibi erant, distinguebat. Ostendit autem, quod non propter impotentia crucifixus sit. Nam, qui talia fecit, etiam illos potuisset perdere. Quum vero voce magna clamasset, emisit spiritum: potestatem enim habebat animam suam ponere, & iterum accipere eam. Vox item illa centurionis, & alia miracula, fidei fuerunt argumenta. Nō enim sicut communis homo, sed cum magna potestate mortuus est. Et depositi, mortem nominavit, tãquam iterum recepturus animam. Hac autem voce primum libertatem assequuta sunt anime nostre, diabolo posthac nullam in eas habente potestatem, utpote patri commendatas. Ante mortem enim Christi magnum ius fuit diabolo in animas. A quo autem tempore filius non inferno, sed paternis manibus commendavit spiritum, libertatem assequuti sumus ab inferno. Et hoc quod dicit dominus, Quando exaltatus fuero, traham ad me omnes: nunc videtur consummatum. Exaltatus est in cruce, traxit latronem, traxit Centurionem. Percussertunt autem & petra Iudæorum quidam, & crucifixores arguebant, manifeste Iesum iustificantes. Et discipuli quidem fugerunt: mulieres autem, condénatam, & maledictum genus, permanent, ac spectant hec omnia, & iustificatione, ac benedictione illa fruuntur primæ, sicut & resurrectione. Tu autem admirare cæcitatem Iudæorum, quod dicunt; *Descendat de cruce, & credemus in eum:* quum, visis maioribus, non credant. Non enim idem est, descendisse de cruce, & obtenebrari solem, petras rumpi, terræ motum horribilem fieri, mortuos resurgere, velum scindi, & in summa creaturam alterati? Unde nō est, quod quis dubitet, quare non descenderit. satis enim habebat certum, quod licet etiam hoc fecisset, neque tunc credidissent, & nihil aliud sequutum fuisset, quàm abreuiatam salutem per crucem. Crux enim inter omnia, maxima gloria Christi est. Igitur, qui fecit maiora, quum non crederent illi duo præcipua operatus est: & magnum crucis trophæum vsque ad finem sustinuit, & illos declaravit ingratos esse per omnia, & nihil boni habere, sed in crudelitate fermentatos, & perditos. *Et ecce vir nomine Ioseph de cæno, &c.* Ioseph tamen primo latuerit, reman-

men laude dignam nunc facit, quamvis consiliarius esset ac diues, & audeat petere corpus hominis crucifixi quasi perdullis, & seditioſi, nullumque periculum suspicatur, licet periculum esset diuitiarum: sed & petit, & honorifice sepelit, & in monumento excavo vbi nullus alius iacuerat, ut ne dicant scyphophantæ, quod aliud corpus surrexit.

EVTHYMII ZIGABONI
(superioris Ewang. expositio.)

Appropinquavit autem dies festus azymorum, qui dicebatur pascha. Festum azymorum etiam dicebatur ipsum paschæ festum, quia in pascha tenebris agni, & azymis vescebantur: quum itaque tunc primum azyma gustarent, ipsum pascha nominabant etiam azyma. Aliud tamen proprie festum erat azymorum die sequenti post paschæ festum. *Et quærebant summi sacerdotes, &c.* Quærebant quomodo occiderent eum occulte, aut nata bona occasione scilicet: timebant enim populum, si palam, aut nulla data occasione, illum occiderent. *Intrauit autem satanas in Iudam, &c.* Ioannes vero dicit, quod post offulum tunc introiit in illum satanas. Non est autem in hoc contradictio. Primum siquidem experientia probabat satanas, ac miserum explorabat: postmodum vero, agnito, quod repudiatus esset, & incorrigibilis, ausus est in eum ingredi, non tamen quod insaniam eum faceret, aut agitare, sed quod illi dominaretur, & tanquam seruo videretur. Iscarioten hunc dixit ad discipulum alterius Iudæ. Addidit etiam, quod de numero duodecim erat, ut ostenderet, quod de primo erat discipulorum choro. *Et abiit, ac locutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus, &c.* Magistratibus, qui templum custodiebant. Nam & hi pecuniis persuasi, cum homicidis coniuerant. Traderet autem, hoc est traditurus esset. *Et quasi sunt, ac pacati sunt se argentum ei daturus.* Sicut petebat. *Et ille spondit.* Hoc in loco *ἐξουδοχόνει*, idem est, quod pactus est, firmiter, & ex animo promisit. *Ac opportunitatem quærebat, ut traderet eum illis sine turba.* Sine tumultu. *Venit autem dies azymorum, in quo oportebat occidi pascha.* Verbum *Venit*, significat hic instabat. Dixit autem, Venit, propter magnam propinquitatem. Aliud enim est quod superius dixit *ἤσθισεν* appropinquavit, & aliud *ἐπιπέσει* imminebat, quod hic significatur per verbum *ἔλθε* Veni. Si quidem propinquius est *ἐπιπέσει* quàm *ἤσθισεν*. Ideo vbi posuit *ἤσθισεν*, erat ante duos dies paschæ. Nam ante duos dies loquutus est Iudas cum principibus sacerdotum, & magistratibus: vbi autem significatur *ἐπιπέσει*, est ante vnum diem. Nam ante vnum diem misit Petrum, & Ioannem ad parandum pascha, sicut apud Mattheum, & Marcum didicimus. *Epentes parate nobis pascha, ut edamus.* Secundum legem. *At illi dixerunt ei; Vbi vis paremus?* Neque enim ipse proprium habebat diuersorium, neque illi: utpote omnibus iam derelictis. *Desideravi hoc pascha comedere vobiscum, antequam patiar.* Festinatione festinavi hoc anno pascha comedere vobiscum, antequam crucifiger, siue ante tempus paschæ: nam in eo crucifigendus erat. *Et accepto poculo quum gratias egisset, &c.* Hinc incepta est mystica cœna.

Hoc ipsum poculum novum testamentum est in meo sanguine, quod pro vobis effunditur. Quod dicitur; *Quod pro vobis effunditur*, ad poculum referendum est: porro poculum est sanguis eius. *Et filius quidem hominis secundum quod definitum est vadit.* Mattheus sic habet; Filius quidem hominis abit, sicut scriptum est de ipso, &c. *Et ipsi caperunt conquirere inter se quis hoc facturus esset.* Mattheus quidem, & Marcus ante panis, ac poculi diuisionem aiunt ipsos de hoc dubitasse: Lucas vero, & Ioannes post diuisionem. Manifestum est ergo quod & ante, & postea factum sit. *Facta est autem contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior.* Etiam alibi de huiusmodi re curiosè inquisierant, sicut manifestius scriptum Mattheus: sed tunc quidem de hoc erat, quis maior esset in regno cælorum: hic autem alia de causa contentio, siue inquisitio inter eos incidit: iam enim certiores facti de morte magistri, inquirebant quis eorum videretur esse maior, ut cæterorum fieret magister. *Reges gentium dominantur eis.* Docet sane, quod is, qui præponendus esset, non debet dominari tanquam dominus, nam id reges terræ faciunt inflati principatu, & elati propter eos, quibus dominantur. *Et qui potestatem habent super eas, benefici vocantur.* Tanquam iudicati maiores, aut etiam tanquam gloriæ cupidi. *Vos autem non ita, sed qui maior est inter vos, fiat sicut iunior, &c.* Fiant hæc quantum ad animi modestiam. Iuniorum autem dicit postremum. *At ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat.* Seipsum in exemplum sermonis præbet: quum enim ipsi, accumbent, tanquam maiores ab eo habitus: ille ministrabat, quasi postremum seipsum ducens, quum & pedes eorum lauaret. *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum.* *Dispono vobis regnum*, hoc est, promitto. Regnum vero cælestè intelligit, cuius spe roborabat eos etiam ad magnitudinem ac tolerantiam. *Et edatis, ac bibatis super mensam meam.* Mensam videlicet illam regiam, ac cælestem. Possunt autem dici mensa, bona æterna, & ineffabilia, quæ diligentibus Deum præparata sunt, cibis vero, ac potus, est illorum fruitio. *Et sedeat super thronos indicantes duodecim tribus Israel.* Hoc etiã illis promisit apud Mattheum, vbi scriptum est; Iesus autem dixit eis; Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, &c. *Simon, Simon, ecce satanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum.* Illi enim moris est præstantiores expetere ad palæstram, sicut Iob. Cribrare vero, id est, turbare, mouere, concitare. Cribrum siquidem quod frequètius *κρίνοντες* siue *σινιάριον* vocatur, à quibusdam etiam *σινίον* dicitur à quo verbum *σινιάριον* cribro, vel concutio. Nam in cribro triticum transfertur, & concutitur, ac confunditur. Prædicat autem eis de futura tentatione, quando omnes, relicto eo, fugerunt. *Ego vero pro te rogavi, ne deficiat fides tua.* Rogavi, inquit, patrem meum tanquam homo, ne perdas tandem fidem tuam quam in me habes, in tempore negationis. *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Conuersus, post negationem videlicet per sletum amarum: hoc est, in pristinum locum denuo restitutus. Fratres autem eius dicit reliquos Apostolos, aut illos, qui per eos erant credituri. *Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire.* Oportebat, quum hæc ab ipsa veritate audisset, fortitudinem, atque auxilium ab eo peteret: ille præ feruore contradicit potius, *Bibl. Hom. tom. 2. K K k k 3 asse*

Joan. 13.

Math. 20.

Math. 19.

Mat. 14.

asserens, se nihil tale passurum. Dico tibi, Petre, non canet hodie gallus, priusquam ter abneges te nosse me. Hodie, inquit, eo quod instabat vox diei illius. Scribit autem Matthaeus, quod dixit illi Iesus; Dico tibi, Petre, quod in hac nocte priusquam gallus canat, ter me abnegabis. Quando misit vos sine loculis, & pera, num aliquid defuit vobis? Atque illi: Nihil. Atqui tunc de loculis nulla est facta mentio. Verum per aurum, & argentum etiam hoc simul inuenit. Quum enim illa possidere vellent, manifestum quod & hoc prohibuerit; vbi namque non est thesaurus, vti que superfluum est thesauri repositorium. In peram siquidem panem immitteret: in marsupium vero coriaceum, quod quondam vocant, ars, sine obolos reponebant: in loculos autem, aurum, & argentum. Sed nunc, qui habet loculos; tollat similiter & peram. Tunc quidem necessitudo, egestatem eis imposuit, vt ad illam accingerentur; postquam vero hoc actum est, aufert nunc necessitatem, & permittit eis, vt loculos habeant, & peram, quo virtus eorum appareat, qui, nulla cogente necessitate, sectantur inopiam: & primum quidem ipse tenebat illos, non sinens, vt aliquo egerent, propter eorum imbecillitatem: postmodum vero dimisit ipsos, vt sibi ipsis essent auxilio, quasi iam robustiores effectos: nam hoc per loculos, ac peram significatur. Quum ergo prohibuit eos habere loculos, & peram, ac similia, tunc nullo indigerunt. vt eius potentiam, ac gratiam agnoscerent: quando vero permittit, vt illa haberent, tunc & esurierunt, & sitierunt, & nuditatem passi sunt, vt ipsum forum fortitudo, ac tolerantia cognoscatur. Verum quomodo dixit; Qui habet loculos, quum nullus illorum haberet? Capitur itaque Habet, pro habere potest.

† Qui habet loculos, hoc est, scientiam, tollat & peram, tunc sciam vt videlicet virtutum: nam habenti scientiam, necessaria sunt & virtutum diuitiae: qui ergo non habet vtinque, vendat tunicam suam, id est, exponat corpus laboribus virtutum, & emat gladium, hoc est, dimicet aduersus affectiones, & demones.

Et qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Qui non habet, nunc videlicet. Quod autem sequitur; Vendat tunicam suam, & emat gladium, per emphasim dixit, solum ostendens esse tempus vltionis: venientibus, quatum nunquam alias, persecutionibus: non quod gladiis vim propelli vellet; nam Petrum ita vlcisci volentem postmodum prohibuit. Intelligi autem & alio modo potest, vt dictum primum, sit de Iuda, siquidem solus ille loculos habebat, tanquam ab avaritia in seruitutem redactus: inbet itaque vt ipse, qui loculos habet, tollat similiter & peram, hoc est, de seipso curret, quum iam a diuina prouidentia sit abiectus: secundum vero dictum sit de ceteris Apostolis: nam ipsi, qui non habebant, inbet vt vendant tunicam, & emant gladium, id est, tradant corpus, & mortem recipiant. Dico enim vobis, quod adhuc hoc, quod scriptum est, oportet perfici in me, & cum iniquis reputatus est. Quod scriptum est in propheta. Tanquam iniquum enim & facinorosum in medio iniquorum, & facinorosum latronum crucifixerunt illum. Etenim ea, quae sunt de me, finem habent. Quae de me scripta sunt in lege, ac prophetis, iam perficiuntur. Domine, ecce duo gladij hic. Quum non intellexissent, quid sibi volebat hoc verbum; Qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium, ostendunt duos gladios, quibus vsi fue-

runt ad immolationem, ac diuisionem agni, cupientes eius discere intentionem. Satis est. Hinc adhuc magis patet, quod no gladiis vlcisci se volens, iusserat emere gladios: nam, si id voluisset, quomodo nunc dixisset; Satis est: siquidem neque centum gladij sufficerent ad inuentum multitudinem. Itaque, quod dixit, Satis est, ostendit, quod nulla erat gladiorum necessitas. Praecedebat autem eos, sine antecedebar, tanquam ductor. Sed hac est hora vestra. In qua a Deo potestatem in me accepistis. Et potestas tenebrarum. Tenebras vocat hic diabolus: accepit enim & ipse tuae potestatem aduersus eum. Similiter autem & Pilatus, cui dixit; Non haberes vllam potestatem aduersum me, nisi esset tibi datum & superius, veluti scripsit Ioannes; Tunc autem simul omnes vim, ac potestatem acceperant, ipsum afflictionibus, ac morti subiiciendi, vt impleteret dispensatio salutaris incarnationis. Inuita autem illum ancilla quaedam sedentem ad lumen. Quod ab igne resplendebat. Interrogabat ergo eum multis sermonibus. Videlicet cauilatoris, & in modum tentantis. Ipse vero nihil illi respondit. Vtpote tentati, & responione indigni: Sciens etiam eum velle signum videre, non vultatis causa, sed oblectationis: nec tanquam diuinas virtutes, sed velut aperta prodigia: non fecit apud eum signum. Stabant autem summi sacerdotes, & scriba acriter accusantes eum. Simul enim & ipsi ad Herodem remissi erant, sicut in progressu inuenimus. Spreuit autem illum Herodes cum exercitibus suis, &c. Hac omnia forsitan illi fecit tanquam regi ludaeorum. Corruptum ergo ipsum absoluit. Corruptio nem hic vocat medicam flagellationem ad mitigandum, ac deprimendum furorem illorum: vt arbitrati eum superasse, cessarent ab vltiori infaniam: illi ita nihilominus efferebantur, hoc vnu solum pra oculis immobiliter habentes, vt quam citissime occideretur. Neesse autem habebat absolueri eis in festo vnum. Matthaeus vero ait; In festo autem consueuerat Praefes absolueri turba vnum vinculum, quem voluissent, &c. Rursus ergo Pilatus loquutus est ad illos volens absolueri Iesum, &c. Matthaeus & alia quaedam scripsit dicto capite. Iesum vero tradidit voluntati eorum. Voluntas eorum erat vt crucifigeretur. Filia Hierusalem, ne fleueritis super me, sed super vobis ipsis flete, & super filiis vestris. Ne fleueritis propter me, sed propter vos ipsas flete, & propter filios vestros. Quoniam ecce venient dies in quibus dicet, Beata steriles, &c. Dies dicit obsidionis & expugnationis. Hierosolymorum: in quibus beatificabitur ab eis, quae genuerunt illae, quae no pepererunt: vtpote quae no audirent, aur viderent varias filiorum suorum strages. Tunc incipient dicere montibus, &c. Incipient hae dicere Iudaei, non ferentes pericula innumera, ac vehemensissima. Si enim in humido ligno haec faciunt, in arido quid fiet? Si in me, qui vitam habeo diuinam, haec faciunt Romani a Iudaeis instigati: in vobis, qui mortem vobis ex peccato paratis, quid ab illis fiet? Dicebantur autem & alij duo scelerati, &c. Matthaeus alia quoque scripsit: illa lege, & aperte de his etiam inuenies. Iesus autem dicebat; Pater remitte illis. Pro crucifixoribus Iudaeis orans tanquam homo, compassionis formam hominibus demonstrauit, quam erga illos habere oportet, qui ipsos iniuria affecerunt. Dubitauerunt autem quidam, sumpta hinc occasione. Si enim remissum erat eis peccatum, quomodo postmodum Romanis ob illud ad internecionem

quem ad Pilatum dixerat; Regnum meum non est ex hoc mundo. Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. Quomodo, petente latrone sui memoriam in regno saluatoris allequi, ipse aliquid quiddam, quod supra id erat, promissit, conuersationem videlicet in paradiso. Quia latro ignoans, quod esset eius regnum, non ad determinatum aliquid, & cognitum fecerat petitionem, sed solum per huiusmodi petitionem precabatur, vt bonum aliquod consequeretur. Christus vero sciens eius intentionem, promissit, quod illi omnium optatissimum videbatur. Nouerat enim latro paradisum esse doctrina Moysaica: & tunc quidem dedit ei conuersationem in paradiso tanquam arrhabonem regni sui, quod est fructio ineffabilem, ac aeternorum bonorum, quae oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Nondum enim quisquam iustorum accepit promissionem, veluti magus docuit Paulus. Postmodum vero & hoc tradet regnum tempore vniuersalis retributionis. Sed quomodo dixit; Hodie mecum eris in paradiso? quia tanquam Deus, qui replet vniuersa, vbi que simul erat, & in se pulchro, & in inferno, & in paradiso, & in caelo. Pater in manus tuas commendabo spiritum meum: & hic dixit expirauit. Et hoc nobis efficit dominus, ne deinceps iustorum animae descenderent in infernum, sed magis ad Deum ascenderent. Nam per manus Dei intelligimus Deum ipsum. Ait autem & Apostolus; Qui pariuntur secundum Dei voluntatem fidei creatori commendat animas suas. Primum vero ad Deum ascendit anima Iesu: deinde ad inferos descendit, vt animas, quae ibi detinebantur, liberaret. Verum quo pacto dixit Mariae post resurrectionem; Nondum ascendi ad patrem meum? Quia tunc corpore nondum ascenderat.

quem ad Pilatum dixerat; Regnum meum non est ex hoc mundo. Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. Quomodo, petente latrone sui memoriam in regno saluatoris allequi, ipse aliquid quiddam, quod supra id erat, promissit, conuersationem videlicet in paradiso. Quia latro ignoans, quod esset eius regnum, non ad determinatum aliquid, & cognitum fecerat petitionem, sed solum per huiusmodi petitionem precabatur, vt bonum aliquod consequeretur. Christus vero sciens eius intentionem, promissit, quod illi omnium optatissimum videbatur. Nouerat enim latro paradisum esse doctrina Moysaica: & tunc quidem dedit ei conuersationem in paradiso tanquam arrhabonem regni sui, quod est fructio ineffabilem, ac aeternorum bonorum, quae oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Nondum enim quisquam iustorum accepit promissionem, veluti magus docuit Paulus. Postmodum vero & hoc tradet regnum tempore vniuersalis retributionis. Sed quomodo dixit; Hodie mecum eris in paradiso? quia tanquam Deus, qui replet vniuersa, vbi que simul erat, & in se pulchro, & in inferno, & in paradiso, & in caelo. Pater in manus tuas commendabo spiritum meum: & hic dixit expirauit. Et hoc nobis efficit dominus, ne deinceps iustorum animae descenderent in infernum, sed magis ad Deum ascenderent. Nam per manus Dei intelligimus Deum ipsum. Ait autem & Apostolus; Qui pariuntur secundum Dei voluntatem fidei creatori commendat animas suas. Primum vero ad Deum ascendit anima Iesu: deinde ad inferos descendit, vt animas, quae ibi detinebantur, liberaret. Verum quo pacto dixit Mariae post resurrectionem; Nondum ascendi ad patrem meum? Quia tunc corpore nondum ascenderat.



F E R I A V . I N C O E N A D O M I N I . I O A N . 13 .

Nillo tempore, Ante ^a diem festum ^b Paschae sciens Iesus quia venit hora eius vt ^c transeat ex hoc mundo ad patrem, cum ^d dilexisset suos qui erant in mundo, in ^e finem ^f dilexit eos. ^g Et coena facta, cum diabolus iam ^h misisset in ⁱ cor, vt ^k traderet eum Iudas Simonis Scariothis, sciens quia ^l omnia dedit ei pater in manus: & quia a Deo exiuit, & ad Deum vadit, ⁿ surgit a coena, & ponit vestimenta sua. Et cum accepisset ^o linteum, ^p praecinxit se, deinde misit aquam in peluim: & coepit lauare ^q pedes discipulorum, & ^r extergere ^s linteo quo erat praecinctus: ^t Venit ergo ad Simonem

^a Figuralem. ^b Id est, ipse dies Paschae quo transfret per crucem ecce veritas illius figurat. ^c Quo tranfit populus de Aegypto. ^d Pro eis factus homo. ^e Pro eis moriens. ^f Vt eius dilectione ipsi transfrent de mundo. ^g Parata, non sum transacta, quia postea recubuit, & buccellam inde dedit. ^h Spirituali suggestione. ⁱ Iudae. ^k Hoc consentientis iniquitas est. Non credens esse Deum. ^l In vltum mala, in eff. dum bona. Etiam traditorem quo vitur vt vult, & de malo bonum facit. ^m Non nos relinquens. ⁿ Significat quod de caelstibus descendit, & quod seipsum exinanuit, & quod factum serui induit. ^o Carnem mundam. ^p Humilitate. ^q Vestigia euangelistarum. ^r sicut & purgat. ^s Quia tota eius passio nostra est purgatio. ^t Corporis. ^u Non post alios, sed prius ad principem apostolorum ideo expressit quod Deus lauet pedes homini.

monem Petrum: & dicit ei Petrus: ^{v. Deus.} Domine, tu ^{x. Seruo.} mihi lauas pedes: Respondit Iesus, & dixit ei: ^{y. Mysterium huius rei.} Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes ^{z. Id est, nunquam.} in æternum. ^{a. Terrens de periculo salutis.} Respondit ei Iesus: Si non la- ^{b. Te dicit pro solis pedibus.} uero te, ^{c. Terrens hac responsione, totum se offert abluendum turbatus amore & timore.} non habebis partem mecum. Dicit ei Simon ^{d. Affectionis.} Petrus: Domine non tantum ^{e. Opera.} pedes meos, sed & ^{f. Cogitationes.} manus & ^{g. Præter pedes quibus tangit terram.} caput. Dicit ei Iesus: Qui locutus est, non indiget, nisi ut ^{h. Quare hoc dixit, exponit euangelista.} pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. ^{i. Impleta purgatione per sanguinem.} Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. Propterea dixit: non estis mundi omnes. Postquam ergo ^{k. Ad dexteram patris sedens.} lauit pedes eorum, ^{l. Per spiritum missum in linguis docet.} accepit vesti- ^{m. Quia uerum est.} menta sua. Et cum ^{n. Dimisi peccata uestra.} recubuisse, iterum dixit eis: ^{o. Quia Deus.} Scitis quid fecerim uobis? ^{p. Quia ueritas.} Vos uocatis me magister, & domine, & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ^{q. Sicut ego peior, & vos peiora, sicut me humiliat, ita uos humiliamini.} ego laui pedes uestros, ^{r. Manu vel corde.} dominus & magister: & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ^{s. Sicut ego peior, & uos peiora, sicut me humiliat, ita uos humiliamini.} ego feci uobis, ita & uos ^{t. Manu vel corde.} faciatis.

GLOSSA ORDINARIA
in superius Euangelium.



Ante diem festum Pasche dicit quinquagesimum diem, scilicet, diem passionis: quia post immolationem agni quæ tunc fiebat in die Iouis faciebant Iudæi magnum festum, quod hic Pascha uocatur. Pascha apud Græcos æquiuocum est. dicitur enim à *πάσχα*, id est, à passione & à transitu: quod Hebræi phasæ dicunt. Dies ante xiiij. post æquinoctium uernale in quo immolabatur agnus ad uesperam, propriè pascha à transitu dicebatur, dies uero solennitatis sequentes, quorum primus & ultimus maiori cultu habebantur, dies azymorum proprie uocabantur. Vocatur tamen & dies immolationis azyma, & quintadeima pascha. In hac significatione dicit Ioan. *Ante diem festum*. uocando diem solennem pascha. Græci uero diem qua immolatur agnus, dicunt solummodo uocari pascha: & illa die dicunt Christum crucifixum fuisse ad meridiem: Et dicunt eum anticipasse unum diem ante, ut cum discipulis agnum comederet & ad hoc confirmandum hæc uerba sequentia conducunt, id est, noluerit intrare in prætorium, scilicet, Pilati domum, ne contaminarentur, ut comederent, pascha: intelligentes pascha esum agni tantum. Nec erubescunt dicere alios euangelistas mentitos, qui dicunt dominum communiter cum aliis carnes agni comedis. Hinc Ioanem uero illos correxisse dicunt. Sed errant: quia cum omnes eodem spiritu loquutos fuisse constet, si in uno mentirentur, in aliis eis non crederetur. *Ut transit.* Interpretatur nobis euangelista nomen paschæ, id est transitus, & significationem, quia sicut illi de Ægypto, sic Christus de mundo. Sic & nos sanguine agni insigniti, de uitis ad uirtutes, de mundo ad cælum. *In fine.* In finem, id est, in Christum, qui est finis consummans, id est, ut

eius dilectione transiant quo ipse transit. Vel in finem, id est, in mortem, non quod morte terminetur eius dilectio, sed in tantum dilexit quod usque ad mortem dilectio eum perduxit, in quo exemplum dedit ut omnes in Dei ueritate permanerent usque in finem. *Et cæna facta.* Cæna significat passionem. Sicut enim post cænam non sit prandium, sic & Christus postquam semel passus est, non iterum patitur. Surgit à cæna: post passionem ponit uerba: secundum priorem infirmitatem linteo præcinxit se, eadem carne iam immortalia: quæ in peluim, id est, gratiam baptismi lauat pedes & tergit à peccatis in baptismo, accepit uerba, id est, Iudæos in fine seculi, quos prius exæcatos deposuit. *Surgit à cæna.* Ab illa cælesti refectioe, qua cum angelis reficiebatur. deponit uerba, gloriam æternæ beatitudinis. *Et ponit uerba.* Prætermisit altitudinem: suppositurus eius humilitatem, ut perfecte commendetur humilitas huiusmodi cum tam altus sit se humiliauerit, ut & pedes traditoris lauaret. *Deinde mi.* Sanguinem in terrâ fudit, ut uestigia credentium mundaret, quæ terrenis peccatis erant sordida. *Dicit ei Pe.* Pro altitudine promissi mysterij nondum permittit fieri, nondum potest sustinere Deum ad pedes humiliari, pauore perterritus. *Respon.* qui non lauatur per baptismum & confessionem penitentiam, non habet partem cum Iesu. *Di. ei Si.* Error Petri hinc nobis profuit. Errauit enim ne nos erraremus. Errauit, cum se totum lauandum Deo obtulit, quem Deus correxit, ostendens semel baptizatum non esse baptizandum. *Qui lo.* Ex his uerbis intelligimus baptizatos apostolos, & si non legitimus ubi vel quando. *Qui lo.* Baptismo lotus est mundus. Sed quia iterum puluere terrenæ habitationis inquinatur, iterum opus est pedes lauare, quos lauat dominus interpellans pro nobis, & nos ipsi orando. Ille etiam qui in ocio studet ueritati, dum in aliis pulsanti sponso aperite pergit, pedes inquinat.

nat, quia ueritas humiliter auditur, sed sine periculo non potest prædicari, sed hos pedes dominus discipulis lauat. *Et cum recu.* Sicut prius exemplo, sic etiam nunc uerbo instruit eos magister ueritatis. Et quod dicit magna de se non est arrogancia, sed ueritas quæ prodest auditoribus, sicut facit & Paulus. Greg. Incauti sunt humiles, qui se mendacio illaqueant, dum arrogantiam uitant: quia contra ueritatem se erigunt quam relinquunt. Qui enim necessitate cogente uera de se & bona loquitur, tanto magis humilitati iungitur, quanto ueritati lociatur.

CATENA AVREA
in idem Euang.

Ante diem festum Pasche sciens Iesus quia uenit hora eius, &c. Quia dominus transmigrationis erat de presenti seculo: explicat qualem erga suos amicitiam gereret: unde dicitur: *Ante diem festum Pasche, &c.* Bed. Plurimas si quidem festiuitates Iudæi habebant, sed apud eos insignior atque celebrior erat Paschæ festiuitas, propter quod significanter dicit: *Ante diem festum Pasche.* Aug. Pascha non sicut quidam existimant, Græcum nomen est, sed Hebræum: opportunissimè tamen occurrit in hoc nomine quædam congruentia uerarumque linguarum: quia enim pati Græcè *πάσχα* dicitur, ideo Pascha passio putata est, uel hoc nomen à passione sit appellatum, in sua uero lingua, hoc est in Hebræa, Pascha transitus dicitur, propterea quia tunc primum Pascha celebravit populus Dei quando ex Ægypto fugientes, rubrum mare transierunt, nunc ergo figura illa prophetica in ueritate cõpleta est, cum sicut ouis ad immolandum ducitur Christus, cuius sanguine illimitis postibus nostris, id est, cuius signo crucis signatis frontibus nostris à perditione huius seculi, tanquam à captiuitate Ægyptiaca liberamur: & agimus saluberrimum transitum, cum de diabolo transimus ad Christum, & ab isto infatibili seculo, ad eius fundatissimum regnum. Hoc itaque nomen, id est, Pascha uelut interpretans nobis euangelista dicit: *Sciens quia uenit hora eius ut transiret ex hoc mundo ad patrem.* Ecce pascha, ecce transitus. Chry. Non solum autem tunc sciens, sed olim. Transitus autem eius mortem uocat. Relicturus autem discipulos maiorem eis demonstrauit amorem, & hoc est quod dicit: *Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Hoc est nihil dereliquit eorum quæ eum qui ualde amat decens est facere, non autem à principio hoc fecit sed maiora postea adiecit, ut eorum augeat familiaritatem: & multam eis præparet consolationem ad ea quæ superueniura erant: suos autem eos uocat secundum familiaritatis rationem, quia & alios suos dicit secundum conditionis rationem: ut cum dicitur: Sui eum non receperunt, addit autem *qui erant in mundo*, quia sui erant etiam defuncti ut Abraham, Isaac, & Iacob, sed in mundo non erant. Hos ergo suos qui erant in mundo, mansit amans continuè, & tandem perfectam amicitiam circa eos ostendit, & hoc est in finem dilexit eos. Aug. Vel alit. *In finem dilexit eos*, ut & ipsi de hoc mundo ad suam caput dilectionem transirent. quid est enim, *in finem*: nisi in Christum? Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, finis perfi-

ciens, non interficiens. Video autem posse ista uerba quodam humano modo etiam sic accipi, tanquam usque ad mortem Christus dilexerit suos, Sed absit ut dilectionem morte finierit qui non est morte finitus, nisi forte sit ita intelligendum, usque ad mortem dilexit eos, id est, usque ad mortem, illum dilectio ipsa perduxit. Sequitur: *Et cæna facta.* id est, iam peracta, & ad cõuiuantium mensam usumque perducta. Non enim ita debemus intelligere cœnam factam, ueluti iam consumptam atque transactam: adhuc enim cœnabatur cum surrexit & pedes lauit discipulis: nam postea recubuit & buccellam traditori dedit. quod autem ait: *Cum iam diabolus misisset, &c.* Missio ista spiritalis suggestio est, & non fit per aurem, sed per cogitationem: diabolicæ enim suggestiones immittuntur, & humanis cogitationibus immiscetur. Factum ergo iam fuerat in corde Iudæ per immisionem diabolicam, ut traderet discipulus magistrum. Chry. Hoc autem quasi stupens interseruit euangelista, quoniam eum qui iam proderet statuerat, dominus lauit, ostendit etiam proderis multam nequitiam, quoniam neque salutis eum communicatio detinuit: quod maxime consueuit nequitiam detinere. Aug. Locutus autem euangelista de tanta domini humilitate: prius eius celsitudinem uoluit commendare, ad quod pertinet quod dicit: *Sciens quia omnia, &c.* Ergo & ipsum traditorem. Greg. 6. mor. Sciebat enim quod in manu sua ipsos etiam persecutores acceperat ut ipse in se ad usum pietatis intorqueret, quicquid eorum contra se malitia permilla sæuieret. Origen. Omnia enim tradidit ei pater in manus, hoc est in opete eius & potestate. Pater enim meus usque huc (inquit) operatur & ego operor, uel omnia tradidit ei pater in manus, cuncta capientes ut quælibet ei famulentur. Chry. Traditionem enim hic salutem fidelium uocati. Cum autem audieris traditionem: nihil humanum suspiceris: eum enim qui ad patrem ostendit honorem & concordiam. Sicut enim pater ei tradidit ita ipse patri. unde Paulus: Cum tradiderit, inquit, regnum Deo & patri. Aug. Sciens etiã quia à Deo exiit: & ad Deum uadit, hæc Deum cum inde exiret, nec nos deserens cum rediret. Theo. Quia ergo pater omnia ei commisit in manus, id est, salutem ei commisit fidelium, decens reputabatur quæcunque spectant ad salutem illis ostendere. *Sciens etiam quod à Deo exiit & ad Deum uadit*, nullatenus eius gloria minui poterat, dum pedes discipulorum ablueret: neque enim gloriam usurpauit. qui enim dignitatem usurpant, minime condescendunt, ne dissipent quod incongruè sibi diripuerunt. Aug. Cum ergo illi pater omnia dedisset in manus, ille discipulorum non manus, sed pedes lauit: ut cum se sciret à Deo exisse & peregrinè ad Deum, non Dei domini, sed hominis serui impleuit officium. Chry. Hoc autem dignum erat, quod à Deo exiit, & ad Deum uadit: ut uniuersum conculcasset tumorem. unde sequitur: *Surgit à cæna & ponit uerba sua, & cum accepisset linteum præcinxit se, deinde misit aquam in peluim, & cæna facta.* *lin. quo erat præcinxit.* Vide qualiter humilitatem ostendit, non solum in lauando pedes, sed etiam aliter. Nō enim antequam recumberet, sed postquam resederunt omnes, tunc surrexit, deinde non solum lauit, sed uerba sua deponit: linteum præcinxit & peluim implet: & non alij

alij impleri iussit: sed omnia operatur, ostendens quod cum omni studio oportet talia facere. Origen. Mystice autem prandium cibis esse dignoscitur: & ante terminum diei spiritualis qui in vita presentis consideratur, & his qui introducuntur conueniens existit: cœna verò finalis & his qui iam ultra progressi sunt, apponitur. Aliter quoque poterit quis asserere prandium fore intentionem scripturarum antiquarum: cœnam verò recondita in nouo testamento mysteria. Puto autem quod qui vnâ cum Iesu cœnant, & in finali vitæ presentis die secum conuiuantur, egent lauacro quodam, non vtique erga quod primorum (vt ita loquar) corporis & animæ, sed quo ad vltima & postrema quæ terræ necessariò hærent. Dicit autem dominus quod lauari pedes, nam postmodum lauit & finiuit loturam: quia pedes apostolorum fuerunt cõraminati, iuxta illud: Omnes vos scandalizabimini ista nocte in me. Postea autem perfecit eos lauare, purgans eos vt ultra non fœdentur. Aug. Posuit autem vestimenta sua, qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit, præcinxit se linteo, qui formam serui accepit, misit aquam in peluim, vnde lauaret pedes discipulorum, qui in terram sanguinem fudit, quò immunditiam dilueret peccatorum. Linteo autem quo erat præcinctus pedes quos lauerat terfit, qui carne qua erat indutus euangelistarum vestigia confortauit, & linteo quidem vt se præcingeret, posuit vestimenta quæ habebat: vt autem formam serui acciperet, quando semetipsum exinaniuit, non quod habebat deposuit, sed quod non habebat, accepit: crucifigendus sanè suis expoliatus est vestimentis, & mortuus inuolutus est linteis, & tanta eius passio, nostra purgatio est. *Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, &c.* Orig. Sicut medicus plucium ægrotorum intentus curat: ab his qui magis indigent propriam curam incipit, sic & Christus qui fœdos abluuit pedes discipulorum exorditur ab his, qui magis erant fœdi, & sic vltimò venit ad Petrum quasi minus aliis indigentem lotura pedum, vnde dicitur: *Venit er. ad Si. Pe. cui quodammodo ad resistendum penè munda pedum conscientia persuadebat: vnde sequitur: Et dixit ei Petrus, &c.* Aug. Quid est tu? quid est mihi? cogitanda sunt potius quàm dicenda, ne fortè quod ex his verbis aliquatenus quidem dignè concepit anima: non explicet lingua. Chry. Vel si Petrus primus erat, sed credibile est proditorem stultum existentem ante eum recubuisse: quod euangelista significauit, cum dixit: *Capit lauare pedes*, deinde venit ad Petrum. Theo. Ex quo patet quod non primitus lauit Petrum, ex cæteris verò discipulis nullus tentauisset ante Petrum lauare. Chryl. Quereret autem vtique quis quare nullus eum aliorum prohibuit, sed solus Petrus quod nõ parui amoris & verecundiæ erat. Ex hoc igitur mihi videtur prius solū proditorem lauasse, deinde ad Petrum venisse: & alios discipulos per eum de reliquo castigatos. Si enim quenquam ex cæteris lauare cepisset prohibuisset dominum, & dixisset quæ Petrus dixit. Orig. Vel alit. Omnes porrigebat pedes decernentes quod tantus non irrationabiliter eorum lauaret pedes: solus autem Petrus nullam aliam considerationem conferens tanquàm reuerens Iesum: non præbebat pedes suos ad lauandū: sæpe enim scriptura designauit Petrum

seruidum ad insinuandum quæ sibi visa sunt vtiliora & meliora. Aug. Vel aliter. Nõ debemus putare hoc Petrum inter cæteros formidasse atque recusasse, cum & id alij ante ipsum libenter vel æquanimiter fieri permisissent, non enim ita intelligendum est quasi aliquibus iam lauasset: & post eos venisset ad primum. Quis enim nesciat primum apostolorum esse beatissimum Petrum? sed quod ab illo cæperit. Quando ergo pedes discipulorum lauare cæpit: venit ad eum à quo cæpit, id est ad Petrum: & tunc Petrus expauit, quod etiam quilibet eorum expanesceret. Sequitur. *Respondit Iesus & dicit ei: quod ego factus ne modo. scilicet autem postea.* Chry. id est humilitatem huius doctrinæ: & quomodo humilitas sufficit in Deum perducere, Orig. Vel insinuat dominus quod hoc erat mysterium. Lauando enim & exsiccando pedes eorum, faciebat eos decoros debentes euangelizare honesta, vt ostendere valeant iter factum ac pergere per eum qui dixit: Ego sum via. oportebat autem lauare pedes discipulorum à Iesu deponente vestimenta vt mundos pedes mundiores efficiat, vel vt immundiciam pedum discipulorum suscipiat in proprium corpus, per linteum autem qui in terram sanguinem fudit, quò immunditiam dilueret peccatorum. Attède etiam quod cum debeat pedes discipulorum abluere, non aliud tempus elegit, quam cum diabolus iam intraneat in cor Iudæ vt eum proderet, & futura pro hominibus dispensatio immineret. nam ante hoc non erat opportunum pedes discipulorum lauare à Iesu. Quis enim pedum eorum sordicem intermedij temporis vsque ad passionem lauisset? Sed neque tempore passionis, alter enim Iesus nõ aderat qui pedes eorum lauaret, sed neque post dispensationem, illo nanque tempore spiritus sancto superueniente eorum loti sunt pedes. Huius ergo mysterij dicit dominus Petro, tu non es cæpax, sed post hæc nosces cum illud perciperis illustratus. Aug. Nec tamen ille dominici facti altitudine exterritus permittit fieri, quod cur fieret ignorabat, sed vsque ad suos pedes humilè Christum videre non potest sustinere. Nam sequitur. *Dicit ei Petrus: non lauabis mihi pedes in æternum, hoc est nunquam hoc patiar. Hoc quippe in æternum non fit, quod nunquam fit.* Orig. Ex hoc autem accipimus exemplum, quoniam possibile est quemquam secundum purum propositum dicere propter ignorantiam quod sibi non prodest. Petrus enim ignorans hoc esse conueniens, primo quidem quasi dubitans suauiter dixit. *Domine tui mihi lauabis pedes?* Secundo, *Non lauabis mihi pedes in æternum*, quod erat prohibitum operis perdudentis eum ad habendum partem cum Iesu, in quo etiam non tantum Iesum arguit inconuenienter lauante pedes discipulorum, sed etiam condiscipulos indecenter suos pedes porrigentes, cum ergo non esset expediens Petro proprium responsum, non permisit illud dominus verificari. nam subditur, *Respondit ei Iesus. Si non lauero te: non habebis partem mecum.* Aug. Ita dictum est. *Si non lauero te*, cum de solis pedibus ageretur quomodo dici solet, calcas me, quando sola planta calcatur. Orig. Qui autem recusant hæc, & similia tropologizare dicant, quomodo probabile est eum qui ob reuerentiam Iesu dixit. *Non la. mihi pe. in æter. non habiturum partem cum Dei filio*, propter non lauare pedes ab eo, sicut propter irrationabilem scelus:

scelus: & ideo præstandi sunt pedes, id est mentis affectus lauandi: à Iesu vt sint pedes nostri decori, & præsertim cum æmulantes priora dona volumus annumerari eis qui euangelizant bona. Chry. Ideo autem non dixit cuius gratia hoc faciebat, sed minas imposuit, quia ille nequaquam persuasus esset: audiens enim. *Sciens autem postea*, non dixit: doce igitur me vt permittas, sed quando comminatus est id quod maxime timebat, scilicet separari ab eorum permittit. Orig. Hoc dicto vtinur contra eos, qui indiscretius se facere statuerunt, quod eis non prodest. nam ostendens illis quod non sunt habituri partem cum Iesu: dum præsumptuosum decretum obseruat, admonemus illos ne immorentur male decretis, etiam si iureiurando ex multo impetu illud firmauerunt. Aug. At ille amore & timore perturbatus, plus expauit Christum sibi negare, quam vsque ad suos pedes humiliari. vnde sequitur, *Di. ei si. pe. do. non tantum pe. me. sed & manus & ca.* Orig. Manus autem lauare nolebatur Iesus contemnens quæ dicebantur quoniam discipuli tui non lauauit manus eorum panem manducant; caput autem submergi nolebatur, in quo imago & gloria patris exiterat. satis est autem ei vt pedes lauandos porrigeret. vnde sequitur, *Di. ei Iesus. qui lo. est. non indi. nisi vt pe. la. sed est mun. to.* Aug. Totus vtique præter pedes, vel nisi pedes quos habet opus lauare. homo enim in baptismo totus abluuit, non præter pedes sed totus omnino, verumtamen cum rebus humanis postea viuatur, vtique terra calcatur. Ipsi igitur humani affectus, sine quibus in hac mortalitate non viuatur, quasi pedes sunt, vbi & humanis rebus afficimur, vt si dixerimus, quia peccatum nõ habemus: nos ipsos decipiamus. Si autem confitemur peccata nostra, qui pedes discipulorum lauit, nobis peccata dimittit, vsque ad pedes quibus conuersamur in terra. Orig. Impossibile autem puto non contaminari extrema anime, & infima eius, quanquam quo ad homines perfectus quis esse putetur. plurimi autè & post baptismum implentur pullere scelerum vsque ad verticem. qui vero legitime discipuli Christi sunt, erga solos pedes indigent lauatione, Aug. ad Seleucia. Ex hoc autem quod hic dicitur intelligitur quod iam Petrus baptizatus fuerat, intelligimus enim eius discipulos per quos baptizabatur iam fuisse baptizatos: siue baptismo Ioannis sicut nõnulli arbitrantur, siue quod magis credibile est baptismo Christi. Neque enim renuit ministerium baptizandi, vt haberet baptizatos seruos per quos ceteros baptizaret: qui non defuit humilitatis ministerio quando eis pedes lauit. vnde sequitur. *Et vos mundi estis: sed non omnes.* Aug. Hoc quid sit ne queramus, ipse euangelista patefecit adiungens. *Sci. enim quis nã esset qui tra. e. i. propte. di. Non estis mundi. omnes.* Orig. Quia ergo dicit. *Vos mundi estis: referretur ad. xj. quod vero subditur. Sed non omnes*, dicitur propter Iudam existentem immundum. primo quidem quia pauperes non erant sibi curæ, sed fur erat: demum diabolo ingresso in cor eius, vt proderet Christum. Lauat autem pedes postquam mundi erant quoniam gratia transcendit necessitatem: & sicut dicit Ioanes. Mundus mundificetur adhuc. Aug. Vel quia ipsi discipuli cum loti essent, non opus habebant nisi pedes lauare, quia dum in isto seculo viuunt homo, humanis affectibus terram velut pedibus calcans contrahit.

Chry. Vel aliter. Non dicit eos mundos, vt à peccatis erutos æstimes viclima nondum oblata, sed eam quæ cognitionis est mundationem dicit, iam enim ab errore Iudaico eruti erant. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, &c. August. Memor dominus se promississe scientiam facti sui Petro dicens. *Scies autem postea*, quid sit quod fecit, docere nunc incipit. vnde dicitur, *Postquam ergo la. pe. eorum. acce. ve. sua & cum recu. ite. di. cis. Si. quid se. vo.* Orig. Quod vel interrogatine profertur vt ostendat facti magnitudinem, vel imperatiue vt eorum erigat intellectum. Alciui. Mystice autem impleta redemptionis nostre purgatione per sanguinis sui effusionem accepit vestimenta sua, tertia die de sepulchro resurgens, & eodem corpore iam immortaliter vestitus, & cum recubisset ascendens in cælum in dextera paterna diuinitatis recubens, inde venturus est ad iudicandum. Chry. Non autem adhuc ad solum Petrum: sed ad omnes loquitur, dicens, *Vos vo. me. & do.* in quo eorum iudicium assumit, deinde vt non illorum gratiæ esse putentur hæc verba subiungit. *Et bene di. sum etenim.* Aug. Homini præceptum est. Non te laudet os tuum; sed laudet te os proximi tui, periculosum est enim sibi placere, cui cauendum est superbire. Ille autem qui super omnia est, quantumcumque se laudet: non se extollit excelsus, nec potest recte dici arrogans Deus, nobis nanque expedit Deum nosse non illi. Nec eum quisque cognoscit, si non se indicet ipse qui nouit. Si ergo non se laudando quasi arrogantiam vitare voluerit: nobis sapientiam denegabit. Quomodo autem arrogantiam veritas timeret? Et quidem quod magistram se dicit nemo reprehenderet etiam qui eum nihil aliud quam hominem crederet, quoniam id profiteretur quod & ipsi homines in quibuslibet artibus vsque adeo sine arrogantia profiterentur vt professores vocentur. Quia vero dominum discipulorum se dicit, cum sint secundum seculum ingenui: quis ferat in homines? Sed cum Deus loquitur, nulla est elatio tantæ celsitudinis, nullum mendacium veritatis, nobis subiaccere vile est illi celsitudini, seruire veritati. Ideo bene ergo dicitis vocando me magistram & dominum: quia sum. nam si nõ essem: quod dicitis male diceretis. Orig. Et illi quidem non bene dicunt *Domine*: quibus dicitur *Disceditè à me qui operamini iniquitatem*: sed apostoli bene dicunt *Magister & dominus*. non enim eis nequitia dominabitur, sed verbum Dei. Sequitur *Si ergo la. pe. ve. dominus & ma. & vos de. al. alte. la. pe.* Chryl. A maioribus rebus accipit exemplum, vt quod minus est operemur. nam ipse quidem dominus est, nos autem ad conferuos facimus si fecerimus. & ideo subdit, *Exemplum enim de. vo. vt quemad. ego se. vo. ita & vos. si.* Bed. Primum dominus egit factis quod postmodò docuit verbis secundum illud. Cæpit Iesus facere, & docere. Augusti. Hoc est, beate Petre, quod nesciebas hoc tibi postea sciendum promissit. Orig. Considerandum vero est si necessarium est quemlibet volentem disciplinam Iesu perficere, velut debitum opus proficui lauacrum sensibilibus pedibus, propter hoc dicit. *Debe. adm. la. pe.* Sed hic mos vel non fit; vel admodum raro. Aug. Est enim apud plerisque consuetudo huius humilitatis cum se inuicem hospitio suscipiunt, & faciunt hoc sibi inuicem fratres: etiam opere ipso visibili. Multo enim

enim melius est & sine controuersia verius, vt etiā manibus fiat, ne dedignetur quod fecit Christus facere Christianus. Cum enim ad pedes fratrum inclinatur corpus, etiam in corde ipso excitatur, vel si iam inerat, confirmatur humilitatis affectus. Sed excepto hoc morali intellectu, nunquid etiam frater fratrem à delicti poterit contagione mundare? Sed constitemur inuicem delicta nostra, inuicem nos delicta donemus: & pro nostris delictis inuicem oremus, atque ita quodammodo inuicem pedes nostros lauemus. Origo. Vel aliter. Hoc lauacrum spirituale pedum, de quo dictum est, principaliter quidem à nullo nisi à solo Iesu potest effici, secundario vero à discipulis eius quibus dixit. *Vos debe. adin. la. pe.* Iesus enim lauit pedes discipulorum in quantum magister, & seruorum in eo quod dominus. Hic autem est finis magistri vt discipulum faciat sicut se, quod de saluatore apparet, qui prae ceteris magistris & dominis vult vt fiant eius discipuli quasi magister & dominus, non habentes spiritum seruitutis, sed spiritum filiationis, in quo clamant Abba pater. Prius ergo quam fiant & magister & dominus: egerit lauacro pedum, velut insufficientes discipuli, & adhuc sapientes spiritum seruitutis. Cum autem aliquis eorum statum magistri attingit & domini, tunc imitari poterit eum qui lauit discipulorum pedes, ac lauare pedes per doctrinam quasi magister.

ORIGENIS PRESBYTERI in superius Euang. expositio.

ET cœna facta cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes, &c. In Homiliis in Lucæ Euangelium parabolas inter se comparauimus, exquisitissimisque quid in sacris literis prandium significet, quid in eisdem cœna declaret. Nunc igitur etiam dicatur, prandium quidem esse primus cibus, & spiritualis qui ante dici huius vitæ finem iis qui instituantur conuenit: Cœna autem extremus, qui * pro portione apponitur. Atque alio modo prandium quidem esse veterum scripturarum intelligentiam: cœna autem, mysteria, quæ in nouo testamento abstrusa sunt. Hæc porro pro cœnij loco à me dicta sunt, exquirente cur à cœna surgat Iesus infulaq; in vas aqua discipulorum pedes abluere cœperit. Eos enim, qui cum Iesu cœnant, in extremo etiā vitæ huius die cum eo cibum capientes, expiatione quadam egere arbitror, non tamen in aliquo eorum quæ prima inanimi, vt ita nominem, corpore fuerunt, sed vt aliquis dicat, eos abluere & expiari oportere ab vltimis & postremis, atque iis, quæ rem cum terra necessariò habent, & commercium. Atque hæc quidem expiatio prima non ab alio, nisi à Iesu solo adhiberi potest. Secunda autem etiam ab eius discipulis, quibus dixit, Et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, & vos faciatis. Ac euangelista quidem mihi mentem nostram excitare videretur ad spiritalem huius loci intelligentiam, id est, narrare, non seruasse quidem Iesum corpoream in abluendis pedibus consuetudinem & consequentiam, quandoquidem ante quam cœnent, & mensæ accumbant, ij quibus abluendi sunt pedes, lauare

eos solent: sed prætermissa illius temporis mentione, cum iam accubisset, ex mensa surrexisse, vt ipse qui magister esset ac Dominus, discipulorum, qui cœnati erant, pedes abluere inciperet. Ante cœnam enim abluti erant, mundique omnes ex loco illo. Lauamini, mundi estote: auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, & quæ sequuntur. Post illud autem lauacrum eis secunda aqua opus fuit ad solos pedes, id est, ad infima corporis. Fieri enim non posse arbitror, vt nihil in animo inquinatum sit, neque ea quæ in eo vltima & infima sunt, etiam si quis quantum homini licet perfectus esse videatur. Multorum quidem etiam post expiationem, & lauacrum, puluere fordibùsque peccatorum caput contaminatur, aut ea membra, quæ inferiora sunt. Qui autem verè à Iesu instituuntur, & docentur, vt etiam ad cœnandum cum eo perueniant, solos pedes habent quos necesse sit à Verbo abluere. Qui verò & peccatorum dissimilitudines ac differentias spectat & peccata confiderat * accuratè atque ex eo quod à Verbo amatur * ea quæ peccata esse existimantur: is quæ nam sint, quorum causa pedes à Iesu abluere debeant, videbit. Quod si eiusmodi sunt pedum sordes & maculae, quid facietis, qui nunquam eo peruenimus, vt cum Iesu cœnaremus, neque in pedibus solis inquinati sumus? cum Iesus Petro, qui tum nesciebat, sed post intellecturus erat mysterium, quo pedes à Iesu abluerentur, hæc dicat, Si non lauero te, non habebis partem mecum. Quod quidem quid significet quæres, vtrum, Non omnino habebis partem, nisi te bonum lauero, an, Non mecum quidem, qui sum magister & Dominus, sed cum iis, qui me inferiores sunt, in quibus sunt ij qui posteaquam abluti sunt, neque mecum cœnati sunt, neque à me ablutos pedes habent, aut cœnati sunt illi quidem, sed non sunt abluti? Attendit autem considero propter verba hæc, Ego sto ad ostium & pulso: si quis mihi aperuerit, intrabo ad eum & cœnabo cum eo, & ipse mecum, nunquàmne Iesus cum quoquam prandeat? Neque enim introductione eger primisque disciplinis & institutis, nec quicquam cum eo prandet, sed is qui cum eo comedit, tantummodo cœnat. Plus enim, inquit, quam Salomon, hic, de quo scriptum est, Et erat prandium Salomonis hoc, quod recensetur in tertio Regnorum libro. Atque hoc non dubitabo dicere, vt consentaneum his verbis, *Si non lauero te, non habebis partem mecum*, cum non abluisset Iudæ pedes, cui iam diabolus persuasisset, vt magistrum & Dominum proderet, quod inuenerit eum non indutum, instructumque Dei armis, nec fidei scutum haberet, quo quisque potest omnia inimici, & improbi tela ignea restringere. Illud enim quod scriptum est, *Cum iam diabolus misisset*, ita intelligo & accipio, vt etiam tela in septimo Psalmo scripturæ quæ de hoc docet, vt de sagittario qui etiam ex igne elaborauit & confecit iis, qui non omni custodia & ratione cor suum seruant. Psalmi autem verba ita habent, Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis, & sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniuilitatem, & cœcepit dolorem, & peperit iniquitatem. Omnes quidem illud, Ecce parturit iniuilitatem, & concepit dolorem, & peperit iniquitatem ad

diabolum referri posse ferebantur. Absurdum est autem non eodem modo quo hoc, illa etiam dici existimare, Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & parauit eum: & in eo parauit vasa mortis. Nemo alius in arcu suo, quem tetendit, parauit, nisi is cuius inuidia mors intrauit in mundum. Ab his ergo telis, quæ ardentibus effecit diabolus, in cor Iudæ Simonis filium Iscariotem, infudit, quo iam immisso in cœna Iesu placere & gratus esse nō potuit: quandoquidem cœnæ huius & cibus, & vinum in corde loci habere non poterant, in quod à diabolo immissa erant tela de prodendo eo, qui cœnam dabat, quoniam non satis constat hoc loco quidnam esset, à quo cœna daretur: quemadmodum paulò antè scribit, fecerunt ei cœnam illic, & Martha ministrabat, & Lazarus erat vnus ex recumbentibus cum eo. Ac de Iudæ quidem illud scriptum est, *Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes*: Huic autem congruenter illud dixeris de vnoquoque eorum, qui in corde à diabolo vulnus acceperunt, Cum diabolus iam misisset in cor, vt supram huic vel illi offerret, atque, vt quendam fraudaret, & vt gloria cupiditate furens idolorum cultum susceperat eorum, qui videntur esse in quadam dignitate: atque ita in aliis peccatis, quæ diabolus in cor, quod fidei clypeo ceter, iaculatur, quo quidem fidei clypeo vnusquisque potest non vnum aut duo tela diaboli ignea extinguere. Appropinquante igitur passionis mysterio ad quam Iudas Simonis filius Iscariotes eum traditurus erat, cum esset à diabolo sauciatus, cœna iam facta, *Sciens inquit, Iesus quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo venit, & ad Deum vadit, surgit à cœna*. Quæ igitur antea non erant in Iesu manibus & potestate, eius manibus potestati que à Patre traduntur, nec aliqua traduntur, alia non item, sed omnia. Quod Spiritu videns David scripsit his verbis, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Etenim Iesu hostes, pars quædam erant omnium: quos vidit Iesus quod ad prænotionem attinet, sibi à patre dari. Sed quod planius perspiciamus quid sit illud, *Omnia dedit ei pater in manus*, attendamus hæc, Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur. Quod si etiam omnia dedit ei pater in manus, & in Christo omnes viuificabuntur: non confunditur Dei iustitia, & vnusquisque tribuitur pro dignitate, quod respicitur ex illo quod subicitur huic loco, Ita in Christo omnes viuificabuntur, id est, ex hoc, Vnusquisque autem in suo ordine. Rursus diuersos intelligens ordines eorum, qui in Christo viuificabuntur, cum illud complebitur, *Omnia dedit ei pater in manus*, attende illud primitiæ Christus, deinde qui sunt Christi, qui crediderunt in aduentu eius: deinde finis, qui finis cum Christo in eius aduentu instabit, cum dabit regnum Deo & patri, prius delero omni principatu, omnique potestate, atque virtute. Hæc autem sunt vt arbitror, cum quibus lucta est, vt iam non sit principatus, non potestas, non etiam virtus, cum quibus est lucta & colluctatio: ob eamque causam iam lucta nullus erit relictus locus, omni principatu, potestate, & virtute deleris. Facit autem vt credam, omnem principatum potestatemque & virtutem esse ea qui-

bus cum nobis lucta est, id quod tum apud Paulum subiicitur, Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus suis, deinde nouissimè inimica destruetur mors. Consonat etiā huic loco, *Dedit ei omnia pater in manus suas*, id quod apertius exponens Apostolus ait, Cum autè dicat, omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum, qui subiecit ei omnia. Si autè subiecta sunt omnia, hoc etiā perspicuum est, omnia subiecta esse præter eum, qui ei omnia subiecit. Atque hic de quo scriptum est. In conspectu Domini omnipotentis nuda suat & aperta omnia ea quæ ei subijciuntur, permouebitur, ex eo quod cedant Verbo & subijciantur Dei imagini, & supposita sint Christi pedibus. Cum ergo videret dispensationem & mysterium ad præclarum finem cõtendere, quod iam diabolus misisset in cor, vt ipsum Iudas Simonis Iscariotes traderet, intelligebat sibi patre dedisse omnia, dedidisseque in manus, quæ omnia caperent & complecterentur, vt ipsi subiecta sint omnia. Aut omnia dedit ei pater in manus, id est, in suas actiones, & præclara facinora. Pater enim meus, inquit, vsque nunc operatur, & ego operor. Eorum autem causa quæ à Deo profecta sunt, à Deo exiuit, cum extra Deum factus esset, neque voluisset primùm à patre exire, peruenirent ea quæ exierunt, in Iesu manus via & ordine, & * ad Deum vadit, eumque sequuntur, quod eum futurum apud patrem sequantur. Petro quidem aliquando dictum est, Quod ego vado, non potes me modò sequi, sequeris autem postea. Habebat enim tum etiam Petrus quod ipsum non patiebatur Verbum sequi. Simile autè quoquo modo intelligere debes, sed iusta & recta quadam proportione, dictum iri vnusquisque omnium, Quod dedit filio pater in manus. Vnicuique enim omnium hominum illud dicitur, Sequeris autem me postea, sed nisi simul sequentur, non ad idem tempus referetur quod vnusquisque eorum, qui sequuti fuerint, conuenit illud postea, illò in loco, Sequeris autem postea. Idem etiam mihi intellige de omnibus quæ delentur, siue cum principatum omnem, siue omnem potestatem, siue omnem virtutem destruet, atque vno nomine quoad supponat omnes inimicos suos & subternat pedibus suis: nouissima inimica destruetur mors. *Sciens ergo Iesus, quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit*. Quod ad ea quæ nos impulerunt, attinet, explanauimus colligentes, quod nobis visum est in illum, *Ad Deum exiuit, & in hunc locum, Et ad Deum vadit. Surgit, inquit, à cœna*, quod ex hoc consideremus cum iis quæ sequuntur. Vide etiam, possisne in his dicere, cum non necessariò affectum esse læticia ex eo quod cum discipulis cœnauit, necessariò autem discipulorū causa à mensa surgere, & aliquandiu cœnam intermittere, quoad discipulorum pedes abluerit & mundaauerit, quod partem cum ipso habere non possent, nisi eos ipse abluisset. Quid ergo dicatur post illud, *Surgit à cœna, consideremus. Ponit, inquit, vestimenta sua, & cum accepisset linteam, præcinxit se*. In his quoque dicere possumus iis, qui nolunt à verbis ascendere, & spiritali mysticòque sensu intelligere cibos animi, qui in his apponuntur. Quid enim molestum & graue ei erat, amictum, & vestitum abluere discipulorum pedes? Sed si minus pro Iesu dignitate vestes vidim⁹, quibus amictus,

cū discipulis lætus cœnauit: certè animis nostris cernantur quo ornatu Verbum, quod caro factū est, indutum erat. Hunc qui ex textura quadam verborum cum verbis, & vocum cum vocibus constabat, detrahit, nudiorque fit cum seruili habitu, quemadmodum ex illo perspicitur, *Cum accepisset linteam, præcinxit se*, ne omni ex parte nudus, etiam cū abluisset pedes discipulorum, eos aptiore textura detergeret. Vide etiam hoc loco, vt seipsum * magnum & clarū Verbum quod caro factum est, vt discipulorum pedes abluat.

Genf. 18.

Mittit, inquit, *aquam in peluim*. Abraham quidem, cū eleuasset oculos apparuerūt ei tres viri, stantes prope eum: quos cū vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terram, & dixit, Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri: nō ipse aquam sumit, nec se pedes discipulorum qui ad ipsum peregrinorum habitu, & specie venerant, abluturū pollicetur, sed, Afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri. Quin ne Ioseph quidem aquam abluendis fratrum pedibus attulit, sed is qui familiæ Ioseph præpositus erat, eduxit ad eos Simeonem, qui aquam detulit lauandis eorum pedibus. Qui autem dixit, Veni, non vt recumbens, sed sicut ministrans, & iure dicit, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: is aquam in peluim infundit. Sciebat enim neminem ita posse discipulorū pedes abluere, vt quod abluerentur, ipsi cum eo partem haberent, quemadmodum ipse posset. Aqua autem, mea quidem sententia, tale Verbum erat, abluens discipulorū pedes, qui ad peluim, qui à Iesu eis paratus erat, venerant. Præterea quæro, cur non scriptum sit, Lauit pedes discipulorum, sed, *Cæpit lauare pedes discipulorum suorum*. Vtrum enim est hæc consuetudo scriptorum, ex qua non videtur rectè quod ad multorū morem attinet, præponi illud, *Cæpit*: an cæpit ille quidem tum abluere discipulorum pedes, non tamen tum eorum pedes abluere destitit: postea enim abluat, & finem fecit abluendi: quandoquidem inquinati erant, vt ex loco illo intelligi potest, Omnes vos scandalizabimini in me in hac nocte, & ex hoc quod Petro dixit, Non cantabit gallus, donec ter me neget. His enim commissis peccatis, iterum discipulorum pedes abluere debuerunt: quos abluere cæpit tum, cū à mensa surrexit: finem verò abluendi fecit, cū eos mundauit, ita vt iam non essent inquinandi. Sic etiam tum detergere discipulorum pedes cæpit, finem autem detergendi fecit, cū etiā abluere destitit. *Veni ergo ad Simonem Petrum. Dixit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas, &c.* Is quæ hoc loco à Petro dicuntur, cum opus erit, vt eum exempli causa, sicubi necesse sit docere, fieri posse, vt aliquis optima voluntate dicat imprudēs quæ nullo modo ei profint. Si enim vtile erat ad obtinendam cum Iesu partem, pedes ab eo abluere: Petrus autem ignarus quid hoc vtilitatis afferret, prius quidem dixit, quasi dubitans suadendo, *Domine, tu mihi lauas pedes*, postea autem, *Non lauas mihi pedes in æternum*: & quæ dicebat, impeditentia erāt operis, quod ei ad obtinendum cum seratore partem conduceret. Perspicuum est, eum etsi hoc recto sanoque proposito, ac reuerentia magistro dicebat, tamen damno suo dixisse. Huius autem generis peccatorum plena est eorum vita, qui in

credendo, meliora illi quidē proponunt, sed ignorantia & imprudentia ea, quæ in cōtrarium ferunt, dicunt, aut etiam faciunt. Eiusmodi sunt ij qui dicunt, Ne tetigeris, ne gustaueris, ne contrectaueris de omnibus, quæ ad interiū, & abusionem hominum pertinent, doctrina & disciplina quadam quæ multum de diuina deflexit, quasi homo è vita excesserit. Quid de iis dicam, qui in sectis & hæresibus fluctuant, & circumferuntur omni vento doctrinæ, in nequitiam hominum, vt dicant exitiosa ea, quæ sunt salutaria, & quasi colendi Iesu causa, falsa de eo sentiunt? Sæpe autem Petrum eiusmodi scriptura notauit, procliuorem ad ea promittenda, quæ ei meliora videbantur: velut illo in loco, quem non consideratum protulimus, estque Iesu improbantis de discipulis prophetia, Omnes vos scandalizabimini in me in hac nocte. Cuius causam protulit his verbis, Scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Inconsiderat enim ad hoc, & quasi improbens Iesu enunciationem; dixit; Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabor. Atque hæc quidem temeritas, quæ etiam tum in eius animo inerat, causa etiam fuit, cur ipse modum, vt ita dicam, scādali cæterorum peccādo transierit, cū Iesum ter ante, galli cantum negauit. Itaque cū attentè hanc priorem suam temeritatem considerasset, maximum ex ea fructum percepit, vt factus sit & fortissimus, & patientissimus. Id quod perspicuum est ex eo, quod cū Paulus ei dixit apud omnes, Si tu cū Iudæis sis, gentiliter et non Iudaicè viuus: quomodo Gentes cogis Iudaizare? & quæ sequuntur: ipse cū inuestigatione tacuit, de qua re commo dius in epistola ad Galatas quis differet. In adis etiam Apostolorum, eiusdem qui in eandem speciem imaginem que mutatus esset, constantia, iis qui singula attentè diligenterque considerabit, videbitur. Quare hoc etiam loco Iesu qui à mensa surrexit, detraxitque vestes suas, & linteo quod sumperat, cinctus esset, atque aquam in peluim infudisset, cæpissetque discipulorum pedes & abluere, & detergere linteo quo cinctus erat: omnes quidem pedes perrexerunt conuenienter Iesu occupationi, cū intelligerent, nunquam tantum virum sine causa & ratione atque vt multi possint dicere, quod discipulis molestus esse vellet, pedes ipsorum abluere, sed quod vtile quiddam efficeret, quod se cognituros esse speraret, postea cogitantes num hæc vt alicuius rei significatio fierent: Petrus autem vnus qui id, quod magis in promptu erat, inspiceret, neque vllam aliam cogitationem illi apponeret & compararet, quasi Iesum venerans & colens, ei pedes abluendos non exhibuit, sed primum dissuadere ei conatus est his verbis, *Domine, tu mihi lauas pedes?* Deinceps cū eundem oportuisset credere dicenti, *Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea*, hoc respondit, *Non lauas mihi pedes in æternum*, præsertim cū cæteri se Iesu permisissent, nec quicquam contrā dicerent vllāve in re ei repugnarent. Ita iis quæ dicit & si rectè se ea proponere putauit, tamen nō solum Iesum accusat, quasi stultè abluere cæpisset discipulorū pedes, sed etiam condiscipulos. Etenim si ipse, vt putauit, officium dum prohibere vult, fecit: illi autem ipsum non viderunt: illos profectò accusauit, qui contra officium, Iesu pedes suos abluendos porrexerunt

rexerunt. Quod si sensisset ei quod cōsentaneum, & rectum est, non esse repugnandum: & rectum atque consentaneum existimasset esse id, quod in discipulorum abluendis à Iesu pedibus fiebat: nunquam ei, quod fiebat, repugnasset. Constat igitur eum inconsideratè existimasse non rectam esse Iesu de abluendis pedibus discipulorum voluntatem. Si verò etiam vsque ad iis, quæ minima ducuntur, scriptura indaganda, & inuestiganda est, quæret aliquis, cur tandem, cū Petrus primus sit delectus in duodecim numerum, fortassis vt cæteris præstantior, quandoquidem Iudas etiam, qui verè postremus erat, propter victoriam constitutionem in extremum locum proiectus est: Iesus cū discipulorum pedes abluere, & linteo, quo cinctus erat, detergere cæpisset, nō à Petro initium fecerit. Ad quod respondendum est, quemadmodum medicus, qui pluribus ægris in medicina ministrat, ab iis, qui vrgēt, & grauius ægrotant, exordium curandi ducit, ita Iesum, qui inquinatos discipulorum pedes abluere, ab eis qui magis contaminati erant, cæpisset, ac fortassis postremò ad Petrum venisset, vt cuius pedes minus lauationem desiderarent. Atque etiam fortassis vt contradicere videretur, aut propè statum pedum suorum qui mundi erant cōferebat. Si verò illud, quod à Iesu dictum est consideretur, *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus*: Et vos mundi estis, sed non omnes: forsitan eam intelligentiam suggerit, quasi iam à Iesu discipulorum pedes abluere, nec iam lauationem desiderarent: & præterea Petrus ipse iam mundus esset, etiam antè quàm Iesus ei pedes abluere. Quod si quis contra hæc quæret, cur ergo Iesus qui dixisset, *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus*, cū discipulis iam lauatione opus non esset, tamen eorum pedes abluere: illud respondendum est, Omni habenti dabitur, & addetur. Quoniam igitur discipuli puri, & mundi erant, ad eorum puritatem Iesus pedum etiam lauationem addidit, non abluturus nec eos qui non essent abluti, nec qui non planè mundi essent, sed ita, vt illud de iis qui hoc modo mundi sunt, liceat dicere, Etsi enim aliquis perfectus sit in filiis hominū, si tua, vt ita appellè, expiatio, & puritas absit, in iis qui mundi sunt, non habebitur. Hæc autè posterea expono quod occurrerūt postea quàm superiora dictata essent, seruatò à nobis ordine eorū quæ nobis in mentem venerūt: quasi prius quidè viderem inquinatos discipulorum pedes, lauationis Iesu indigere, nunc autem propterea illum eorū pedes abluisse, quod essent apud homines mundi, non etiā apud Deum. Nemo enim sine Iesu, apud Deum mundus est, & ante eum studio quodā seipsum mundum effecisse existimari potest. In iis autem, qui apud homines mundi iam effecti sunt, expiatioque & abluti Iesu baptismo, & quorum pedes ab eodem abluti sunt, habitare & insidere etiam Spiritus sanctus potest, virtusque ex alto, quasi indumentum. Petrus ergo qui sententia, ac voluntatis Christi, qui pedes discipulorum abluere cæperat & detergere linteo, quo erat cinctus, rationem minime spectaret, ei dicit, *Domine tu mihi lauas pedes*, dubitantèrque & verècundè hoc ait. Iesus autem docens hoc fuisse mysterium, eis respondit his verbis, *Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea*. Quid autem erat quod faciebat, cū disci-

pulos pedes Iesus abluere? An lauandis eorum pedibus, detergendisque linteo quo cinctus erat, pulchros ipsos efficiebat, quod bona euangelizaturū nunciaturūque essent? Cū enim discipulorum pedes Iesus abluere, tum vt opinor, completum est illud quod de eius Apostolis prophético Spiritu dictū est, Quam speciosi pedes euangelizantium bona. Quod si discipulorum pedes lauans, eos pulchros reddidit: quid dicemus vt pulchritudinis infusum esse in eos, qui Spiritu sancto, & igne Iesu toti baptizati sunt: Pulchri autem eorum qui bona euangelizant & nūciāt, pedes effecti sunt, vt abluti & mundati atque deterti Iesu Christi manibus, via sancta ingredi possint, & ad eum incedere qui ait, Ego sum via. Solum enim omnis cuius pedes à Iesu abluti sunt, via hac quæ viua & vitalis est fertur ad patrem, incedit atque via hæc pedes inquinatos, neque dū mundos recipit. Mōsi quidem detrahēdi fuerunt de pedibus calcei, quod locus ad quem peruenerat, & in quo stabat, terra sancta esset: Itemque Iesu Nauæ filio. Iesu autem discipulis, vt viua & animata via incedant, non solum satis est in via calceos non habere, cū hoc Iesus discipulis suis in præceptis reliquerit, sed vt via hac ingrediatur, abluat etiam à Iesu debuerant, qui vestes detraherat, fortassis, vt ipsos quibus pedes iam mundi erant, mundiores efficeret, fortasse etiam vt sordes, quæ in discipulorum pedibus erant, in corpus suum reciperet linteo, quo solo cinctus erat. Ipse enim infirmitates nostras portat. Vide autem eum, qui discipulis pedes abluturus erat, non aliud tempus sumpsisse, nisi eum diabolus iam immiserat in cor, vt eum traderet Iudas Iscariothes Simonis filius, & futurum erat hominum causa mysterium. Nanque ante illud non opportunè discipulorum pedes à Iesu abluui fuissent. Quis enim sordes eorum pedum, quas interiecto inter illud & passionem tempore cōtraxissent, eluisset? Quin nec in passionis tēpore: alius enim Iesus nō fuisset; qui eorum pedes ablueret, neque post eius mysterium: iam enim tempus fuisset illud, quo Spiritus sanctus venit ad discipulos, quorum mundi & abluti pedes erāt, paratūque & pulchri ad ea, quæ bona sunt, Spiritu nuncianda. Huius ergo loci, *Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea*, talis sententia est, Hæc pedum vestrorum à me adhibita lauabo, incessus animorum vestrorum expiationem purgationemque significat, vt pulcher efficiatur, cū & bona nunciaturi, & mundis pedibus in hominum animis ingressuri sitis. Hoc autem mysterium tu nunc quidem nescis, cū eius cognitionem, & scientiam nondum capias, quæ commodius tum in te erit, cū à me abluti erūt pedes tui. Post hoc verò scies, illustratus scientia non rei alicuius quæ contemni debeat, & breuis sit, intelliges. Cū hæc Petro Iesus dixisset, discipulus non docta responsione vituit, sed opinione, quæ index & interpres erat honoris eius & reuerentiæ, quam Iesu habebat, opinione inquam, quæ etiam tum falsa erat. Itaque Petrus, quoniam eum non adiuuabat sua illa responsio, eam veram esse non patitur, impeditque, id quod eius bonitate dignum erat, quominus illa vera sint malo eius qui ea pronūciat. Nam Petrus quidem ait, *Non lauas mihi pedes in æternum*, atque censuit & dixit, cū Iesus abluendos esse iudicasset, illos, non ablutum iri ab eo, ac non

ablutum in omne tempus. Iesus autem qui præstare videret in hoc falsum Petrum, quam verum dicere, docet vilitatem quæ sequebatur, quod verum pronunciarere cum hoc dixisset, non oporteret, cum ait, *Si non laueris te, non habebis partem mecum*. Si ergo cum Petrus hoc pronunciauit, *Non laudabis mihi pedes in æternum*, verum illud futurum erat, eum partem cum Iesu non esse habiturum, habiturus autem erat partem, non verum pronuncians in eo, quod præcurrere temerè & inconsideratè dixit: quid eum aliud facere oportuit, nisi non verum pronunciarere, vt ex eo quod verè hoc diceret, faceret, vt cum Iesu partem non haberet, eum eum mendacem ei abluendis pedibus, esse docuisset. Scriptum enim est, *Omnis homo mendax*. Commodè autem & aptè hoc loco vtetur in iis, qui temerè & inconsideratè dixerint, *Faciam*, quasi eis non expediat stare in eo quod malè decretum & iudicatum est. Cum enim docuerimus, eos non esse cum Christo adituros hereditatem, si temerarium, inconsideratèque verbum in promisso seruauerint; & eo quod antè dictum fuit, improbat, posse in spem bonam venire: ipsos ab eo abducemus, vt stent in iis quæ malè decreta & iudicata sunt. Quod si cum iurando magna temeritate tale aliquid interdum fiat, hoc etiam dicemus, Vt Petrus cum dixit, *Non laudabis mihi pedes in æternum*, prohibetur manere in eius quod dicebatur professione, vt ad ipsum cum Iesu communis veniat hereditas: sic tu qui temeritate impulsus peccasti & inconsideratè promissisti hoc te esse facturum, melius tibi cõsulueris, si mutes sententiam, tæque ad illud faciendum traducas, quod rectius est & magis consentaneum, quam si stes in eo quod decreuisti. Ij qui diligenter hæc attendunt, *Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea*, & illa, *Si non laueris te, non habebis partem mecum*: neque ea volunt & iis similia ad tropologiam reuocare, pudore adducti approbent tale euangelicarum tractationum genus: aut si nolunt, doceant consentaneum esse, eum qui, vt illi dicunt, pro sua in Iesum reuerentia, magistro dixerit, *Non laudabis mihi pedes in æternum*, audiuisse & accepisse illud, *Non habebis partem cum Dei filio, quasi propter graue peccatum, pedes ab eo non sint abluti*. Illud enim, *Si hoc peccatum admittes, nõ habebis partem mecum*, nullo modo habet rationem contra eum qui in eo commoretur, Petrum corporis sui pedes noluisse abluere, & laueri eius pedes comiter: quæ, id quod nefas est dictum, magister discipulo, qui ei honorem habet, respondisse videbitur: quo nihil est absurdius. Quare pedes nostros Iesu porrigamus, qui etiam nunc & surgit à cœna, & detrahit vestes suas, & linteam sumit, & seipsum cingit, & fundit aquam in peluim, & pedes nostros vt discipulorum lauare incipit, & linteo detergere, quo causa inter homines versatus vt minister, cingitur. Si enim hoc non faciemus, eius hereditatis pars nulla ad nos veniet, nec pulchri erunt pedes nostri: præsertim cum quotiescumque maxima munera petimus, iis qui bona nunciant, annumerari velimus. Veruntamè cum Petrus esset temerarius: illo audito, *Nisi laueris te, non habebis partem mecum*, cum ab eo petit Christus, vt pedes abluendos porrigat, eius quod ille petebat modum

transiit, porrexitque Iesu abluendos non solum pedes, verum etiam manus, quas nondum abluerat. Iesus volebat, cum panem comedere non, contentus hæc quæ obiciebantur. Cur discipuli tui non lauant manus, cum panem manducant? cum manibus etiam caput quod neque occultari iam tum Iesus volebat, in quo imago Dei iam erat, & gloria. Satis enim nobis est, si eodem tempore quo Iesu discipuli, veniamus porrectum pedes solos ei qui abluat atque detergit. *Qui enim lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus*. Quod si erant Iesu discipuli mundi, vt qui erant abluti, cur ipse fundit aquam in peluuium, & pedes discipulorum abluere cœpit? De hac re quidè paulo antè quasi occupantes aliqua diximus, sed nunc ad ea hæc quoque addemus. Egere quidem in necessariis rebus, sine quibus aliquis non potest viuere, dicitur: vt si dicamus in iis quæ ad corpus pertinent, egere hominem non pluribus, sed his solis de quibus Paulus ait, *Habentes autem alimentum, & quibus regamur, iis contenti simus*. Quæ autem ad diuitias, & delicias referuntur, æ pertinent, ea superant atque redundant iis, qui summi iuris viuendi rationem sequuntur, vt non necessaria, & quibus non sine aliis abundent. Sic igitur etiam in rebus diuinis nobis quidem opus est iis quæ ad vitam ducunt, faciuntque, vt simus in eo qui ait, *Ego sum vita*. Ea autem quæ his superiora sunt, de quibus illud dicitur, *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, & omnia, quæ de paradiso voluptatis intelliguntur, ac diuitiis & gloria quæ in sapientiæ læua sita sunt, eius sententia qui hæc scripsit, Longitudo enim vitæ, annique vitæ in dextera eius: in læua eius diuitiæ & gloria: dici possunt indigentiã vincere: atque haud scio an hoc ipsum sit, post lauationem à tanto magistro & Seruatore pedes abluti. Donum enim Dei indigentiam superat. Vt, esse in solis læuæque ac stellarum gloria in sacra mortuorum resurrectione non opus est ei quidem qui mundus est, atque ablutus, lauatione, sed lauatur ex eo quod paulo antè expositum est, *Omnis habenti dabitur, & vt Ioannes ait, Et qui mundus est, mundetur adhuc: & qui sanctus est, sanctificetur adhuc*. Illud autem, *Et vos mundi estis*, ad vndecim refertur, cui hoc subiicitur, *Sed non omnes, propter Iscariotem*. Eum enim qui ipsum traditurus erat, iam mundum non esse intelligebat, primum quidè quod ei pauperes curæ non erant, sed quia fat erat, & oculos habebat, quæ dabantur portabat: deinde in cœna cum iam diabolus misisset in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes, non repulit id quod immisissum erat. Itaque vndecim qui mundi erant, cum abluti sunt, mundiores effecti sunt, quod Iesus eorum pedes abluat. Iudas autem, qui iam mundus non erat. (Qui enim sordescit, inquit, sordescat adhuc) effectus est inquinatior, & immundissimus, cum post buccellam panis in eum Satanus inuasit. *Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, &c.* Verisimile est eos, qui magnam Iesu vim intellexerint, & quid fecerit eum discipulorum pedes abluat, cognouerint, vt ea etiam quæ illorum extrema sunt, & quælibet, munda sint, ablutis etiam corporibus quæ in terra versantur, quorum figuræ erant & notæ illa corpora, cum opus & officium lauationis admirati fuerint, non aucturos fuisse idem facere, quod se inferiores esse existi-*

erant, quam qui interioris & occulti hominis pedes abluant, aut eorum qui eadem Dei dogmata amant & præbent, nisi Iesus eos iis quæ de hoc exposita sunt, cohortatus esset, figura & habita cœnantis, cum eos qui cœnati erant, docturus esset, his verbis repetitis. Accommodatissimè enim ad persuadendum, & ad incitandum ad eius rei quæ fiebat cognitionem illud dictum est, *Scitis quid fecerim vobis*, quod vel interrogandi modo legendum est, vt eius quod gestum erat, magnitudinem declaret, vel imperandi, vt eorum mentem excitet rei gestæ attentione eius cognitionem hauriant & arripiant. Cum suasionem autem coniunxit maximam doctrinam his in verbis, *Vos vocatis me, Magister, & Domine, & bene dicitis: sum etenim. Si ergo lauit pedes vestros Dominus & Magister vester, & vos debetis alter alterius lauare pedes*. Iesus quidem discipulorum pedes abluat, quatenus eorum erat magister: & seruorum pedes, quatenus dominus erat. Doctrina enim puluis qui à terra rebusque ad mundum pertinentibus contrahitur, non in vlla alia parte nisi in extremis & infimis discipulorum mundatur: quin etiam dominatu eius qui præest, eis imperans, quique etiam seruitutis spiritum habeat, quantum inquinatorem maculamque recipiunt, ea quæ pedes contaminant, abiiciuntur. Nec quicquam, qui mentis suæ sit, dicat Iesum aut quatenus est ostium, aut quatenus pastor, vel qua ex parte medicus, discipulorum seruorumque pedes lauare. Ego verò sic existimo, discipulorum pedes magistri lauationem requisivisse, quando nondum quod satis est acceperant, sed eis illud deerat, Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: atque hic finis est magistro, hoc ipso quod magister est, in discipulo propositus, efficere sibi similem discipulum, vt iam magistro, quatenus magister est, non egeat, etiam si aliter eius operam desyderet. Vt enim medico quasi sine non egeat quidem ægri, valentes autem medicum non desyderant ad liberandos ægros à morbis, vt in eo illi non egeant: sic magister & doctor hunc sibi finem habet propositum: illud Satis quod hoc in loco dicitur, Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius. De Seruatore autem, qui est Dominus, plura hoc loco videre licet quam de cæteris dominis, qui eum vt magistrum, & vt dominum ipsius fieri nolunt. Eiusmodi autem est paternæ bonitatis, eiusdemque charitatis filius. Quoniam enim est dominus, perficit, vt serui, ipsorum dominorum similes sint, cum iam non habebunt spiritum seruitutis iterum in timore, sed accipient spiritum adoptionis filiorum, in quo clamant Abba pater. Quocirca antè quàm facti sint vt magister & dominus, pedum lauatione egeat, vt qui disciplinam requirât, & qui spiritu seruitutis in timore etiam præditi sint. Cum autè aliquis eorum ex illo verbo, Sufficit discipulo, vt fiat sicut magister eius, & seruus vt dominus eius, factus est vt ipse & magister & dominus: tum & imitari eum qui discipulis pedes abluat, potest, & lauare discipulorum pedes vt magister, quem Deus constituit in Ecclesia secundum Apostolos qui primum in ea locum adepti sunt, & secundum prophetas. Quod si illud, *Fratri tuo seruius, venite & transferri potest ad inferiores*, atque hoc, *Esto dominus fratrum tuorum*, ad superiores, qualis erat Iacob: perspicuum est, eum qui seruus factus esset, vt domi-

num eis qui seruitute oppressi erant, pedes doctrina sua abluisset. His in verbis, *Vos vocatis me, Magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim*, non potestulo quicquam profundioris altiorisque sensus, quam quod à multis intellectum est. Neque enim omnibus qui dicunt, *Domine, domine*, illud ab Iesu dicitur, *Vos vocatis me, Domine, & bene dicitis*. Non igitur rectè dicunt, *Domine* ij qui die illo dicturi sunt, *Domine, domine*, nõne in nomine tuo manducauimus, & in nomine tuo bibimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes fecimus? Dicit enim eis Iesus, *Discedite à me: nunquam noui vos, quoniam operarij estis iniquitatis*. Si rectè illud dixissent, *Domine, domine*, nunquam diciturus esset, *Discedite à me*, sed hoc etiam, *Non omnis, qui dicit mihi, Dñe, domine, intrabit in regnum cælorum: quod declarat non omnem qui dicat, Domine, domine, ab eo testimonium sumere, quemadmodum nunc testimonium apostolis dicit his verbis, Bene dicitis: sum etenim*. Verè enim vitium quidem non iam in eis dominabatur, sed verbum, atque vno nomine domina erat omnis animata & viua virtus. Quinetiam, si nemo dicere potest, *Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, ex hoc etiam intelligimus, quid sit dicere, Dominus Iesus*. Is qui in Spiritu sancto, *Dominus Iesus, dicit, bene dicit*. An verò etiam is qui bene præclarèque dicit, omni ex parte dicat in Spiritu sancto quæres propter illud, *Bene dicitis*, quod etiam nunc simul cum hoc loco exquiratur, *Nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus*. Verè igitur seruientis Verbo est, hæc duo verba, *Dominus Iesus, bene dicere: discipuli que huic similis Seruatori bene dicere, Magister, cui ipse illud dicat, Sum etenim*, quod à Verbo nunquam dicendum est ei, qui peccato seruiat, neque ei qui falsis decretis institutus sit. Quamquam etiam fieri potest, vt is qui sanctus sit pedum lauationem requirât: quandoquidem etiam vidua quæ ad honorem Ecclesiasticum eligitur, consideratur, vna cum aliis præclaris rebus an pedes etiam sanctorum abluerit, (Ridiculum enim in verbis cõmorari esse arbitror) atque eam me fac dicere, quæ habeat omnia, quæ sanctam viduam designent & expriment, atque hoc vno destituta sit, nec in ordinem Ecclesiasticum promotam esse, cum sæpe per ancillas & seruos benignè receperit eo tempore, cum necessariis rebus abundaret, peregrinos, aut vno nomine eos qui ab ea aliquid humanitatis postulabant. Nec mireris, si te illud referre oporteat, *Si pedes sanctorum lauit, quandoquidem iubentur eodem modo quo presbyteri, anus esse, & quæ bona sunt docere*. Vide autem, an non difficile sit quemuis discipulum Christi qui huic præcepto parere velit, *Et vos debetis alter alterius lauare pedes, vt debitum opus & officium, corporeos & sub sensum cadentes fratrum pedes abluere: vt hoc faciant fideles, qui quod quoduis genus vitæ sequantur siue Episcopi & presbyteri, qui in Ecclesia excellere videntur, siue ij qui in mundo dignitates aliquas obtinent*. Itaque ex hoc Dominus veniat ablutum fideles seruos parentisque filij: quod quidem in more positum erat, quæ etiã apud paulo simpliciores agresioresque seruantur. In his autem recordari debemus etiam eorum, quæ in hæc verba dicta sunt, *Si non laueris te non habebis partem mecum*: atque etiam horum, *Bibl. Hom. tom. 2. L. 11 3 Scitis*

Scitis quid fecerim vobis. Decebat enim Iesum nobis abluendorum pedum exemplum prodere, eodem modo quo in Canticis canticorum à sponsa his verbis dictum est, *Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos?* Hoc verò attende, *Ut quemadmodum feci vobis, & vos faciatis,* conferens cum loco illo, *Si non lauro te, non habebis partem mecum.* Quòd si quis ad hæc dicat, etiam si hoc ad allegoricum sensum transferatur, tamen nihilominus ex verbis factum esse, audiendum est etiam & intelligendum cum mystico sensu verbum hoc, *Si ergo laui pedes vestros ego, dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes.* Exemplum enim dedi vobis, *ut quemadmodum ego feci vobis, & vos faciatis.* Quærendum est igitur ab illo qui eiusmodi est, num quoniam factum est, vt verba declarant, illud quod dictum est Petro, qui dixerat, *Non laudabis mihi pedes in æternum, si nõ lauro te, non habebis partem mecum:* nos etiam iis qui honore & reuerentia ducti nobis abluendos pedes nõ portexerint, dicturi simus, *audiamusque dicere talibus, si non lauro te, non habebis partem mecum.* Quòd si hic non persuadet quod dixi, vide quidnam respondendum sit cum quæritur, siue litera omni ex parte seruanda. Mihi quidem videtur interdum decere, hunc quidem certi Iesu discipuli pedes abluere, illum autem exhibere eidem eos lauandos, ita vt charitate & benignitate ductus ille faciat, hic porrigat.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superius
Euang. Homil. 1.

Homil. 69. in Ioan. 1. Cor. 11. Rom. 8.

Ante diem autem Pasche sciens Iesus quia venit hora, vt transiret ex hoc mundo ad patrem, &c. Imitatores mei estote, inquit, Paulus, sicut ego Christi. Propterea enim carnem ex massa nostri corporis accepit, vt per eam nos virtutem erudiret. In similitudinem, inquit, carnis peccati: & de peccato peccatum in carne damnauit, & ipse inquit, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, quod non verbis tantum, sed & re ipsa ostendit. Si quidem & Samaritanum eum Iudæi, & demonium habentem, & deceptorem appellabant: & lapides in eum iecerunt, & nunc quidem ministros miserunt Pharisei, vt eum perderent, nunc alios, qui ei insidias tenderent, & ipsi nonnumquam in contumelias prorumpabant, cum non modo nihil haberent, quod accusarent, sed plurimis essent beneficiis affecti: neque adhuc cessat à beneficiis aut verbo, aut opere: & cum à seruo caderetur, inquit, Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et hæc aduersus inimicos, & insidiatores: videamus qualis in discipulos fuerit. Quid facit nunc vel aduersus proditorem? Qui enim maxime odio dignus erat, vt pote discipulus, & familiaris, & qui miracula viderat, & omnibus interesse dignus habitus est, & grauius peccauit, Lapides quidem in Iesum non iecerat: neque in contumelias prorupit: hunc quam humanè accipiat, operæpretium est inueniri. Lauit eius pedes, quo officio cohibere eum à scelere illo voluit. Atqui, si voluisset, poterat eum arefacere, quemadmodum & sicum, & scindere, vt petras, & velum. Sed non necessitate, sed voluntate propria volebat

Infr. 18.

Matth. 11. Supr. 8. Matth. 7. Supr. 8.

eum à prodicione abducere, ideo lauat eius pedes, neque hoc infelix ille reueritus est. *Ante diem autem Pasche,* inquit, *sciens Iesus, quia venit hora.* Non tunc sciuit, sed cum fecit, quod fecit. *Vt transiret.* Per quam sapienter euangelista transitum eius mortem appellat. Cum eos relicurus esset, vehementiorem dilectionem ostendit: hoc enim significat; *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos:* Nilui omisit, quod vehementer amantem deceret. Sed cur à principio hoc non fecit? Maiora posterius reseruat, vt eorum in se charitatem auget, animarctque, vt futura mala forti animo auferent. Suos autem, secundum familiaritatis rationem, alios secundum opificium appellat, vt, cum dicit; *Et sui eum nõ receperunt.* Quid autem signat illa particula; *In mundos?* Quoniam etiam mortui sui erant: vt Abraham, Isaac, & Iacob, & alij plurimi, sed hi non erant in mundo, vides & veteris, & noui testamenti eum Deum esse: Quid sibi vult ea particula; *In finem dilexit eos?* hoc est, semper dilexit, cuius signum hoc dixit. At quam sæpe alias, inquit, ponere se pro amicis suis animam, sed hoc nondum fecerat. *Qua autem gratia hoc fecit?* Quia multò mirabilis erat, quando clarior apud omnes apparuit, & non parum in discessu suo consolatus est. Cum enim essent maiorem in modum dolituri, æqualem illi doli consolationem affert. *Et cæna facta, diabolus cum misisset in cor, vt traderet eum Iudas,* Hoc perteritus addidit euangelista, quòd, qui se iam tradere proposuerat, lauerit: ostenditque maximam Iudæ malitiam, quòd ne mensa quidem communicatio eum cohibuit, vt maxime soler, cum ad vltimum vique diem eum magistrum haberet, scitrtque omnia ei tradita à patre, & quòd à Deo venisset, & ad Deum iret, nihil inquit. Quòd cum talis, & tantus esset, & à Deo venisset, & ad Deum iret, cum omnium dominaretur, id molitum est, neque reueritus est tantam rem aggredi. Traditionem autem hoc in loco fidelium salutem appellari mihi videtur. Nam & cum dicit; *Omnia mihi tradita sunt à patre meo:* de hac dicit traditione, sicut cum inquit; *Tui erant, & mihi eadē dedit, & iterum; Nemo potest venire ad me nisi pater traxerit eum: & nisi datum sit ei desuper.* Aut hoc, inquit, aut quod nihilo minor ex hoc esset futurus, qui à Deo venit, & ad Deum vadit, & omnia comprehendit. Cum verò traditionem audis, nihil humanū suspicaris: honorem enim erga patrem, & concordiam signat. Quemadmodum enim pater ei tradidit, ita & ipse patri: & hoc indicat Paulus inquit; *Cum traderet regnum Deo, & patri;* hoc autem hoc in loco humanius locutus est, multam eorum curam & incredibilem dilectionem præ se ferens, tanquam familiares eos erudiens, bonorum matrem humilitatem, quam & principium, & finem, inquit, esse virtutis. Sed quid additur; *A Deo venit, & ad eum vadit?* hoc est, digna eo facit, qui inde profectus est, & eò reuertitur: & sic omnem pessundat superbiam. *Et cum surrexisset à cæna, positis vestibus.* Considera quomodo nõ lauando tantum, sed & aliter humilitatem ostendit. Non enim, priusquam discumberet, sed post omnium discubitu, surgit à cæna, inde nõ simpliciter lauat, sed ponit vestimenta, *ac etiam linteo se praecinxit.* Neque hec contentus, ipse peluim impleuit, ipse nemine iullo, omnia fecit: exemplo docens nõ remissè, & frigide bona opera, sed quã diligentissimè faciendâ.

laui.

Mei. Ipsi. Supr.

1. Cor.

gentissimè faciendâ. Mihi videtur primùm eum proditoris lauasse pedes, *Cæpit* (inquit) *lauare, & inde venit ad Simonem Petrum, &c.* His, inquit, manibus, quibus oculos aperuisti, leproso mundasti, mortuos suscitasti: Habet enim hæc particula magnam significationem, quare non oportuit aliud dicere, quàm *Tu,* quod per se verbum sufficiens fuit, quo omnia demonstraretur. Iure autem quispiam quæret, quomodo nullus aliorum lauari reculauit præter Petrum? Quòd non parui amoris fuit, & reuerentiæ argumentū. Quenam est causa? Arbitror ante omnes proditoris pedes lauasse, inde venisse ad Petrum à quo & ceteri admoniti sunt, quid esset faciendum, Quòd enim alium quempiam ante lauerit, constat, cum dicit; *Venit ad Petrum.* Sed non est vehementius in accusando euangelista. Id enim verbum, *Cæpit:* alium ante lauasse significat: quod & si Petrus primus est, vt titubaret, & tremere, vt non deinde auderet ipse Christum interrogare, sed alium submittere. Iudam autem frequenter reprehensum nihil pudebat. *Scies autem postea.* Hoc est, quod hinc sequatur emolumentum, quod doctrinæ exemplum, & quomodo expediat in omnem nos adduci humilitatem. Petrus autem adhuc renuit; *Non laudabis mihi pedes in æternum:* Quid facis, Petre oblitus es, quæ ante dixerat? Nam dixisti, *Abiit à te: & audisti, vade post me farana: & adhuc non admoneris, sed nimis es in refutandis?* Quid nunc inquit. Res magna est, & admiranda, nam ob nimiam dilectionem ita locutus est, cui etiam Christus vicem reddit, vt enim tunc valde eum increpitans inquit; *Scadulum mihi es: ita & nunc. Si non lauro te, non habebis partem mecum.* Quid tum Petrus feruore quodam incensus? *Domine* (inquit) *non tantum pedes meos, sed & manus, & caput.* In recusando vehemens Petrus, & in pernitendo vehementior, vt unquam ex amore. Sed cur non dixit Iesus, quam obrem id faceret, sed minatus est: Quoniam non acquieuisset. Nam, si dixisset, *Sine te lauem,* vt vos humilitatis admoneam profectò sine vilo exemplo se admonitum afferuisset: sed nunc repulsa minis perterritus, continud paret. Ipse enim erat, qui frequenter, quò iret, interrogabat, qui animam pro eo se positum dicebat. Si enim, cum audiret; *Nescis quod ego facio, scies autem postea:* non tamen parebat, longè minus si intellexisset: ideo inquit; *Scies postea:* nãd infelix ita etiam oppugnaturus. Neque Petrus causam rogauit, sed vehementius accensus, ne passus est quidem doceri, sed renuit; *Tu mihi lauas pedes?* Post minas autem statim mollitas est. *Quid autem significat; Scies postea? Quado?* Cum in nomine meo demonia eiicies, cum in cælum me assumi suspicies, quum à spiritu intelliges me ad patris dexteram sedere, tunc cognosces, cur hoc faciam. Christus autem, quum dixisset Petrus; *Non tantum pedes, sed & manus, & caput, Qui lotus est* (inquit) *non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est totus mundus.* Iam vos mundi estis propter verba, quæ locutus sum vobis. At si mundi sunt, qua gratia lauas pedes? Vt modestiã doceam, propterea vilius membrum

elegit. *Lotus* autem, hoc est, mundus. Nunquid ergo mundi non erant? Nondum à peccatis erant liberi, neque spiritu sancto digni habitus fuerant, peccato, & maledicto adhuc regnante, & chirographo non abolito, neque oblata victima. Quomodo ergo mundos dixit? Ne propterea arbitraris ideo mundos dixisse, quòd nullis essent peccatis obnoxij; addidit; *Iam vos mundi estis propter verba, quæ locutus sum vobis:* hoc est, hæc tantum ratione estis mundi. Iam errore liberati estis Iudæorum, nã & propheta inquit; *Lauamini, & mundi estote, abiicite malitiam ab animis vestris.* Itaque talis lotus, & mundatus est, cum omnem animæ malitiam abiecerit, & sincera mente Deo adhererit. Ideo secundum propheticum sermonem inquit, qui lotus est, iam mundus est. Neque enim Iudaicam aquæ lotionem, sed opificij purgationem intelligit. Fiamus ergo & nos mundi, discamus benefacere. Et quomodo possumus? Iudicate pupillo, iustificare viduam, & venite dispertemus. Frequenter in sacris scripturis mentio fit viduarum, & orphanorum, sed nobis nulla eorum ratio. Veruntamen audi quantum illic mercedis; Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Neque enim habet defensorem vidua, ideo multa de ea ratio habetur, quæ, cum secundis nuptiis coniungi sibi liceret, Dei timore in viduitate multa perpetitur: eis igitur manus porrigamus omnes viri, & mulieres, ne quando viduitatis molestias subeamus: & si subierimus, benignitatem in nos materiam benignitate nostra comparemus. Non parua vis lachrymarum viduæ est, sed ipsum possunt cælum aperire. Nolumus eis insultare, ne augeamus, calamitatem, sed pro viribus opitulemur. Ita nos & in hoc, & in futuro seculo munemus: neque enim in hac duntaxat vita, sed in illa quoque nobis aderunt, & ob nostra in se officia maximam peccatorum nostrorum partem præcedent, atque delebunt, & fidenter facient nos ante iudicis tribunal comparere: quò vti nam omnes pertinere possumus, gratia, & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amne.

Esa. 1.

Esa. 1.

1bidem.

EIVSDEM IN IDEM
Homilia 2.

Postquam ergo lauit pedes eorum accepit vestimenta sua, &c. Grauius est, dilectissimi, grauius, inquam, in profundum vitorum decidere: sed enim anima incorrigibilis redditur, ideo omnia faciendâ sunt, ne à præcipio capiamur. Facilius enim est non cadere, quàm post casum resurgere. Contemplantur igitur, postquam dilapsus est Iudas, quatum habuit auxilium, & nunquam resurrexit. Dixit ad eum Iesus; *Vnus vestrum diabolus est:* dixit; *Non omnes credunt:* dixit; *Non de omnibus dico: & Scio quos elegi: & nihil horum sentit.* Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, & cum recubisset, dixit eis; *Scitis quid fecerim vobis?* Non amplius Petrum, sed omnes alloquitur. *Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis: sum etenim. Vos vocatis me,* eorum iudicium proponit: inde ne ad eorum gratiã locutum putares addidit; *Sum etenim:* cum eorum sermonem proponat, etiam verum ostendit. Nam

Ex Hom. 70. in Ioan.

Supr. 6.

S. AVGVST. EPISCOPI

Hiiponenfis in fuperius Euang. Homil. 1.

Matth. 23. Ibiudem. Supr. 12.

quod illi dicebant, ipfius confirmatione non fpectum redditur. Sum etenim, inquit: Vides quomodo difcipulos alloquendo, de fe apertius loquitur: quemadmodum ergo dicit; Nolite vocare magiftrum fuper terram, vnus enim pæceptor veftreft, ita inquit; Nolite vocare patrem fuper terram: vnus autem non de patre folum, fed de feipfo dicit. Aliter enim quomodo dixiffet; Vt filij lucis fitis. Et iterum: Sum enim, & vnus eft veftreft pæceptor Chriftus. Exempli enim dedi vobis, vt, quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Atqui non eft idem: ipfe enim erat dominus & magifter, vos inuicem conuerfi. Quid ergo fignat hæc particula, Ita? fecundum poffibilitatem: propterea enim à maioribus rebus accipit exempla, vt faltem minus faciamus. Etenim magiftri pueris literas quàm pulcherrimas fcribunt, vt vel in deterius imitentur. Vbi nunc, qui conuerfos defpiciunt? Vbi qui honores expetunt? Proditoris pedes dominus lauit, facilegi, furis, & ipfo proditoris tempore, cum nulla efferet fperanda emendatio: menfam communem pofuit, & tu elatis fupercilijs intumefcis? pedes inuicem lauemus inquit: nunquid & feruorum? Et quid mirum, fi feruorum? Siquidem inter nos feruus, & liber verbotenus differunt, differunt illic reipfa. Ipfe enim natura dominus erat, nos ferui, neque id recufauit: nobis autem fati videretur, fi liberis, vt feruis, & emptis mancipijs nõ vtimur. Et quid dicemus, cum tanta patientiæ exempla propofita nobis funt, quæ minime imitamus: fed contra, & è regione elati, ne debitum quidem reddimus? Debitores enim nos conftituit Deus, cum incepit: nos longè inferiores exemplum fequi debemus. Ipfe enim dominus erat, nos hoc conferuis faciemus, fi quid fecerimus: quod & ipfe fignificauit, dicens; Si ego magifter, & dominus: ita & vos. Confequens enim erat dicere, quantò magis vos ferui: fed reliquit hoc auditorum reputationi, & quamobrem? Debebant enim alij alijs magis honorari. Ne igitur fe inuicem iactarent, & dicerent, quis efferet maior, nõne inter fe indignarentur, omnem tollit elationem: vt, etfi longè fis maior, apud fratrem minime in fuperbiam efferaris, & non dixit, quod maius erat. Si ego pedes proditoris laui, quid mirum, fi vos alter alterius? Sed rem fecit, inde eam difcipulis iudicandam reliquit, ideo dicebat; Qui faciet, & docebit, hic magnus vocabitur. Hæc enim vera doctina eft, quod doces, id te efficere. Quemnam faltem hoc non tollet? quam temeritatem quam non deprimeret elationem? Qui fedet fuper Cherubin proditoris pedes lauit: tu, homo, terra, & puluis, efferis, & intumefcis. Et quo hoc dignum fupplicio? Quod fi veram elationem concupifcis, hic ego te viam docebo: non enim nofti, qui præfentibus rebus, & magnis inhiat, is vilis eft, & abiecti animi. Itaque nunquam humilitas eft fine magnitudine animi, neque fuperbia fine puftillanimitate. Quemadmodum pueri vilium rerum fpectacula admirantur, & obitupefcunt, pilis, trochis, & talis inhiant, magnas autem res ne cognitione quidem capere poffunt: ita & hic. Sapiens non reputat præfentia, ergo neque ea optabit ab alio accipere: qui sapiens non eft, contra afficietur, ad araneas, & ymbra, & fomnia, & his viliora conuertetur.

Cœna domini fecundum Ioannem adiuuante ipfo debitis eft explicanda tractatibus, & vt eft nobis poffe donauerit, explananda. Ante diem feftum pafche, fciens Iefus quia venit hora eius, vt tranfeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexiffet fuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Pafcha autem, fratres, nõ licet quidam exiftimant, Græcum nomen eft, fed Hebræum. Opportuniffimè tamen occurrit in hoc nomine quædam congruentia vtrarumque linguarum, quia enim patri Græcè πάσχα dicitur, ideo pafcha paffio putata eft, velut hoc nomen à paffione fit appellatum: in fua verò lingua, hoc eft in Hebræa, pafcha trãfitus dicitur, propterea quia tunc primum pafcha celebrauit populus Dei, quando ex Ægypto fugientes, tubum mare tranfierunt: nunc ergo figura illa prophetica in veritate completa eft, cum ficut ouis ad immolandum ducitur Chriftus, cuius fanguine illis poffibus noftis, id eft, cuius figno crucis fignatis frontibus noftis, à perditione huius feculi tanquam à captiuitate, vel interemptione Ægyptia liberabatur, & agimus faluberimum tranfitum, cum à diabolo tranfmus ad Chriftum, & ab ifto inftabili feculo ad eius fundatiffimum regnum: ideo quippe ad Deum permanentem tranfmus, ne cum mundo tranfeunte tranfeamus: de hac nobis collata gratia Deum laudans Apoftolus dicit, Qui eruit nos de poteftate tenebrarum, & tranftulit in regnum filij claritatis fuæ. Hoc itaque nomen, id eft, pafcha, quod Latine, vt dixi, tranfitus nuncupatur, velut interpretans nobis beatus Euangelifta: Ante diem, inquit, feftum Pafche, fciens Iefus quia venit hora eius vt tranfeat ex hoc mundo ad patrem: ecce Pafcha: ecce tranfitus. Vnde, & quod: De hoc, fcilicet mundo ad patrem, aliud ad hoftem: nam & Ægyptij tranfierunt, non enim perfequendo manferunt, non tamen tranferunt per mare ad regnum, fed in mari ad interitum. Sciens ergo Iefus quia venit hora eius, vt tranfeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexiffet fuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Vtique vt & ipfi de hoc mundo vbi erant, ad fuum caput, quod hinc tranffert, eius dilectione tranferent: quid eft enim, in finem, niſi in Chriftu? Finis enim legis Chriftus, ait Apoftolus, ad iuftitiam omnium credenti: finis perficiens, non interficiens: finis quonifque eamus, non vbi pereamus. Sic omnino intelligendum eft, Pafcha noſtrum immolatus eft Chriftus. Ipfe eft finis noſter, in illum eft trãfitus noſter: nõ video poffe ifta verba Evangelica quodam humano modo etiam fit accipi, tanquam vſque ad mortem Chriftus dilexerit fuos, vt hoc videatur eſſe, in finem dilexit eos. Humana eſt hæc ſententia, non diuina: neque enim nos hucusque ille dilexit, qui femper, & ſine fine nos diligit, abſit vt dilectionem morte finiret, qui non eſt in morte finitus. Etiam poſt mortem quæque

fratres fuos dilexit diues ille ſuperbus, atque impius, & vſque ad mortem nos dilexiſſe putandus eſt Chriſtus? Abſit, chatiſſimi, nequaquã ille nos diligendo vſque ad mortem veniret, ſi dilectionem noſtram morte finiret, niſi forte ita fit intelligendum, in finem dilexit eos, vſque ad mortem dilexit eos, quia tantum dilexit eos, vt moreretur pro eis. Hoc enim teſtatur eſt dicens: Maiorem hæc charitatẽ nemo habet, quã vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Ita fanè non prohibemur intelligi, in finem dilexit, vſque ad mortem dilexit, id eſt, vſque ad mortem illum dilectio ipſa perduxit. Et cœna, inquit, facta, cum diabolus iam miſiſſet in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iſcariotes, &c. Non ita debemus intelligere cœnam factam veluti iam conſummata, atque tranſactam: adhuc enim cœnabatur, cum dominus ſurrexit, & pedes lauit diſcipulis ſuis: nam poſtea recubuit, & buccellam ſuo traditori poſtea dedit, vti que cœna nondum finita, hoc eſt, dum adhuc panis eſſet in menſa. Cœna ergo facta, dictum eſt, iam parata, & ad conuiuium menſam vſumque perducta: quod autem ait: Cum diabolus iam miſiſſet in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iſcariotes: Si quæris quid miſſum fit in cor Iudæ, hoc vti que, vt traderet eum. Miſſio iſta ſpiritualis ſuggeſtio eſt, non fit per aurem, ſed per cogitationem, ac per hoc non corporaliter, ſed ſpiritualiter: neque enim ſpiritale quod dicitur, ſemper in laude accipiendum eſt: nouit Apoftolus quædam ſpiritualia nequitia in celeftibus, aduerſus quæ nobis colloctationem eſſe teſtatur; non autem eſſent maligna etiam ſpiritualia, ſi non eſſent etiam maligni ſpiritus. A ſpiritu enim ſpiritualia nominantur: ſed quomodo iſta ſiant vt diabolicæ ſuggeſtiones immitantur, & humanis cogitationibus miſceantur, vt eas tanquam ſuas deputet homo, vnde ſcit homo? Nec dubitandum eſt etiam bonas ſuggeſtiones à bono ſpiritu ita latere, ac ſpiritualiter fieri: ſed inter eſt, quibusſiam earum mens humana conſentiat, diuino auxilio vel deſerta per meritum, vel adiuta per gratiam. Factum ergo iam fuerat in corde Iudæ per immiſſionem diabolicã, vt traderet diſcipulus magiſtrum, ſed quem non diceret Deum: iam talis venerat ad conuiuium explorator patris, inſidiator ſaluatoris, venditor redemptoris, iam talis venerat & videbatur, & tolerabatur, & ſe ignorari arbitrabatur: quia in eo quæ volebat fallere fallebatur: at ille iſto, in ipſo corde intus inſpecto, neſcienter ſcianter vebatur. Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. Ergo & ipſum traditorem, nam ſi eum in manibus non haberet, nõ vti que illo vteretur vt vellet. Proinde iam traditor traditus erat ei, quem tradere cupiebat, atque ita malum tradendo faciebat, vt de illo tradito bonum fieret quod neſciebat: ſciebat enim dominus quid faceret pro amicis, qui patienter vebatur inimicis: ac ſic omnia dederat pater in manus eius, & in vſum mala, & in effectum bona. Sciens etiam quia à Deo exiit & ad Deum vadit. Nec Deum cum inde exiret, nec nos deſerens cum rediret. Hæc ergo ſciens: Surgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cum accepiffet linteam, præcinxit ſe: deinde miſit aquam in peluim, & cepit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Debemus, chariſſimi, ſenſum Euangeliftæ diligenter attendere, locuturus quippe de tanta domini humilitate, prius celeftudinem eius voluit commendare. Ad

hoc pertinet quod ait, fciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiit, & ad Deum vadit. Cum illi ergo omnia pater dediſſet in manus, ille diſcipulorum non manus, ſed pedes lauit: & cū ſe ſciret à Deo exiſſe, & ad Deum pergere, nõ domini Dei, ſed hominis ferui impleuit officiũ. Ad hoc autem pertinet quod etiã de traditore ipſius, quia iam talis venerat, qui nec ab illo ignorabatur, proloqui voluit, vt hoc quoque ad maximum humilitatis accederet, & etiam illi non dedignatus eſt pedes lauare, cuius manus iã præuidebat in ſcelere. Quid autem mirum, ſi ſurrexit à cœna, & poſuit veſtimenta ſua, qui cum in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit. Et quid mirum, ſi præcinxit ſe linteo, qui formam ferui accipiens habitu inuẽtus eſt vt homo? Quid mirum, ſi miſit aquam in peluim, vnde lauaret pedes diſcipulorum, qui in terram ſanguinem fudit, quod immunditiã dilueret peccatorum? Quid mirum ſi linteo quo erat præcinctus, pedes quos lauerat terſit, qui carne qua erat indutus, Euangeliftarum veſtigia confirmauit? Et linteo quidem vt fe præcingeret, poſuit veſtimenta ſua, quæ habebat, vt autem formam ferui acciperet, quando ſemetipſum exinaniuit, non quod habebat depoſuit, ſed quod non habebat accepit. Crucifigendus fanè ſuis expoliatus eſt veſtimentis, & mortuus inuolutus eſt linteis, & tota illa eius paſſio, noſtra purgatio eſt. Paſſurus igitur exitia, præmiſit obſequia non ſolum eis, pro quibus erat ſubiturus mortem, ſed etiã illi, qui eum fuerat traditurus ad mortem. Tanta eſt quippe humanæ humilitatis vtilitas, vt eam ſuo commendaret exemplo etiam diuina ſublimitas, quia homo ſuperbus in æternum periret, niſi illum Deus humilis inueniret: venit enim filius hominis quætere & ſaluum facere quod perierat. Perierat autẽ ſuperbiam deceptoris ſecutus, ergo humilitatem redemptoris ſequatur inuentus.

EIVSDEM IN IDEM Homilia 2.

Cum lauaret pedes diſcipulorum dominus: Vt ait ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: domine, tu mihi lauas pedes? Quis enim nõ expauifcetet lauati ſibi pedes à Dei filio? Quamuis itaque magnæ fuiſſet audaciæ contradicere ſeruum domino, hominem Deo, tamen hoc Petrus facere maluit, quàm perpeti vt ſibi pedes lauarentur à domino & Deo. Nec putare debemus hoc Petrum inter cæteros formidafſe, atque recuſaſſe, cum id alij ante ipſum libenter vel æquanimiter ſibi fieri permiſſent: facilius quippe ſic accipiuntur iſta verba Euangelij: quia cum dictum eſſet, Cepit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus: deinde ſubiunctum eſt, venit ergo ad Simonem Petrum, quaſi aliquibus iam lauiffet, & poſt eos veniſſet ad primũ: quis enim neſciat primum Apoftolorum eſſe beatiffimum Petrum? Sed non ita intelligendum eſt, quod poſt aliquos ad illũ venerit, ſed quod ab illo cœperit, quando ergo pedes diſcipulorum lauare cœperit, venit ad eum, à quo cœperit, id eſt, ad Petrum. Et tunc Petrus, quod etiam quilibet eorũ expauiſſet, expauiſit atque ait: Domine, tu mihi lauas pedes? Tu mihi: quid eſt, tu: Quid eſt, mihi? Cogitanda ſunt potius quàm

quam dicenda, ne forte quod ex his verbis aliquatenus dignum concipit anima, non explicet lingua. Sed respondit Iesus & dixit ei: quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Nec tamen ille dominici facti altitudine exterritus, permittit fieri, quod cur fieret ignorabat, sed vsque ad suos pedes humilem Christum adhuc non vult videre, non potest sustinere. Non lauabis mihi, inquit, pedes in aeternum. Quid est, in aeternum? Nunquam hoc feram, nunquam pariam, nunquam sinam: hoc quippe in aeternum non fit, quod nunquam fit. Tum saluator arguit reluctantem de ipsius salutis periculo exterritus, Si non lauero te, inquit, non habebis partem mecum. Ita dictum est, si non lauero te, cum de solis pedibus ageretur, quomodo dici aliolet, calcas me, quando sola planta calcatur. At ille amore & timore perturbatus, & plus expauescens Christum sibi negari, quam vsque ad suos pedes humiliari, Domine, ait, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Quando quidem sic minaris, lauanda tibi membra mea, non solum tibi ima non subtraham, verum etiam prima subterno. Ne mihi neges capiti dam tecum partem, nullam tibi nego abluendam mei corporis partem. Dicit ei Iesus: qui lotus est, non habet opus nisi pedes lauare, sed est mundus totus. Hic mouetur fortassis quis & dicat: Immo si mundus est totus, quid ei opus est vel pedes lauare? Dominus autem nouerat quod dicebat, etiam si nostra infirmitas eius secreta non penetrat: verum tamen quantum nos erudire, & ex lege sua docere dignatur, pro captu meo, pro modulo meo, aliquid etiam ego de huius quaestionis profunditate, illo adiuuante, respondeam, ac primum ipsam locutionem non sibi esse contrariam facillime ostendam: quis enim non ita rectissime loqui possit, mundus es totus praeter pedes? Elegantius autem loquitur si dicit, mundus es totus, nisi pedes, quod tantumdem valet: Hoc ergo ait dominus, Non habet opus nisi pedes lauare, sed est mundus totus. Totus utique praeter pedes, vel nisi pedes quos habet opus lauare: sed quid est hoc? Quid sibi vult, quid hic necessarium est, ut quaeramus. Dominus dicit, veritas loquitur, quod opus habeat pedes lauare etiam ille qui lotus est. Quid, fratres mei, quid putatis, nisi quia homo in sancto quidem baptismo totus abluatur, non praeter pedes, sed totus omnino: verum tamen cum in rebus humanis postea viuatur, utique terra calcatur, ipsi igitur humani affectus, sine quibus in hac mortalitate non viuatur quasi pedes sunt, ubi ex humanis rebus afficimur, & sic afficimur, ut si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipiamus, & veritas in nobis non est. Quotidie igitur pedes lauat nobis, qui interpellat pro nobis: & quotidie nos opus habere ut pedes lauemus, id est, vias spiritalium gressuum dirigamus, in ipsa oratione dominica consistemus, cum dicimus: Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: si enim confiteamur, sicut scriptum est, peccata nostra, profecto ille, qui lauit pedes discipulorum sudorum, fidelis est & iustus, qui dimittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate, id est, vsque ad pedes quibus conuersamur in terra. Proinde ecclesia quam mundat Christus lauachro aquae in verbo, non solum in illis est sine macula & ruga, qui post lauachrum regenerationis continuo ex huius vitae contagione tolluntur, nec calcant ter-

1. Ioan. 1.
* alias sic.
Rom. 8.
Math. 6.
Eph. 5.

ra ut opus habeant pedes lauare: verum etiam in his quibus istam misericordiam praebet dominus, fecit eos de seculo isto lotis etiam pedibus emigrare. In his autem qui hic demorantur, etiam si munda sit, quoniam iuste viuunt, opus tam habent pedes lauare, quoniam sine peccato vixi non sunt. Propter hoc dicit in cantico canticorum: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dicitur enim hoc cum cogitur ad Christum venire, & terram calcare conuenit. Alia quaestio rursus exortitur: nonne Christus sursum est? nonne ascendit in caelum, & sedet ad dexteram patris? nonne Apostolus ad nos clamat, & dicit: Si ergo resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quae sursum sunt quaerite, non quae super terram? Quomodo ergo ut ad Christum eamus, terram calcare cogellimur, cum potius nobis sursum cor habendum sit ad dominum, ut cum illo esse possimus? Videris, fratres, hodierni temporis angustias istam coarctare quaestionem. Quod & si vos forte minus videris, ego utcumque video quantum disputationis indigeat: vnde peto ut eam potius suscipiatis, quam vel negligetius vel angustius pertractari, non fraudata, sed dilata expectatione patiamini. Aderit enim dominus, qui nos debitores facit, ut faciat etiam redditores.

EIVSDEM IN IDEM
Homil. 3.

Non immemor mei debiti, & iam reddendum tempus agnosco. Donet vnde reddam, qui donauit ut debeam: donauit enim dilectione, de qua dictum est: Nemini quicquam debeatis, nisi ut inimicem diligatis. Donet etiam sermonem, quem video me debere dilectis: expectationem vestram ad hoc nempe distuleram, ut explicarem sicut possem, quem tam modum etiam per terram veniat ad Christum, cum potius iubeamur, quae sursum sunt quaerere, non quae super terram. Sursum enim Christus est sedens ad dexteram patris: sed profecto & hic est propter quod & Saulo in terra saeuienti dicit: Saul, Saul, quid me persequeris? Ut autem hoc quaerendum susciperemus, id tractabatur, quod pedes dominus discipulis lauit, cum iam ipsi discipuli loti essent, nec opus haberent nisi pedes lauare: ubi visum est intelligendum, quod baptismum quidem homo totus abluatur, sed dum isto postea viuatur in seculo, humanis affectibus terram velut pedibus calcans, ipsa scilicet conuersatione vitae huius contrahit vnde dicat; Dimitte nobis debita nostra: ac sic etiam inde mundatur ab eo, qui pedes lauit discipulis suis, nec desinit interpellare pro nobis. Hinc occurrunt ex cantico canticorum Ecclesiae verba dicentis: Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Cui vellet ire & aperire ei qui venerat ad eam, & pulsauerat, sibi quoque aperiri poposcerat, ille speciosus forma patris filii hominum. Hinc quaestio nata est quam coarctare nolimus angustias temporis, ideoque distulimus, quo nam modo Ecclesia timeat inquinare pedes, dum pergit ad Christum, quos baptismo lauat Christi, sic enim ait: Ego dormio & cor meum vigilat, vox fratruelis mei pulsat ad ianuam: deinde dicit etiam ipse: Aperi mihi soror mea, proxima mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meum

meum repletum est rore & crines mei guttis noctis: & respondit illa, Exoi me tunica mea, quomodo induar ea? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? O admirabile sacramentum, o grande mysterium! Ergone timet inquinare pedes veniendo ad eum, qui lauit suorum discipulorum pedes? Timer certe, quia per terram venit ad eum, qui etiam in terra est, quia suos hic constitutos non deserit: an ipse ait: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: an non ipse ait: Videbitis caelos apertos, & angelos Dei ascendentes & descendentes ad filium hominis? Si ascendunt ad eum, propterea quia sursum est, quomodo ad eum descendunt, si etiam non hic est? Dicit ergo Ecclesia: Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? [In eis hoc dicit qui possunt omni saepe mundati dicere, Cupio dissolui & esse cum Christo, permanere autem in carnis magis necessarium propter vos.] In eis hoc dicit qui praedicant Christum, & aperit illi ostium, ut habitet per fidem in cordibus hominum. In his hoc dicit cum deliberat, utrum ministerium tale suscipiant, cui se minus idoneos existimant, ut sine culpa impleant, ne forte aliis praedicantes, ipsi reprobi fiant. Tutius enim veritas auditur, quam praedicantur, quoniam cum auditur, humilitas custoditur: cum autem praedicatur, vix non surrepit cuiusvis hominum quantalacunque iactantia, in qua utique inveniuntur pedes. Ergo apostolus Iacobus dixit: Sic omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum: dicit & alius homo Dei, Auditui meo dabis gaudium, & letitiam, & exultabunt ossa humiliata: hoc est, quod dixi: Cum veritas auditur, humilitas custoditur: dicit & alius: Amicus autem sponsi stat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. Fruamur audita, sine strepitu nobis loquente intrinsicus veritate: quantum etiam cum forissecus insonat per legem, per annunciantem, per praedicantem, per disputantem, per praecipientem, per consolantem, per exhortantem, per ipsum etiam cantantem atque psallentem: ipsi qui haec agunt, inquinare pedes suos timeant, cum placere hominibus surrepente amore humane laudis affectant. Ceterum qui eos audit libenter, & pie, non habet locum iactandi se in laboribus alienis, & non inflatis ossibus, sed humiliatis, gaudio gaudet propter vocem dominice veritatis. Proinde in eis qui libenter, & humiliter audire nouerunt, & vitam quietam in studiis dulcibus, & salubribus agunt, catholica deliciarum ecclesia & dicat: Ego dormio, & cor meum vigilat: Quid est, Ego dormio, & cor meum vigilat: mihi, ita quiesco ut audiam: Ocium meum non impenditur nutriendae desideriae, sed percipiendae sapientiae: Ego dormio, & cor meum vigilat, vaco, & video, quoniam tu es dominus, quia sapientiam scribo in tempore ocij, & qui minoratur actus, ipse percipit eam. Ego dormio, & cor meum vigilat: ego requiesco a negotiosis actibus, & animus meus diuinitatem intendit affectibus: sed in his qui isto modo suauiter, & humiliter requiescunt, dum ociose oblectantur ecclesia, ecce pulsat ille, qui ait: Quae dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, praedicate super terra. Vox ergo eius pulsat ad ianuam, & dicit: Aperi mihi soror mea, proxima mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meum repletum

est rore, & crines mei guttis noctis: velut si diceret, tu vacas, & contra me ostium clausum est, tu studes ocio paucorum, & abundante iniquitate refrigerat charitas multorum: nox quippe iniquitas est, ros vero eius & guttae, hi sunt qui refrigerant, & cadunt, & faciunt refrigerare caput Christi, hoc est, ut non ametur Deus, caput enim Christi Deus: sed portantur in crinibus, id est, in sacramentis visibilibus tolerantur, sed nequaquam interiora sensus attingunt. Pulsat ergo ut excutiat quiete sanctis ociosis, & clamat: Aperi mihi de sanguine meo soror mea, de accessu meo, proxima mea, de spiritu meo columba mea, de sermone meo, quem plenius ex ocio didicisti perfecta mea, aperi mihi, praedica mihi: ad eos quippe qui clausurae contra me, quomodo intrabo sine aperiente? Quomodo enim audient sine praedicante? Hinc fit ut etiam hi qui amant ocium studiorum bonorum, & nolunt perpetui laboriosorum molestias actionum, eo quod minus idoneos ad haec ministranda, & sine reprehensione agenda se sentiant, mallent, si fieri posset, sanctos Apostolos, & praedicatores veritatis antiquos excitari aduersus abundantiam iniquitatis, quia feruor frigit charitatis: sed in eis, qui iam de corpore exierunt, & carnis indumento expoliati sunt, neque enim ab ea separati sunt, respondeat ecclesia: Exui me tunica mea, quomodo induar ea? Recipietur quidem illa tunica, & in eis qui iam exuti sunt, rursus vestietur carne ecclesia, non tamen nunc quando seruae faciendi sunt frigidi, sed tunc quando resurrexerunt sunt mortui. Passa ergo difficultatem propter inopiam praedicatorum, & recolens illa sua membra sana sermonibus, sancta moribus, sed iam exuta corporibus, ingemit & dicit ecclesia: Exui me tunica mea, quomodo induar ea? Membra illa mea, quae Christo aperire euangelizando excellentissime potuerunt, quomodo ad corpora, quibus exuta sunt, redire nunc possunt? Deinde respiciens ad eos qui praedicare, & populos acquirere, ac regere, ac sic Christo afferre utcumque possunt, sed in his difficultatibus actionum peccare metuunt: Laui, inquit, pedes meos, quomodo inquinabo illos? Quisquis enim in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Et quis est perfectus? Quis est qui non offendit in tanta abundantia iniquitatis, tanto frigore charitatis? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Quandoquidem lego & audio: nolite multi magistrum fieri fratres, quoniam maioris iudicii sumitis? In multis enim offendimus omnes. Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Sed ecce surgo & aperio, Christe, laua nos: dimitte nobis debita nostra, quoniam non est extincta charitas nostra, quia & nos dimittimus debitoribus nostris. Quando te audimus, exultant tecum in celestibus ossa humiliata. Sed quando te praedicamus, terram calcamus, ut tibi aperiamus: & ideo si reprehendimur, perturbamur: si laudamur, inflamur. Laua pedes nostros ante mundatos, sed cum ad aperendum tibi per terram pergitimus inquinatos. Haec vobis hodie satis sint, dilectissimi: si quid fecerit quam oportuit dicentes fortassis offendimus, vel laudibus vestris immoderatus quam oportuit eleuati sumus, impetrate mundationem pedibus nostris, Deo placentibus orationibus vestris.

est rore, & crines mei guttis noctis: velut si diceret, tu vacas, & contra me ostium clausum est, tu studes ocio paucorum, & abundante iniquitate refrigerat charitas multorum: nox quippe iniquitas est, ros vero eius & guttae, hi sunt qui refrigerant, & cadunt, & faciunt refrigerare caput Christi, hoc est, ut non ametur Deus, caput enim Christi Deus: sed portantur in crinibus, id est, in sacramentis visibilibus tolerantur, sed nequaquam interiora sensus attingunt. Pulsat ergo ut excutiat quiete sanctis ociosis, & clamat: Aperi mihi de sanguine meo soror mea, de accessu meo, proxima mea, de spiritu meo columba mea, de sermone meo, quem plenius ex ocio didicisti perfecta mea, aperi mihi, praedica mihi: ad eos quippe qui clausurae contra me, quomodo intrabo sine aperiente? Quomodo enim audient sine praedicante? Hinc fit ut etiam hi qui amant ocium studiorum bonorum, & nolunt perpetui laboriosorum molestias actionum, eo quod minus idoneos ad haec ministranda, & sine reprehensione agenda se sentiant, mallent, si fieri posset, sanctos Apostolos, & praedicatores veritatis antiquos excitari aduersus abundantiam iniquitatis, quia feruor frigit charitatis: sed in eis, qui iam de corpore exierunt, & carnis indumento expoliati sunt, neque enim ab ea separati sunt, respondeat ecclesia: Exui me tunica mea, quomodo induar ea? Recipietur quidem illa tunica, & in eis qui iam exuti sunt, rursus vestietur carne ecclesia, non tamen nunc quando seruae faciendi sunt frigidi, sed tunc quando resurrexerunt sunt mortui. Passa ergo difficultatem propter inopiam praedicatorum, & recolens illa sua membra sana sermonibus, sancta moribus, sed iam exuta corporibus, ingemit & dicit ecclesia: Exui me tunica mea, quomodo induar ea? Membra illa mea, quae Christo aperire euangelizando excellentissime potuerunt, quomodo ad corpora, quibus exuta sunt, redire nunc possunt? Deinde respiciens ad eos qui praedicare, & populos acquirere, ac regere, ac sic Christo afferre utcumque possunt, sed in his difficultatibus actionum peccare metuunt: Laui, inquit, pedes meos, quomodo inquinabo illos? Quisquis enim in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Et quis est perfectus? Quis est qui non offendit in tanta abundantia iniquitatis, tanto frigore charitatis? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Quandoquidem lego & audio: nolite multi magistrum fieri fratres, quoniam maioris iudicii sumitis? In multis enim offendimus omnes. Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Sed ecce surgo & aperio, Christe, laua nos: dimitte nobis debita nostra, quoniam non est extincta charitas nostra, quia & nos dimittimus debitoribus nostris. Quando te audimus, exultant tecum in celestibus ossa humiliata. Sed quando te praedicamus, terram calcamus, ut tibi aperiamus: & ideo si reprehendimur, perturbamur: si laudamur, inflamur. Laua pedes nostros ante mundatos, sed cum ad aperendum tibi per terram pergitimus inquinatos. Haec vobis hodie satis sint, dilectissimi: si quid fecerit quam oportuit dicentes fortassis offendimus, vel laudibus vestris immoderatus quam oportuit eleuati sumus, impetrate mundationem pedibus nostris, Deo placentibus orationibus vestris.

1. Cor. 11.
Rom. 10. 1
Cantic. 5.
Ioan. 3.
Math. 6.
Psal. 50.
EIVS

Nullus ex vobis contra vllum hominem odium referuet in corde suo, vt securi possitis dicere, *Matth. 6.* Mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Castitatem autem ante omnia custodite, gulam refræmate, ebrietatem fugite, pauperibus, secundum quod vires suppetunt, elemosynas date. Et hoc ante omnia rogo, fratres charissimi, vt gaudium, quod nobis hucusque de vestra deuotione fecistis, in die crastina, in est, in passione domini compleatis. *Matth. 10.* Non enim qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et ideo sic agere debetis, ne per vnus diei negligentiam perdati, quod per totam quadragesimam acquisistis. Sic est enim tota quadragesima abstinere, orare, vel psallere, & in passione domini, id est, in pasceue de ecclesia se subtrahere: quomodo si aliquis cū grandi labore studeat terram colere, & messem non mereatur accipere. Et ideo rogo vos, vt nullus se de ecclesia subtrahat, nisi forte quem aut corporis infirmitas, aut grandis, & publica necessitas tenuerit occupatum. Ipse enim in Paschali solennitate legitimum gaudium poterit celebrare, qui in passione Domini se noluit de ecclesie conuentu subtrahere. Qui me in hac suggestione libenter audierit, confido quod illi Deus & in hoc seculo, & in futuro gloriosa præmia recompensabit: qui cum patre & spiritu sancto viuit, & regnat, &c.

S. CYRIL. EPISCOPI Alexandr. superioris Euang. expositio.

Ante diem autem festum Pasche, &c. Subobscurum est, quod dicitur, nec simplicem sensum continet: cuius enim rei gratia signanter modo dicere videtur; *Ante diem festum Pasche sciens quia venit hora, vt transeat ex hoc mundo ad patrem?* Quid autem est, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos? Illud igitur vt breuissime primo perstringamus, dicere mihi videtur, ante salutarem passionem cum sciret Iesus proxime iam tempus esse, vt ad cælos transiret, perfectâ erga suos, qui erant in hoc mundo, dilectionem ostendit. Verum, vt latius totam rem amplectamur, non grauabor repetere, quæ alias dicta sunt. Intellectuales, rationalesque substantiæ, virtutes, dominationes, cæteræque huiusmodi, propriè saluatoris sunt, creationis ratione; sed rationales etiâ, rerestresque substantiæ eius propriæ sunt, ea ratione, qua omnium dominus est; etiam si nonnulli eum non adorant. Dilexit igitur suos, in hoc mundo, non enim angelos, nec naturam angelorum apprehendit: sed, cum in Dei patris forma esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo. Immo vero propter nos, qui in hoc mundo sumus, exinaniuit seipsum, & charitate sua erga nos formam nostram accepit, cum sit omnium dominus. Dilexit igitur suos, qui sunt in hoc mundo, & dilexit in finem; quia non ignorans, quot, quantæque passurus esset, libenter propter nos cuncta suscepit. Cum igitur, inquit, reuerentiam Iudæorum, & crucis patibulum effugere potuisset, adeo dilexit suos, vt non recusauerit pro vita omnium mori. Quia autem perfectissima hæc dilectio sit, ipsum saluatorem testem mihi cita-

*Hebr. 2.
Philip. 2.*

bo. Hoc est, ait, mandatum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Præterea nō ignoramus, nō paruo fuisse studio euangelistis omnibus, sapius ostendere passionis tempus à domino fuisse præcognitum; ne quis hereticorum insurgat dicens, in firmitate sua traditum, & Iudæorum laqueis ireritum, crucis patibulum non sponte sustinuisse. *Et cena facta, cum diabolus iam misisset, &c.* Radicitus à mentibus nostris vt omnium perturbatio- num turpissimam saluator arrogantiæ euellit, non enim ignorat, nulla magis ægritudine animi hominis deprimi, cui etiâ ipse Deus resistit. Oportebat autem moderato, atque humili animo prædicatores veritatis (discipulos dico eius) inueniri; ne tanto facilius ad hunc detestabilem morbum adiumento Christi nō roborati laberentur, quanto plures, maiorisque ad huiusmodi scelus causas erant habituri. Solet enim illustribus viris crudelis arrogantiæ bestia insilire. Quid autem Apostolis illustrius, aut qui se Deo coniunctiores dicere potuissent? hic certe morbus in eos, qui nihil præclarum habent in vita, nūquam ingreditur. Quomodo enim cum tentabit, qui nihil habet, quod sibi arroget? quem vero cæteri admittantur, is loquitur cæteri se facile antepone- nere. Nam quasi moribus, atque virtute præcipuus præstare aliis putat: quæ cum ita se habeat, oportebat profecto vt humilitatis exemplum se ipsum Christus illis præberet; quo imitatione domini ad voluntatem Dei mentes suas conformarent: nec funditus aliter depellere hunc morbum docendo, persuadendo que quis posset; nisi re, ac verbis ostēderet adeo humiliter de se quodque opinari oportere, vt serui locum libenter ex animo sibi attribuunt. Ministerium ergo serui suscepit, & pedes discipulorum linteo præcinctus lauit. Considera, quæso, quàm seruile hoc ministerium, quàm infimum; si quis mundi huius honorem respiciat. Exemplum igitur Christus non discipulis solum, sed omnibus, eximiam humilitatis proponitur. Propterea Paulus ad imitationem eius omnes hortatur dicens, hoc sentite in vobis, fratres, quod & in Christo Iesu: & rursus, putate honore alios vobis præstare. Charitatis ceteræ, concordiaque fundamentum in humili animo iaci solet. Verum, vt eius rei magnitudinē, quantum verbis humanis fieri possit amplifiet, ne paruum quid factum esse à Christo quisquam putet, mirabili quodam modo diuinus Euangelista gloriam, & potestatem eius breuiter ante oculos posuit, cum dicat; *Sciens, quia omnia dedit ei pater in manus.* Quamuis, inquit, non ignorauerit omnium se rerum habere potestatem, & quod à Deo exiuerit, id est, à substantia Dei patris emanauerit, & ad Deum vadat, id est, quod & rursus in cælum ascendens patri conglorificabitur: sic tamen seipsum humiliauerit, vt linteo præcinctus, discipulorum lauerit pedes. Hoc exemplum habentes, charissimi, & huius Christi charitatis imaginem intuentes, moderatè, oro, de nobis sentiamus, maiora semper, præstantioraque bona in fratribus esse existimantes. Hoc enim ipsum est, ad quod exemplo sui Christus nos inducere voluit. *Venit ergo ad Simonem Petrum, &c.* Vbi que Petri animus feruentior esse videtur: & nunc more suo, salutare tantæ humilitatis exemplum, ex reue-

ex reuerentia magistri recusat: considerabat enim quis ipse natura esset, & quis peluim abiectissimi vsus, serui ministerio loturus pedes, offerrebat. Mirabilis quippe, horroisq; plena res erat. Quis enim non perhorruisset, cum dominum omnium, qui cum patre in cælis glorificatur, huiusmodi ministerium discipulis exhibere videret? Iure igitur tantæ rei pondus fidelis discipulus pertimuit, & solitæ sibi vsus reuerentiæ fructu recusauit, præsertim cum rei causam ignorans, putaret ad quamdam solummodo corporis quietem (vt fieri solet) à domino illud cœptum fuisse. Lotio enim pedum laborem status, aut itineris mitigar: propterea feruenter prohibet, dicens; *Tu mihi lauas pedes?* Oportebat, inquit, oportebat nos, qui natura serui sumus, non te, qui dominus omnium es, officium id suscipere. Sed Christus quidem rei vtilitatem paulo post expositurum se pollicetur. Nos autem non parum hinc etiam proficere possumus, videntes temporum cuncta opportunitati commodissime distribui. In aliud enim sermonem transtulit tempus, quia opus instabat: cumque occasio dicendi datur, ab agendo desistit. Verum Petrus detrimentum, quod ex recusatione illa sequebatur, non lauas mihi pedes in æternum, paucis didicit. Respondit ei Iesus. Si non lauo te, &c. Perspicuum est, quod dicitur. Nam, nisi hanc mirabilem humilitatis, inquit, disciplinam suscipias, nihil tibi mecum commune erit. Verum, quoniam sæpenumero Christus ea, quæ de re vna dicit, generalius, copiosiusque intelligit, illud quoque puto istis verbis significari. Nisi quis, inquit, peccati sordes per gratiam meam lauerit, atque absterferit, regni cælorum non erit particeps: non enim intrabunt impuri in beatas illas mansiones, sed qui propter charitatem Christi conscientiam suam mundarunt, sanctificatiq; sancto spiritu per baptismum, vna cum Christo viuunt in æternum. Dixit ei Simon Petrus, domine, &c. Qui modo lotionem acriter repulerat, nunc manus etiam, & caput libenter offert. Nam, si tanta mihi ærumna, inquit, non loto impender, non solum pedes, sed totum offeram corpus, vt horribile detrimentum effugiam. Reuerentia igitur, ac tantæ rei formidine, non quia inobediens esset, primo negat. Nam, qui dignitatem saluatoris, & mortalitatem suam considerans, recusabat, postea quàm huiusmodi detrimentum immineere prospexit, statim obsequitur. Tu autem non nihil fructus hinc tibi collige, exemploque tibi Petrum proponit: qui, etsi dixerit, non laucris mihi pedes in æternum, cedit tamen confestim maiori, nec pertinaciter contendit, sed cito se penituisse ostendit. Caueamus igitur, quantum fieri potest, ne temerario casu verba efferamus: sed, si quid (homines enim sumus) exciderit, etiam si probe dictum videretur, cum tamen aliud melius appareat, non contendamus, sed quamprimum, quod melius est, amplectamur: præstat enim verbi solummodo peccare, quàm magnarum etiam rerum detrimentum habere. Sed procul omnino à nostra lingua iuramentum sit: mutatur enim facile voluntas: & ideo, qui se iuramento astrinxerit, is se detrimentum subiecit. Vtilissima enim quædam res est, aut nunquam, aut raro lingua errare. Verum, quia nimium ardua est, atque difficilis (nemo enim linguam domare potest; vt dicitur) saltem iuramento nequaquam astrictum

proferamus sermonem: vt, si conditio temporum mutare propositum cogat, non adeo magna improbitate opprimamur, & facilius propter fragilitatem naturæ veniam diuinitus consequamur. Quis enim delicta intelligit, vt scribitur? Aut quomodo terrestris homo lingua, quæ non facile teneri potest, cum semper in verba prorumpat, non peccabit? *Dicit ei Iesus, qui lotus est, &c.* A rebus corporeis quàm apertissime ad spirituales sermonem traducens, proditorem occulte arguit, ad penitentiam, & meliores eum reuocans cogitationes. Nam, etsi aperte adhuc mala eius consilia non denudet; acriter tamen, cum non esse omnes mundos asseueret, acerbè que pungit. Sed cæteris quidem discipulis, vel quoniam Christo inhærebant, vel quoniam labore sequendi nō fatigabantur, vel quoniam in fide firmi manebant, vel quoniam non parua charitate Christo afficiebantur, mundities inerat. Proditori vero tam auaritiæ crimen, tam affectionis erga Christum infirmitas inabstergibiles peccatorum ingessit sordes. Cum igitur Christus dicit, *Vos mundi estis, sed non omnes*: quamuis occultius id dici videatur, conscientia tamen stimulus verborum vim ad eum apertissime reuocabat, qui prodendi consilium cœperat. Tu autem vide, quàm clementissime ita res, primo causa verborum ex lotionem commode capta profertur, vt nec cæteri turbentur, qui forsitan repentina re commoti, aduersus proditorem insurrexissent, & proditoris conscientia magnitudine criminis vehementer exagiterent. Sed huius clementiæ magnitudinem quis non admirabitur? videbat animus eius: cognouerat venenosam eum agitare consilia, honorauit tamen vt alios, & eius quoque pedes lauit, charitatem vsque in finem conseruans: & antequam crimina in exitum erumpant, illum non derelinquens: hæc mirabilis, perfectæque clementia diuinæ naturæ propria est. Nō enim, quia nouit occulta vt Deus, propterea illico punit, sed clementer ferens, multis reuocat modis. Cum autem non modo non proficere homines videat, immo vero contra suæ improbitatis hæere, tunc iam permittit, praui consilij eorum non diuinæ voluntatis opus id esse ostendēs. Ideo per Ezechielem dicit, viuo ego, dicit dominus, quia nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Clementer igitur dominus noster Iesus Christus, quamuis in cor Iudæ diabolus iam immiserit, vt eum traderet, vna tamen cum aliis discipulis eum retinet, & pedes eius lauat: ita, cum nulla causa incitatus esset, eius solummodo prauitatis, tam nefandæ proditoris consilium fuisse ostendit. *Postquam ergo lauit pedes eorum, &c.* Apertissime nunc ad imitationem humilitatis exemplo se nobis proposuisse ostendit, inexcusabilisque propter suam præstantiam reddidit arrogantes. Inde namque humilitatis Christi magnitudinem facile perspicias. si considerabis, quod natura terrenum est, atque abiectum, non posse humiliari: quo enim descenderet, quod iacet? Sed, quisquis in alto positus est, eum (si sponte humiliatus infima petit) iure admirari debemus: quia vltro abiecta, atque tenuia, quæ naturaliter non habebat, suscepit. Non igitur ab re dominus noster Iesus Christus, cum discipulis suis, & per eos vniuerso terrarum orbi humilitatis exemplum traderet, non simpliciter dixit, vt ego feci vobis, sic & vos facere debetis. Sed dignitatem, & glo-

Psal. 18.

Exech. 18.

riam suā prius exposuit, vt hac re gloriæ cupidos deprimeret: *Vos enim, inquit, vocatis me dominus, & magister, & bene dicitis: sum etenim.* Ita breui hac ratione & fidelium edificationi prouidit, & linguas eorum repressit. Nam, quando ad discipulos cum adiectione articuli dixit; *Vos me vocatis, dominus, & magister,* ne quis putet non natura id ipsum habere, sed honoris loco sic à discipulis appellari, necessario addidit, *& bene dicitis: sum etenim.* Non enim nudo nomine gratia honoris, dominus appellatur, sicuti nos natura quidem serui, gratia vero etiam vltra naturam nostram honorati, sed natura dominus est, qui omnia vt Deus creauit, ad quem canens Psalmista dicit; *Quonia omnia seruauit tibi.* Sed natura etiam magister est. Omnis enim sapientia est à domino, & omnis intellectus per eum: ipse vt sapientia, sapere facit intelligentias: ipse omni rationali creaturæ tam cælesti, quam terrestri naturæ suæ idoneam intelligendi vim inserit. Et quemadmodum, cum ipse sit vita, omnia vitæ susceptibilia viuificat: sic, cum ipse sit sapientia patris, sapientiam cunctis susceptibilibus immittit. Natura igitur dominus, & magister filius est. Quando igitur tantus in gloria ego, inquit, ad tantam deuenire humilitatem non sum dedignatus, vt etiam pedes lauerim vestros, quomodo vos recusabitis alter alterius pedes lauare? Hinc discimus non debere nos honori proximorum insillire, sed præponēdos semper putare proximos. Optima sanè disciplina: animo enim nihil arroganti quid exaquetur? Præsertim cum videamus nihil magis fratres, atque amicos dissepate, quam miseræ gloriæ nimia cupiditas. Semper enim maius eligimus, semper fulgentioribus inhiare, caducus, & instabilis huius vitæ honor lubricam mentem nostram impellit. Quare, si volumus ab hoc detestabili morbo, & inani cupiditate liberari (nihil enim aliud hæc cupiditas quam deceptio est) Christum saluatorem nostrum toto animo complectamur, qui discipulorum pedes lauit, vt & nos alter alterius pedes lauemus. Sic enim omnis arrogantia via concludetur, omnis gloriæ species procul abibit. Nam, si natura dominus, sicuti seruus inter discipulos fuit, quomodo nos natura serui atrocem fugiemus penam, si tanto moniti exemplo non proficiemus?

Psalm. 118. Eccl. 1.

1. Cor. 1.

Philip. 2.

AUTHORIS DE OPERIBUS Cardinalibus Christi, sub nomine Cypriani, in eodem die sermo de Cæna Domini, & prima institutione consummantis omnia sacramenta.

Habetur in ser. opera S. Cypriani.

Suicitati Lazari Hierosolymis increbuerat rumor, & tam solenne miraculum ad venerationem Christi excitauerat populum: vnde & ei ciuitatem ingrediendi, cum ramis palmarum obuiam processerunt, sedentemque super asinum resonantibus laudibus gratulabundi introduxerunt in urbem, regem Israel confitentem, & acclamantes, filium Dauid in nomine Domini aduenisse, cuius æternum imperium prophetarum vaticinia antiquitus conclamarant. Nec latebat Dominum, qui sciebat omnia, quod in vitæ illius confinio de torrente passionis erat bibiturus, &

ex ea veneratione quæ impendebatur ei à plebe, inflammadā amplius inuidiam magistratum, & animos exacerbatos vehementiori insania perturbandos, & conspirationis inalignæ non vlti posse occultari consilia, nec differri amplius quæ de eius interitu cogitarant. Sed volebat pius magister cum iam damnationis suæ dictaretur sententia & propè esset vt figeretur in cruce, suæ dare indicia potestatis: & qui animam Lazari reuocauerat ab inferis, & quadrihuo mortuo reddiderat vitam, dignosceretur virtute diuina, non humana tantum opus patrisse: & impossibile esse suam animam ab inferno teneri, qui alienam potestati extraxerat: nec se necessitate, sed obedientia vrgeri ad mortem; & vitam quam aliis reddebat, ad se quoque vbi iuberet illico redituram. Finem igitur legalibus ceremoniis imposturus, parari sibi voluit pascha, & ex consuetudine legis ea quæri, quæ solemnitas exigebat, agnū assum, panes azymos, & lactucas agrestes. Non oportet esse fermentarios noui testamenti ministros, puras syncerasque mentes sanctum querit conuiuium, in veru crucis boni odoris asfatio omnem excoquat carnalium sensuum cruditatem, & induret, solidetque mentis affectus, nec in ecclesiæ sanctæ sacrificio vlla sit macula, sed pura simplicitas, & innocentia vitæ in vna ecclesiæ catholice domo à fidelibus de Agypto egredientibus transito mari rubro, locis Christi sanguine asfectibus, offeratur. Cæna itaque disposita, inter sacramentales epulas obuiarunt sibi instituta antiqua, & noua, & cōsumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, inconsumptibilem cibum magister apponit discipulis: nec iam ad elaborata impensis, & arte conuiuia populi inuitantur, sed immortalitatis alimonia datur, à communibus cibis differens, corporalis substantiæ retinens speciem, sed virtutis diuinæ inuisibili essentia probans adesse præsentiam. Significata olim à tempore Melchisedechi prodeunt sacramenta, & filius Abrahæ facientibus opera eius summus sacerdos panem profert, & vinum. Hoc est, inquit, corpus meum. Manducauerant & biberant de eodem pane secundum formam visibilem, sed ante verba illa cibus ille communis tantum nutriendo corpori commodus erat, & vitæ corporalis subsidium ministrabat. Sed ex quo à Domino dictum est: Hoc facite in meam commemorationem, hæc est caro mea, & hic est sanguis meus, quotiescunque his verbis & hac fide actum est, panis iste substantialis & calix benedictione solenni sacratus, ad totius hominis vitam, salutemque proficit, simul medicamentum & holocaustum ad sanandas infirmitates & purgandas iniquitates existens. Manifestata est etiam spiritalis & corporalis cibi distantia, aliud fuisse quod prius est appositum & consumptum, aliud quod à magistro datum est & distributum. Quandiu cibi illi, qui ad diem festum erant parati à conuenticibus apostolis sumebantur, veteris pasche agebatur memoria: necdum Iudas ad veterem vitam pertinens, diabolo inuadente & occupante animum eius egredi cogebatur: sed vbi sacrum cibum mens perfrida tetigit, & sceleratum os panis sanctificatus intravit, parricidalis animus vim tanti sacramenti nõ sustinens, quasi palea de arca exufflatus est, & præceps cucurrit ad proditionem, & pretium, ad desperationem, & laqueum.

Orta

Orta fuerat aliquando, sicut in euangelio Ioannis legitur, de nouitate verbi huius quæstio; & ad doctrinam mysterij huius obstupuerant auditores, cum diceret dominus: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobis. Quod quidam quia non credebant, nec poterant intelligere, abierunt retro: quia horrendam eis, & nefarium videbatur vclci carne humana, existimantes hoc eo modo dici, vt carnem eius vel elixam, vel assam, sectamque mebratim edere docerentur, cum illius personæ caro si in frusta partiretur, non omni humano generi posset sufficere: quæ semel consumpta, videretur interitile religio, cui nequaquam vltius victima superesset. Sed in cogitationibus humilimodi caro, & sanguis non prodest quicquam: quia, sicut ipse magister exposuit, verba hæc spiritus & vita sunt: nec carnalis sensus ad intellectum tantæ profunditatis penetrat, nisi fides accedat. Panis est esca, sanguis vita, caro substantia, corpus ecclesiæ: corpus propter membrorum in vnum conuentiã: panis propter nutrimenti congruentiam: sanguis propter viuificationis efficientiam: caro propter assumptæ humanitatis proprietatem. Hoc sacramentum aliquando corpus suum, aliquando carnem, & sanguinem, aliquando panem Christus appellat, portionem vitæ æternæ, cuius secundum hæc visibilia corporali communicauit naturæ. Panis iste communis in carnem, & sanguinem mutatus, procurat vitam, & incrementum corporibus, ideoque ex consueto rerum effectu fidei nostræ adiuta infirmitas, sensibili argumento edocta est visibilibus sacramentis inesse vitæ æternæ effectum, & non tam corporali quam spiritali transitione Christo nos vniri. Ipse enim & panis, & caro, & sanguis idem cibus, & substantia, & vita factus est ecclesiæ suæ, quam corpus suum appellat, dans ei participationem. Et nos quidem cum caro effectus & sanguis, corrupta & infirma corporis, animæque natura reformari non poteramus, neque ad similitudinem Dei reuerti, nisi morbo inuenerato imponeretur malagma conueniens, & in curatione desperatæ infirmitatis contraria remouerentur contrariis, & similia similibus conueniret. Panis iste, quem Dominus discipulis portigebat non effigie, sed natura mutatus omnipotentia verbi factus est caro, & sicut in persona Christi humanitas videbatur, & latebat diuinitas: ita sacramento visibili ineffabiliter diuina se infudit essentia, vt esset religioni circa sacramenta deuotio, & ad veritatem cuius corpus sacramenta sunt, syncerior pateret accessus vsque ad participationem spiritus, non quod vsque ad consubstantialitatem Christi, sed vsque ad societatem germanissimam eius hæc vnitas peruenisset. Solus quippe filius patri consubstantialis est, nec diuisibilis est, nec partiabilis substantia trinitatis, nostra verò & ipsius coniunctio nec miscet personas, nec vnit substantias, sed affectus consociat, & confederat voluntates. Ita ecclesiæ corpus Christi effecta obsequitur capiti suo, & superius lumen in inferiora diffusum claritatis suæ plenitudine à sine vsque ad finem attingens totum apud se manens, totum se omnibus commodat, & caloris illius identitas ita corpori asidet, vt à capite non recedat. Panis itaque hic azymus cibus verus, & syncerus per speciem, & sacramen-

tum nos tactu sanctificat, fide illuminat, veritate Christo conformat. Et sicut panis communis, quem quotidie edimus vita est corporis: ita panis iste super substantialis vita est animæ & sanitas mentis. Panem Angelorum sub sacramento manducamus in terris, eundem sine sacramento manifestius edemus in cælis, non ministerio corporali, sæpe repetitis actionibus ad eadem reuertentes, sed consummato sacerdotio nostro, erit & permanebit perpetua & stabilis implens, & reficiens nos sufficientia, qua proferet se palam absque vllis integumentis, omnibus conspicabilis summi præsentia sacerdotis. Sacramenta quidem quantum in se est, sine propria esse virtute non possunt, nec vilo modo diuina se absentat maiestas mysterijs, sed quamuis ab indignis se sumi vel contingi sacramenta permittant, non possunt tamen spiritus esse participes, quorum infidelitas vel indignitas tantæ sanctitudini contradicit: Ideoque aliis sunt hæc munera odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem: quia omnino iustum est, vt tanto priuentur beneficio gratiæ contemptores, nec indignis tantæ gratiæ puritas sibi faciat mansionem. Noua est huius sacramenti doctrina, & scholæ Euangelicæ hoc primum magisterium protulerunt, & doctore Christo primum hæc mundo innouit disciplina, vt biberent sanguinem Christiani, cuius esum legis antiquæ authoritas distinctissime interdicit. Lex quippe esum sanguinis prohibet, Euangelium præcipit vt bibatur: in quibus mandatis hoc maxime discernere debet Christiana religio, quod sanguis animalium à sanguine Christi per omnia differens, temporalis tantum habeat viuificationis effectum, & vita eorum finem habeat, & sine vlla reuocatione terminum constitutum. Ideoque ad obtinendam æternitatem non potest perferre, quod semel obrutum non surgit vltius, nec aliqua ei superest virtus, quod sine vlla spe præcis radicibus mors penitus exciuit. Vita verò hominis licet aliquam habeat affinitatem cum sanguine, non tamen solo sanguine regitur, sed anima sanguini dat caloris & nutrimenti effectum, sicut & cæteris, quæ in corpore sunt, propria distribuit officia, & diuidit motus, & quasi talenta partitur. Nec oportuit vt sanguini humano sanguis pecudum misceretur, quia vita rationalis hominis vitæ bestiali consociari non habet, sed omnino à fidelium animis quasi sanguis impurus detergenda est hæc carnalis opinio, ne putetur vita hominis eo modo transitoria, quo vita pecudum inanescit, vel quod sanguis consubstantialis sit animæ, & necesse sit vtrunque superueniente suffocatione dissolui. Carne quidem animalibus similes sumus, sed vita dissimiles, ideoque quod commune cum eis habemus, nobis incorporare licenter possumus: quod verò dignitati nostræ non conuenit, & ab æternitate alienum videtur, à nobis subtilissimo legis indicio separamus. Bibimus autem de sanguine Christi, ipso iubente, vitæ æternæ cum ipso, & per ipsum participes, animalis vitæ peccata, quasi sanguinem impurum horrentes, & fatentes nos per peccati gustum à beatitudine priuatos, & damnatos, nisi nos Christi clementia ad societatem vitæ æternæ suo sanguine reduxisset. Nobis itaque, pro quibus reconciliauit Deo, omnes excedens victimas hoc

Enchiridia virtus.

sacrificium singulare, ipse Christus pincerna porrexit hoc poculum, & docuit, ut non tantum exterius hoc sanguine liniretur, sed & interius a perfione omnipotentis anima muniretur, & penetrans omnia tanti medicamenti virtus, quicquid esset intrus ibi durum effugaret, & renouaret, sanaretque quicquid morbi carni vel spiritui veteris vitæ adlinerat corruptela. Dixerat sanè huius traditionis magister, quòd nisi manducaremus, & biberemus eius sanguinem, non habere vitam in nobis: spirituali nos instruens documento, & aperiens ad rem ad eò abditam intellectum, ut sciremus quòd mansio nostra in ipso sit manducatio, & potus quasi quardam incorporatio, subiectis obsequiis, voluntatibus iunctis, affectibus vnitis. Esus igitur carnis huius quardam auiditas est, & quoddam desiderium mandendi in ipso, per quod sic imprimimus & eliquamus in nobis dulcedinem charitatis, ut hæreat palato nostro & visceribus sapor dilectionis infusus, penetrans & imbuens omnes animæ corporisque recessus. Potus & esus ad eandem pertinent rationem, quibus sicut corporea nutritur substantia & viuunt, & incolomis perseverat, ita vita spiritus hoc proprio alimento nutritur: & quod est esca carni, hoc animæ est fides: quod cibis corpori, hoc verbum spiritui: excellentiori virtute peragens æternaliter: quod agunt alimenta carnalia temporaliter & finaliter. Celebrantes sacramenta cõmoneur, quasi vngulam findens, & ruminans pecus calidi panes eiusdem numeri in mensa proponi. Iam nulla sit panis mutatio, vnus est panis caloris continui, status integri, qui semet oblatum Deo in sapore dulcissimo, & candore purissimo perseverat. Nec solos sacerdotes ad panes huius dignitatis Leuiticæ prærogatiua admittit, vnica est ecclesia ad has epulas inuitatur, æqua omnibus portio datur, integer erogatur, distributus non demembratur, incorporatur non iniuriatur, recipitur non includitur, cum infirmis habitans non infirmatur, nec pauperum ministerio indignatur, fides pura, mens sincera hunc habitatorem delectat, neque immensi, & omnipotentis Dei magnitudinem pauperculæ domus nostræ angustia offendit, vel arctat. Panis istæ Angelorum omne delectamentum habens virtute mirifica, omnibus, qui digne, & deuote sumunt, secundum suum desiderium sapit, & amplius quàm manna illud eremi implet, & satiat edentium appetitus, & omnia carnalium saporum irritamenta, & omnium exuperat dulcedinum voluptates. Vide quomodo his, qui Christi commemorat passionem intra sacra officia quasi per quosdam carnales de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & super omnes delicias lachrymis neclareis anima delectetur, quantam suauitatem animæ inquirenti, vbi sit Deus suus, suspiria contemplationis eliciant. Non illos imbres procellose tempestates deponunt, ros matutinus est de cælestibus stillans, & quasi vnctio spiritus mentem deliniens. Gemitus illos pietas excitat, & inter diem, & noctem retro, & ante se affectu intruens, inter data & cõdonata se diuidens, gratias agit tã vberis beneficij largitori, & se sanctam & sanctificatã agnoscens, fletibus se abluunt, & lachrymis se baptizat. Verum his, qui verbo tenus corde sicci, & mente aridi sacris interfunt, vel etiam participant donis, labunt quidem petram, sed

sed inde nec mel sugunt, nec oleum, qui nec aliqua charitatis dulcedine, nec spiritus sancti pinguedine vegetantur, nec se iudicant, nec sacramenta diiudicant, sed sicut cibis communibus irreuerenter sacris videntur muneribus, & dominicæ mensæ in veste lutulenta se ingerunt impudenter, quibus melius erat mola asinaria collo alligata mergi in pelagus, quàm illora cõscientia de manu domini buccellam accipere, qui vsque hodie hoc veracissimum, & sanctissimum corpus suum creat, & sanctificat, & benedicit, & pie sumentibus diuidit. In huius præsentia non superuacue mendicant lachrymæ veniam, nec vnquam patitur contriti cordis holocaustum repulsam. Quoties te in conspectu domini video suspirantem, spiritum sanctum non dubito aspirantem, cum intueor flentem, sentio ingnoscentem. Tu si templum spiritus sancti violas, si intra te sacrarium Dei deturbas, & scædas, si cum calice Christi de calice dæmoniorum communicas, contumelia est, non religio: iniuria, non deuotio. Idolorum seruitus, & horreda abominatio, velle simul Baal famulari, & Christo. Abi retro cum sacellis tuis, qui lucris inhias, & mercedes scætaris, qui opulentus in Sion quotidie crapularis, qui in lectis eburneis recubas, & intratis segmētatis lasciuis, qui vestiris mollibus, & in terra suauiter viuendum conuersaris, cuius manus plenæ sunt sanguine, cuius lumbi discincti sunt, & sine balnei discurreis ligamine. Non est tibi pars in sermone isto, quia, quod Dei est, aufers Deo, & imaginem Dei consecras idolo. Pauperes quidem spiritu ad hoc mysterium eligit, & diligit spiritus sanctus, & eorum qui pompatice, & gloriose sacris se altariibus ingerunt, obsequia detestatur. Ozias licet rex ob præsumptionem lepra percussus, à sanctuarij ingressu repellitur, & eius oblatio quasi fordida refutatur. Inuenti odor de immundorum manibus reputatus est pro fetore, & iram, nõ gratiam præsumptio meruit, quia contra fas rem viurpans illicitam, temerariè in sancta conscendit. Sed & propter malignantium insolentiam altare suum Deus repellit, & sanctificationibus maledicit, odit oblata, abominatur solennia, odoramenta fœtent, displicent holocausta. In his omnibus laborare se dicit Deus, nec esse voluntatem suam in ministris impuris, indignatione districta testatur. Sed hierarcha pius, quem spiritus sanctus compungit, excitat, inhabitat, & sanctificat, eleuatione manuum crucis mysterium representans, confidenter orat pro sua, & populi ignorantia, recolens pudibundi, & contriti animi confessione, quòd aliquando prænalente aduersum se peccato fuerit delictus, iuxta illud quod Dauid plorans ait: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Et dominus per Esaiam: Ad tempus in medio derelinquam te, verecundatur fateri, & tamen faretur inuocantis delicta. Sed accusatrici conscientie necesse est coram iudice respondere: nec potest ibi esse vllum diffugium, vbi ipsa testis est quæ accusat, & nihil ei potest esse occultum, qui iudicat. Sed vbi cum iudice agit qui iudicatur, & ipse in partem accusatoris transfrens, etiam in sua proscriptiõne sententiam approbat condemnantis, experitur clementiam saluatoris, & lætabundus canit: domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Et iterum per Esaiam audit: In miserationibus magnis congregabo te.

Sed & in eodem articulo temporis cum iam anima festinet ad exitum, & egrediens ad labia expirantis emerferit, penitentia clemētissimi Dei benignitas non aspernatur, nec serum est quod verum, nec irremissibile quod voluntarium, & quicumque necessitas cogat ad penitentiam: nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec hora extremitas, nec vitæ enormitas, si vera contritio, si pura fuerit voluptatum mutatio, excludit à venia, sed in amplitudine sinus sui mater charitas prodigos suscipit reuertentes, & velit nolit. Nouatus hæreticus, omni tempore Dei gratia recipit penitentes. Ipse dominus noster delictorum personam gerens in cruce, se queritur derelictus, & ne desperarent etiam in vltimis constituti, festinans in adiutorium illico adest, & re in arcto posita, non differt beneficium, sed repente indulgentiæ celeris documentum eiusdem statuit & exemplum, latroni inquam: Hodie mecum eris in paradiso. Latrocinium damnationem meruerat & supplicium, sed cor contritum penam mutauit in martyrium, & sanguinem in baptismum. In momento impietas religionem, crudelitas induit pietatē, & statim consummatus cuius sanctorum & domesticus Dei permissus est in regnum reconciliationis humanæ, priuilegium secum ferens ad superos, quod Deo patri tantæ legationis fungens honore, in seipso scripturæ huius experimentum continens, libero & securo aditu penetrans, præsentauit. Quid tu, domine amplius Stephano contulisti? quid amplius ille, obtinuit dilectus tuus, qui supra pectus tuum in cœna recubuit? quid amplius Pauli meruere sudores? quid labores sanctorum? quid tot annorum tormenta? quid martyrum plagæ? Vna hora huic collatum est premium, ad quod illi per tot discrimina peruenerunt. Sic tu, domine, armentarios statim facis prophetas, opiliones reges, telonearios apostolos, piscatores doctores. Neque ab his, quos sanas, lætè languor abscedit, sed illico quem restituis, ex integro conualescit, quia consummatum est, quod facis, & perfectum, quod largiris. Hanc Dei gratiam recolens, qui de sacro calice bibit, amplius sitit, & ad Deum viuum erigens desiderium, ita singulari fame illo vno appetitu tenetur, ut deinceps fellæ peccatorum horreat pocula, & omnis sapor delectamentorum carnalium sit ei quasi rancidum radensque palatum acute mordacitatis acetum. Ad hæc inter sacra mysteria ad gratiarum actiones conuertitur, & inclinato capite, munditia cordis adepta, se intelligens consummatum, restitutus peccator sanctificatam Deo animam quasi depositum custoditum fideliter reddit, & deinceps cum Paulo gloriatur & lætatur, dicens: Vno iam non ego, viuit verò in me Christus. Hæc in Christi commemoratione retractatur à fidelibus, & de fœcatis animis carnis eius eduliu non est horrore, sed honore, potiusque sancti, & sanctificantis sanguinis spiritus delectatur. Hæc quoties agimus, non dentes ad morden dum acuius, sed fide sincera panem sanctum frangimus & partimur, dum quod diuinum, & quod humanum est distinguimus & separamus, itemque simul separata iungentes vnum Deum, & hominem fatemur. Sed & nos ipsi corpus eius effecti, sacramento, & re sacramenti capiti nostro connectimur, & vnimur, singuli alter alterius membra, ministerium dilectionis pro inuicem

exhibentes, communicamus charitate, participamus solitudine, eundem cibum manducantes, & eundem potum bibentes, qui de petra spiritali profluit, & emanat, qui cibus, & potus est dominus noster Iesus Christus.

EIVSDEM DE ABLV-
tione pedum, Sermo 2.

IAm sacramenta corporis sui Apostolis dominus distribuerat, iam exierat Iudas, cum repente de mensa surgens, linteo se praecinxit, & ad genua Petri lauaturus pedes eius, ipse genibus flexis dominus seruo consummate humilitatis obtulit famulari. Et ne quid consummationi doctrinae deesset, inter fixa & immobilia precepta, & ea quae motui possunt & repeti, distinctionem posuit, ut ceteris immutabiliter semel statutis, vltima lauacri species, quotidianis expiationibus commodata commendaretur fidelibus. Et sicut lex per singulas offensiones propria sacrificia requirebat, vnum figeretur fidei Christianae remedium, ad quod curreret, quoties se cognosceret offendisse. Quod quidem Petro nondum fuerat reuelatum, quippe qui huius traditionis nondum audierat disciplinam. Docetur ergo quae sit baptismi, & aliorum sacramentorum stabilitas, & quantum ad expiationem proficiat humilis pietas & pia humilitas, & quomodo omni tempore profequenda & repetenda sit ablutio pedum, per quam recte cognitam, & intellectam, adhaerentes animae sordes quotidiana satisfactioe lauantur. Nam baptismum repeti, ecclesiastica prohibent regulae, & semel sanctificatis nulla deinceps manus iterum consecrans praesumit accedere. Nemo sacros ordines semel datos iterum renouat, nemo sacro oleo ita iterum linat, aut consecrat, nemo impositioni manuum vel ministeriis derogat sacerdotum, quia contumelia esset spiritus sancti, si euacuari posset quod ille sanctificat, vel aliena sanctificatio emendaret quod ille semel statuit & confirmat. Ipse summus sacerdos sui est sacramenti institutor & autor: in ceteris homines spiritum sanctum habere doctorem, & sicut par est spiritui sancto, & Christo diuinitas, ita in suis institutis aequa est autoritas & potestas, nec minus ratum est, quod dicente spiritu sancto Apostoli tradiderunt, quam quod ipse tradidit, & in sui commemorationem fieri praecipit. Manet singulis propria dignitas, & vniformis in suo genere stat actio omnium, nihil addi, nihil subtrahi, nihil potest corrigi vel mutari. Ornata, & honorata erat ecclesia quasi paradisi, in amplitudinis suae vmbilico fontem continens gratiae singularis, flumina creans in vitam aeternam salientia, vitam habens originem, & decursum perennem. Hinc egredientia quatuor Evangelij flumina per vniversum mundum secum regenerationis euehant lauacrum, & de abdito, & secretissimo spiritu sancti munere huius gratiae liquor emanat, sic lauas quod parietalis labes infecerat, ut nec actualis, nec originalis macula aliqua sui post abluitionem illam vestigia derelinquat. Praeteritis locis vita deinceps arbitrio est proprio deducenda, ita tamen ut actualibus aliquando recrudescentibus iam non imputentur originalia, nec propter illa damnationi obnoxii sit, cui semel illa sunt in ba-

Joan. 13.

Satisfactioe peccata delentur.

Sacri ordines, & sacramenta.

Traditionum ecclesiasticarum & sanctorum patrum autoritas.

In baptismo peccata omnia penitus delentur, citra liberationem, qui volunt ea remouere, sed non imputantur.

ptismo indulta. In originalibus enim corruptio naturae abiicit, & exterminari meruerat, sed quia non erat voluntas in culpa, prouidit Deus generali damnationi remedium, & suae sententiae iustitiae temperavit, haereditarium onus a fobole remouens, & misericorditer abluitione, & vnctione medicinali corruptionis primitiae fermentum expurgans. Sed in eos, qui post indulgentiae huius gratiam voluntarii per peccata euagati sunt, qui proprio abutuntur arbitrio, & voluntate, non necessitate ducuntur, indignatio, & ira non immerito redit, nec in morte Christi aliquis eis superest quaerendus, sed iustissime eos beneficentia contemptra condemnant. Nunc contemptrum suum non statim vlciscitur Deus, nec per singulas offensas indicantis ira discurret, nec obstruunt fonti misericordiae suae ostia, meatuque multiplices, sed obuiat fugientibus, & cogit regredi desperatos, ostendens eis poenitentiae viam, qua nulla latior inuenitur, & reuersis dat ut iterum eis possint sacramenta iniuriata prodesse, quorum si poenitentia non subesset, nullo modo deinceps experiri possent effectum. Propter hoc, benignissime domine, pedes lauas discipulis, quia post baptismum, & eucharistiam quae sui reuerentia non patitur iterari, aliud lauacrum procurasti, quod nunquam debeat intermitteri, tamen ipse, quod doces, facis, ut quanti quaerens hoc opus sit ex tua bonitate discamus, & inclinata ad pedes nostros altitudine tua, stans aduersus proximos & erigens se contra Deum confundatur superbia hominum, & ad humilitatem Dei nouerit de se humilia sapere lutum. Paudent discipuli, nec audent obloqui, & quasi ecstasis teneat eos, vel mens alias rapta peregrinetur, nec magistro resistere, neque quid hoc sit, vel cur fiat inquirunt. Solus Petrus sciens quia perhibuerat ei testimonium, quod filius Dei viui esset, & quia verba vitae aeternae haberet, iudicans apud se indignum & inconueniens sanctum sanctorum flectere genua ad pedes peccatorum. Nontiquam, inquit, tibi hi pedes abluunt: & huius humilitatis iustitiae obsequium non est nostrum, qui adorare debemus in loco ubi stant pedes tui: & satis est nobis quod sicut catuli de mentae tuae reliquiis manducamus, hoc in muliere peccatrice aliquando passus es, nec dedignatus es in mensa solenni multis conuetsibus infamis personae suscipere famulatum, cuius deuotio vsa est tibi capillis pro linteo, oculis pro catino, lacrymis pro baptismo: terigit, lauit, & vnxit vnguento. Macerata intrinsecus anima proprium in sancta sanguinem intulit, singula suum praebere ministerium, cor contritum eripit in lacrymas, fides lauit, charitas vnxit. Haec multa in conspectu tuo congerens holocausta, de fonte cordis fletus hausit, quos protulit, de poenitentiae pyxide vnguenta, quae obtulit, caputque pro suppedaneo strauit, ceteribus circumfusis pedes sacros inuoluit, & terxit. Nihil sibi de se retinens, totam se tibi deuouit, & tu affectum potius quam factum attendens, vngebis vngetem, abluemas lauantes, tergebis intrinsecus poenitentem. Superbo oculo Simon leprosus hanc clementiae tuae diligentiam non poterat intueri, sed moleste ferebat, quod tangi se ab huiusmodi persona dominus sustinebat. Qui si lepra sua te atterenderet mundatorem, non dedignaretur si de plenitudine gratiae tuae alij accipiant, si lauas im-

mundos,

mundos, si iustificas impios, si reuocas exules, & abiectos. Honor tuus iudicium diligit, & aequum est, ut omnis terra adoret te, & in nomine tuo omne genu flectatur, verum quod tu ante signatum tuu curuaris, quod seruis pedes abluis, non competit maieitati. Habebat in excusatione sua zelum Dei Petrus, sed non secundum scientiam, & tolerabile aliquo modo videretur, quod humilitas suggereret, si non obstitit resistere praecipienti intereretur. Non lanabis, inquit, mihi pedes in aeternum. Ego si oportuerit me mori tecum paratus sum. Hoc enim debeo, hoc amplector. Pro te libet ceruicem porrigo percussori, sed Deum meum, & Dominum meum ad pedes meos prostratum non patior, non audeo sustinere. Simili modo & Ioannes uenienti Domino ad baptismum tentauit resistere, sed mansuetus increpatus illico obediuit, & obsequi ei super hoc etiam responsum acceperat, licet territus acquieuit. Sed differentia causae huius Petrus intelligens, lauaue magistram, & obsequi ei tolerabile iudicabat. Lauari autem ab eo & tantam humilitatis eius pati deiectionem, ita videbatur indignum, ut omnino cogi non posset, nisi interminatio periculo summa coartaret. Ait ei Dominus: Nisi laueri te, non habebis partem mecum. Paulatim mysterij huius declaratur necessitas, quam conditio proposita in euertibilem reddit, si cum Christo aliter partem habere non possumus, nisi ipse pedes nostros abluat, quandoquidem si arctatur consensus, lauet, & tergat, & sacramenti huius nobis virtutem exponat. Supra diximus semel lotos baptismate, eodem lauacro vltieris non egere, sed hoc lauacrum quotidianis est excessibus institutum, & iugis retractatio vsque ad nouissima ueniens, omnia debet opera, & cogitatus singulos perscrutari, & affectus per vitia discurrere, vagam, instabilemque animam per inania euehentes corrigere, & lauare, nec quocquam in vita praetermittere indiscussum, quod gemitibus, & suspirijs non fuerit expiatum. Hoc cum Dominus suos vsque in finem discipulos dilexisset, in fine statuit, & dixit neminem posse habere perfectam abluitionem, nisi hac solitudine muniatur. Mandatum igitur simul & exemplum complexus est, ut hoc exemplo instructi, non dedignantur in alterutrum agere, quod actum est a magistro, & mandato postteris religionis autoritas firmaretur. Vnde & subiungit: Si ego Dominus, & magister laui vestros pedes, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Non erubescat seruus, si facere iubetur, quod prius fecit Dominus: nec difficile nobis esse debet, si sicut ille nobis donauit, & nos inuicem condonamus, quia alter aletius onera comportantes, sic legem Christi implemus. Quoties igitur cohortamur pusillanimes, & his, qui Pharaoni in luto, & latere famulati sunt, persuademus, ut exeant de Aegypto: quoties cum infirmis infirmamur, & cum his, qui scandalum ferunt, vrimur: quoties cum afflictis gemimus, toriens inharens lutum peccatorum, qua possumus solitudine lauamus, non quod nostra abluio ex nobis sufficiat, nisi ad lauandum omni tempore nos pius magister accedat. In hoc se periculo fluctuantem laborans anima in Canticis canticorum conqueritur, Laui, inquit, pedes meos, quomodo inquinauo illos? Quod ablutum est, timet iterum inquinare, sed in via lutulenta vix aliquid solidum,

vbi pedem figat, inuenit, & in quibus saepe pro uoluta est, paludum inquinamenta formidat. Clementissime magister, quoties ego doctrinae tuae transgressus sum regulas, quoties dicta tua, Domine sancte, contempsi, & cum diceres mihi, reuertere, non sum reuersus: cum minareris, non timui: cum bonus esses, & lenis, exasperans fui, vltra septuagies septies in caelum, & coram te peccavi, quis tot sordes abluet? quis abrauet stercora conglobata? Quicquid dicat Petrus, necesse est, ut ipse nos abluas: neque enim lauare nos possumus, sed in omnibus, quae agimus, indulgentiae tuae lauacro indigemus. Ad mensam tuam participationem Iudas proditor est admissus, sed ab hoc lauacro saluari exclusus, lauari in fine non potuit, quia apostolatus sui honorem detestabili cupiditate sedauit. Quia vero apud te fons vitae est, & misericordiam, quae a seculo sunt, profunditas infinita, quos abluisti baptismum, quos lauasti sanguine tuo, quos semper lauas, quotidiana peccata donando transfer a paludibus seculi huius, & luto vitae praesentis ad purgatissimum gloriae tuae regnum, vbi nec scabies vlla, nec lippitudo, vbi nemo fluxum sanguinis patiens, nemo immundus, vbi nullo amplius opus est lauacro, configurato corpori claritatis tuae corpore nostro, secundum promissa tua, necesse est, ut impleas, & qui inceperis in nobis opus bonum, perficias, solidisque per Christum dominum nostrum.

EIVSDEM DE VNCTIO-
ne chrismatum & alijs sacramentis,
Sermo 3.

Dies ista multiplicibus mysterijs honoratur. Hac die primum commendata est nobis fractio panis, & mensa ecclesiae panem angelorum hominibus proposuit ad manducandum. Hodie Christus pedes lauit apostolis, & hoc solenni deuotione omni tempore agendum instituit. Hodie in ecclesia cum ceteris vnctionibus ad populum acquisitionis sanctificandum, in participationem dignitatis, & nominis, sacrum chrisma conficitur, in quo mistum oleo balsamum regiae, & sacerdotalis gloriae exprimit vnitatem, quibus dignitatibus initiandis, diuinitus est vnctio instituta. Hodie reconciliantur ecclesiae peccatores, & eiectione foras ad matris vbera reducuntur, & exclusi a cetero sanctorum, ad communionem, qua caruerant, reuertuntur. Hodie patent carceres, & damnati libertate donantur. Seueritate deposita hodie iudices mansuescunt, & vndique coniugata pietatis negotia, quasi abortiuas traditiones antiquas sepehant, & Christianae religionis parturiunt nouitatem. Mortuus quippe est Moyses, & veteris literaturae putruerunt aenigmata, a facie noui olei desiccatae sunt vnctiones antiquae, tota veteris instrumenti incompata est strues, tabernaculum demolitum, arca ab Allophylis capta, totus templi decor ad Assyrios est translatus. Neque enim decebat ut Christiana religio ornamentis visibilibus occupata in manu factis delectaretur, sed ipsa tabernaculi consumptio, & templi ruina, & sancta in rapinam exposita, excellentioris gloriae intimarent stabilitate, & manentia in perpetuum sacramenta, cultores suos ad intuitum ignisibilium informaret, & abstraheret a corporalibus desiderium nostrum

Chrismatum facti consuetudine antiqui institutum.

Abdit ad mare suorum temporum, in quibus Christiani iam imperatores regnabant.

nostrum,caelestis templi concupisceret, & ambiret decorem, cuius nec antiquatur, nec senescit religio, in quo lucerna inextinguibilis sine fine coruscet, vbi sanguis animalium non infertur in sancta, nec sunt haereditariae successiones pontificum, vel vni Leuiticae tribui ministeria assignata, sed de omni tribu, & gente, & lingua, quos dignos, & idoneos diuina probat electio, secundum vitam non generis meritum statuit sacerdotibus, quibus calicem sanguinis sui inexhaustae plenitudinis abundantia semper refertum, consecrandum tradidit & erogandum, cuius asperione & communiione intus, & extra corda, & corpora mundarentur. Hodie, vt diximus, vnguentum ad sanctificationem paratur, cuius fragrantia adolescentulae, & nouellae animae accedentes ad fidem illectae delectantur, & exinanitionis eius suavitate delibatae diligunt, & sequuntur aromatum largitorem, & vsque ad regis accubitum spiramine illo trahuntur, & post odorem illum vbique desiderio sancto perurgente stibundae discunt. Nihil hoc oleum commune habet cum liquoribus, qui ex quorundam fructuum pinguedine exprimuntur, nec vis eius est ex crassitudine penetratiua, quae secundum quasdam naturales rationes emollit, & temperat spissamenta humorum, quos solet intrinsecus astringere siccitas aliqua, vel corruptio conglobare. Non haec medendis corporibus est vnctio instituta, quia sanctificatio elementis iam non propria natura praebet effectum, sed virtus diuina potentius operatur, sed adest veritas signo, & spiritus sacramento, vt & ipsis rerum efficiuntis gratiae dignitas pateat, & interiori homini quata ex his detur autoritas deiformi conuersatione, & caelestibus moribus innoscat. Hoc oleo antiquitus sacerdotes sacrabantur, & reges, & ipsi altarium lapides delibuti, spirituales intelligi volebant sacris mysteriis inesse pinguedinem. Et sicut oleum fluentis, & humidis quibuslibet superfertur, ita excellentia sacerdotalis & regiae dignitatis secundum formam Dei, & Christi sub se omnia continens, regimen, & munimen tam actiuae, quam contemplatiuae vitae obtinet, & ex hoc humore constat descendere omnes gratiarum diuisiones, quas spiritus sanctus prout vult, singulis distribuit & largitur. Ex huius vnctionis beneficio & sapientia nobis & intellectus diuinitus datur, consilium, & fortitudo caelitus illabitur, scientia, & pietas, & timor inspirationibus superis infunditur. Hoc oleo vncti cum spiritualibus nequitis colluctamur, nec fetoribus spuris imbui possumus, qui balsami spiritualis odore fragramus. Hoc oleum e creditotum vsuris sub Heliseo propheta mulierem pauperulam liberauit. Hoc Heliae tempore Sarepthanam pavit, nec lecythus trina effusione defecit. Hoc oleo Iacob lapidem quem supposuerat capiti, vnxit, & familiaritati mandato eruditus inter sacramenta ascensionum, & descensionum, & discursus angelicos innixum scalae sublimi videns Deum, quid virtutis haec haberet vnctio, intellexit. Moyses hoc oleo tabernaculum, & sacra vasa perunxit, & super caput Aaron tanta abundantia fudit, vt vsque in barbam eius descenderet, & super oram vestimenti manaret. Samuel quoque ad reges initiandos sine oleo non accedit, & vsque ad defectum & resolutionem carnalium ceremoniarum in populo illo huiusmodi perseveravit traditio, sed vasis

Sacri Christi vnctio.

Fluuitati oper.

4. Reg. 4. 3. Reg. 17.

Gen. 31.

Exod. 29.

1. Reg. 10.

Iudaicis deficietibus defecit gratia, & sterit oleum. Impletis vasis propheticiis, & sanctis regibus ad patres appositis, in apostasiam, & dycolatum versum intabile vulgus, in se non retinuit locum, quem posset spiritus sanctus inhabitare, & vasa amurata plena non susceperit liquorem, stereruntque in summo faeces, quae longo situ induruerunt, & vbi domicilium religionis fuerat, sterquilinum peccati computruit. Nec tamen cessantibus his, quae ritu antiquo inoleuerant, cum iam in populo Christiano circuncisio videretur damnabilis, & sacrificia idololatriae imputarentur, vnctionis mysterium religio Christiana contempsit, sed ceteris generali sanctorum consensu damnatis non solum in regibus, & sacerdotibus vnctionis honor permansit, sed in omnem populum catholicum effusa est huius gratiae plenitudo. Et sicut Christus a christifate dictus est, eod quod singularis excellentiae oleo vnxitur eum Deus, ita & participes eius quotquot sunt, cōsortes sint tam vnctionis, quam nominis, & dicuntur a Christo Christiani, vt sint sui Christo duce rectores & duces, & offerant Deo quotidianum sacrificium, ordinati a Deo sanctimonie sacerdotes. Nec immerito huius diei assignata est tanti operis causa, & ex hoc sacramenta haec obtinere initium, quo hodie in sacramento calicis Christi & ecclesiae vnitas, in lauacro pedum concors societas, & donas inuicem charitas, & subiecta humilitas, in vnctione Christiani nominis dignitas, & excellentiae spiritualis proprie data est, & confirmata filii adoptionis perpes autoritas, & dignitas perseverans. Dedit itaque dominus noster in mensa, in qua vltimum cum apostolis participauit conuiuium, propriis manibus panem, & vinum, in cruce vero manibus militum corpus tradidit vulnerandum, vt in apostolis secretius impressa sincera veritas, & vera sinceritas exponeret gentibus, quomodo vinum & panis caro esset, & sanguis, & quibus rationibus cause effectibus conuenirent, & diuersa nomina vel species ad vnam reducerentur essentiam, & significantia & significata eisdem vocabulis censerentur. His gratiae superne priuilegiis eius sanctificati panis, refecti, loti, & vncti, non eam quam amiserant, sed amplioem, & digniorem recuperant libertatem: & eieci de paradiso nudi, ad lignum vitae hodie reuertuntur vestiti, reddita stola, & annulo prolato in medium, & reconciliantur matri ecclesiae, quos inobedientiae malum foras expulerat, & cherubim flammeeum gladium ab introitu tranquillitatis, & innocuae conuersationis amouit. Hodie in terra maledicta relictae rastris, & graui vomerum pondere, & stimulis fatigatorum bouum cruore perfusus, detergo sudore vultus exusti caloribus ad paternam domum exules reducuntur, & egressus obuiam reuertenti filio letabundus pater clementiam improperio non corrumpit, nec indulgentiam sedat conuiciis, sed bonitatis suae honorat magnificentiam, & hilaritate magnificat largitatem. Resonat in susceptione huius solennis musica instrumenta, & communis iubilatio patri consonantia patri, misericordiarum gratias agit, cuius imperio antequam praedam euomunt inferi, ligantur demones, & disruptis ferreis noxiis diu quassati liberi reuertuntur. Haec dies nocti illi contigua est, qua resolutionis nostrae negotium dominus inchoauit: qua a principibus sacerdotum ad Romanam praesidem

Compositio si vnctio Eubaei.

Ad hunc quomodo de rebus moribus inueniuntur.

fidem ductus iudex omnium sustinuit iudicari, passus est rex illudi, & vita occidi, descendensque ad inferos captiuam ab antiquo captiuitatem reddidit: hoc ecclesiae suae hodierna traditione exemplum relinquens, vt fieret in ecclesia absolutio peccatorum, & haereditati redderetur eieci, & praecedentibus beneficiis, quae supra enumerauimus, libertate donarentur penitentes, qui secundum merita, nisi grata subueniret, fuerunt cōdemnati. Et omnino conuenit vt eo tempore quo Christus captiuos eduxit ab inferis, reconciliati peccatores, ad ecclesiam reducerentur: & quo confrastra sunt infernalis repagula carceris, iudicialia seueritas mansuefecit: & quo ab infernalibus tormentis cessatum est, humana supplicia crudelitatis horrorem deponant.

BEDAE VENERABILIS
presbyteri in superioribus Euang. expositio.

Scripturas euangelista Ioannes memorabile illud domini ministerium, quod discipulis in Pascha, priusquam ad passionem iret, pedes lauare dignatus est, primò ipsum nomen Paschae quid mystice signaret, aperire curauit, ita incipiens: *Ante diem autem festum pascha sciens Iesus, &c.* Pascha quippe transitus interpretatur, nomen ex eo vetus habens, quod transierit in eo dominus per Aegyptum percussis primogenita Aegypti, & filios Israel liberans, & quod ipsi filij Israel transierint illa nocte de Aegypto seruitute, vt venirent ad terram promissae olim haereditatis, & pacis. Mystice autem significans quod in eo dominus transiret esset ex hoc mundo ad patrem, & quod eius exemplo fideles, abiectis temporalibus desiderijs, abiecta vitiorum seruitute, continuis virtutum studiis transire debent ad promissionem patriae caelestis. Quomodo autem transierit Iesus ex hoc mundo ad patrem, pulchro sermone designat Euangelista cum dicit: *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo in finem dilexit eos.* Id est, in tantum dilexit, vt ipsa dilectione vitam ad tempus finiret corporalem, mox de morte ad vitam, de hoc mundo transiret ad patrem. Maiorem enim hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam quis ponat pro amicis suis. Vnde recte vterque transitus, legalis videlicet, & Euangelicus, sanguine consecratus est, ille agni paschalis, iste eius, de quo dicit Apostolus: *Et enim pascha nostrum immolatus est Christus.* Iste, sanguine fuso in cruce; ille in crucis modum medio limine, & superliminari medijs asperso in postibus. Pascha non sicut quidam existimant, Graecum nomen est, sed Hebraeum. opportunissime tamen occurrit in hoc nomine quaedam congruentia vtrarumque linguarum. Quia enim patitur, Graece *πάσχα* dicitur, ideo pascha passio putata est: vel hoc nomen a passione sic appellatum. In sua vero lingua, hoc est Hebraea, pascha transitus dicitur, propterea quod tunc primum pascha celebrauit populus Dei, quando ex Aegypto fugientes, Rubrum mare transierunt. Hoc itaque nomen, id est pascha, quod Latine, vt dixi, transitus nuncupatur, velut interpretas nobis beatus Euangelista: *Ante diem, inquit, festum paschae sciens Iesus quia venit eius hora, vt transiret ex hoc mundo ad patrem.* Ecce pascha, ecce transitus. Vnde, & quo? *De hoc scilicet mundo ad patrem.* Spes

membris in capite est data, quod essent, illo transeunte, sine dubio secutura. Quid ergo infideles, & ab hoc capite atque ab eius corpore alieni? nonne & ipsi transeunt, quia non permanent? Transeunt plane & ipsi. Sed aliud est transire de mundo, aliud transire cum mundo: aliud ad patrem, aliud ad hostem. Nam & Aegyptij transierunt, non enim persequendo manserunt: non tamen transierunt per mare ad regnum, sed in mari ad interitum. *Sciens ergo Iesus quia venit eius hora vt transiret ex hoc mundo ad patrem, &c.* Vtique, vt & ipsi de hoc mundo vbi erant, ad suum caput, quod hinc transisset, eius dilectione transirent. Quid est enim in finem, nisi in Christum? Finis enim legis Christus, ait Apostolus ad iustitiam omnino credenti. Finis perficiens, non interficiens: finis quo vsque eamus, non vbi pereamus. Sic omnino intelligendum est, Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse est enim finis noster, in illum est transitus noster. Intelligendum, in finem dilexit eos, vsque ad mortem dilexit eos: quia tantum dilexit, vt moreretur propter eos. *Et cena, inquit, facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes.* Cena ergo facta dictum est, iam parata, & ad conuiuantiū mensam vsurumque perducta. Quod autem ait: *Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes:* si quaeris quid missum sit in cor Iudaei? hoc vti que, vt traderet eum. Missio ista, spiritualis suggestio est: non fit per aurem, sed per cogitationem: ac per hoc non corporaliter, sed spiritualiter. Neque enim spirituale quod dicitur, semper in laudem accipiendum est. Nouit Apostolus quaedam spiritualia nequitiae in caelestibus, aduersus quae nobis colluctationem esse testatur. Non autem essent etiam maligna spiritualia, si non essent etiam maligni spiritus: ab spiritu enim spiritualia nominantur. *Sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia a Deo exiit, & ad Deum vadit.* Cum ergo illi pater omnia dedisset in manus, cur ille discipulorum non manus, sed pedes lauit? Sciebat quia per humilitatem incarnationis a Deo exiit, & per victoriam resurrectionis ad Deum erat rediturus, nec Deum cum inde exiret, nec nos deserens cum rediret. Sciebat quidem omnia haec, & tamen in magna sua indicium, in magna nostra exemplum humilitatis, *surgit a cena, ponit vestimenta sua,* lauat pedes discipulorum: non Dei domini, sed hominis serui implens officium: & eis quoque pedes humiliter abluens, cuius manus in sua traditione nouerat procaciter esse poluendas. Quod si altiori indagine mysterium hoc humillimum nostri Saluatoris pertactare delectet, cena haec sacrosancta, in qua cum discipulis recubuit dominus, tempus significat vniuersum, quo corporaliter in ecclesia demoratus, & dapibus verbi salutaris, ac miraculorum suorum dulcedine cunctos longe lateque pavit, & ipse audientium fide, ac dilectione passus est: quia quotquot ad gratiam veritatis conuertit, per ecclesiam quasi more vescentium fecit augmentum. *Surrexit autem a cena, & posuit vestimenta sua,* quando temporaliter cum hominibus amplius conuersari desistens, membra corporis assumpti deposuit in cruce. *Accepto linteo praecinxit se,* quando accepto a patre mandato patendi pro nobis, in ipso passionis exercitio sua membra circumdedit. Solum namque per linteam, quod multifario tormentorum

Exod. 14.

Rom. 10.

torum

torum labore conficitur, afflictio passionum figurari. Et dominus ponens vestimenta, linteo praecingitur, ut significet se habitum corporis, quem induit, non sine pressura dolorum, sed longa crucis tribulatione deponere. *Misit aquam in pelvum, & cepit lavare pedes discipulorum, &c.* Quando defunctus in cruce, aquam vna cum sanguine de latere suo profudit in terram, quibus credentium opera mundaret: eademque opera non solum passionis sacramentis sanctificare, sed etiam eisdem exemplis confirmare dignatus est. *Venit ergo ad Simonem Petrum, quasi aliquibus iam lavisset & post eos venisset ad primum. Quis enim nesciat primum apostolorum esse beatissimum Petrum? Sed non ita intelligendum est, quod post aliquos ad illum venerit, sed quod ab illo coepit.* Quando ergo pedes discipulorum lavare coepit, venit ad eum; a quo coepit, id est, ad Petrum: & tunc Petrus, quod etiam quilibet eorum expauserat, expavit, atque ait: *Domine, tu mihi lauas pedes? Tu mihi? Quid est, tu? quid est, mihi? Cogitanda sunt potius quam dicenda: ne forte quoddam ex his verbis aliquatenus dignum concipit anima, non explicet lingua.* Sed respondit Iesus, & dixit ei, *Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.* Nec tamen ille dominici facti altitudine exterritus, permittit fieri quod cur fieri ignorabat: sed vsque ad suos pedes humilem Christum adhuc non vult videre, non potest sustinere. *Non laudabis, inquit, mihi pedes in aeternum. Quid est, in aeternum? Nunquam hoc feram, nunquam patiar, nunquam sinam.* Hoc quippe in aeternum non fit, quod nunquam fit. Tum saluator aegrum reluctantem de ipsius salutis periculo exterritus, *Si non lavero te, inquit, non habebis partem mecum.* Ita dictum est, si non lavero te, cum de solis pedibus ageretur, quomodo dici assoler, calcas me, quando sola planta calcatur. At ille amore, & timore turbatus, & plus expauescens Christum sibi negari, quam vsque ad pedes suos humiliari; *Domine, ait, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput.* Quandoquidem sic minaris, lavanti tibi membra mea, non solum ima non subtraho, verum etiam prima subterno. Ne mihi neges capiendam tecum partem, nullam tibi nego abluendam mei corporis partem. *Dicit ei Iesus; Qui lotus est, non indiget nisi pedes lavare: sed est mundus totus.* Totus vti que praeter pedes, vel nisi pedes, quos habet opus lavare. Sed quid est hoc, quid sibi vult, quid hic necessarium est ut quaeramus? Dominus dicit, veritas loquitur, quod opus habet pedes lavare etiam ille, qui lotus est. Quid, fratres mei, quid putatis: nisi quia homo in sancto quidem baptismo totus abluitur, non praeter pedes, sed totus omnino: verum tamen cum in rebus humanis postea vivitur, vti que terra calcatur. Ipsi igitur humani affectus, sine quibus in hac mortalitate non vivitur, quasi pedes sunt, ubi ex humanis rebus afficimur, & sic afficimur, ut si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipiamus, & veritas in nobis non fit. Quotidie igitur pedes lavat nobis, qui interpellat pro nobis: & quotidie nos opus habere ut pedes lauemus, in ipsa oratione dnica profitemur, cum dicimus, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Si enim confiteamur, sicut scriptum est, peccata nostra, profecto ille, qui lavit pedes discipulorum suorum, fidelis est, & iustus, qui dimittat nobis peccata nostra, &

Matth. 6.

mundet nos ab omni iniquitate, id est, vsque ad pedes quibus conversamur in terra. Lavatio pedum illa remissionem quidem peccatorum designat, non tamen eam, quae semel in baptismo datur, sed illam potius qua quotidiam fidelium reatus, sine quibus in hac vita non vivitur, quotidiana eius gratia mundantur. Pedes nanque, quibus incidentes terram tangimus, ideoque eos a contagio pulveris, sicut reliquum corpus, immunes custodire nequimus, ipsam terrenae habitationis necessitatem designant. *Qui ergo lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus:* quia qui ablutus est fonte baptismatis in remissionem omnium peccatorum, non indiget rursus, immo non potest eodem modo ablu: sed quotidiana tantum mundanae conversationis contagia necesse habet quotidiana sui redemptoris indulgentia tergantur. Est enim toto actionum suarum corpore mundus, exceptis duratatis iis, quae mentis necessitate curae temporalis adhaerent: ob quorum quotidianam fordidationem simul & mundationem quotidie dicimus orantes; *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Verum haec de apostolis, eorumque similibus. At nos, qui diuini saepe timoris oblitri, iter laevum incedimus, non illa levis, & quotidiana orationum solennitate possumus ab erratum nostrorum sordibus liberari, sed maior necesse est inquinatio maiori orationum, vigiliarum, vel ieiuniorum, lachrymarum atque elemosinarum exercitio purgetur. *Postquam vero lavit pedes discipulorum dominus, &c.* Aperuit verbo mysticium lauationis, quod eis paulo ante factum nec dum scientibus exhibuerat: quia postquam petendo in cruce, lauacrum nobis remissionis consecravit, accepit membra iam immortalia, quae mortalia posuerat: & cum post resurrectionem apparuisset discipulis, ac familiariter cum eis esset etiam in consensendo pro dies quadraginta conversatus, exposuit eis utilitatem suae passionis, cuius eatenus quia virtutem mysticam nesciebant, euentum satis timebant. *Si ergo, inquit, ego laui vestros pedes dominus & magister, &c.* Quae videlicet sententia & ad literam & ad mysticum sensum recte accipi, & de notate debet impleri. Ad alteram quidem, ut per charitatem scriuiamus iniuicem, non solum in lavando pedes fratrum, sed in quibuslibet eorum necessitatibus adiuuandis. Ad mysticum vero intellectum, ut, sicut dominus nobis peccata poenitentibus dimittere consuevit, ita etiam nos peccatis in nos fratribus dimittere festinemus. Sicut ille lavit nos a peccatis nostris interpellando patrem pro nobis, ita & nos si scimus fratrem nostrum peccare peccatum non ad mortem, petamus ut detur ei vita peccati non ad mortem, & sicut Apostolus Iacobus admonet, confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro iniuicem ut saluemur. Sicut ille pro nobis animam suam posuit, sic & nos, instante temporis articulo, pro fratribus animam ponamus. Sequitur: *Scitis quid fecerim vobis.* Nunc est ut beato Petro reddatur illa promissio, dilata enim fuerat, quando expauescenti & dicenti; *Non laudabis mihi pedes in aeternum,* responsum est ei; *Quod ego facio, tu nescis modo: scies autem postea.* Ecce est ipsum dilatum est. Memor itaque dominus se promississe iam dudum scientiam facti sui, tam inopinatus

tam admirabilis, tam expauescendi, & nisi vehementer ipse terruisset, nullo modo sinendi, ut magister non tantum ipsorum, sed & angelorum, & dominus non tantum ipsorum, sed rerum omnium, lauaret pedes discipulorum, & seruatorum suorum. Huius ergo tanti facti quoniam promiserat scientiam, dicens; *Scies postea:* quid sit quod fecit, docere nunc incipit. *Vos, inquit, vocatis me magister, & domine: & bene dicitis: sum etenim. Bene dicitis, quia verum dicitis: sum quippe, quod dicitis.* Homini praecipuum est; Non te laudet os tuum, sed laudet te os proximi tui. periculosum est enim sibi placere, cui cauendum est superbit. Ille autem, qui super omnia est, quantumcumque se laudet, non se extollit excelsus. Nec potest recte dici arrogas Deus, nobis namque expedit cum nosse, non illi. Nec eum quisquam cognoscit, si non se indicet ipse, qui nouit. Si ergo non se laudando, quasi arrogantiam vitare voluerit, nobis sapientiam denegabit. Et magister quidem quod se esse dicit, nemo reprehenderet, etiam qui cum nihil esse aliud quam hominem crederet, quoniam id profiteretur, quod & ipsi homines in quibuslibet artibus vsque adeo sine arrogantia profiterentur, ut professores vocentur. Quod vero dominum & ipse se dicit discipulorum suorum, cum sint illi etiam secundum seculum ingenui, quis ferat in homine? Sed Deus loquitur, nulla est hic elatio tantae celsitudinis, nullum mendacium veritatis. nobis subiaceret illi vile est celsitudinis. Nobis seruire vile est veritati. Quod se dominum dicit, non illi est vitium, sed nobis est beneficium. Dicit verum qui veritas est, ne no dicam ego, quod vile est, dum tacet ille quod est. Beatissimus Paulus, non vti que vnigenitus Dei filius, sed vnigeniti filij Dei seruus, & Apostolus, non veritas, sed particeps veritatis, agit libere, atque constanter. Et, si voluero gloriar, non ero insipient, veritatem enim dico. Neque enim in seipso, sed in ipsa veritate, quae superior est ipso, & humiliter & veraciter glorietur: quoniam & ipse praecipit, ut, qui glorietur, in domino gloriatur. Itane non timeret insipientiam, si gloriar, velle amator sapientiae, & in gloria sua timeret insipientiam ipsa sapientiae? Non timet arrogantiam, qui dixit; In domino laudabitur anima mea: & in laude sua timeret arrogantiam potestas domini, in quo laudabitur anima serui? *Vos, inquit, vocatis me magister & domine, & bene dicitis: sum etenim.* Ideo bene dicitis, quia sum. Nam si non essem quod dicitis, male diceretis, etiam si me laudaretis. *Si ergo ego, inquit, laui pedes vestros dominus & magister, debetis & vos alter alterius lavare pedes.* Hoc est, beate Petre, quod nesciebas, quando fieri non sinebas. Hoc tibi postea sciendum promissum, quando ut sineres, terruit magister tuus, & dominus Deus tuus lauas pedes tuos. Est enim apud plerosque consuetudo huius humilitatis vsque ad factam quod cernatur expressa. Vnde & Apostolus, cum benemeritam vidual commedaret, si hospitio, inquit, recepit, si sanctorum pedes lauit, & apud sanctos vbicumque haec consuetudo non est, quod manu non faciunt, corde faciunt, si in illorum numero sunt, quibus dicitur in hymno beatorum trium virorum; *Benedicite sancti, & humiles corde dominum.* Multo autem melius, & sine controuersia verius, ut etiam manibus fiat: nec dedignetur, quod fecit Christus, facere Christianus. Cu enim

ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in corde ipso vel excitatur, vel si iam merer, confirmatur ipsius humilitatis affectus. Sed excepto isto moralis intellectu, ita nos huius dominici facti altitudinem commedasse meminimus, quod lauando pedes iam locorum, atque mundatorum discipulorum significauerit dominus propter humanos, quibus in terra versamur, affectus, quantumlibet profecerimus in apprehensione iustitiae, nos sine peccato non esse: quos subinde abluit interpellando pro nobis, cum oramus patrem qui in caelis est, ut debita nostra dimittat nobis, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quomodo ergo ad hunc intellectum poterit pertinere hoc, quod ipse postea docuit, ubi sui facti exposuit rationem, dicens; *Si ego laui pedes vestros dominus, &c.* Nunquid dicere possumus, quod etiam frater fratrem a delictis poterit contagione mundare? Immo vero id etiam nos esse admonitos in eius dominici operis altitudine nouerimus, ut confessi iniuicem delicta nostra, oremus pro nobis, sicut Christus interpellat pro nobis. Audiamus Apostolum Iacobum hoc ipsum euidentissime praecipientem, ac dicentem; *Confitemini iniuicem delicta vestra, & orate pro vobis: quia ad hoc dominus nobis dedit exemplum.* Si enim ille, qui nullum peccatum nec habet, nec habuit, nec habebit, orat pro peccatis nostris, quanto magis nos iniuicem pro nostris orare debemus? & si dimittit nobis ille, cui non habemus quod dimittamus, quanto magis dimittere debemus iniuicem nobis, qui sine peccato hic viuere non valemus? Quid enim videtur in hac altitudine sacramenti dominus significare cum dicit; *Exemplum enim dedi vobis, ut, &c.* Nisi quod apertissime dicit Apostolus; *Donantes vobismet ipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut & dominus donauit vobis, ita & vos. Iniucem itaque nobis delicta donemus, & pro nostris delictis iniuicem oremus, atque ita quodammodo iniuicem pedes nostros lauemus.*

Ephes. 4.

Eccles. 3.

EIVSDEM IN IDEM Euang. Homilia.

Sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia a habetur 10. Deo exiit, & ad Deum vadit, surgit a cena, & ponit vestimenta sua. Locutus de maxima humilitate assumptae humanitatis prius commemorat eternitatem diuinae potestatis, ut & ipsum verum Deum, hominemque demonstraret, & ut nos illius praeccepti admoneret, ut quanto magni sumus, humiliemur in omnibus. Homo erat verus, qui hominum pedes tangere, ac lavare, per hominem tradi, atque ab hominibus poterat crucifigi: Deus erat verus, cui omnia dedit pater in manus, quia a Deo exiit, & ad Deum rediit. Sciebat ergo dominus quia diabolus iam miserat in corde Iudae, ut traderet eum, sciebat quia omnia dedit ei pater in manus: inter quae omnia & ipsum traditorem, & eos quibus tradendus erat, & mortem quam erat passurus, ut de his omnibus quae velle faceret, malumque eorum sua potentia conuerteret in bonum. Sciebat quia per humilitatem incarnationis a Deo exiit, & per victoriam resurrectionis ad Deum erat rediturus, nec Deum, cum inde exiret, nec nos deserens, cum rediret. Sciebat quidem omnia haec, & tamen in magna sua indium

Bibl. Hom. tom. 2. NN n n cium

ciū pietatis, in magnæ nostræ exemplū humilitatis surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, lauit pedes discipulorum, non Dei domini, sed hominis serui implens officium, vt eius quoque pedes humiliter ablueret, cuius manus in sua traditione nouerat procaciter esse polluedas. Quod si altiori indagine mysterium hoc humillimum nostri saluatoris pertractare delectat, cœna hæc sacrosancta, in qua cū discipulis recubuit dominus, tempus significat vniuersum, quo corporaliter in ecclesia demoratus, & dapibus verbi salutaris, ac miraculorum suorum dulcedine cunctos longe lateque pavit, & ipse audientium fide, ac dilectionis passus est: quia quotquot ad gratiam veritatis conuertit, per hos nimirum corporis sui, quod est ecclesia, quasi more vescentium fecit augmentum. Surrexit autem à Cœna, & posuit vestimenta sua, quando temporaliter cum hominibus amplius conuersari desistens, membra corporis assumpti deposuit in cruce. Accepto linteo præcinxit se, quando accepto à patre mandato patiendi, pro nobis in ipso passionis in exercitio sua membra circumdedit. Solet namque per linteum, quod multifario tormentorum labore conficitur, afflictio passionum figurari. Et dominus ponens vestimenta linteo præcingitur, vt significet se habitum corporis, quem induit, non sine pressura dolorum, sed longa crucis tribulatione deponere. Misit aquam in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus, quando defunctus in cruce aquam vnâ cum sanguine de latere suo profudit in terram, quibus credentium opera mundaret, eademque opera non solum passionis sacramentis sanctificare, sed etiam eiusdem exemplis confirmare dignatus est. Quod autem inchoata pedum lauatio dicitur, venit ergo ad Simonem Petrum, non ita intelligendum est, quasi post aliquos ad illum venerit, sed quia ab illo, qui primus apostolorum erat, cepit, & ille tale ministerium, quia mysterium nesciebat, non frustra horruerit. Quod etiam quilibet eorum acturus fuisse non dubitatur, si non illa terretur sententia, qua Petro dictum est: *Si non laueris te, non habebis partem mecum.* Vbi aperte monstratur, quod hæc pedum lauatio spiritalē carnīs, & animæ purificationem, sine qua ad confortium Christi perueniri non potest, insinuat. Vnde Petrus hæc audiens, soluto mox amoris diuini seruore correptus, respondit: *Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput.* Ac si aperte dicat: Quia iam te docente intelligo, quod lauando pedes meos errata mea te mundare significas, non solum pedes, sed & manus, & caput tibi lauandum offero: quia nō solum in cessu, sed etiam actu, visu quoque, auditu, gustu, olfactu, & tactu, multa me committere, quæ à te debeant dimitti, non ambigo. Sed seruio amatori quid respondeat dominus, quomodo hunc ad intelligentiam mysticę lauationis paulatim prouocet audiamus. *Qui lotus est,* inquit, *non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.* Manifeste denunciat, quod lauatio pedum illa remissionem quidem peccatorum designaret, non tamen ea, quæ semel in baptisate datur, sed illa potius, qua quotidiani fidelium reatus, sine quibus in hac vita non viuunt quotidiana eius gratia mundantur. Pedes namque, quibus incedentes terram tangimus, ideoque eos à contagio pulueris, sicut reliquum corpus, immunes

custodire nequimus, ipsam terram in habitationis necessitatem designant: qua inquinatum quotidie desides nos, & negligentes afficimur, in tantum etiam vt magni quique, & summæ conuersionis viri à cœlesti, quam maxime diligunt, contemplatione reuocantur, vt si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducamus, & veritas non sit in nobis. Qui ergo lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Quia qui ablutus est fonte baptismatis in remissionem omnium peccatorum, nō indiget rursus, imò non potest eodem modo abluī, sed quotidiana tantum mundanæ conuersionis cōtagia necesse habet quotidiana sui redemptoris indulgentia tergantur. Est enim toto actionum suarum corpore mundus, exceptis duntaxat iis, quæ menti necessitate curæ temporalis ad hæserunt, ob quorum quotidianam sordidationem simul & emundationem quotidie dicimus orantes: Et dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Verum hæc de apostolis, eorumque similibus dicta sunt, beati videlicet, & immaculati, qui timentes dominum ambulanti in viis eius. At nos, qui diuini sæpe timoris oblitii, iter læuum incedimus, non illa leui, & quotidiana orationum sollemnitate possumus ab erratum nostrorum sordē liberari, sed maior necesse est iniquatio maiori orationum, vigiliarum, vel ieiuniorum, lachrymarum, atque elemosynarū exercitio purgetur: ipso nimirum interius vestigi cordis nostri mundante, qui sedēs in dextera Dei per assumptæ habitum humanitatis quotidie interpellat pro nobis. Postquam vero lauit pedes discipulorum dominus, accepit vestimenta sua, & cum recubisset, iterum aperuit verbo ministeriū lauationis, quod eis paulò ante factō scientibus exhibuerat. Quia postquam patiēdo in cruce lauacrum nobis remissionis cōsecrauit, accepit membra iam immortalia, quæ mortalia posuerat: & cum post resurrectionem apparuisset discipulis, ac familiariter cum eis esset etiam in conuescendo per dies quadraginta conuersatus, exposuit eis vtilitatem suæ passionis, cuius carnis, quia virtutem mysticam nesciebāt, euentum satis timebant: *Si ego, inquit, laui vestros pedes dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes.* Quæ videlicet sententia, & ad literam & ad mysticum sensum recte accipi, & deuote debet impleri. Ad literam quidem, vt per charitatem seruiamus inuicem, non solum in lauando pedes fratrum, sed etiam in quibuslibet eorum necessitatibus adiuuandis. Ad mysticum vero intellectum, vt, sicut dominus nobis peccata penitentibus dimittere consuevit, ita etiam nos peccantibus in nos fratribus dimittere festinemus. Sicut ille lauit nos à peccatis nostris interpellando patrem pro nobis, ita & nos si scimus fratrem nostrum peccare peccatum non ad mortem, petamus vt detur ei vita peccanti non ad mortem. Et sicut iacobus apostolus admonet cōsuetam alterutrum peccata nostra, & oremus pro inuicem vt saluemur: sicut ille pro nobis animā suam posuit, sic & nos instante temporis articulo pro fratribus animas ponamus. Sequitur: *Amen dico vobis, non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior eo qui misit illum.* Hoc ideo dixit, quia lauerat pedes seruorū suorum dominus, & ipse qui misit eorum quos misit. Apostolus Græcè, Latine dicitur

tur missus, vt ostenderet ea, quæ excelsus fecit humiliter, multo magis humilibus, & infirmis humiliter esse faciēda. Sed vt hoc in loco spiritalis intellectus cōmoneret, quia si ipse qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, interpellat pro nostris excelsibus, multo magis ipsi debeamus orare pro inuicem. Sed etiam dimittit nobis ille, cui non habemus quod dimittamus, multo magis oportet nos alterutrum dimittere nobis debita nostra. Quod ipsum Apostolus quoque præcipiens ait: *Eitote autem inuicem benigni, misericordes, donātes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis.* Si hæc, inquit, scitis, beati eritis, si feceritis ea. Salutaris hæc multum nostri saluatoris, & sedulo est cogitanda sententia: quia beati erimus sciendo cœlestia præcepta, si tamen ea, quæ nouimus, operando sectemur. Qui enim cognita eius mandata seruare negligit, beatus esse non valet: qui hæc vel cognoscere contemnit, multo longius à beatorum sorte secluditur. Congruit his Psalmista, qui mortaliū corda perpendens, æque omnes beatitudine amare, sed paucos vbi est querere conspiciens, ipse quæ sit maxima in hac vita hominis beatitudo manifeste protesta tus est, dicens: *Beati immaculati in via, qui ambulat in lege domini.* Et ne putaretur hæc via immaculorum ac beatorum ab imperitis passim, & rudibus posse comprehendī, consequenter adiunxit & ait: *Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.* Quapropter, charissimi, rogemus eius clementiam qui mandauit mandata sua custodiri nimis, vt dirigat ipse vias nostras ad custodiendas iustificationes suas, ipse post custodiam mandatorum suorum ad beatitudinem nos suæ perpetuæ visionis inducat Iesus Christus dominus noster, qui viuūt, & regnat cum patre in vnitare spiritus sancti per omnia secula seculorum, Amen.

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

Ante festum autem pasche sciens Iesus, &c. Sciebat quidem dominus & ante omnia secula horam mortis suæ: quom autem illa instaret, rem facit magnæ misericordię, & condescensione plenam, miramque erga discipulos præ se fert dilectionem. Relicturus enim illos vehementiorem charitatem ostendit. Nam, *quum dilexisset eos, vsque ad finem dilexit eos:* hoc vult, quod nihil omiserit eorum quæ facere decet eum, qui multum diligit. Ideo & postremò pedes discipulorum omnium lauat, vt ingerat magnū desiderium, & magnam eius consolationem afferat in malis, quæ passuri erant, si cogitarent, quod sic dilexerit eos, vt & pedes eorum lauerit, quare neque despecturus sit eos in multo grauioribus. Transitum autem nominat mortem Christi, propter assumptionem ex resurrectione. Quia igitur transirus erat ex hoc mundo, ostendit charitatem erga suos. Suos autem discipulos nominat secundum familiaritatis rationem. Quam enim ad rationem creationis, eius proprii sunt omnes homines. In propria veni, & sui eum non receperunt. Sui autem etiam sancti, eo quod familiares ei sint, quem admodum & hoc loco suos vocauit discipulos. Adiecit autem iis, *qui in mundo:* quia & alij erant sui, vt Abra-

ham, & patriarchæ, sed non in mūdo: demigrauerant enim ab eo loco. Hos igitur suos, qui in hoc mundo, *vsque in finem dilexit,* hoc est, perfectam erga illos charitatem declarauit. *Et cœna facta, quum diabolus iam immisisset in cor Iudæ, &c.* Admirans Euangelista, quod Christus lauerit eum, qui meditabatur proditionem, dicit: *Quum diabolus immisisset in cor Simonis.* Ita ergo vsque ad finem proditionis curam gerebat. Neque frustra apponit: *Cœna autem facta,* sed vt ostendatur inhumanitas Iudæ, quem neque mōsæ commūio placauerat. Proinde Iesus sciens, quod pater omnia tradidisset ei in manus, hoc est, quod cōcredidisset ei salutē fidelium, & debeat nunc omnia, quæ ad salutē eorum pertineant, monstrare eis, cepit & lauare pedes discipulorum. Humilitatis enim lex hoc loco præcipitur. Et aliter: *Quum sciret, quod omnia tradidisset ei pater, & quod à Deo exisset, & ad Deum iret,* non timebat minui gloriam suam lauans pedes discipulorum. Non enim rapuerat gloriam, vt timeret ab illa excidere. Et propterea nō dignatur humile quiddam facere, qui generosi nō sunt, quoniam gloriam rapiunt, nolentes vllō modo humiliari, vt ne perdant, quod rapuerant. Ad omnium rex erat, & Dei filius. hoc enim vult dum dicit, *A Deo exiit,* hoc est, ex patris substantia. & iterum ad Deum vado. Et ita nō minuebatur gloria eius qui talis est, ex eo quod discipulos laueret. Cōsidera igitur quod humiliari opus est eius, qui à Deo egressus est, & ad Deum vadit. Superbire, & fastuosum esse, opus est eius, qui à demonibus exiit, & ad dæmones vadit. Quum autem audieris, *dedisset ei pater:* ne existimes quandam filij impotentiam hic declarari, sed discere potius reuerentiam erga patrem, & voluntatis cōcordiam: quia, si impotens tibi videtur filius, eo quod pater ei ea dedisse dicatur, impotentem intellige & patrem, eo quod filius ei regnum tradit, vt Apostolus dicit, sed non ita est. Verum traditio concordiam, & cooperationem dicit, vt sic dicam, & beneplacitum patris. Vide autem & eminentiam humilitatis. Non enim ante cœnam lauat, sed, postquam omnes recubissent, surgit solus ipse, illis recumbentibus, & deponit quidem vestimenta: docens nos vt expediti, & leues simus ad ministerium. Linteo autem præcingitur ipse omnia faciens, lauans, & extergens. Mutit item aquam, & hoc ipse faciens, non alij committens. Hæc autem omnia nobis indicia sunt, & præcepta, quomodo nos cum omni alacritate ministerio oporteat, & nos ipsos omnia operari, non aliis vtentes ministris. *Venit ergo ad Simonem Petrum, &c.* Non primum lauat Petrum, quamuis primatum discipulorum gerebat: sed forte proditor, quum esset impudēs, & inuerecundus, ante Petrum lotus est. Vnde hoc manifestum: *Cepit, inquit, pedes discipulorum lauare, & extergere,* deinde venit ad Simonem Petrum, atque ita declarat, quod non primo lauerit Petrum. Non enim dixisset, quod venisset ad Simonem Petrum, sed alium quendam ante Petrum lauit. Ex aliis itaque discipulis nullus sustinisset ante Petrum lauari. Proditorem autem hoc ausum fuisse possibile est. Nam, si ab aliis discipulis cepisset lauare quempiā, prohibuisset dominum ille, quisquis fuisset, & dixisset, quæ & Petrus, *Domine, tu meos lauas pedes:* & non permisisset. Non igitur vllum alium lauit prius quàm proditorem, & deinde Petrum. A Petro autem erudit

a Est igitur
reipsum & ve-
raciter Chri-
sti corpus in
hostia, & fan-
gus in calice,
non typicè sa-
tum ut here-
nici blasphemant.

b Christum sa-
cro sanctum.

ait, Domine, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput. In quibus utique verbis beatus Apostolus opera nostra, simul & cogitationes, ut à Domino purificentur, atque mundentur, indigere signavit. Si quidem manibus operamur, cogitationes autem ex mente, quæ caput est interioris hominis, proferuntur. Vera ergo, ac perfecta purgatio est, cum Deus omnipotens non solum opera nostra munda, & immaculata custodit, sed etiam prava cogitationes à cordibus nostris sancti Spiritus infusione repellit. Hodie Saluator terreni panis, ac vini speciem in sui corporis & sanguinis sacramenta ^a conuertit, suisque Discipulis vitalis alimonie pabulum ministravit. Cibus enim ille verus, quem primus homo, intumescere superbia, & gula pruriente, percepit, per viueria eius viscera vitiorum omnium, ac mortalis corruptionis venena diffudit. Contra hoc igitur lethale virus antidotum à Christiano populo sumitur, per quod spiritualis morbi pestilentia salubriter euomatur. Huius noui sacramenti virtute fermentum illico condemnata vetustatis expellimus, ut de seruitute ad libertatem spiritus, & ad noua regenerationis azyma transeamus. Hodie sacrum chrisma conficitur, per quod in nobis omnium celestium charismatum sanctificatio designatur. Hoc videlicet illud esse sacrosanctum ^b chrisma cognoscitur, quod non modò Sacerdotes, Reges, atque Prophetas unxit in veteri testamento, sed etiam sanctos Apostolos, Martyres, & Confessores sanctificauit in nouo. Hodie etiam nos oleo diuinæ virtutis inungimur, ut in spiritualis palæstræ certamine colluctantes, de subactis, atque conuictis hostibus triumphemus. De quo nimirum oleo Propheta dicit: Computrescit iugum à facie olei. Nam cum per hoc diuini chrisomatis sacramentum libertatis nobis spiritus reddatur, seruitutis antiquæ iugum in putredinem necesse est redigatur. Hoc mysterium chrisomatis Propheta David indubitanter agnouit, cum vultus nostros in oleo exhilarandos esse cantauit. Enimvero cum mundi erimina Deus diluio quodam expiaret effuso, futuri muneris columba similitudinem prætulit, cum oliuæ ramo pacem terris redditam nunciauit. Ait enim scriptura: Expectatis autem ultra septem diebus aliis, rursum dimisit Noë columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo. In remissione, ac reuersione columbæ septenarius numerus ponitur, quia septem esse proculdubio sancti Spiritus dona noscuntur. Vespertina verò hora ad arcam columba reuertitur, quia Spiritus sanctus, qui in mundi principio ferebatur super aquas, iam vesperscente sæculo, sanctam repleuit Ecclesiam. Ad hoc etiam diuini chrisomatis pertinet sacramentum, quod omnipotens Deus Moysi famulo suo mandat dedit, ut Aaron fratrem suum aqua prius ablueret, deinde per infusionem huius vnguenti constitueret sacerdotem. Aaron, inquit, & filios eius vnges, sanctificabisque eos, ut sacerdotio fungantur mihi. Filij quoque Israel dices: Hoc oleum vntionis sanctum erit in generationes vestras. Porro autem sicut iam abluto per diluuium mudo, cum oliuæ ramo ad arcam colūba reuertitur, sic etiam Aaron aqua prius ablutus est, deinde chrismate perunctus, ut ad sacerdotium promoueretur. Sic etiam nunc quilibet ad regenerationis gratiam veniens

prius, sacri baptismatis vndis immergitur, ut post modum diuini chrisomatis mysterio consignetur. Illud præterea oleum, quod & tabernaculi fuerit, & cuncta eius vntionis consecrauit, hoc diuini chrisomatis sacramentum perspicue figurauit. Ait enim Dominus Moysi: Tolles oleum de oliuetis, mensura Hin, faciesque vntionis oleum sanctum, vnguentum compositum opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, mensamque cum basibus suis, candelabrum, & vntionis eius, altaria thymiamatis, & holocausti, & vniuersam supellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet, sanctificabisque omnia, & erunt sancta sanctorum; qui tetigerit ea sanctificabitur. Mylticum ^c itaque chrisma, quod tunc consecrabat tabernaculum in deserto, nunc Ecclesiam in nouo sanctificat testamento. Quod etiam sacramentum tunc vberius, & copiosius videtur impletum, cum Redemptor noster de Iordani vndis baptizatus exiit, & apertis cælis protinus in eum Spiritus sanctus in columbæ specie manifesta visione descendit, moxque vox Patris intonans ait: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: hunc esse perspicue comprobans, cui David olim eodè spiritu edoctus aiebat: Vniuit te dominus Deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. Ex illo sanè tunc spiritu, qui nostrum quoque chrisma nunc consecrat, tantam virtutem aquarum omnium natura concepit, ut in quibuscumque fluentibus sub professione deificæ Trinitatis abluendus immergitur, plenum, atque perfectum nouæ regenerationis mysterium diuinitus impleatur. Hoc nostrum chrisma illud etiã oleum typicè designabat, quo Dominus in tabernaculo septem lucernas impleri, ac iugiter arde- re præcepit. Præcipe, inquit, filiis Israel, ut afferant tibi oleum de oliuis purissimū, ac lucidum, ad cōcinnandas lucernas iugiter extra velum testimonij in tabernaculo fœderis, ponentque eas Aaron à vespere vsque in mane coram Domino, culta ritūque perpetuo in generationibus vestris super candelabrum purissimum poneat semper in conspectu Domini. Quid autem per septem lucernas in tabernaculo, nisi septem significantur Ecclesiæ in vno populo Christiano? In quibus nimirum oleum iubetur indefinēter arde- re, quia in iis sincera charitas, quæ per spiritum sanctum datur, gemini debet amoris igne feruere, & claris ^d atque conspicuis semper operibus con- fescare. ^e Sed cum vna sit proculdubio catholica, & vniuersalis Ecclesia, sicut per Salomonem dicitur: Vna est columba mea, vna genitricis sue: quid est, quod in sacris eloquijs septem esse referuntur Ecclesiæ, nisi quia vna est per vnitatem fidei, septiformis est per totidem dona spiritus sancti? Hæ sunt enim septem mulieres, quæ iuxta Prophetæ vaticinium, accipere virum vnum. Vir autem ecclesiæ Christus. Hoc planè sancti spiritus oleo cuncta sacramenta scripturarum pabula condiuntur, ut animarum nostrarum viscera sanguinentur. Hoc oleum vitalibus epulis eloquij celestis insulum sapit in faucibus animæ, cuius & stomachum recreat, & gustum percipientis obdardat. Nam scriptum est: Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Vnde sciendum est, quia omnes sacrorum voluminum pagine sancti spiritus oleo sanè conditæ. Quamobrem & in libro Numerorum legitur: Quia circuibat populus, & colligens manna

EVTHYMII ZIGABONI
superioris Euang. expositio.

manna, frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. Porro autem quasi per multa in cancellario Domini dolia trāstrum habuimus, ut ad solum oleatum, velut olei vasculum, peruenire possemus. Manna denique, quo plebs vivebat Israëlitica, sacrum designabat eloquium, quo nutritur, & vegetatur religio Christiana. Quod utique veraciter oleatum est, quia mystica sancti spiritus est vntione cōspersum. Notandum verò, quia idem manna, quod in libro Numerorum dicitur oleatum, in Exodo legitur non olei, sed mellis potius habuisse saporem. Gustus, inquit, eius erat quasi simile cum melle. Quidnam est, quod angelicus ille cibus prius dicitur mellis exhibuisse dulcedinem, & postmodum non mellis, sed olei præbuisse suauitatem, nisi quod redemptor noster sacramentum omnium auctor, & conditor scripturarū, quem videlicet illud manna principaliter figurabat, & ante passionem velut mel dulcedinem exhibuit, miraculorum, & post ascensionem suam, tanquam oleum, in discipulos suos effudit spiritū sanctum? Nam quasi mellis videtur propinasse dulcedinem, dpm, signis, atque virtutibus conuulsit; olei verò tunc suauitatem dedisse, cum in apostolos suos sancti spiritus paraclyti dona diffudit. Quem videlicet ordinem Moyses congruè tenuit, cum in Deuteronomio de petra, quæ & nihilominus manna erat, typicè decantauit. Ut suggerit, inquit, mel de petra, & oleum de firma petra. De hoc mysticæ vntionis oleo sponsa ad sponsum dicit in canticis: Vnguentum effusum nomen tuum. Vnguentum quidem effusum sponsi nomen asseritur, quia sicut à chrismate Christus, ita consequenter à Christo dicitur Christianus. Quia igitur, dilectissimi, per gratiam saluatoris nostri iam huius chrisma- tis percipimus sacramentum, quia iam regie dignitatis expressum præferimus in fronte signaculum, studeamus ita nobiliter viuere, ut conuersatio nostra tam diuinis, tamque magnificis mysterijs valeat concordare. Nos enim sumus, quibus per primum Apostolorum dicitur: Vos genus electum, regale & sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutem annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suū. Et certè satis ignobile est sub vitiōrū carnalium viuere seruitute, qui Deo nos adoptante, regij obtinemus generis dignitatem. Nimis turpe est, ut terrenæ simus concupiscentiæ dediti, qui & Dei vocamur Filij, & ad obtinendam celestem hereditatem per Christi gratiam mereamur ascribi. Planè quia crucifixi præceptoris nos constat esse discipulos, dignum est ut etiam nosmetipsos huic nequæ seculo præbeamus extinctos. A portanda igitur cruce post magistrum nostrum, & Dominum nulla nos negotij tēporalis cura præpediat, nullus amor terrenæ substantiæ, vel illecebæ carnalis auertrat. Dirigamus fidei, ac deuotionis nostræ oculos per stratum iam, nobisque propositam viam crucis, ut per eam inoffensis gressibus incedentes, ad eum mereamur attingere, qui auctor est, & prouocator ad gloriam resurrectionis, cum Deo patre, & spiritu sancto, viuens, & regnans in secula seculorum, Amen.

A Nte diem festum pasche sciens Iesus, quod venisset hora ipsius, ut transiret ex hoc mundo ad patrem. Nam, postquam mortuus est, ac resurrexit, à terra in cælum migravit. Quam dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Suos, vocat discipulos, utpote domesticos propter obedientiam. Sui autem appellati quoque sunt omnes Iudæi, tanquam cognati: imò etiam omnes simul homines, tanquam creaturæ ipsius. Addidit autem; Qui erant in mundo. Nam qui iam in virtute mortui erant, eius etiam proprii dicebantur, Abraham videlicet, Isaac, & Iacob, qui que tempore illorum iusti erant. Quam dilexisset ergo discipulos ad id vsque temporis, tunc magis dilexit eos. Nam, in finem, idem significat, quod vehementer. Quia enim iam morturus erat, eoque relicurus, dilectionem intendit ad ascensionem vehementioris memoriæ ipsius. Signum vero intentionis fuit lotio pedum illorum: nam qui aliquem feruenter amat, ne extremum quidem eius ministerium deuitat. Et cena facta. In diuersorio, in instrato cœnaculo: quia facta vespera, sicut dixit Matthæus, accubuit cum duodecim. Quam diabolus iam immisisset in cor Iudæ Simonis Iscariotæ, ut traderet eum. Iam tunc cogitationem immisisset, quando vnguentum effudit super caput Iesu mulier, de qua scripsit Matthæus. Hoc autem interposuit euangelista cum stupore admirans excellentem Christi clementiam, quia huius etiam pedes lauit, qui in proximo erat eum traditurus. Sciens Iesus, quod omnia dederit ipsi pater in manus. Tanquam filio legitimo, & vngénito. Humano autem more dixit; Omnia dedit ipsi pater in manus, Christū ipsum imitans, qui frequenter huiusmodi de se dispensatorie solet dicere, sicut variis in locis diximus. Sicut autem pater tradidit filio, sic & filius patri. Ait enim Paulus; Quam tradiderit regnum Deo, & patri. Et quod ad Deum exisset, & ad Deum iret. Tanquam filius Dei, ac Deus. Ait ergo; Sciens seipsum omnipotentem, ac Dei filium: licet tantæ esset potestatis, talisque dignitatis, ad extremam tamen descendit humilitatem, tum dilectionem erga discipulos ostendens, tum eos animi modestiam edocens. Surgit à cena, & ponit vestimenta. Non omnia, sed exteriorem amictum, aut etiam indumentum, quod vesti illi exteriori adhærebat, quo succinctior esset ad id, quod facere parabat. Quomodo accepisset linteam, præcinxit se. Linteo se præcinxit ad extergendos lauandorum pedes. Deinde misit aquam in peluum. Ipse etiam aquam ferebat, & vniuersa cum omni promptitudine propriis manibus faciebat: ut & nos ministrantes, cuncta cum omni promptitudine per nos ipsos faciamus, in illum respicientes: neque extollamur: quid enim sumus nos, si ad Deum conferamur. Linteam itaque, peluum, ac hydriam à patrefamilias proculdubio in eum tunc usum accepit. Venit ergo ad Simonem Petrum. Quia lauare cepit, ac postmodum venit ad Petrum: apparet, quod primum lauerit pedes Iscariotæ: simul quidem beneficio afficiis, ac honorans proditorem suum vsque ad mortem, ut & nos similiter faciamus: simul etiam cōpungi volens illum, qui talia aduersus talem gubernatorem cogitaret. Domine, tu mihi lauas pedes? Tu, N N n n 4 qui

qui filius Dei es? In stuporem versus hoc dixit, ac vehementer cum reuerentia veritus. *Quod ego facio tu modo nescis. Quod ego hac re doceo. Scies autem postea.* Quando hoc manifestauero. Nam paulo post de hoc dicturus est; Si ego lani vestros pedes dominus, & magister; & vos debetis inuicem alij aliorum lauare pedes. Vel scies postea, quum me videris in cælum assumptum, quum venerit super vos paraclerus; tunc enim scies qualis quale fecerim opus, & quare. *Non lauabis pedes meos in æternum.* Hoc est, nunquam, asseuerabat enim honorans illum, ac venerans. *Si non lauero te, non habebis partem mecum, &c.* Non dixit, quam ob causam hoc faceret, sciens illum non posse eo modo persuaderi, sed potius magis repugnaturum: sed, quum præ nimio amore repugnaret, ex hoc illi persuaderet: comminatus namque excisionem, protinus eum inclinavit, facitque, vt ille amplius petat, quàm prius ab eo perebatur: & tantum se offerat ad id ministerium perferendum, quantum prius ad repugnandum, imò etiam amplius. *Non tantum, inquit, pedes, sed & manus, & caput: ita nimia dilectione & primum obstitabat, & postmodum concedebat. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, &c.* Ne opinarentur lotionem hanc, purificationem quandam esse, quale & baptisma: huiusmodi opinionem exemplariter soluit dicens, *Qui lotus est, non indiget lauari nisi solos pedes quibus calcando lanacrum egreditur, sed est mundus totus, vt pote iam lotus. Et vos mundi estis, nempe mundati iam per doctrinam, quam vos docui, & abiecta omni prauitate, ac malitia. Nam & Chrysolomus interpretans illud; Et vos mundi estis: ait etiam adiecit esse; Propter sermonem quem loquutus sum vobis. Itaque doctrina non opus est vobis, vt mundemini ab iis, quibus iam emundati estis, nisi vt solis pedibus lauemini, propter causam,*

quam nunc non scitis, scietis autem postea. *Sed non omnes.* Non omnes mundi estis. *Sciebat enim quisquam esset qui traderet eum.* Non erat enim, qui præcipitatus, & contaminatus erat. *Scitis quid fecerim vobis?* Ignorantes interrogat, quo atctiores reddat: nam postquam factum est, vult nunc docere, quod ignorabant. *Vos vocatis me dominum, ac magistrum, & bene dicitis, sum enim.* Sum ista, tanquam Deus. Nam cum discipulis loquens sese detegit. Dicens itaque; *Vos dicitis: vos me ita appellatis: sermonem inuidia carere fecit.* Addens autem, *Sum;* huiusmodi confirmavit appellationes, nec ad gratiam, sed propter veritatem dictas demonstraui. Iam ergo hinc ratiocinemini. *Sic ergo ego lani vestros pedes, dominus, &c.* Non dixit; Si ego, qui natura dominus sum, laui vestros pedes, qui natura serui estis; multo magis vos inuicem conserui, debetis alij aliorum lauare pedes. Neque dixit; Si ego proditoris laui pedes, multo magis vos insidiatorum: sed hæc per opera significans, horum disputationem reliquit auditorum conscientie. *Exemplum enim præbui vobis.* Exemplum deiectionis in dilectione, hoc opere tradidi vobis. *Vt, quemadmodum ego feci vobis, & vos faciatis.* Ex dilectione deiectionis, ac subditis ministrantes. At vero ipse quidem erat maior, quam intelligi, ac dici posset: nos autem sumus terra, & cinis, puluis, & cœnum, aut si quid his vilius est. *Quando vero non tantum ad minores non deijcimus nos, sed neque ad maiores: nec solum pedes seruorum non lauamus, sed neque amicorum, quum etiam insidiatorum lauare debeamus: qua obsecro condemnatione digni non erimus? qui non solum Christi non imitamur exemplum, verum etiam e contrario erigimur, & ex diametro extollimur, nec, quod debitum est, exolumus. Et vos, inquit, debetis inuicem alij aliorum lauare pedes.*

FERIA VI IN PARASCEVE.

IOAN. 18.

PASSIO DOMINI NOSTRI IESU
CHRISTI secundum Ioannem.



In illo tēpore, egressus est Iesus cū discipulis suis trans ^a Torrentem ^b Cedron obumbratio eorum. ^c Non statim sed quibusdam interpositis, quæ alij narant. ^d Cedron vbi erat hortus: in quem ^e introiuit ipse & discipuli eius. ^d Vbi ipse lupus inter oues locum prænotauerat. ^d Sciebat autem Iudas, qui tradebat eum locum: quia Iesus frequenter conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & à pontificibus & Pharisæis ^e ministros venit illuc cum ^f laternis & facibus & ^g armis. Iesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit,

cessit, & dixit eis. ^h Quem quæritis? Respondit ei: Iesum Nazarenum. Dixit eis Iesus. ⁱ Ego sum. Stabat autem & ^k Iudas qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos. ^l Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum: Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Vt impleretur sermo, quem dixit: quia quos dedisti mihi, non perdi ex eis quemquam. ^m Simou ergo Petrus habens ⁿ gladium eduxit eum, & percussit pontificis seruum, & abscidit eius auriculam dextram. Erat autem seruo nomen Malchus. Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. ^o Calicem quem ^p dedit mihi pater non ^q vis vt bibam illum? Cohors autē & tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum. ^r Erat enim socer Cayphæ, qui erat pontifex annillius. Erat autem Cayphas qui consiliū dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo. ^s Sequebatur autem Simon Petrus Iesum, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium ^t foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum: Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia ^v frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius, Respondit ei Iesus: Ego palam loquutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid loquutus sim ipsis: ecce hi sciunt quid dixerim ego. Hæc autem cum dixisset vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici? Respondit ei ^x Iesus: Si malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Annas ligatum ad ^y Caypham pontificem: Erat autem Simon Petrus ^z stans & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es? ^a Negauit ille, & dixit. Non sum. Dicit ^b vnus ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo ^c negauit Petrus, & statim gallus cantauit. ^d Adducunt ergo Iesum à Caypha in ^e prætorium. Erat autem mane, & ^f ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad ^g eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus ^h hominem hunc? responderunt & dixerunt ei: Si non ⁱ effret hic ^j malefactor, non tibi tradidissimus eum. Dicit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum.

^k Non licet interficere quemquam, scilicet in festis diebus, quia in alio tempore licebat secundum legem. ^l Tradit eum Gentibus ad cruciandum, & illudendum.

eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet ^k interficere quemquam, ut ^l sermo Iesu impleretur, quem dixit: significans qua morte esset moriturus. Intraiuit ^m Hoc enim obiciebant Iudæi quod se dicebat regem.

ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: ^m Tu es rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? ⁿ Quasi dicat, A me hoc non dixi, sed a Iudæis accepi qui ideo te tradiderunt mihi.

Respondit Pilatus: Nunquid ⁿ ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus: ^o Regnum meum non est ^p de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset ^q regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est ^r hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, ^s quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad eos & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, ut vnum dimittam in Pascha: ^t Vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? Clamauerunt rursus omnes dicentes: Non hunc, sed Barrabam. Erat autem Barrabas latro.

C A P. XIX.

TVNC ergo apprehendit Pilatus Iesum ^a Ecce quam iniuriosa Pilatus & milites intulerunt Christo. & ^a flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis ^b imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eum: & veniebant ad eum, & dicebant: Ave rex Iudæorum: Et dabant ei alapas: Exiuit ergo iterum Pilatus foras & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis, quia nullam inuenio in eo ^c causam. ^d Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum, & ^e dicit eis. ^f Ecce homo. Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo ^h causam. Responderunt Iudæi: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit: Et ingressus est prætorium iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? ⁱ Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes ^k potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum fuisset desuper. Propterea qui me ^l tradidit tibi, maius peccatum habet. Et ^m exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus autem cum ⁿ audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro ^o tribunali in loco, qui dicitur ^p Lithostratos, Hebraicè autem ^q Gabatha. Erat autem Parasceue Paschæ, hora quasi

quasi sexta: Et dicit Iudæis: Ecce rex vester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices: Non habemus regem nisi Cæsarem. Tunc ergo ^s tradidit eis illum, ut crucifigeretur. ^t Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt eum. Et ^v baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur ^x Caluariæ locum, Hebraicè autem ^y Golgotha: vbi crucifixerunt eum, & cum eo ^z alios duos, hinc, & hinc, medium autem Iesum. ^a Scripsit autem titulum Pilatus, & posuit super crucem, Erat autem ^b scriptum Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum ^c Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebant ergo Pontifices Iudæorum: ^e Noli scribere, rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: ^f Quod scripsi, scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt ^h vestimenta eius, & fecerunt ⁱ quatuor partes, vnicuique militi partem, & ^k tunicam. ^l Erat autem tunica inconsutilis, desuper ^m contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Non scindamus eam, sed fortiamur de illa cuius sit, ut scriptura impleretur dicens: ⁿ Partiti sunt ^o vestimenta mea sibi, & in ^p vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius, & ^q foror matris eius ^r Filia Cleopæ, & Maria Magdalenæ. Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem, quem ^s diligebat: dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora ^t accepit eam discipulus in ^v suam. Postea ^x sciens Iesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura dicit: Sitio. Vas autem positum erat aceto plenum. Illi ergo spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes ^y obtulerunt ori eius. Cum ergo ^z accepisset Iesus acetum, dixit: ^z Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Iudæi ergo, quoniam parasceue erat, ut non remaneret in cruce corpora sabbatho: (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogauerunt Pilatum, ut ^a frangerentur eorum crura, & ^b tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem frangerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non frangerunt eius crura. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est eius testimonium: & ille ^c scit, quia vera dicit, ut & vos credatis. Facta sunt enim hæc, ut scriptura impleretur: ^d Os non comminuetis ex ^e eo. Et iterum alia scriptura dicit: ^f Videbunt in quem transfixerunt. Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eò quod esset

effet discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudeorum, vt tolleret corpus Iesu, & permittit Pilatus. Venit ergo: & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos est sepelire Iudæis. Erat autem in loco vbi crucifixus est Iesus, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

GLOSSA ORDINARIA
in superius Euang.

Math. 4.
Lucas 23.



Mæ cum di. Sequitur: Egressus est cum di. su. Iā apostoli in agro culto & fructuoso opere per assiduum prædicationem constitutis, tempore passionis in hortum paradisi intro ducit, vbi fructus est abundantior: & qui in deserto tentatus vicerat, in horto suos coronat. Vnde ait latroni. Amen dico tibi, ho. me. eris in paradiso. Vbi erat. In horto capitur vt deleret peccatum commissum in horto deliciarum, in quem huius sæculi torrentem transiens, discipulos introduxit. Cohor. Non Iudæorum, sed militum à præside seruato ordine legitimæ potestatis, vt illis tenentibus nullus auderet resistere: vel etiam si quis auderet, contra tot non posset. Pe. il. Nocte traditur, vt sine turbis quæ in die frequentes aderant inueniretur. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ipsis. De oculo hic tacet quod alij euangelistæ dicunt. Ego sum. Hac vna voce tot feroces & fortes moriturus prostravit virtute latentis deitatis; quia volebat quidem comprehendere, sed non nisi quando voluit. Abierunt re. & ceci. in ter. Sic modo per euangelium vbi que dicit Christus, ego sum, & Iudæi expectantes Antichristum retro abeunt, & in terrena quæ amant, cadunt. Sinite hos abire. August. faciunt quod iubet, sinunt eos abire quos non vult perire non quin post sint morituri, sed quia sic nondum credebant, quomodo credunt qui non pereunt. Percussit, Seruus significat populum legis seruum, auris pro domino amputata, & à domino sanata, auditum amputatum, à veritate renouatū vt seruiat liber in nouitate spiritus, nō in vetuste literæ. Vnde dicitur Malchus, id est, regnatus cum Christo. Quod significatum quia non cogitauit Petrus, sed magistrum defendere voluit, dominus improbat factum, & monet eum ad patientiam. Illud tamē mysticè & fieri debuit & scribi. Mitte. Ac si diceret: Quiescat vindicta. Aliter: Conuertere gladiū in locum suum, id est verbum prædicationis conuertere ad gentes, vbi secundum Paulum ostium apertum & ingens inueniatur. Aliter Postquam plenitudo sub intraperit, dicit Petro, per quem totus ordo prædicatorum designatur. Mitte verbum prædicationis ad Israel. Omnis enim qui gla. ac. gla. pe. Quo gladio: Illo qui igneus vertitur ante paradysum: & gladio spiritus, qui in Dei scribitur armatura. Cohors an. Mos erat Iudæis, vt quem morte dignum iudicarent, vinctum præsidi traderent. Et adduxerunt eum. Erant eo tempore duo sacerdotum principes (vt Lucas ait) Annas & Cayphas, qui vicissim annos suos agebant. Sed tunc erat annus Cayphæ, & voluntate eius primum ductus est Iesus ad Annam, non quia collega, sed quia sacer eius erat. Vel domus sic erant positæ, vt non deberet Annas à transeuntibus præteriri. Et alius di. Quis sit iste, quia hic tacetur, non temerè diffiniatur. Solet tamen iste Ioannes sic se significare. Dicit il. non sum. August. Non solū negat Christum, qui dicit eum non esse Christum sed qui etiam negat se esse Christianum: & ita hoc impletur quod dominus dixit: Ter me negabis. Palam. id est, multis audientibus, non quod quæ dicit palam, essent cognita turbis. Cum & apostolis dixerit: Hæc in prouerbis loquor sum. Sed venit hora, cum palam annunciat vobis. Eis etiam secreta exponere, quæ aliis per parabolas dicebat. Similiter quod dicit: Nihil in occulto sum loquutus. non quod non esset occultis intelligentia, sed quia coram tot hominibus dixerat: Ea etiam quæ paucis dixerat, non sunt in occulto, quia ad hoc dixerat, vt prædicarentur super techa, non vt tacerentur. Ea autem quæ audierant, & non intellexerant talia erant vt non possent iuste criminari: Et quoties interrogando tentauerunt vt accusarent, sic respondit, vt omnes calumniæ frustrarentur. ideo dicit: Quid me inuer. Quid me. id est, à quo veritatem audire non desideras. Interrogat magis eos de quorum dictis nō habebas inuidiam, Ita temperat responsonem, vt nec veritatem taceret, nec defendere se videretur. Hæc autem. Obicitur: cur nō fecerit quod docuit. Debuit nō sic respondere, sed alteram maxillam præbere. Sed veraciter & mansuete & iuste respondit, & non modo maxillam, sed totum corpus ferienti parauit. Et hinc potius ostendit præcepta patientiæ, non ostentatione corporis, sed cordis præparatione faciendâ: potest enim quis maxillam visibiliter præbere iratus. Melius ergo respondet verè placatus, & ad ferenda grauiora tranquillo animo paratus. Si male. Male loquitur qui contra veritatem loquitur. Et est: Si male loquutus sum, da testimonium quo probes mendacem. Erat autem. August. Dicto, quod Annas misit Iesum ad Caypham, redit ad locum narrationis, vbi reliquerat Petrum vt explicet quid in domo Annæ de trina Petri negatione contigerat. In præto. id est, vbi præses Pilatus habitabat. Sed si ad Caypham, quomodo in prætorium? forsitan aliqua causa vrgente de domo Annæ ad audiendum Iesum ambo conuenerant. Cayphas perrexit ad prætorium præsidis, & scocco suo Iesum reliquit ad audiendum.

Rom. 7.

Math. 26.

Genes. 3.

dum: vel in domo Cayphæ Pilatus acceperat prætorium: & tanta erat domus, vt seorsum habitaret dominus, seorsum Pilatus. Et non con. quia diebus azymorum contaminatio erat illis in alienigenæ habitaculum intrare. No. non. hoc dieum propter diei festi sanctitatem. Lex enim præcipit, ne partiant malefactoribus, præsertim seducentibus à Deo suo, qualem istum dicebant esse: & contra seipos dicunt, quia interficiebant quem interficiendum offerebant. sicut & Pilatus interfecit, non tamen manibus suis. Cum Pilatus veller Iesum tradere Iudæis, vt secundum legem suam iudicarent eum, noluerunt recipere, dicentes. Nobis non licet interficere quemquam, & sic impletur sermo Iesu quem de sua morte prædixit vt eum à Iudæis traditum gentes interficeret, quasi sic essent alieni à seclere qui magis peccant, in quo non eorum innocentia, sed dementia monstratur. A temetipso. Scit Iesus quid ipse interrogat, & quid ille responditur est. Sed tamen dici voluit: non vt sciret, sed vt scriberetur quod scire voluit. Quid se. Quasi dicat. Si hoc culpa non est, quod te regem dixeris, quid aliud fecisti. Quasi dicat, non est mirum si iudici traderis puniendus qui te regem dicis. Sed si hæc causa non esset tunc forte alia quærenda esset. Quasi dicat, confirma si hæc causa est quæ obicitur, an alia. Regnum. Hoc est quod nos scire voluit, sed prius vicissim interrogando voluit ostendere quæ esset de regno suo hominum opinio Iudæorum vel gentium, qua ostensa vtriusque aptius responderet: Regnum meum non est de hoc mundo. Quasi dicat, Decepti estis: Non enim impedio dominationem vestram in hoc mundo, ne vanè timeatis & seruiatis, sed ad regnum cælestis credendo venire. Tu dicis. Non se regem timet confiteri: sed ita libratum est, vt neque se regem neget, nec de mundo se fateatur esse, vt ille sentiebat qui dixit: Ergo rex es tu? Cui respondit: Tu dicis: quia rex sum ego. Quasi dicat, carnalis carnaliter dicis. Ego in h. na. sum. Non in hac re, sed ad hanc rem, quod in Græco non est ambiguum. Dicit ergo de temporali natiuitate, qua venit in mundum, secundum quam natus est ad hoc: & ad hoc venit in mundum, id est, propter hoc vt testimonium per. v. Sed quia non omnium est fides, addit. Omnis qui est ex verita. audit. id est, obedit & credit mihi. Iterum. Non expectat responsum, ne cum veller dimittere, mora fieret. subitō enim venit in mentem cōsuetudo qua posset per Pascha dimitti. Est autem. Quia in Pascha à seruitute liberati sunt in Pascha hæc consuetudo dimitte di eis fuit. Dimittam vo. Non potuit auelli à corde eius, Iesum esse regem Iudæorum, sicut in scribendo titulo, tanquam ipsa veritas hoc ei fixerit, de qua quid esset interrogauit. Latro, id est, diabolus seditiosus & homicidiorū autor dimissus est Iudæis qui de patria lucis ob superbiam pulsus, in tenebrarum carcerem missus erat, & ideo non possunt Iudæi videre pacem, quia seditiosorum principem plusquam Deum eligere voluerunt. vnde bene dicitur: Vos ex diabolo patre estis. Erat autem Bar. id est, filius magistri, id est, diaboli, qui latroni in suo scelere Iudæis in perfidia magister fuit. Vel Barrabas, id est, filius patris, id est, diaboli.

CAPUT
XIX.

Tunc ergo. Hoc fecit Pilatus, id est, milites facere permittit, vel etiam iussit, vt Iudæi faciatu de pennis à morte desisterent. Coronam. In spinea corona nostrorum notatur susceptio peccatorum, pro qua mortalis fieri voluit. Vnde præcursor: Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Spine namque in peccatorum significatione ponuntur. Vnde dominus: Terra tua spinas & tribu. ger. id est, conscientia tua punctiones, & aculeos vitorum procreare non desisset. Exiit ergo. Ecce implentur quæ de se prædixerat Iesus occulta potentia: commendatur patientia qua informantur martyres. Et dicite. Hic apparet non ignorante Pilato hæc à militibus esse facta, siue iusserit, siue permiserit, vt faciatu Iudæis hæc sufficerent. sed magis inardescunt & clamant, Crucifige crucifige. Fili. De. Ecce altera maior inuidia, quia parua videbatur illi cita affectatio regni, & tamen vtrunque verè erat Christus, & rex & filius Dei. Je. au. Hic & in aliis locis legitur siluisse Christus vt prophetia impleatur: Sicut agnus coram tondente sine voce, sic non aperuit os suum. Quæ similitudo de agno data est, vt in suo silentio non reus, sed innocens habeatur. Non enim vt confici conuincitur, sed vt mansuetus pro aliis immolatur. Nisi tu. d. f. desu. Id est, à Deo, quia non est potestas nisi à Deo, sed tamen tibi talis data est, vt sis sub alterius potestate, & ideo maius peccatum est ei qui tradidit me tibi inuidendo, quam tibi qui exeres potestatem metuendo: Non tamē Pilatus est sine peccato: & ideo ait, maius. Et exin. Id est, ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem (& si minus illis inuidis) quæ tenebat dimittere nō quod tunc primum quæretur, sed si prius volebat modo quæretur. Si hunc. Supra legem proposuerunt secundum quam deberet mori, quia filium Dei se fecit: Sed quia ille legem gentis alienæ nō timet, sed magis timet occidere filium Dei: terret eum à Cæsare, quem non potest vt autorem potestatis suæ contemnere. Erat an. pa. August. Parasceue quod interpretatur præparatio, est sexta feria quam præparabant necessaria sabbato: qua die præcepit Moyses duplō colligere manna propter sabbatum. Hora qua. se. quia iam incæperat sexta hora diei, quando Pilatus sedit pro tribunali: & dum duceretur Iesus, & cætera gererentur, complera est sexta hora: ex qua tenebræ fuerant vsque ad nonam. Sed ne hoc facinus in Romanos, sed magis in Iudæos retorquetur, dicit Marcus hora tertia crucifixum, quia Iudæi clamauerunt ea hora: Crucifige crucifige. Vel pascha est immolatio Christi cuius parasceue, id est, præparatio à nona hora noctis cæpit: qua in domo pontificis pronunciata est mors Christi à dicentibus; reus est mortis, ab illa hora noctis nona vsque ad diei tertiam, sex horæ sunt præparationis, tres noctis, tres diei: quarum sexta iam cæperat cum Pilatus tribunal ascendit: quod adhuc erat præparatio immolationis, quæ facta est secundum Marcum tertia non præparationis, sed diei, & eadem est sexta præparationis. Re. ve. Adhuc terror quem de Cæsare ingerunt superare conatur, dicens: Regem ve. cru. de ignominia eorum volens eos frangere, quos de ignominia Christi non potera mitigare. Tunc. quia profitentur Cæsarem apette contra eum esse, si alium regem velit eis ingerere, dimittendo impunitum quæ propter hos ausus tradiderant occidendum. Victus ergo timore. Tradidit Iesum vt crucifigeretur. Eius, non quod ipsi manibus eum acciperent, qui supra hoc excusauerant sed vt crimine impliciti videantur, à Bibl. Hom. rom. 2. O O O quo

Iean. 1.

Genes. 3.

Esai. 53.

Exod. 16.

Mar. 15.

Math. 26.

CATENA AVREA

in idem Euang.

quo alieni esse conantur: cum nō nisi pro eis hoc faceret Pilatus. vnde nec ait vt crucifigerent, sed vt crucifigeretur iudicio & potestate Pilati. *Bailans.* portabat crucem suam Iesus. Grande ludibrium impiis: grande mysterium piis gloriātibz quasi in sceptro regni: & est crux cādelabrum lucernæ, quæ non erat sub modio ponenda. Primò domini crucem portat, quia prior passus est. Postea imposta est Simoni Cyrenæo, quia debemus sequi vestigia eius. *Et cum eo.* Lator qui permansit in perfidia, significat Iudæos: qui confitetur, Gentes significat. *Et erat siri.* Hæ tres linguæ cæteris eminebant. Hebræa propter Iudæos in lege Dei gloriantes. Græca propter gentium sapientes. Latina propter Romanos tunc penè omnibus Gentibus imperātes. *Milites.* Ecce quæ gesta sunt iuxta crucem, cum iam crucifixus esset. *Quat.* Quadrupertita vestis signat ecclesiā toto orbe, qui quatuor partibus constat, diffusam, omnibus partibus, æqualiter, id est, cōcorditer distributam. Tunica fortita omnium partiū significat vnitatem, quæ charitatis vinculo cōtinetur. *Incon.* ne aliquādo dissoluatur vnitās ecclesiæ. *Et ad vnum peruenit,* quia omnes in vnum collegit, sicut & in duodecim vnus Petrus pro omnibus dicit: Tu es Christus filius Dei viui. & ei pro omnibus dicitur: Tibi dabo clauas regni cæ. vnus pro omnibus quia vnitās est in omnibus. *Desit.* Quia charitas supereminet omnibus per totum: quia nemo est eius expertus qui pertinere videatur ad totū, à quo toto sicut Græca indicat lingua, catholica vocatur ecclesia, quæ in sorte Dei gratia commendatur. *Cum vi.* Qui diuina facturus, quasi repulit ignotam matrem, iam ostendit venisse horam, quam tunc prædixit: in qua agnoscat de qua fuerat mortaliter natus. Et docet vt à piis filiis impendatur cura parentibus. vnde & apostolus: Si quis suorum curam non habet, fidem negat, &c. *1. Tim. 5. M. ec.* Matri quam reliquit, alterum pro se filium quodammodo tribuit, Nam cur hæc fecerit, hæc sequentia indicant. *Et ex il. ho. ac. eam di. in suam.* Qui etsi iam non haberet propria, in illa societate centupliciter acceperat, vbi erant omnia communia, nihil habens & omnia possidens. *1. Cor. 6. Omnia con.* Omnia quæ oportebat fieri antequam acciperet acetum, & traderet spiritum. *Vt etiā, se. hic, con.* In siti mea potum me. *dic. Sitio.* Quoniam hoc minus fecistis: date quod estis. Degenerauerant enim à vino patrum de iniquitate mundi: quasi de pleno vase impleti, habentes cor vt spongiam, cauernosis & tortuosis latibulis fraudulenti. Hyssopus humilis herba pectus purgat, significat humilitatem Christi, per quem suffus sanguis nos emundat. Hanc circumdederunt Iudæi, & se circumuenisse putarunt. Arundo significat scripturam, quæ hoc facto implebatur. *Sed vnus.* Vigilanti verbo vsus est: Non dicit, percussit vel vulnerauit: sed aperuit, vt illi quodāmodo vitæ osiū panderetur, vnde sacramenta ecclesiæ emanauerunt: sine quibus ad vitam non intratur. Ille sanguis suffus est in remissionem peccatorum, Aqua, & lauacrum præstat & potum. Ecce osium in latere arcæ quo intrant animalia diluuiū non peritura. Ecce mulier facta de latere dormientis. *Sicut mos.* Non frustra ait, sicut mos est Iudæis, sed admonet in huiusmodi officiis morem cuiusque gentis esse seruandum.

Matth. 5.

Matth. 6.

1. Tim. 5.

1. Cor. 6.

Psal. 68.

Genes. 6.

Genes. 2.

Hæc cum dixisset Iesus: egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, &c. August. Terminato sermone quem post cœnam dominus ad discipulos habuit, adiuncta oratione quam dixerat ad patrem, eius passionem Ioannes euangelista sic exorsus est. *Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiit ipse & discipuli eius.* Non autem continuo hoc factum est cum eius illa finita esset oratio sed alia quædam sunt interposita quæ ab isto prætermissa apud alios euāgelistas leguntur. August. de con. euang. Facta est enim cōtentio inter eos quis eorum videretur esse maior, sicut Lucas commemorat. Dixit etiam ipse Petrus: sicut ipse Lucas subiungit. Ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum: & cætera quæ ibi sequuntur. Et hymno dicto: sicut Matthæus & Marcus commemorant. Exierunt in montem oliueti. Contexit ergo narrationem Matthæus & dixit, Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani. Iste locus est, quem commemorat hic Ioannes: vbi erat hortus, in quem introiit ipse & discipuli eius. Augustinus super Ioannem. Ad hoc ergo valeat quod dictum est. *Hæc cum dixisset:* vt nō eum ante opinemur ingressum quam illa verba finiret. Chryso. Sed propter quid non dixit, Cessans ab oratione venit illuc? quoniam oratio illa fuit loquela propter discipulos facta. De nocte autem vadit & flumen pertransit: & properat ad locum proditori cognitum, auferens his, qui insidiantur labori, & ostendens discipulis: quoniam volens ad mortem venit. Alcu. Dicit autem. *Trans torrentem cedron,* id est, cedrorum: genitiuus enim est Græcus. Transit torrentem: quia de torréte passionis bibit, vbi erat hortus, vt peccatum quod in horto commissum fuerat in horto deleteret. Paradisus enim hortus deliciarum interpretatur. Chry. Ne autem audiens hortum, eum occultari estimes: subiungit. *Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.* Aug. Ibi ergo lupus ovina pelle contactus: & inter oues alto patrisfamilias consilio toleratus didicit, vbi ad tempus exiguum dispergeret gregem insidiis appetendo patforem. Chry. Multoties autem ibi cum discipulis Iesus singulariter cōuenerat de necessariis loquens, & quæ non erat fas alios audire. Facit autem hoc in montibus & in hortis maxime purum à tumultibus inquirens semper locum, ne mens impediatur ab auditione. Ideo autem Iudas illuc venit, quoniam multoties Christus extra pernoctabat. Iuisset autem ad domū, si putasset cum ibi inuenire dormientem. Theop. Nouerat etiam Iudas dominum festo tempore consueuisse semper docere discipulos aliquod sublime. Erat autem solitus docere huiusmodi mystica in talibus locis, ac quoniam tunc dies erat solennis: arbitratus est illum esse illic & discipulos docere quæ ad celebratam spectabant. *Iudas ergo cum accepisset cohortem & à pontificibus, &c.* Glo. Ostendit euangelista quomodo Iudas ad locū vbi Christus erat peruenire potuerit: nunc ostendit quomodo illuc peruenit dicens, *Iudas ergo cum accepisset cohortem & à pontificibus & Pharisæis ministros, venit*

venit illuc cum laternis & facibus & armis. August. Cohors non Iudæorum, sed militum fuit. A præside itaque intelligatur accepta, tanquam ad tenendum reum seruato ordine legitimæ potestatis, vt nullus tenentibus auderet obistere, quamquam & manus tanta fuerat congregata: & sic armata veniebat, vt vel terreret, vel etiam repugnaret, si quisquam Christū defendere auderet. Chry. Sed qualiter cohorti suaserunt? quia milites erāt, pecuniarū gratia omnia facere meditantēs. Theop. Faces autem afferunt, & laternas: ne Christus latens in tenebris fugeret. Chry. Multoties autem alias miserunt comprehendere eum, sed non valuerunt. vnde manifestum est, quod tunc sponte seipsum dedit. Propter quod subditur, *Iesus autem sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit & dixit ad eos: quem queritis?* Theop. Querit autem non vt volens scire. Nam vtique nouerat omnia, quæ ventura erant super eum: sed ostendere volēs quoniam cum præsens esset, ab eis videri nō poterat vel discerni, nam sequitur. *Dicit eis Iesus. Ego sum.* Chry. In medio enim eorum existēs excæcauit eorum oculos, quoniam enim non tenebræ causa erant, indicauit euangelista dicens. Quoniam habuerunt lampades, si vero lampades non essent, à voce saltem debebant eum agnoscere. Si vero & illi ignorabant, qualiter Iudas ignorauit qui cum eo fuerat continuus? Et ideo subdit, *Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ipsis.* Fecit autem hoc Iesus ostendens quoniam non solum comprehendere eum non possent, sed nec videre in medio existentem, nisi ipse concederet. vnde subditur. *Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum: & ceciderunt in terram.* August. Vbi nunc militum cohors? vbi terror & munimen armorum? vna vox turbam odii ferocem armisque terribilem sine telo villo percussit, repulit, strauit. Deus enim latebat in carne: & sempiternus dies ita membris occultabatur humanis, vt cum laternis & facibus quæretur occidendi à tenebris, quid iudicaturus faceret qui iudicandus hoc fecit? Et nūc vtique per euangeliū. Ego sum dicit Christus: & à Iudæis expectatur antichristus, vt retro redeant & in terram cadant, quoniam deserentes caelestia terrena desiderant. Gregor. super Ezechielē. Quid autem hoc quod electi in faciem: & reprobi retrorsum cadunt, nisi quod omnis, qui post se cadit, ibi cadit, vbi non videt, qui vero ante se ceciderit, ibi cadit, vbi videt. Iniqui ergo quia in inuisibilibus cadunt, post se cadere dicuntur, quia ibi corruunt, vbi quod tunc eos sequitur modo videre non possunt. Isti vero quia in istis visibilibus semetipsos sponte deiiciunt vt in inuisibilibus erigantur quasi in faciem cadunt, quia timore compuncti videntes humiliantur. Chryso. Demum ne quis dicat, quoniam ipse Iudæos ad hoc induxit vt eum occiderent, seipsum in manibus eorum tradens, manifeste ostendit eis omnia quæ sufficiebant eos reuocare. Sed quia permancbant in malitia & nullam habebant excusationem, tūc seipsum in manibus eorū tradidit: vnde sequitur. *Iterū ergo interrogauit eos. Quæ queritis? Illi ergo dixerunt: Iesum Nazarenū.* Respondit Iesus, *Dixi vobis quia ego sum.* Aug. Audierāt primo: ego sum, sed nō comprehendērat, quia hoc noluit qui potuit quicquid voluit, verū si nunquā se ab eis permitteret apprehendi, non quidē illi faceret propter quod venerant; sed nec ipse faceret propter quod venerat.

Proinde quia tenere volentibus & nō valentibus ostēdit potestatem suā, iam tenebunt eum vt faciat de nesciētibus voluntatem suam. vnde subditur. *Si ergo me queritis finite hos abire.* Chry. quasi dicat. Si me queritis: nihil vobis ad hos commune est. Ecce meipsum trado vsque ad vltimam horam ad suos dilectionis consuantiā demonstrans. Aug. Inimicos iubet: & hoc faciunt quod iubet, sinunt scilicet nunc eos abire quos nō vult petire? Chry. Vnde euangelista ostendens quod hoc non fuit eorum propositum, sed virtus eius qui comprehensus fuerat, subiungit. *Vt impletur sermo quem dixit quia quos dediti mihi, non perdidit ex eis quemquam.* Perditionem autem non hanc dixerat quæ est mortis, sed illam æternam, euangelista vero & de præsentī morte id accipit. August. Nunquid autem non erant postea morituri. Cur ergo si tunc morerentur perderet eos: nisi quia nondū in eum sic credebant quomodo credunt quicumque non pereunt. *Simon ergo Petrus habens gladiū eduxit, &c.* Chry. Petrus confidens in prædicta voce domini & in his quæ iam facta erant, armatur aduersus eos qui superuenerant. vnde dicitur. *Simon ergo pet. ha. gla. eduxit eum & per. ser. pon.* Sed qualiter qui iustus erat non peram habere, neque duo vestimenta gladium habet? Mihi videtur hunc formidans præparasse dudum. Theop. Vel ad opus agni illo indigens ferebat hanc etiam post cœnam. Chry. Sed qualiter qui iustus erat non aliam dare: homicida sit? quia maxime non se vlcisit iustus est, hic autem non se vlciscebatur, sed magistrum. Demum nondum perfecti adhuc erant, sed videbis postea Petrum verberatum & humiliter ferentem, non sine causa autem subdit. *Et absit eius aude.* Videtur mihi enim impetum apostoli significare: quoniam ad ipsum caput impetum fecit. Aug. Solus autem hic euāgelista etiam nomen serui huius expressit cum dicit. Erat autem no. ser. Mal. sicut Lucas solus quod eius auriculā dominus tetigerit & sanauerit eum. Chry. Tunc enim miraculum fecit: erudiens nos: quoniam eis qui male faciūt benefacere oportet: & virtutē reuelās suam. Nō autem propterea posuit euangelista, vt his qui tunc legerent licet querere si verè factum sit. Seruum autem eum summj pontificis dicit, quia magnum est quod factum est nō solum quia curauit, sed quia curauit eum: qui super eum venerat, & paulò post aliam daturus erat. Aug. Malchus autem interpretatur regnaturus: quid ergo auris pro domino amputata, & domino sanata significat, nisi auditum amputata vetustate renouatum, vt sit in nouitate spiritus & non in vetustate litteræ, quod cui præstitū fuerit à Christo quis dubitet regnaturum esse cū Christo? quod autem seruus inuentus est: & hoc ad illam pertinet vetustatem, quæ in seruitutem generat, sed cum accessit sanitas figurata est & libertas. The. Vel cæsis auris dextræ serui principis sacerdotum signum erat surditatis corū: quæ præcipue in principibus sacerdotum inoleuerat. Quod autem denuò restituta sit auris, significat vltimam reparationem intellectus in Israëlitis veniente Elia. Aug. Factum autem Petri dominus improbauit & progredi vltra prohibuit. vnde sequitur. *Dicit er. Ie. Pe. Mitte gla. tuum in vaginā.* Etenim ille ad patientiam commouendus fuit: & hoc ad intelligentiam conscribendum. Chry. Nō solum autem minis eum cohibuit: vt Matthæus Bibl. Hom. tom. 2. O O O O 2 refert,

refert, sed & aliter consolabatur eum dicens: Calicem quem de mi. pa. non vis ut bibillum: ostendens quoniam non illorum virtutis quæ fiebant, erant, sed suæ concessionis: & quod non est Deo contrarius, sed obediens vsque ad mortem. Theo. In eo autem quod ipsum calicem dicit, quæ sibi grata & acceptabilis pro salute mortalium mors videatur ediderit. Au. Quod autem à patre traditum sibi dicit calicem passionis: illud est quod ait Apostolus: filio proprio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit eum: verum auctor calicis huius est etiã ipse qui bibit: vnde idem Apostolus dicit, Christus dilexit nos & tradidit seipsū pro nobis. *Cohors autem & tribunus, &c.* Theop. Peractis cunctis, quæ sufficienter se habebant ad prohibendum Iudæos: cum illi hoc nequaquam discernent, tunc duci se permisit. vnde dicitur: Cohors ergo & tribunus, &c. Aug. Comprenderunt ad quem non acceperunt nec audierunt. Accedite ad eum & illuminamini. Si enim sic accederent, non eum manibus occidendum, sed recipiendum corde comprehenderent. Nunc autem quando eum illo modo comprehenderunt ab eo longius recesserunt. Sequitur: *Et ligauerunt eum à quo solui potius velle debuerunt: & erant forte in eis qui postea liberati ab eo dixerunt. Dirupisti vincula mea. Postea verò quam persecutores tradente Iuda dominum ligauerunt: vt intelligatur Iudas non laudabilis vilitatem traditionis huius, sed sceleris voluntate damnabilis, subditur: Et adduxerunt eum, &c.* Chry. Pre delectatione enim gloriabantur in his quæ fiebant quasi trophæum statuentes. Aug. Nec tacet causam cur ita factum sit, subdens: *Erat enim focer, &c.* Merito & Matthæus cum id breuius narrare voluisset, eū ad Caypham ductum fuisse commemorat: quia & ad Annā prius ideo ductus est, quod focer eius fuerit: vt intelligendum sit hoc eundem Caiphā fieri voluisse. Beda, Quatenus dum à consimili pontifice damnarentur, ipse quoque minoris criminis reus haberetur, vel fortassis sic domus eius sita erat vt præterire eam non possent, siue diuinitus actum est: vt qui erant affines sanguine, sociarentur in scelere. Sed quod dicit quod esset pontifex anni illius: sonat contrarium legi, in qua præceptum erat, vt vnus esset pontifex summus: quo mortuo succederet ei filius suus, sed iam pontificatus ambitione erat infectus. Alcu. Refert enim Iosephus istum Cayphā vnus anni sacerdotium redemisse. Non ergo mirum, si iniquus pontifex iniquè iudicauerit: sæpe qui per avaritiam ad sacerdotium accedit, per iniustitiam in eo seruatur. Chryso. Ne autem audiens vincula auditor tumultuaret recoluit prophetiæ, quoniã mors eius salus fuit orbis terrarum. vnde sequitur: *Erat autem Cayphas qui consilium dederat Iudæis, quia expediat vnum hominem mori pro populo. tanta enim est veritatis superabundantia: vt & inimici eam personent. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, &c.* Aug. de con. euang. De Petri tentatione quæ inter domini contumelias facta est, non eodem ordine omnes narrat. Nam ipsas primò commemorat Matthæus & Marcus: deinde Petri tentationem. Lucas verò explicat prius tentationes Petri, demum domini contumelias, Ioannes autem incipit Petri tentationem dicere cum dicit, *Sequ. au. Ie. Si. Pe. & alius dicit.* Alcu. Ex deuotione sequebatur magistrum: quamuis à longe

propter timorem. Augu. Quis sit autem ille alius discipulus, non temerè affirmandum est: quia taceretur. Solut autem se idem Ioannes ita significare & addere: quem diligebat Iesus, fortassis ergo & hic ipse est. Chry. Si autem occultat humilitatis gratiam, etenim hic magnum rectitudinem enarrat, quomodo omnibus fugientibus ipse sequitur: sed præponit sibi Petrum & sui ipsius coactus est meminisse, vt discas quoniã certius alius enarrat ea, quæ facta sunt in atrio quasi intus existens. Succidit autem propriam laudem subdès: *Disci. au. ille erat notus, &c.* Non enim hoc vt magnum quid de seipso ponit, sed quia dixit quod intravit cum Iesu solus, vt nō æstimes hoc excellemis esse, addit causam: Igitur Petrum venisse illac amoris fuit, non intrasse autem intra turris. vnde sequitur: *Petrus aut. ad hostium foris.* Alc. Fortis stabat qui negaturus erat dominum, nec erat in Christo, qui Christum confiteri non erat ausus. Chry. Sed quoniam & Petrus intrasset vtique domum, si ei cōcessum esset, indicauit subdès, *Exiit er. discipulus, &c.* Ideo autem ipse eum non introduxit, quia Christo adhærebat & sequebatur eū. Sequitur: *Dixit ergo an. ostia. Numquid, &c.* Dicit ille: *Numquid, &c.* Quid dicis, o Petre, Nē prius dixisti: Et si oportuerit, animam meam pro te ponam: quid ergo factum est: quoniam nec ostiariæ fers interrogacionem? Non erat miles qui interrogabatur: sed ostiaria vilis: neque dixit, Seditoris discipulus es: sed hominis illius quod misere rentis erat. Dicit autem: *Numquid, &c.* quia Ioannes intus erat. Augu. Sed quid mirum si Deus vera prædixit, homo autem falsa præsumpsit? Sanè in ista quæ iam cepta est negacione Petri debemus aduertere non solum ab eo negari Christum qui dicit eum non esse Christum: sed ab illo etiã qui negat se esse Christianum. Dominus enim nō ait Petro, Discipulum meum tu negabis, sed me negabis. negavit ergo ipsum cum se negavit esse discipulum. Quid autem aliud isto modo quam se negavit Christianum, quam multi postea etiam pueri, & puellæ potuerunt mortem pro Christi confessione cōtemnere, & regnum cælorum fortiter introire, quod tunc iste nō potuit qui clauis regni eius accepit: ecce vnde dictum est: Sinite hos abire, quia quos dediſti mihi, non perdidisti ex eis quenquã, vtique enim Petrus si negato Christo hinc iret, quid aliud quam perire? Chry. In sermone de Petro & Elia. Idcirco autē diuina prouidentia secretum permisit vt primus ipse laberetur Petrus: quo erga peccantes duriores sententiam proprii casus intuitu tēperaret. Petrus enim orbis terrarū doctōr & magister peccauit & veniam impetrauit vt hæc indulgentiæ norma & regula indicantibus præberetur. Idcirco enim non angelis arbitror commissam sacerdotij potestatem, ne cum ipsi minimè peccarent: in peccatoribus sine misericordia vindicarent. Homo passibilis supra homines ordinatur, vt dum ipse in aliis suas recolat passiones: mitem apud eos se præbeat & benignum. The. Quidam tamen inanem quandam gratiam approprietantes Petro, dicunt, quod ideo negavit Petrus, quoniam volebat semper esse in Christo, & sequi continuè. Nouit enim quod si fateretur se esse de Christi discipulis, diuideretur ab eo & non haberet ultra spatium sequendi videndique dilectum, vnde simularat se officium gerere ministrorū in castitia

castitia cogitatus excluderetur. vnde sequitur: *Stabant autem ser. & mini. ad pr. quia fri. erat & cale. se. Erat autem & Petrus stans, &c.* Aug. Non hyems erat, & tamen frigus erat: quale soler etiam equinoctio verno accidere. Greg. 2. mo. Iam autem intus à charitatis calore Petrus torquatur: & ad amorem presentis vite quasi ad persecutorum prunas infirmitate estuante recalcet. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, &c. Chry. Quia Christo nullum crimen inferre poterant de discipulis interrogabant, vnde dicitur. *Pomif. ergo in. Ie. de discipulis suis.* Fortassis vbi erant: vel cuius gratia eos collegit: hoc autem dicebat quasi seditiosum & nouarum rerum factorem eum redarguere volens, quasi nullo alio attendente ei, quam eius discipulis. Theo. Explorat inſuper de doctrina. vnde sequitur: *Et de doctrina eius.* Cuiusmodi, scilicet foret vtrum à lege discrepans & aduersa Moysi: vt exinde occasione concepta Dei æmulum perdat. Alcu. Non enim cognoscendo veritatis amore interrogat, sed vt causam inueniret qua eum accusare potuisset: & tradere Romano præfidi ad damnandum. Sed dominus ita temperavit responſionem: vt nec veritatem taceret, nec se defendere videretur. Sequitur enim: *Respon. dit ei Ie. Ego palā locut. sum mun. ego semper, &c.* Aug. Non præterea nascitur hic quæſtio: Si enim ipsis discipulis nō loquebatur palā: sed horā promittebat quando palā fuerat locutus, quomodo palā locutus est mudo? Deinde ipsis discipulis suis multò manifestius loquebatur quando cū eis erat remotus à turbis: tunc enim & parabolas aperiebat, quas clausas proferebat ad alios. Sed intelligēdū est ita eū dixisse: *Palām locutus sum mundo,* ac si dixisset, Multi me audierunt: & rursus non erat palam, quia non intelligebant: & quod seorsum discipulis loquebatur nō in occulto vtique loquebatur. Quis namque in occulto loquitur qui coram tot hominibus loquitur? præsertim si hoc loquitur paucis: quod per eos velit innotescere multis. Theo. Reminiscitur autem hic prophetiæ quæ dicit: Non in occulto locutus sum: nec in occulto terræ tenebroso. Chry. Vel locutus est quidem in occulto: sed non vt hi æstimabant trepidans, & editionem faciens: sed vbi multorum audicione superiora erant quæ dicebantur, volens autem ex superabundantia fide dignum constituitur suum testimonium, subdit, *Quid me interro. Interro. eos qui aud. quid locut. sim ipsis. Ecce hi, &c.* quasi dicat, Tu me de meis interrogas: interroga inimicos meos qui insidiantur mihi: sicut autem hæc verba confidentis in eorum quæ dicta erant veritate. Hæc est enim veritatis inalterabilis demonstratio: cum inimicos quis inuocat testes. Augu. Ipsa enim quæ audierant & non intellexerant talia erant vt non possent iuste ac veraciter criminari: & quotiescunque interrogando tentant vt inuenirent vnde accusarent eum, sic eis respondit vt omnes eorum retunderentur doli, & calumniæ eorū frustrarentur. *Hoc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alāpam Iesu, &c.* Theo. Cum Iesus astantium interpellasset testimonium, volens se minister exulare quod non esset de his qui admitabantur Iesum, percussit eum, vnde dicitur: *Hæc autem cum dixisset, &c.* Aug. de con. euang. Hic sanè ostenditur quod Annas pontifex erat: nō dum enim erat missus ad Caypham cum hoc diceretur. Et hos

duos Annam & Caypham pōtiffices commemorat etiam Lucas in initio euangelij sui. Alcu. Hic impletur propheta: Dedi maxillam meā percussibus: sed Iesus iniuste percussus mansuetè respondit, vnde sequitur: *Respondit ei Iesus: Si malè locutus sum, &c.* Theo. quali dicat, Si habes ex his quæ nunc à me relata sunt reprehendere, ostende quod malè dixerim: quod si nequis, quid furis: vel etiam sic: Si perperam docui cum in synagogis docebam certifica principem sacerdotum, quod si rectè docui: ita vt etiam vos ministri miraremini: quid me nunc cædis quem prius admirabaris? Augu. Quid ista responſione verius, mansuetus, iustus? Qui enim accepit alāpam nunquid vellet eum qui percussit aut cælesti igne consumi, aut terra dehiscente forberi, aut correptum demonio volutari, aut etiam alia huiusmodi qualibet pena, vel etiam grauiori puniri: quid horū per potentiam inbere non potuisset per quem factus est mundus: nisi patientiam nos docere maluisset, qua vincitur mundus? Hic dicit aliquis sed non fecit quod ipse præcepit percussenti, scilicet non sic respondere: sed maxillam debuit alteram præbere. Quid quod & mansuete respondit & non solum maxillam alteram iterum percussuro, sed totum corpus figendum præparauit in ligno: & hinc porius demonstrauit sua illa præcepta patientiæ non ostentatione corporis, sed cordis præparatione fienda. Fieri enim potest vt alteram maxillam visibiliter homo præbeat iratus: quantum ergo melius & respondet vera placatus: & ad perferenda grauiora tranquillo animo sit paratus? Chryso. Quid igitur conſequens erat, nisi aut redarguere aut acceptare quod dictum est: sed hoc non fit. Ea enim quæ fiebant non erant iudicium: sed seditio & tyrannis. Non inuenientes autem quid plus facerent, mittunt eum ligatum ad Caypham, vnde sequitur: *Et misit eum Annas ligatum, ad Caypham pontificem.* Theo. Suspicantes hunc eum astutior esset excogitare aliquid posse aduersum Iesum dignum morte. Augu. Ad illum autem sicut Matthæus dicit, ab initio ducebatur, quoniam ipse erat illius anni princeps sacerdotum. Alternis quippe intelligendi sunt solere annis agere pontificatum & credendum est secundū voluntatem Cayphæ id esse factum, vt Iesum primò ad Annam ducerent, vel etiam domos eorū ita fuisse positas: vt nō deberet Annas à transeuntibus præteriri. Beda. Quod autem dicit, *ligatum:* non sic intelligendum quod tunc tantum fuerit ligatus, sed tunc ligatus est, cum est captus: itaque ligatum ad Caypham misit sicut sibi fuerat præsentatus, siue fieri potuit, vt ad horam solueretur quatenus discurreretur, post hoc discussus iterum ligaretur & sic ad Cayphā mitteretur. *Erat autem Simon Petrus stans & caleſtariens se, &c.* Augu. Cum dixisset euangelista quod Iesum ligatum miserat Annas ad Caypham, reuocatus est ad locum narrationis vbi reliquerat Petrum, vt explicaret quod in domo Annæ de trina eius negacione contigerat: vnde dicitur, *Erat autem Simon Petrus, &c.* Hic recapitulat quod antè iam dixerat. Chryso. Vel multo stupore deridebatur qui feruidus erat, vt deducto Iesu de cætero non moueretur. Sed hoc fit vt discas, quanta natura sit imbecillitas: cum Deus hominem dereliquerit, & interrogatus rursus etiam negat: vnde sequitur, *Dixerunt ergo ei, Numquid, &c.* Aug. de con. euang. *Et tu ex discipulis, &c.* Aug. Bibl. Hom. tom. 2. O O o o 3 de

de conc. euang. Hoc loco inuenimus non ante ianuam, sed ad focum stantem secundò negasse Petrum, quod fieri non posset, nisi iam redisset posteaquam foras exierat: vt Matthæus dicit. Neque enim iam exierat, & foris vidit eum altera ancilla, sed cum exiret eum vidit, id est, cumurgeret & exiret animaduertit eum, & dixit his qui erant ibi, id est, qui simul erant ad ignem intrus in atrio. Et hic cum Iesu Nazareno erat. Ille autem qui foras exierat, hoc audito rediens irruit illis contranitentibus, quia non noui hominem. Deinde in eo quod Ioannes hic ait, *dixerunt: Nunquid & tu ex discipulis eius es?* quod redeunt & stanti dictum intelligimus. Hoc quoque confirmat, nõ illam tantum alteram ancillam quam commemorant in hac secunda negatione Matthæus & Marcus, sed & alium quandam commemorat Lucas cum Petro illud egisset: vnde Ioannes dicit, *Dixerunt ergo ei: Ioannes autem secutus, de tercia Petri negatione, ita explicat. Dicit ei vnus ex seruis pontificis, &c. Quod Matthæus & Marcus non singulari sed plurali numero enuntiant eos qui cum Petro agebant, cum Lucas vnum dicat. Ioannes quoque vnum eundemque cognatum eius cuius abscidit Petrus auriculam, facile est intelligere, aut pluralem numerum pro singulari vltimata locutione vsurpasse Matthæum & Marcum: aut quod vnus maximè tanquam sciens, & qui eum viderat affirmabat, ceteri autem secuti eius fidem Petrum simul vrgebant. Chryf. Sed neque hortus in memoriam eius reduxit eorum quæ ibi dicta sunt neque multa dilectio quam illic per verba multa ostendit: vnde sequitur, *Iterum ergo negauit Petrus, &c.* Aug. Ecce medici completa est prædictio, ægroti conuicta præsumptio: non enim factum est, quod ille dixerat: Animam meam pro te ponam: sed factum est, quod ille prædixerat: Ter me negabis, Chryf. Euangelistæ verò concorditer negationem Petri scripserunt, non discipulum accusantes, sed nos erudire volentes quantum malum sit non Deo totum concedere: sed in semetipso confidere. Beda: Mysticè autem per primam Petri negationem illi designantur, qui ante passionem ipsius negauerunt eum esse Deum, per secundam verò illi qui post resurrectione eius in diuinitatem pariter & humanitatem offenderunt. Item per primum galli cantum ipsius designatur capitis resurrectio, per secundam illa quæ in fine celebrabitur totius corporis. Per primam autem ancillam quæ Petrum negare coëgit designatur cupiditas, per secundam carnalis delectatio, per vnum seu plures seruos, demones qui suadent Christum negare. *Adducunt ergo Iesum à Caypha in prætorium, &c.* Aug. Redit euangelista ad locum narrationis suæ vbi eam reliquerat vt explicaret Petri negationem: vnde dicitur, *Adducunt ergo Iesum, &c.* Ad Caypham quippe ab Anna collega & focero eius dixerat missum: sed si ad Caypham, cur ad prætorium quod nihil aliud vult intelligi quam vbi præses Pilatus habitauit? Beda: Prætorium enim dicitur sedes prætoris. Prætores verò dicuntur perfecti siue præceptores: eo quod cibus præcepta donent. Aug. Aut igitur aliqua vegente causa de domo Annæ, quod audiendum ambo conueniant Cayphas perrexit ad prætorium præsedis & focero suo Iesum reliquerat audiendum, aut in domo Cayphæ prætorium Pilatus acceperat, &*

tanta domus erat vt seorsum habitantem dominum suum seorsum iudicem ferret. Aug. de conc. euang. Tamen ad ipsum Caypham ab initio ducebatur ad quem in extremo perductus est, sed quia iam tanquam conuictum reum adducebat, Cayphæ autem antea visum fuerat vt Iesus moreretur, nulla mora interposita est quin occidendus Pilato traderetur. Sequitur: *Erat autem mane. Chryf. Antequam gallus cantaret ad Caypham ducitur, manè verò ad Pilatum per quæ demonstrat euangelista, quoniam per totum intermedium noctis à Caypha interrogatus in nullo redarguitur, & idcirco misit eum Pilato, sed illa aliis dimittens enarranda, ipse quæsiuit quod deinceps est. Sequitur enim: *Et ipsi non intro, &c.* Aug. Hoc est in eam partem domus quam Pilatus tenebat, si ipsa erat domus Cayphæ. Cur autem nõ introierunt exponit subdens: *Non contaminarentur, &c.* Chryf. Quoniam tunc Iudæi faciebant pascha, ipse verò ante vnam diem tradidit pascha, referens suam occasione sextæ feriæ quando vetus pascha fiebat: vel pascha dicit totum festum. August. Dies enim agere cœperant animum quibus diebus cõtaminatio illis erat in alienigenæ habitaculum intrare. Alcu. Pascha enim proprie dicebatur dies illa qua agnus ad vesperam decimaquarta luna occidebatur. Septem verò dies sequentes, dies azymorum dicebantur, in quibus nihil fermentatum in domibus eorum debuit inueniri: sed tamen dies paschalis inuenitur inter dies azymorum: vt apud Matthæum. Prima autem dies azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Pascha etiam dies azymorum inueniuntur nominati sicut hic: *Vt manducarent pascha.* Pascha enim non immolationem agni hinc notat, quæ fiebat decimaquarta luna ad vesperam, sed magnam solennitatem quæ decimaquinta celebrabatur post agni immolationem, decimaquarta enim luna dominus sicut & alij Iudæi pascha celebrant: vt etiam quædam luna quæda magna solennitas celebrabatur est crucifixus, decimaquarta verò luna cœpit esse immolatio, ex quo captus est in horro. August. O impia cæcitas alienigenæ iudicis prætorio contaminari timebant, & fratris innocentis sanguinem non timebant. Nam quod etiam dominus erat & vitæ dator qui occidebatur, non eorum conscientia, sed nescientia deputetur. Theoph. Sed Pilatus vtunque procedens mitius ipse idem egreditur: vnde sequitur, *Exiit er. Pilatus, &c.* Bed. Hæc autem erat consuetudo Iudæorum vt quem mortis reum iudicarent, vinclum præsidii traderent, vt dum præses vinculum cerneret, intelligeret morti addictum. Chryfost. Sed videns eum ligatum & à tor ductum non aestimauit hoc argumentum esse inalterabile accusationis sed interrogat: vnde sequitur, *Et dicit ei. Quam accusationem, &c.* Inconueniens enim dicit esse iudicium eos rapuisse, supplicium autem illi concedere. Sed illi renuentes ex directo accusationem coniecturis quibusdam vtuntur: vnde sequitur, *Respondent er. dixit. Si non esset hic, &c.* August. Interrogentur atque respondeant ab immundis spiritibus liberati, cæci videntes, mortui resurgentes, & quod omnia superat, stulti sapientes, vtum sit malefactor Iesus: sed ista dicebant de quibus per Prophetam iam ipse prædixerat: Retribuebant mihi mala pro bonis. August. de conc.*

conc. euang. Sed videndum est ne contra sit quod Lucas dicit certa in eo dicta esse crimina. Cœperunt autè illum (inquit) accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram: & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Sed secundum Ioannem videtur Iudæi noluisse dicere crimina, vt eorum autoritatem secutus Pilatus, quid ei obijcerent defineret quærere. Sed ob hoc rantum nocentem crederet, quod sibi ab eis traditi meruisset, ergo intelligere debemus & hoc dictum esse, & illud quidem Lucas commemorauit. Multa enim dicta & multa responsa sunt: Vnde in narrationem suam quisque posuit, quod satis esse iudicauit: nam & ipse Ioannes dicit quædam quæ obiecta sunt quæ suis locis videbimus. Itaque sequitur: *Dicit er. eis Pi. Accipite, &c.* Theoph. Quasi dicat, Quoniam ad votum iudicium poscitis & superbitis, ac si nihil vnquam profanum egeritis, accipite vos & damnate, ego nequaquam talis iudex efficiar. Alcu. Vel hoc dicit, quasi dicat, vos qui legem habetis scitis quid lex de talibus iudicet, secundum quod iustum esse scitis: aut facite. Sequitur: *Dice. er. ei Iudæi, &c.* August. Sed nõne lex præcepit ne malefactoribus præsertim seductorum ad eodè qualem istum putabant, parcant? Sed intelligendum est eos dixisse, non sibi licere interficere quenquam propter festi diei sanctitatem quam celebrare iam cœperant. Itane omnem sensum nimia malitia perdidistis: vt ideò vos à sanguine innocentis impollutos esse credatis, quia eum fundendum alteri traditis? Chry. Vel ipse ipsi eum non interfecerunt, quia multum de potestate eorum abscissum erat eis Romanis regibus subiacentibus. Vel aliter, quia dixerat eis: *Secundum legem vestram interficite eum: volentes ostendere quod peccatum eius non est Iudaicum, dicunt: Non licet nobis.* Non enim secundum legem nostram peccauit, crimen eius est publicum, quia se regem dixit, vel quia eum crucifigi cupiebant: vt etiam modo mortis eum difamant. Non autem licebat eis crucifigere non licebat, aut dicit hoc euangelista, quoniam non ab eis solum, sed & à gètibz debèbat interfici. August. Sic enim legitur apud Marcum vbi ait: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & tradet eum gentibus. Pilatus autem Romanus erat, eumque in Iudæam Romani præsidem miserant: vt ergo iste sermo Iesu impletur, id est, vt eum sibi traditum gentes interficerent, noluerunt eum accipere dicentes: *Nobis non licet interficere quenquam. Introiit ergo iterum in prætorium Pilatus, &c.* Chryf. Pilatus ab odio Iudæorum eripi volens iudicium non protaxit in longum: vnde dicitur, *Introiit ergo iterum, &c.* Theoph. Seorsum eo quod magnam habebat de eo suspicionem. Proponebat autem omnia exquisitè rimari amoto strepitu Iudæorum: vnde sequitur, *Et dixit ei, Tu es rex Iudæorum? Alcu. His verbis ostendit Pilatus Iudæos obieciisse hoc criminis vt dicere se esse regem Iudæorum. Chryfost. Vel hoc Pilatus à multis audierat: quia verò nihil illi habebant dicere vt non multa fieret inuestigatio, quod communiter dicebatur, hoc in mediū du-*

cere vult. Sequitur: *Respondit Iesus, A temetipso, &c.* Innuit ex hoc Pilatum esse vecordem ac indiscretè iudicantem, ac si diceret: Si hoc ex teipso loqueris, pandis signa meæ rebellionis, ac si ab alijs percepisti inquisitionem fac ordinariã. Aug. Sciebat vtique dominus & quod ipse interrogauit, & quod ille responsum fuit, sed tamen dici voluit non vt ipse sciret, sed vt conscriberetur quod voluit vt sciretur. Chryf. Non ergo ignorans interrogat: sed ab ipso accusari Iudæos volens: vnde sequitur, *Respondit Pilatus: Nunquid ego Iud. sum? August. Abstulit à se suspicionem qua posset putari à temetipso dixisse id se à Iudæis audisse demonstrans: vnde subdit, *Gens tua, &c.* Deinde dicendo: *Quid fecisti? Satis ostendit, illud ei pro crimine obiectum tanquam diceret: Si te regem negas, quid fecisti vt tradereris mihi? quasi mirum non esset, si puniendus iudici traderetur qui se diceret regem. Chryf. Reducit autem Pilatus non valde malum existentem, & vult ostendere quod non est homo nudus: sed Deus, & Dei filius, & quod formidauerat Pilatus dissoluit tyrannidis suspicionem: vnde sequitur, *Respondit Iesus: Regnum, &c.* August. Hoc est quod bonus magister scire nos voluit, sed prius nobis demonstranda fuerat vana hominum de regno eius opinio, siue gentium, siue Iudæorum, à quibus id Pilatus audierat, quasi propterea fuisset morte plectendus quod illicitum affectauerit regnum, vel quoniam solent regnari inuidere regnanti, & videlicet cauendum erat ne huius regnum siue Romanis siue Iudæis esset aduersum. Quod si interrogante Pilato continuè respondisset, non etiam Iudæis: sed solis gentibus hoc de se opinantibus respondi videretur. Sed post responsionem Pilati, iam Iudæis & gentibus vestrarum unitus aptiusque respondit, quasi dicat: Audite Iudæi & gentes, non impedio dominationem vestram in hoc mudo. Quid vultis amplius? Venite credendo ad regnum quod non est de hoc mudo. Quid est enim eius regnum nisi credentes in eum? quibus dicit: De hoc mundo non estis quamuis eos esse velle in mundo: vnde & hic non ait: Regnum meum non est in hoc mundo, sed, *non est de hoc mundo.* De mundo enim est quicquid hominum à Deo quidem creatum, sed ex Adam vitiosa stirpe generatum est. Factum est autem regnum non iam de mando quicquid inde in Christo regeneratum est. Sic enim nos Deus eruit de potestate tenebrarum, & transfuit in regnum filij charitatis suæ. Chryf. Vel hoc dicit: quoniam non tenet regnum vt hinc reges terreni tenent, sed quoniam desuper habet principatū, qui non est humanus, sed multò maior, & clarior: vnde subdit, *Si ex hoc mundo esset, &c.* Ostendit hinc regni eius quod apud nos est imbecillitatem, quoniam à ministris habet fortitudinem, superius verò regnum sufficiens est sibi ipsi nullo indigens. Si igitur maius est illud regnum, volens captus est se ipsum tradens. Aug. Cum autem probasset regnum suum non esse de hoc mundo, subdit: *Nunc autem regnum meum non est hinc, non dicit, Non est hic: hic enim est regnum eius vsque ad finem seculi habens intra se commixta zizania vsque ad messem: sed tamen non est hinc, quia peregrinatur in mundo. Theoph. Vel ideò non dicit: Non est hic, sed, non est hinc: nam regnat in mundo, & vultur illius pronione, & iuxta votum cuncta***

disponit. Non est autem ab infimis constitutum regnum eius: sed cælitus, & ante secula. Chr. Hinc autem hæretici accipientes occasionem alienum eum esse à mundi conditione dicunt. Sed cū dicit, *Regnum meum non est hinc*, non priuat mundū à sua prouidētia & pralatione, sed ostendit regnū suū non esse humanū, neq; corruptibile. Seq. *Di. itaque ei. Pil. Er. rex es tu? Respondit. Tu dicitis, &c.* Aug. Nō quia regē se timuit cōstiteri, sed ita dictū est, vt neque regem se neget: neque regem se talem esse fateatur, cuius regnum putetur esse de hoc mundo. Dicitur enim, *Tu dicitis*, ac si diceretur: Carnalis carnaliter dicitis. Deinde subiungit: *Ego in hoc natus sum, &c.* Non est producenda huius pronominis syllaba quod ait, *In hoc natus sum*: tanquam dixerit: In hac re natus sum: sed corripit eum tanquam dixerit, Ad hoc natus sum: sicut & ait, Ad hoc veni in mundum. Vnde manifestum est eum temporalem natiuitatem suam hic commemorasse, quia incarnatus venit in mundum: non illam sine initio qua Deus erat. Theo. Vel alit. Quæstro per Pilatum, si dominus esset rex. Ego, inquit, in hoc natus sum, id est ad hoc, quia rex sum: hoc enim ipso quod à rege pro ductus sum: me quoq; testor fore regem. Chry. Si igitur rex natus est, nihil nisi accipiens habet. Ad hoc (inquit) veni: vt testimoniū perhibeam veritati, hoc est vt hoc ipsum suadeam omnibus. Et notandum est quod suam humilitatem ostendit, dum dicentibus, Quoniam malefactor est, ferebat silens, quando verò interrogatus est de regno, tunc locutus est ad Pilatum erudiens eum & reducens ad altiora & ostendit se nihil versurum operatum esse per hoc quod dicit, *Et testimoniū perhibeam veritati*. Aug. Cū autem Christus testimoniū perhibeat veritati, testimoniū perhibet sibi: eius quippe est vox: Ego sum veritas. Sed quia non omnium est fides, adiungit atque ait, *Omnis qui est ex veritate, au. ro. meam*. Audit vtique interioribus auribus, id est obedit meæ voci, ac si diceret, Credit mihi. Quod verò ait, *Omnis qui est ex veritate*, gratiam commendauit: quia secundum propositum vocat. Nam si naturam cogitemus, in qua creati sumus, cum omnes veritas creauerit, quis enim est ex veritate, sed non omnes sunt, quibus vt obediunt veritati ex ipsa veritate præstatur. Sic enim dixisset: omnis qui audit vocem meam ex veritate est, ideo dictus ex veritate, quia eius audit vocem: sed ideo audit, quia ex veritate est, quia hoc illi donum ex veritate collatum est. Chryso. Hæc autem dicens, attrahit & suadet fieri eorum quæ dicuntur auditorum, itaque denique & cum cæpit his breuibus verbis vt quæreret: *Quid est veritas?* sequitur enim, *Dixit ei Pilatus: Quid est veritas?* Theo. Nam ferè ab hominibus euauerat, & à cunctis erat incognita dum essent increduli. *Et cum hoc dixisset iterum exiit ad Iudeos & dixit eis, &c.* Aug. Cū dixisset Pilatus: *Quid est veritas*, credo in mentem illi venisse continuo consuetudinem Iudeorum, qua solet eis dimitti vnus in pascha, & ideo non expectauit, vt responderet ei Iesus, ne mora fieret cū recoluisset morem quo posset eis in pascha dimitti, quod eum valde voluisse manifestum est. vnde dicit, *Et cum hoc dixisset, &c.* Chry. Sciebat enim quidem quoniam hæc indigebat tempore inter-

rogatio, oportebat autem eum eripere ab impetu Iudeorum: idcirco & exiit. Alciui. Vel non expectabat audire responsum: quia fortè indignus fuit audire. Sequitur, *Et dicit eis: Ego nūl. in eo in me. causam.* Chry. Non dixit: quia peccauit & dignus est morte, donatè cū festo: sed primum cū excusans, tunc rogat ex abundantia, vt si nolent eum vt innocentem dimittere, saltem obnoxium donatent tempore. Ideo que induxit, *Est autem consuetudo vobis, &c.* Bed. Hæc consuetudo non erat legis præceptum, sed ex antiqua patrū traditione descendit, vt ob recordationem liberationis ex Ægypto: vnus etiam in die paschæ dimitterent vindictum. Deinde exhortatiue dicit, *vultis ergo dimittam vobis regem Iudeorum?* Au. Auelli enim ex eius corde non poruit Iesum regem Iudeorum esse tanquam hoc ibi sicut in titulo ipsa veritas fixit: de qua quid esset interrogauit. Theo. pulchrè autem Pilatus responderet per hoc quod in nullo Iesus errauerit, sed frustra inquietatur ab eis velut regnum desiderans. Nō enim eum qui se regem assereret, ac æmulum Romanæ potestatis, Romanorum vicarius absoluisset. Quamobrem in hoc quod dixit: Regem Iudeorum absoluiam, prorsus innoxium Iesum prodit, illud itaque Iudeos, quasi dicat, quem vos criminamini vt regem se putat: hunc absolui inbeo, quasi talem non existentem. Aug. Sed hoc audito clamauerunt. vnde sequitur, *Clamauerunt omnes iud. di. Non hunc sed Bar. Erat au. Bar. latro.* Non reprehendimus Iudei quod per pascha liberauerint nocentem, sed occidissent innocentem: quod tamen nisi fieret verum pascha nō fieret. Bed. Quia ergo reliquerunt Saluatorem & petiuerunt latronem, vsque hodie diabolus sua latrocinia exercet in ipsos. Alciui. Barrabas autem interpretatur, Ille filius magistri eorum, id est diaboli: quia huic latroni in suo scelere, Iudeis in sua perfidia magister fuit.

Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, &c. CAP. XI. Aug. Cū Iudei clamassent non Iesum sibi dimitti à Pilato velle propter pascha, sed Barrabam latronem, subditur, *Tunc er. apprehendit, &c.* Hoc Pilatus non ob aliud fecisse credendus est, nisi vt eius iniuriis Iudei satiari sufficere sibi æstimaret: & vsque ad eius mortem sciret desisterent. Ad hoc pertinet quod idem præfex etiam cohortem suam permisit facere, quæ sequuntur, aut fortassis & iussit: dixit enim quid deinde fecerint milites: Pilatū tamen id iussisse non dixit. Sequitur enim, *Et mili. ple. coro. de spi. imp. ca. eius: & vest. pur. cir. eum. & ve. ad eum & di. Aue rex, &c.* Chry. Quia enim Pilatus dixit eum regem Iudeorum schema ei contumeliae de reliquo apponunt. Beda: Nam pro diademate spineam illi imposuerunt coronam: & pro purpureo vestimento quo reges veteres utebantur, vestem purpuream ei circumdant, vbi non debet videri contrarium, quod Matthæus dicit circumdedit illi chlamydem coccineam, quia vt Origenes refert: vnus sunt materæ coccus & purpura. coccule enim inciduntur, & ex his guttæ sanguinis fluunt, ex quibus vtriusque generis tingitur vestimentum, & quamuis hoc milites illudendo facerent, nobis tamen operabantur inysteria. Nam per spineam coronam nostrorum designatur peccatorum salcepsio, quæ sicut spinas terra nostri corporis germinat. In vestimento purpureo caro passionibus subiecta significatur: purpura etiam vestitur eum de triumphis sanctorum marty

martyrum gloriatur. Chry. Non autem iniunctio principis erat, quod faciebant, sed ad gratiam Iudaicum hoc faciebant, quia neque circa initium ab illo iussu iuerūt nocte, sed Iudeis pecuniarum gratia gratificantes omnia audebant, tot autem & talibus factis ipse stabat filius. Tu verò audiens hæc in mente habe continere: & regem orbis terrarum & angelorum dominum videns contumeliam patientem & omnia ferentem silentio imitare. Aug. Sic enim implebantur, quæ de se dixerat Christus: sic martyres informabantur ad omnia, quæ persecutores libuit facere perferenda, sic regnum quod de hoc mundo non erat, superbum mundum non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat. Chry. Vt autem conuictum quod à militibus factum erat in eum videntes respicerent à passione: coronatum Iesum adduxit ad eos, vnde sequitur, *Exiit iterum Pil. fo. & di. eis, Ecce add. vobis, &c.* Aug. Hinc apparet non ignorante Pilato hæc à militibus facta, siue iusserit ea, siue permisisset illa, scilicet causa quæ supra diximus: vt hæc eius ludibria inimici liberrimè viderent, & vltremo sanguinem non sicerent vnde sequitur, *Exiit er. Ie. por. spi. co. & pur. ve.* Non clatus imperio, sed plenus opprobrio. Sequitur, *Et di. eis, Ecce homo, quasi dicat. Si regi inuidetis, iā partice, quia abiectionem videtis: seruet ignominia, frigescat inuidia. Cū ergo vidisset eum pontifices, &c.* Aug. Iudeorum inuidia pro Christi ignominia non frigescit, inardescit potius & increscit. vnde dicitur, *Cū er. vi. eum po. & mi. cla. di. cru. cru. eum.* Chr. Vidit ergo Pilatus omnia inaniter fieri. vnde sequitur, *Dicit eis Pil. acc. eum vos & crucifigite.* Execrantis est hoc verbum & ad rem non cōcelsam eos impellentis. Ipsi enim ducebant eum: vt cum præsidis iudicio hoc fieret. Contigit autem contrarium iudicio præsidis eū magis absolui. vnde subditur, *Ego enim non inuenio, &c.* Continere enim eum ab accusationibus eruit. Vnde manifestum est: quoniam & priora propter illorū concessit infamiam, sed Iudeos canes nil horum in verecundiam conuertit. nam sequitur, *Resp. Iu. Nos legem habemus, &c.* Aug. Ecce alia maior inuidia, patna quidem illa videbatur velut affectatæ illicito ausu regie potestatis: & tamen neutrum sibi Iesus mendaciter vsurpauit, sed vtrumque verum est, & vniuersus est Dei filius, & rex à Deo constitutus super Sion montem sanctum eius: & vtrumque nunc demonstraret: nisi quantò erat potentior, tantò mallet esse patiētor. Chry. Adiuuicem enim ipsis disputantibus filebat, implēs propheticum illud: quod nō aperuit os suum, in humilitatem suam, iudicium eius sublatum est. Au. de con. euan. Hoc autem potest cōgruere ei quod Lucas commemorat in accusatione Iudeorum dictum, hunc inuenimus subuertentem gentem nostram: vt adiungatur, quia filium Dei se fecit. Chry. Deinde Pilatus quidem timet ab ipsis auditus: & formidauit ne fortè verum esset quod dicebatur, & videretur iniquè agere. vnde sequitur, *Cū ergo audisset Pil. hunc ser. magis timuit.* Beda, Nō timuit quia legem audiuit, quia alienigena erat: sed magis timuit ne filium Dei occideret. Chry. Illi verò hoc dicentes non horruerunt, sed interficiunt eum pro quibus oportuerat adotare. *Et ingressus est prætorium iterum, &c.* Chry. Pilatus timore concussus, rursus inquisitionem facit. vnde dicitur, *Et ingressus est prætorium iterum: & dicit ad Ie. vnde est tus*

Non autem vltra interrogat, *Quid fecisti?* Sequitur, *Iesus autem responsum non dedit ei.* Qui enim audiuit quoniam in hoc natus sum, & ad hoc veni: & quoniam regnum meum non est hinc. cum debuisset resistere & eripere eum: hoc quidem non fecit, sed secutus est Iudaicum impetum. Propterea ergo nihil ei respondit, quoniam inaniter omnia interrogabat. Sed & aliter operibus testantibus: ei volebat per sermones vincere & excusationes componere, ostēdens quoniam ad hoc venit. Aug. Hoc autem silentium domini nostri Iesu Christi non semel factum collatis omnium euangelistarum narrationibus reperitur: & apud principem sacerdotum, apud Herodem, & apud ipsum Pilatum, vt non frustra de illo prophetia processerit, Sicut agnus coram tondente fuit sine voce, sic non aperuit os suum. tunc vtique quando interrogantibus non respondit: quamuis enim quibusdam interrogantibus sepe responderit, tamen propter illa in quibus noluit respondere ad hoc data est de agno similitudo, vt in suo silentio non reus, sed innocens haberetur, id est non sicut malè sibi conficius qui de peccatis cōuincebatur suis: sed sicut mansuetus qui pro peccatis immobilabatur alienis. Chry. Quia igitur siluit, sequitur: *Di. er. ei. Pi. Mi. non loc. nefcis, &c.* vide qualiter se ipsum condemnauit, si enim in te totum positum est, cuius gratia nullam causam inueniēs non absoluis? Quia igitur aduersus seipsum protulit: respondit Iesus, *Non haberes pote. aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper.* ostendens quoniam non simpliciter & secundum aliorum consequentiam hoc fit, sed mysticè consummatur. Ne igitur hoc audiens æstimes eum ab omni erutum crimine: subdit, *Propterea qui tra. me tibi, pec. manus habet.* Et nimirum si datum erat, neque hic neque illi obnoxii sunt criminibus: inaniter dicitis, Hoc enim datum est, id est concessum, ac si diceret: permisit hoc fieri neque tamē propterea extra nequitiam sunt. Aug. Ecce respondit prouidē: vbi nō respondebat, non sicut reus siue dolosus; sed sicut ouis filebat: vbi respondebat, sicut pastor docebat. Discamus ergo quod dixit, quod & per apostolum docuit, quia non est potestas nisi à Deo. Et quia plus peccat qui potestati innocentem occidendum liuore tradit: quā potestas ipsa si eum timore alicuius maioris potestatis occidit. Talē quippe Deus dederat illi potestatem: vt esset etiam sub Cæsaris potestate: quapropter inquit, *Non haberes aduersum me potestatem vllam*, id est quātulumcunque habes: nisi hoc ipsum quicquid est tibi esset datum desuper, sed quia scio quantum sit: non enim tantum est vt tibi omnimodo liberum sit, propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet. Ille quippe me tuæ potestati tradidit inuidendo: tu verò eandem potestatem in me exerciturus es metuendo, nec timendo quidem præferit innocentem hominem homo debet occidere: sed id zelando facere multò maius malum est quam timendo: & ideo nō ait, *Qui me tibi tradidit, ipse habet peccatum: tanquam ille non haberet: sed ait, maius peccatum habet*: vt etiam se habere intelligeret. Theo. Dicit autem, *qui tradidit me tibi*, id est Iudas vel etiam turba. Cum ergo patens responsum Iesus ediderit: quod nisi memetipsum præberem & pater concederet, non haberes potestatem in me, ex hoc potius ipsum absoluerat Pilatus satagebat. vnde sequitur, *Et exinde quærebat Pilatus*

Pilatus dimittere eum. Augu. Lege superiora & inuenies iam dudum eū querere dimittere Iesum. Exinde, itaque intelligendum est, Propter hoc, id est ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem sibi traditum. *Iudæi autem clamabant dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, &c.* Augu. Maiorem timorem se ingerere putauerunt Iudæi Pilato terrendo de Cæsare ut occideret Christum quādam superius vbi dixerunt, *Nos legem habemus & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.* vnde dicitur, *Iudæi autem cla. dicen. Si hunc, &c.* Chry. Sed vnde habetis hoc demonstrare? à purpura, à diademate, à curru, à militibus: Nōne solus semper cum 12. discipulis incedebat per omnia vilia transiens & cibum & stolam & habitationem? Aug. Pilatus veritatem non timuit ut occideret, sed magis filium Dei timuit ne occideret. Nunc verò nō sic potuit contemnere Cæsarem auctorē potestatis suæ, quem admodum legem gentis alienæ. vnde subditur, *Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum & se pro tribunali in lo. qui dicit. Lithostratos, Hebraicè autem Gabatha.* Chry. Exiit quidem ut scrutaretur rem: sedere enim pro tribunali hoc ostendebat. Gloss. Sicut enim tribunal est iudicum, sic thronus vel solium regum: & cathedra doctorum. Beda. Lithostratos autem dicitur pavimentum, quasi lapide stratum, erat locus sublimis. Sequitur, *Erat autem parasceue Pasche hora quasi sexta.* Alcu. Parasceue, id est præparatio, hoc nomine dicebatur sexta sabbati in qua præparabant necessaria sabbato ut de manna dictum est. Sexta die colligebat duplum, quia enim sexta die homo est factus, & in septima requieuit Deus, ideo sexta die pro homine patitur, sabbato quiescit in sepulchro, hora autem erat, quasi sexta. Augu. Quid est ergo quod Marcus dicit. Erat hora tertia, quando crucifixus est Iesus, nisi quia hora tertia crucifixus est dominus linguis Iudæorum? hora sexta manibus militum ut intelligamus horā quintam iam fuisse transactam, & aliquid de sexta ceptum quando sedit pro tribunali Pilatus, quæ dicta est à Ioanne hora quasi sexta: & cum duceretur & crucifigeretur, & iuxta eius crucem gererentur quæ gesta narrantur hora sexta integra completur. Ex qua hora vsque ad nonam sole obscurato: tenebras factas trium euangelistarum Matthei, Marci, & Lucæ contestatur auctoritate. Sed quoniam Iudæi facinus interfecit Christi à se in Romanos, id est, Pilatum & eius milites transferre conati sunt, propterea Marcus ea hora, qua Christus à militibus crucifixus est prætermittit: tertiam potius horā recordatus expressit, ut non tantum milites reperiantur crucifixisse Iesum, verum etiam Iudæi qui ut crucifigeretur hora tertia clamauerunt. Est & alia huius solutio quæstionis, ut non hic accipiatur hora sexta diei, quia neque Ioannes ait, Erat hora diei, quasi sexta. Sed ait, *Erat parasceue hora quasi sexta,* parasceue autem Latine præparatio est. Pascha enim nostrum: ut dicit Apostolus, immolatus est Christus. Cuius paschæ præparationem si ab hora noctis nona computemus, quādo videntur principes sacerdotum pronunciaisse domini immolationem dicentes, Reus est mortis vsque ad horam diei tertiam: qua crucifixum esse Christum Marcus euangelista testatur: sed hora sunt tres nocturnæ, & tres diurnæ. Theoph. Soluunt autem quidam quod ex pecca-

to scriptoris contigerit apud Græcos: nam quædam litera Græca nomine Gamma, cuius talis est figura Γ tertiam horam importat. Quædam autem figura quæ ab eis vocatur Epsilon quæ talis est, Ε sextam horam importat. Ex negligentia ergo scriptoris præcedens figura cedere potuit in sequentem. Chryso. Pilatus ergo ut scrutaretur aliens, nullam tamen scrutationem faciens tradidit eum æstimans mouendos esse eos. vnde sequitur, *Et dicit Iudæis: Ecce rex vester.* Theoph. quasi dicat, Ecce qualem hominem fatemini, quod imperium vestrum capefferet humilis, ut nihil tale possit tentare. Chry. Et nimirum quæ dicta sunt, erant sufficientia, ut facerent eos de cætero ab ira cessare, sed trepidabant ne dimissus rursus turbam ducat. Amor etenim principatus veritatem quid est & animam sufficiens perdere: propterea magis insistent. vnde sequitur, *Illi. au. cla. Tolle, tolle.* Interficere enim eum conatur exprobratissima morte. vnde subditur, *Crucifige eum,* formidantes ne aliqua eius post ipsum fiat memoria. Augu. Adhuc autem Pilatus errorem quem de Cæsare ingesserant, superare conatur. vnde subditur, *Dixit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam?* De ignorantia eorum volens eos frangere quos de ignorantia Christi mitigare non potuit. Sequitur, *Respondunt pontifices, Non habemus, &c.* Chry. Volentes seipos submiserunt supplicio propterea & Deus tradidit eos. Quia enim concorditer negauerunt regnum Dei dimisit eos in suum iudicium incidere, regnum enim Christi refutantes id quod Cæsaris est super seipos vocabant. Augu. Sed Pilatus timore mox vincitur. vnde sequitur, *Tunc ergo tradidit, &c.* A pertissimè enim contra Cæsarem venire videretur, si regem se non habere nisi Cæsarem profitentibus alium regem vellet ingerere, dimittendo impunitum, quem propter hos ausus ei tradiderunt occidendum, non autem dictum est, Tradidit eis illum, ut crucifigerent illum: sed, ut crucifigeretur, scilicet iudicio ac potestate præsidis. Sed ideo illis traditum dixit euangelista ut eos crimine implicatos à quo alieni esse conabantur, ostenderet, non enim faceret hoc Pilatus, nisi ut id quod eos cupere cernabat imple-ret. *Susciperunt autem Iesum, & eduxerunt. Et bauidans sibi crucem, &c.* Gloss. Ad mandatum præsidis milites Christum susceperunt crucifigendum. vnde dicitur, *Susciperunt autem Ie. & eduxerunt.* Augu. Potest enim hoc iam referri ad milites apparatus præsidis: nam postea euidentius dicitur. Milites ergo cum crucifixissent eum, quāuis euangelista etiam si totum Iudæis tribuit, meritò facit, ipsi enim fecerunt quicquid ut fieret, extorserunt. Chry. Sed quia lignum ut prophānū putabant, & vitabant, & neque tangere ipsum sustinebant crucem Iesu ut condemnato imponunt. vnde sequitur, *Et bauidans sibi crucem, &c.* Ita & in typo factum est. Isaac etenim ligna portauit, sed tunc quidem vsque ad patris beneplacitum res processit, nunc autem in rebus effectū obtinuit, veritas enim erat. Theo. Sed quodammodo vt illic Isaac dimissus est, & mactatus est aries, sic & hic diuina natura manet impassibilis, sed humanitas secundum quem aries dicitur tanquam errantis arietis Adæ filius hic mactata est. Sed qualiter alius euangelista dicit, quod angariauerunt Simonē ut crucem portaret. Aug. de con. euan. Vtrunq; factū inuenimus, primò id quod Ioannes dicit, deinde quod ceteri

trici:

tres: vnde intelligitur quod ipse sibi portabat crucem, cum exiret in locum memoratum. Augu. s. Io. Grande spectaculum, sed si spectet impietas grande ludibrium: si pietas, grande mysterium. Ridet impietas, regem pro virga regni lignum sui portare supplicij. Videt pietas regem baiulantem lignum ad scipsum figendum, quod fixurus fuerat, etiam in frontibus regnum: spernendum oculis impiorum in qua erant gloria corda sanctorum, ipsam crucem suam gestans humero commendabat, & lucernæ arsuræ quæ sub modio ponenda non erat, candelabrum ferebat. Chryso. Et sicut victores, ita & ipse in numeris portabat victoriæ signum. Quidam autem dicunt quod in illo loco qui caluarie dicebatur, Adam mortuus est & sepultus, ut in loco vbi mors regnavit, illic & Iesus trophæum stauerit. Hierony. s. Mat. Favorabilis interpretatio & mulcens aurem populi, nec tamen vera. Extra urbem enim, & foris portam loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorum & Caluarie quasi decollatorum sumptere nomen. Adam verò sepultum iuxta Ebron & Arbec in Iesu filij Naue volumine legimus. Chryso. Crucifigebant autem eum cum latronibus. vnde sequitur, *Et cum eo alios duos hinc & inde, me. autem Iesum.* In hoc propheta implentes, quoniam cum iniquis reputatus est. Quæ enim conuictantes faciebant, hæc veritati conferebant, volebat enim dæmon quod fiebat obumbrare: sed non valuit. Tribus enim in cruce affixis miracula quæ fiebant, nulli ascripsit nisi soli Iesu, ita inanes diaboli artes factæ sunt: nec solum non obfuit gloriæ eius, sed contulit non parum: nam latronem in cruce conuertente: & in paradysum inducere non minus fuit quam concutere petras. Alcu. Tamen & ipsa crux si attendas tribunal fuit, in medio enim iudice constituto, vnus latro qui credidit liberatus, alter qui insultauit damnatus est, iam significabat quod facturus est de viuus & mortuus, alios positurus ad dexteram, alios verò ad sinistram. *Scriptum autem & titulum Pilatus, &c.* Chryso. Sicut in trophæo literæ ponuntur victoriæ ostendentes, ita Pilatus titulum cruci Christi inscripsit. vnde dicitur, *Scriptum autem, &c.* Simul quidem pro Christo respondens, ut eum à communionem latronum discerneret: simul autem & de Iudæis vlciscens, ostendens scilicet ipsorum malitiam, dum in suum regem insurrexerunt. vnde sequitur, *Erat autem scriptum, &c.* Beda. In quo monstrabatur iam tunc regnum ipsius, non ut ipsi putabant destructum, sed potius augmentatum. Augu. Sed Iudæorum tantum rex Christus est, an etiam gentium: immò & gentium. Cum enim dixisset, Ego autem sum constitutus rex ab eo super Syon montem sanctum eius: subiecit, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, magnum ergo volumus intelligi in hoc titulo sacramentum, quia scilicet oleaster factus est particeps pinguedinis oleæ: nō olea particeps facta est amaritudinis oleastri. Rex ergo Iudæorum Christus, secundum Iudæorum circuncisionem non carnis sed cordis, non litera sed spiritu. Sequitur, *Hunc ergo titulum multi legebant Iudæorum, &c.* Chryso. Credibile autem est multos gentiles simul cum Iudæis propter festum conuenisse, & ideo vt nullus ignoraret, nō in vna lingua sed in tribus scriptis. vnde subditur, *Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latine.* Aug. Hæc quippe tres linguæ ibi præ cæ-

teris eminebant. Hebræa propter Iudæos in lege Dei gloriantes. Græca propter gentium sapientes. Latina propter Romanos multis & penè omnibus tunc gentibus imperantes. Theoph. Significat autem superscriptio triplici sermone figurata dominum esse regem præcticè, physicè, necnon theologicè. Nā per Latinas literas figuratur practica, eo quod Romanorum imperium potentissimum fati; officiosum in expeditionibus fuerit. Per Græcas verò literas physica figuratur: Græci namque erga naturalium speculationem insudauerunt. Demum per Hebræicas theologia præ-tenditur, dum Iudæis est credita rerum diuinarum agnitio. Chryso. Iudæi autem crucifixo inuidebant. vnde sequitur, *Dicebant ergo Pilato, &c.* Nam hæc quidem enunciatio est & communis sententia. Si verò adiungatur, Quoniam ipse dixit, ipsius petulantia & extollentia ostenderetur crimen esse, sed Pilatus in priori stetit mente. vnde sequitur, *Respondit Pilatus, Quod scripsi scripsi.* O ineffabilem vim diuinæ operationis etiam in cordibus ignorantium! nōne occulta vox quædam Pilato intus quodam, si dici potest, clamoroso silentio personabat, quod tantò antè in psalmodum litteris prophetarum est? Ne corrumpas tituli inscriptionē. Sed quod loquimini in fani pontifices? nūquid enim propterea nō erit verum, quia Iesus ait, Rex sum Iudæorum? Si corrumpi non potest quod Pilatus scripsit, corrumpi potest quod veritas dixit? Ideo enim Pilatus quod scripsit, scripsit: quia dominus, quod dixit, dixit. *Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta, &c.* Augu. Iudicantem Pilato milites qui ei parebant, crucifixerunt Iesum. vnde dicitur, *Milites ergo cum cruce, &c.* Et tamen si voluntates, si clamores eorum cogitemus, Iudæi magis crucifixerunt. sed de partitione fortitioneque vestimentorum eius ceteri euangelistæ breuius & clausè, iste verò aperitissimè locutus est. nam sequitur, *Et fecerunt quatuor, &c.* vnde apparet quatuor fuisse milites qui in eo crucifigendo præfidi paruerunt. Sequitur, *Et tunicam, subaudiendum est. Acceperunt, ut iste sit sensus: Acceperunt autem & tunicam, & sic locutus est, ut de cæteris vestimentis nullā fortè missam esse videamus, sed de tunica quā simul cū cæteris acceperunt, sed non similiter diuiserunt. De hac enim sequitur exponens. Erat autem tu. in con. desuper contexta per totum.* Chry. Ipsam speciē tunicæ euangelista historicè designat, quia enim in Palæstina duos pannos connectentes subre-xerunt indumenta, ostendit Ioānes quod talis erat tunica Iesu, occultè utilitatem vestimentorum insinuans. Theo. Alij verò dicunt quod apud Palæstinam telas contexerunt, non velut apud nos texuntur, existente superius stamine, inferius vero textentibus, ut sic nō versus partem supremam textura protendat, sed e contra. Aug. Cur autem de illa fortem miserint, narrat dicens: Dixerunt ergo, &c. Apparet itaq; in aliis vestimentis æquales se habuisse partes, ut sortiti necesse non fuerit. In illa verò vna non eos habere potuisse singulas partes, nisi scinderetur vt pannos eius inutiliter tollerent: quod ne facerent, ad vnam eam peruenire fortitione maluerunt. Huius euangelistæ narrationi consonat etiam propheticum testimonium. vnde subiungit, *Vt scriptura impletur dicēs: Partiti sunt, &c.* Chry. Intuere prophetiæ certitudinem. non enim quæ partiti sunt solum, sed &

quæ

spiritum Deo & patri, ostendens quod nequam sanctorum animarum conuersantur in tumulis, imò deueniunt ad manus patris omnium peccatoribus ad locum poenarum delatis, videlicet ad infernum. *Iudæi ergo quoniam parasceue erat vt non remaneret in cruce, &c.* Chryf. Iudæi qui camelum translucibant, calicem autem colabant, cum tantam fuissent operati audaciam de die diligenter ratiocinantur. vnde dicitur, *Lu. cr. quoniam para. erat: vt non re. in cru. cor. sab.* Beda. Parasceue, id est, præparatio dicta est sexta feria, quia eo die duplices sibi cibos filij Israël præparabant. *Erat enim mag. di. il. sab. scilicet propter solennitatem paschalem. Roga. Pilatum vt frangere. cru. eorum.* Aug. Non crura tollentur, sed hi quibus ideo frangebantur, vt morerentur, auferretur ex ligno: ne pendentes in crucibus magnum diem festum sui diuini cruciatu horrore foredarent. Theoph. Sic enim iubebantur in lege, non occidere solem in hominis supplicio, vel quia noluerunt in die festo: tortores aut homicidæ censeri. Chryf. Vide autem qualiter valida est veritas, per eorum enim studia propheta completur, vnde subditur: *Vene. cr. mil. & primi. qui frage. cru. & alte. qui cruce. est cum eo. Ad te. autem cum veni. vt vide. eum iam mor. non frage. eius cru. sed vnus militum lancea latius eius aperuit.* Theoph. Vt Iudæis complacent lanceant Christum circa corpus exanime contumelias inferentes, sed contumelia in signum prodiit, sanguinem enim de corpore extincto manare miraculosum est. Aug. Vigilanti verbo euangelista vsus est: Vt non diceret: Latus eius percussit aut vulnerauit: sed, *aperuit*, vt illic quodammodo vitæ ostium panderetur. vnde sacramenta ecclesie manauerunt, sine quibus ad vitam, quæ verè vita est, non intratur. vnde sequi. *Et continuo exiuit sanguis & aqua.* Ille sanguis in remissionem sufficit peccatorum, aqua illa salute temperat poculum: hoc & lauacrum præstat & potum. Hoc prænuñtiabat, quod Noë in latere archæ ostium facere iussus est, quo intrarent animalia quæ non erant diluio peritura, quibus præfigurabatur ecclesia. propter hoc prima mulier facta est de viri latere dormientis, & hic secundus Adam inclinato capite in cruce dormiuit, vt inde formaretur ei coniunx, per id quod de latere dormientis effluxit. O mors vnde mortui reuiuiscunt, quid isto sanguine mūdus? quid isto vulnere salubrius? Chryf. Et quia hinc suscipiunt principium sacra mysteria cum accesseris ad tremendum calicem, vt ab ipsa bibiturus Christi costa ita accedas. Theoph. Erubescant igitur qui vinū in sacris non limphant mysterijs, videntur enim non credere quod aqua de latere fluxerit. Potest tamē quis calumniosè dicere quod aliqua virtus vitalis erat in corpore, & ideo sanguis effluxit: aqua verò manans inexpugnabile signum fuit, & ideo euangelista subiungit, *Et qui vi. te. perhibuit.* Chryfost. Quasi dicat, Non ab aliis audiuit, sed ipse præfens vidit. Et verum est testimonium eius. Quod conuenienter subiungit, conuictum Christi enarrant, non magnum aliquod & admirabile signū, vt sic suspectus sermo redderetur: sed ipse hoc dixit, hæreticorum ora præcludēs, & futura personans mysteria, & eum qui iacebat in eis inspiciebat thesaurum. Sequitur, *Et ille scit quia, &c.* August. Scit enim qui vidit: cuius credat testimonio qui non vidit. Duo autem testimonia de scripturis reddidit singularis rebus, quas factas fuisse

narravit. Nam quia dixerat, *Non fragerunt cruce Iesu:* subdidit, *Facta sunt enim hæc vt, &c.* Quod præceptum est eis, qui celebrare pascha iussi sunt ouis immolatione in veteri lege, quæ dominicæ passionis vmbra præcesserat. Item quia subiunxerat, *Vnus mili. lancea. latus eius aperuit:* ad hoc pertinet alterum testimonium, quod subdit dicens: *Et iterum alia scriptura dicit: Vide. in quem transfixe.* Vbi promissus est Christus in ea qua crucifixus est carne futurus. Theoph. Hoc autem testimonium sumptum est de Zacharia. *Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, &c.* Chryf. Estimans Ioseph extinctum esse Iudæorum furorem Christo crucifixo: cum fiducia accessit vt deponendum funus procuraret: vnde dicitur, *Post hæc autem rogauit, &c.* Beda, Arimathia ipse est Ramatha ciuitas Helcanæ & Samuelis. Cælestis autem prouisum est vt esset diues, vt ad præsidem posset accedere: & vt esset iustus, vt corpus Domini accipere mereretur: vnde sequitur, *Vt tolleret corpus Iesu, &c.* Chryf. Non ex duodecim, sed ex septuaginta, quoniam nullus ex duodecim accesserit. Et si timore Iudæorum quis pro causa assumpserit, hoc eodem detinebatur timore: vnde dicitur, *Oculus autem propter metum Iudæorum.* Sed valde insignis erat, & Pilato notus: vnde & gratiam accepit, & hoc est quod subditur, *Et permi. Pil.* Et sepelit de reliquo, non vt condemnatum, sed vt magnum quandam & mirabilem: vnde subditur, *Venit ergo & tul. cor. Iesu.* Aug. de con. euang. In extremo enim illo officio funeri exhibendo minus curauit à Iudæis, quamnis soleret in domino audiendo eorum inimicitias deuotare. Beda, Sedata enim vtunque eorum seuitia, eo quod se aduersus Christum præualuisse gaudebant, corpus Christi petiit, quoniam non videbatur causa discipulatus, sed pietatis venisse: vt funeri officium impenderet: quod homines non solum bonis, sed etiam malis solent impendere. Adiungitur autem ei & Nicodemus: vnde sequitur, *Venit autem & Nicodemus qui, &c.* Aug. Non ita distinguendum est: vt dicamus primum ferēs mixturam myrrhæ, sed vt quod dictū est primum ad superiorem sensum pertineat. *Venerat enim ad Iesum Nicodemus nocte primum,* quod idem Ioannes narrauit in prioribus euangelij sui partibus: hic ergo intelligendum est ad Iesum non tunc solum, sed tunc primum venisse Nicodemum: venisse autem postea vt fieret audiendo discipulus. Chryf. Ferunt autē pigmenta quæ maximè corpus apta sunt quàm plurimum conseruare, & nō permittere citò subijci corruptioni: adhuc enim vt de nudo homine disponebant: sed tamen multam dilectionem demonstrabant. Beda, Notandum est autem quod simplex vnguentum fuerit: quia ex diuersis aromatibus licentiam conscientia non haberent. Sequitur, *Acceperunt ergo corpus Iesu, &c.* Aug. In quo euangelista admonuit in huiusmodi officiis, quæ mortuis exhibentur morem cuiusque gentis esse seruandum. Erat autem illius gentis consuetudo, vt mortuorū corpora variis aromatibus condiderent, vt diuitius seruarentur illæsa. August. de con. euang. Neque autem hic Ioannes aliis repugnat, neque enim illi qui Nicodemum tacuerunt, affirmauerunt à solo Ioseph dominum sepultum, quamuis solius commemorationē fecerint: aut quia illi vna syndone à Ioseph inuolutum dixerunt, propterea prohibe

prohibuerunt intelligi, & alia lintea potuisse afferti à Nicodemis & superaddi vt verum narrat Ioannes, quod non vno linteo sed linteis inuolutus sit, quamuis & propter sudarium quod capiti adhibebatur, & insitas quibus corpus totum alligatum est, quia omnia de ligno erant: etiam si vna syndone ibi fuit, veracissimè dici potuit, Ligauerunt eum linteis. Lintea quippe generaliter dicuntur quæ lino texuntur. Beda, Hinc ecclesie consuetudo descendit: vt corpus domini non in feris & auro textis consecraretur, sed in syndone munda. Chryf. Quia verò breuitate temporis vgebantur, nona enim hora mortuo Christo, deinde accedentibus ad Pilatum, & deponentibus Christi corpus vespera imminēbat, ideo ponunt eum in proximum monumentum: vnde subditur, erat autem in loco, &c. Quod dispensatione factum est, ne alterius alicuius qui cum eo iaceret æstimaretur resurrectio facta esse. Aug. Sicut etiam in Mariz virginis vtero nemo ante illum, nemo post illum conceptus est: ita in hoc monumento nemo ante illum & nemo post illum sepultus est. Theoph. Per hoc etiam quoddam nouum fuit sepulchrum, mysticè datur intelligi, quod per Christi sepulchrum omnes inuouamur morte corruptione destructa. Attende etiam abundantiam pro nobis susceptæ paupertatis. Nam, qui domum in vita nō habuit, post mortem quoque in alieno sepulchro reconditur, & nudus existens à Ioseph operitur. Sequitur, *Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum quia, &c.* Aug. Acceleratam vult intelligi sepulchram, ne aduesperasceret, quando iam propter parasceuen, quam coenam putam Iudæi Latine vsitatius apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat. Chryf. Propinquum autem fuit sepulchrum, vt discipuli possent cum facilitate accedere: & consideratores fieri eorū quæ eueniebant prope existente loco, & vt sepulchra testes essent etiam inimici custodientes sepulchrum, & vt falsus ostenderetur is qui de furto sermo. Beda, Mysticè autem Ioseph interpretatur aptus per acceptionem boni operis: ad quod monemur vt corpus domini dignè percipere mereamur. Theoph. Nunc etiam quodammodo Christus apud avaros mortificatur, in paupere famem patiente. Esto ergo Ioseph & tege Christi nudatē, non semel, sed in tuo tumultu spirituali considerando reconde, cooperi & immisce myrrham, & aloem amaricantia considerando vocem illam, Ite maledicti in ignem æternum, quia nihil amarius æstimo.

AVTHORIS DE OPERIBUS CARDINALIBUS CHRISTI SUB NOMINE CYPRIANI DE PASSIONE CHRISTI, SERMO.

^{424.} Domine, audiui auditum tuum, & timui. Ter-
^{425.}ruit me cum appropinquaret traditor Iudas, & immineret passionis hora, quod dixisti ad patrem: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Et tristē vt vsque ad mortem, præ nimia anxietate sanguine sudore persusus corā apostolis es professus. Audiens hæc ego expaui. Quis enim non timeat, si timer ille, quem omnia timeat: si panet ille, cui omne genu curuatur: si ille, qui nō est mortis, & morsus inferni morte propinquante pertimescit: Nōne ad hoc veneras, & ita futu-

rum ipse prædixeras? Nōne hoc & signa, & oracula, & vaticinia prophetarum à mundi initio cōclamarunt? Si voluntarie obedisti patri, & non te vt patereris cogit necessitas, quid quereris, quid causaris? Nōne tu docueras, & instruxeras fideles tuos, vt non timerent eos, qui corpus occidunt: quia vsque ad animam tyrannica violentia non attingit? Sed inerus ille infirmitatis humanæ communem exprimebat affectum, & generalitatem omnium in carne viuētium hoc dolore vergeri, & dissolutionem corporeæ, spiritualisque naturæ hac molestia non posse carere, & hæc poenam vniuersæ successioni Adā sine exceptione impositam, vt difficultas extremi transitus timeretur. Et hæc quidem molestia in eos, qui Dei iudicio rationem redditori occurrunt, non immerito cadit: qui de eo, quod beneficio vitæ, & rationis, & reliquorum largitate munerum abusi sunt, accusante conscientia redarguti, examen illud, in quo nullum est subterfugium, timeant: & ipsa auulso spiritus carnis tenacitate dirumpit, & lædit: hanc nemo anxietatem euasit, & nemo egredierē anima sine amaritudine expirauit. Sed tu, domine, qui iudex es omnium, qui potestatiue ponis animam tuam, & potestatiue resumis: nec poena te ex necessitate persequitur, nec formidabilis patris tibi potest esse cōspectus, quid anxietas: quid tremebūdus ad orationem discursus? Dormitātibus apostolis peruigil proditorum expectas, nec tamen te abscondis, sed obuius in aduentum eorum procedis, qui te ligare veniunt, & trahere ad Pilati tribunal, quos Iudas signifer instructa malignitate præcedit. Audiui, Domine, auditum tuum, & expaui, dum quæris à quærentibus te quid querant, cum noueris quod te quærant. Et dixisti eis, te esse Iesum Nazarenum. Inualit illico timor tuus eos, quos tu timueras, & prostrati solo iacere exanimes, & armatam cohortem vox vnus hominis teruit, & latens in humanitate omnipotentia te discipulis pauidum coram persecutoribus terribilem exhibebat. Sed vt fieret voluntas patris, & sacrificium carnis à timore, & tristitia inchoaret, suberant victimæ desolatorij carbones, quos obedientiæ liquefactus adeps extinxit: & cum traheretur viuētus ad præsidem, non supplicauit apparitoribus, sed Petri compefcuit zelum: nec gladiorum passus est adhiberi suffragia, imò & Iherodis, & Pilati cōtempit fastigia: nec potuit altitudo potestatum extorquere ad interrogata responsum. tam postposito timore, quasi vtens potentiori autoritate inter spūmētā, & colaphos, & reliqua ludibria patientia, & mansuetudine vesanas persecutorum mentes conturbat, & in eo quod inter injurias, & conuicia se malitia Iudaica sentit cōtemptam, vehementius exacerbatur: & de impietate, & malitia suauitas, pietasque Christi triumphat. Frustra funestas, iudex, manus in prætorio abluis, à sanguine Domini te profitens innocentem. Tu ipse causam mortis cum diligenter inquiseris, te non inuenisse in eo fateris, ipsa coniunx tua nihil tibi, & iusto huic esse mandauerat, quod utiq; per os eius dæmonia imminere sibi iudicium sententia testabantur: non excusas, sed accusas: causam tibi facis cum Iudæis communem. Illi se prodicione, tu parricidio te condemnas. Illi lingua, tu ferro occidis, tam te, quàm illos inaudita crudelitatis scelus inuoluit. Veniet anima tua in
Bibl. Hom. tom. 2. P P p 2 manus

manus iudicis, quem condemnas, fractisque tribunalibus tuis, iudicaberis, & demergeris in profundum inferni, erantque tibi, & iudae scelerato in tenebris, & gehennalibus flammis penitremediales, inconsumptibiles ignes, dolores perpetui, & tormenta aeterna. Et quidem filius hominis, sicut scriptum est de illo, vadit: qui damnatus est, ut liberaret damnatos: doluit, ut sanaret infirmos: rimuit, ut faceret securos: opprobria pertulit, ut impropria detrahendum non moneant electos: deputatus inter impios, quorum alter assumptus, alter reprobatus est, ut daretur exemplum, & forma in dissolubilibus manens in posteris: quia nec in vltimis Dei clementia poenitentes excludit: nec vlla hora sera est, cui copunctio districta occurrit: nec eos, qui vitæ suæ quocunque articulo temporis veri sunt iudices, iterum iudicari: quia cum iudicis, & tortoris vices non parcens peccator allumit, semetipsum persequens dum confessionem confusione honorat: holocausti huius incensio in conspectu Dei veniam impetrat. Neque enim bis in idipsum iudicat Deus, sed impoenitentes ipse iudicat, & damnat: poenitentes vero, quia a seipsis suscipit iudicatos, absoluit: neque iudicio, quod poenitentiae humanae severitas protulit, aliquid iustitiae caelestis apponit. Iudicati sunt Aegyptij, cum in redeuntibus super se maris fluctibus inuoluerentur: iudicati Sodomitæ, cum subuersis eorum urbibus flammis sulphureis cremarentur: sed si in eisdem subuersionibus gement poenitentes, temporali poenae aeternalis non succederet poena, sed esset eis pro remedio supplicium, & pro absolutione tormentum: nec contritos corde aeternum contereret, & aggravaret iudicium. Sic in cruce latro confitens non tantum indulgentiam meruit, sed Christi familiaris effectus, praemissus est in paradysum, & factus est particeps regni, per confessionem factus co-fortium, cuius malitia non expiabat poenitentiae lauerum. Ascendisti, domine, palmam, quia illud crucis tuae lignum portendeat triumphum de diabolo, vel de principibus, & potestatibus, & nequitiis spiritualibus victoriam: eratque in manibus tuis duo cornua, in quibus erat fortitudo tua abscondita: & imperium tuum super humerum tuum, tu ipse patibuli tui baiulus habebas ligno, quod rueras ejectionis, & passionis anxietates sustinens, & labores. Consideravi opera tua, & expavi. Clavis sacros pedes terebantibus, fossisque manibus, de vulnerum anxietate non loqueris, de spinis sacrum caput pungentibus non queres, sed fatigis, ut innotescat posteris, quare derelictus à Deo videaris, expositus contumeliis & Iudaeorum ludibriis. Causam mortis in te non esse Pilatus ipse praedixerat, & Cayphas mortem tuam pro inimico populo satisfacturam, cum esset anni illius pontifex, prophetauerat. Tu de morte non agis, de opprobriis non contendis: sed hoc vis intelligi, quæ sit causa mortis, quis quaestus: ut utraque re cognita, peccatum appareat, & gratia, & quanti ponderis sit utrunque, rerum prober effectus, cum originali morti nullum nisi in Christi morte potuerit esse remedium: nec reconciliare Deo potuit exules, & damnatos quolibet oblatio, nisi sanguinis huius singulare sacrificium. Et

sine hoc holocausto poterat Deus tantum condonasse peccatum, sed facilitas veniae laxaret habenas peccatis effrenibus, quæ etiam Christi vix cohibent passiones, quæ vix sceleratos animos à voluptatum face auellunt. Vulneri sane tam putrido, & antiquarum cicatricum fœtore non igneiebatur medicamentum conueniens, nisi vnguento sanguinis huius plaga veniretur, & malagmate carnis in cruce extensa scateatur venena, quæ calcaneo primi hominis, & omni posteritati eius serpens ille seductor antiquus infunderat. Hæc vna medela cotrosit illas, quæ in immensum excreuerant cicatrices: & vim suam concupiscentiarum perdidit corripela, & deleta damnationis conscriptione nouis literis assignata est, restituta libertas, priuilegio dato, charta indulgentiæ sigillo plagarum lateralis firmata. Considero opera tua, & admior te cruci inter damnatos affixum, iam nec tristem, nec pauidum, sed suppliciorum victorem eleuatis manibus triumphantem de Amalech, & quasi sanctificantem de excelsis plebem, & eleuatum in sublimi, & quasi celo proximum superioribus inferentem consummati agonis vexilli, & inferioribus erexisse scalam in patris occursum. Ibi dolorum, & conuictorum immemor subtiliter inuestigat, & ipse exponis quare derelictus fueris, indicans mentes illius querimoniam verba esse delictorum tuorum, quorum personam, & causam assumpseras, intantum ut per Moysen, & per Apostolum sustineres vocari peccatum, & maledictum pro similitudine poenae, non culpa: quod pro eis voluisti intelligi, qui deserti à Deo propter peccata meruerant: quorum reconciliationis agebas causam, in qua allegator subtilis pro seruis feruile non dedignaris accipere personam: & intantum infirmis compateris, ut nec crucifigi, nec mori dum illi viuant, & te patrocinante, non pereant, nec erubescas, nec formides, altitudinem tuam derelinquens, ad tempus gloriae tuae maiestatem euacuans, ut redeant dispersi, & respirent derelicti. Hæc est causa, quare derelictus sis, ut colligeret & reuocaret inanitio tua eos, qui fuerant derelicti, & qui sine Deo fuerant dum dominaretur eis peccatum, reducti ad iustitiam conformes Christi, & Christi efficerentur & dij. Vnde scriptum est: Ego dixi, dij estis. Considero domine, te in illo patibulo, vbi videbaris sine adiutorio quomodo imperatoria potestate latronem praemitis ad regnum: & in cuius assumptione iam manifeste constat quantum apud derelictos profeceris, quorum primus iste gloria, & honore coronatus, ipsa die paradisi ciuis, & domesticus curiae efficitur. Impossibile quippe erat illam sanctam animam tuam teneri ab inferis, de qua ipse ad patrem dicit: Quia non derelinques animam meam in inferno, nec corrumpi carnem meam in sepulchro: quia vbi in praesentia illius effractus inferis est captiuata captiuitas, praesentata victrice anima in conspectu patris, ad corpus suum sine dilatione reuerfa est: & appropinquauerunt saluti, qui longè erant à salute, & inter mortuos liber morti obnoxios perpetua libertate donauit. Considero te in cruce de matre sollicitum, cui volenti loqui tecum cum euangelizares, negaueras retroactis diebus colloquium, & praeruleras matri auditores verbi, pauperes spiritus, dicēs eos tibi esse pro matre, & fratribus, qui voluntati patris obtemperant.

rant. Nunc materno moueris affectu, & thalamum humanitatis tuæ cubiculario dilecto commendas, & prouides sedulo benedictæ inter mulieres apostolicam clientelam, & obsequium virginis, virgini discipulo tradis: ut iam non Ioseph tanti mysterij oneretur praepositura, sed Ioannes: quia iam exagebat ratio, ut coniugij remoueretur opinio: nec vltre pater Christi estimaretur, qui eateus vicem patris, & coniugis tenuerat. Habebar Ioseph in hac Christi dispositione rationabilem contradictionem, cum alteri commendaretur Maria, si se cognouisset carnalem maritum, sed quia in spiritu actum erat concensionis illius mysterium, passus est Ioseph æquanimiter sibi cum in hoc seruitio praepone, quem digniorem se iudicabat: & ideo maxime quia magistri electio sic negotium ordinabat. Ad hæc sacerdotalis auctoritas priuilegium in medio proferens, mediator inter nos, & patrem oras pro his, qui ad dolorem vulnerum tuorum opprobria addiderunt, & pro inimicis impetras veniam, supplicas, & obsecras, ut hæc eis iniquitates dimittatur, & à morte tua habeatur innoxij ipsi, qui sanguinem tuum super se, & super filios suos manere precantur: vsque adeo exæcati, ut scelus suum non intelligant, nec oedem Christi ipsa mors crucifixi extinguat. Sed charitas tua interim suspendit iudicium, & reis, ingratisque patientia tua poenitentiam prouidet locum, tempusque referuat, & differt punire dignos exitio, hæc orans, ut aperiantur oculi eorum, & agnoscant, quæ sit virtus crucis, quæ efficiantia sanguinis, quæ magnitudo delicti, & doni, gratiæ, & peccati. Tanta erat spissitudo velaminis, & crassitudo doctrinae, qua erant Moyses scriptura imbuti: ita erant eorum sensus hebetes, & ingenia tenebrosa, ut in verbis legis nihil diuinum saperent, nihil aliud quam exterioris vmbraculi integumenta viderent, neque ad sacramentorum secreta aliqua intellectus indagare penetrarent. Imò si quis eos veller in sancta inducere, & introducere in arcana, profundaque mysteria, impium iudicabant, & stultum, mel è petra sugere, & de saxo durissimo oleum elicquere. Dimissum est ergo Christo orante, peccatum, & ex parte maxima caecitas illuminata est, & malignantium perfidia demum credit & intellexit: & de torculari crucis mustum expressit, accepit & bibit: & in calice, quod propinarat Moyses, vinum merum à facibus segregauit. Ecce plus potuit donum quam delictum, & gratia quam peccatum: quoniam ex debito damnationis obnoxios gratis sine vilo merito gratia beneficio pietatis absoluit, & iudicium imperante Christo misericordiae dedit locum, & distinctionis suæ temperamentum iustitia Domino disponente modeste sustinuit. Iam videt Hebraeus, & quicumque de seruitute Aegyptia ad repromissæ patriæ libertatem anhelat, quod sanguis Christi efficacius quam sanguis agni illius, quæ in Aegypto Israël immolauit, contrarias abigat potestates, cuius hodie tanta est auctoritas, & potestas, ut non solum Israëliticæ limina muniat, sed etiam ab his, qui Israëliticæ non viuunt, solum sacramenti signum repellat demonia: & vbiunque conspecta fuerit, terribilis sit eis sacri nominis virtus, & sanguinis nota. Denique quicumque sint sacramentorum ministri, qualescunque sint manus, quæ vel mergunt accedentes ad baptismum, vel vngunt, qualescunque peccator, de quo sacra exeunt

verba, operationis auctoritas in figura crucis omnibus sacramentis largitur effectum, & cuncta peragit nomen, quod omnibus nominibus eminet, à sacramentorum vicariis inuocatum. Et licet indigni sint, qui accipiunt, sacramentorum tamen reuerentia, & propinquoem ad Deum parat accessum: & vbi redierint ad cor, constat ablationis donum, & redit effectus munerum: nec alias quaerit, aut repeti necesse est saluterum sacramentum. Iam sanguis tuus, Domine, non quaerit vltionem, sanguis tuus lauat crimina, peccata condonat. Clamat sanguis Abel, clamant Sodomorum peccata, & patricidium, & libido digna sunt vltione: & tu olim vltionum Deus, modo miseris, & parcis his, qui offenderunt: sanas contritos corde, & alligas vulneratos: filio prodigo reuertenti non improperas luxum: mulieri adulteræ non opponis prostibulum, peccatrici publicæ non recusas seruitium, debiti pecuniam dimittis depositum: ludæis perfidis & dedisti gratiam, & dimisisti. Scelus scelerum, & peccatorum peccatum. De latere tuo fons egreditur in vitam aeternam proficiens, & de eadem, consubstantialique origine diuisis limitibus aqua, & sanguis emanant ad complementum, perfectionemque totius iustitiæ, sacramenta in perpetuum duratura, & fontis illius vbertas perenni lapsu vniuersam ecclesiam irrigat, & fecundat. Ex hoc fonte non tantum ablationis primæ, qua initiantur accedentes ad Christum vndas haurimus, sed & compunctio-num, & lacrymarum perennes effluunt riuus, & misericordiarum suauitas, & totius pietatis affectus emanat. Tu, Domine, sacerdos sancte, qui in tempore iracundiæ factus es reconciliatio, sancti huius sanguinis permanentem plenitudinem reliquisti, & beneficium huius sancti liquoris in perpetuum tradidisti, & constituisti nobis consumptibiliter potum viuificum, crucis signum, & mortificationis exemplum. Tu consummatis omnibus, vade ad patrem, & trahe nos post te: da nobis in vita praesenti, ut simus sine angaria baiuli crucis tuae, & comprehendamus cum omnibus sanctis, quid latitudo, quid longitudo, quid sublimitas, quid profundum huius ligni significet, quo conspecto non noceat nobis, neque mordeat coluber solitudinis, sed incolumes per omnia sequamur te, tecum paruuli simus, tecum circumcedamus, tecum baptizemur, tecum ieiunemus, tecum lotis pedibus panem angelorum edamus, tecum crucifixi mundo viuamus, tecum spiritu sancto repleti, & corpore & spiritu in aeternum maneamus. Qui viuus, & non vltre morieris in secula seculorum.

ATHANASII EPISCOPI Alexandriae, in passionem & crucem Domini, Sermo.

ET venientes in Golgotha, hoc est, Caluarie locum, dederunt ei vinum bibendum, felle mixtum, quod vbi gustasset, noluit bibere. Postmodum quum eum crucifixissent, diuiserunt eius vestimenta, missa sorte, ut impleteretur dictum Prophetae, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super amicum meo miserunt sortem, & sedes illis servabatur eum, & reliqua, quæ sunt eius passionis. Quod autem nunc recitatur est verbum, Evangelium. Bibl. Hom. tom. 2. PP pp 3 gelium

gelium quidem est, sed tamen euidentiā, claritudinisque gratia defugiendū est ad sanctos, & ab iis intellectus huius rei excipiendus. Veri enim similes eos, rerum Euangelicarum magis, quā nos confcios & peritos esse, sed ne circa omnes oberrantes moram iniiciamus nostro sermone, sufficere in præsencia vel vnus magister Apostolus ad vos plene de omni negotio instruendos. Scribit enim Hebræis beatus Paulus, quod impossibile est Deum mentiri, eumque in dicendo quā maxime veracem esse, & falsum non dicere. Siquidem rerum creaturarum natura ad proprium sibi habet, vt mutationi subiecta sit, & diuersis vicibus agitur: id inde illis nimirum euenit, quod quum non essent, per imitationem acceperunt ex gratia humanitatēque sui conditoris, vt essent, quemadmodum Paulus testatur, qui, inquit, vocat ea, quæ non sunt, tanquam quæ sint. Deus contra, per verbum suum, conditor existendo existens, immutabilem habet cum suo verbo naturam, & id per Prophetam monstrat, dicens, Et ecce, inquam, quoniam ego sum, & non imitator. Atque ideo in Psalmis de hominibus canitur, Ego dixi in extasi mea, omnis homo mendax. De Deo contra Moses in lege hoc testimonium affert Deus fidelis & verax. Vir igitur ille, vt fidei, Christi gerulus ab ambobus eruditus, etiam ipse discrimen Dei cum rebus creatis exponens, ita scribit. Sit autem Deus verus, omnis contra homo mendax. Verus est porro Deus, non modo scilicet quod non mentiat: nihil enim contrarium in illo, neque vt homo homini, ita ille testimonium verum præbet, quum nemini sit obnoxius: sed quod ipsam ex se veritatem gignat, Patetque sit Domini ita loquentis, Ego sum veritas, veritati porro nunquam mendacium amicum fuerit. Inde est quod secundum Psalmographum, veritatem Dominus exquirat, & mendacium à se reiciat, & alienum faciat, dicens: Filij alieni mentiti sunt mihi: mentiti enim sunt Iudæi contra Seruatorem, & quum legem se dicerent seruare, veri in dicendo non fuerunt, sed præuaricabantur aduersus eum, qui legem dederat, mortem domino pro vicissitudine gratiarum molientes. Merito igitur reiecti sunt, & mortem, quam aduersus Dominum mentiendo induxerant, eam vero aduersus seipfos attraxerunt, vt Ananias & Saphira in Actis Apostolorum, qui quum Deo vota fecissent, ex votis subtraxerunt, & ceteros quidem alios lauerunt. Minister tamē veritatis Petrus eos à se extrahit, dicens, Non mentitus es hominibus, sed Deo. Qua in parte ingens miraculum editam est: quod enim solus nouerat Petrus, id morte Ananias & Saphiræ, omnibus innotuit, adeo vt omnes inde cautiore sint redditi, & exempli Saphiræ perhorruerint. Scire enim debemus, & nequaquam ignorare, quod quæcunque promittimus Deo, non ea deinde nostra esse, sed Dei: & si inde quid defraudamus, ea non nos sumere iam tanquam nostra, sed vt Dei, sacrilegio compilare. Neque ista promissio solum ad pecunias pertinet, sed etiam ad verba professionemque pertinet. Certe diuinum reuera & magnum mysterium nostrum non in pecuniis habet promissionem suam, sed in professione perfecta, & in fide erga Deum: omnes certe promittimus, & omnes iuramus: promissionis debitor, adeo vt necessum sit præstare, virginem quidem virginatam, qualem

Hebr. 6.

Rom. 4.

Malach. 3. Psal. 115. Deut. 32.

Ioan. 14.

Psal. 17.

Act. 5.

Nota votum virginis, ubi consistit.

promisit, continentem continentiam, maritatos pudicitiam, & mutuam inter se dilectionem & reuerentiam: & in summa quemlibet fidem in Deum, & obseruantiam, & iustitiam, & fortitudinem, ne nos vt malignos frustratorēque exemplū Ananias & Saphiræ apprehendat: huius enim rei gratia, etiam Apostolicus confirmatur sermo, nimirum, dandum esse omnibus id quod debetur, cui vestigal, vestigal: cui metum, metum: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debueritis, nisi vt vos mutuo ametis. Hoc ipse præstitit qui id præstandum denunciat. Atque ideo libere de se ipso pronunciat, Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauit, in reliquum reposita est mihi corona iustitiæ, quā dabit mihi iustus iudex. Non enim mendax in promissis, sed seruans ea quæ Deo pollicitus erat, obtinuit vicissim à Deo vero inadcaum re promissionem. Atque hinc est quod nos admonet, Ne vobis inuicem, inquit, mediocriter ac rursus, Omne quod mendacium est, ex vestro ore non procedat. Vult enim ipse nos imitatores esse, quum inquit: Veritatem dico, non mentior, maxime quum ea ipsa sit euangelica Domini sententia, Sit vestrum ita, ita: & non, non: hucusque nos, qui in Christo sumus, asseuerationibus nostra verba confirmemus, neque vltiori progressu, vsque ad iuramenta defugiamus, vt corruptibilem pecuniarum gratia Deum in testem allegemus, præsertim quum Moses ita legem statuat, Non sumes nomen Domini Dei tui in re vana: nam si quis plane dignus est vt nominet Deum, dignus quoque est fide, vt ei citra iurandum credatur. Quisquis enim ad maiora idoneus est, multo magis ad minora idoneus fuerit. Ediuerso, si non est fide dignus, vt ei credatur citra iuramentum, non est certe dignus, qui Deum nominet. Si non est fidei in sermone, quomodo vlla ratione ei iuramenti Deus testis esse voluerit, destituito fide, ad quam Dominus respicit? Sapientia istius rei testis est, sic inquit: Sanctus enim spiritus disciplina fugiet dolum, & resiliet à cogitationibus stultis, neque habitabit in corpore obnoxio peccatis. Atque ideo est quod Dominus ab inuocantibus se, fidem ante omnia reposit, quemadmodum factum est in cæco, Credis, inquit, quod hoc possum tibi facere? ad lunaticum ait: Quod si credideris, fiet. Postulat autem id seruator, non quod alicuius opera, aut ministerio indigeat: ipse enim fidei author est & sup peditator: sed ne videretur personis gratificari, & non annuere fidei, & ne si citra fidem reciperent ipsius beneficia, eadem perfidia & incredulitate amitterent. Vult enim gratiam, quam largitur, permanere: & quam medetur, irreciduum esse suam medelam, præmonuit certe paralyticum, Ecce, inquit, sanus factus es, ne amplius pecces. Ac veluti medicus quispiam ingrediens ad ægrotos, primum querit an velint curari, ne & ipso saragente, & nolente illo, inutilis efficiatur curatio, aduersante ægrotō contra medici artem. Ita quoque Dominus à sanandis percunctatus est, & credentibus gratificatus est, vt per fidem gratiam obtinere possent. Indicium enim voluntatis animæ fides est. Quid igitur Deum vocat in testem, qui fidem non habet secundum veritatem? probat hoc spiritus sanctus in Psalmis, Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, per quam solum Dominus inuocari potest. Quapropter

Rom. 1.

Mat. 23.

Exalt.

Mat. 23.

Mat. 23.

propter

propter, quid iurant Deum, quibus ne in paruis quidem rebus fides habetur? alioqui iuramentum veritatis testimonium est, & non index negotiorum. Siquidem iurant homines non vt negotia significant, sed vt veritatem confirmant, eaque quæ proferunt, mendacio carere ostendant. Si igitur iuranti fides est & veritas, quis vsus iurandi? sin autem fides ei non est, cur tantum impietatis suscipimus, vt propter homunciones eoque mortales, Deum qui supra homines est, in testem vocemus? nam si regem terræ ad infima tribunalia in testem vocare nefarium est, vt pote maiorem & auctoribus & iudicibus, cur in creatum ad creata accersimus? & Deum ab hominibus negligi efficiamus? Apage, id omnem superat iniquitatem & audaciam. Quid igitur faciendum? nihil amplius, nisi, vt sit nostrum ita, ita: & postquam non, non: & in summa non mentiamur. Si enim verum dicere videbimur, & in ea re imitari verum Deum, forsitan aliquis ita contradicat, Si iurandum verum hominibus est, & non iurando quis imitatur Deum: qui fit, vt ipse Deus in sacris scripturis iurare referatur? nā & Abraham iurauit, sicut Moses testatur, & in Psalmis scriptum est, Iurauit Dominus, & non penitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Videntur enim ista aut cum superioribus pugnare, aut isthinc hominibus iurandi facultatem concedi: verum hoc ita non est, nec quiquam hoc putet: Deus enim per neminem iurat: qui enim potest, quum sit Dominus & conditor omnium? sed si, quod res est, dicendum est, ipse sermo iurandum est, certa fide induens auditores, quoniam quæ promittit & loquitur, profusus sient. Siquidem non vt homo iurat Deum, sed nobis ipsius sermo pro iuramento est ad veritatem. Hominibus autem loquens iurare dicitur, & hoc ipsum humano more effertur sancti, vt inde ipsi loquentes fidem sibi haberi velint, inde etiam Deo loquenti fidem habeant: vt enim hominum sermo confirmat iurandum, ita quoque ea quæ loquitur Deus, ob firmitudinem & immutabilitatē voluntatis eius, pro iuramentis reputanda sint. Ad stipulatur modo sermone, & id ipsum quod inibi scriptum est, iurandum enim iurauit Dominus, & non penitebit eum, vt re per penititudinem non retractanda, sed profusus futura secundum stipulationem iuramenti. Hoc ipsum etiā Deus in Genesi ostendit, Per me, inquit, iurauit, atqui illud iuramentum non est: non enim per alium iurauit, quod proprium est iurandi, sed per se, quod æstimationem iuramenti non capit: verum id fit, vt firmitudo promissionis appareat, & quantopere id quod dicitur, credi debeat: pro teste mihi sit canorus ille hymnorum scriptor, memorem Deū inter pallendum reddens, quum inquit, Vbi sunt misericordiarum tuarum, Domine, antiquarum, quæ iurasti Dauidi seruo tuo in virtute tua? Non enim per veritatem iurat Deus, sed quia quæ verax in sermone suo dicit, id hominibus ad fidem pro iuramento est. Non igitur Deus hominum more iurat, neque nos ex ista re ad iuramenta facienda induci oportet, sed talia dicam, & faciamus, & tales nos exhibeamus loquendo agendoque, vt apud auditorem iure iurando non indigeamus, & ex se habeat verba nostra testimonium veritatis. Ea enim ratione plane imitabimur Deum. Hic mihi forsi-

Quæ legi
non nisi
quod
liber
iuramentum
iuramentum
iuramentum

Mat. 23.

Gen. 22.

Psal. 138.

tan aliquis de Niniuiticis rebus ita percunctationem faciat. Si sermo Dei iurandum est, eo quod quæ dicat, vera sint, & non mentiat: qui quæ factum, vt quum dixisset, Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur, non impleuerit sermonem? ista enim videntur cum superioribus pugnare. Veruntamen non mentitur Deus, absit, neque sermo eius incompletus mansit: humanitate enim iram suam retudit, magisque penitentiam Niniuitarum, quam præcedentia peccata respexit. Neque sermo Dei talis erat, quasi post triduum subuertenda esset Niniue, sed quod ad triduum eos sustinere veller, vt in dilatione tridua, aut penitendi haberent facultatem, aut postmodum eius sapientiam exciperent. Quid enim, inquit Propheta, adhuc tres dies, & Niniue subuertetur: non, inquit, post triduum subuertetur: nā omnino ita factum fuisset, sed adhuc tres dies, & subuertetur, vt in eo verbo, adhuc tolerantiam Dei intelligeremus, & in subuersione, iram post ipsius tolerantiam futuram, nisi resipiscerent. Alioqui nisi hoc ita se habuisset, & vt homines penitentiam agerent, ad triduum distulisset, quid quæso numini impedimento erat, quo minus illos citra illud spacium disperderet? An imbecillitas quæso? absit vt hoc vnquam in mētes nostras veniat: Dominus enim virtutum fortis est & potens Deus. An scilicet ignorantia earum rerum? ne hoc quidem dicendum est: nouit enim omnia antequam fiant. Quid igitur reliquum est, quod cogitemus, nisi longanimitatem & humanitatem domini: cuius quum Propheta conscius erat, primum in fugam se dedit, quum in eam legationem mitteretur, semet ipse his verbis exulans: O domine, nunquid hæc mea verba fuerunt, quum adhuc essem in terra mea: atque ideo est quod præoccupauerim fugam in Tharlos, eod quod nossem te misericordem, & misericordem esse, mansuetum & multā misericordiam, & tuam ipsius sententiam mutantem in destitatis malis. Fugit igitur Ionas, non tanquam contradicens numini, inerebatque, non quod illi læta res fuisset perditio Niniuitarum, sed hoc ipsum ideo faciebat, quia Niniuitæ illi curæ essent. Timebat enim ne vanus apud eos haberetur, ac fide in posterum careret Propheticus sermo, ideo videlicet in mœore fuit, ne resutaretur à domino, eaque res omnibus Niniuitis comperta foret, nō quidem quod falsa essent in verbis Propheta, sed quod Deus misericors esset, ideo iam ipsis veniam concessam esse, nouerat in verbo adhuc, Dei mansuetudinem latere: eamque consuetudinem esse scripturæ, Deum vbi longanimitatem suam ostendere concupiscit, eam per hoc verbum, Adhuc, solere significare, vt quum dicit per Esaiam, Quid adhuc facere debui vinee meæ, quod nō fecerim? per Hieremiam vero. Ob hoc, inquit, contēdam vobiscum in iudicio: verbo autem, adhuc, designat suam bonitatem & tolerantiam: dicit enim peragrate insulas Cherim, & in Cedar mittite legatos, & videte: nisi mansuete & longanimitate agere veller, non admonuisset eos, non iussisset peragrate, & peragrande discere ex contrariis boni comparationem discernenque. Certē vbi iam non vltierus longanimitatem, sed iram præsentem hominum facta prouocant, ibi ad istum modum sua verba concipit. Non amplius feram, inquit, peccata vestra atque ita per hoc verbum, adhuc, quod hic positum est, clare significat

Esai. 5. Hier. 2.

ipsam Adamum, & omnes ex Adamo oriundos. Et sicuti moriente Adamo, manebamus nos per eum mortui, ita quoque surgente Dominico corpore, necessum erat omnes cum eo consurgere. Hic enim Pauli intellectus est ad Corinthios scribens: Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes uiuificabuntur. Iam ut nobis constet, quomodo Iudæi eum in crucem sustulerint, necesse est videamus ea, quæ de istis rebus scripta sunt. Quandoquidem ne illa quidem sunt inutilia cognita, neque temere in Evangelii ad eum modum descripta sunt. Postquam Dominus igitur iudicatus esset, crucem suam sustulit: siquidem iudicium subiit & stetit ante præsidem. Verum caue ne dum ista legis, rem eam pudendam existimes, quum eam indignitatem ille nostra causa sustinuerit, idque ideo, ne insidiæ, quas passus est, si per silentium omisissæ essent, occultaretur Iudæorum dolus, sed ut hoc iudicio insidiantium calumnia manifesta redderetur. Si enim Dominus iudicium condemnationemque passus non esset, sub dubia incertaque suspicione latuisset Iudæorum aduersus eum inuidia, quæ eum condemnato nullas latebras habere potest. Si quidem & Pilatus ipse Christo innocentiam attestatus est, & manifestas Iudæorum insidias reddidit. Querat enim (inquit scriptura) quod per inuidiam tradidissent eum: non cognouisset Pilatus Iudæorum inuidiam, nisi Seruator ad iudicium adstitisset. Magnum id certe & micificum in Seruatore, qui tacendo & non respondendo, tam efficax erat in persuadendo, ut iudex vltro factiones conspirationisque aduersus eum initas & agnosceret, & confiteretur, scique magis turbis hominum, quam iustitiæ gratificatum esse. Qui si respondisset Pilato, poterat ille suspicari, formidine eum mortis ad loquendum inductum fuisse: iam qui tacet, quid admireris nisi illius robur, fortitudinemque in contemnenda morte? quumque eum de innocentia ita excuset Pilatus, quid aliud in mentem venire potest, nisi illum ipsum, qui ibi iudicio subiectus stabat, Deum esse? qui interim, dum à Pilato iudicabatur, eius vxori oracula edebat, quo simul Pilatus ex silentio eius fortitudinem stuperet, & ex oraculis cognosceret, eum, in quem sententiam daret, non hominem, sed Deum esse. Timuit igitur iudex reum suum, & magis quam ipse reus videbatur condemnari, merumque in se hominis condemnati sensit, atque ipsemet suam in Christum quasi in se latam sententiam cohorrui. Atque ideo etiam suas manus lauit, dicens, Innocens sum ego à sanguine huius. Et si postea Iudæorum gratiæ impar, consensum accommodauerit eorum calumniis, ut etiam illum crucifigendam traderet. Traditur igitur Seruator, & traditus non exhorruit mortem, sed potius se aduersus mortem, ablatis vestibus expediuit, & persequutus est fugientem colubrum: non enim ita se habuit Dominus, ut moriturus, sed ut is, qui mortem ad occidendum persequeretur. Cæterum hic infelix diabolus conspecto hoc in Pilato miraculo iudicemque magis quam iudicatum pauescere, animaduertensque Domini in exuendis vestibus fiducia, omnia sibi tentanda putauit, ut cognosceret quod prius cognoscere non potuit, quum illum in monte tentaret, essetne ipse Filius Dei, an non, tum enim cum pudore reiectus, obseruandum sibi persuadebat tem-

pus mortis, certus omnino posse se per mortem, qua omnes in seruitutem redegerat, etiam hunc tentationibus subigere: scriptum est enim apud Lucam, quod quum consummasset diabolus omnem tentationem, abcesserit ab eo in tempus idoneum. Atqui hoc erat istud præfens tempus, in quo hostis ipse agnoscebat fore, ut ab omnibus supplantaretur, si ab ista victoria excideret. Nullum enim illi aliud omnibus destitutum supererat certamen. Ideo omnia satagebat, ut certa omnia cognosceret, & à conferendis manibus abstinere, si certo cognoscere posset, quis esset nimirum non inexpectus, quam sibi res futura esset cum homine inaccessio, & diuinis virtutibus prædico. Dominus igitur ridens illius vastitatem, sciensque eum non sui reuerentia, sed ut homines in seruitute retineret, istas insidias captionesque facere, quo in omnes tyrannidem exeret, in occulto habuit suam deitatem, ne ille per formidinem vitato congressu illis abiret, sed contra despicatim quasi cum homine manus conferturus, ad pugnam veniret, & ab hominibus inciperet supplantari. Non aliter, quam si quis animaduertat in compare atque æmulo suo formidine secum decertandi, imbecillum se fingat, quo illum pelliciat ad pugnam: & ille dum pro vera haber illam simulatam imbecillitatem, audacter in certamen prodeat, mox domatus illius generosi Athletæ viribus. Ita quoque Dominus sub specie humanæ infirmitatis pronocis aduersarium, hominem quem induerat, suis viribus aduersus inimicum corroborauit. Atque ideo sub tempore mortis anxius esse, & mœrere cœpit, & obsecrabat calicem transire, clamabat spiritum quidem promptum esse, carnis autem infirmam, ut aduersarius noster cum eo quasi cum homine congressurus, virtus eius diuinas experiretur. Atque ita inductus ludificatusque adortus est Dominus: & nunc quidem quum animaduertet eius fortitudinem, animo fiduciaque contractio re fuit: nunc autem quum videret imbecillitatem corporis, audaciam resumpsit. Ac iam deinde cernere erat diabolus quidem cum omni exercitu, principatibus, ac potestatibus in fugam se dare: Dominum contra, humanis armis diabolicas legiones persequi. Nec longum deinde in medio interuallum, quum inimicum omnibus rebus suis spoliaret, quo tempore ille ita confusus pudensque, nihil non contra Dominum molitus est, dum & Iudæos concitabat ut conspirarent, Pilatum ut condemnaret, milites vero ut illuderent, ignarus ea omnia sibi noxia esse. Cæca enim malitia est, & incircumspecta animi prauitas, ut que non intelligat, ipsam suam contra manus acere, veluti si quis serpentem manu apprehendat, ut alteri iniiciat, quod fieri non potest, quin ipse prius mordeatur: aut si quis ignem manu sumat, ut hostem lædat, interim non animaduertat se ipsum comburi. Ita ipsa malitia contra sui usurpatores militat, eosque qui ipsam tenent, magis quam illos in quos noxam parant, confauciat: ita quoque Pharao volens capere, captus est: & exorsus persequi, persequutionem passus est: & necem moliens, submersus est: ita & Goliath, quibus armis Dauidem inuadebat, detruncatus est, & spoliare destinans spoliatus est: idem cuenit infelici diabolo: si quidem inuadere tentans, inuasus est: & concitans milites, ipse potius per illos carnifices

ces concitabatur. Omnia siquidem contra seipsum agebat, qui etiam tum spoliabatur, quum ea victoria nondum hominibus innotesceret, quam ille, licet inuitus, in lucem extulit, ac promulgauit. Quum enim exeret Dominus, eo ipso inuisibiliter erigebatur de diabolo trophæum: & quo illud manifestum fieret, narratur à Ioanne indutus fuisse purpura: à Matthæo vero & Marco chlamyde cocinea, coronamque illi ex spinis super caput esse positam, & calamum in manus datum: & ita quum eum produxissent, genibus flexis adorasse. Miraculum nouum & incredibile, & magnæ sine dubio victoriae insignie: quem enim ut hominem condemnauerant, eum mortuum deinde, ut Deum adorauerant: & quem aspernabantur ut vilem & contemptibilem, eum confitebantur regem: cui tunicam & vestem detraherant, eum purpura circumdederunt: & quem ignorantes contumelias afficiebant, eum Prophetam etiam nolentes appellauerunt: & quem per ludibrium, subannationemque pulsabant, ei triumphalia addiderunt ornamenta, coccineam chlamydem, & coronam spineam & calamum. Nam tametsi ea quasi per contumeliam agebant, efficiebantur tamen inde, ut ab eo latenter spoliarentur. Quum enim sanguine terra per diabolum fœnestata, & multis vndis cruoris esset imbuta, & ore aperto primū receperat sanguinē iusti Abel, ac deinde hominibus sanguinem sanguini superfundentibus, insulsaque in eandem maledictione, mendacio, furto, adulterio, execrabilis reddita esset, dicente domino, et nunc maledicta terra, que os diduxit, ut reciperet sanguinem Abelis fratris tui, cuique etiam prius ob præuocationem Adæ maledixerat dominus, dicens, Maledicta terra, in operibus tuis, in ærumnis inde vicitabis per omnes dies vitæ tuæ, omniāque sanguine redundarent & vbique spinæ ob execrationem nascerentur: & hoc chirographum nactus inimicus noster omnes inuaderet, & tyrannidem in omnes, ut in subiectos, sibi exerceret: ea de causa, quum eum omnibus spoliasset dominus, hoc genere vestimenti indutus ad mortem processit, ut ostenderet victoriam de morte non temere, sed pro nostra salute partam esse. Gestabatque in cocinea chlamyde speciem sanguinis, spinasque in corona, & chirographum in calamo, quo instrumento iam olim nos diabolus etiam suo, rationibusque inscriptos habebat, ut vna cum morte etiam ista simul demoliretur, & rerum naturam ab istis malis purificaret, & pro spinis lignum vitæ largiretur vtendum, & pro sanguine peccatorum, suo sanguine, & terram, & omnes emundaret, & pro maledictione iam in reliquum incolas terræ benediceret, idque his verbis, Beati mites, quoniam ipsi terram possidebunt. Ideo enim nostrum sanguinem gestans, suum omnino sanguinem in terram exhaustum: vnde factum est, ut in ea, pro spinis bona, & vita repullulacerent, ad quam oculos suos dirigens sanctus ille loquutus est, Credo videre bona domini in terra viuentium. Alia quoque ratione spineam coronam gestare videri potest, nimirum ut sollicitudines nostræ vitæ extirparet. Inicit enim scelestus ille, quāquam nolens, sollicitudines nostras super Dominum, non animaduertens futurum esse, ut earum gestatione Dominus omnes in securitatem affereret, quo & sementem verbi à spinis depurgatam haberent,

& in precibus mentem inconuulsam possiderent. Ipse enim in doloribus & curis erat, ut nos doloribus careremus. Atque hinc rursus est quod arundinem accepit, quum illi à diabolo porrigeretur, signato, quod contra seipsum gladium aceret. Dicitur enim arundo serpentibus lethalis esse, atque inde potissimum interficit. Quum igitur ipse Dominus Sabaoth (ut Esaias dicit) fugientem draconem & magnum illum serpentem diaboli persequi statuisset, tū eius rei causa id, quod illi exitiale erat, ab eis accepit, ut suis propriisque rebus debilitate reddito diabolo, iis que Christi erant, homines fortiores redderentur. Quale quid David in Goliath designauit, qui sumpto aduersarij gladio, eo ipso illius caput præcidit. Idem quoque seruator fecit, sumens arundinem ab illis, ut nos non solum liberaret à versutia serpentis, sed & illum serpentem tollerent, & mortuum exhiberet. Ad eum igitur modum circumscribitur sceleratus ille, vidensque se ab illis spoliari, & excidere, quibus aduersum nos efferebatur, & se à terra proturbari, & terram à sanguine & spinis emundari, scique amisisse chirographum & calamum, quo nos in sua cautione describerat, rursus non audenda auerit: sed eo ipse se magis verberat. Quum enim audisset à Domino loquentem malitiosus ille, spiritū quidem promptum esse, sed carnem infirmam, credensque verbum vna cum carne languere & infirmari, nec carnem verbi virtute corroborari, rursus nefaria moliri cœpit, carnificesque irritauit contra seruatores, circūque spinas quas retinebat, voluēbatur, prorsus contrario, quam sperabat, euentu: eas enim tenendo amisit, quas putabat vbi vellet, se resumere posse. Cæterum illas non prius resumere potuit, nisi vbi iam eas maledictione inibi sita liberasset seruator noster, quas quum ille gestasset, tum demum recepit serpens suas spinas & chlamydem, sed iam innoxias nobis, & ipsius tantummodo sceleris indices. Nunc enim diabolus in spinis veluti in stimulis contra nos calcitrat, de quo illo & cocinea chlamyde dicitur. Quemadmodum vestimentū sanguine mixtum non est purum, ita neque tu purus eris, quoniam tertiam meam perdidisti, & populū meum trucidasti. Ideo etiam nunc irritans carnifices contra seruatores, in spinas quasi in stimulos calcitravit, magisque pungebatur quam pungebatur: resumpta enim à Domino arundine, quum milites arundine Christum se pulsare existimarent, hallucinabatur, quippe qui diabolū ipsos irritantem verberabant. Et ut gentes illæ, quæ ascenderant contra Hierusalem, sese mutuo in valle Iosaphat contrucidabant, & persequentes Israël, quum ad riparum margines processerant, in sese manus vertebant, scique inuicem capiebant: Ita nunc quoque illi qui persequēbatur Dominum, semetipsos non sentientes, verberabant, non Domino interim, sed sibi noxij: ut enim, si quis lapidem manu secare velit, lapidem quidem non scindit, sed manum vulnerat, eadem ratione contra Dominum agentes, ut prope contra in corruptibilem, perniciem suam moliebantur, & immortalis mortem intentantes, ipsi in mortem rapiēbantur: & quod pessimum erat, à suis ipsius membris hoc mali illi infligebatur, quod versatissimo illi ad summum vituperium cessit. Omnino enim, si à Domino vapulasset gloria potest

poterat nunc ab illis percuti, quos in seruitutem redegerat, id omne dedecus probrumque transcendit. Sed tamen non illorum verbera serpentes coniciebant: nihil enim tale poterant, idem illi & homines & carnifices, sed ut dolori illi erat contumelia à Iudæis illata, ita verberibus arundinis vi Christo impulsis consueciabatur, ea specie simulationeque vsus serpentem in spinis comprehendit, quem, dum ut homo vapulat, à tortoribus verberari concessit, ut quum vellet ille gloriari se Deum esse, aut iactare quòd Dominum tentando adortus esset, diuerberatus à carnificibus, summum dedecus vituperiumque referret. Eueniunt autem illi præter omnem expectationem. Nam quum vim suam exerceret, per eos qui contra Dominum oclamabatur, non animaduvertebat se loco illarum vociferationum, taciturnitatem è regione subinducere, exacerbansque Pilatum, non intelligebat se pro timiditate, locum, vicemque fortitudini præparare, & incitans ut Dominus verberaretur, profus non sentiebat se frustrari, emergente, per eam occasionem, malorum tolerantia. In summa, debacchans, insaniensque contra seruatores, non videbat se virtutem contra malitiam obarmare. *Omni enim malitia & nequitia gaudet inimicus, & quicquid prauum, id diabolo pro armis est: siquidem formido mortis, dum periculum arceri intendit, peccatum suadet. Ideoque Christus sustinuit omnia, ut formidini fortitudinem, contumeliæ patientiam, furori mansuetudinem, & in summa, omnem virtutem omni malitiæ opponi posse demonstraret. Ac primum quidem docuit, verberanti maxillam etiam alteram esse obuertiendam, neque metuendos eos qui corpus occiderent: & tunicam auferenti, non esse eam reposcendam, & persecutoribus benedicendum. Ac ne impossibile istud præceptum apud nonnullos videretur, omnia in se consummata declarauit, & ex eis quæ passus est, docuit omnes contumeliose habitos, non retorquere contumelias, & verberatos non reuereberate, & illusos non irasci, & ab eo qui auferret nostra, non reposcere, & in summa non expauescere mortem, sed eam contemnere spe futurorum. Sic enim facilius de diabolo, omnique malitia victoria obrinetur, quam si nos ipsi vindicemus. Vindicantes enim, & iniuriam vicissim iniuria retaliantes, & contumelias contumeliis pensantes, augemus contra nos ipsos malitiam, nec tam inimicos quam nos ipsos lædamus, quum pro condemnatione & iudicio olim ob eam iniuriam habendo, ipsi nostra hac poena vtamur. Cæterum vbi iniuriam, sicuti Dominus fecit, tolleramus, & conuicatoribus patientiam opponimus, & minantibus impavidum pectus, & mortis spem immortalitatis, protus istiusmodi rebus discrutiamus inimicum, sub istiusmodi panoplia succumbentem, quo genere armorum Paulus nos communiens, inquit, induite armaturam Dei, ut possitis resistere diaboli insidiis. Atque ita ad tolerantiam Domini euenit illud, quod dicit: Videbam satanam cadentem de celo, ut fulgur. Statim igitur postquam ita fortiter se gessisset Dominus, & cecidisset inimicus, imposuerunt ei crucem, in signe reuera victoriæ, monumentumque inuiti contra se ipsos inducentes. Quamdiu enim stabat inimicus, tenebant ipsi carnifices lignum, qui vbi lapsus & direptus esset, tum trophæum*

*Ephes. 9.
Iuic. 10.*

suscipit Dominus, & sibi baiulauit. Siquidem debebat victorem iam triumphantem de diabolo, non alteri concedere, sed sibi suum trophæum gestare. Resumpsit autem simul cum trophæo vestimenta sua ab illis, abiturus ad mortem, ut ea simul cum morte exueret, fecitque eos accelerare qui ipsum ducebant. Quum autem dueretur, secundum Ioannem, sibi crucem baiulabat, secundum alios Euangelistas, Simon homo Cyrenæus crucem ferebat. Est autem illud non contrarium Ioanni: non enim Ioannes contraria scribit reliquis Euangelistis, sed vtrumque in eo factum est. Nam & sibi Dominus crucem portauit, eandemque & ipse homo Simon tulit: quum igitur contra diabolum trophæum baiularet, principio quidem suam sibi crucem ferebat. Vltro enim ad mortem tenebatur, ac rursus eandem gestauit Simon homo, ut omnibus innotesceret Dominum non suam mortem, sed hominum obire. Rebus ad istum modum constitutis, cum festinatione ad locum vadit, vbi eum in crucem ascendere oportebat, ut chirographum nostrum quod inimicus abstulerat, affigeret cruci, & spoliatis vestibus principes & potestates, cum fiducia eas traduceret & ostentui haberet, in ligno triumphans de illis, exhiberetque euulsam ex dracone hominis, & deinde proprio sanguine adaspergeret, & emundificaret terram. Id quum facturus esset, exuebat vestimenta sua. Decebat enim quum hominem introduceret in paradysum, exuere tunicas, quas Adam accepit, quum è paradiso eieceretur. Quum enim ille peccasset ac deinde moriturus esset, accepit pelliceas tunicas ex morticinis animalium factas, in signe notamque mortalitatis ob peccatum sibi infligat. Cæterum Dominus omnia nostra, propter nos recipiens, induit ea, ut rursus exueret, & pro istis nos vestiret vita & immortalitate. Induit etiam cum illis tunicam inconfutilem, desuper in totum contextam, ut vel inde Iudæi crederent, quis nam esset ille, qui eam induisset, eum non scilicet è terra, sed Verbum esse, quod aduenerat superne, ipsumque non diuisibile, sed indiuisibile esse Patris Verbum, & hominem factum corpus accepisse, non ex viro & muliere, sed ex sola duntaxat virgine, idque contextum artificio Spiritus. Vnde carnifices alia vestimenta diuidunt, quum essent diuisibilia, & in quatuor partes distinguerentur, idque ea de causa, quòd pro peccatis quadripartiti orbis in Orientem scilicet, Occidentem, Boream, & Meridicem ea gestabat, quæ spectans Ioannes, indutum eum narrat, ecce, inquit, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hanc tunicam solam scindere non potuerunt, metra eius signi, quod per eam denotabatur: neque tamen hoc illorum, sed suspensi Saluatoris opus erat. Nam quum pederet ut homo, principatus persequebatur, diabolum comprehendebat, carnifices deterebat, ne tunicam scinderent, ut ea manente maneret & Iudæorum probrum, quod non multo post accidit, nimirum quum velo scisso, tunica Christi ne à carnificibus quidem diuisa est, sed integra mansit. Manet enim semper Euangelium integrum, quum vmbra diuidantur. Cæterum, quum exutus vestibus propetaret ad mortem, diabolus rursus videns alacritatem Seruatoris, & se è cælis delapsum ad terram, & nunc è terra submoueri, non habebat quod ageret: omnia enim illi plena tumultu & consilij inopia erant, qui

qui nec manere potuit, & rursus fugere exhorrescebat, in memoriam tamen quod morientes in terra oporteat mori, secundum quod scriptum est, Terra es, & in terram reuertens, non ansus est in terra manere, & ne ibi comprehenderetur: quod igitur reliquum erat, in aërem subolauit, ut saltem ita Dominico corpore humi posito, liberum sibi aërem retineret: verum Dominus etiam ibi humaniter agens hominibusque studens, humi non est mortuus, sed in aërem ascendit per crucem, ibi quoque serpentem persequens, ut etiam inde principem potestatis aëris deturbaret, & spiritualia nequitia deiiceret, ac ne sic quidem terram immediatam relinqueret. Nam quum ita penderet in cruce, & aërem purgavit manuum expansione, & terram redemit sanguine, & lateris sui cruore abluit. Quid igitur supererat quòd ita patiendò ageret contra inimicum, quum ille & è celo iam delapsus esset, & à terra lumbricos, & ex aëre depulsus, ac iam in magno probris versaretur: quòd quum magna de se iactasset, nihil omnium efficeret: vnde quaque igitur victus, vbi que & auxiliij & consilij inops, ita tuebatur apud se saltem infernum defendere. Is enim solus illi locus reliquus erat. Verius igitur, ne & illuc quoque penetraret, seque inde expelleret, & omnes sibi haereticos in libertate vindicaret, omnia miscbat, omnia agitabat, omnes in auxilium accerserat, rursusque irritauit Iudæos, ut in Dominum conuicia iacerent, risuque & contumelia infestarent. Et si quid omnino ex telis armisque illi supererat, id in Dominum immitterebat, si quo modo illum hac ratione peccato obnoxium deprehenderet: Iudæi igitur subfannabant Dominum, dicentes, Si Filius Dei es, descende de cruce, sed Seruator noster reuera Dei Filius, non fugiendo mortem, sed eam expectando, conculcandoque innotescere voluit, quòd ipse esset Filius Dei, & ipsa vita. Poterat enim de cruce descendere, qui alios excitauerat è morte, sed descensus ille specimen prætulisset fugientis mortem: contra, permanere in cruce, nihil aliud quam documentum erat, eum qui in cruce permanebat, vitam esse. Quapropter magnæ curæ fuit diabolo, ut dominus istiusmodi vituperijs pulsaretur, optabatque eum de cruce descendere, ne inter mortuos versaretur, ut ille sic illis abiret, & ipse mortuorum dominium retineret. Metuebatur siquidem, ne secundum illam scripturam ascendens in altum crucis, captiuam duceret captiuitatem, & acciperet dona in hominibus. Suspiciatus est enim, num ipse is esset de quo hoc scriptum erat. Vnde rursus concitat Pharisæos veterator ille, eosque frustra inducit, ut se credituros polliceantur, si de cruce descenderet. Omnia autem mouebat, & quiduis præter animi sententiam promittebat, modo efficere posset, ne moreretur, & ad infernum descenderet. Denuo igitur Iudæis auctor fuit, ut diceret, Alios saluos fecit, se ipsum saluare non potest. Si rex Israel est, descendat de cruce, & credemus ei. Minime autem credere volebat Iudæos ille incredulitatis magister draco, sed Dominum mortem euitare cupiebat, non quòd discere satageret, an posset ille se ipsum saluare sed ne aliis salus efficeretur. Nā quum omnino cognouerat eum seruasse alios, ambiguit ei esse non poterat, quin ille qui aliis dedisset salutem, is ipse esset Seruator & vita. Ea igitur de causa conuiciabantur, ne aliis salus conciliare-

tur. Nouerat enim ille versutus non moriturum quidem esse dominum, sed illius mortem salutem & vitam futuram esse vniuersis: idcirco eum de cruce descendere cupiebat, faciebatque Pharisæos se promittere credituros esse, si saltem vel eo modo consequeretur, quæ volebat. Dominus autem reuera Seruator, qui non sua, sed nostra quereret, non in se saluando, sed in creatura redimenda Saluatorem se esse innotescere volebat. Non enim medicus, eò quòd se ipsum seruat, declaratur medicus, nisi simul & ægrotis suam artē exhibeat. Neque ite sol suū iubar in se contrahens, pro lumine agnosceretur, nisi etiam orbi terrarum suos radios exporrigat, & tenebras illuminet. Ita quoque & dominus non se ipsum saluauit, siquidem nulla salute indigebat, quum esset Saluator, sed ex suis in alios beneficiis voluit Saluator declarari. Neque descendendo de cruce voluit Filius Dei agnosci, sed ex eo quòd in cruce permaneret. Multo enim magis mors Saluatoris, & fidem & salutem hominibus attulit, quàm descensus è cruce attulisset. Certe pendente in cruce domino, monumenta aperiebantur, & qui ibi sepulti iacebant, viuificabantur, & suspensus latro credebatur, ut ostenderetur & reuera Saluator esse, & dum moritur, fidem sui fecundare. Ad ista iam deinde vere obstupuit diabolus, & magna in anxietate hæsitacioneque derinebatur. Videbat enim se latronem in cruce amisisse: eumque, cui olim persuaserat latrocinium, nunc fidem recepisse: & quem concitauerat blasphemias dicere illum ipsum videbat iam Dominum adorare, alterumque latronem increpare. Illud de latrone illum pessime habebat: quòd quem ut latronem occiderat, eum transferri ad paradysum conspiceret: videns autem omnia sua arma deiecit, nec vllum sibi esse præsidium reliquum, quod non à Domino esset contusum, secundum illam Scripturam: Inimici defecerunt frameæ in totum, & ciuitates detraxisti: Hinc ergo turbatus & anxius animi, tentauit deinde Saluatori bibendum dare acetum cum felle, non sentiens hoc ipsum se contra se ipsum instrere. A mariuim enim iræ ex præuaricatione legis obortam, in qua omnes detinebat, Domino porrexit: quam ille accipiens absumpsit, & euacuauit, ut pro aceto vinum quod miscuit sapientia, nobis potandum daret, & pro felle dulciora melle & fauo eloquia nobis elargiretur: & pro eo quòd nostra gustasset, diceret vicissim, Gustate & videte quoniam suavis est Dominus. Postquam autem etiam isthic exciderat, & spoliatus esset, iam in reliquum deinde tempus eum suspicio tenebat, quum tanta conspiceret se non contra hominem, sed contra Deum arma moliri, nimirum quia videbat rebus quibus omnes capiebat, nunc se miserè frustrari & confundi, & potius se ipsum concidere, quàm alios deiicere. Cedere igitur iam inde parabat, & tergum dare fugæ. Cernens enim eundem & in cruce pendentem & mortem persequentem, in metu fuit, ne is ipse esset, de quo scriptum erat, Exaltabit Dominus ut misereatur nostri: ac proinde omnia statuerat relinquere, ac fugere, inuidens interim iis quos ille misericordia profequitur esset. Cæterum Dominus reuera Saluator, noluit illum ita illegitimum discedere, neque opus suum imperfectum deserere, neque deditos, addictosque inferno, relinquere inimico. Magno igitur stratagemate &

Esa. 52.

mirabili opere vsus est. Nam quum cerneret illum alioqui audacem metu iam contractum, tremementem & expauescentem, rursus sese lapsabundum simulat, vt hostem in congressum venientem plane edomaret. Siquidem draco ille volebat mori Dominum, neque in ligno pendere: Optabat enim eum de cruce descendere, & non mori: sin autem non descenderet, saltem eum in ligno manere, & non mori. Metuebat enim ne fieret quod scriptum erat, Spiritus Domini super me, eo quod vnixerit me, vt euangelizatem pauperibus misit me, & pradicarem captiuis remissionem, & carnis recuperationem vsus. Idcirco metuebat, ne is esset ille vnctus, & in legationem mittendus ad omnium liberationem. Omnibus igitur nudatus optabat saltem imperiū inferni sibi retinere. Nota siquidem ei formido fuit, num is esset qui tenebras illustraret, de quo ita scriptura loquitur, Galilæa gentium, populus ille, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Nam & ipsam audierat Christum ita loquentem, Ego sum Lux: quam ob rem metuebat, ne & ille moreretur, & ipse ex omnibus eiceretur. Dominus porro quum eum ita fugam adornantem conspiceret, metuens ne fuga elaberetur, voces humanas emisit, & voces imbecillitatis simulauit, dicens, Heloi, Heloi, lamabachthani, hoc est, Deus meus, Deus meus, cur me dereliquisti? Et hoc fecit, ne diabolus ab eo quem vt hominem antea contempserat, nunc autem vt Deum exhorrescebat, fuga se subduceret. Certe istis verbis inductus ille vndeunque sceleratissimus sub manus venit, dominumque adoriens contractus est. Persuasit enim Iudæis vt eum ad cædem mactationemque deposcerent, cæterum id euenit, quod minime expectauit: mactatus enim est, nō alibi, quam in latere ad costas, ex quo effluxit sanguis & aqua: vt quoniam prius per mulierem è costa formatam profuxerat deceptio, ita nunc per costam secundi Adæ, redemptio & emundatio prioris Adæ dimanaret, & per sanguinem redemptio, per aquam vero emundatio obtingeret. Ea res igitur diabolo non ex sententia successit, quum morte ea quam metuebat, mortuus sit dominus, ac ipse spoliatus sit, qui dū sperat se posse Christum morte superare, ipse potius mortuus esse deprehenditur: & quum se iactasset, quoddam homini insidias posuisset, fecit vt homo pro Deo agnosceretur. Simul enim, vt ille moriebatur, rerum natura suo sole destituta fuit, velumque templi scissum est, terra quassata, petrae distruptæ, milites cum ianitoribus inferni metu exhorruerunt. Ex quibus videre erat eum nō hominem, sed Deū teneri in corpore humano esse, quemadmodū spectatores dicebant: Vere hic est Filius Dei. Nam & multa monumenta ad aperta sunt, & eorum mortui resurrexerunt. Plane cæca res est malitia, quæ quum crederet se vnum occidere, omnibus simul spoliata est: & dum speraret se vnum ad inferos deportare, ab inferis expulsa est: ac proinde omnibus rebus deprehensum est, Dominum nō imbecillitate naturæ mortuum esse, sed quoddam mortem ad cædem necemque persequutus sit, vt ea abolita, omnes liberaret, quotquot metu mortis per omnem vitam obnoxij erant seruituri. Nō magnū in medio interuallum, & dolores inferni soluit, & alios excitauit dicens, Surgite, abeamus hinc. Ipse autem resurrexit, ac descendit, ac pro ludibrio habuit illius audaciam, vt

Esai. 9.

Ioan. 3.

Psal. 21.

in hymnis præcantatum fuit, loquente spiritu, Qui habitat in cælis, iridebit eos, & dominus subfannabit eos: ludibrio certe plane habetur, ita illusate rebūque illi præter animi sententiam cadentibus, inlar miseri animalculi vespe inuadentis petram, nec suo adortu quicquam ludentis, quum potius aculeum suum elidat: ita quoque diabolus frustratus est, confingens cum vita, hoc est, cum Christo. Non enim eum morte superare potuit, sed potius aculeum suum amisit, vt quos antea terrebat ille stimulus, nunc ab illis conuictio incessatur, quum dicit, Vbi mors tuus stimulus? vbi inferne tue victoria? ac rursus, In deglutitione mors fuit, postquam inualuerat, & rursus, Abstulit Deus omnem lachrymam ab omni vultu. Postmodum eiectus ille miser ex inferno, sedensque ad limina, conspicatus est omnes suos vnctos virtute Christi educi, & mortuos reuiuiscere, & captiuis dimitti, & omnes sanctos qui cum Adamo erant, obuam tendere, omnemque planibus strepere, quemadmodum scriptum est: Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuencularum tympanistratarum, cœque qui liberabantur; gaudio exultare his verbis loquentes, in conuertendo domini no captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati, tunc impletum est gaudium os nostrum & lingua nostra exultatione. Nam & Angeli, & omnis exercitus Angelorum, hymnos canentium, ac dicentium, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, & in hominibus bona voluntas, obuam iuenculis animabus, quæ in libertatem asserebantur, procedere, animæque cum Angelis cœcurfare Patriarchis prodeuntibus, omnia vndeunque lætitia & Psalmis triumphalibus de victoria mortis resonare, sicuti olim sub Dauide, quum iam prostratus iaceret Goliath, chori puellarum cum tympanis accurrentes dicebant, Percussit David per myriades. idem quoque factitatum est in morte Saluatoris, cui a morte resurgenti omnes occurrente cum choris, carminibus & tympanis sese mutuo incitantes, Agite quæso, exultemus Domino, iubilemus Deo Salutari nostro. Alij inter tripudia dicebant, Ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona in hominibus. Alij rursus omnes ad spectaculum deuocabant dicentes, Iubilate Deo omnis terra, Psallite nomini eius: ac rursus, Venite & videte opera Domini, terribilis in consiliis super filios hominum, auferens bella vsque ad extremum terræ. Non enim iam amplius inimicitia & bellum, sed omnia pacata sunt, hoste profligato & extincto & tyranni pedibus manibusque colligatis. Alij rursus memores violentiæ diaboli, iugentiumque illius insidiarum, eumque nunc iacere extinctum conspicantes, cum admiratione dicunt, Quomodo cecidit è cælo lucifer, qui mane oriebat? & quomodo contritus, & contractus est malleus vniuersæ terræ? Siquidem cum admiratione omnes stupebant. Mirabantur enim magnum illum tyrannum ita derepente mortuum prostratumque iacere, nec inueniebant causam prostrationis, maxime quia persuaserant sibi, morte mortem aboleri non posse: neque in crucem tantum serpentem tolli posse, vnde rursus præ admiratione dicebant, Quomodo capta est Babylon? videbant enim infernam spoliariam. Hæc quum infelix ille simul audire & cernere cogere, furebat præ

infania

insania, & luctu atterebatur, seque ita spoliatum cernens, eosque qui olim sub eo in luctu & ploratu agitaerant, nunc in Domino psallere, præ indignitate rerum distumpere seipsum, maxime quod tantum sui cōtempium insultationemque animaduerteret, non potuit non seipsum lacere, nec sciōsque quid ageret, solū dentibus stridebat, vt Psalmographus qui illū viderat, testatur. Obferuabit peccatorum istum, & dentibus super eum frendet. Dominus autem iridebit eum, & rursus, Peccator videbit & irascetur, dentibus suis frendet & contabescet. Stridebat autem ideo dentibus, quia dolebat se vnquam cum Christo congressum esse. Sciebat se quidem antea temerarie audacem fuisse contra iustos, sed vt nihil vnquam tale experiretur. Nam quamquam & Abeli insidias posuisset, & Patriarchas afflixisset, & Esaiæ insidias posuisset, & Hieremiam contumeliose habuisset, & Iob tentasset, mors tamē æque iterum inualecebat, regnabatque ab Adamo vsque ad Moysen: nunc autem quum suuili audacia aduersus Dominum vsus esset, se plane Hirum factum esse, & vndeunque depulsum, ab hominibus supplantari animaduerebat; ac tale opus non nisi Saluatoris esse, vt qui non modo solus ipse morti illuderet, sed & nos quoque morti superimponens, eam conculcandam daret, vt non solum nos à seruitute vindicaret, sed auctorem seruitutis conficeret, ne rursus inualecens nos supplantaret, victoriamque suam irritam faceret. Quapropter ipse quum illudisset morti, nobis eam conculcandam tradidit, quod his verbis indicat, Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potentiam inimici, & rursus conculcabis leonem & draconem. Olim enim serpens deceperat Euam, & eius inuidia mors in orbem venit: nunc autem conculcatur, & volens decipere, audit, Vade retro satana. Olim aduersarius noster diabolus, vt leo circuibat, sitiens nostram animam. Nunc autem cum dracone conculcatur, ac deinceps breui Dominus conteret satanam sub pedibus nostris, ac iam tantopere despiciatur ac ludibrio esse, vt qui in cauernam aspidum manum inserat, non reformidet. Hæc enim Esaias prophetauit, & verum est quod dixit. Pueri certe voluptatem olim grâdeos decipientem iam impræsentiarum derident: & qui nondum sunt legitime ætatis, ea castitate, quæ supra legem est, lumbos suos accingunt: & virgines permanentes, ratione calcant serpentinæ voluptatis astutias, nihil veriti illius lethales morsus. Quin & aliqui ipsum stimulum diaboli pedibus prementes, mortem minime exhorruerunt, & vitam suam cum morte commutauerunt, martyres Verbi effecti, ea enim de causa Dominus mortuus est. Multi quoque rebus terrenis humi relictis, libero subuolatu in aërem penetrant, & in cælo cōuersantur, nihil iam metuentes principem aëris, sed si prohibere velit, potius increpantes sub his verbis, Apage te in tergum satana, quoniam Dominū Deum meum festino adorare. Ideo enim in aërem cruce sublatus est Saluator vt via paradisi, quæ olim clausa erat ob peccatum, nunc volentibus pateret, quæ admodum Paulus testatur, qui eo loci raptus est, & in cælos ascendit. Ideo Dominus illius serpenti, & infernus deuastatus est, profligatusque mortis imperio omnes resurgunt, neque iam de-

inde diabolus aduersus nos insurgit. Cecidit enim, & plane iam super pectore & ventre prouoluit: resurrexit enim Dominus, & homines didicerunt aspernari diuitias corporales, quippe qui verbo & scientia ditescant. Ille autem draco, qui se diuitem gloriabatur, denudatus est, & iam Hirus & pauper omnia sua spolia amisit. Qui quū olim medius inter cherubinos versabatur, omnique lapide precioso redimitus, Sardinia, Iaspide, Achate fulgebat, nunc in papyro & arundine, & ruderibus dormit, vt in Iob de eo refertur. Ideo enim Deus pauper fuit, vt nos illius paupertate ditesceremus, & diabolus nudaretur. Et quod mirabile est & magnum in rerum natura, homines ad mortem properant optantes aduentum Domini, quum miser in creta diabolus, qui olim imperia mortis tenebat, Saluatoris aduentum reformidet, & iudicium exhorreat. Nouit enim sibi præparatum ignem, & Angelis suis. Eaque de causa iudicium subiit Dominus, vt nos à iudicio liberaret, illumque condemnaret. Cæterum de diuina cognitione in omnes & omnibus in locis quid opus est loqui, quum ex iis quæ fiant, quisque sibi fidem hauriat? Non enim vlla dies præterlabitur, in qua non aliqui idola relinquunt, suasque & patriæ leges inficiunt, & ad Deum confugiant, & Christi leges recipere concupiscant, incredibili admiratione in eum credentes. Qui enim hactenus idololatæ, & Christum vt hominem vilipendebant, eundem postea Deum esse agnoscentes, destituunt idola: & quos demones in idolis metuebant, eos ad Dei cognitionem peruenientes, derelicti habent, & ab aliis expellunt: & voluptatem, cui in idololatria sua metuebant, in Christo nunc aspernantur. Et peccatum quod illos tum superabat, iam signo crucis vincentes despiciant habent, & ludibrium putant. Et profus nullam fidem virginitati habentes, & impossibile esse dicentes eam virtutem in hominibus reperiri, iidem vbi iam credidere Saluatori ex virgine nato, non solum eam in aliis esse agnoscent, sed ipsi eam pudicitia & sanctitate corporis præstant, & vicissim ab Ethnicis ipsos iam tales esse factos credi non potest. Hinc iam ociosa obliteratæque est omnis magia, & vniuersa Græcorum infatuata est sapientia. Nam in rebus diuinis, non verbis, sed factis opus est: nec pronuntiatio linguæ, sed animi affectus prodest. Ethnicus igitur verbis non capiunt illa, quæ fide Christiani repræsentant. Et quæ verbis agunt magi, hæc martyres Christi non verbis, sed rebus exhibent, & de qua virginitate ambigunt magi & Græcorum Philosophi, hanc in Christo mulieres demonstrant: & demones, quibus, vt diis, ethnici supplicant, eos pueruli in Christo persequuntur. In summa ille Christigerulus vir, vt Deus in terris, mala ab hominibus depellit, & vndeque quasi cum sole circumambulans & collustrans, iubar suum diffundit, cœlestemque vitam præ se fert. En tibi vnum ex fortibus crucis factis: en quæ mors tibi Saluatoris efficit: non enim opus est hominis, sed Dei. Atque ideo vti homo passus est, vt hominibus ea quæ sunt, super hominem & diuina largiretur. Illius enim sunt iste in hominibus efficacis, in agendo præstantia. Nam si Paulus loquatur, nō est alius qui in eo loquitur nisi Christus: siue magna & mirifica faciat, non est alia quam Christi gratia, qua ille operatur. Nam ta-

Esai. 53.

Cetera. Libe- rano, qui à cōtinentia 17. quam inpossi- bili abhorret.

metu in omnes venerit cognitio Dei, non tamen ea hominum doctrina est, sed Verbi, quod descendit, ut esset intercessor mediatorque Dei & hominum: ita enim scriptum est, iam quod Iudaei olim retulerunt, id nunc completum vident: ita enim in scripturis habetur, Erunt omnes dociles Dei, quemadmodum & Hieremias scripsit, Ecce dies veniunt, dicit Dominus, ac deinde ista verba subiungit, Et non docebit quisque fratrem suum, dicens, Cognosce Dominum, quin omnes me cognoscent, à minimo usque ad maximum, quod misericors sum in causis eorum. Alioqui quis est, qui eos in idololatria, ita penitentia stimulat nisi Dominus? aut quis est, qui eos inde abducit, etiam servientes idolis, nisi ipse Christus, qui dicit, Quum exaltatus fuero, omnes traham ad me ipsum? Nam id certe pro ingenti miraculo habendum, quod etiam nunc idololatriæ servientibus mens aperiat, ut intelligant eos, quos hæc tenus pro diis habuerit, ligna proflus & lapides esse: & quem iridebant ut crucifixum, hunc non pro homine, sed pro Deo agnoscant. Non igitur istius doctrinæ homo magister censendus est, sed is, qui solus mentem intuetur Deus. Beata nimirum & vivifica crux Salvatoris, quæ de morte triumphasti: & eum, qui mortem in sua potestate habebat, diabolum sustulisti. O divine sermo & reuera sapientia Patris, tu versuti illius faciem aperuisti, & sinus plicis quæ pectoris illius denudasti, ut & nos dicamus: Non enim illius cogitationes ignoramus, mortalium amator & bone Domine: Tu nos captivos redemisti, & servientes peccato tua propria morte liberaisti. Scimus quod à peccato liberati sumus, & pacificator filii Dei. Tu nobis filio- rum adoptionem reddidisti, & vbi nos tuo Patri reconciliatas, inimicitiam in carne aboleuisti. O opulente Saluator & reuera rex. Tu pauper fuisti, ut nos tua paupertate disceremus: Tu nobis regnum cælorum largitus es. O creator & conditor omnium, Verbum Patris: Tu nos denuo reformasti, tuæque creaturæ sumus conditi ad bona opera, lumen reuera & iubar Patris, Tu enim nos in tenebris illuminasti, & non videtes in lucem produxisti, & forma & imago reuera Patris. Tu enim nos perditos formasti, & imaginem Dei nobis restituisti, Deus, Verbum, & proflus vita. Tu nos mortuos vivificasti, & corruptos renouasti, induens nos immortalitate. Virtus, reuera & brachium, & dextera Patris. Tu enim dolores mortis soluisti, ianuas æreas, & vectes ferreos confregisti, ut scriptura dicit. Tu & serpentem diabolum, hamo escæque humanæ carnis circumegisti per crucis trophæum, tuo ductu diuinòque auspicio omnes eum conculcant, omnes ei illudunt. Te enim primum in illum insultante, initium creaturæ incepit esse, cõditæ ad hoc, ut illi insultaret. Te illum prosternente, omnibus oborta admiratio est ut in hæc verba prorumperent: Quomodo cecidisti è cælo Lucifer, qui mane oriebaris? Teque sapiente ab illo chirographum, affigentque illud cruci, omnes in illum conuicia iactant, dicens, Quomodo nunc requiescit? quomodo inquam requiescit exactor, & in oñium datus est accelerator? contumit Deus ingum peccatorum. Iam enim posthac ei subternitur putredo, & vermis efficitur eius operimentum, nec est ut quisquam vltius draconem metuat, sed de te. Et per te Patrem adoptamus. Ad istum modum igitur Deus, vbi primum

resurrexerat, insultavit morti, & nos ab ea liberauit. Iudaei, ne ista quidem videntes, ad pudorem redigi potuerunt, ignari contra seipos ea se moliri, quæ in Dominum audebant: & in tradendo Christo, Hierosolymorum se traditionem prouocare, dicente Propheta Hieremia, Tradita traditur Hierusalem in manus Nabuchodonosor regis Babyloniz. Neque conspiciebant, quod quum non vellent seruire Domino, se in seruos diabolo subiicerent, & que ancillarentur ad insidias Christi. Ignorabant enim in expetendo Barrabam, & in occidendo Dominum, quod ipsi vitam Barrabæ acturi essent, futurumque esse, ut cædes & seditiones apud ipsos magis ac magis increbrescerent. Abiicerent vero Christum, lucem à se & veritatem, & quicquid est Christum abiicerunt, ut Esaias dicit, Ecce enim dominator Dominus Sabaoth, auferet à Iudæa & Hierusalem, validum & validam, vires panis & vires aquæ, gigantem & robustum, Principem & bellatorem, & Iudicem & Prophetam, & coniectorem, & presbyterum, & præfectum quinquaginta militum, & misericum consiliarium, & sapientem architectum, & prudentem auscultatorem, & præstitum illis principes adolescentes: & illusores iis dominabuntur. Illudebant enim infelices illi Domino, & non animaduerebant illud Propheticum cõtra ipsos adimpleti, quod ita dicit, Illusores dominabuntur eorum. Hoc enim est illud mirabile Saluatoris, quod dum crucifixus pateretur pro humanitate, interim illuserit mortem, ut contra Iudæos implerentur ea quæ scripta erant. Quod autem lux ab illis ablata sit, ita testatù inuenies in Hieremia. Verbum quod factum est super Hieremiam in omnem populum Iudæ, vbi deinde istam vocem subiungit: Auferam ab illis vocem lætitiæ, & vocem gaudij, vocem sponi, vocem sponsæ, odorem vnguenti, & lumen candelæ. Nihil tamen ob id segniores fuere ad tradendum gentibus. Saluatorem neque viderunt, etiam tum cæcuentes, quod ipsi non ita diu postea dispergendi essent inter gentes, & quod in eorum hereditatem contra ipsos ingressuri essent ethnici, quemadmodum scriptum est: Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, redegerunt Hierusalem in speciem tugurioli, vbi excubant custodes pomorum. Neque senserunt, quum inficiarentur Dominum regem suum esse, se spoliarum Dauidico honore: siquidem illi repositum erat Dauidis regnum, & vsque ad aduentum Saluatoris id propagatum fuit, teste Patriarcha Iacob, ita dicente, Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec venerit ille cui repositum est, & ipse est expectatio gentium. Et renudantes Dominum, ac verberibus multantes, non animaduerebant se ab eo renudari, & quod planctum aduersus se proritabant: dicit enim Dominus, Auferam vestimenta mea, & lintea mea, ut non tegam turpitudinẽ illius. Et rursus ideo in planctu erit & luctu, incedet discalciata, & nuda, facietque planctum veluti draconum, & luctu veluti filiarum Sirenum. Et quum iniicerent chlamydem coccineam, non prospiciebant quod aduersus se impleverint criminationem illã Spiritus sancti, Quoniam manus vestræ plenæ sunt sanguinis. Lati porro quod Christum spinis circumdarent, ea cæcuentia fuere, ut non perceperint ipsos sibi has spinas circumponere

Scriptum

Scriptum est enim, Obtuspeccite, legite qui in fiducia fuitis, exuamini, nudæ sitis, circumcingite lumbos, & super vbera vestra planctum facite, ab agro desiderij, & à vite germinationis. Terra populi mei spina, & senuum ascender, & ex omni domo tolletur lætitia. Irudebant Dominum quasi qui se faceret filium Dei, nec videbāt se eo modo abiicere adoptionem filiorum, ut ipse protestatur, dicens, Filios genui & exaltaui, ipsi autem me contempserunt, Ecce relinquitur vobis domus vestra. Dederunt illi in potum acetum & fel, & in hoc ipso quoque mira eorum cæcitas. Deus enim vineam ex Aegypto transtulit, & plantauit eam, & expectauit ut ea perciperet fructum, uam & vinum. Illi cõtra vecordes pro vino acetum, pro vna reddiderunt fel, insignia scelerum Sodomitarum in hoc ipso ostendentes. Nam & illorũ vna, vna fellis est, ut in Deuteronomio scriptum est. Ideo enim Dominus & Saluator noster, cum sciret istiusmodi fructum ab illis prouenturum, prædixit illis parabolam de vite, & quod ab illis auferendum esset regnum cælorum, & dandum esset genti facienti fructum eius. Ad hæc diuisere carnificibus vestimenta Christi, profus inmemores se inter gentes diuidendos esse, quum Propheta ita dicat, Ecce dies veniunt, & diuidentur spolia tua in te, & simul inducam omnes gentes in Hierusalem, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & polluentur fornice. Et rursum, Et rubigo deuorabit eorũ prædia. Quemadmodum & Michæas dicit, In illa die assumetur in vos parabola, & plorabitur ploratus modulatis, sub his verbis, Arumna arummosa facta est portio populi mei, metata est in funiculo (sive decempeda) nõ erat qui impediret, ut auerteret, agri vestri centuriati sunt: & ut compendio dicam, quum ita audaces temerarique essent aduersus Dominum, diem illam aduersum se prouocauerunt, quam prædixit Propheta. Dies enim iudicij Domini, & talionis iudicij Sion, & vertentur valles in picem, & terra eorum in sulfur, & erit terra eorum ut pix quæ ardet nocte & die, & nõ extinguetur in æternum, & ascendet fumus eius sursum in generationem, desolabitur, & habitabunt in ea volucres, & herinacæ, & ibides, & corui, & inducentur in eam funiculos geometrizæ eremi, & onocentauri habitabant in ea, principes eorum non erunt, & magnates eorum erunt in perniciem, & pullulabunt in ciuitatibus eius ligna spinea, & in propugnaculis eius, & erunt stabulum Sirenum, & gustium strutionum, & inuicem occurrent daemonia in onocenturos: & clamabit alter ad alterum, ibi requiescent onocentauri, & ibi herinacæ suum nidum fecit, & seruauit terra campos suos cum securitate. In has calamitates inciderunt Iudæi, quum putarent se Christum occidere. Hæc contra seipos prouocauerunt, dum in clamant contra Saluatorem: ob ista cõdemnati sunt, dum volunt condemnare Christum. Quisquis volet accedat, faciãque se arbitrum inspectoremque, & non ex rebus in obscuro latentibus, sed ex claris euentis veritatem colligat, & videat quisnam sit Dominicæ mortis fructus, & quodnam Iudaicam insidiarum emolumentum. Siquidem Saluatoris mors orbem terrarum in libertatem assenuit, causamque dedit, ut gentes Deum glorificet. Iudæorum furor Iudæos cum ipsa ciuitate deleuit, & in Dei cognitione occæcavit, Mors Christi

mortuos viuificauit, Iudæosque suamet insidia vita spoliauerunt. Crux Saluatoris. Ecclesiam gentium quum deserta esset, colonis habitatoribusque frequentauit. Iudæi contra malitia orbem terrarum sibi intercluserunt, in habitabilemque reddiderunt, ut qui ne iam quidem ciuitatem vllam habeant. Et rursus, Mors Saluatoris regnum cælorum ostendit. Iudæi contra suo furor suos reges perdidit, & magnates amiserunt. His accedit, quod crux Domini Angelos hominibus consociavit, & interpres conciliatrixque eorum amicitia fuit: Iudæi contra insidiando contubernium, societatemque domicilij cum demonibus luertati sunt. Morsque item Christi dimisit hominibus peccandi brutalitatem: Iudæi vicissim furorẽ suo obbrutuerunt, & nunc cum Sirenibus, & herinacis, & strutionibus, ex similitudine mortum consuetudinem habent, ita absurdi iam moribus ut ipsi onocentauri. Quum pro iure apud ipsos iniustitia recepta sit, pro mansuetudine rabies, eadẽ instar serpentis. In summa, nihil est apud illos, quod ipsis mortem non conciliet. Nunquid igitur operepretium mortem Christi suppliciter venetari, & dimittere cõsilium Pharisæorum? Nunquid igitur dignius est crucem potius adorare, quam Iudæorum & mundi gratiam lucrifacere? Id enim est quod beatus Paulus scribit, Omnia existimo detrimentum, ut Christum lucrifaciam, ideoque & gloriam sibi crucem arbitrat, dicens, Mihi ab sit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Atque hinc est quod ipse Dominus dicit, Quicumque non tulerit crucem suam, & sequatur me, non est me dignus, nõ potest meus discipulus esse. Sed hic opus est multa cautione, ne secundum Iudæos tollamus crucem, & non secundum Paulum. Paulus enim, ut trophæum peccati, gestabat crucem Iudæi, vero crucem ferebant, ut Christum tollerent. Quapropter caute & sobrie agendum est, ne diu accusamus Iudæos, parum cum illis contra Dominum faciamus. Multi siquidem adorantes Dominum, neque ita ut dignum est eos, viuentes, nõ sentiunt se reos fieri Domineque mortis. Qui enim comederit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus est corporis & sanguinis Domini. Nam hoc Paulus ita esse testatur. Ad eadem rationem, Qui odit fratrem suum, nõ diligit Dominum. Sed eodem modo quo Iudæi, & ipse Deum odio prosequitur. Quia autem pauperem vilipendit, contumelia afficit conditorem pauperis. Qui negligit pauperem esurientem, & sitientem, & nudum, similis est Iudæis, qui Christum exuerunt, & eum aceto & felle potauerunt. Et qui munerata accepit super innocente, non est diuersus à venditore Domini Iuda. Nam & ipse iustitiam, quæ est Christus, venalem habet, ut ille Christum. Et qui non iudicat pupillo, neque viduæ ius reddidit, hic vnus est ex insidiatoribus, & calumniatoribus Christi. In summa, quæ quis in proximum operatur, ea omnia Christo imputantur, qui nostri causa descendit, & mortuus est. Ita enim Dominus in Euangelij loquitur, Quatenus fecistis vni ex pusillis istis, mihi fecistis. Iam & id rursum quoque sciendum & obseruandum est, quod scortator & propriam animam perdit, & ipse quoque, ut Iudæi contumelia templi & corpus Dei afficit. Qui enim templum Dei corrumpit, corrumpetur à Deo ut Paulus scribit: & qui sub regno peccati agit, nõ

Bibl. Hom. tom. 2. QQ 99 ; hil

hil differt à Iudæis inficiatoribus & dicentibus se non habere Dominum regem, sed Cæsarem. Ne ignoret qui detinetur à voluptatibus, maioremque in illis delectationem sentit, quod & ipse, sicuti Iudæi, Barrabam deposcit, & Dominum interfecit. Ita enim Iudæi reprobos mores Barrabæ scilicet diligentes, virtutem persequuti sunt: sciat quoque is qui in fide firmus non est, se talem esse, quales illi qui increduli erant, ac dicebāt. Si Filius Dei est, descendat de cruce, & credemus ei. Nam & illi ista per incredulitatem loquuti sunt. Quid igitur hic faciendum est? Nihil aliud quam ut credamus Christo, & secundum eum vivamus, sicuti Paulus dicitur, Imitatores mei estote, sicut & ego Iesu Christi: & Iudæorum amicitiam, incredulitatem, subannationes & fabulas, & profanarum descriptas in infinitum series, auersemur, quæ potius quæstionem suppeditant, quam ædificationem Dei in fide, sed adhareamus cruci, & digne illa vivamus, & dicamus eandem cum Paulo voces: Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Ita enim quæ vivimus, & crediderimus in Dominum, cognoscemus eius in celum assumptionem, eiusque ad dexteram maiestatis sessionem, & Angelorum illi subiectionem conspicimus, eiusque cum gloria reditum, quem Angeli prædicant, sancti decantant, omnes autem videntes exultant, & gaudent in Christo Iesu, per quem Patri gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

SERMO S. EPHRAEM

*virii sanctissimi, & illuminatissimi,
Ecclesie Ediffensæ Diaconi, de passione
domini Salvatoris, Ambrosio Camal-
dulensi interprete.*

Loqui timeo, & narrationem plenam horrore linguæ officio aggredi. Est enim reuera metus ingens de passione Domini Salvatoris verba facere, & tentare tantæ rei indignitatem explicare. Hodie nanque Dominus noster traditus est in manus peccatorum. Sed cuius rei gratia est traditus sanctus, innocens, cælestis Dominus, ac sine peccato? Qui nihil peccauerat, hodie traditus est. Venite, fratres, discamus quare traditus sit Christus Saluator noster. Propter nos impios Dominus traditur. Quis non admiretur? quis non obstupescat? Peccantibus servus Dominus traditur, ut liberet à morte proprios servos, qui ante peccauerant. Perditionis, ac tenebrarum filij in tenebris exierunt omnes comprehendere, qui in istu oculi poterat omnes exurere. Vidit illorum audaciam Dominus, & vesanam iracundiam, seque ipsum cum omni mansuetudine sponte sua impiorum tradidit manibus. Vixerunt perditim immaculatum Dominum, illustrantque ei, qui alligauerat fortem insolubilibus nexibus, nosque à peccatorum nostrorum vinculis soluerat. Texuerunt & coronam spinarum, quas pro fructu tulerat vinea Iudæorum. Illuserunt ei, Regem appellantes, & conspuerunt in faciem eius, cuius aspectum omnes cælorum virtutes contremiscunt. En rursus angustia, dolor, & lachrymæ cor meum occupant, dum considero Dominum contumelias, probra, verbera, sputa tanta lenitate toleran-

tem. Venite, discamus miserationum ipsius magnitudinem. Dulcis Dominus servum inutilem, & incontinentem habuit in paradiso voluptatis, qui ubi peccavit, tortoribus traditus est. Vidit pius Dominus deficientem inter flagella, & misericordia motus, ut servum eximeret à pœna, & semetipsum pro illo flagris exposuit. Volebam hic finem facere ob nimij stuporis magnitudinem, sed rursus verus sum, ne per meum silentium, irritarem Spiritus gratiam. Paueo tamen, fratres, non leuiter, dum ista pronuncio, tremuntque omnia ossa mea, cum ea diligenti admodum consideratione discuto. Ipse omnium conditor Deus noster, & Dominus ante Caypham hodie sedit, quasi vnus ex reis, vnusque ministrorum ei alampam dedit. Tremor cor meum, hæc omnia cogitans. Sedit servus, Dominus stat, & qui plenus erat sceleribus, contra infontem, atque ab omni peccati labe alienum sententiam dicitur. Contremunt cæli: fundamenta orbis terræ concussa sunt, expauerunt Angeli omnes, atque Archangelus, Gabriel, & Michael facies suas alis contulerunt, Cherubin tremantia sub rotis se abdidit, Seraphin illa hora alas adinuicem collisisse visa sunt, cum daret minister iniquitatis alampam Domino maiestatis. Quomodo igitur non protulerunt fundamenta terræ motum, atque tremorem, cum hora illa contumelias affici creatoris suum cernerent? Cogito, ac tremore concutor, rursusque compungor, intruens lenissimam tolerantiam benignissimi Domini. Tremunt ecce tenes mei, dum loquor. Creator, qui de pulvere terræ hominem per gratiam finxerat, à manibus, quas ipse formauerat, alampam accipit. Caneamus solliciti, fratres, ne ista omnia simpliciter audiamus, quæ pro nobis Dominus pertulit, sed ea sollicitè ruminemus, & iugi meditatione voluamus. Dic, minister infelix, dic serue nequam: Cuius rei gratia Dominum alapis cædis? Serui quidem omnes cum liberi efficiuntur, accipiunt alampam, ut mortali libertate potiantur. At ipse, ô infelix, cum sit omnium liberator, iniuste alapa caditur. Quid putas mercedis accipere à Caypha pro huiusmodi alapa? Ergone non audisti? Ergone nõ dedicisti, quoniam filius est omnium Domini? Alampam quidem dedisti omnium Domino, sed servus seruorum factus es in æternum, opprobrium, & abominatio omnium, æterno damnatus incendio. Grande miraculum, fratres, stuporis plenissimum est, cernere Christi Regis, ac Domini nostri mansuetudinem. Palma cæsus à seruo, rationabiliter, prudentèrque respondit cum omni mansuetudine, ac reuerentia. Servus furit, Dominus patitur. Irascitur servus, Dominus in sua benignitate persistit. Indignationis aculeos, iramque tumultuantis animi, iræ maxime tempore, quis continet Dominus noster hæc omnia pertulit benignitate sua. Quis tuam, ô mitissime Domine, patientiam, aut ferre, aut explicare possit. Huc accedite, charissimi, dilecti Christi, compunctioe simul & affectu summo Redemptoris illecti. Venite consideremus pariter, quid hodie contigit in Sion civitate David. Semen Abraham charum, atque electum, quid hodie gessit. Immaculatum nempe Dominum, tradidit morti. Hæc die Christus Saluator noster per iniquorum manus iniustissime ligno Crucis affixus est. Venite omnes, & corpus nostrum abluamus lachrymis, atque gemibus,

quia

quia Dominus noster, & Rex gloriæ pro nobis impiis morti est traditus. Si quis forte nostrum dilectissimi cuiuspiam, atque charissimi audiat subito mortem, vel ipsam dilectum mortuū ante oculos suos iacere repente conspiciat, immutatur facie, eiusque serenitas aspectus obnubilatur. Ita & lucidus sol ex alto cæli axe contumeliam Domini pendentis in Cruce conspiciens, immutatus est facie, contraxit lucis suæ igneos radios, iniuriamque Domini videre non sustinens, mœrore se vestiuit, & tenebris. Ita & Spiritus sanctus ex templo considerans dilectum Iesum appesum in ligno Crucis, rupto honesto illo templi velo à summo vsque deorsum, continuo exiit de templo. Creatura omnis in metu, ac tremore fuit, quid mortuus est Saluator noster, cælestis Rex, Dominus maiestatis. Nos autem peccatores etiam contemnimus semper, propter quos ille traditus est, qui solus sine peccato fuit. Ridemus quotidie audientes passiones, & contumelias Domini, & Salvatoris nostri, diebusque singulis delicias querimus, ac omni studio vestis curamus ornatum. Sol ecce propter contumeliam Domini, splendorem lucis suæ cœuertit in tenebras, ut nos videntem ipsum imitemur. Dominus tuus, ô infelix, pro te in cruce contumelias afficitur, & tu vestis molliorem, & ornamenta sectaris? Non tremor cor tuum, non mens tua exhorrescit hæc audiens? Qui solus sine peccato est, propter te impiæ traditur morti, iniurias, opprobria, verbera patitur; ipse verò superbia tumidus audis hæc omnia? At verò congruum, ac decens est, ut grex rationalis vniverfus pastorem suum iugiter ambiat, eumque semper videre desideret. Ita obsecro, reueremini illum. Nolite cibis lautioribus, & delictis seculi contra propositum religionis assuescere, sed in omni exercitatione vestra in pastorem vestrum semper intendite, ut ab eius vestigiis nunquam aberretis. Ne quæso, imitatores Iudæorum simus, ut populus durus, perfidus, inobediens, & bona Dei, Salvatorisque beneficia irritans iugiter. Altissimus propter Abraham fidelem famulum suum, pronumque eius ipsius deuotionis affectum, tulit ab initio duritiam, ac perfidiam populi, manna de cælo ad manducandum dedit eis; verum ipsi cælesti cibo indigni, alia concupierunt, cibos planè malè olentes. Aquam rursus ex petra in deserto eis produxit, sed ipsi horum vice sibi acetum dederunt, suspendentes in ligno. Curemus, fratres, ne Iudæorum participes inueniamur, crucifigentes Dominum creatorem nostrum. Metuamus semper, habentes ante oculos passionem Redemptoris nostri. Meditemur assidue pœnas ipsius, atque supplicia. Propter nos enim passus est impassibilis Dominus, pro nobis crucifixus est, qui solus sine peccato fuit. Quid nos, fratres, ei reddere, quid tantis eius beneficiis retribuere vnquam poterimus? Attendamus ergo omnes, Ecclesie filij, accedite, qui sancto, & pretioso sanguine immaculati agni redempti estis. Venite, meditemur passiones Christi cum gemitu, & lachrymis, atque inter meditandum contremiscamus, dicentes adinuicem: Christus Saluator noster pro nobis peccatoribus morti traditus est. Perpende, frater, quidnam sit quod audisti? Deus sine peccato, Altissimi filius, pro te traditus est. Aperi cor tuum, confidete ipsius passiones diligenter, & ita tecum ta-

litus volue. Deus, in quem peccatum cadere non potest, hodie traditus est, hodie illusus, hodie consputus, hodie flagris cæsus, hodie percussus alapis est, hodie coronam spine un tulit, hodie crucifixus est cælestis agnus. Contremiscat cor tuum, horreat anima tua, in hac iugi meditatione passionum Domini tui quotidie lachrymas funde. Dulces quippe nimium sunt eiusmodi lachrymæ, illustrantque anima passiones Christi iugiter versans. Huiusmodi sit semper meditatio tua. Lachrymare quotidie, gratias referens Domino pro his, quæ pro te passus est, ut in die aduentus eius sint tibi lachrymæ tuæ gloria; & exaltatio ante tribunal illud terribile iudicis. Affligere tu quoque, dum intèr cogitas, quæ pro te pertulit pius, ac mitissimus Dominus. Tolera tentationes, gratias ex animo referes. Beatus sanè, qui semper ante oculos habet cælestè dominum, & passiones eius, quique seipsum crucifixum mundo, qui omnibus viris, terrenisque negotiis mortuus est, qui imitator factus est Domini sui. Hæc sapientia, hæc prudentia, hic affectus est fidelium omnino famulorum, cum semper imitatores sunt Domini sui in operibus bonis. Aspicias, ô homo, immaculatum Dominum in cruce pendentem, & audes infelix in deliciis, & risu peragere cursum, quò vivis in terra? An ignoras, miser, quod is, qui crucifixus est, Dominus, de his omnibus abs te exiget rationem? Tu quidem nunc negligis, & contemnens rides, & passim deliciis solueris, sed veniet profecto dies illa terribilis, dies ultionis, cum sine fine lugebis, ac præ doloribus tuis in igne perpetuo cum eiulatu proclamabis, neque erit omnino qui respondeat, & misereatur anime tuæ. Adoro te, Domine, benedico te, precor te, sancte, tibi procido, amator hominum Domine, te, immaculare, glorifico, quoniam tu vnigenitus Dominus omnium, qui solus sine peccato es, pro me indigno, & peccatore morti traditus es, & morti crucis, ut peccatoris animam liberares, & à peccati nexibus solueres. Quid tibi pro his omnibus retribuam, Domine? Gloria tibi, piissime, gloria tibi, misericordissime, gloria tibi longanimis, gloria tibi, qui omnia peccata remittis, gloria tibi, qui descendisti saluare animas nostras. Gloria tibi, qui te in vtero Virginis nostræ carne vestisti, gloria tibi, qui pro nobis es natus. Gloria tibi, qui propter nos tentus es, gloria tibi, qui vincus es, gloria tibi, qui flagris cæsus es. Gloria tibi, qui consputus es; gloria tibi, qui crucifixus es, gloria tibi, qui sepultus es, gloria tibi, qui resurrexisti die tertia. Gloria tibi, qui prædicatus es, gloria tibi, qui creditus es, gloria tibi, qui assumptus es in cælum, gloria tibi, qui cum gloria ingenti sedes ad dexteram patris. Gloria tibi, qui iterum venturus es in gloria Patris, & sanctorum Angelorum, ad iudicandum omnem animam, quæ irritas facit sanctas passiones tuas, in hora illa horrenda, atque terribili, quando virtutes cælorum mouebuntur, cum simul venient Angeli, Archangeli, Cherubin, & Seraphin cum tremore magno in conspectum gloriæ tuæ, cum tremefacta quatiuntur fundamenta terræ, & spiritus omnis exhorrebit præ inestimabili gloria immense maiestatis tuæ. In illa hora, quæso, operiat me manus tua sub alis suis, & liberet animam meam à sempiterno igne, & stridore dentium, & exterioribus tenebris, & perpetuo gemitu, ut ego te sanctum Dominum, &

QQ 99 4

Redem

Redemptorem nostrum benedicens, dicam: Gloria tibi, Domine, qui me peccatorem per immensas miserationes benignissimae pietatis tuae saluare dignatus es. Qui cum Patre, & spiritu sancto visis, & regnas, per omnia secula seculorum, Amen.

EIVSDEM LAMENTATIO sanctissimae Dei genitricis prope crucem stantis.

STans apud crucem purissima virgo, saluatorum in ligno suspensum suspiciens, plagas reputans, intuens & clauos, querelas, colaphos, ac flagellationem, cum gravibus suspiriis, cum fetu ingenti, cum lamento dolorosissimis exclamavit, dicens: Mi fili dulcissime, dilectissime fili, quomodo crucem sustines? Mi fili, & mi Deus, quomodo sputa, clauos, & lanceam, quomodo pateris alapas, rufus, iniurias, spineam coronam, purpuream vestem, spongiam, arundinem, fel, & acetum? Quomodo pendes in cruce denudatus, mi fili, qui caelum nubibus contegis? Quomodo sitim fers, qui es opifex, qui que mare, & aquas omnes creasti? Quomodo moreris insons in medio scelerum? Quidnam commisit? Qua in re, fili mi, Hebraeos offendisti? Et cur ergo te isti simul iniqui, simul ingrati cruci suffigunt? Quorum claudos, & permultos valetudinarios sanasti, mortuos vivificasti, paralyticum, id est membrum omnibus laxatum consolidasti, mi fili pietissime; qui ab ytero cecum illuminasti, mi saluator, viduae filium suscitasti, o omnium vitae; qui filiam Chananae servasti, Centurionis filium a morte liberasti. Arena, quantumvis numerosa, mensuram habere potest, at tua miracula, fili, omnem profusum modum excedunt. Lazarum a monumento suscitasti? Mi Lazare, inquis, exi de sepulchro; & vox tua eum traxit ab inferis, & ad vitales auras reuocavit. Tu vero quomodo interis, mi fili dulcissime, magnanime Deus? Deficio te suspiciens in ligno suspensum, conclauatum, plagisque plenum, mi fili. O Iudaei illegetes, & Christi interfectores, iniqui in Deum, & in creatorem vestrum ingrati, nonne manna vos aluit in eremo? Nonne mare per Moysen diremit? Nonne traduxit in terram promissionis? At tu, popule nequam, & Christi abnegator, pro commodis, & bonis contraria reponis, pro manna fel, pro aqua acetum. Amatissima te potione potarunt impij, mi fili. Quinque panibus aluisti quinque hominum millia; Iudaeam tuis concionibus implesti, mi fili. Vbi nunc pulchritudo tua, fili? Vbi tuus modus decor? Quomodo in cruce extinctus es, mi fili, & Deus meus? Sol lumen suum obscuravit, & alius factus est, splendida luna in tenebras euanuit, petrae sunt perfractae, & monumenta aperta, templiq; velum in duo est discissum. Creatura conditorem suam, & opificem cognoverunt; & hi peruersi, & miseri Hebraei aures obturaverunt, oculos clausurunt, ne solem nunquam occidentem suspicerent, mi fili. O Gabriel Archangele, & minister Domini, o Gabriel Archangele, age causam tuam. Vbi nunc illud Ave? Vbi benedictum Ave, quod mihi dixisti, Angele? Vbi nunc laetitia, ac benedictio, qua dixisti ad me, Benedicta tu in mulieribus? Ad quid verò in cruce, & victimam filij mei, quam etiam acceptura, non de-

nunciasti? Semper tribulationes, gemitus, Indorum immensam invidiam, ingratitudinem peruersorum, & transgressorum. O Simeoni admirande, en nunc gladius, quo mihi praedixisti cor meum traiciendum. Ecce gladium, ecce vulnus, fili, & Deus mi. Tua mors meum cor subit, viscera mea sunt disrupsit, meum lumen obtenebratum est, & pectus meum granis pertransiit gladius. Horrendam cerno passionem tuam, mi fili, & Deus mi. Video immeritam caedem tuam, nec ferre opem possum. Vbi tua nunc forma, mi fili? Miserere deiecit, & orbat, mi fili. Miserere, o suavissime, abiecit Mariae. Miserere, clementissime, & me solare. Prospice, fili mi, lachrymas, attende meos gemitus, & aperi os tuum. Da mihi solacium. Nec habeo profus, mi fili, quo caput reclinem. Non alium cognatum, patrem, aut matrem, vel fratrem, vel sororem, qui mihi animam reddat. Tu mihi pater, tu mater, tu frater, tu filius, Tu mihi vita, & spiritus, spes mea, & protectio, Tu mea consolatio, tu & creatio, tu Deus meus, tu creator meus, tu opifex meus. Lugete mecum omnes discipula Domini, dolorem meum, & vulnus profundum cordis mei contuentes. Decumbe, crux sanctissima, lignum benedictum, ut plagas filij mei, & Dei mei exosculer, ad consulandum proprium filium meum, ut amplectar filij mei corpus, ut os suavissimum deosculer, oculos, faciem, manus, & caedem iniquam. Decumbe, crux mea, decumbe. Magna, o crux, gloria tua, magna tua gratia, magna potestas tua. O lignum benedictum, quoniam innocens Deus, & creator tuus, tanquam latro, & nocens super te expansus est. Fili mi charissime, veneror tuas afflictiones, colo, & adoro tuam misericordiam, & magnanimitatem. Honoro lanceam, vulnus, arundinem, clauos, spongiam, alapas, opprobria, & acetum, colaphos, & sputa, & verbera, fili mi, quandoquidem tuae creaturae causa ista ferre sustinuit. Dedit tui, mi fili, decus cunctis factum est. Mors tua facta est mundi totius vita. Caterum resurrectio quamprimum, mi fili, & Deus, quemadmodum praedixisti mihi, ut saluus fiat mundus. Mortem conculcasti, & interitum, ut gaudeam ego humilis mater tua, & mecum latentur dilecti tui. In veterandiam autem, & confusionem tui inimici omnes deueniant. At vero nos te, o immaculata, & benedicta, filij tui, Deique omnium mater inculpata, pura, integra, sacrosanctissima, desperatorum spes, & damnatorum, collaudamus, benedicimus tibi, ut gratia plene, quae Christum genuisti, omnes tibi aduoluimur, omnes te imploramus. Erue nos, o intemerata, ab omni necessitate, a cunctis diaboli tentationibus. Esto nostra conciliatrix, & aduocata in hora iudicij. Libera nos a futuro igne, & tenebris. Et tui filij gloria, Virgo, nos dignare. Tu namque es spes apud Deum Christianorum sanctissima, cui honor in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM S. EPHRAEM sermo de sancta, & vivifica Cruce.

NOs Christiani a Gentilibus, ac Iudaeis declinamus, posteaque nostras pretiosas, ac vivificas cruce coronemus, dicentes cum Apostolo Paulo: Mihi absit gloria, nisi in cruce Domini nostri Iesu

Iesu Christi. Pingamus in ianuis, atque in frontibus nostris, & in ore, & in pectore, atque in membris omnibus, vivificum signum. Armemur insuperabili haec Christianorum armatura. Ea enim videtur est mortis, fidelium spes, lux orbis terrae, paradisi referatrix, prostratrix haereticum, monachorum adminiculum, firmamentum fidei, magna, salutarisque custodia, & gloria perpetua orthodoxorum in aeternum. Hanc, o Christiane, armaturam diebus singulis, & noctibus, horis, atque momentis in omni loco circumferre non desinas, nihilque sine ipsa perficias; sed si sine dormias, siue iter agas, siue evigiles, siue operi insistas, siue manduces, siue bibas, siue maria nauiges, siue transmittas flumina, hac te logica circumrege, membraque tua omnia salutari signo exorna, atque circumsepi, & non accedent ad te mala. Hoc enim signo conspecto, aduersariae potestates conteruntur, trementesque recedunt. Crux ipsa Christi veraciter sanctificavit orbem, fugavit tenebras, lucemque reuexit. Haec eliminavit errores, viamque monstravit. Haec ab ortu solis, & occasu, a septentrione, & meridie, collegit gentes, atque in vnam Ecclesiam, in vna fide, sub vno capite in charitate connexuit. Haec orthodoxorum in ex-pugnabilis murus est. Quod os, quae labia, quae lingua, digne pro merito, laudare poterit viticia arma aeterni imperatoris nostri Christi? Crux Caluarie in loco defixa, mox vitae nostrae felicissimum botrum sine opere humano pululavit. Hoc denique pretiosissimo ligno, Christus Deus noster inferni voracissimum dirupit ventrem, nimisque patulum diaboli obstruxit os. Eo conspecto, contremuit mors, omnesque, quos a primo homine vsque ad id temporis, sub ditioe sua tenuerat vincitos, dimisit. Crucis armis accincti sancti Apostoli, omnem inimici calcaverunt virtutem. Haec se thoracis vice manientes milites Christi, beatissimi martyres, omnes artes, & inventiones, atrocitatesque tyrannorum superauerunt. Hanc baivantes sancti monachi, seculo vale facientes, summo cum gaudio, & alacritate in solitudinibus, & montibus, & speluncis, caueruntque terrae sibi sedes elegerunt. O ineffabilem, immensamque bonitatem benignissimi Dei, qui tam magna, tamque praecleara munera, humano generi crucis indulsit vexillum. Haec autem sancta crux rursus in consummatione saeculi, cum secundus illuxerit Domini saluatoris adventus, prima, cum gloria ingenti, & angelicorum exercituum infinita multitudine apparebit in caelo, inimicos quidem terrenis, ac vexans, fideles autem illuminans, atque laetificans, aduentumque caelestis Imperatoris annuncians. De pretiosissima, & vivifica, diuinamque cruce haecenus diximus, et si plura his dici poterant, ac fortasse debuerant.

S. AMBROSII MEDIUM lanensis Episcopi de sancto latrone sermo.

Quoniam hesternum die de latrone fecimus mentionem: videamus quis ipse latro sit, qui in cruce domino constituto, non solum peccatorum suorum veniam consequitur: sed etiam paradisi amoenitatem donatur: ut, qui propter scelera damnatus fuerat ad poenam, propter fidem

transferretur ad gloriam: fueritque illi crux, quae petulit, non tam supplicij damnatio quam salutis occasio. In cruce enim positus Christum dominum nostrum credidit crucifixum: Et ideo, qui consortio passionis vitur, consortio paradisi condonatur. Beatus enim latro dum supplicium patitur, regnum caeleste consequitur. Ecce reus dicitur: sicut cui damnari ad tempus expedivit. Non enim perveniret ad gloriam: si non contraditus esset ad poenam. Videamus, inquam cur tantorum criminum reus tam cito a saluatore paradisi promeretur: cum alij multorum temporum lachrymis frequentibusque ieiuniis vix delictorum suorum veniam consequantur. Magna, fratres & multiplex causa est. Primum quod iste latro deuotione fidei tam repente mutatus est: ut praesentem poenam despiceret: ac de futura veniam precaretur: & magis crederet vile sibi esse, de aeterno iudicio petere, quam de temporali supplicio postulare. Reminiscens enim scelerum suorum, & poenitentiam gerens, plus incipit dolere quod sperat, quam sentire quod patitur: potuit enim nisi de futuris amplius cogitasset qui in Christum semel crederat: de praesenti magis supplicio deprecari. Deinde illud ad gratiam eius maioris est meriti: quod Christum in cruce positum credidit: & passio, quae aliis scandalum fecit, illi ad fidem profecit. Crucis enim passio multis scandalum fuit. Sicut dicit apostolus: Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Recte ego meretur paradisi, qui crucem Christi non putauit esse scandalum, sed virtutem. Dicit enim idem apostolus: Ipsis vocatis Iudaeis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Recte plane & dominus huic donat paradisi: quia quem Iudas Scarioth in hortulo paradisi distraherat, hic in crucis patibulo confitetur. Mira res confitetur latro, quem discipulus abnegauit. Mira inquam res: latro honorificat patientem: quem Iudas prodidit osculantem. Ab hoc pacis blandimenta venduntur: ab illo crucis vulnera praedicantur. Ait enim: Memento mei domine: cum veneris in regno tuo. Haec est fidei plena deuotio: ut cum de vulneribus domini profluens sanguis cernitur: tunc de potestate eius venia postuletur: cum videtur eius humilitas: tunc magis timeatur eius diuinitas: cum morti additus putatur: tunc regis illi honorificentia deferatur. Iste enim fidelis latro non credidit moriturum, quem annunciat regnaturum: non putat subdendum inferis, quem dominaturum confiteretur in caelo: non arbitrarum eum apud tartarum detineri: a quo se etiam postulat liberari. Cernat licet eius hiantia vulnera, spectet ipsius sanguinem profluentem: Deum tamen credit, quem reum nescit: iustum facit, quem non meminit peccatorem. Ait enim illi alteri exprobranti latroni: Nos quidem recte digna facta recipimus: hic autem nihil mali gessit. Intellexit enim quod pro alienis peccatis has plagas susceperet: pro alienis sceleribus haec vulnera sustineret: & sciuit quod illa in corpore Christi vulnera non essent Christi vulnera, sed latronis: atque ideo plus amare cepit, postquam in corpore eius sua vulnera recognouit. Ait enim propheta: Quoniam ipse iniquitates nostras portat: & pro nobis dolet. Nos autem existimabamus eum esse in dolore: liuore eius nos sanati sumus. Plus ergo in cruce

cruce positus liuorem eius carnens: latro diligit Deum. Mira res, plus in cruce latro Christum diligit quā Iudas dilexit in cœna. Ille per cibum supplantat magistrum: hic credidit dominum per dolorem: sicut ait propheta; Qui edebat panes meos, adimplauit aduersum me supplantationem. Cognouit igitur hoc latro omnem Dei passionem ex ipsius fieri voluntate: & in potestate eius esse, vel morti animam tradere: vel ad vitam iterum remeare: sicut ipse ait; Potestatem habeo ponendi animam meam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Vsq̄ adeo autem illum liberum ab inferni legibus iudicauit: vt etiam se ab his posceret liberari.

EIVSDEM DE EODEM sancto latrone, Sermo.

Meminit, fratres, vestra dilectio, me dedisse rationem: cur tantorum criminū inueteratus latro, & scelerum suorum confessione damnatus paradisi in ipso supplicij patibulo potuerit promereri: & tanta fuerit celeritate saluatus: vt peccata eius gratia præuenerit, antequam pœna: & prius in malis suis gloriari cœperit, quā puniri. Non enim patitur supplicium, dum paradisi promeretur. Petro dicitur à Christo; Nō potes me modo sequi: sequeris postea. Et huic dicitur: *Hodie mecum eris in paradiso*. Tanquā discipulus ille differtur: & hic tanquam socius inuitatur. Ille adhuc referuatur ad præmium: etiam ad consortium iste diligitur: Nō potes inquit me modo sequi. Impossibile est Petro sequi dominum: etiam facile latroni est esse cum domino. *Hodie mecum eris in paradiso*: Non in aliud differtur tempus: non in diem alteram referuatur: ipsa hora, qua paradisi Deus suscepit, suscepit & latronem: vnus passus est pro salute cunctorū: & duobus pariter immortalitatis ianua referatur. Sed hanc tantam gloriam latroni fides præstitit. Fides enim est, quæ peccata cooperit: quæ vincit criminā: quæ facit de latronibus innocentes. Quamuis enim delinquentium grandis culpa sit: fidei tamen maior est gratia. Plus enim credidisse Christo quā seculo deliquisse: & plenioris est meriti, veniam sperasse de domino: quam culpam cōtraxisse de mundo. Sicut enim perfidia criminofum fecit: ita fides perfecit innocentem. Denique Iudas posteaquam fidem perdidit, innocentiam apostolatus amisit: omnium enim criminū reus factus est, posteaquam virtutum omnium dominum denegauit. Sicut ergo sufficit isti ad scelera deseruisse Christum: ita illi sufficit ad innocentiam domino credidisse. Facit igitur & fides innocentes latrones, & perfidia apostolos criminofos. Magna igitur, & perfecta fides in illo latrone fuit. Magna plane est, & admirabilis fides, quæ Christum crucifixum glorificari magis credidit, quam puniri. In hoc enim totius forma salutis est. Saluatorem tunc maiestatis dominum recognoscit: cum videtur humilitatis patientia cruciari. Vnde ait apostolus; Si cognouissent, nunquam dominum maiestatis crucifixissent. Hæc inquam perfecta fides est, Christum in cruce Deū non reum credere. Vnde ille latro iustificatus est: quia saluatore in patibulo constituto Iudæis insultantibus & vel criminosa dicentibus; Libera

teipsum si potes: ille certus de diuinitate eius, & securus de voluntate se magis postulat liberari. Magna inquam fides in illo latrone fuit, & sanctis apoitolis comparanda, nisi quodd & forte præcesserit: præcessit etenim deuotione qui præcessit & præmio. Prior enim latro ad paradisi quam apostoli peruenit. Denique Petrus dominum sequitur: & iste comitatur. Dominus autem secundum fidem, & meritum tribuit, & remunerationis obsequium. Omnes enim, sicut legimus in passione saluatoris, discipuli trepidarunt: omnes cum pene cum traderetur, reliquerunt: factū est sicut scriptum est, Percutiam pastorem: & dispergentur oues gregis. Denique fidem Petrus nec admonitus potuit custodire: totiens lapsus est, quotiens, ne laboreretur, admonitus. Et nisi modum quandam tertio denegandi ei dominus stauisset: forsitan sæpius interrogatus, sæpius abnegasset. Tantam enim trepidationem discipulis intulit passio saluatoris: vt quod apostolo Christus ante prædixerat, ancilla destrueret: & magis præuuleret ostiaria ad perfidiam, quam apostolus ad cautelam. Non bona ostiaria, quæ Petrum ideo in domum sacerdotis includit, vt à fide saluatoris excludat. Male Adam induxit Eua: male Petrum introduxit ancilla. Illa exclusit à paradiso: hæc exclusit à Christo. Illa persuasione sua virum deceptit: hæc interrogatione sua apostolum circumscriptit. Illa ad præuaticandum Adam impulit: hæc Petrum compulsi ad negandum. Et idem sexus in vtraque ostiariæ officium gerens aut excludit à vita, aut includit ad mortem.

EIVSDEM DE POENITENTIA Petri Apostoli, Sermo.

Diximus, fratres, quodd ad similitudinem Eue Petrum ostiaria mulier quoque deceptit: & sicut Adam femina circumscripta: ita & apostolum femina circumuenerit. Vilitatus enim ad decipiendum sexus est, fraudis suæ vasculum in ostiaria diabolus recognouit. Fides vero non nisi per mulierem oppugnari cōsuevit. Ibi Adam per Eua superat: hic Petrum vincit per ostiariam. Fuit enim sicut legimus in paradiso delictarum diabolus: nec defuit, sicut intelligimus, in prætorio Iudæorum. Ibi imminabat fatanas serpens: hic Iudas coluber perurgebat. Est ergo eadem similitudo deceptionis in Petro, quæ in Adam fuit: quoniam eadē est & similitudo mādati. Accepit enim à domino vterq; mandatū. Adam ne tangeret, apostolus ne negaret. Ille ne lignum sciētiae præsumeret: hic ne crucē sapiētiae præteriret. Sed transgrediens vterque præceptum, pari modo delinquit. Gustat ille, quod nō licet: loquitur iste, quod non decet: & tamen facilius negatio Petri, quam Adæ præuaticatio. Citius enim apostolo quam protoplasto subuenitur: hūc etenim Deus ad vesperum requirit errantem: illum dominus pullorū cantu denegantem. Adam reus facti nudus erubuit; Petrus conficius dicti correctus ingemuit. Ille tanquam deprehensus festinat ad latebras; hic tanquam emendatus prorumpit ad lachrymas. Velut latenti enim, & celanti à diuinitate Adæ dicitur; Adam vbi es? Non quodd Adam conspectum domini latere potuerit: sed quodd peccatrici cōscientiæ nullus locus tatus vel certus sit, dum meruit depre

deprehendi. Respexit dominus & aperitis oculis eius emendauit errorem. Recte oculis emendat: quia scriptum est; Oculi domini super iustos: & aures eius in preces eorū. Ergo Petrus prorupit ad lachrymas, nihil voce precatus. Inuenio enim quodd fleuerit; non inuenio quid dixerit. Lachrymas eius lego; satisfactionem non lego. Recte plane Petrus fleuit & tacuit: quia quod desleri solet, non solet excusari: & quod defendi non potest, ablu potest. Lauat enim lachryma delictū: quod voce pudor est cōfiteri. Lachrymæ ergo verecundiz consulunt pariter & salutis: nec erubescunt in petendo: & impetrant in rogando. Lachrymæ inquam tacite quodammodo preces sunt: veniam non postulant & merentur: causam non dicunt, & misericordiam consequuntur: nisi quodd vtiliores lachrymarum preces sunt quam sermonum: quia sermo in precādo forte fallit: lachryma omnino nō fallit. Sermo enim interdum non totum profert negotium: lachrymæ semper totum prodit affectum. Et ideo Petrus iam non vitur sermone, quo sefellerat, quo peccauerat: quo fidem amiserat: ne per id ei non credatur ad consistendū, quo vsus fuerat ad negandum: ac per hoc maualt causam suam flere quam dicere: & quod voce negauerat, lachrymis confiteri. Inuenio autem & aliud, cur tacuerit Petrus: ne tam cito venia postulatio per impudentiam plus offenderet quam impetraret. Solum enim citius mereri indulgentiā, qui verecundius deprecatur. In omni igitur culpa ante flendum est: sic precandum. Scimus iam hoc exemplo quemadmodum nostra peccata curremus. Ecce nihil nobis apostolus nocuit, quodd negauit: & plurimum profuit, quodd emendauit. Denique imitemur eum dicentem alibi. Cū enim tertio interrogaretur à domino, Simon amas me? Respondit tertio; Domine tu scis, quia diligo te. Ait dominus; Pæce oues meas. Et hoc tertio: quodd quidem dictum ad compensationem prioris profecit erroris. Qui enim dominum tertio negauerat: tertio cōfiteretur: & quoriams culpā delinquendo contraxerat: totiens gratiam diligendo conquirat. Videte ergo quantum fletus profuerit Petro: antequam fletet, lapsus est: posteaquam fleuit electus est: & qui ante lachrymas præuaricator extitit: post lachrymas pastor assumptus est: & alios regendos accepit: qui prius se ipse non rexerat.

EIVSDEM DE FIDE Petri Apostoli, Sermo.

Astruximus superiore dominica sanctum Petrum in saluatoris passione sine erroribus profecisse & posteaquam negauit dominū Deum, fuisse: meliorē, fidelior enim factus est, postquam fidem se perdidisse desseuit: atque ideo maiorem gratiam reperit quam amisit. Tanquā bonus enim pastor tuendum gregem accepit: vt qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui ipse interrogationis rēratione nutauerat, cæteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur: sicut ait dominus; Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam. Petra enim dicitur, eo quodd primus in nationibus fidei fundamenta posuerit: & tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem, molemque contineat. Pe-

tra ergo pro deuotione Petrus dicitur: & pro virtute dominus nūcupatur: sicut ait apostolus; Bibebant autem de spiritali consequenti petra: Petra autē erat Christus. Recte consorti meretur nominis, qui consortium meretur operis. In eadem enim domo Petrus fundamentum posuit: Petrus plantat: dominus incrementum dat: dominus triguum subministrat. Petrus enim tentationibus suis proficit, fletibus suis gaudet, periculis suis crescit. Sic namque in nūdū super vndas temerarius victor ingreditur, tāt inaccessu, sed cōualescit affectu: periclitatur corpore, sed deuotione non labitur: mergitur pedibus, sed Christi dextera sustentatur: sustentat: des, quem vnda mergebat: & quem fluctuum ycella turbabat, saluatoris dilectio confirmat. Ambulauit enim in mari Petrus magis dilectio quam pedibus. Non enim videbat, vbi ped vestigium poneret: videbat autem, vbi figeret stigium charitatis. In naui enim positus consistat dominum: & amore eius ductus descendit mare: nō cogitat labentes aquas, non fluentia cœrentia: & dum Christum respicit, non respicit mentum. Credit fide etiam inter vndas solidi inuenire vestigium: iactetur licet fluctibus maris ventis pelagus conturbetur: non tamen turba Petri semita quæ ducit ad dominū. Ambulat igitur super aquas Petrus & sub pedibus eius mo vnda non cedit. Legimus in veteri testamento Ius Israel per mare rubrum siccis itineribus ambulasse: & ad securitatem gradientium ne laboraretur vnda in soliditatem quandam eam fuisse retatam: Quanto hic melius vbi ambulante Petrus nec mutatur vnda, nec labitur, nec solidatur aqua nec refugit. Melius inquam est: vbi eadem vnda quæ fluctuat, & sustentat: vbi idem gurges, & mergitur, & famulatur. Illic vt portaretur per nare populus Israel, meatum suum natura perdidit: hic vbi portatur in aquis Petrus, cursum surfluenta nō perdunt. Temerarius ergo viator apostolus noui itineris viam carpit: modo curu gurgitis molem ascendit, modo subsidentis firvndam descendit: & inter marinos fluctus ascensus illi itineris descensusque non deest: sed vbi turbatus ventis, exagitatus procellis incipit time quod credidit: statim ei gurges subtrahitur, vnde subducitur. Mox defatigante fide fatiscit semitunc exclamans dominum Iesum saluum se fideprecat: quem apprehensum manu saluatorberat & obiurgat dicens; Modicæ fidei, quare dubitasti? Hoc est; cur tam paræ fidei es, vt, qui ciedendo mare ambulare cœperas non id perferando transires? Scriptum est enim; Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Sed ducunstaris & dubitas inter quod ingressus fueris perdidisti. Cur inquam, tam modicæ fidei es: non ea fide, qua venire cœperas, peruenires. Intellige ergo quia in mari credulitas te portabat, perfidia submergebat. Igitur, fratres, sanctus Petrus fluctuat, dū mergitur, dū periclitatur, sic peruenit ad dominum ostendens nobis, quodd nō si per pericula properatur ad Christū. Multi enim diabolici fluctus sunt in hoc mudo, tentationum multa naufragia à quibus ita liberari possumus clamantibus manum suam saluator extendere. Nos ergo clamare ad dominum non cessemus, le auxilium solitum non negabit.

EIVSDEM DE SEPVL- EIVSDEM DE ACCV-
tura domini, Sermo.

Ep. serm. 48.

Hesternam die satis accepisse vos credo, fratres dilecti, tractatibus domini, & fratris nostri presentis episcopi: qui tanta facundia res diuinas disseruit, vt prædicatio eius plena fuerit sacerdotij gratia, oratoris eloquentia, institutione doctoris. Nec mirum, si is, qui in pontificio primatus honorem obtinet, obtineat etiam in prædicando primatus eloquium: & virtutes Dei, quas sancti peccatoris arcano depromit, secundum sermonis oratione commendat: atque ideo paruitatem meam scio auribus vestris minus solito placiturâ. Quis enim contentus sit potare de riuulo, cum possit haurire de fonte? Terra enim aquatum tenuerem omnino non suscipit posteaquam eam largus pluuiarum imber infuderit. Sic igitur vestra dilectio inundata sancti sacerdotis eloquio, sermonis mei patietur vile fastidium. Quâuis enim doctus vir, quamuis disertus orator elinguis videbitur, si cœperit loqui præsentem meliore: sed tamen habet solatium suum ista confusio. Nihil enim ruboris est comparatione summi sacerdotis displicere minimum sacerdotem: præsertim cum iuuare me possit beatorum insignis consortium. Si enim David vnus societate sancti alteri sanctum fieri posse promat dicens; Cum sancto sanctus eris: cur ergo me quâuis imperitum, quamuis peccatorem non putem fieri posse prædicatorem virtutum domini tantorum consortio magistrorum? Igitur quoniam beatissimus frater noster sanctorum apostolorum laudes magno est profecutus eloquio, debemus & nos ipsius sepulturam domini prædicare: Vt quia vnus corporis membra videmus similibus obsequiis procurata: similibus quoque integrum corpus predicationibus exornetur. Videamus ergo de domini corpore posteaquam de cruce deponitur, quid geratur. **Luc. 23.** Accipit illud Ioseph ab Arimathia vir iustus, sicut ait euangelista: & in nouo suo sepeliuit monumentum: in quo nondum quisquam positus erat. Beatum ergo corpus domini Christi, quod cum nascitur, vtero virginis gignitur: cum recedit, iusti tumulo commendatur. Beatum plane corpus, quod virginitas peperit, & iustitia custodiuit. Custodiuit illud Ioseph tumulus incorruptum: sicut seruauit illud Mariæ uterus illibatam. Hic enim viri pollutione non tangitur: ibi mortis corruptione non læditur. Vbiq; beato corpori deferetur sanctitas, vbiq; virginitas: purus illud venter concipit: nouus tumulus includit. Dominica ergo & virgo vulua, & virgo est sepultura. Quin potius ipsam sepulturâ vuluâ dixerim: est enim similitudo non parua. Sicut enim dominus de matris vulua est: ita & nunc ad euangelizandum renatus est de sepulchro: nisi quoddam gloriosior ista est quam illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit: hæc edidit immortalis. Post illam natiuitatem ad inferos descenditur: Post hanc remeatur in celos. Religiosior plane ista est quam illa natiuitas. Illa enim totius mundi dominum nouem mēsis in vtero clausum tenuit: hæc autem tridui tantum gremio custodiuit. Illa cunctorum sp̄e tardius protulit: hæc omnium salutē citius suscitauit,

Mirum forsitan videatur vobis, fratres: cur dominus apud præsidem Pilatum à principibus sacerdotum accusatur, & taceat: nec nequitiam eorum sua responsione conuincat: cum vtique ingentem accusationem non nisi refellere soleat sublecuta defensione. Mirum, inquam, sit, fratres, quod arguatur saluator, & taceat. Taciturnitas enim interdum pro consensu habetur. Videtur enim confirmare, quod obijcitur: cum non vult respondere, quod queritur. Accusationem ergo suam dominus tacendo cōfirmat. Non plane accusationem suam tacendo confirmat: sed despiciat non refellendo. Bene enim tacet, qui defensione non indiget. Ambiat defendi, qui metu superari: festinet loqui, qui timet vinci. Christus autem, cum condemnatur, & superat: cum iudicatur, & vincit: sicut ait Propheta; Vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas, cum iudicaris. Quid ergo opus erat ei loqui ante iudicium: cui ipsam iudicium erat plena victoria? Vincit enim cum iudicatur Christus: quia sic innocens approbatur. Vnde ait Pilatus; Innocens ego sum à sanguine huius iusti. Melior est igitur causa, quæ non defenditur, & probatur: plenior iustitia est, quæ non verbis astruitur, sed veritate fulcitur. Taceat lingua necesse: vbi ipsa æquitas sibi adest. Taceat lingua in bono negotio: quia & malas causas obtinere consuevit. Nolo sic defendi iustitia: sicut solet iniquitas excusari. Quia vincit Christus, non orationis est, sed virtutis. Scit enim saluator, qui est sapientia: quomodo tacendo vinceret, quomodo non respondendo superaret: atque ideo causam suam manu comprobare quàm dicere. Quæ enim res illum compelleret ad loquendum, cum silentium satis sufficeret ad vincendum? Sed fortasse metus eum cogeret: ne salutem perderet: nisi quod ipsa erat tora causa victoria. Sui enim salutem perdidit, vt salutem omnium lucraretur. In se vinci maluit, vt victor esset in cunctis. Sed quid de Christo loquar? Susanna mulier inimicos suos tacuit, & vicit. Non enim apud Danielem iudicem verborum se ratione defendit, non patrocinijs sermone tutata est: sed in sancta femina taceat lingua pro ea castitas loquebatur. Castitas enim Susannæ affuit in iudicio, quæ eam defendit & in paradiso. Ibi enim pudori eius consuluit, hic salutem. Ibi ne macularetur pudicitia, hic ne innocentia damnaretur. Castitas ergo Susannæ & presbyteros impudicos conuicit in paradiso, & in iudicio falsos accusatores obtinuit. Bisque vixit reos facit testimonij, quos reos fecerat adulterij: atque tandem iudicem meretur castitas Danielem puerum iuniorem necdum pubescentis ætatis. Multum igitur de Deo pudicitia consequitur: cum iudicem virginem promeretur. Secura enim est de victoria castitas, cui est iudicatura virginitas. Pudicitia autem causam nisi vir pudicus audire nõ debuit: talem enim arbitrum meretur castimonia, apud quem non periclitetur verecundia. Cognito igitur Daniel Susannæ negotio, cum eam falsis accusationibus velleret plebs imperita damnare, ait idem; Mundus ego sum à sanguine huius. Quo dicto peccantis

peccantis populi reuocauit errorem. Hac ergo voce circa Susannam Daniel vtitur: qua circa dominum vsus est & Pilatus. Ait enim Pilatus; Mundus ego sum à sanguine huius iusti. Eadem igitur sententia soluitur pudicitia, quæ est absoluta iustitia: sed Daniel melius quàm Pilatus. Ille enim pudicum sanguinem non condemnat, sed liberat, hic autem iustum sanguinem & confiteretur, & tradit. Quid enim profuit testimonium perhibuisse innocentem, & velut reum addixisse nequitiam, nisi quod grauius peccatum est, vnum eundemque & pronunciat iustum, & tradere criminofum? Ipse enim iniquitatis suæ testis est, qui ore absoluit, & corde condemnat. Lauert licet manus suas Pilatus: tamen sua facta non diluit. Et quamuis abstergeret se putauerit iusti sanguinem de suis membris; eo tamen sanguine mens eius tenebitur infecta. Ipse enim occidit Christum, qui eum tradidit occidendum. Iudex enim constans, & bonus ne sanguinem innocentis addideret, nec iniuriæ cedere debuit, nec timori. Daniel ergo melius quàm Pilatus. Ille peccantis populi reuocauit errorem: hic autem parentis synagogæ sacrilegium confirmauit.

EIVSDEM DE EODEM
Sermo.

An te dies profecuti sumus sanctæ Susannæ iudicium simile admodum fuisse iudicio saluatoris: & iudicem criminandum laborasse memoratæ castitatem femine, quibus Christi laborauit integritas. Similiter enim persecutores in Susanna passa est pudicitia: sicut & in Christo passa est iustitia. Illa enim dum in adulterio conuincit presbyteros: ipsa tanquam adultera retinetur: hic dum in sacrilegio arguit Phariseos: ipse tanquam sacrilegus accusatur. Quod quidem sacrilegium in Phariseis maius adulterium vocari potest. Grauius est enim religionis adulterium esse quàm corporis: & plus est integritatem diuinitatis lædere, quàm integritatem hominis violare. Condemnatur ergo Susanna: condemnatur & dominus. Illa quia castitatem corporis tuebatur: hic quia religionis castimonia defendebat. Similis igitur erat in vtroque causa iudicij: nisi quod meliore vsa est iudice. Susanna quàm dominus. Hunc enim præses iudicat, hanc Propheta. Hunc audit vir, qui Phariseorum seditionibus terrebatur: hanc audit puer, qui sancto spiritu replebatur. Ille quod sentit, constantet pronūciat, non defendit. Susannæ enim iudex, quam absoluit, & liberat: domini cognitor, quem absoluit damnat, & tradit. Simile ergo fuit pene per omnia Susannæ, dominique iudicium. Siquidem nec accusatio in iis fuerit ipsa dissimilis. Susannam enim seniores deserunt: dominum Iudas accusat. Illam doctores sui, hunc discipulus proprius criminatur. Susannam inquam pseudopresbyteri arguunt, prodit pseudopiscopus saluatorem. Episcopus enim & Iudas fuit, sicut ait Propheta de eodem dicens; Fiant dies eius pauci: & episcopatum eius accipiat alter. Sed nec locus, fratres, in vtraque causa videtur esse dissimilis. Susanna enim in paradiso ab accusatoribus circumuenitur: dominus in hortu paradiso à traditoribus circumdatur. Illa ibi insidiatores paritur: iste hic

sustinet proditorem. Videamus autem exitum vtriusque iudicij. Susannæ accusatores tanquam falsi testes prophetica sententia feriuntur: & eisdem criminis puniuntur rei, cuius damnare innocentis sanguinem gestiebant: Domini autem traditorem non inuenio à iudice esse damnatum. Non enim damnat eum Pilatus, non damnat populus: sed quod est grauius, se ipse condemnat, & cessante iustitia iudicatur. Quem enim alter iudicat, potest vtunque esse excusabilis: reus autem sine excusatione est, qui conscientia suæ iudicio condemnatur. Quem alter iudicat, potest quandoque à suo iudice sperare indulgentiam: qui se ipse iudicat, à quo indulgentiam postulat: Refert enim Iudas, dominici sanguinis pretium, ait Iudæis; Peccaui, quod tradiderim sanguinem innocenterem. Magnam igitur dominicæ innocentia testimonium est: dum accusator eius & confitetur de scelere, & reus est de mercede. Dū enim miser refundit venditionis pretium, putat se facinoris sui soluere posse contractum. Sed nec iste absoluitur. Dum enim auctor venditionis suæ reus est, constat istos sceleratum cum sacrilegio inisse contractum. Sua ergo sententia Iudas proditor condemnatur. Mirum forte sit vobis, quod non eum populus iudicauerit, non præses addixerit. Hoc sacrilegi solet esse iudicium: vt impietatem suam ipse dum recordatur, & puniat: scelus suum dum recognoscit, & vindictet. Omniū enim supergreditur sententias, qui à sua conscientia sua sententia condemnatur. Hoc inquam sacrilegi solet esse iudicium, vt conscius facti ipse se damnet, sicut ait apostolus Paulus de heretico dicens; Hereticum hominem post vnam, & secundam correptionem denira: sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Ipse enim se damnat hereticus, cum de ecclesia ipse se proijcit, & de certu sanctorum, nullo cōpellente, procedit. Ipse enim ostendit, quid mereatur à cunctis, qui suo iudicio separatur à cunctis. Ipse inquam se damnat hereticus: quia, cum omnes criminofosi episcopi sententia proijciantur de consortio Christiano, hereticus cuncta praueniens sententia suæ voluntatis abijcitur. Tali ergo hereticus quali & Iudas peccata damnatur: vt idem sui & reus sit sceleris, & iudex sit vtrionis. Tali inquam hereticus, quali & Iudas peccata damnatur, nec immerito: quia dominum, quem ille vendidit, iste blasphematur: quem ille persecutoribus tradidit, quotidie iste, persequitur. Persequitur enim hereticus dominum, cum diuinitatem ei derogat, & asserit creaturam.

EIVSDEM DE IYDA
Scarioth, Sermo.

Recinet dilectio vestra nos hoc proxima dominica prædicasse, quod Iudas Scarioth propria sententia condemnatus, ad Phariseos dominici mercedem sanguinis reportarit: & actus pœnitentia refuderit venditionis pretium, sed conscientia suæ non resoluerit scelus. Denique post redditum pretium laqueo se suspendit: vt, qui se multauerat pecunia, multaret & vita. Intelligens enim quantum scelus admiserit, non suffecit ei sacrilegij carere mercede: nisi careret & salute. Dignum enim se morte iudicauit, quod Christum

vitam omnium tradidisset. Severissimus igitur iudex sui Iudas vel in velleendo cōstetur, quem negauerat in tradendo. Restitit ergo pecuniam Pharisæis, sed nec Pharisæi eam libenter accipiunt. Dicunt enim inhiberunt sibi esse, in suis eam habere thesauris. Videte igitur quanta vis dominicæ sit pecunie: quam inde Iudas reiecit, hinc Pharisæi in loculos non recludunt. Insti enim sanguinis pretium perimere iniquitas possidete: consiliū tamen inveniunt Pharisæi, ut ex ea ager figuli comparatur, in quo peregrinorum corpora collocantur. Quod quidem providentia factum patet, ut pretium saluatoris non peccatoribus sumptum præbeat, sed peregrinis requiem subministrat: non sacrilegis sit ad lusum, sed defunctis sit ad sepulchrum: ut iam exinde Christus & viuos sanguinis sui passione redimat, & mortuos pretioque passione suscipiat. Pretio ergo dominici sanguinis ager figuli comparatur. Legimus in scripturis quod totius generis humani salus redempta sit sanguine saluatoris, sicut ait apostolus Petrus: non enim redempti estis corruptibilibus auro, vel argento: sed pretioso sanguine agni incontaminati & immaculati Iesu Christi. Igitur si pretium vitæ nostræ sanguinis est Domini. Vide ergo, quia illa non tam redempta sit agri terrena fragilitas: quam totius mundi incolitas sempiterna: ait enim Evangelista; Non enim venit Christus, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Vide inquam, ne pecunia illa, non tam comparatio sit agri parva portio, quam totius mundi copiosa possessio: sicut autem David propheta; Postula à me: & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Ager ergo iste, mundus hic totus est: in quo nos dispersi & disseminati domino fructum boni operis germinantes: sed fortasse perquiras à me, si ager mundus est, quisnam sit figulus, qui mundi possit habere dominatum? Nisi fallor, ipse est figulus, qui vascula corporis nostri fecit è limo de quo dicit scriptura, & fecit Deus hominem de limo terræ. Ipse est figulus, qui carniū nostrarum cœnosum lutum vaporesque spiritus animavit: & materiam fluidam, atque terrenam ignito calore decóxit. Ipse inquam est figulus, qui nos per manus suas formavit ad vitam: per Christum suum reformavit ad gloriam sicut ait Apostolus; Ad eandem imaginem reformamur de gloria in gloriam, scilicet, ut qui à priore factura propriis vitis corruimus: in secunda natiuitate figuli huius misericordia repauremur: hoc est, qui per Adæ transgressionem morte concidimus, per saluatoris gratiam denuo resurgamus. Ipse planè est figulus, de quo dicit beatus Apostolus; Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, cur me fecisti sic? Et iterum; Nunquid non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Ex eodem enim luto corporis nostri Deus pro meritis singulorum alios referuat ad pœnam, alios ad gloriam. Istius itaque figuli ager Christi sanguine emptus est peregrinis. Peregrinis in quâ qui erant sine domo, sine patria, & toto orbe exales iactabantur: requies Christi sanguine providetur, ut quibus non est in mundo possessio, in Christo sit sepultura. Istos autem peregrinos, quos esse dicimus, nisi denotissimos Christianos: qui renunciantes sæculo, & nihil possidentes in mun-

do, in Christi sanguine requiescunt? Christianus enim, qui mundum non possidet, hic totum possidet saluatorem; Ideo autem peregrinis Christi sepultura promittitur, ut qui se à carnalibus vitis tanquam peregrinum & alienum custodierit, is Christi requiem mereatur. Sepultura enim Christi quid est aliud: nisi requies Christiani? Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus, & tanquam hospites in hac luce versamur, sicut ait Apostolus dicens; Etenim domus sumus in hoc corpore, peregrinatur à domino. Peregrini inquam sumus, & nobis saluatoris sanguinis pretio empta est sepultura: consueperunt enim sumus, sicut ait Apostolus, cum illo per baptismum in mortem. Baptismum igitur Christi nobis est sepultura: in quo peccatis morimur, criminibus sepelimur: & veteris hominis conscientia resoluta, in alteram natiuitatem rediuita infantia reparamur. Baptismum inquam saluatoris nobis est sepultura: quia & ibi perdimus ante quod vivimus: & ibi denuo accipimus, ut vivamus. Magna igitur sepultura huius est gratia; in qua nobis & vitilis mors inferitur: & vitæ velior condonatur. Magna inquam huius gratia sepultura: quæ & purificat peccatorem, & vivificat morientem.

EIVSDEM DE CRUCE Christi, Sermo.

Diximus hesternam die quod crux domini salutem generi contulerit humano: & verum est. Passio enim illius nostra redemptio est: mors eius vita nostra est. Ideo autem mala hæc cuncta sustinuit, ut nos bona omnia sentiremus: ideo crudelitatem in se exerceri voluit, ut nobis misericordiam largiretur: bonas ideo in nos ita esse voluit, ut ante in se esset inimicus. Ausert enim per crucem humani generis iniurias: omnes eas in sua passione conlumpsit: ut vltimus nō esset homini, quod noceret. Græde ergo crucis est sacramentum, & si intelligamus, per hoc signum etiam mundus ipse saluatur. Nam cum à nautis scinditur mare, prius ab ipsis arbor erigitur, velum distenditur, ut cruce domini facta, aquarum fluentia rumpantur, & hoc dominico securi signo portum salutis petunt, periculum mortis evadunt. Figura enim sacranenti quadam est velum suspensum in arbore: quasi Christus sit exaltatus in cruce: atque ideo confidentia de mysterio veniente homines ventorum procellas negligunt, peregrinationis vota suscipiunt. Sicut autem ecclesia sine cruce stare non potest, ita & sine arbore navis infirma est. Statim enim diabolus inquietat, & illam ventus altit: at vbi signū crucis erigitur, statim & diaboli iniquitas repellitur, & veterum procella sopitur. Sed & bonus agricola cum parat terræ solum vertere, & vitæ alimenta perquirere: non nisi per signum crucis id facere conatur. Dum enim aratro dentale subicit, affigit aures, struam inserit, figuram crucis imitatur. Compactio enim ipsa similitudo quædam est dominicæ passionis. Cælum quoque ipsum huius signi figura dispositum est. Nam cum quatuor partibus, hoc est, oriente, & occidente, & meridiano, & septentrione distinguitur; quatuor quasi crucis angulis continetur. Ipsiū etiam in cælis hominis cum manus levaverit, crucem pingit: atque ideo elevatis manibus orare præcipitur: ut ipso quoque membrorum gestu passionem domini fateamur. Tūc enim citius nostra exauditur oratio: cum Christum, quem mens loquitur, etiam corpus imitatur. Hoc etiam exemplo Moyses sanctus cum contra Amalech bellum gereret, non armis, non ferro, sed elevatis ad Deum manibus eum superavit. Sic enim habes scriptum; Cum elevasset manus Moyses, vincebat Israel: cum autem deposuisset manus suas, convalescebat Amalech. Hoc igitur dominico signo scinditur mare, terra colitur, cælum regitur, homines conseruantur. Hoc inquam dominico signo etiam referantur inferna. Nam ex quo homo dominus Iesus, qui ipsam crucem gestabat, sepultus in terra est, veluti dirupta ab eo exarata terra omnes, quos retinebat mortuos, germinavit. Sed videamus de hoc ipso domini corpore postquam de cruce deponitur quid geratur. Accepit illud Ioseph ab Arimathia vir iustus, sicut ait evangelista, & in nouo suo sepeliuit monumento: in quo nondum quisquam positus erat. Beatum ergo corpus domini Christi: quod cum nascitur, utero virginis gignitur, cum recedit, in isti tumulo commendatur. Beatum plane corpus, quod virginitas peperit, & iustitia custodiuit. Custodiuit illud Ioseph tumulus incorruptum, sicut servavit illud Maria virginis uteris illibatū. Hic enim viri pollutione nō tangitur, ibi mortis corruptione non læditur. Vbiq; beato corpori defertur sanctitas, vbiq; virginitas novus illud venter concipit, novus tumulus includit. Dominica ergo & virgo vulva, & virgo est sepultura. Quin potius ipsam sepulturam vulvum dixerim: est enim similitudo non parva. Sic enim dominus de matris vulva vivus exiit: ita & de Ioseph sepultura vivus surrexit: & sicut tunc de utero ad prædicandum natus est: ita & nunc ad evangelizandum renatus est de sepulchro: nisi quoddam gloriosior ista est quam illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit: hæc edidit immortale. Post illam natiuitatem ad inferos descenditur: post hanc remeatur ad cælos. Religiosior plane est ista quam illa natiuitas. Illa enim totius mundi dominum novem mēsis in utero clausum tenuit: hæc autem tridui tantum tumuli gremio custodiuit. Illa cunctorum spem tardius protulit: hæc omnium salutem citius suscitavit.

EIVSDEM DE SEPULCHRO domini nostri Iesu Christi, Sermo.

Fortasse quis dicat de prioris dominicæ prædicatione, in qua prædicavimus non minorem esse gloriam quoddam tumulus Ioseph suscitaverit dominum: quam quod cum sanctæ Mariæ uteris procreavit: quæ comparatio vtrius & tumuli: cum illa ex intimis visceribus edidit filium, hic autem solummodo locum præstitit sepulture? At ego dico non minorem Ioseph affectum fuisse quam Mariæ. Siquidem illa utero dominum, hic corde conceperit. Illa saluatori membrois suorū secretum præstitit: hic secretum sui corporis non negavit. Illa dominum pannis involuit cum natus est, hic linteis cum recessit. Illa perunxit beatū corpus oleo, hic aromatis honoravit. Conveniunt ergo sibi obsequia, convenit & affectus:

Vnde necesse est & meritum convenire: nisi quod angelus Mariam ad obsequium admonuit: Ioseph autem sola iusticia persuasit. Ioseph in suo sepulchro posuit dominum. Legimus in prophetâ; Sepulchrum patris est guttur coram. Si ergo sepulchrum patris est guttur hominum: vide ne forte secundum hanc similitudinem dominum Ioseph non tam in sepultura terrena posuerit, quam in monumento sui pectoris collocavit: & custodiendum illum suscepit non tam memoria fragili elementorum, quam memoria sancta virtutum. Hæc enim virtutum fidelis est memoria: quæ intra se continens Christum lædi eum hereticorum corruptione non patitur. De quâ memoria in sacramentis dicit dominus; Quotiescunque hoc facietis, in memoriam me facietis, donec veniam. Quotiescunque enim Christum loquimur, toties eum sacri oris memoriâ commedamus. Sepulchrum ergo patris est guttur eorum: Recte plane dicit propheta. Sepulchrum enim Christi patens est evangelistarum beatorum guttur: per quod illud æterno literarum thesauro condiderunt. Patens autem sepulchrum ideo dicitur: quia qui vult ad Christi pervenire mysterium, non ingreditur ad illud, nisi per evangelicæ scripturæ secretum. In literarum enim sacrarum quasi quodam nouo vasculo commendandus est dominus. Quisquis igitur illum videre desiderat: ibi & passionis eius sacramentum invenit, & resurrectionis gloriam recognoscit. Patens ergo guttur sanctorum est. Vnde apostolus ad Corinthios ait; Os nostrum patet ad vos, & Corinthij; inuitans eos: ut per prædicationis suæ semper apertam ianuam ingrediamur Christi secreta mysteria. In hac igitur pectoris memoria collocatur dominus à Ioseph: ut in iustitiæ sedo requiescat: & habeat filius hominis, ubi caput reclinet. Videamus igitur, quare saluator in aliena sepultura ponatur, ad suam non habeat sepulturam. Ideo in aliena sepultura ponitur: quia pro aliorum moriebatur salute. Mors enim ista non illi illata est, sed nobis delata. Mors ista non illi accidit, sed nobis proficit. Ut quid ergo ei propria sepultura, qui in se mortem propriam nō habebat? Ut quid illi tumulus in terris, cuius sedes manebat in cælis? Ut quid illi sepultura, qui tridui tantum temporis spacio: nō tam in sepulchro mortuus iacuit, quam velut in lectulo dormiens conquevit? Ipsa enim temporis breuitas declarat somnum potius fuisse quam mortem. Sepulchrum autem mortis est habitaculum necessarium. Necessarium ego nō erat mortis habitaculum Christo, qui vita est: nec opus habebat semper vivens domicilio defunctorum. Recte autem hanc vitam nos in nostro sepulchro condidimus, ut cum ipso vivificante morte nostram à mortuis surgetemus. Vnde & illa Maria Magdalena, quæ dominum inter cæteros defunctos in sepulchro quærebatur, arguitur: & dicitur illi; quid quæris viventem cum mortuis? Hoc est, quid quæris apud inferos, quem rediisse iam constat ad superos? Quem illa adhuc nō intelligens, nec cognoscens; respondit illi; Domine, si tu tulisti eum, dicito mihi, ubi posuisti eum: & ego illum tollam: Existimabat enim illum, sicut dicit scriptura, hortulanum esse. Sancta ergo & simplex femina Christum requirebat à Christo: ac deuotione mentis prophætatur & nescit. Ait enim domino de semetipso; Si tu tulisti eum, dicito mihi. Recte interrogat; si tu tulisti eum, dicito mihi. Recte interrogat; si tu tulisti eum, dicito mihi. 1000.20.

sti eum. Ipse enim tulit corpus suum, qui suscitavit ipse tulit corpus, qui illud iacens, & dormiens sua aspiratione collegit: ipse tulit corpus, qui divinitatis illud virtute gestans portat ad caelos. Atque ideo mulier sapienter interrogat, & requirit: Si tu tulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum? Hoc est: si illud auferens de sepulchro ad paradysum transtulisti. Audierat enim illum dicentem latroni: Hodie mecum eris in paradiso. Aut certe de infernis in patris dextera collocasti: sicut ait **Col. 3.** Apostolus: Quae sursum sunt, quaerite: vbi Christus est ad dexteram Dei. Beatus ergo, qui ita quaerit Christum dominum: vt credat eum & in paradiso constitutum, & in caelestibus collocatum. Nam qui eum aut in infernis requirit, aut tumulis, dicitur eius quid quaeris vianem cum mortuis?

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superius
Euang. Homil. 1.

Hom. 82. in
Joan.

HAEC cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, &c. Horrendum quid mors est, & formidolosum, sed non iis, qui supernam sapientiam contemplantur. Qui futura non intelligit, & ipsam tantum vitam finem reputat, non ab re & horret, & formidat, ac si nihil futurus sit. Nobis autem, qui gratia Dei incerta, & occulta sapientiae eius didicimus, & migrationem mortem arbitramur, minimè formidandum est: sed de latandum, atque desiderandum, vt ad caduca haec, & mortali vita ad meliorem, & longè clariorem, nullo sine comprehensione transferamur: quod Christus operibus nos erudiens, non vi, & necessitate, sed spontè ad passionem venit. *Hæc,* inquit, *cum dixisset Iesus, egressus est trans torrentem Cedron, &c.* Media nocte iter facit, torrentem transiit, & ad locum proditori notum properat, vt laborem eis demeret: & ostendit discipulis se ad mortem spontè proficisci, quod maximè ad eorum consolationem faciebat. Etenim in hortu tantquam in carcere commoratur. *Hæc cum dixisset, Quid dicis?* Patrem orauerat. Quare nõ dicis post orationem in hortum venisse? Quia non oratio, sed sermo fuerat ad discipulos. Introierunt autem discipuli in hortum, ita metu eos liberauit, ne ingredi recusarent. Vnde autem Iudas eò contenderit. Vnde didicerit, eo constat, quòd multum extra pernoctabat Iesus. Neq; enim si domi ageret, Iudas ad hortum properasset, sed domum, vt dormientem comprehenderet. Ne ergo hortum secretum recessum opinaretis, addidit, quòd sciebat Iudas locum: neque hoc tantum, sed quòd frequenter Iesus conueniebat illuc cum discipulis suis. Sæpenuero enim cum his priuatim de necessariis loquebatur, quæ alios audire non licebat. Facit autem hoc in montibus, & in hortis, locum procul à tumultu maximè sibi deligens, ne doctrina impediretur. *Iudas autem, cum accepisset cohortem, & à pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc.* Et hi sepe aliàs miserunt ad Christum comprehendendum, sed non potuerunt. Vnde constat sponte sua se tradidisse. Et quomodo Iudas cohorti persuasit? Militares erant viri, & mercede omnia addebant. *Iesus autem sciens omnia quæ ventura erant, super eum, processit, & dixit ad eos: Quem quaeritis?* hoc est, non eorum aduentu obstitit in-

terrogare, sed intrepidè tanquam omnia sciens & dicit, & facit. Quare autem cum armis venimus? Timebant sequentes Iesum, & propterea etiam in tempesta nocte aggressi sunt. *Dicit eis, quæ quaeritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenum.* Vides vni insuperabilem, quomodo in medio existent eos cogitavit? Quòd si illi Iesum ignorabant, non tamen Iudas ob continuum cum eo consuetudinem. Aderat enim, neque magis agnoscebat, sed cum aliis retrosum cecidit. Fecit autem hoc Iesus, demonstrans non solum non posse eose capere, sed ne medium quidem videre, nisi se ipsum traderet. *Iterum dicit, Quem quaeritis?* O demenciam! verbo eos prostravit: nec conuersi sunt, tantam virtutem intelligentes, sed iterum aggrediuntur. Cum autem quod suum erat, impleisset, iam se tradidit, inquit, *Dixi vobis, quia ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum.* Animaduerte Evangelistam tolerantiam. Non maledicere proditori, sed ipsum narrat. Vnum duntaxat curat demonstrare, quòd se capi permisit. Inde ne quis dixerit, qd ipse Christus eos ad se capiendum adduxerit, & se manifestans in manus eorũ dederit, cum ostendit primum, quibus facile amoveri debebant, & tamè in proposito persistissent: & minimè iam possent excusari, tunc se tradidit, inquit, *Si ergo me quaeritis, sinite hos abire,* ad vltimam vsque horam suam in eos benignitatem præ se ferens. Si me vultis, inquit, dimittite hos. Ecce me ipsum tra do. *Vt impletur sermo, quem dixit: Quis, quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quemquam.* Perditionem autem dicit non mortis, sed illam æternam. Evangelista autem & in presenti hoc accipit. Admirari autem quis possit, cur non comprehenderint etiam cum Iesu, vt verberarent discipulos, & Petrum maximè, qui eos serui autem abscondendo irritat. *Quid ergo eos continuit?* Nemo alius quàm quæ eos retrorsum proiecerat potentia: quod Evangelista non eorum mentis, sed supernæ virtutis eos coërcens fuisse significat inquit, *vt sermo impletur quem dixit: Non perdidisti ex eis quemquam.* Petrus ergo hac voce, & his, quæ iam facta viderat fretus, contra irruentes armatur. *Et quomodo, inquit, qui iussus est, neque peram habere, neque duas tunicas, gladium habet? Vt puto hoc metuens iam se præmunerat.* Quòd si dixeris, quomodo, cui præcipit, ne alapam inferat, homicidam agit, & maximè cum non vlcisci præcipiatur? Verum non se, sed magistrum vltus est. Præterea nondum perfectæ, & consummata virtutis erant. Quòd si vis Petri sapientiam intelligere, videbis postmodum eorum, & æquo animo omnia perferentem, & nullis malis, nullis calamitatibus perturbatum. Iesus autem etiam hoc in loco miraculum facit, simul erudicis nos, quòd in persecutores nostros, beneficis nos esse oportet. Et cum suam obtegeret potestatem, seruo illi autem restituit. Petro autem dixit, quòd, qui gladium accipiunt, in gladio peribunt: & ei vt in lavando minatus est, vt eius conatum retunderet. Et serui nomen meminisse Evangelistam, quoniam magna res erat, non tantum quòd eum curauerit: sed cum paulò post esset ab eo alapam accepturus, hinc ad persecutiones tolerandas voluit discipulos erudire. Atqui etiam propterea nomen

nomen posuit Evangelista, vt legentes tunc possent diligentius inquirere, an ita se res habuisset: nec simpliciter dexteram auriculam dicit, sed mihi videtur Apostoli impetũ velle ostendere, quod ferè in ipsum caput irruit. Iesus autem non minus tantum Petrum cohibet, sed & alios sedat, inquit, *Calicem, quem dedit mihi pater, non vis vbi bibam illum?* Ostendens non illorum potètiæ id adscribendum, sed permissioni suæ: ac etiam quòd non esset Deo contrarius, sed obediret patri vsq; ad mortem. *Tunc comprehendunt Iesum, & ligauerunt, & adduxerunt eum ad Annam primum.* Quare ad Annam? Vt rem ostentarent, & tanquam triumphum ducerent. *Erat autem Cayphas, qui consilium dederat Iudæis, quòd expediret vnum hominem mori pro populo.* Cur iterum huius nos prophetiæ admonet? Vt pro salute hoc factum demonstraret, & tantam esse veritatis excellentiam, vt & inimici eam prædixerint. Ne ergo vinculoꝝ mentione auditor perturbaretur, id meminisse, quoniam salus orbis terrarum eius mors esset. *Sequebatur autem Petrus, & alius discipulus.* Quis alius? Ipse, qui hæc scripsit. Et cur se non nominat? Cum enim supra pectus Iesu recumberet, meritò se silentio præterit. Sed qua gratia in hoc loco? Eadem ipsa, num & hic quoque se laudat, quòd, alius diligentibus, ipse sequebatur, ideo & suum nomen silet, & Petrum sibi præponit, & sui meminisse tamen coactus est, vt intelligas eum cæteris diligentibus, quæ in aula benigne facta sunt, enarrare, vt pote qui aderat. Et animaduerte, quomodo proprio laudi demit. Ne quis enim diceret, quomodo, omnibus aufugientibus, ipse ingressus est? causam afferat, quòd esset notus pontifici, ne quis se secutum admiraretur, neve id ei fortitudinis adscriberet. Illud mirandum, quòd Petrus tam timidus, vsq; ad aulam solus venerit. Quòd enim eoulq; venerit amoris: qd non ingrederetur, timoris erat iudicium: Ideo hæc scripsit Evangelista, præoccupas negationis excusatione. Neq; enim tãquam re magnâ ait se notũ pontifici, sed cum solum se cum Iesu venisse dixisset, ne putares animi magnitudine factum, causam afferat. Quòd autem & Petrus ex illius favore ingressus esset, ex sequentibus ostendit. Cum enim exiit, & cum ostiaria egit, vt introduceretur, statim intravit Petrus. Cur autem ipse non introduxit? Christum spectabat, & sequebatur, ideo iussit mulieri, vt eum introduceret. *Quid mulier? Numquid & tu ex discipulis es hominis huius? Dicit illi: Non sum.* *Quid dicis, Petre? Nõne dudũ dixeras, si oportuisset animã pro eo ponere, te positurũ?* *Quid ergo? Ne ostiariam quidem rogantem perferre potes? Num miles, num aliquis eorum, qui Iesum ceperant, te rogabat? Vilis erat ostiaria, & abiecta neque asperè percontata. Non dixit, deceptoris, & perditũ illius discipulum es, sed hominis huius, tãquam eius miseretur. Sed nihil horum pertulit. Dixit autem; Numquid & tu? quia Iohannes aderat, adeo benignè locuta est mulier. Sed nihil horum intelligebat Petrus, neque rem aduertit, quòd primo, quòd secũdo, quòd tertio negaret, nisi quum gallus cantauit: neq; hoc aduertisset, nisi se Christus confpexit. Et ipse quidem calefaciebat se cum seruis principis. Iesus intus ligatus tenebatur. Hæc autem dicimus, non in Petri accusationem, sed ad ostendendum Christum vera prædixisse. *Principes autem interrogant Iesum de discipulis**

suos, & de doctrina. O malitiam! cum frequenter in templo loquentem, & palam docentem audisset, hoc percontatur. Quum nullum haberent crimen, quod obicerent, de discipulis rogabat, fortasse vbi essent, & qua gratia eos elegisset, & quid veller, & in quibus his vti hoc dicebat quasi seditionis, & nouitatis eum arguens, & quòd nemo alius ipsi crederet præter illos, & tanquam quoddam esset malitiæ instrumentum: quod arguens Christus, inquit: *Ego palam locutus sum mundo, nihil priuatim discipulis. Ego semper docti in templo.* *Quid ergo? nihilne secretò discipulis dixit? Dixit sanè, sed non quod illi arbitrabantur, quod timeret, & seditiones strueret: sed quum aliquando aliora, quàm quæ multitudo capere possent, loquebatur. Quid me interrogas? interroga qui audierunt.* Non arroganter respondet, sed fretus veritate, quòd in principio dicebat, *Si ego testimoniũ perhibeo de meipso, testimonium meum est verum: idem & hoc in loco, ex abundantia suum vult testimonium confirmare. Nam cum de discipulis princeps percontaretur, ait: Me de meis rogas? Roga inimicos, infidiatores, qui me ligauerunt, vt testificerent. Id enim veritatis maximum est argumentum, cum quis inimicos in testimonium adducit. Princeps autem, quum ita quaerendum esset, non quæserit, sed vnus ex assistentibus ministris, dedit ei alapam. Quid hoc impudentius? Exhorrescat cœlum, contemiscat terra de Christi patientia, & seruos impudentia. Et quidnam dixerat? Neque vt se excusando ait, *Quid me interrogas? sed vt omnem impudètiã materiam tolleret: & quum percussus esset, & omnia sternere, & delere, in sua haberet potestate, loquitur, quæ omnem feritatem placare facile potuissent. Si male locutus sum (inquit) testimoniũ perhibeo de malo, hoc est, si me verbo reprehendere potes ostende: *Si minus, cur me caedis?* Vides iudicium tumultus, & perturbationis, & cõfusionis plenum? Rogauit princeps subdolè, & dolosè, respondit Iesus vt oportuit. Quid dicendum erat, vel confutaret, vel acquiescere? sed neutrum facit. Verum seruis eum caedit, hoc non iudicium est, sed violentia. Inde neque sic quicquam habentes, quod accusarent, mittunt eum ligatum ad Caypham. *Erat autem Petrus stans, & calefaciens se.* Pape quo sopore calor ille vehemens Petri contabuerat, capto Iesu? Neque post tot mouetur, sed adhuc se calefacit, vt intelligas quàm imbecilla sit humana natura, quum nos Deus deserit. Et rogatus iterum negat. *Tunc cognatus serui illius, cuius Petrus auriculam absiderat, ea re motus ait: Nõne ego te vidi in hortu? Neque hortus, neque immensus amor, quem Iesus illic ostendèrat, verborum eius Petrum admonuit, sed omnia formidine exciderunt. Sed cur euangelistæ omnes in hoc concordant? Non vt discipulum accusarent, sed eradirent quantum mali sit non omnia Deo committere, sed sibi ipsi confidere. Tu autem admirare magistri curam, & diligentiam, quòd & captus, & ligatus discipulo consulit, intuitu suo iacentem excitans, & ad lachrymas mouens. *Ducunt ergo Iesum à Caypha ad Pilatum.* Factum autem, hoc est, vt iudicum multitudo, vel inuitis veritatem extorqueret. *Erat autem mane, antequam gallus cantaret, ad Caypham ducitur, inde ad Pilatum.* Quibus verbis ostendit euangelista à media nocte ad mane à Caypha***

Sup. 8.

Vides liberũ arborũ boni nis per se: imbe cille absque di uini gratia.

Matth. 23.
Lucæ 11.

interrogatum, nihil respondisse. Ideo misit eum ad Pilatum, sed illa alius dimittens, ipse, quæ secuta sunt, enarrat. Tu autem Iudæorum stultitiam considera, quæ innocentes armati comprehenderunt. Non tamen ingrediuntur prætorium, ne contaminarentur. Et quænam quæso contaminatio ingredi prætorium, ubi iniusti pœnas dant? Decimantes autem, & anethum, quomodo iniuste interficiunt, contaminari se non existimant, sed quum ad prætorium veniunt. Sed cur ipsi non intererant? Multum de eorum imperio iam ademptum erat à Romanis: præterea timebant, ne à Pilato accusati, pœnas postmodum darent. Sed quid significat, *ut manducaret Pascha*? Atqui Iesus iam id fecerat vna die azymorum: Siue ergo totum Pascha appellat sollemnitatem, siue quod tunc faciebant. Christus autem pridie eadem suam in parascene referens, quando antiquitus celebratum erat: ipsi autem armati quod non licebat, fundentes sanguinem, locum cauent, Pilatum aduocant: *Qui egressus ait: Quam accusationem afferitis aduersus hominem hunc?* Vides mutationem principatus eorum, & inuidiam: Quum enim & ligatum, & tanta cetera ad se adductum videret, non tamen manifesta putauit accusationis indicium, sed interrogat, absurdum ratus, iudicium eos præsumere, supplicium sibi permitti. Illi autem, *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum.* O dementiam, quid non adducitis in medium quid fecerit, sed obreptis? Quid non arguitis eum? Ecce quod ubique iustam prædicantes accusationem, nihil tandem afferunt. Annas de doctrina percontatus est, quo audito, misit ad Caypham, & ipse deinde ad Pilatum. *Pilatus ait: Quam accusationem afferitis contra hunc?* Neque habent quid respondeant, sed coniectura quadam vtuntur. *Tum Pilatus, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum.* Dixerunt Iudæi: *Nobis non licet interficere quemquam.* (Hoc dixerunt,) *ut sermo Iesu impletur, quem dixit, significans quia morte esset moriturus.* Et quomodo hoc significabant? *Non licet nobis interficere quemquam:* aut dicit Evangelista, quoniam non pro Iudæis tantum, sed & pro gentibus erat moriturus: vel quod crucifigere eis non licebat. Quod si dicunt non licere interficere, eo tempore intelligendum: nam quod interemerunt & alia morte, argumento est. Stephanus lapidatus, sed crucifigere eum desiderabant, vt mortis genus iactarent. Pilatus autem ad euitandum molestiam, breuibus Iesum interrogat: *Tu es rex Iudæorum?* Respondit Iesus, *A te metipso hoc dicitis, an alij tibi dixerunt de me?* Cur hoc interrogat Christus? vt prauum Iudæorum animum detegeret. Audierat enim hoc à multis Pilatus: nã, cum illi nihil accusare possent, ne longa fieret discussio, quod semper in primis accusabatur, id nunc Pilatus percontatur. Nam, quum dixisset Iudæis; *Secundum legem vestram iudicate eum:* vt ostenderent non esse in Iudæos tantum peccatum, non licere sibi dicunt. Non enim legi nostræ, sed communi crimini obnoxius est, quod intelligens Pilatus, vt exiret, rogat: *Tu es rex Iudæorum?* Non ergo quod neciret. Christus interrogat, sed vt ipse Pilatus Iudæos accusaret, alij dixerunt tibi? Quod Pilatus indicat ait: *Nunquid ergo Iudæus sum?* *Gens Iua, & pontifices sui tradiderunt te mihi, quid fecisti?* Hic se exculare voluit: inde quum dixisset: *Tu es rex?* Arguens eum Iesus, hoc, inquit, audisti à Iudæis? Qua gratia non diligenter rem

ipsam inquiris? Dixerunt me malorum auctorem: percontare quid mali fecerim, sed hoc non facis, simpliciter causas struis. *A te ipso hoc dicitis, an aliunde?* Quo audito Pilatus, quid statim respondeat ignatus. *Tradiderunt te mihi,* inquit, oportet vt te quid feceris interrogem. Tum Iesus; *Regnum meum non est de hoc mundo.* Erigit Pilatum, vt non multum ad eorum comparationem malum, & vult ostendere se non purum hominem, sed Deum, & Dei filium esse inquirens; *Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis.* Quod vt Pilatus intuebatur, tollit tyrannidis, videlicet, suspicionem. An non est mundi huius Christi regnum? Quid nisi Quomodo, inquit, non esse? Non quod hoc etiam non possideat, sed quod in cœlo habeat imperium, non humanum, sed longè maius, atque præstantius: quod si ita est, quomodo captus est, sponte se tradens? Quod non taceret, sed, *si ex hoc mundo esset, ministri mei decertarent, vt non traderer.* Ostendit in hoc loco regni nostri imbecillitatem, quod in seruis habeat potestatem, supernum autem regnum sibi ipsi sufficiens est, & nullius indiget. Hinc hæretici ansam inueniunt, alienum eum ab opifice esse. Quid ergo quum dicit, *In propria venit, quid cum,* Non sunt de mundo, sicut ego non sum de hoc mundo? Sic & regnum suum dicit hinc non esse, nò quod mundum prouidètia, ac protectione sua priuet, sed, vt dixi, neque humanum, neque caducum esse demonstrat. Quid ergo Pilatus, *Ergo rex es tu?* Respondit Iesus: *Tu dicitis, quia rex sum. Ego in hoc natus sum.* Si ergo rex natus est: & alia omnia nata sunt, & nihil habet, quod acciperit, itaque quum audis; Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere, nihil aliud quam generationem arbitris, & in aliis similiter. *Et ad hoc veni, vt testimonium perhibeam veritati.* Hoc est, vt hoc ipsum dicam, faciam, & persuadeam omnibus. Tu autem, homo, hæc audiens, & videns dominum tuum ligatum & circumtractum, noli præsentia quicquam reputare, Nonne per absurdum, & indignum est, si Christus propter te a sustinuit, tu ne verba quidem sæpenumero perpeti possis? Ille insperatus est, tu te vestibus ornas, & anulis: & si non apud homines laudaris, miseram te vitam viuere arbitraris. Christus opprobriis, & maledictis afficitur, ad derisum alapis caditur: tu ab omnibus laudè captas, & non fers opprobria Christi. Nonne audis Paulum dicentem; Imitatores mei esto, sicut & ego Christi. Si quis te maledictis prosequitur, recorde domini tui, quem ad derisum adorabant, & verbis & re distrahebant, & iridebant: ipse verò non modo non vltus est, sed beneficiis, & summa humanitate, & clementia affecit. Hunc nos imitemur, ita poterimus omni ignominia liberari. Non enim, qui iniuriatur, sed qui paruo animo iniuriis dolet, is iniurias confirmat, & irritat iniuriantem. Si non ægrè eas ferres, non afficereris iniuria. Non enim ab inferentibus, sed ab accipientibus fit, vt graues sint. Quid tandem doles, si iniuria te offendit? tantò minus tibi dolendum est, imò illi magis misereri oporteret: sin iure, tanto æquiori animo tolerandum. Quem admodum enim si quis te pauperem, vt diuitem appellaret, laudaretque, nihil ad te illæ laudes, sed potius in risum verterentur: ita si quis falso caluniaretur, nihil id ad te. Quod si te conscientia reprehendit, nulla verba perturbent, sed vitam emenda,

emenda, hoc in veris reprehensionibus dico. Quum autem paupertatem quispiam, aut ignobilitatem arguet, eum ridendum ducas. Non enim dedecori est audienti, sed dicenti, vt pote sapientiam ignoranti, sed quum huiusmodi in multitudine ignorantiam veritatem dicunt, intolerabile vulnus efficitur, imò hoc maxime ferendum, quum tibi testis sit spectatulum laudantium te atque accipientium, illis lædentibus, & exprobrantibus. Non enim qui vlciscitur, sed qui nihil responderet, admirationi est apud sapientes. Quod si præsentem stulti sunt, propterea maxime eos rideas, & theatro cœlesti congratulare: illic enim omnes te laudabunt, tibi plaudent, te accipient. Si quidem vnus angelus toti mundo conferri potest. Et quid angelos dico, quando ipse te dominus laudabit? His cogitationibus nos exerceamus: neque enim criminum dandum est, si quis lædunt filer: sed contra, si vlciscitur. Nam, si crimen esset, non vtique dixisset Christus; Si quis percussit te in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. At si falsa quis dixerit, ei misceamur, quod sibi accusatiuum supplicium adstruit, neque scripturas legere dignus est. Peccatori enim, inquit, Deus, vt quid tu enarras iustificationes meas? Sedens contra fratrem tuum calumniaris. Sin vera dixerit, etiam sic miserabilis est. Nam & Pharisæus vera locutus, nihil tamen offendit malè audientem, sed ei profuit: sic bonis priuauit, sibi his maledictis naufragium intulit. Itaque vt inquit ille est, qui offendit: tu autem, si æquo animo perferes, duplici ratione lucaberis, & quia tibi silentio, & modestia Deum propitium reddis, & materiam accipis vt ex verbis facta emendentur, & gloriâ humanam contempnas. Etenim his verbis dolor exoritur, quod multum hominum inhiant opinionem. Si si voluerimus philosophari, probè intelligemus nihil res humanas esse. Discamus igitur & vitia nostra recententes, ea tempore corrigamus, & hoc mensè vnum, alio aliud, & ita subsequenter, meliores efficiamus: & sic tâquam per gradus quosdam ascendentes per scalâ Iacob ad cælum perueniemus. Etenim scalâ illæ mihi per illam visionem paulatim per virtutes ascensionum significare videntur, per quam à terra in cælum ascendere nobis licet, non gradibus sensibilibus, sed motum incremento, & correctione. Hoc ergo iter, hunc ascensum aggrediamur, vt & cælum, & cœli bona consequamur, gratiâ, & benignitate Iesu Christi, &c.

EIVSDEM IN IDEM

Homilia 2.

*E*go in hoc natus sum: & ad hoc veni in mundum, &c. Mirabilis res est patientia, quæ tanquam in tranquillo porto animam constituit, eumque, & ab aduersis ventis, & fluctibus tempestatum liberum reddit: hanc nos Christus cum semper, tum maxime docuit cum indicatus est: ductus huc, illic distractus, etenim apud Annâ perquam mansuetè respondit, & cædenti seruo ea dixit, quæ omnem saltum tollere potuissent, & inde ad Caypham, demum ad Pilatum ductus, tota nocte in his consumpta, in omnibus miram prætulit mansuetudinem, & dicentibus maleficum esse, neque quo eum arguerent habentibus, tacuit tamen: cum

de regno interrogatus est, tunc locutus est ad Pilatum, erudiens eum & ad altiora erigens. Quid autem Pilatus illis præsentibus Iesum non interrogat, sed prætorium ingreditur? Magnam quandam de eo habebat opinionem, & sine alio cuius tumulta omnia ab eo intelligere volebat. Roganti autem, *Quid fecisti,* nihil ad hoc respondit Iesus, sed ad id quod valde cupiebat Pilatus, hoc est de regno suo, inquit, *Regnum meum non est de hoc mundo,* quasi dicat; Rex sum: non tamen qualem arbitraris, sed longè præstantior. Hinc ostendit, nihil mali fecisse: vt etiam cum prosequitur; *In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati:* inde cum inquit, *Omnia qui est veritate, audit vocem meam:* allicit eum, vt aures his adhibeat. Si quis enim verus est, inquit, & amat veritatem, sanè me audiet, Hoc pacto eum paucis verbis allicit, vt petat, *Quid est veritas?* Sed primum rei ipsi insat. Rogauit autem quoniam tempus id postulabat, tunc eum è Iudæorum manibus eripere cogitabat: ideo exiit, aitque; *Ego nullam in eo inuenio causam.* Et considera quàm prudenter: non dixit, si errauit, & dignus est morte, sollemniter eum condonate, sed primum omnino excusat, inde ex abundantia rogat, si nolint aliter innocentem dimittere, saltem vt nocentem tempore condonent: ideo subdidit, *Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam in Pascha.* Inde verecundè; *Pultis ergo, inquit, dimittam vobis regem Iudæorum?* Clamabant omnes, dicentes; *Non hunc, sed Barrabam.* O mentem scelestam similes sui petunt. Scelestem dimitti, infontem puniri iubent. Hic etiam eis antiquitas mos fuerat. Tu autem in omnibus considera domini benignitatem. Tunc flagellauit eum Pilatus. Fortasse vt ita sedato Iudæorum furore, inde eum dimitteret. Cum enim prius eum liberare voluisset, in hoc eis satisfacere arbitratus est, si verberaret, & quæ tunc facta sunt in eum, fieri permitteret: vt purpurea veste circumdaretur, & corona spinea eius capiti imponeretur: ideo ita coronatū ad Iudæos eduxit, vt ea ignominia eorum irâ, & furorem aliquantulum sedaret. Et quomodo milites hæc faciebant, siquidem non præceperat Pilatus? Ad Iudæorum gratiam. Neque enim nocte à Pilato iussi cum Iuda profecti sunt, sed pecunia à Iudæis alleciti omnia audebant. At Iesus in his omnibus tacebat. Tu autem non solum hæc verba audias, sed in animo perpetuò serues velim, & cum orbis terrarum, & angelorum regem à militibus irrisum, & verbis, & re ignominia affectū, & omnia æquo animo tolerantem videris, eum recipi imitate. Cum enim dixisset Pilatus; *Regem Iudæorum:* ad deridendum vt regem induerunt. Hoc pacto eduxit eum Pilatus, inquit; *Nullam in eo causam inuenio.* Exiit Iesus spinis coronatus, non tamen Iudæorum ira sedata est, sed clamabant; *Crucifige, crucifige eum.* Videns Pilatus omnia frustra tentari. *Accipite,* inquit, *eum vos, & crucifigite.* Quibus verbis constat, ad eorum cohibendum furorem illa fieri permitisse. Ego, inquit, *nullam in eo causam inuenio.* Animaduerte quot modis iudex Iesum excusat, sed nihil canes illos mouebat. Illud enim verbum, *Accipite, & crucifigite:* indignantis est, & monentis, vt ipsi rem non permissam patrarent. Ipsi duxerant eum, vt prædiciis iudicio damnarent: contra autem contigit, vt potius sententia eius absolueretur: quod veriti, *Nos legem habemus,* inquit, *& secundum legem nostram debet mori:* quia

Esa. 35.

filium Dei se fecit. Quomodo ergo, dicite præsides; Accipite eum, & secundum legem vestram iudicate eum: dixerunt sibi non licere quemquam interficere, nunc legem afferunt, quod mori debeat: Et considera accusationem, filium Dei se fecit: hoc crimini dandum est? Dic quæso, quid mirum, ut qui Dei opera facit, si se Dei filium nuncupet? Quid Christus; Nihil respondet, Implens propheticum illud, quod non aperuit os suum. In humilitate sua iudicium eius ablatum est. Tum Pilatus, cum audiret, quod se Dei filium faceret: ne id verum esset, & contra legem facere putaretur, formidavit. Iudæi cum id re, & verbis intelligerent, non sunt perterriti, sed interimunt, quem adorare debuissent. Ideo Pilatus trepidus, aliis omisissis, an esset Christus interrogat, cui Iesus non respondit. Nam cum audisset, in hoc natus sum, & ad hoc veni: & regnum meum non est de hoc mundo: & propterea eum absoluerit debuisse, obtemperavit tamen furori Iudæorum, qui cum nihil amplius, quod criminarentur haberent, ad publicum crimen confugiunt, dicentes; *Omnis, qui se regem facit, contradicit Caesari.* Inquirendum igitur diligenter, an tyrannidem affectaret, & regno Cæsarem depellere tentaret: sed non inuestigat diligenter, ideo nihil ei respondit, cum sciret frustra omnia. Præterea rebus testimonium perhibentibus, noluit verbis convincere, neque excusationem adducere, ostendens sponte ad hoc venisse. Cum taceret, inquit Pilatus, *Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te?* Vides quomodo seipsum condemnavit? Si in tua potestate est, quare infontem non dimittis? Cum ergo contra se sententiam tulisset, inquit Iesus, *Qui tradidit me tibi, maior peccatum habet.* Indicans ipsum quoque reum esse criminis. Et ut tumorem eius deprimeret, *Non haberes potestatem, nisi tibi datum esset desuper.* Ex quo significat, non simpliciter, & ut res plurimum solent, sed mystice evenisse. Sed ne ea particula; *Nisi esset tibi datum desuper:* nullo ipsi crimini adscribendum duceres, ideo inquit, *Maius peccatum habet, qui tradidit me tibi.* At qui, si datum erat, neque hic, neque illi rei erant criminis: frustra hæc dicis. Hoc verbum, *Datum:* in hoc loco permittum est: quasi diceret, permisit hæc fieri, non tamen propterea non accusandi. Perterruit eum verbis, & manifestam attulit excusationem. *Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum, Iudæi autem clamabant; Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.* Cum enim à sua lege crimina non proficerentur, malignè externum adducant dicentes; *Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari.* Et quod tyrannidis argumentum? Vnde hoc potest ostendi? A purpura, à diademate, ab ornatu, à satellitibus? Nonne solus semper cum duodecim discipulis ambulabat, & vilibus utebatur cibis, vestibus, domo? Sed o impudentiam! o intempestivam formidinem! Pilatus enim iam periclitari arbitrat, si id negligeret, egrediret ut rem inquirat. Hoc enim significat, cum sedisset dicit, & nulla habita quæstione tradidit eum: se eis persuadere existimans, quod apparet, cum inquit, *Ecce rex vester, &c. Non habemus regem, nisi Cæsarem.* Spontè se reos professi sunt, ideo & Deus tradidit, quando ipsi primi providentia, & protectione ipsius se subtraxerunt: & cum vno ore regnum abnegassent, permisit suis ipsorum sententias eos decedere. At qui ea verba omnem iram sedare iam debuissent, sed timuerunt, ne dimissus iterum ple-

bem alliceret: quod ne eveniret, omnia conabantur. Graue enim quiddam est ambitio, graue, inquam, & quæ animam perdere valeat, cuius gratia nunquam audiebant. Pilatus quidem solo verbo voluit eum dimittere, hi perstant dicentes, *Crucifige.* Et cur tantopere hanc eius mortem affectabant? Quia ignominiosa erat: veriti ergo ne eius postmodum memoria servaretur, hanc mortem elegerunt nesciri, quod cum impeditur, magis apparet veritas. Nam quod hoc formidarent, audi quid dicant; Nos audivimus, quia seductor ille dixit, post tres dies resurgam. Idcirco omnibus modis adhibebantur: ut posteris esset abominabilis. Et identidem clamabant crucifige. Erat turba incomposita, & à principibus corrupta, Nos autem non modò hæc legamus, seu animo recondamus: hoc est, coronam spineam, vestimentum, atundinem, alapas, sputa, irrisiones, quæ frequenter mente repetita satis omnem iram sedare poterunt: & si ludibrio erimus, si quid iniuste patimur, frequenter dicamus; Non est seruus maior domino suo: & allatrantium Iudæorum verba nobis subeant, cum dixerunt; Dæmonium habes, & Samaritanus es: & in Beelzebub principe dæmoniorum eiicis dæmonia, Et ideo hæc omnia perulit, ut eius vestigia imitemur, maledicta perferamus, quæ ipse grauissima non solum perulit, sed omnia fecit, ut ipsos illatores saluos faceret, & ad eorum salutem Apostolos misit. Audis eos dicentes; Scimus ignoranter fecimus: ut ad penitentiam adducerent: hæc nos imitemur, nihil enim adeò Deum placat, ut inimicorum dilectio, & cura eis benefaciendi. Cum quis te persequitur, non ipsam, sed dæmonem instigantem considera, & aduersus illum iram sedit, & miserere, quod ita à diabolo irretitur; à quo sibi mendacium oritur, multò magis & iniusta ira. Non sunt Christianorum male dicta, nam qui flere iubetur, & qui audit, Væ vobis, qui ridetis: inde maledicit, infestatur, furit: non ipse contra maledictis, sed lachrymis proficendus est. Nam & Christus Iudæ miserus est, qui nobis re ipsa in omnibus imitandus est, quod nisi fecerimus, frustra nati sumus, vel ad malum potius. Neque enim fides sufficiens est ad regnum consequendum, sed magis perperam viuentes condemnabit. Qui enim nouit voluntatem domini sui: & non facit, multum vapulabit. Et iterum, Si non venissem, inquit, & locutus eis non fuisset, peccatū non haberent. Quam ergo habebimus excusationem, cum penetrata ingredi dignati, & communicantes mysteria, gentilibus eorum ignaris peiores inueniamur? Si illi ob inanem gloriam, tantam præ se tulerunt sapientiam: longè magis nos decet, ut Deo placeamus, virtutibus inuigilare. Illi nonnunquam suam contempserunt animam, & filios dæmonum insaniam bellis deuouerunt: nos neque pecuniam propter Christum contempnimus, non iram ponimus, sed inflamur, & fabricantium more incendimur. Et quemadmodum illi morbo vexati, ita & nos affectu distraeti, iram, auaritiam, reliquas cupiditates sistere nunquam possumus. Ideo erubescit simul atque obstupescit, cum multos gentiliū pecuniarum contempserunt nos insanientes videat. Quod si qui etiam nostrorum eas contempnunt, aliis affectibus, futuro velidelicet, & invidia consumuntur. Difficile sanè est veram sapientiam inuenire. Quam gratia? Remedia scripturarum negligimus, neque

neque contritione, fletu, & planctu eis attendimus: sed simplicitate, & inconsideratè, si quando, ad legendum adducimur: propterea cum graue secularium rerum onus inuembat, omnia inuadat, & si quid profecimus, aufert. Neque enim si quis cum vulnus accepit, & medicinam imposuerit, non diligenter alligabit, sed decidere permittet: neque aquam, puluerem, & alia vulneri contraria non cauebit, ne grauius malum sequatur: nõ medicinæ, sed propriæ desidia culpa hoc nobis accidere solet, cum diuinis sermonibus parum, secularibus semper attendimus: ita semper omne suffocatur, fructus nullus prouenit. Quod ne accidat, in cælum paululum suspiciamus, mortuorum monumenta & rumulos consideremus, & nos eundem exitum manere, eandem migraudi necessitatem, nonnunquam ante vesperum imminere, in mentem veniat. Præparemur ergo huic profectio. Multa nobis viatico opus est, nam & tumultus, labor, multus æstus, magna solitudo peraganda est. Nullum est diuersorium, neque forum vbi nobis necessaria comparare possimus, nisi hinc omnia nobis seum auferamus. Audi quid dicant virgines; Ite ad vendentes: & euntes, non inuenerunt. Audi Abraham, Chaos est inter nos & vos. Audi Ezechielem de die illo: Noè, Daniel, & Iob filios suos nõ liberabunt. Sed hæc vitinam nos non audiamus verba; sed accipientes hinc, quæ ad æternam vitam nobis sufficiant viaticæ, cum fiducia videamus dominum nostrum Iesum Christum, cum quo patri simul & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM Homilia 3.

Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur, &c. Felicitates facile improvidos decedere, & prosternere assolentia & Iudæi à principio, diuino freti auxilio legem regni gentium quærebant, & in eremo post manna cæparum recordabantur: iudicem & hic, Christi regnum recusantes, Cæsaris implorabant, ideo in regem secundum sententiam suam incidere. Quod cum audisset Pilatus, tradidit eum ut crucifigeretur, & quam iniustissimè. Erat enim inuestigandum, an regnum affectasset, sed solo metu tulit sententiam; quod ne committeret, Christus eum admonerat, inquit, Regnum meum nõ est de hoc mundo, sed præsentibus omnibus additus, nihil magnum sapere voluit, quamvis vxoris somniū eum perterere debuisset; sed nullo horum factus est melior. Neque cælum suspexit, sed tradidit eum. Et ei crucem tanquam reo imposuerunt (si quidem lignum illud abominabantur, ac ne attingere quidem volebant) sic & in ipsius figura factum est. Etenim Isaac ligna portauit, sed tunc in patris voluntate tantū consistit, Figura enim erat, nõ res secuta est, quia veritas. *Et exiit in eum, qui dicitur Caluariæ locus.* Vbi quidem dicunt Adam & mortuum, & sepultum esse: & Iesus vbi mors dominata est, ibidem trophæum erexit, hoc est crucem, quam tulit contra mortis tyrannidem. Et quemadmodum victores, ita Iesus victorie signa humeris tulit. Quid enim, si id aliò animo fecerunt Iudæi? Crucifigunt autem eum cum latronibus. Inuiti etiam in hoc prophetiam

implentes. Quæ enim illi ad ignominiam faciebant, his veritas implebatur, ut intelligas quantæ eorum vis. Hoc nanque antiquis prophetis prædixerat; Quod cum iniquis reputatus est. *Esa. 52.* Voluit dæmon rem ipsam obregere, non tamen valuit. Crucifixi sunt tres, clarus vñus Iesus: ut intelligas eius virtute omnia prouenisse, atque tribus crucifixis miracula patuerunt: nemo tamen vllum alteri latronum attribuit, sed soli Iesu: ita diaboli insidia irritæ factæ sunt, & in eius caput omnimodo irruerunt, nam ex duobus vnus saluus factus est. Non solum igitur crucifixi gloriam non offendi, sed non parum auxit: neque enim minus fuit in cruce latronem conuerti, & paradysum intrare, quam petras collidi. *Scriptum autem est titulum Pilatus.* cum & Iudæos vicisceretur, tum ut Christum excusaret. Nam cum tanquam præuam tradidissent, & sententiam hanc latronum societate confirmare vellent, ne quis iam irripem mortis notam inurere, & tanquam malum, & perditum eum accusare posset, ut calumniarum os obstrueret, in regem suum insurrexisse denunciat, & tanquam trophæo cuiusdam literas inculpsit, clara voce & victoriam, & regnum proficentes, quamvis non perfectè. Neque hoc vna lingua, sed tribus demonstrat. Cum credibile esset multas ad festum nationes conuenisse, ne quis excusationem ignoraret, linguis omnibus Iudæorum immanitas notata est. Hoc autem ægrè ferebant Iudæi. At qui quid hoc vobis nocebat? Nihil. Nam, si mortalis erat, & imbecillis, & moriturus, quid scripturam timuisset, quod esset rex Iudæorum? Et quid dicunt, ut scriberet, quia ipse dixit: eius fuisset temeritati, & instantiæ adhibendum. Non tamen Pilatus mutatus est, sed persistit in sententia. Non parua in hoc dispensatio, sed hinc pendet. Cum enim postmodum defolium esset lignum crucis, nulla de eo cura suscepta, cum & fideles timerent, & alii vacarent, conpigit ut diu post perquireretur; & cum tres cruces inuentæ essent, par est, & quia media erat, & propter titulum domini crucem agnitam: nam latronum cruces titulum non habebat. *Milites autem diuiserunt Iesu vestimenta, sed non tunicam.* Ecce quomodo semper malefaciendo prophetias implent. Nam & hoc prædictum fuerat. At qui tres erant crucifixi, sed prophetiæ in Iesu implebantur. Quare enim non idem in aliis fecerant? Tu autem prophetiæ certitudinem considera, non enim quod partiti sint tantum, sed quod non sint partiti præ dixit. Nam vestimenta partiti sunt, non autem tunicam, sed sortem super ea iecerunt. Quod autem dicit; *Desuper contextam,* non simpliciter ponitur, sed alij allegoriam id significare dicunt, quod non simpliciter homo esset crucifixus, sed desuper habuerit dignitatem. Alij dicunt per illud genus vestis, Euangelistam historiam narrare, nam in Palæstina ex duobus pannis vestes contextunt, quod significans Ioannes inquit; *Desuper contextam.* Quod mihi dicere videtur, ut vestimentorum ostenderet vilitatem, nam quemadmodum in aliis omnibus, ita in habitu vilem speciem præferbat, & similiter hæc faciebant. Ipse autem crucifixus matrem suam discipulo commendat: erudiens nos ad vltimum usque spiritum paratum curam habendam. Cum intempestiue ab ea appellatus est, inquit; *Quid mihi, & tibi, mulier? alibi, Que est mater mea?* Hæc immentem charitatem ostendit, & commendat

Alibi ad historiam inuentiois crucis dominice, facta per Helenam vt Rursum in historia ecclesiastica referat.

Psal. 22.

Supra 1. Math. 12.

dat eam discipulo, quem diligebat. Iterum nomen suum modeste subiceret loannes: nam, si se iactare voluisset, quamobrem diligeretur, exposuisset. Credibile enim est magnam esse, & admirandam. Qua autem gratia nihil aliud dicit loanni, neque cum consolatur? Quod intempertium erat, praterea non paruo eum honore his virbis afficiebat, neque paruum presentiae suae praemium capiebat. Tu autem considera, quomodo crucifixus omnia sine aliqua perturbatione transegit, discipulo matrem commendavit, prophetias implevit, latroni spem bonam dedit. Atqui antequam crucifigeretur, sudavit, perturbatus est, timuit. Quid hoc sibi vult? Nihil dubij, nihil non manifestum, illic enim naturae imbecillitas, hic potestas demonstrata est. Praterea his nos duobus admonet, ut licet ante malis perturbemur, non tamen abstinendum sit, quin ea subeamus, & cum in certamen descendimus omnia facilia, & levia putanda sunt, nolimus ergo mortem formidare. Inscitus est animae naturaliter viuendi amor, sed in nobis est, vel hoc vinculum solvere, & eam minuire cupiditatem, vel ligare, & vehementiorem efficeret quem admodum enim nobis desiderium inest coitus: cum autem philosophamur, illius vim cohibemus: ita & in vita accidit. Nam, sicut ad seruandam prolis successionem, Deus procreandi cupiditatem hominibus indidit, non tamen prohibens alio-rem continentiae viam: ita & vitae nobis in seuit desiderium, prohibens, ne quis se interimat, non impediens tamen vt presentem vitam contemnat. Haec considerantibus, modus seruandus est, ne sponte quis sibi mortem consciscat, etiam si innumeris vexetur calamitatibus, neque cum Deo placuerit, eam fugiat, & reformidet, sed presenti animo subeat, & futuram vitam huic praeferat. *Stabant autem mulieres iuxta crucem.* Et imbecillior sexus tunc fortior apparuit, ita omnia reformauit. Ipse matrem commendans inquit; *Ecce filius tuus.* O honorem, quem discipulo tribuit. Cum enim iam abiret, matris curam discipulo reliquit: nam, cum par esset, vt pote matrem dolere, & protectio- nem quaerere, merito dilecto commendat, cui etiam inquit; *Ecce mater tua.* Hoc dixit, vt dilectione deuincerentur: quo cognito, discipulus eam secum addixit. Sed cur non alius cuiuspiam mulieris meminisset, cum adessent? admonens quidam amplius matribus tribuendum. Vt enim cum spiritualia impediunt, parentes ne cognoscendi quidem sunt: ita, cum nihil impedit, merito omnia his sunt tribuenda, & omnibus praeferendi: quia genuerunt, quod educarunt, quod innumeras pro ipsis molestias subierunt: ita Marcionis reprimatur impudentia. Nam, si non esset secundum carnem natus, neque matrem habuisset, quam tantopere curaret. *Postea sciens Iesus, quia omnia iam consummata sunt,* hoc est, quae dispensata erant, vbi demonstrare adnititur, nouam hanc mortem fuisse: siquidem in potestate morientis erat, ne, priusquam ipse vellet, & omnia impleta essent, moreretur, ideo dicebat; Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. *Sciens ergo omnia consummata ait; Sitio.* Etiam hoc verbo prophetiam implens. Tu autem adstantium prauitatem intelligeam, licet innumeris habeamus inimicos, qui nos grauissimè persecuti sint, cum tamè interim eos videmus, fleamus misericordia: hi verò nil

Suprà 10.

moti, magis efferantur, & irident, ac etiam in sponsia porrigunt, vt bibat tanquam reus: nam propter hoc hyssopum additur, quo gustato, mortuus est. Vides quam non perturbatè, & quam potenter omnia transigentem? quod & proficiens, ostendit: *Cum omnia consummata essent, inclinatus capite,* quod affixum non erat, *tradidit spiritum.* Hoc est expiravit. Atqui non post inclinatum caput expiratur, sed post expirationem caput inclinatur: hic autem contra accidit, per quod ostendit Euangelista, eum esse omnium dominum. *Latroni autem camelam denorantes, & culicem excolantes tantum nephas ausi, de die consultant.* Quoniam parasceue erat, vt non remaneret in cruce corpora sabbato, rogauerunt Pilatum, vt frangerent eorum crura. Vides quanti sit veritas? Per ea, quae illi faciunt, propheta impletur alia enim ex hoc manifestata est. *Venerunt ergo milites, & aliorum frangerunt crura.* Non Christi, sed ad Iudaeorum gratiam conciliandam, latus eius lancea aperuerunt, & mortuo adhuc insultant. O pessimam voluntatem, ac sceleratissimam! noli tamen perturbari, dilectissime, quae enim malo illi animo patrii sunt, veritati consentiebant, propheta hinc impletur est, inquit; *Videbunt in quem transixerunt.* Neque hoc tantum, sed non credituris fidei argumentum: vt Thomae, & qui cum eo erant. Ad haec & arcanum mysterium consummatum est. *Exiit enim sanguis, & aqua.* Non casu, & simpliciter hi fontes scaturierunt, sed quoniam ex ambo- bus ecclesia constituta est. Sciunt hoc initiari, per aquam enim regenerati, sanguine, & carne nutriti, hinc mysteria ortum habent, vt quoties ad admirandum calicem accedis, tanquam ab ipso la- tere hauriens, accedas. *Et qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius.* Hoc est, non aliunde audiui, sed ipse affuit: *Et verum est testimonium, & merito sanè.* Contumelias narrat, non magnum aliquid, & admirabile, vt possis quicquam suspicari. Hic haereticorum os cauet, & futura praedicit mysteria, & repositum thesaurum considerans, super his, quae enentura erant, consultat, impletur etiam & illa propheta; *Os eius non comminuet.* Licet enim de Iudaeorum agno- hoc dictum sit, transiit tamen figura illa ad veritatem, & multò magis propterea & prophetae meminisset. Cum enim suum attulisset testimonium, & non videretur fide dignum, adducit Moysen, quod non temere id factum est, sed antiquitus praedictum, quod os eius non comminuetur: & per se quoque prophetae fidem facit. Haec dixit, inquit, vt intelligas conuenientiam inter figuram, & veritatem, Vides quantam adhibet diligentiam, vt credatur quod turpe, & ignominiosum videbatur? Illud enim mortuo, quam ipsum crucis supplicium, longè peius est. Verum tamen haec dixit, inquit, & magna quidem diligentia, vt credatis. Nemo igitur his fidem non adhibeat, neque pudore nostra offendat: quae enim maximè ignominiosa videntur, haec sunt nostro- rum bonorum honestissima. *Post haec autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathea, eo quod esset discipulus Iesu.* Non ex duodecim, sed fortasse ex septuaginta. Iam enim putantes sedatam iram Iudaeorum, ad crucem liberè accesserunt, & fanus curabant. Accedens ergo ad Pilatum, corpus Iesu rogat, & concessum est: nam cur non debuisset? Iu- uir autem ipsum & Nicodemus, & magnificè se-

Zed. 11.

Exult.

pelunt. Adhuc enim de eo tanquam de puro homi- ne opinabatur, & ea ferunt aromata, quae maximè corpora seruare solent: quod nihil magnè de Iesu ipso existimare atquebat, multum tamen amo- rem pra se ferant. Sed quare nullus ex duodecim eo accessit? Non Ioannes, non Petrus, non alius ex primis? Neque hoc silet discipulus: si Iudaeorum metu quis diceret, & hi eodem metu tene- bantur: inquit enim discipulum occultam fuisse propter iterum Iudaeorum: neque dici possit, quod contemneret, sed timens accedebat. Ioannes au- tem, qui affuerat, & viderat expirantem, hic non affuit? Quid ad hoc dicendum? Mihi videtur no- bilissimum fuisse Ioseph, quod ex sepulchro con- stat, & Pilato erat notus, quare impetrauit, & se- peliuit Iesum: non vt reum, sed magnificè secun- dum Iudaeorum consuetudinem, tanquam ma- gnum aliquem, & admirabilem. Cum enim tem- pore vigerentur, non enim hora mortuus erat, & dum peterent eum à Pilato, & dum lauerent, iam vesper aduëtarat, quo tempore nihil licebat operari, in proximum monumentum posuerunt. Dispenatum est enim, vt in nouo monumento sepeliretur, in quo nemo positus fuerat, ne quis alium resurrexisset arbitraretur, & vt discipuli eo facile se conferre possent, & quae fierent in pro- pinquo intuerentur, & vt sepulturae testes, non ipsi tantum, sed inimici essent. Signaculum enim, & custodes sepulchri impositi sepulturae erant testimonio. Resurrectionem autem non minus manifestari Christus voluit, quare discipuli mul- tum adiuuantur ostendere, quod mortuus sit. Res- urrectionem enim omne futurum tempus erat confirmaturus. Moes si tunc dubia fuisset, re- surrectionis ratio non constaret, neque horum tantum gratia propè voluit sepeliri, sed ne falsò potuisset quispiam furtum insinulare.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hippon. in superius Euang.
Homil. 1.

Terminato magno, prolixoque sermone, què post cenam Dominus fundendo pro nobis proximus sanguini ad discipulos habuit, qui cum illo tunc erant, adiuncta oratione, quam dixit ad patrem, deinceps eius passionem Ioannes Euân- gelista sic exorsus est; *Haec cum dixisset Iesus egres- sus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus in quem introiit ipse, & discipuli eius.* Scie- bat autem & Iudas, qui tradebat eum locum, quia fre- quenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Hoc quod narrat ingressum domini cum discipulis suis in hortum, non continuo factum est, cum eius illa finita esset oratio, de cuius verbis ait, *Haec cum dixisset Iesus, sed alia quaedam sunt interposi- ta, quae ab isto praetermissa apud alios Euangeli- stas leguntur, sicut apud hunc inueniuntur multa, quae illi firmiter in sua narratione tacerunt.* Quomodo autem inter se omnes conueniant, nè veritati, quae per alium promittitur, ab alio repu- gnetur, quisquis nosse desiderat, non in his ser- monibus, sed in aliis laboriosis literis quaerat, nec stando & audiendo, sed potius sedendo & le- gendo, vel legenti autem, mentemque intentissi- mam praebendo illa condiscat. Credat tamen an- tequam sciat, siue id etiam scire in hac vita possit

siue per aliqua impedimenta non possit, nihil ab aliquo Euangelista esse conscriptum, quantum ad hos attinet; quos in authentice canonice recepit Ecclesia, quod vel ipsius vel alterius non minus veraci narrationi possit esse contrarium. Nunq̄ itaque huius beati Ioannis narrationem, quam susceptam tractandam, siue aliorum com- paratione videamus in eis quae manifesta sunt non immeritantes, vt hinc vbi opus est, causa poscente faciamus. Non ergo sic accipiamus quod ait, *Haec cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiit ipse & discipuli eius:* tanquam continuo post illa verba in illorum hortum fuerit ingressus, sed ad hunc valeat, quod dictum est, haec enim dixisset Iesus, vt non cum ante opinemur ingressum, quam illa verba finiret. Sciebat autem, inquit, & Iudas qui tra- debat eum locum. Ordo verborum est, sciebat locum qui tradebat eum, quia frequenter, inquit, Iesus con- uenerat illuc cum discipulis suis. Ibi ergo Iudas omnia pelle contactus, & inter oues alto patrisfamilias consilio toleratus didicit, vbi ad tempus exiguum dispergeret gregem, insidiis appetendo pastorem. Iudas ergo, inquit, cum accepisset cohortem, & a prin- cipibus, & Pharisaeis ministris, venit illuc cum latronis, & facibus, & armis. Cohors non Iudaeorum, sed mili- tum fuit, à praeside itaque intelligatur accepta, tanquam ad tenendum reum seruatò bndine legi- time potestatis, vt nullus tentibus auderet ob- stare, quamquam & manus tanta fuerit congrega- ta, & sic armata veniebat, vt vel terretur vel etiam repugnaret, si quisquam Christum defendere au- deret. Itaque quippe eius abscondebatur potestas, & ostendebatur infirmitas, vt haec inimicis neces- saria viderentur aduersus eum, in quem nihil va- luisset, nisi quod ipse voluisset, bene vtens bonis malis, & faciens bona de malis, ad faciendos bo- nos ex malis, & discernendos bonos à malis. *Iesus itaque, sicut euangelista secutus adiungit, sedens omnia quae ventura erant super eum, processit & dicit eis, Quid quaeritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Di- cit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradi- dit eum cum ipsis. Vt ergo dicit eis ego sum, abierunt re- tro & ceciderunt in terram.* Vbi nunc militum cohortis, & ministri principum & Pharisaeorum? vbi terror, & munitimè armorum? Nempe vna vox dicentis; *ego sum,* tantam turbam odii ferocem, armisque terribilem sine telo vilo percussit, repu- lit, strauit. Deus enim latebat in carne & sempiternus dies ita membris occultabatur humanis, vt latetnis, & facibus quaereret occidendus à tenebris. *Ego sum* dicit, & impios deiecit. Quid iudicaturus faciet qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit? Et nunc vtrique per euangelium ego sum dicit Chri- stus, & à Iudaeis expectat Antichristus, vt retro redeant, & in terram cadant: quoniam deserentes caelestia, terrena desiderant. Certe ad comprehen- dendum Iesum persecutores cum traditore vene- runt, quem quaerebant inueniunt. Audierunt, ego sum, quare non comprehenderunt, sed abie- runt retro & ceciderunt, nisi quia hoc voluit, qui potuit quicquid voluit: Verum si nunquam se ab eis permitteret apprehendi, non quidem illi face- rent, propter quod venerat, sed tunc ipse faceret propter quod venerat. Ergo quippe illi occiden- dum quaerebant sciendo, sed quaerebat nos & ipse moriendo. Proinde quia tenere volentibus; nec

* alobende- batur.

nec valentibus, ostendit potestatem suam, iam teneant eum, vt faciat de nescientibus voluntatem suam, iterum ergo eos interrogavit. Quid queritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarenum, Respondit Iesus, Dixi vobis, quia ego sum, si ergo me queritis, sinite hos abire, vt adimpleatur sermo quem dixit, Quia quot de discipulis mihi non perdidit ex eis quenquam. Si me, inquit, queritis, sinite hos abire. Inimicos videt, & hoc faciunt quod iubet, sinunt eos abire, quos non vult petire. Nunquid autem non erant postea morturi? Cur ergo si tunc morerentur perderet eos, nisi quia nondum sic in eum credebant, quomodo credunt quicunque non pereunt. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit seruum principis sacerdotum, & abscondit eius auriculam dextram. Erat autem nomen serui Malchus. Solus hic Euangelista etiam nomen huius serui expressit, sicut Lucas solus, quod eius auriculam dominus tetigerit, & sanauerit eam, Malchus autem interpretatur regnator. Quid ergo auris pro domino amputata, & a domino sanata significat, nisi auditum amputata vetustate renouatum vt sit in nouitate spiritus, & non in vetustate literarum? Quod cui prae situm fuerit a Christo, quis dubitet regnatum esse cum Christo? Quod autem seruus dicitur est, & hoc ad illam pertinet vetustatem, quae in seruitutem generat, quod est Agar. Sed cum accessit sanitas, figurata est & libertas. Factum tamen Petri dominus improbauit, & progredi ultra prohibuit dicens: Mitte gladium tuum in vaginam, Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? In suo quippe factio ille discipulus magistrum defendere voluit, non quod significatum est cogitauerit. Et ille igitur ad patientiam commonendus fuit, & hoc ad intelligentiam conscribendum, Quod autem a patre sibi dicitur datum calicem passionis, profecto illud est quod ait Apostolus, Si Deus pro nobis, quis contra nos? qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum? Verum author calicis huius est etiam ipse qui bibit: vnde idem Apostolus iterum dicit, Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Cohors autem & tribunus & ministri Iudaorum, comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum. Compre henderunt ad quem non accesserunt, quoniam dies ille, illi vero tenebrae permanferunt, nec audierunt, Accedite ad eum, & illuminabimini. Si enim sic accederent, non eum manibus occidendum, sed recipiendum corde comprehenderent. Nunc autem quando eum illo modo comprehenderunt, tunc ab illo longius recesserunt, & ligauerunt eum, a quo solui potius velle debuerunt, & erant fortassis in eis qui tunc imposuerunt Christo vincula sua, atque ab eo postea liberati dixerunt, Dirupisti vincula mea. Haec hodie satis sint, tractabuntur Deo volente sermone alio quae sequuntur.

EIVSDEM IN IDEM

Homilia 2.

Postquam persecutores tradente Iuda comprehensum dominum ligauerunt, qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, & cui pater non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, vt intelligatur Iudas non laudabilis vt vili-

Tract. 113. in Ioan. Ephe. 5.

tate traditionis huius, sed sceleris voluntate dam nabilis. Adduxerunt eum, sicut Ioannes euangelista narrat, Ad Annam primum, nec tacet caulam, cur ita factum sit. Erat enim, inquit, sacer Cayphas qui erat pontifex anni illius. Erat autem, inquit, Cayphas qui consilium dedit Iudaeis, quia expedire vult hominem mori pro populo. Merito & Matthaeus cum id breuius narrare voluisset, cum ad Caypham ductum fuisse commemorat: quia & ad Annam prius ideo ductus est quod sacer eius fuerit vbi intelligendum est hoc eundem Caypham fieri voluisse. Sequetur autem, inquit, Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Quisnam iste sit discipulus, non temere affirmandum est, quia tacetur: solet autem idem Ioannes significare ita & addere, quem diligebat Iesus: fortassis ergo & hic ipse est, quisquis tamen sit, sequentia videamus. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria, Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit iste, Non sum. Ecce columna firmissima ad vnus auris impulsam tota contremuit: vbi est illa promittentis audacia, & de se plurimum praesumentis, vbi sunt verba illa, quando ait, Quare non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam. Hocine est sequi magistrum, se negare discipulum? Sicine pro domino anima ponitur, vt hoc ne fiat, vox ancillulae formidetur? Sed quid mirum, si Deus vera praedixit, homo autem falsa praesumpserit? Sanè in ista quae iam cepta est negatione Apostoli Petri, debemus aduertere, non solum ab eo negari Christum, qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo etiam, qui cum sit, negat se esse Christianum. Dominus enim non ait Petro, discipulum meum te negabis, sed me negabis: negavit ergo ipsum, cum se negavit eius esse discipulum. Quid autem aliud isto modo quam se negavit esse Christianum? Quis enim discipuli Christi nondum appellarentur hoc nomine, post ascensionem quippe eius in Antiochia primum coeperunt appellari discipuli Christiani, iam tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nuncupanda, iam erant discipuli, qui postea appellati sunt Christiani, & hoc commune nomen sicut communem etiam fidem ad posteros transiuerunt. Qui ergo se Christi negavit esse discipulum ipsam rem negavit, cuius nomen est vocari Christianum. Quam multi postea, non dico senes, & anus, in quibus huius vitae societas facilius potuit mortem pro Christi confessione continere, nec solum iuuentus vtriusque sexus, de qua aetate concuenter videtur exigi fortitudo, sed etiam pueri puellaeque potuerunt, & innumerabilis societas sanctorum martyrum in regnum caelorum fortiter, & valenter intravit, quod tunc iste non potuit, qui clauis regni eius accepit: ecce vnde dictum est, Sinite hos abire, quando se pro nobis tradidit, qui suo sanguine nos redemit, vt impletur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, non perdidit ex eis quenquam. Vtique enim Petrus si negato Christo hinc iret, quid aliud quae petiret? Stabant autem serui & ministri ad primas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Non hycms erat, & tamen frigus erat, quale solet etiam a quinochio verno aliquando contingere. Pontifex ergo interrogavit Iesum de discipulis eius & de doctrina eius: Respondit ei Iesus, Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudaei conveniunt, & in occulto locutus sum nihil: Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt quid locutus sum ipsis.

FERIA VI. IN PARASCEVE. 1309

ipsis, ecce hi sciunt quae dixerim ego. No praetereanda nascitur quaestio, quomodo dixerit dominus Iesus, ego palam locutus sum mundo: & maxime illud quod ait, In occulto locutus sum nihil. Nonne in hoc ipso recentiore sermone, quem post cenam discipulis est locutus, ait illis, Hec in prouerbis locutus sum vobis: veni hora cum iam non in prouerbis loquar vobis, sed palam de patre meo annuncio vobis? Si ergo ipsis coniunctionibus discipulis suis non loquebatur palam, sed horam promittebat, quando palam erat locuturus, quomodo palam locutus est mundo? Deinde illis ipsis sicut aliorum quoque Euangelitarum testatur auctoritas, in eorum comparatione quid discipuli eius non erant, multo vtiue manifestius loquebatur, quando cum solis erat remotus a turbis, tunc enim eis & parabolas aperiebat, quas clausas proferebat ad alios. Quid est ergo, in occulto locutus sum nihil? Sed intelligendum est ita eum dixisse, palam locutus sum mundo: ac si dixisset, multi me audierunt. Ipsum autem palam mundo quodam erat palam, modo autem quodam non erat palam: palam quippe erat, quia multi audiebant: & rursus non erat palam, quia non intellegebant: & quod seorsum discipulis loquebatur, non in occulto vtiue loquebatur. Quis namque in occulto loquitur qui coram tot hominibus loquitur, cum scriptum sit, In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum: praesertim si hoc loquitur paucis, quod per eos vult innoscere & multis: sicut ipse dominus ait illis quos adhuc paucos habebat, Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, praedicare super terra. Ergo & hoc ipsam quod ab ipso dici videbatur occulte, quodammodo non dicebatur in occulto, quia non ita dicebatur, vt ab eis quibus dictum fuerat taceretur, sed ita potius, vt vtiue quaque predicaretur. Sic ergo dici potest aliquod & palam simul & non palam, vel in occulto simul & non in occulto, quomodo dicitur est, vt videntes videat, & non videat. Quomodo enim videat, nisi quia palam, non in occulto? Et quomodo idem ipsi rursus non videant, nisi quia non palam, sed in occulto? Ea tamen ipsa quae audierant & non intellexerant, talia erant vt non possent iuste ac veraciter criminari: & quotienscumque interrogando tentarent, vt inuenirent vnde & accusarent eum, sic eis respondit, vt omnes eorum retunderentur doli, & calumniae frustrarentur: ideo dicebat, quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt, quid locutus sum ipsis, ecce hi sciunt quae dixerim ego. Haec autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu dicens, Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus, Si male locutus sum, restitui testimonium perhibeo malo: si autem bene, quid me cadis? Quid ista responsione verius, manifestius, iustius? Eius est enim de quo prophetica vox praeceterat, lutende prospere, procedo & regna: propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Si cogitamus quis acciperet alapam, nonne vellemus eum qui percutit, aut caelesti igne consumi, aut terra dehiscente solberi, aut correptum demonio: volutari, aut aliqua huiusmodi qualibet poena, vel etiam grauiore puniri? Quid enim horum per potentiam iudicare non potuisset, per quem factus est mundus? nisi patientiam nos docere maluisset quae vincitur mundus? Forte hic dicit aliquis, cur non fecit quod ipse praecipit

Percutienti enim non sic respondere, sed maxillam debuit alteram praebere. Quid quod & veraciter, mansuete, iusteque respondit, & non solum alteram maxillam iterum percussuro, sed totum corpus figendum praeparauit in ligno: & hinc potius demonstrauit, quod demonstrandum fuit, sua scilicet magna illa praeccepta patientiae non ostentatione corporis, sed cordis praeparatione faciendae: fieri enim potest vt alteram maxillam visibiliter praebear homo & iratus. Quanto ergo melius & respondet vera placatus, & ad vera perferenda grauiora tranquillo animo fuit paratus? Beatus est enim, qui in omnibus, quae iniuste pro iustitia patitur, potest veraciter dicere, Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum. Hinc fit quippe quod sequitur, cantabo, & psalmum dicam domino. Quod Paulus, & Barnabas etiam in vinculis durissimis facere potuerunt. Sed ad narrationis Euangelicae sequentia redeamus: Et misit eum Annam ligatum ad Caypham pontificem. Ad illum enim sicut Matthaeus dicit ab initio ducebatur, quoniam ipse erat illius anni princeps sacerdotum: alter nos quippe intelligendi sunt agere solere annos ambo pontifices, id est, principes sacerdotum, qui erant illo tempore Annas, & Cayphas, quos & Lucas Euangelista commemorat, narrans quo tempore ceperit domini praecursor Ioannes predicare regnum caelorum, & congregare discipulos, sic enim dicit, Sub principibus sacerdotum Anna, & Caypha, factum est verbum domini super Ioannem Zachariae filium in deserto, & caetera. Proinde isti ambo pontifices vicissim suos annos agebant. Et erat tunc annus Cayphae, quando passus est Christus, ideo secundum Matthaeum cum comprehensus esset, ad eum ductus est, sed prius ad Annam secundum Ioannem venerunt cum illo, non quia collega, sed quia sacerdos eius erat. Er videndum est secundum voluntatem Cayphae id esse factum, vel etiam domus eorum ita fuisse posita, vt non deberet Annas a traesuntibus praerteri. Sed cum dixisset Euangelista quod eum ligatum miserit Annas ad Caypham, reuersus est ad locum narrationis vbi reliquerat Petrum, vt explicaret quod in domo Annae de trina eius negatione contigerat. Erat autem, inquit, Simon Petrus stans & calefaciens se. Hoc recapitulat quod ante iam dixerat: deinde quae secuta sunt iungit. Dixerunt ergo ei, Numquid & tu ex discipulis eius es? Negavit ille, & dixit, Non sum. Iam semel negauerat ad ancillam vocem, & ecce iterum eodem timore perterritus negavit. Deinde vt retrix negatio persceteret, & verbum domini praedicentis impleteretur: Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscondit auriculam, Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negavit Petrus, & statim gallus cantauit. Ecce mendici completa est praedictio: a groto non uicta praesumptio: non enim factum est quod iste dixerat: Anima mea pro te ponam: sed factum est quod ille praedixerat: Ter me negabis. Sed trina Reini negatione completa, iam & iste sermo completus, vt deinceps quae de domino apud Pontificem Pilatum praesidem gesta sunt, non ab alio consideremus, sed ab ipso. Bibl. Hom. tom. 2. S. S. S. E. I. V. S.

Math. 5. Math. 16. Luc. 2. Math. 16. Ioan. 13.

EIVSDEM IN IDEM

Homilia 3.

Tract. 114. in Ioh.

Quæ cum domino vel de domino nostro Iesu Christo apud Pontium Pilatum præsidem gesta sunt, quantum Ioannes Euagelista indicat, deinde videamus. Rediit enim ad hoc narratio- nis suæ ubi eam reliquerat, ut explicaret Petri negationem. Iam quippe dixerat, Et misit eum An- nas ligatum ad Caypham pontificem, atque inde regressus Euagelista ubi dimiserat Petrum cale- facientē se ad ignem in atrio, posteaquam totam eius negationem, quæ ter facta est terminavit, ite- rum percurrit ad ordinem historię. Adducunt ergo Iesum, inquit, & Caypha in prætorium. Ad Caypham quippe ab Anna collega & socero eius dixerat missum: sed si ad Caypham, cur in prætorium? Quod nihil aliud vult intelligi, quam ubi præses Pilatus habitabat. Aut igitur aliqua virgē causa de do- mo Annæ, quod ad audiendum Iesum ambo con- venerant Cayphas perregerat ad prætorium præ- sidis, & locero suo Iesum reliquerat audiendum; aut in domo Cayphæ prætorium Pilatus acceperat, & tanta domus erat, ut seorsum habitantem dominum suum, seorsum iudicem ferret: *Erat au- tem mane, & ipsi, id est qui ducebant Iesum, non introierunt in prætorium*, hoc est in eam partem do- mus, quam Pilatus tenebat, si ipsa erat domus Cayphæ. Cur autē non introierunt in prætorium, exponens causam, *ut non contaminarentur*, inquit, *sed ut manducarent pascha*. Dies enim agi- coepetant azymorum, quibus diebus coetaminatio illis erat in alienigenæ habitaculum intrare. O impia, & stulta cæcitas, habitaculo videlicet coetaminaren- tur alieno; & non contaminarentur scelere pro- prio? Alienigenæ iudicis prætorio contaminari timebant, & fratris innocentis sanguinem fundē- re non timebant, ut hoc solum interim dicam, ubi rea malorum conscientia eum tenebantur. Nam quod etiam dominus erat, qui eorum impietate ducebatur ad mortem, & vitæ dator occidebatur, non eorum conscientia, sed ignorantia depute- tur. Exiit ergo Pilatus ad eos foras & dixit, *Quam ac- cusationem asseritis, adversus hominem hunc? Responde- runt & dixerunt ei, Si non esset malefactor, non tibi tra- didissemus eum*. Interrogantur, atque respondeant ab immundis spiritibus liberati, sanari languidi, leprosi mundati, surdi audientes, muti loquentes, cæci videntes, mortui resurgentes, & quod om- nia superat, stulti sapientes, vitum sit malefactor Iesus. Sed ista dicebant, de quibus per Prophetam iam ipse prædixerat, Retribuebant mihi mala pro bonis. Dixit ergo eis Pilatus, *Accipite eum vos, & se- cundum legem vestram iudicate eum*. Dixerunt ei Iudæi, *Nobis non licet interficere quemquam*. Quid est quod loquitur in sana crudelitas? An non interficiebant quem interficiendum offerebant, an forte crux non interficit? Sic desipiunt, qui non sciantur, sed insistantur sapientiam. Quid est autem, *nobis non licet interficere quemquam*? Si malefactor est, cur non licet in vite lex eius præcepit, ne malefactori- bus, præsertim qualem istum putabant, a suo Deo seductoribus parcant? Sed intelligendum est eos dixisse, non sibi licere interficere quemquam: propter dei soli sanctitatem, quem delebere iam acceperant, propter quem de ingressu etiam præ- torij contaminari metuebant, itane obduratis,

Psalm. 34.

De pen. di- ffr. i. cap. Periculis.

falsi Israelitarum omnem sensum nimia malitia perdidistis, ut ideo vos a sanguine innocentis im- pollutos esse credatis: quia enim fundendum alge- ri tradidistis? Nunquid & Pilatus illum, qui pote- stati eius a vobis ingeritur occidendus, suis est manibus occisurus? Si non eum voluistis occidi, si non insidiati estis ei, si non vobis tradendum pec- unia comparastis, si non comprehendistis, vin- xistis, addaxistis, odistis: si non occidendum ma- nibus obtulistis, vocibus poposcistis, non eum a vobis interfectum esse iactate. Si autem illis om- nibus vestris præcedentibus factis, etiam crucifi- ge, crucifige clamastis, audite quid contra vos Pro- pheta clamat, Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum machæra acuta. Ecce quibus armis, quibus sagittis, qua machæra iustij interfectistis, quando vobis interficere quemquam non licere dixistis. Hinc est quod ad comprehen- dendum Iesum, cum sacerdotum non venissent principes, sed mississent: Lucas tamen Euagelista in eodem narrationis suæ loco ait, *Dixit autem, inquit, Iesus ad eos, qui venerant ad se principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores, Quasi ad latronem existis: & cætera*. Sicut ergo principes sacerdotum nō per seipos, sed per eos, quos miserant ad comprehendendum Iesum, quid aliud quam ipsi in suæ iussionis potestate vene- runt: sic omnes qui cruciandum Iesum impijs vocibus clamaverunt, non quidem per seipos eum, sed tamen ipsi per illum, qui eorum clamo- re ad hoc nefas impulsus est, occiderunt: quod ve- ro Ioannes Euagelista subiungit, *Uterque Iesum im- pletur, quem dixit, significans quia morte esset mori- turus*. Si mortem crucis hic velimus accipere, tan- quam ideo dixerint Iudæi, Nobis non licet inter- ficere quemquam: quia interficere aliud est, aliud crucifigi, non video quomodo id possit conse- quēter intelligi, cum hoc ad Pilati verba respon- derint, quibus eis dixerat, *Accipite eum vos, & se- cundum legem vestram iudicate eum*: nunquid ergo eum non poterant accipere, & ipsi eum crucifi- gere, si per tale genus supplicij interfectionem cuiusquam vitare cupiebant? Quis autem non videat, quam sit absurdum eis licere quem- quam crucifigere, quibus non licet quemquam interficere? Quid quod ipse dominus eandem mortem suam, id est, mortem crucis, etiam inter- fectionem vocat: sicut legitur apud Marcum ubi ait, *Ecce ascendimus Hierosolimam, & filius ho- minis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & damnabunt eum morte, & tradent eum gen- tibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagella- bunt eum, & interficient eum, & tertio die resur- get*. Nimirum ergo: ista dicendo significavit do- minus, quia esset morte moriturus, in qua quod hic mortem crucis vellet intelligi, sed quod eum Iu- dæi fuissent gentibus traditurum, hoc est, Romanis: nam, Pilatus Romanus erat, cumque in Iudæam Romani esse præsidē miserant. Vt ergo iste sermo Iesu impletur, ad id est, ut eum sibi traditurum gen- tes interficerent, quod Iesus futurum prædixerat: ideo Pilatus, qui iudex Romanus erat, eum vellet eum reddere Iudæis, ut secundum legem suam iudicarent eum, noluerunt eum accipere, dicen- tes: Nobis non licet interficere quemquam. Ac sic impletus est sermo Iesu, quem de sua morte præ- dixit, ut eum a Iudæis traditurum interficerent gen- tes, minore scelere, quam Iudæi, qui se isto modo

ab eius

ab eius interfectione velut alienos facere volue- runt, non ut eorum innocentia, sed ut dementia monstraretur.

EIVSDEM IN IDEM

Homilia 4.

Quid Pilatus dixerit Christo, quidve Pilato ille responderit, isto sermone consideran- dum, atque tractandum est: cum enim dictum es- set Iudæis, *Accipite eum vos, & secundum legem ve- stram iudicate eum*: atque illi responderint, *nobis non licet occidere quemquam*. Introiit ergo iterum in præto- rium Pilatus, & vocavit Iesum & dixit ei, *Tu es rex Iudæorum? Et respondit Iesus, A temetipso hoc dicitis: an alij tibi dixerunt de me? Sciebat vtiq; dominus, & quod ipse interrogavit, & quid ille responsurus fuit: sed tamen dici voluit, non ut ipse sciret, sed ut scriberetur, quod nos voluit ut sciremus. Respondit ei Pi- latus, Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid fecisti? Respondit Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; decertarent, ut non traderer Iudæis, nunc autem regnum meum non est hic. Hoc est quod bonus magister scire nos voluit: sed prius nobis demonstranda fuerat vana homi- num de regno eius opinio siue gentium, siue Iu- dæorum, a quibus id Pilatus audierat, quasi pro- pterea morte fuisset plerctendus, quod illicitum affectauerit regnum, vel quoniam solent regna- turis invidere regnantes, & videlicet cavendum erat, ne eius regnum sine Romanis, sine Iudæis esset aduersum. Poterat autē dominus quod ait, *Regnum meum non est de hoc mundo*, & c. ad primam interrogationem prædis respondere, ubi ei dixit, *Tu es rex Iudæorum?* sed eum vicissim interrogans vtrū hoc a semetipso diceret, an audisset ab alijs, illo respondente ostendere voluit hoc sibi apud illum fuisse a Iudæis velut crimen obiectum, pa- tefaciens nobis cogitationes hominum, quas ipse nouerat, quoniam vanae sunt, easque post respon- sionem Pilati, etiam Iudæis & gentibus oportu- nius, aptiusque respondens, *Regnum meum non est de hoc mundo*. Quod si interroganti Pilato conti- nuo respondisset, non etiam Iudæis, sed solis gen- tibus hoc de se opinantibus respondisse videretur. Nunc vero quoniam respondit Pilatus, *nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid fecisti?* abstulit a se suspicionē, qua possit putari a semetipso dixisse, quod Iesum regem di- xerat esse Iudæorum, id se a Iudæis audisse de- monstrans. Deinde dicendo, *quid fecisti?* satis osten- dit illud ei pro crimine obiectum: tanquam dice- ret, si regē te negas, quid fecisti ut tradereris mi- hi? Quasi miram non esset, si puniendus iudici traderetur, qui se diceret regem. Si autem hoc nō diceret, querendum ab illo esset, quid aliud forte fecisset, unde tradi iudici dignus esset. Audite ergo, Iudæi, & gentes, audi, circuncisio, audi, prepu- tium, audite, omnia regna terrena, non impedio dominationem vestram in hoc mundo, regnum meum non est de hoc mundo. Nolite metuere metu vanissimo, quo Herodes ille maior cū Chri- stus natus nunciaretur, expanit, & tot infantes, ut ad eum mors perveniret, occidit, iucendo magis quam irascendo crudelior, *Regnum, inquit, meum non est de hoc mundo*. Quid vultis amplius? Venite*

ad regnum quod non est de hoc mundo: venite credendo, & nolite sanire metuendo. Dicit qui- dem propheta de Deo Patre, Ego autem consti- tutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius: sed Sion, illa & mons ille, non est de hoc mundo: quod est enim eius regnum nisi creden- tes in eum, quibus dicit, De mundo non estis, si- cut & ego non sum de mundo? quamvis eos esse vellet in mundo, propter quod de illis dixit ad patrem, Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. Unde & hic non ait, *regnum meum non est in hoc mundo, sed non est de hoc mundo*: & cum hoc probaret dicens, *si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; decertarent, ut non traderer Iudæis*: non ait, nunc autem regnum meum non est hic: sed, *non est hic*. Hic est enim regnum: eius usque in finem seculi, habens inter se com- mixta zizania usque ad messem, messis enim finis est seculi, quando messorum venient, id est angeli, & colligent de regno eius omnia scandala, quod vtiq; non fiet, si regnum eius non esset hic: sed tamen nō est hic, quia peregrinatur in inun- do. Regno suo quippe dicit, De mundo non estis, sed ego vos elegi de mundo. Erant ergo de mun- do, quando regnum eius non erat, sed ad mundi principem pertinebant. De mundo est ergo quic- quid hominum a vero quidem Deo creatum, sed ex Adam vitata atque damnata stirpe generatum est. Factum est autem regnum non iam de mun- do, quicquid inde in Christo regeneratum est. Sic enim nos Deus eruit de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij claritatis suæ: de quo regno dicit, *Regnum meum non est de hoc mundo*: vel, regnum meum non est hic. Dixit itaque ei Pila- tus, *Ergo rex es tu?* Respondit Iesus, *Tu dicitis, quia sum ego*. Non quia regem se timuit confiteri, sed *tu dicitis*, ita libratum est, ut neque se regem neget: rex est enim cuius regnum non est de hoc mundo: neque regem talem se esse fateatur, cuius regnum puretur esse de hoc mundo: talem quippe ille sen- tiebat qui dixerat, *Ergo rex es tu?* Cui responsum est, *tu dicitis, quia rex sum ego*: dictum est enim, *tu dicitis*, ac si dictum esset, carnalis carnaliter dicitis. Deinde ait, *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati*. Non est producenda huius pronominis syllaba quod ait, *in hoc natus sum*, tanquam dixerit, in hac re natus sum: sed corripienda, tanquam dixerit, ad hanc rem natus sum, vel ad hoc natus sum, sicut ait, ad hoc veni in mundum. In Græco nanque Evangelio nihil est huius locutionis ambiguum, unde manifestum est eum temporalem naturam suam hic com- memorasse, qua incarnatus venit in mundum, non illam sine initio qua Deus erat, per quem pater condidit mundum. In hoc ergo se dixit natum, id est, propter hoc natum, & ad hoc venisse in man- dum, vtiq; nascendo de virgine, ut testimonium perhibeat veritati. Sed quia non omnium est fi- des, adiunxit atque ait, *Omnia qui est ex veritate, au- dit meam vocem*. Audit vtiq; intentionibus auribus, id est, obaudit meæ voci, quod tantumdem vale- ret si diceret, credit mihi. Cum itaque Chri- stus testimonium perhibet veritati, profecto tes- timonium perhibet sibi: eius quippe vox est, Ego sum veritas: & dixit alio quoque loco, *Ego testimonium perhibeo de me: quod vero ait, Omnia qui est ex veritate, audit meam, gratiā com- mendant, que secundum propositum vocat: de*

Rom. 8. quo proposito dicit Apostolus, Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propostum Dei vocati sunt, propositum scilicet vocantis, non vocatorum: *2. Timoth. 1.* quod alibi apertius ita positum est, Conlabora Evangelio secundum virtutem Dei saluos nos facientis & vocantis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam: nam si naturam cogitemus, in qua creati sumus, cum omnes veritas creaverit, quis non est ex veritate? Sed non omnes sunt, quibus ut audiant veritatem, hoc est, ut obediant veritati & credant in veritatem, ex ipsa veritate præstatur, nullis proculdubio præcedentibus meritis, ne gratia non sit gratia. Si enim dixisset, Omnis qui audit meam vocem, ex veritate est, ideo dictus ex veritate putaretur, quia obtemperat veritati: non autem hoc ait, sed ait, *Omnis qui est ex veritate, audit meam vocem*: ac per hoc non ideo est ex veritate, quia eius audit vocem: sed ideo audit, quia ex veritate est, id est, quia hoc illi donum ex veritate collatum est. Quod quid est aliud quam donante Christo credit in Christum? Dixit ei Pilatus, *Quid est veritas?* Nec expectavit audire responsum. Sed cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudæos, & dixit eis, *Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, ut vnum dimittam vobis in pascha, vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum?* Credo cum dixisset Pilatus, quid est veritas? in mentem illi venisse continuo consuetudinem Iudæorum quæ solebat eis dimitti vnus in pascha, & ideo non expectavit ut responderet ei Iesus quid esset veritas, ne mora fieret cū recoluisset morē, quo posset eis per pascha dimitti, quod eum valde voluisse manifestum est, Auelli tamen ex eius corde non potuit Iesum regem esse Iudæorum, tanquam hoc sibi sicut in titulo ipsa veritas fixerit, de qua quid esset interrogavit. Sed hoc audito, *Clamauerunt rursus omnes dicentes, Non hunc, sed Barrabam: Erat autem Barrabas latro.* Non reprehēdimus, o Iudæi, quod per pascha liberatis nocentem: sed quod occiditis innocentem: quod tamen nisi fieret, verum pascha non fieret: sed umbra veritatis à Iudæis errantibus tenebatur, & mirabili dispensatione diuinæ sapientiæ per homines fallaces eiusdem umbræ veritas implebatur, quia ut verum pascha fieret, Christus velut ovis immolabatur. Hinc ea sequuntur quæ iniuriosa Christo Pilatus & cohors eius ingessit, sed alia disputatione tractanda sunt.

EIVSDEM IN IDEM
Homil. 5.

Tract. 116. in Ioan. **C**um Iudæi clamassent, non Iesum sibi à Pilato dimitti velle per pascha, sed Barrabam latronem, non saluatorem, sed interfectorem: non datorem vitæ, sed ademptorem. *Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.* Hoc Pilatus non ob aliud fecisse credendus est, nisi ut eius iniuriis Iudæi satiati sufficere sibi existimarent, & vsque ad eius mortem Iudæi seuire desisterēt. Ad hoc pertinet quod idem præses cohortem suam etiā permisit facere quæ sequuntur, aut fortassis & iussit, quamuis hoc Euāgelista tacuerit: dixit enim quid deinde fecerint milites, Pilatum tamen id iussisse non dixit, *Et milites, inquit, plectentes coronam de spinis, imposerunt capiti eius, & veste purpuream*

circumdederunt eum, & veniebant ad eum, & dicebant, Ave rex Iudæorum: Et dabant ei alapas. Sic implebantur quæ de te prædixerat Christus: sic martyres informabantur ad omnia, quæ persecutores libuisset facere perferendo: sic paulisper occultata tremenda potentia, commendabatur prius imitanda patientia: sic regnum quod de hoc mundo non erat, superbum mundum non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat: sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili contumelia, ut mirabili pallidaret in gloria, *Exiit iterum Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco eum foras, ut cognoscatis, quia in eo nullam causam inuenio.* Exiit ergo Iesus portans spinam coronam, & purpureum vestimentum, & dicit eis, *Ecce homo.* Hic apparet non ignorante Pilato hæc à militibus facta, siue iusserit ea siue permisit, illa scilicet causa quam supra diximus, ut hæc eius ludibria inimici libentissime biberent, & ulterius sanguinem non sitirent. Egreditur ad eos Iesus portans spinam coronam & purpureum vestimentum, non clarus imperio, sed plenus opprobrio: & dicitur eis, *Ecce homo*: Si regi inuidetis, iam parcite quia deicendum videtis. Flagellatus est, spinis coronatus est, ludibrio sa veste amictus est, amarum conuictis illusus est, alapis cæsus est, feruac ignominia, fingescat inuidia, sed non frigescit, inardescit potius, & inerefcit. *Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri clamabant dicentes, Crucifige crucifige eum, &c.* Ecce altera maior inuidia. Parua quippe illa videbatur, velut affectatē illicito ausu regie potestatis, & tamen neutrum sibi Iesus mendaciter usurpauerit, sed vtrunque verum est, & vnigenitus Deus filius est, & rex ab eo constitutus super Sion montem sanctum eius vtrunque nunc demonstraret, nisi quantum erat potentior, tanto mallet esse patientior. *Cum ergo audisset Pilatus hoc verbum, magis timuit, & ingressus est pratorium iterum, & dicit ad Iesum, Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei.* Hoc silentium domini nostri Iesu non semel factum, collatis omnium euāgelistarum narrationibus reperitur, & apud principes sacerdotum, & apud Herodem, quo eum, sicut Lucas indicat, miserat Pilatus audiendum, & apud ipsum Pilatum ut non frustra de illo prophetia præcesserit: Sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum, tunc vtrique quando interrogantibus non respondit. *Quamuis enim quibusdam interrogationibus sæpe responderit, tamen propter illa, in quibus noluit respondere, ad hoc data est de agno similitudo, ut in suo silentio reus sed innocens haberetur.* Cum ergo indicaretur vbi cunque non aperuit os suum sicut agnus non aperuit, id est, non sicut male sibi conficius, qui de peccatis conuincebatur suis, sed sicut mansuetus, qui pro peccatis immolabatur alienis. *Respondit Iesus, Non haberes aduersum me potestatem vllam, nisi tibi datum esset desuper: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.* Ecce respondit, & tamen vbi cunque non respondit non sicut reus siue dolosus, sed sicut agnus, hoc est sicut simplex atque innocens non aperuit os suum. Proinde vbi non respondebat, sicut ovis silebat: vbi respondebat, sicut pastor docebat. *Discamus ergo quod dixit, quod & per Apostolum docuit, quia non est potestas nisi à Deo.* Et quia plus peccat, qui potestati innocentem occidendum liuore tradit, quam potestas ipsa, si eum timore alterius maioris potestatis occidit. Tale quippe

quippe Pilato Deus dederat potestatem, ut etiā esset sub Cæsaris potestate. *Quapropter non haberes, inquit, aduersum me potestatem vllam, id est, quātulumcūque habes, nisi hoc ipsum quicquid est tibi esset datum desuper.* Sed quoniam scio quantum sit, non enim tantum est, ut tibi omnimodo liberum sit: propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ille quippe me tuæ potestati tradidit inuidendo, tu vero eadem potestatem in me exerciturus es metuendo. Nec timēdo quidem, præsertim innocentem homo hominem debet occidere, inuidus homicida malus est, sed tamen id zelādo facere multo magis malum est quam timendo. Et ideo non ait verax magister, qui me tradidit tibi, ipse habet peccatum, ita quam ille non haberet: sed ait, maius habet peccatum, ut etiam se habere intelligeret: neque enim propterea illud nullum est, quia hoc maius est. *Exinde quæretur Pilatus dimittere eum.* Quid est hoc quod dictum est, *exinde?* Quasi antea non quærebat? *Lege superiora, & inuenies iam dudum eum quærere dimittere Iesum.* Exinde itaque intelligendum est propter hoc, id est, ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem sibi traditum, quamuis minus peccans quam Iudæi qui eum illi tradiderant occidendum. *Exinde ergo, id est, ideo ne hoc peccatum faceret, non nunc primum, sed ab initio quærebat eum dimittere.* Iudæi autem clamabant dicentes, *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: Omnis enim qui se regem facit contradiat Cæsari.* Maiorem timorem se ingerere putauerunt Pilato terrendo de Cæsare ut occideret Christum, quam superius vbi dixerūt, *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit: Eorum legem quippe ille non timuit ut occideret: sed magis filium Dei timuit ne occideret.* Nunc vero non sic potuit contemnere Cæsarem auctorem potestatis suæ, quem admodum legem gentis alienæ. Adhuc tamen Euāgelista sequitur & dicit, *Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Libostratus, Hebraice autem Gabbatha. Erat autem parasceue pascha hora quasi sexta.* Quia hora sit dominus crucifixus, propter Euāgelistæ alterius testimonium, qui dixit, *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum, quoniam magna discipulatio solet oboriri: cum ad ipsum locum vbi crucifixus narratur vētum fuerit, ut potuerimus, si dominus voluerit, disseremus, Cum ergo pro tribunali se disisset Pilatus, dicit Iudæis, Ecce rex vester: illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum, Dixit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Adhuc terrorem quem de Cæsare ingesserant superare conatur, de ignominia eorum volens eos frangere dicendo, *Regem vestrum crucifigam?* quos de ignominia Christi mitigare non potuit, sed timore mox vincitur. *Responderunt enim pontifices, Non habemus regem nisi Cæsarem.* Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Apertissime quippe contra Cæsarem venire videretur, si regem se non habere nisi Cæsarem profectibus alium regem vellet ingerere dimittendo impunitum, quem propter hos ausus ei tradiderant occidendum. *Tradidit ergo eis illum ut crucifigeretur: sed nunquid aliud & ante cupiebat quando dicebat, Accipite eum vos, & crucifigite: vel etiam superius, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum?* Cur autem illi tantopere noluerunt, dicentes, *Nobis non licet interficere quemquam: & omni modo instantes, ut non**

ab eis, sed à præside occideretur, & ideo eum occidendum accipere recusantes, si nunc eum accipiunt occidendum? Aut si hoc non fit, cur dictum est, *tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur?* An aliquid interest planè interest, non est enim dictum, *Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigerent eum, sed ut crucifigeretur, id est, ut iudicio ac potestate præsidis crucifigeretur: sed ideo illis traditum dicit Euāgelista, ut eos crimine implicatos à quo alieni esse conabantur, ostenderet.* Non enim faceret hoc Pilatus, nisi ut id quod eos conperere cernebat, impleteret quod autē sequitur, *Susciperunt autem Iesum & eduxerunt.* Potest ad milites iam referri apparitores præsidis: nam postea euidens dicitur, *Milites ergo cum crucifixissent eum quamuis Euāgelista etiam si totum Iudæis tribuit, merito facit, Ipsi enim susceperunt quod amississimè flagitauerunt, & ipsi fecerunt quicquid vi fieret extorserunt.* Sed hæc sequentia alio sermone tractanda sunt.

EIVSDEM IN IDEM
Homilia 6.

Iudicante, atque damnante Pilato pro tribunali dominum Iesum Christum hora quasi sexta. *Susciperunt, & eduxerunt. Et baiulans sibi crucem exiit in eum, qui dicitur Caluaria locum, Hebraice autem Golgotha, vbi crucifixerunt eum.* Quid est ergo quod Marcus euāgelista dicit, *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum, nisi quia hora tertia crucifixus est dominus linguis Iudæorum, hora sexta manibus militum?* ut intelligamus horā quintam iam fuisse transactam, & aliquid de sexta ceptum, quando sedit pro tribunali Pilatus, quæ dicta est à Ioanne hora quasi sexta. Et cum duceretur ut in ligno cum duobus latronibus cōfugeretur, & iuxta eius crucem gereretur, quæ gesta narratur, hora sexta integra completeretur, ex qua hora vsque ad nonam sole obscurato, tenebras factas, trisium Euāgelistarum, Matthæi, Marci, & Lucæ contestatur autoritas. Sed quoniam Iudæi facinus interfecisti Christi à se in Romanos, id est, in Pilatum & eius milites transferre conati sunt, propterea Marcus suppressa ea hora qua Christus à militibus crucifixus est, quæ agi sexta iam ceperat, tertiam potius horam esse recordatus expressit, qua hora intelliguntur apud Pilatum clamare potuisse, *Crucifige, crucifige, ut non illi tantum reperiantur crucifixisse Iesum, id est, milites qui cum ligno sexta hora suspenderunt, verum etiam Iudæi, qui ut crucifigeretur hora tertia clamauerunt.* Est & alia huius solutio quæstionis, ut non hic accipiat hora sexta diei, quia nec Ioannes ait, *Erat autem hora diei quasi sexta: [aut, hora quasi sexta:]* sed ait, *Erat autem parasceue paschæ hora quasi sexta.* Parasceue autem Latine præparatio est: sed isto verbo Græco libentius vultur Iudæi in huiusmodi obseruationibus, etiam qui magis Latine quam Græce loquuntur. Erat autem præparatio paschæ. Pascha vero nostrum, sicut dicit Apostolus, immolatus est Christus. Cuius paschæ præparationem si ab hora noctis nona computemus, tunc enim videntur principes sacerdotum pronunciassse immolationem domini dicentes, *Reus est mortis, cum adhuc in domo pontificis audiretur, vnde congruenter accipitur inde ceppisse præparationē veri paschæ, cuius umbra erat pascha*

Tract. 117. in Ioan.

Marc. 15.

Math. 27. Marc. 15. Luc. 23.

1. Cor. 5.

Math. 26.

schia Iudæorum, id est, immolationis Christi, ex quo à sacerdotibus pronunciatu est immolandum, profecto ab ea noctis hora, quæ tunc nona fuisse conijcitur, vsque ad horam diei tertiæ, qua crucifixum esse Christum, Marcus euangelista testatur, sex horæ sunt, tres nocturnæ; & tres diurnæ. Vnde in hac parasceue paschæ, id est, præparationis immolationis Christi, quæ ab hora noctis nona cæperat, quasi sexta agebatur hora, id est, peracta quinta iam sexta currere cæperat, quando Pilatus tribunal ascendit: adhuc enim erat ipsa præparatio, quæ ab hora noctis nona cæperat, donec fieret, quæ præparabatur Christi immolatio: quæ facta est hora tertia secundum Marcum, non præparationis, sed diei: cademque sexta non diei, sed præparationis, sex utique horis à noctis nona vsque ad diei tertiæ computatis. Harum duarum solutionum istius difficilis quæstionis eligat quisque quam volent. Melius autem quid eligat iudicabit, qui de consensu Evangelistarum, quæ operosissimè disputata sunt, legerit. Quod & si aliæ solutiones eius potuerint inueniri, cumulatius euangelicæ veritatis constantia defenderent aduersus calumnias infidelis atque impiæ vanitatis. Nunc ad narrationem Ioannis euangelistæ post ista breuiter tractata redeamus. Susceperunt autem, inquit, Iesum & eduxerunt, & baiulans sibi crucem exiit in eum, qui dicitur Caluarie locum, Hebraice Golgotha, vbi crucifixus est eum. Ibat ergo ad locum vbi fuerat crucifigendus, portans crucem suam Iesus. Grande spectaculum, sed si spectat impietas, grande ludibrium: si pietas, grande mysterium. Si spectet impietas, græde ignominie documentum: si pietas, grande fidei munimentum. Si spectet impietas, ridet regem pro virga regni lignum sui portare supplicij: si pietas, videt regem baiulantem lignum ad semetipsum figendum, quod fixurus fuerat etiam in fratribus regum in eo spectendus oculis impiorum, in quo erant gloriatura corda sanctorum: dicto enim Paulo, Mihi autem abisti gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: ipsam crucem suam suo gestas humero commendabat, & lucernæ arsuræ, quæ sub modio ponenda non erat candelabrum ferebat. Baiulans ergo sibi crucem, exiit in eum, qui dicitur Caluarie locum, Hebraice Golgotha, vbi eum crucifixus est. Et cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum. Isti duo latrones erant, sicut aliorum Evangelistarum narratione didicimus, cum quibus crucifixus & inter quos crucifixus est Christus: de quo præmissa dixerat prophetia, Et inter iniquos deputatus est, scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem: erat autem scriptum, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraice, Græce, & Latine, Rex Iudæorum. Hæ quippe tres linguæ ibi præ cæteris eminebant. Hebræa propter Iudæos in Dei lege gloriantes. Græca propter gentium sapientes. Latina propter Romanos, multis ac pene omnibus iam tunc gentibus imperantes. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum, Noli scribere rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus, Quod scripsi scripsi. O ineffabilem vim diuinæ operationis, etiam in cordibus ignorantium. Nonne occulta vox quædam Pilato intus quodam, si dici potest, clamose silētio personabat, quod tan-

Lib. 1. de consensu euangel. cap. 13.

Galat. 6.

Matth. 5.

Matth. 17. Marc. 15. Luc. 23. Esai. 53.

to ante in Psalmorum literis prophetatum est: Ne corrupas tituli inscriptionem: ecce tituli inscriptionem non corrupit, quod scripsit scripsit. Sed etiam pontifices qui hoc corrupti videbant, quid dicebant? Noli scribere, inquit, rex Iudæorum, sed quia ipse dixit rex sum Iudæorum. Quid loquimini, infanti? quid fieri contradicitis, quod mutare nullo pacto potestis? Nūquid enim propterea non erit verum, quia Iesus ait, rex sum Iudæorum? Si corrupti non potest, quod Pilatus scripsit, corrupti potest quod veritas dixit: sed Iudæorum tantum rex est Christus, an & gentium? imò & gentium: cum enim dixisset in prophetia, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius: ne propter motem Sion solis Iudæis eum regem quiquam diceret constitutum: continuo subiunxit, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminis terræ. Vnde & ipse iam per os proprium loquens apud Iudæos, habeo, inquit, alias oves, quæ non sunt de hoc ouile, oportet me & ipsas adducere, & vocem meam audiant, & fiet vnus grex & vnus pastor. Cur ergo magnum volumus intelligi in hoc titulo sacramentum, in quo scriptum erat, rex Iudæorum, si rex est Christus & gentium? Quia scilicet oleaster factus est particeps pinguedinis oleæ, non olea particeps facta est amaritudinis oleæstri: nam in eo quod de Christo variatim scriptum est in titulo rex Iudæorum, qui sunt intelligendi Iudæi nisi semen Abrahæ filij promissi: nis qui sunt etiam filij Dei? quoniam non qui filij carnis, ait Apostolus, in filiis Dei, sed qui filij promissionis deputantur in semine. Et gentes erant quibus dicebat, Si autem vos Christi, ergo Abrahæ semen estis secundum promissionem hæredes. Rex ergo Iudæorum Christus, sed Iudæorum circuncisione cordis, spiritu, & littera. Quorum laus non ex hominibus, sed ex Deo est: pertinentium ad Hierusalem liberam matrem nostram æternam in calis, Saram spiritalem, ancillam & filium eius de domo libertatis eiecientem. Ideo enim Pilatus quod scripsit scripsit, quia dominus quod dixit dixit.

EIVSDEM IN IDEM Homilia 7.

Eiam quæ gesta sunt iuxta crucem domini, cum Iam crucifixus esset isto quæcum dominus adiuvat sermone tractemus. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius. Factum est quod voluerunt Iudæi, non ipsi sed milites qui parebant Pilato, iudicante ipso crucifixus Iesum: & tamen si voluntates, si insidias, si operam, si traditionem, postremo si extorquentes clamores eorum cogitemus, & magis utique Iudæi crucifixus Iesum. Sed de partitione, & sortitione vestimentorum eius non est præteriter loquendum. Quamuis enim omnes Euangelistæ quatuor huius rei meminerint, cæteri tamè breuius quam Ioannes: sed clausè illi, iste vero apertissimè: nam Matthæus ait, Postquam autem crucifixus eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes. Marcus, Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis: quis quid tol-

Luc. 24.

Psalm.

1. Cor. 13.

Coloss. 3.

Galat. 4.

Galat. 4.

Matth. 17.

Ioan.

Matth. 17.

Matth. 17.

ret. Lucas, Diuidentes vero vestimenta eius, miserunt sortes. Ioannes autem & quæ partes de vestimentis eius fecerint dixit, id est, quatuor, ut singulas tollerent. Vnde apparet quatuor fuisse milites, qui in eo crucifigendo præteriti paruerunt: manifeste quippe ait, Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam, subaudiendum est, acceperunt, ut iste sit sensus, acceperunt vestimenta eius & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, acceperunt & tunicam. Et sic locutus est, ut de cæteris vestimentis nullam sortem missam esse videamus, sed de tunica quam simul cum cæteris acceperunt, sed non similiter diuiserunt de hac enim sequitur exponens. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Cur autem de illa sorte miserunt narrans. Dixerunt, inquit, ergo adinuicem, Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Apparet itaque in aliis vestibus æquales eos habuisse partes, ut sortiri necesse non fuerit in illa vera vna nõ eos habere potuisse singulas partes nisi scinderetur, ut pannos eius inutiliter tollerent, quod ne facerent ad vnum eam peruenire sortitione maluerunt. Huius Euangelistæ narrationi consonat etiam propheticum testimonium, quod & ipse continuo subiungens, & scripsit, inquit, impletur dicens, Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Nõ enim ait, sortiti, sed partiti sunt: nec ait, sortitices partiti sunt, sed in cæteris vestimentis sortem omnino nõ nominans, postea dixit, & in vestem meam miserunt sortem, propter illam reliquã tunicam. De qua te dicam, quod ipse donauerit, cũ prius eam quæ oboriri potest tanquam Euangelistæ inter se discrepent, calumniam propulsauerunt, demõstrans nullius cæterorum verba narrationi Ioannis esse cõtraria: Matthæus enim dicendo, Diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes, ad totam diuisiõnem vestimentorum voluit intelligi etiam illam tunicam pertinere, de qua sortem miserunt, quia utique omnes vestes diuidendo in quibus & illa fuit, de ipsa sortiti sunt. Tale est etiã quod ait Lucas: Diuidentes vestimenta eius miserunt sortes, diuidentes enim venerunt ad tunicam, de qua facta est sortitio, ut inter eos vniuersa vestimentorum eius diuisio compleretur. Quid autem interest verum dicatur, diuidentes miserunt sortes, quod ait Lucas: an diuiserunt sortem mittentes, quod ait Matthæus, nisi quod Lucas dicendo sortes, pluralem pro singulari numero posuit, quæ locutio in scripturis sanctis insolita non est, quantum nonnulli codices sortem reperiantur habere, non sortes? Marcus itaque solus videtur aliquam intulisse quæstionem, dicendo enim, Mittentes sortem super eis quis quid tolleret, tanquam super omnibus vestimentis, non super sola tunica fors missa sit, locutus videtur: sed hic etiam breuitas obscuritatem facit: sic enim dictum est, mittentes sortem super eis: ac si, mittentes sortem cum diuiderent: quod & factum est. Omnium quippe vestimentorum eius diuisio completa non esset, nisi forte claruisset, quæ etiam illam tunicam tolleret, ut sic contentio diuidendum finiretur, vel nulla potius oriretur. Quod ergo ait, quis quid tolleret, quando quidem hoc sortiti deputatur, non ad omnia quæ diuisa sunt vestimenta referendum est: fors enim missa est quis illam tunicam tolleret, de qua quoniã narrasse præ-

termisit qualis fuerit, & quemadmodum æqualibus factis partibus sola remanserit, quæ ne conscinderetur, venire in sortem, pro eo positum est, quod ait, quis quid tolleret, id est, quis eam tolleret, tanquam si totum ita diceretur, diuiserunt vestimenta eius mittentes sortem super eis, quis tunicam quæ partibus æqualibus superferuat tolleret. Quæret forte aliquis, quid significet in tot partes vestimentorum facta diuisio, & de tunica illa sortitio. Quadripertita vestis domini Iesu Christi, quadripertitam figurauit eius ecclesiam, toto scilicet, qui quatuor partibus constat, terrarum orbe diffusam, & omnibus eiusdem partibus æqualiter, id est, concorditer distributam. Propter quod alibi dicit missarum se angelos suos, ut colligat electos eius à quatuor ventis: quod quid est, nisi à quatuor partibus mundi, Oriente, Occidente, Aquilone & Meridie? Tunica vero illa sortita, omnium partium significat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur. De charitate autem locuturus Apostolus, Supereminentiorem, inquit, viam vobis demonstrabo: & alio loco ait: Cognoscere etiam super eminentem scientiæ charitatem Christi. Itẽmque alibi, Super omnia autem hæc habete charitatem quæ est vinculum perfectionis. Si ergo charitas & supereminentiorem habet viam, & supereminet scientiæ, & super omnia præcepta est, merito vestis qua significatur, desuper contexta perhibetur. Inconsutilis autem ne aliquando dissuatur, & ad vnum peruenit, quia in vnum omnes colligit, sicut in Apostolis cum esset etiã ipse numerus duo denarius, id est, quadripertitus in ternos & omnes essent interrogati: solus Petrus respondit, Tu es Christus filius Dei vini: & ei dicitur, Tibi dabo clausas regni celorum, tanquam ligandi & soluendi solus acceperit potestatem, cum & illud vnus pro omnibus dixerit, & hoc cum omnibus tanquam personam gerens ipsius vnitatis acceperit. Ideo vnus pro omnibus, quia vnitatis est in omnibus. Vnde & hic cum dixisset, desuper contexta, addidit, per totum: quod si referamus ad id quod significat, nemo eius est expertus, qui pertinere ad totum inueniatur, à quo toto, sicut Græca indicat lingua, catholica vocatur ecclesia. In sorte autem quid nisi Dei gratia commendata est. Sic quippe in vno ad omnes peruenit, cum fors quoque omnibus placuit, quia & Dei gratia in vnitatis ad omnes peruenit, & cum fors mittitur, non personæ vel cuiuscunque meritis, sed occulto iudicio Dei ceditur. Nec ideo ista non aliquid boni significasse quis dixerit, quia per malos facta sunt, nõ scilicet per eos qui Christum secuti, sed qui sunt persecuti. Quod enim de ipsa cruce dicitur sumus, quæ certe similiter ab inimicis atque impiis Christo facta & impacta, est: Et tamen ea significari rectè intelligitur quod ait Apostolus, Quæ sit latitudo, lógitudo, & altitudo, & profundum. Lata est quippe in transuerso ligno, quo extenditur pendens manus, & significat opera bona in latitudine claritatis: lóga est à transuerso ligno vsque ad terrã, vbi doctum pedesque signatur, & significat perseuerantiã in lógitudine temporis vsque in finem. Alta est in cacumine, quod per transuersum lignum sursum versum excedit, & significat supernum finem quod cuncta opera referuntur, quoniam cuncta quæ latitudine ac longitudine bene ac perseueranter fiunt, propter altitudinem diuinorum faciẽda sunt præmiorum.

Matth. 24.

1. Cor. 13. Ephes. 3.

Coloss. 3.

Matth. 16.

Ephes. 3.

Profunda est in ea parte, qua in terram figuris: quippe & occulta est, nec videri potest, sed cuncta eius apparentia & eminentia inde confurgunt, sicut bona nostra de profunditate gratiæ Dei, quæ comprehendere ac diiudicare non potest, vniuersa procedunt. Sed et si crux Christi hoc solum significet quod ait Apostolus. Qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum passionibus, & concupiscentiis quam magnum bonum est: Nec tamen facit hoc nisi concupiscentis aduersus carnem spiritus bonus, cum illam crucem Christi fecerit inimicus, id est, spiritus malus: Postremo quid est quod omnes nouerunt signum Christi, nisi crux Christi? Quod signum nisi adhibeatur, siue frontibus credentium, siue ipsi aquæ quæ regenerantur, siue oleo quo chrismate unguuntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorum rite perficitur. Quomodo ergo per id quod mali faciunt, nihil boni significatur, quando per crucem Christi, quam fecerunt mali, in celebratione sacramentorum eius bonum nobis omne signatur? Sed hæc hæc tamen: quæ autem sequantur, alias, vt Deus opitalabitur, differenda videbimus.

EIVSDEM IN IDEM
Homilia 8.

Tract. 119. in Ioan.

CRUCIFIXO domino, posteaquam diuisio vestimetorum eius etiã forte missa completa est, quæ deinde narrat Ioannes Euangelista videamus: Et milites quidem, inquit, hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, &c. Hæc nimirum est illa hora, de qua Iesus aquam conuersurus in vinum, dixerat matri. Quid mihi, & tibi est, mulier? nondum venit hora mea. Hanc itaque horam prædixerat, quæ tunc nondum venerat, in qua deberet agnoscere matrem mortuus de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo diuina facturus, nõ diuinitatis, sed infirmitatis matrem velut incognitam repellat: nunc autem humana iam patiens ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano: tunc enim qui Mariam creauerat, innotescbat in virtute: nunc vero quem Maria pepererat, pendebat in cruce. Moralitatis igitur insinuat locus, facit quod faciendum admonet, & exemplo suo suos ministros instruit præceptor bonus, vt à filiis piis impendatur cura parentibus, tanquam lignum illud vbi erant fixa membra morietis, etiam cathedra fuerit magistri docentis. Ex hac sana doctrina didicerat Paulus Apostolus quod docebat quando dicebat: Si quis autem suis, & maxime domesticis non prouiderit, fidem negauit, & est infideli deterior. Quid autem, tam cuique domesticum quam parentes filius, aut parentibus filij? Huius itaque saluberrimi præcepti ipse magister sanctorum de seipso constituat exemplum, quando non vt famulæ Deus quam creauerat & regebat, sed vt matri homo de qua creatus fuerat, & quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filium prouidebat: nõ cur hoc fecerit, quod sequitur indicat: ait enim Euangelista, Ex illa hora accepit eam discipulus in sua. De seipso dicens. Sic quippe commemorare solet, quod eum diligebat Iesus qui vti que omnes, sed ipsum præ cæteris & familiarius diligebat, ita vt in conuincio super pectus suum discumbere faceret, credo vt istius Euangelij quod

Nota frequenter vsu olim signi crucis, et quæ sanctificatio vim habentis. Oleei Christum vsu vsu in veteri ecclesia.

Ioan. 2. Supra tract. 8.

2. Tim. 5.

per enim fuerat prædicaturus, diuinam excellentiam hoc modo alius commendaret. Sed in quæ sua Ioannes matrem domini accepit? Neque enim non ex eis erat, qui dixerunt ei, Ecce nos dimissimus omnia, & secuti sumus te: sed ibi quoque audierat, Quicunque ista dimiserit propter me, accipiet in hoc seculo centies tantum. Habebat ergo discipulus centupliciter plura quam dimiserat, in quæ suscipere eius matrem, qui hæc illi donauerat? Sed in ea societate beatus Ioannes receperat ceterum, vbi nemo dicebat aliquid suum, sed erat illis omnia communia, sicut in apostolorum Actibus scriptum est. Sic enim Apostoli erant quasi nihil habentes & omnia possidentes. Quomodo ergo matrem magistri, & domini sui discipulus & famulus accepit in sua, vbi aliquid suum nemo dicebat? An quia paulo post in eodem libro legitur: Quotquot enim possessores prediorum, vel domorum erant, vendentes afferebant precia eorum, & ponebant ad pedes Apostolorum, distribuebatur autem vnicuique prout cuique opus erat, intelligendum est sic distributum fuisse huic discipulo, quod opus erat, vt illic etiam beate Mariæ tanquam matris eius portio poneretur? Magisque sic debemus accipere quod dictum est: Ex illa hora suscepit eam discipulus in sua. vt ad eius curam quicquid ei esset necessarium pertineret. Suscepit ergo eam in sua, nõ prædia, quæ nulla propria possidebat, sed officia, quæ propria dispensatione exequenda curabat: deinde subiungit, Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit, Sitio, &c. Quis potest quæ facit ita disponere, quomodo disposuit homo iste quæ passus est? Sed homo mediator Dei & hominum, homo de quo prædictum legitur. Et homo est, & quis cognoscet eum? Quomodo homines per quos hæc liebant, videbant hominem, sed non agnoscebant Deum. Homo nanque apparebat, qui Deus latebat, patiebatur hæc omnia, qui apparebat, & idem ipse disponebat, hæc omnia qui latebat. Vidit ergo quia consummata sunt omnia quæ oportebat, vt fierent, antequam acciperet acetum, & traderet spiritum, atque vt hoc etiam consummaretur quod scriptura prædixerat, Et in siti mea potauerunt me aceto: Sitio, inquit, tanquam diceret, hoc minus fecistis, dare quod esis. Iudæi quippe ipsi erant acetum degenerantes à vino patriarcharum, & prophetarum, & tãquam de pleno vase, de iniquitate mundi huius impleti, cor habentes velut spongiam, cauernosus quodammodo, atque tortuosus latibus fraudulentis. Hyssopum autem, cui circumposuerunt spongiam aceto plenam, quoniam herba est humilis, & peccatus purgat, ipse Christi humilitatem cõgruenter accipimus, quam circumdederunt, & se circumuenisse putauerunt. Vnde est illud in Psalmo: Asperges me hyssopo, & mundabor. Christi nanque humilitate mundamur, quia nisi humiliasset semetipsum, factus obediens vsque ad mortem crucis, non vti que sanguis eius in peccatorum remissionem, hoc est, in nostram mundationem fuisset effusus. Nec moueat quomodo spongia ori eius potuit admoueri, qui in cruce fuerat exaltatus à terra: sicut enim apud alios Euangelistas legitur, quod hic prætermisit, in arundine est factum, vt in spongia talis potus ad crucis sublimia leuaretur. Per arundinem vero scriptura significabatur, quæ implebatur hoc facto: sicut enim lingua dicitur

citur vel Græca, vel Latina, vel alia quælibet sonum significantis, qui lingua promitur: sic arundine dici potest litera quæ arundinè scribitur, sed sonos significantis vocis humanæ vsitatissime dicimus linguas: scripturas vero arundinem dici, quominus est vsitatum, eo magis est mystice figuratum. Faciebat ista populus impius, patiebatur ista miseriosus Christus. Qui faciebat, quid faceret nesciebat: qui patiebatur autem nõ solum quid faceret, sed & cur fieret sciebat, verum etiam de malefacientibus bene ipse faciebat. Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit. Consummatum est. Quid nisi quod propheta tanto ante tempore prædixerat? Deinde quia nihil remanserat quod antequam inoreretur fieri adhuc oporteret, tanquam ille, qui postestatem habebat ponendi animam suam & iterum sumendi eam, peractis omnibus, quæ vt peragerentur expectabat, inclinato capite tradidit spiritum. Quis ita dormit quando voluerit, sicut Iesus mortuus est quando voluit? Quis ita vestem deponit quando voluerit, sicut se carne exiuit, quando voluit? Quis ita cum voluerit abijt, quomodo cum voluerit obiit? Quanta speranda vel timenda potestas est indicantis si apparuit tanta morientis.

EIVSDEM IN IDEM
Homilia 9.

POSTEAquam dominus Iesus peractis omnibus quæ ante suam mortem peragi oportere præsciebat, quando voluit tradidit spiritum, quæ deinde secuta sunt, Euangelista narrante videamus. Iudæi ergo, inquit, quoniam parasceue erat, vt non remaneret in cruce corpora sabbato: erat enim magnus dies ille sabbati rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Non crura tollerentur, sed hi quibus ideo frangebantur vt morentur, & auferretur de ligno, ne pendentes in crucibus magnam diem festum sui diurni cruciatu horrore forent. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non frangerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Vigilanti verbo Euangelista vsus est, vt nõ diceret, latus eius percussit, aut vulnerauit, aut quid aliud, sed aperuit, vt illic quodammodo vitæ ostium panderetur, vnde sacramenta Ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad vitam quæ vera vita est, non intratur. Ille sanguis in remissionem sufficit peccatorum aqua illa salutare temperat potulum, hæc & lauacrum præstat, & potum. Hoc prænnunciabat quod nõ in latere arcis ostium facere iustus est, quæ intrarent animalia quæ non erant diluio peritura, quibus præfigurabatur Ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, & appellata est vita materque viuorum. Magni quippe significauit bonum ante magnum prænnunciationis malum. In habitu iacentis, & dormientis hic secundus Adam inclinatio capite in cruce dormiuit, & vnde ei formaretur coniunx, quod de latere dormientis effluxit. O mors vnde mortui reuiuiscunt? quid isto sanguine mundus? Quid vulnere isto salubrius? Et qui vidit, inquit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius, & ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis. Non dixit, vt & vos sciat: sed, vt credatis: scit enim qui vidit, cuius credat testimonio qui

non vidit: magis autem ad fidem credere pertinet quam videre, nam quid est aliud credere, quam fidem accommodare? Facta sunt enim hæc, inquit, vt scriptura impleteretur, Os non comminuetis ex eo: & iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quem confixerunt. Duo testimonia de scripturis reddidit singulis rebus, quas factas fuisse narrauit: nam quia dixerat. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non frangerunt eius crura: ad hoc pertinet testimonium. Os non comminuetis ex eo, quod præceptum est eis qui celebrare pascha iusti sunt omnis immolatione in veteri lege, quæ dominicæ passionis vmbra præcesserat, vnde pascha nostrum immolatus est Christus de quo & Esaias propheta prædixerat: Sicut onis ad immolandum ductus est. Item quia subiunxerat dicens: Sed vnus militum lancea latus eius aperuit: ad hoc pertinet alterum testimonium. Videbunt in quem confixerunt: vbi promissus est Christus, in ea qua crucifixus est carne venturus. Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathea, eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum, vt tolleretur corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Iesum nocte primum ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Non ita distinguendum est vt dicamus primum ferens mixturam myrrhæ, sed vt quod dictum est primum ad superiorem sensum pertineat: Venit enim Nicodemus ad Iesum nocte primum, quod idem Ioannes in prioribus Euangelij sui partibus manifestat. Hic ergo intelligendum est ad Iesum, non tunc solum, sed tunc primum venisse Nicodemum, venisse autem postea vt fieret audiendo discipulus, quod certe modo in reuelatione corporis beatissimi Stephani ferè omnibus gentibus declaratur. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatis, sicut mos est Iudæis sepelire. Non mihi videtur Euangelista frustra dicere voluisse, sicut mos est Iudæis sepelire: ita quippe, nisi fallor admonuit in huiusmodi officiis, quæ mortuis exhibentur, morè cuiusque gentis esse seruandum. Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat: Sicut in Mariæ virginis vtero nemo ante illum, nemo post illum conceptus est: ita in hoc monumento nemo ante illum, nemo post illum sepultus est. Ibi ergo propter parasceuem Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posterunt Iesum. Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne aduersus peraceret, quando iam propter parasceuem, quam cenam puram Indæi Latine vsitatus apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hippon. de passione Domini,
Homil. 1.

ADmonet nos, fratres charissimi, ad solemnitatem dominicæ passionis ipse, in quo eam nec muta elementa tacuerunt. Celebret eam lux fidei linguis hominum, quam conclamauerunt etiam silentia tenebrarum. Hodie dominus noster in statera crucis pretiũ nostræ salutis appendit, & vna morte vniuersum mundum sicut omnium conditor, ita omnium reparator absoluit. Indubitanter enim credamus quod totum mundum

Exod. 12. Zach. 12. Apoc. 3.

1. Cor. 5. Epsi. 53.

Ioan. 3.

Serm. 114. de temp.

EIVSDEM DE PAS- sione Domini, & Iuda traditore, Homilia 2.

dum redemit, qui plus dedit, quam totus mundus valeret, Meritum enim redemptæ mercedis dignitas insignis pretij supergressa est. Inter redemptum, & redimentem dispensatio fuit, compensatio non fuit. Qui ergo non habebat peccata propria, digne deleuit aliena. Solus hic pia victima pro omnibus cecidit, vt omnes leuaret. Et quia debitum solus non habuit, rectè scenus misericordiae pro debitoribus erogauit. Pende inter hæc qui talem pro nobis dedit pecuniam, qualem à nobis sit exacturus vsuram. In hac itaque die fides propheticae annunciationis impleta est, ita dicens; Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam nõ auerti à fœditate sputorũ. Suscepit mala nostra, vt tribueret bona sua. Hinc intelligamus, quantum hominem diligere dignatus sit ante culpam, quem sic diligit post ruinã. Agnosce, homo, quantum valeas, & quantum debeas, & dum tantam redemptionis tuæ perspicias dignitatem, ipse tibi indicio peccandi pudorem. Ecce pro impio pietas flagellatur, pro stulto sapientia illuditur, pro mendace veritas necatur, damnatur iustitia pro iniquo, misericordia afficitur pro crudeli, pro mi sero repletur sinceritas aceto, inebriatur felle dulcedo, addicitur innocentia pro reo, moritur vita pro mortuo. Exparit scelus hominum natura rerum, & quem creatura rebellis non agnoscit, cum mundi dominum tremens terra testatur, & cæli regem sol fugiens confitetur. Chlamyde coccinea induitur, quia sanguine martyrum suorum Ecclesiæ corpus ornatur, Corona spinea capiti eius imponitur, quia punctio peccatorũ nostrorum, quorũ remissione redemptoris gloria struitur, aridis tribulis comparatur. Studeamus nunc è diuerso, vt membrorum vita capitis sit corona. Quod vero sitire se in cruce positus dicit, fidem incredulæ gentis concupiscit. Sed econtra acetum malitiæ porrigit, quia vinum sapientia, quod à Deo acceperant, peccando corruperant. Velum templi scinditur, quia synagoga honore nudatur. Observatio antiqua dissoluitur, Ecclesiæ vnitas præmonstratur. Monumenta aperiuntur, quia mortis iura iure superantur. Laxata sede tartarea à domino rerum profundæ noctis claustra referantur, & quem homines non recipiunt, inferi Deum esse cognoscunt. Quod autem triginta argenteos Iudas venditor profanus refudit, indicabat nihil sibi Christi pretium profuturum, sed salutis beneficium scelere suo aliis conferendum. Videamus quid hoc refuso pretio emptum esse eloquia diuina testantur. Emerunt, inquit, ex eo agrum figuli in sepulcrum peregrinorum. Figulus Christus est, ager Christi Ecclesia, acquisitio peregrinorum populus gentium. Superest, charissimi, vt agri huius, quotidiani atque perpetui studeamus esse cultores, seminemus in eo frugem bonæ conscientia, vt cum tempus messis, id est, consummationis, & dies reddendæ rationis aduenit, cum securitate, & exultatione bonorum operũ manipulos reportemus, & post contitionem ieiuniorum præsentis quadragesimæ laudabilem actuum candore vestiti, & indumento castitatis ornati, ad festa futura procedamus, & Pascha illud æternũ piorum inferi concillii celebremus, præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, & spiritu sancto vinit, & regnat, & c.

Esa. 50. Math. 27.

Math. 27.

Suscipit dominus tristitiam nostram, vt nobis largiretur læticiam suam. Et vestigiis nostris descendit vsque ad mortis ærumnam, vt nos suis vestigiis reuocaret ad vitam, Percuriam, inquit, pastorem, & dispergentur oves gregis. Tristis erat quia nos paruulos relinquebat. Anima tristis erat non pro sua passione, sed pro nostra dispersione. Proditorum osculo libenter suscepit, non quia Deus Dei filius mortem timebat, sed quia nec malos pro se perire volebat. Iuda, osculo filium hominis tradis? Fungebaris disciplina virtutis, & discipulus factus es consilij iniquitatis. Officio sanguinem fundis, pro pignore amoris vulnus infligis, pacis argumento mortem immittis, seruus dominum tradis, discipulus magistrum prodis. Vtiliora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. Signo dato ab his qui cum fustibus venerant, detinetur. Inijcit manus turba, nectuntur vincula, detinetur iustitia, & traditur ab iniustitia. Percussit ergo Petrus aurem pueri principis. Quare Petrus? Quia ipse accepit regni calorum clauis, & soluendi, ligandi que ipse adeptus est potestatem. Abscissa est pueri auricula male audientis, aure interiore Christum male intelligens, qui passus non est se prophetam æstimari, sed Dei filium docuit fidei confessione signari. Limus suum agnoscit cooperatorem, & caro suam sequitur operatricem. Iubere potuit, operari maluit, qui è limo terre corporis membra formauit, qui hostes suos non passus est vulnerari. Illi iusto mortem inferebant, persecutorum vulnera iste sanabat. Scabatur sequebatur à longe. Neque enim negare potuisset, si Christo domino adhæsisset. Ter me, inquit, negabis. In domo principis sacerdotum ignis ardebat, vbi Petrus oculus fidebat. Frigus erat vbi Christus non erat. Petrus ab ancilla proditus negat. Mallem Petrum dominum negasse, quam Iudam dominum vendidisse. Interrogatus Petrus. Et tu, inquit, ex illis es, qui cum Galilæo erant. Non enim erat, quia in principio erat, hominem negauit, hominum consortium refutaui. Non enim hominis erat Apostolus, qui fuerat Christi discipulus. Ergo fleuit amare, maluit ipse suum accusare peccatum, vt iustificaretur fatendo, quam graueretur negando. Lachrymas lego, satisfactionem non lego. Petrus negauit in nocte, sed confitetur in die. Habebat lachrymas Petrus, quas pio fundebat affectu: non habebat proditor fletus, quibus culpam ablueret, vt, dum reus suo iudicio damnatur, spontaneum facinus expieret. Peccauit, inquit, quod tradiderim sanguinem iustum. Et Iudæi. Quid ad nos? tu videris. Pertinacibus studiis funestam sibi vendicant sanguinis auctorem, cum refunderet venditor sacrilegij quantitatem. Pretium sanguinis à Iudæorum gazophylacio separatur, & ager figuli Christi pecunia comparatur, locus humanis peregrinorũ reliquiis: prophetia testimonium adimpletur, & surgentis ecclesiæ mysterium reuelatur. Ergo pretio sanguinis emittur mundus: Venit enim vt saluetur mundus. Non enim cognouit mundus eum, qui fuerat in mundo mundus. Accusatur, & tacet, bene

tacet

EIVSDEM DE PAS- sione Domini, & Susanna, Homilia 3.

tacet qui defensione non eget. Ambian defendi, qui timent vinci. Non vt reus excusari se facendo, sed despiciat falsidicos repellendo. Manus quidem Pilatus lauit, sed facta probauit. Vxor verberatur in nocte admonet, vitum in die. Veritas fatigatur, & à seruo dominus iudicatur. Coronam de spinis annexam compungentes, caput eius coronant, & illudentes adorant. Vt rex saluatur, vt victor coronatur, & quasi Deus & dominus adoratur. Pulchre crucem ascendit, iudicio victor asistit. Talis ergo ascendit, qui seculum vincere parat. Posuerunt titulum scriptum, Hic est Iesus rex Iudæorum. Verimis in cruce, scarabæus in cruce. Bonus vermis, qui hæret ligno, bonus scarabæus, qui clamauit è ligno. Quid clamauit? Ne statuas illis hoc peccatum. Illis vtique. peribat veniam, à quibus accipiebat iniuriam. Hodie, inquit, mecum eris in paradiso. Nec mirum, si conuerso culpam ignoscebat, qui insulantibus veniam relaxabat. Potauerunt eum aceto. Bene ad consummãdã omnia corruptio sinceritatis hauritur. Itaque acetum bibitur, vinum cum felle non bibitur. Sinceritati, non dehiit amaritudo misceri, quia pro nobis dominum sine peccato decuit crucifigi. Pater, inquit, in manus tuas commendo spiritum meum. Bene tradidit qui non amisit. Spiritus patri commendatur, vt peccatorum vincula resoluantur. Sol occidit sacrilegis vt spectaculum obuibraret, sanctis. Finduntur petra, & Iudæorum corda durantur. Elementa fugiunt, terra concutitur. Iudæus arguis, miles custodit, monumenta referantur, & Iudæorum perfidia denudatur. Discipuli vigilat, & seribus oculos mœstos somnus inuidus caprat. Iudæi quid curiosi estis, vbi caro crucifixæ remansit? In flammis cum tribus pueris apparuit, qui postea paruulus dignera iste nasci. Scabatur tamen mulieres hæc videntes, stabat & mater Domini, suo filio testimonium perhibere. Ioseph & Nicodemus Christum sepeliunt, vnus iustus, alter in quodolus non erat. Nam si Apostoli sepelirent, dicerent non sepulcrum, quem Iudæi auertauerant rapitum. Nicodemus nocte venit, propter metum Iudæorum. Simpliciter enim quæritur, non ambitio desideratur. Quomodo iustus latebras periculi timeret, qui corpus non timuit sepelire? Ideo occulte postulat vt corpus cesaret, non vt periculum præcaueret. Mulieres de longe stabant, quæ diligenter loquum seruabant. Sexus innuit, deuotio caler. Et cum discipuli fatigaretur, solæ tamen ab angelo ne timeant admonentur. Noli me inquit, tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Nondum tibi ascendi, quæ viuente cum mortuis quæris. Quare primum mulieri? Per mulierem mors antea est nuntiata, per mulierem vita hominibus reparatur. Mulier quid ploras? Mulier. Christum videbat, sed horulatum putabat. Reus est qui adoratur, homo est qui tenebatur. Non renuit tangi à feminis, quia non omnes possunt Christum tangere resurgente, quem retigerant in corpore commorante.

Foriscan mirum videtur vobis, fratres, cur Dominus apud presidem Pilatum à principibus sacerdotum accusetur, nec aliquem iam eorum responsione conuincat, cum vitæ ingratam accusationem non nisi repellere solet sublegetur defensione. Mirum, inquam sit, fratres, quod arguatur Saluator & taceat. Taciturnitas enim negat quod obijcitur, cum non vult respondere, quod quaeritur. Accusationem suam dominus tacendo non firmat, sed despiciat non repellendo. Bene enim tacet, qui defensionem non desperat. Ambiat defendi qui motus superari. Festinat loqui, qui timent vinci. Christus autem eum condemnatum, exuperat, cum iudicatur vincit, sicut ait Propheta, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cõ iudicaris. Quid ergo opus erat ei loqui ante iudicium, cui ipsam iudicium erat plena victoria? Vicit ergo cum iudicatur Christus, quia sic innocens approbatur. Vnde ait Pilatus, Innocens ego sum à sanguine huius iusti. Melior est igitur causa, quæ non defenditur & probatur, plenior iustitia quæ non verbis alitur, sed veritate fulgetur. Taceat lingua necesse est, vbi ipsa veritas sibi adest. Taceat lingua in bono negotio, quæ & in malis causis obicere consuevit. Nolo sic defendi iustitiam, sicut solet iniquitas excusari. Quod vixit Christus, non rationis est, sed virtutis. Scimus enim saluator, qui est sapientia, quo modo taceredo vinceret, quo modo nõ respondendo superaret, atque ideo causam suam maluit comprobare quam dicere. Ad vincendum fortasse metus cum cogeres ne salutem proderet, nisi quod ipsa erat tota causa victoria. Suam enim salutem prodidit, vt salutem omnium lucraretur. In se vixit maluit, vt victor esset in cunctis. Sed quid de Deo Christo loquar? Susanna mulier iniuricos suos tacuit, & vicit. Non enim apud Danielem in sermone tuitio est, sed in sancta sermone tacente lingua, pro ea castitas loquitur. Castitas enim Susanna affuit in iudicio, quæ eam defuit in paradiso. Ibi enim pudori eius consuluit, hic salutem. Ibi ne macularetur pudicitia, hic ne innocentia dampnaretur. Castitas enim Susanna & presbyteros impudicos conuicit in paradiso, & in iudicio falsos accusatores obtinuit, bisque victrix reos facit testimonij, quos reos facit adulterij: atque tandem iudicem meretur castitas. Danielem puerum ianitorum, nec dum pubescentis ætatis. Multum igitur de Deo pudicitia consequitur, cum iudicem virginem promeretur. Secura enim est de victoria castitas, cui est iudicatura virginitas. Pudicitia autem causas, nisi vir pudicus audire non debuit. Talem enim arbitrum meretur castimonia, apud quam non periclitetur versecundia. Cognito igitur Danielem Susanna negotio, cum eam falsis accusationibus velleret plebs, imperita damnare, ait idem; Mundus ego sum à sanguine huius. Quo dicto, peccatis populi renouantur errorem. Hac ergo voce circa Susannam Daniel vult, quæ circa dominum vixit Pilatus. Ait enim Pilatus, Mundus ego sum à sanguine huius iusti. Eadem igitur sententia absoluitur pudicitia, quæ est & absoluta iustitia. Sed Daniel melius quam Pilatus.

Serm. 118. de temp. Math. 27.

Psal. 50.

Math. 27.

Daniel. 13.

Genes. 3.

Daniel. 13.

Math. 27.

Pilatus.

Pilatus. Ille enim pudicum sanguinem, nec condemnat, & liberat, hic autem iusti sanguinem conficitur & vadit. Quid enim profuit testimonium perhibuisse innocentia, & velut reum addixisse nequitia, nisi quod gravius peccatum est vnum, eundemque & pronuciare iustum, & tradere criminosis? Ipse enim iniquitatis suae testis est, qui ore absolvit, & corde condemnat. Lauerit licet manus Pilatus, tamen sua facta non diluit. Quamvis abstergere se putauerit iusti sanguine de suis membris, eodem tamen sanguine mens eius tenetur infecta. Ipse enim occidit Christum, qui eum tradidit occidendum. Iudex enim bonus, & constans, ne sanguinem innocentis addiceret, nec invidia cedere debuit, nec timere. Daniel ergo melius quam Pilatus. Ille peccatis populi reuocauit errorem, hic autem furentis synagogae sacrilegium confirmauit.

DE IVSDEM DE REPARATIONE generis humani, Homil. 4.

Requēter audiuimus, fratres dilectissimi, beatum Paulum Apostolum dicentem. Sub, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, id est, diuinitas operabatur in corpore. Apparebat in fragilitate humanitas, & in virtute maiestas. Ad hoc itaque nobiscum vixit in carne ut praeferret exemplum iustitiae. Ad hoc pro nobis mortem subiit, ut conferret munera salutis aeternae. Hominem ad hoc induit, ut erudiret, ad hoc tradidit, ut redimeret, ad hoc resumpsit, ut in Deum sumeret. Vitam ad hoc deposuit, ut donaret, mortem ad hoc suscepit, ut vinceret, cui tamen mortis praesumptum dominium reddidit, & quasi seruus quidem succubuit, sed quasi dominus imperauit. Siquidem nec animam inferni porta, nec corpus tenere potuit sepultura, quae per illud triduum nequaquam carnem mortali corruptione violabat, quia in inferno sub eadem mora regnum mortis anima destruebat. Quid retribuemus domino pro muneribus tantae dignitatis? De plenitudine caelestis pro nobis in facturam se suam factor exinanivit, singulus in signum suum transit, & rex caeli homini militauit. Militauit dixi, Crux enim pugnantem indicat, resurrectio triumphatam. Quis tantam possit narrare pietatem? A summo caelo egressio eius, & vsque ad inferni profunda descensio; in vna, eademque persona quam bene manifestatur humana patitur & diuina. Nam sedem tartari penetraturus hominem se confessus est, dum descendere, Deum se prodidit, dum rediret. Vt redimeret impios, sicut ait sermo diuinus, ut redimeret iniquos inter iniquos reputatus est, inter duos, quos dextera, leuāque legimus pependisse. Seipsum confessioni & opprobrio crucis tradidit, ut latronem glorificaret. Sed si bene respicimus, non illi soli hoc praestitum esse deprehendimus. Nam dum tantum reum benigne relaxat, dum tanto debitori resan dit immanis debiti cautionem, humano generi conscripsit securitatem: ut consolatio ac spes fieret totius populi, absolutio vntus de sperati, & priuatum donum in publicum crederet beneficium. Quare indubitanter credendum est, ut quod latroni illi ad commendationem fidei suae euenerat, etiam causa spei nostra & vtilitatis accesserit. Immensa enim Dei no-

stri bonitas libenter tribuit, quae etiam generaliter profutura praenoscit. Et ideo iuxta fiduciam tantae clementiae, si quis nostrum crimina sua probabili conuersatione damnauerit, & Christum toto corde crediderit, etiam cum latrone in semetipso ingressum paradisi aperuisse se nouerit. Quantum autem sit in spe salutis humanae magnitudo fidei, & altitudo diuinitatum misericordiae Dei, & patientiae magnitudo ostenditur, cum hominem in scelibus inuolutū poena misit ad innocetiam, & offensa perduxit ad gloriam. Quem saluti culpa perdidit, perditio inuenit, cruciatus absoluit, damnatio consecrauit. Sed non sine causa tantum meruit. Videamus quo tempore fidelis apparuit. Ecce inter signa atque virtutes attestantibus miraculis, & acclamantibus, aliquotiens in discipulis mens iam robusta titubauit, & nunc Christi supplicii quodammodo contradicentibus, in latrone fides nouella conualuit. Sub ipso passionis tempore ab ancilla interrogatus vnus ex discipulis beatus Petrus, peculiariter Christo cognitus, ita respondit, Non noui hominem istum. Et iste, qui ante non nouerat, exclamat, Memento mei, domine, cum veneris in regnum tuum. Quam singularis, & quam stupenda deuotio. Sub illo tempore credidit reus, quo negauit electus. Laudabilius hoc itaque in latrone, ac magnificentius fuit, quod hominem addidit, & inter extrema deficiente supplicia, Deum credidit, quam si inter virtutum opera credidisset. Non itaque sine causa tantum meruit. Aduertamus plenius quo tempore dominum confiteretur. Feruebat impietas persequentiū, exultabat impietas blasphemantium, contritio, luctus & vulnera solum Christi hominem monstrabant. Sacramentum manuum in ligno crucis extensio & reuerenda confixio, quae condemnabat Adā, & Eua manus, ad interdictum ligni cibum ingemiscenda saeculi transgressione portectas: Haec, inquam, confixio per omnia infirmitatem hominis allestebat. Illis per latus lanceae tremenda percussio quantum ostendebat hominem, tantū abscondebatur Deum. Apostolis post diuina miracula desperantibus, solus hic non acquiescit scandalo crucis, & mortis. Solus hic testis est maiestatis, qui focus probatur doloris. Et ideo adhuc in atrocissimi positus, inuisibilem Deum angelicis iam oculis vider. Illuminat credo nascentem fidem, lateri iam credentis in Christum propius corpore admota diuinitas, quae se largius sub momento illo pro agenda redemptione infuderat. Videamus autem qualis fuerit ipsa deprecatio confidentis, Memento, inquit, mei, domine, cum veneris in regnum tuum. Non dixit, si Deus es, de praesenti supplicio eripe me sed magis, quia vere Deus es, de futuro iudicio libera me. Quam cito etiam repleuit spiritus sancti eruditio, per quam futuri examinis diem cogitans, & si intolerabile probat esse quod sentit, grauius tamen intelligit esse quod meruit. Praedicat saeculis iudicem, regemque saeculorum, nondum vocatus & iam electus, nondum famulus & iam amicus, nondum discipulus, & iam magister atque ex latrone confessor? quia & si poena ceperat in latrone, nouo genere consummatur in martyre. Memento, inquit, mei domine. De ligno crucis clamat, sed iam tempora retributionis cogitat. Videamus quid inter ista respondeat diues, & larga Dei bonitas, quae sicut excedit vota, ita gratiam

gratiam adiungit ad merita. Hodie, inquit, tanquam si diceret, Quid me, inquit, fidelissime comes, & vnicus tanti testis triumphi, quid me tantopere exorandum putas, ut die iudicii mei meminerim tui? Quid me ad praesentem retributionem paratum, in tempora tam longa dissimulas? Quid in futura saecula fidem in te perfectam fatigas? Hodie mecum eris in paradiso. Ergo tanquam haereditaria, & paterna sedes, quae expulso Adam, quae expulsis duobus clausa est, innumeris populis te introeunte, referabitur. Ingredere illic primus, sed ingressu feliciore quam primus. Intra paradisum, nequaquam ultra cum Adā visurus infernum. Nullum illic cibum lethalem, nullam iam legem, nullam arborem pertimescas: Ego tibi illic ero victus, & vitas: & ne forte verearis, ne tibi aliquis hostis in illo beato nemore, ne antiquus ille latro insidietur, possessio tibi illic, me introducente, firmabitur. Recedat ergo infidelitas quae Deū & hominem non recognoscit. Nam sicut diabolus est qui de paradiso expulit, ita Deus est, qui reducit. Haec, charissimi, per omnem gestorum ordinem, Deum sub homine agnoscamus operantem. Positum in patibulo verus arbiter in medio damnatorum, negantem repulit, suscepit confidentem. Hunc deputat regno, illum relinquit inferno. Per haec ergo credamus in maiestate iudicaturum, quem iam in cruce & misericordiam videmus exercere & iudicium. Credamus, inquam Deum, vel ex sola virtute patientiae, qui dum ab homine crucis neci traditur, sic quoque homini gloriae pollicetur: qui alias ipsas iniurias, & plagas in corpus suum, conuertit in pretium nostrum. Sed & ipsa totius mundi irrationabilis creatura, moribus suis Deum loquitur. Nam in media passione domini Saluatoris, caelestia & terrena turbantur, lux cum nocte miscetur, elementa quantuantur, & ab antiquis ministeriis effugantur. Aperte rerum natura perspicitur commoueri, velut in vindicta auctori sui velint armari. Terra ipsa concussa à fundamentis suis, quasi quae crucem domini vix sustineat, tanquam ad scelus proprium contremiscit. Dies refugio lumine quomodo potest sumit lacrimarum, & fusco tristium tenebrarum habitu more lugentis induitur: & ut tota caeli facies dominice nativitatit gloriā noua luce testatur, ita crucis iniuriam nouis tenebris detestatur. Et quae duritia cordis humani? Vae eis, qui inter ista non credunt, quandoquidem creatura irrationabilis, quae recipere non potest credulitatis affectum, dat tamen Deo confessionis obsequium: & cum pro solo homine Christus mortuus sit, perhibet ei tamen etiam pars illa mundi testimonium diuinitatis, ad quam non peruenerunt beneficia passionis. Quae cum ita sint, charissimi, agnoscat homo, quantum valeat, & quantum illum Deo obnoxium faciat natura vel gratia. Agnoscat homo quantum ab illo expectet Deus & quem tanta dignatione habuit charum, quam velit esse in conuersatione pretiosum. Agnoscat homo quantum valeat, & quantum debeat, & dum pretium suum cogitat, vilis sibi esse desinat, & potius vicem muneris saluatori ex ipso bono suo, id est, de consueta salute restituat. Custodiamus ergo solliciti quod tanti sui cruoris commercio Christus redemit. Reus itaque erit non parui pretij, sed sanguinis Christi, qui violat, & commaculat animam Christi sanguine, & pas-

sione mundatam, blasphemus, homicida, castitatis proditor. Haec tria capitaliter occidunt. Contestamur charitati vestrae causas aeternorum malorum. Blasphemus, homicida, proditor castitatis suae, expugnator alienae, id est, qui legitimi cubilis iura transgreditur, qui extra coniugem suam per mortiferos errat amplexus, reus erit aeternae mortis, quia vilem in se habuit sanguinem redemptoris. Et quia clamat Apostolus. Neque rapaces, neque adulteri regnum Dei possidebunt: abstineamus manus ab alienis, oculos ab aliena femina caueamus, ne corpori illi, quod de nostro Christus assumpsit, iniuriam faciamus in nostro corpore. Cauemus ita peccatis, & criminibus vitam prodere, ut ad nos non respiciat propheta illa terribilis, Non est, inquit, Deus in conspectu eius, polluantur viae eius in omni tempore, anferuntur iudicia tua a facie eius. Irremediabile periculum est, sic aliquem vitis, & cupiditatibus frana laxare, ut se rationem Deo non meminerit redditurum. Puto quia magna sit iam peccati poena, metum, ac memoriam futuri perdidisse iudicij. Non nobis ita dulcia sint pauperum spolia, postmodum nimis amaricatura. Nihilominus sicut dictum est refugiamus carnis alienae abominanda contagia, vitemus obscena inimicae voluptatis incendia. Haec qui agit, charissimi, de stipula, ac lignis iniquitatum perpetuos sibi succendit ignes, & nunquam extinguendos concinnat vapores. Non tanti est vita, si ad hoc viuat homo, ut in paucis huius vitae annis, consummande sub breui fine, congreget sibi poenas aeternas, & sine fine mansuras. Sed ne forte, charissimi, aliquem nimis securum faciat, aut remissum tam nona felicitas credulitatis, ne forte dicat aliquis in corde suo, Non me vsque adeo conturbet & cruciet rea conscientia, non me vsque adeo contristet culpabilis vita, video sub momento, video sub exiguo spatio latroni criminis sua donata, & mihi resoluta mente concipiuntur. Primum considerandum in latrone illo, non solum credulitatis compendium, sed deuotio, sed temporis illius sub quo haec agebantur occasio, quo iustorum legitur tutasse perfectio. Deinde ante mihi fidem latronis ostende, & tunc tibi latronis beatitudinem pollicere. Immittit diabolus securitatem ut inferat perditionem, neque numerari possint, quantos haec inanis spei umbra deeeperit. Detertat quae nos ab hac persuasionem, innumerabiles populi sub tali securitate nudi, & vacui bonis, & malis pleni ex hac luce praeripi. Quotidie expauescendo transitus nostri & commigrationis incerta, quae & modo vel insperata vel subita sunt, & in aeternum remediis caritura sunt. Praueniendus est dies, qui praenire consuevit. Ipse se ducit, & de morte sua ludit, qui hoc cogitat, potest mihi extremi temporis indulgentia subuenire. Non est hoc, Primum, quia periculosissima est in vltimum diem promissa securitas: Deinde stultissimum est ut causa quae de necessitatibus agit aeternis, inutilitatibus vitae deficientis committatur extremis. Odibile est apud Deum, quando homo sub fiducia poenitentiae in senectute referuatae liberius peccat. Credite, charissimi, difficile est ut callida dissimulatio ordinatae consummationis obtinere digna sit facultatem. Apud illum cordis interpretem, ars non admitteret ad salutem. Ille autem de quo locuti sumus, beatus latro, beatus inquam, non iam iuxta

1. Cor. 5.
Serm. 120. de temp.
1. Cor. 5.
Epl. 18.
Epl. 11.
Luc. 22. & 23.

1. Cor. 6.
Epl. 9.
Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

viam infidias tendens, sed viam ipsam in Christo tenens, ac vitæ prædam subito rapiens, immutato genere, & noua spolia de morte propria reportans, ille nec salutis tempora sciens distulit, nec remedia status sui in momenta victima infelici fraude posuit, nec redemptionis suæ spem in desperationis nouissimum referuauit, nec religionem ante, nec Christum sciuit. Quod si scisset, fuisset forsitan inter Apostolos non postremus in numero, qui prior factus est in regno. Ergo etiam ex hoc in extremo placuit Deo, quia ad consequendam fidem non fuit extrema hora illa sed prima. Opus est ergo ut sibi homo quotidiano actu prouideat, & procuret consummationem, opus est ut tota vita nostra talis sit in conuersatione, ut liberi mereamur esse in fine. Incessabiliter diem transiit nostri & tempus iudicij cogitantes, nos quoque cum latrone iugiter proclamemus, Memento mei domine, cum veneris in regnum tuum.

Lucæ 23.

EIVSDEM DE PASSIONE Domini, Homil. 5.

Serm. 121. de semp.

Omnes, inquit dominus Iesus, scandalum patiemini in hac nocte. Discipuli terrentur tali auditu, & Iudam non terret tanti sceleris cogitatus. Consulite Apostoli dominum, interrogate discipuli magistrum. Quis mecum; inquit, mittit manum in paropside, ipse traditurus est me. O induratum frontem talia de se audire, & adhuc delectatur accumbere, Videt publicari suam conscientiam, & adhuc manum porrigit ad buccellam. Nunquid ego sum Rabi? O Iuda, cui dicis, nunquid ego sum Rabi? iam dic ego sum. Nō est obliuio nescientis, sed pietas miserantis. Tu, Iuda, quæ possedit cupiditas, omnia in te nouit diuinitas, sed vix tibi in quo semel perit humanitas. Omnes, inquit, scandalum patiemini in hac nocte. Et Petrus, Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego ramen non scandalizabor. Cœperunt altercati medicus, & ægrotus, ille sine ægri tudine se esse putabat, ille futuram accessionem videbat. Cui dominus ait, Paululum sequestremur, donec rei exitum comprobemus. Er Iudas, Quem osculatus fuero, ipse est, tenere eum. O signum sacrilegum, o placitum fugiendum, vbi ab osculo incipitur bellum, & per pacis iudicium pacis rumpitur sacramentum. Venerunt ad hortum, qui iam antea perdiderat paradysum, quærentes dominum Iesum Christum. Egrediuntur quærentes qui ante præueniant venientes. Stat Iesus & dicunt, Iesum quærimus. Aspicit eos ipse saluator, quos præcedebat Iudas tenebrosus ducator, Ducatum præbebat & magistrum non videbat, non quia Iesus mutabilis erat. Erat quod erat. Lucem in tenebris quærebāt, sed lucem tenebræ non comprehenderunt. Sed audiamus vocem lucis, qui dicit tenebris venientibus cum laternis, Quem quæritis? Illi dixerunt, Iesum. Respondit Iesus, Ego sum. Audita voce, abierunt prostrati in faciem cæcitratis. Sed quia lux in tenebris, excitat elisos à mortuis. Iterum dicit eis, Quem quæritis? Iesum, inquit. Et ait illis, Ego sum. O insensati Iudæi, interrogastis, & cecidistis, leuati estis, & ingrati estis. Quia vos cœcitrimini cōminatione vel terrore, qui ad solam cecidistis simplicem vocem? Dic Israel, Venisti te-

Ioh. 18.

Ioh. 1.

Exod. 14.

nere me, quia ego defendi te à persequentibus te? Vinam teneres me, & non perderes te. In aquis parietes cōstruxi, faculam columinæ micantis crexi, Aegyptios cæcitratis percussisti, tora nocte pro te pugnavi. Factum est mane, & transisti incolumis mare. Malè me quæritis, ideo cecidistis. Ecce qualiter cadunt, qui male dominum quæruunt. Tenetur interea dominus, ad sacerdotum principem perducendus, & cum discipuli laberentur, Petrus promissor egregius cœpit ambulare longinquius, peruenit ad principis domum, & quia Petrus frigus virgebat, calefaciendus sollicitus assistebat. Ecce ille qui nihil infirmitatis se putabat habere, paulatim cœpit ad verba medici peruenire. Negat terribis Christum, qui se promiserat animam pro eo positurum. Prostravit eum anicula decrepita, quasi grauis febricula. Pressit eum lethargicus somnus, & cepit eum præco impiger matutinus. Audit gallum cantantem, & vidit se discipulum dominum offendisse. Sub ancilla cœpit pondere vergi, atque demergi. Non erat qui adiuuaret, nisi de interioribus prætorij Petrum dominus respexisset. Cum nox media declinatū subito teneret incursum, gallus cantauit, & nocte naufragus respiraui. Contum inuenit fidei liberalem, quousque impelleret nauem, ut in medio scopulorum portum quæreret lachrymarum. Vidit nauim cordis sui sine mercibus nudam, flere cœpit amarè, quia dominum suum cœpit amare. Iesus pelago nauigatorem terrebatur, & Petrus de gubernatore securitatem sperabat. Domine, inquit Petrus, vbi me dimisisti? Lumen tuum video, te adhuc non video. Lauasti pedes meos, teristi linteo tuo, lumine tuo aperisti oculos meos. Quando possum videre te, nisi respexeris me? Ita permansit in amaritudine lachrymarum, quousque dominus de portis erumpere inferotum. Petrus lachrymas fudit confessionis, & Iudas osculum porrigit falsitatis. Orate, inquit discipulis, ne intretis in tentationem. Inquieta nox in fugam compulsi piscatores. Pastor tenetur, & Petrus turbatur. Ipse pastor tristis erat, anima eius turbatur, diuinitas inconcussa lætatur. Orat semel, orat & iterum tertioque precatur. Tanquam aquila tegebat nidum suum velamento pennarum, & sollicitus cum orat ad pullos reuertebatur, propter quos tristitiam patiebatur. Obtulerunt Iudæi triginta argenteos. Ille tali pretio debet comparari, cui non potest aliquid æstimari. Bene, synagoga, triginta sateres argenti pensasti, dum Dei filium suspēdisti. Abiit ergo Iudas, & laqueo se suspendit. Vide, Iuda, sententiam diuinæ maiestatis, quæ te puniri noluit manibus aliènis. Pendes in laqueo, & argentum iacet in templo. Nullus gratulatur de tali commercio, quia sacrilegum pronūtiat pretium. Non licet mitti in corbonam, quoniam pretium sanguinis est. Ecce Iudæorum improbitas condemnat admissum, & non condemnat sacrilegium. Si tollere non licet pretium, cur implere festinas homicidium? Aut pretium innocentis sanguinis in corbonam nō licebat mittere, ipsum innocentem licebat occidere? Emerunt, inquit, agrum in sepulcrum peregrinorum. Inuenit tandem mens cæca remedium. Ad requiem peregrinorum, saluatoris deputant pretium. Licet non agnoscant, impletur tamen mysterij sacramentum. Interrogauit Pilatus Iesum, Tu es rex Iudæorum? Et Iesus, Tu dixisti. Qui ait vulgo, Quem vultis dimittam vobis, Bar-

Bara

Barabam an Iesum? Vulgus clamat, crucifigatur. O inordinata nequitia iudicantis. Pronūtiat innocentem, & eligendi tribuit facultatem. Multa enim sum passa pro iusto isto hac nocte, eius mulier mandat. In natiuitate mundi, vxor ducit virum ad mortem, in passione Christi vxor prouocat ad salutem. Illic serpētis subtilitas præcipitar, hic terror angelicus renocat, vt inde inciperet venia, vnde videtur prorupisse peccata. Aqua manus lauat, dicens, Innocens sum à sanguine huius iusti. Illuminatur per aquæ mysterium iudicis sensus, & Christum pronūtiat iustum, vt populum faceret reum. Magnum tibi delicti vendicæ principarum. Ecce iudex saluatoris se amore excusat, & traditor se cum Iudæis propria voce condemnat. Omnia sunt elementa permota, cælum non est quietum, cū caput dominicū colaphis verberatur. Non curia cælestis cælo contenta permanet, quia in commotione fuerunt. Cæli luminaria conturbantur, & de stationibus suis stelle sulphureæ cadunt in lapsum. Ligni cuspidis rumpitur Golgotha, resonant mallei, securique cædentes, sciuntur montis sacrati petra; ille solus Petrus, qui fuerat super petram tanquam in mollem tenuemq; arenā soluebat ex petra. Latro veniam petit, deitate largiēte percepit. Ille sui meminisse rogauit, saluator in paradiso secū venisse promisit.

EIVSDEM DE PASSIONE Domini, Homil. 6.

Dilectissimi fratres, dominus noster Iesus Christus nobis salutem exhibuit, diuinæ vero naturæ nihil inuit. Gratias ergo agamus pietati eius, qui infirmitati nostræ de homine suo vitale composuit medicamentum. Magnificemus eum, quia nullum diuinæ virtutis dam nobis subuenit, fecerat detrimentum. Vere pius, vere Saluator, qui intantum dilexerit opus suum, qui intantum reputauerit seruum suum, id est, humanum genus vniuersum, vt culpam eius suo verbere expiaret, vulnera eius suo liuore sanaret, Denique ille peccat, hic vapulat. Ille præuaricatur, ille crucifigitur. Quis hoc existimet, & quis cogitet? Quis compeserit dominum pro seruis mortis dignatum? Et hoc pro quibus? Pro sceleratis, pro impiis. Quid tibi domine, retribuere opus tuum bonum à te factum, propria volūate peruersum, sed tua miseratione reparatum? Quid ab eo pro tantis beneficiis expetis? Nunquid aliquid eius egesset, aut ab eo quod ei non dedisti requires? An forte imò hoc quæris vt aprum facias cui miseraris, vt dignum constituas quem immortalitatis tuæ participem reddas, vt facias bonum quem coronas in æternum? Sed quid à nobis, vt hoc retribuere accepisti? Nilhil certe, an aliquid? Indulgeat dominus terræ miseræ, si quippiam terra & cinis præsumpserit dicere. Non repudiati insipientem, sed respiciam cōstitentem. Dicat terra domino suo, dicat homo factori suo. Nempe accepisti aliquid ex me, quod non habuisti in te. Volens enim subuenire terræ, sed excedere nolens modum iustitiæ, mortalem morte tua redimere cogitabas, sed vnde morti posses ex te nihilominus non habebas, Tu omnipotens, ego egens. Tu immortalis, ego mortalis. Accepisti ex me egestatē pulueris, sumpsi de me mortem carnis. Fudisti pro me pre-

tium redemptionis. O pretiosum pretium perditorum! Dicant nunc qui redempti sunt à domino, quos liberauit de manu hostis: Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius, dicat ei terra redempta, terra irrigata, redempta sanguine, irrigata baptisate; Magna iniquitas mea, sed maior est redemptio tua. Audiat ergo vocem domini mei humani generis aduersarius, & nihil iam sibi applaudat elatus, quia pro totius mundi facinore in cruce pendit dominus noster Iesus Christus. Nunc, inquit, iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi mittetur foras, Et ego cum exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsum. O quam bene te tuo impetu, diabole, percussisti: Crudelitas tua tibi exitium, nobis atulit commodum. Dum nulli parcis, teipsum tandem interimis. Per vnium delictum omnes captiuasti, per vnium iustitiam omnes nihilominus amisisti. Si illum, qui tibi confenserat, inuastisti, istum, in quo nihil inueneras, cur indebite occidisti? Effudisti innoxium sanguinem, redde damnatam progeniem. Tu certe ille es qui tibi diuinitatis similitudinem arrogabas elatus, nunc ab homine diuino prosternebis superatus. Et quid mirum, si te vt pote creaturam suam virtus diuina vicisset? Sed hoc est magnum, atque mirificum: vt de puluere assumeret, vnde tuam nequitiam prosterneret, atque contereret, vt qui supra sidera superbus erigebaris, nūc à carne supereris. Ille igitur sanguis, quem effudisti, te vicit, me redemit. Denique illum bibo, & veneni tui perniciem saluatus vltra non timeo. Præualuisti in paradiso, sed victus es de paribulo. Quid mihi circuncictam paradiso igneam romphæam opponis? Ecce exaltati crucifixi profluēs vnda restinxit versatilem flammam. Iam iam patet humano generi paradysus, in quo latronem constantem reduxit dominus Iesus Christus. O quam grāde mysterium! Paradysus qui clausus fuerat præuaricatori, iam referatur latroni. An forte & in hoc latrone totum hominem, vel illum etiam primum generis humani parentem aduertere conuenit? Si enim is, qui aliis interficiendo intulerat mortem, latronis accepit nomen, quanto magis qui ipsam mortem, quæ non erat, peccando inuenit, latronis non immerito crimen incurrit? Christus autem ait latroni, Hodie mecum eris in paradiso. Cui aliquando, charissimi, tarda videatur esse conuersio, cum latronis iam pendens, iam morientis non fuerit repudiata confessio? O ampla domini miseratione, obliuiscētis iniusti crimen, suscipiētis penitentis fidem, pro scelere damnatum faciētis electum, mortis debito reddentis æternitatis vitæ participem! Sed planè huius latronis extrema quidem sed non minima fides, qui dominum tunc non suscitantem mortuos, sed morientem pro peccatoribus propemodum agnoscere, & confiteri promeruit. Solus denique Petrus passionis timore perterritus, quasi hominem denegat, latro crucifixum adorat. Sed Petrum dominus correxit respiciendo, latronem vero beatificauit in gloria assumendo. O latronem laudabilem, mirabilem, imitabilem, seuientem gladio, violentum cælo, rapinis inhiantem, fide seruentem. Sed hæc mutatio dexteræ excelis est, vt versam vicem redderet diabolo Christus, videlicet, vt quemadmodum diabolus primum deprauando hominem abstulerat de paradiso, sic Christus latronem constantem

Psal. 106.

Math. 27. Ioh. 14.

Lucæ 23.

Psal. 76.

tem erueret de inferno, Ille praesumentem de interdito ligno, deceptus, iste pendente de pœnali ligno redemit. Etenim, fratres, assumamus & nos vocem latronis huius, si non volumus esse latrones. Dicamus & nos, Memento nostri, Domine, cum veneris in regnum tuum. Hanc ergo confessione illius sancti latronis, fratres clarissimi, quâ decantando protulimus, & respondendo propria voce fecimus, deuotione certissima proferamus, & sic dicamus ut audiamur, sic cõstentur ut saluemur. Fide ergo dicamus, corde clamemus. Ipse autem Dominus noster Iesus Christus audiet profecto vocem nostri clamoris, si integrâ deuotionem approbauerit mentis. Ipse perducat nos ad arborem vitæ, qui eruit nos de lacu miseræ. Ipse aperiat nobis ianuam paradisi, qui confregit portas inferni. Ipse populum suum eruat a flagello, qui se contineri permisit ante praesidem Pontium Pilatum. Ipse in regnum suum perducat cõstitutes, qui pati dignatus est pro impijs innocens, ut sit nomen domini benedictum in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE domini, Homil. 7.

In lectione Euangelica, quæ nobis hesternæ die recitata est, fratres charissimi, audiuius dominum dixisse discipulis suis, Omnes vos scadalum patiemini in hac nocte propter me. Cui beatus Petrus ait, Equam si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scadalizabor. Sed dominus inspector cordis respondit & dixit, Amen dico tibi, antequam gallus cantet, ter me negabis. Ille autem dixit, Etiam si me mori oportuerit pro te, nõ te negabo. Videte, fratres charissimi, verus, & celestis medicus venam cordis inspexerat, & qua hora tentationis pondus, vel invidiositatis frigus venturum esset, prædixerat. Medicus prædicebat, & agrotus negabat. Sed ubi ad horam vœtum est, falsum fuit quod promiserat homo, & verum apparuit quod prædixerat Deus. Quid enim homo sine Dei gratia possit, timor beati Petri Apostoli euidenter ostendit. Per solum enim liberum arbitrium, non addito etiam Dei adiutorio, promiserat se pro domino moriturum. Sed quid est homo sine gratia Dei, nisi quod fuit Petrus, cum negaret Christum, & nisi quod ait Propheta, Omnis caro fœnum? Et ideo beatum Petrum paululum dominus subdeseruit, ut in illo totum humanum genus posset agnoscere, nihil se sine Dei gratia præualere, & ut ecclesiæ rectori futuro ignoscendi peccantibus quædam regula poneretur. Credende enim erant Petro Apostolo clauces ecclesiæ, imò creditæ sunt ei clauces regni cælorum. Credenda quoque erant populorum innumera multitudo, quæ esset pro sua naturæ vitis, passionibus, culpis inuoluta atque peccatis. Denique sic ad eum Saluator dicit, Tibi, inquit, dedi clauces regni cælorum. Deinde sequitur, dicens, Quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælo: videlicet ut in clauibus fidelis ianitor, in sententijs esset clementissimus dispensator. Erat enim reuera hic Petrus paulo danox & seuerus, sicut eius austeritatem truncata ob Christi iniuriam ferui principis sacerdotum declarat auricula. Hic igitur tam durus, tamque seuerus si donum non

Luce 13.

Serm. 124. de comp. Math. 16.

Esaiæ 40.

B. Petrus ecclesiæ rector.

Math. 16.

Ecclesiasticus prepositus est sui sententias pronuntiandi.

peccandi a domino fuisset indeptus, quæ venia commissis populis donaretur? Sed idcirco diuina providentia secerum ita temperavit, atque permisit, ut prius ipse laboretur, ac rueret in peccatum, quo erga peccantes duriores sententiæ proprii casus intuitu temperaret. Quantum igitur diuini muneris erga salutem hominum, quantum curæ, quantumque sollicitudinis impendatur aduertite. Totius corporis morbum in ipso capite curat ecclesiæ, & in ipso vertice componit membrorum omniuin sanitatem, in ipsa confessionis Christi crepidine, in ipso immobilis fidei fundamento, in Petro scilicet illo, qui dixerat, Etiam si me oporteat mori tecum, non te negabo. Hic est Petrus, qui diuina reuelatione prior omnium veritatem meruit confiteri, dicens, Tu es Christus filius Dei. Hic tantus, & talis venit ad illam noctem, in qua dominus tradebatur, & cum se eale facere veller ad prunas, accessit ad eum puella, & dicit ei, Et tu hesternæ die cum homine hoc eras. At ille mox respondit, Nescio hominem istum. Quid agis, o Petre, futuræ rector ecclesiæ, quid loqueris? Intuere quid sis interrogatus, vel quid in interroganti responderis? Vox tua repente mutata est, hoc est, omne illud quod cito, sed non tanto sermone promiseras. Hoc est totum, quod etiam omnibus negantibus, te usque ad mortem perseverare iuraueras? Nondum fidem tuam aliquis tentauit atque discussit, nondum te ob Christi negatione aduersarius traxit ad publicum, nondum es apud reges, & praesides propter nomen eius exhibitus, non tibi flagella, nondum sunt adnotata tormenta. Quis porro est, qui te interrogat, quod tam cito negasti? Non est ferus, non liber, non Pharisæus, non scriba, non sacerdos, non miles, non centurio, nõ spiculator, nullus postremo eorum, qui auctoritate sua possit formidinem incutere confidenti: mulier te simplici voce interrogat, & fortasse nec proditura confesum: nec verò tantum mulier, sed puella: & non solum puella, sed ostiaria, vile proculdubio, abiectumque mancipium. O res stupenda! Puella accedens fidem Petri discussit, & mirum si soliditatem Petri nõ turbato, non imber, sed toris leuissima gutta transfixit. Petrus labia puellæ non sustulit, sed ubi locuta est, ille turbatur. Processit sermo puellæ, & immobilis columna conculsa est. Verum tamen instabat illa interrogans, & dicebat, Et tu hesternæ die cum homine hoc eras? Petrus autem eo magis oppressus formidine, hominem se scire negavit. Quem respiciens Christus suorum fecit recordari sermonum. At ille intelligens factum, conuersus ad penitentiam amarissime fletit. Agnouit enim sibi ut homini peccati irrepsisse perniciem, quod totum hæcenus ut memini diuinitus procuratum est. Videte ergo, fratres charissimi, quem admodum exigua culpa permittitur subiacere tantus Apostolus, ut emendatus elationis vitio, atque correctus, integro vestiatur moderationis, & clementiæ indumento. Jam enim eruditus es, & edoctus in Petro, quem admodum eum dominus tui causa pariter circumferibi delicto, quem admodum illum fidei, pietatisque signiferum, & generis humani columnam permiserit metu dominante quassari, ut populorum doctoribus & magistris esset exemplum, a Deo sibi non peccandi gratiam minime condonatum, sicut dicit Apostolus Paulus, Cõsiderans te, ne & tu tenteris.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Matth. 16.

Galat. 6.

fortè quis fuerit in ecclesiâ delicto praeventus, non statim abiiciat, non condemnet, sed compatiatur, ac luceat, cõsolatur, & reuocet, commodet iacenti affectum, porrigat manum, erigat lapsum, spem ei diuinæ clementiæ repromittens, sub qua etiam seruire exemplo tantorum comprobatur magistrorum. Hæc autem nos, ut supra memorauimus, nõ iustus culpando, sed peccatores ad spem erigendo protulimus, & primò quidem virtutes eius extulimus, ut & iustis formam cautelæ, & peccatoribus salutis monstrarem exemplum.

EIVSDEM DE IVDA Iscarioth, Homil. 8.

Retinet sanctitas vestra, fratres, nos vobis hoc proxima dominica prædicasse, quod Iudas Iscarioth propria sententiâ cõdemnatus, ad Pharisæos dominici sanguinis mercedem reportauit, & actus penitentia refuderit veditiois pretium, sed conscientiæ suæ non resoluert scelus. Denique post reddidit pretium, laqueo se suspendit, ut, qui se multauerat pecunia, multaret & vita. Intelligens enim quatum scelus admiserit, non sufficit ei sacrilegij carere mercede, nisi careret & salute. Dignū enim se morte iudicet, quod Christum vitam omnium tradidisset. Seuerissimus igitur Iudas sui iudex, vel in vlciscendo confitetur, quem negauerat in tradendo. Restituit ergo pecuniam Pharisæis, sed nec Pharisæi eam libenter accipiunt. Dicunt enim illicitum sibi esse in suis eam habere thesauris, Vide igitur quanta vis dominicæ sit pecuniæ, quam inde Iudas reuicit, hinc Pharisæi in loculos non recludit. Iusti enim sanguinis pretium pertimefcit iniquitas possidere, consilium tamen ineunt Pharisæi, ut ex ea ager figuli comparetur, in quo peregrinorum corpora collocatur. Quod quidem providentia Dei factum puto, ut pretium saluatoris non peccatoribus sumptum præbeatur, sed peregrinis requiem subministraret: non sacrilegij sit ad luxum, sed defunctis sit ad sepulchrum, ut iam exinde Christus & viuos sanguinis passione redimar, & mortuos pretiosa possessione suscipiat. Pretio ergo dominici sanguinis ager figuli comparatur. Legimus in scripturis quod totius generis humani salus redempta sit sanguine saluatoris, sicut ait Apostolus Petrus, Hoc scientes, quia nõ corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Iesu Christi. Igitur, si pretium vitæ nostræ sanguis est domini, vide ergo quia illo non tam redempta sit agri terrena fragilitas, quam totius mundi incolunitas sempiterna. Ait namque Euangelista, Non enim venit Christus ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Vide, inquam, nec pecunia illa nõ tam comparati sit agri parua portio, quam totius mundi copiosa possessio, sicut ait David Propheta, Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatē tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Ager ergo iste mundus hic totus est, in quo nõ dispersi, & disseminati domino fructum boni operis germinamus. Sed si fortasse perquiras a me, si ager mundus est, quoniam sit figulus, qui mundi possit habere dominum? Nisi fallor, ipse est figulus, qui vascula corporis

nostris fecit ex limo, de quo dicit scriptura, Et fecit Deus hominem de limo terræ. Ipse est figulus, qui carniū nostrarum lucnosum lutum vapore sui spiritus animauit, & materiam fluidā, atque terrenam igneo calore decoxit: ipse, inquam, est figulus, qui nos per manus suas formauit ad vitam, per Christum suum reformauit ad gloriam, sicut ait Apostolus, Ad eadem imaginem reformamur de gloria ad gloriā, scilicet, ut qui a priore factura proprijs vitijs contriuimus, in secunda natiuitate figuli huius materia reparemur, hoc est, qui per Adæ transgressionem in mortem cecidimus, per saluatoris gratiam denuo resurgamus. Ipse planè est figulus, de quo dicit beatus Apostolus, Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quare me fecisti sic? Et iterum, Nunquid non habet potestatem figulus lutu ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in cõtemeliā? Ex eodem enim luto corporis nostri Deus, tamen pro meritis singulorū, alios custodit ad regnum, alios referuat ad pœnam. Iuste itaque figuli ager Christi sanguine emptus est, peregrinis, inquam, qui erant sine domo, & patria, & his, qui toto orbe exules iactabantur, requies Christi sanguine prouidetur: & quibus nõ est in mundo possessio, his in Christo sit sepultura. Istos autem peregrinos, quos esse dicimus, nisi deuotissimos Christianos, qui renuntiantes seculo, & nihil possidentes in mundo, in Christi sanguine requiescunt Christianus enim, qui mundum nõ possidet hic, totum possidet saluatorem. Ideo autem peregrinis Christi sepultura promittitur, ut qui se a carnalibus vitijs tanquam peregrinum & alienum custodierit, is Christi requiem mereatur. Sepultura enim Christi quid est aliud, nisi requies Christiani? Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus, & tanquam hospites in hac luce versamur, sicut ait Apostolus dicens, Etenim, dum sumus in corpore, peregrinamur a domino. Peregrini, inquam, sumus, & nobis saluatoris emptā est sepultura. Consepulti enim sumus, sicut ait Apostolus, cum illo per baptismum in mortem. Baptismus igitur Christi nobis est sepultura, in quo peccatis morimur, criminibus sepelimur, & veteris hominis conscientia resoluta in alteram natiuitatem rediuiua infantia reparatur. Baptismus, inquam, saluatoris nobis est sepultura, quia ibi perdidimus, quod ante viximus, & ibi denuo accipimus ut viuamus. Magna igitur sepulture huius est gratia, in qua nobis & vilis mors infertur, & vtilior condonatur. Magna, inquam, sepulture huius gratia, quæ & purificat peccatorem, & viuificat morientem.

EIVSDEM DE CRUCE, & latrone, Hom. 9.

Hodierna die dominus noster, fratres, pependit in cruce, & nos epulamur, ut discatis, quoniam crux Christi ferix sunt, & nundinæ spiritalis. Antea namque crux nomen condemnationis erat, nunc vero facta est res honoris: prius in damnatione maledicti stabat, nunc in occasione salutis erecta est. Hæc enim crux innumerabilium nobis bonorum extitit causa: hæc nos de erroribus liberauit, hæc nos sedentes in tenebris illuminauit, hæc nos ex diabolo expugnatore re-

Genes. 2.

1. Cor. 3.

Rom. 9.

1. Cor. 5.

Rom. 6.

Serm. 130. de temp.

Math. 27.

conciliauit Deo, & ex alienatis restituit, in domesticis reddidit ciues. Hæc est inimicitiarum interemptio, pacis firmamentum; & omnium nobis honorum thesaurus: propter hanc iam non erramus in solitudinibus, viam enim veritatis agnouimus, nec iam extra regnum sumus, ianuam enim regis intrauimus, iam ignitas diaboli sagittas non timemus. Fontem enim vitæ, quo exinguerentur, inuenimus. Propter hanc iam in viduitate non sumus, sponsum enim recepimus. Non expauescimus lupum, quia bonum pastorem inuenimus, Ego enim sum, ait, pastor bonus. Propter hanc non formidamus tyrannum, regi enim ad hæretum: propter hæc diem festum agimus, crucis memoriam celebrantes. Ita & magister gentium docet propter crucem annua festa cõstitui.

1. Cor. 13. Epulemur, inquit, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitie, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Deinde causam agendæ solennitatis adiciens ait: Quoniam Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Vbi autem sacrificium, ibi & interemptio peccatorum, ibi reconciliatio Dei fiet. Vox lætitiæ, & salutis in tabernaculis iustorum. Ita & omnis terra lætetur, Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Et vbi immolatus est? Dico, in altitudine crucis. Nouum est altare sacrificij huius, quoniam & immolatio noua & admirabilis. Ipse enim & hostia erat, & sacerdos. Hostia quidem secundum carnem, sacerdos vero secundum spiritum. Idem ipse & offerebat quidem se secundum spiritum, offerebatur vero secundum carnem. Audi igitur nunc quo modo vtrique hæc manifestauerit Paulus. Omnis, inquit, sacerdos, qui ex hominibus excipitur, pro hominibus constituitur. Vnde necessarium est, vt & ipse habeat, quod offerat. Ecce ipse offerebat seipsum. Alibi dictum est, Quoniam dominus semel oblatus est pro oblatione sui, deinceps vt multorum auferat peccata. Secunda vero sine peccato videbitur his, qui expectant eum in salutem. Ecce istic oblatus est, ibi seipsum obtulit. Vidisti quo modo simul, & hostia & sacerdos factus est, & altare erat crux. Et cuius rei causa non in templo offertur hæc hostia sed extra ciuitatem, & extra muros, vt illud adimpleretur, quod scriptum est. Quoniam inter iniquos deputatus est. Cuius igitur rei causa in altitudine crucis immolatur, & non sub tegmine ædificij? Ob hoc, scilicet, vt æris naturam munderet, propterea non in altari, nec tecto superposito, sed sub cælo. Aër enim purgabatur, cum in altitudine immolaretur ovis: terra etiam purgabatur, quia stillabat sanguis domini super eam. Ideo non sub tegmine, neque in templo Iudæorum, vt non subtraherent sacrificium salutare Iudæi. Neque existimes pro illa tantummodo gente hanc hostiam offerri. Propterea enim extra ciuitatem, & extra muros, vt intelligas quoniam communis est hostia pro genere humano oblata, & ideo communis est purificatio, non ex aliqua parte, quemadmodum fuerat in Iudæis. Nam Iudæis ideo præcepit Deus relinquere vniuersam terram, & in vno loco offerre sacrificia, & vota reddere, quoniam immunda erat tunc vniuersa terra fumo ararum, & nidore bustorum, cæterorumque cõquinatorum, eorumque de prophanis gentium sacrilegiis inferebatur super eam. No-

Ioan. 10.

1. Cor. 13.

Psal. 117.

Hebr. 5.

Hebr. 9.

Isaia 51.

Luc. 22.

Hebr. 13.

Deut. 12.

bis vero iam quo modo Christus adueniens vniuersam terram expiauit, omnis locus oratorum factum est. Et idcirco beatus Paulus hortatur, & præcipit sine intermissione orare vbique, dicens, Volo orare viros in omni loco, leuantes manus sanctas. Vides, quo modo mundatus est orbis terrarum. Et ideo vbique sanctas manus leuare possumus, quoniam vniuersa terra sanctificata est, vt sanctior sit quàm illa, quæ in interioribus templi veteris erant sancta sanctorum. Ibi nanque irrationabile animal ovis offerebatur, hic autem spiritalis oblata est. Et quantò maior est oblatio, tanto & eminentior sanctificatio, idcirco festiuitas epulationis est crux Christi. Vis dicere & aliud crucis beneficium? Paradisum ante quinque millia, vel amplius fere annos clausum, hodie nobis aperuit. In hac enim die & in hac hora latronem introducens Christus duplex beneficij operatus est, vnum quidem quia paradisum aperuit, aliud verò quia latronem introducit. Hodie reddidit nobis patriam principalem, hodie reddidit in ciuitatem paternam, & æternam domum redonauit communi hominum naturæ. Hodie tecum eris in paradiso. Quid dicis? Crucifixus es, & clauis confixus, & paradisi promittis? Ita, inquit, vt in ipsa cruce virtutem meam agnoscas, quoniam res hæc tristitiæ videbatur, vt non in crucis lignum attendas, sed virtutem eius, qui crucifixus est, dicas. In cruce hoc miraculum operatus est, vnde maximè potentiam suam declarat omnipotens, non mortuum resuscitans, non morti, & ventis imperans, non demones eiiciens, sed crucifixus, & consputatus in facie, clauisque cõfixus, cum iniurias, & maledicta susciperet, detisus, atque contemptus malignam illam, atque longo scelerum vsu obduratam latronis mætem immutare præualuit, vt ex vtroque virtutem eius inspicias. In eodem enim tempore passionis crucifixus vniuersam creaturam turbauit, & saxa dirupit, duriores vero lapidibus animam attraxit patitur & honorauit, dicens, Hodie tecum eris in paradiso. Luce 23. Et certe cherubin custodiuit paradisum, sed hic etiam cherubin dominus est. Flamma rhomphaea obuoluitur, sed ipse & flamma, & gehenne, & vitæ, & mortis potestatem habet. Et quidem nemo regum aliquando passus est latronem hominem, aut quenquam alium eiusdem naturæ conseruare secum assumens ita in ciuitatem introducere, sed Christus hoc fecit, qui mortis, & diaboli victor, & sacratissimam ingrediens patriam secum latronem introducit, non conculcans paradisi istius pietatis opere, sed honorans, neque confundens latronis introitu, sed illustrans. Honor nanque paradisi est, talem dominum habere, qui etiam latronem dignum facere posset paradisi deliciarum. Etenim cum publicanos, & meretrices introduceret in regnum cælorum, non confudit, sed extulit regnum cælorum, neque deiecit, sed potius honorauit paradisum. Honor enim, vt dixi, est paradisi, talem habere dominum, qui & latronem dignum facere posset deliciis & possessione paradisi. Talis est enim domini regnum cælorum, vt & meretrices, & publicanos ita probabiles reddat, vt digni appareant gratia, & gloria, quæ illic est. Quemadmodum enim medicum tunc maximè admiramur, cum viderimus eum difficiles hominum valetudines curantem, mortisque pericula medendi arte vincantem, ita & Christum admirari

Luce 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

Luc. 23.

admirari iustum est, quando insanabilia vulnera in corporibus, & mentibus curat, quando publicanum, & meretricem ad tantam sanitatem perducit, vt etiam cælo dignos ostendat. Et quid tali dignum quiete egerat latro, vt post crucem, quæ meruerat repente paradiso dignus indicaretur? Vis breuiter dicam virtutem fidei eius? Quando Petrus negauit deorsum, tunc ille confessus est sursum. Et hæc non vt accusans beatissimum Petrum locutus sum, quod abisset de latronis magnanimitate ostendere volens. Nam ille discipulus minas abiectæ puellæ non sustinuit, latro vero multitudinem totius populi videns circumstantem, & clamantem, insanas blasphemias, & opprobria, atque maledicta iaculantem, non attendit illis, non cogitauit visibilem abiectiõnem eius, qui crucifigebatur, sed oculis fidei hæc cuncta transcurrens, & vt abiectæ, & leuia veritatis impedimenta præteriens, & relinquens cognouit dominum cæli, & ait dicens. Memento mei, domine, in regno tuo. Ne ergo breui commemoratione dimittamus latronem istum, neque confundamur doctorem accipere, quem dominus noster non erubuit primum in paradisi regno introducere. Ne, inquam, erubescamus magistrum habere hominem, qui ante omnem generis humani naturam meruit dignus haberi regno cælorum: sed singula intentius disquiramus, vt virtutem crucis agnoscamus. Non dixit ad eum dominus quemadmodum ad Petrum: Veni post me, faciam te piscatorem hominum. Nec dixit ad eum, quemadmodum ad duodecim discipulos, Quoniam sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israël, sed ne qualescunque verbum dignatus est dicere, nullum miraculum ostendit, non mortuum resuscitatum, non dæmonem expulsus, non mare obediens, nõ denique aliquid aut de regno cælorum ei locutus, aut de gehenna comminatus est, & prior omnium latro confessus est eum, & hoc alio exprobrante fecit. Improperat ei & ille alius latro. Audisti latronem & latronem, ambos in cruce, ambos cõuersatione latronum, ambos ex eadem malignitate venientes, sed iam non ambo in eisdem mentibus, & meritis sunt constituti. Nam alius quidem regnum adipiscebatur, alius verò in gehennam mittebatur. Ita & pridie in discipulis simile discrimen fuit. Nam & Iudas quidem discipulus fuit vt illi vndecim, sed illi quidem dicebant domino, Vbi vis paremus tibi Pascha mæducare: iste verò se ad tradendum dominum præparabat & dicebat. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradã? Et illi quidem ad ministerium diuinum se præparabãt, hic autem ad tradendum festinabat. Ita & in hoc loco latro, & latro, sed vnus quidem improperabat, alius adorabat: alius blasphemabat, alius laudabat, & blasphemantem corripiebat, dicens, Nec times dominum tuum? Vidisti fiduciam latronis, vidisti liberam voluntatem in cruce. Audisti philosophiam in tribulatione, & reuerentiam diuini timoris in supplicio. Quoniam quidem in semetipso erat & clauis confixus, non saucium intelletum, neque confixã sensum habebat. Quis non admiretur, & compungatur? Non solum enim quod in ipso erat, sed & ea, quæ circa seipsu erant, relinquens, de altero curam gerebat in cruce, doctor effectus, & corripiens, & dicens, Nec times dominum tuum? Noli, inquit, attendere iudi-

cio huic quod deorsum est, alius index iniustificabilis est. Ne ergo consideres, quia deorsum à iudice mortali condemnatus est, non enim talia sunt superna iudicia. Hic autem in terreno iudicio, & iusti condemnantur, & iniusti effugiunt, & rei dimittuntur, & innocentes puniuntur. Volentes nanque & nolentes multum errant, qui iudicant. Ignorantes enim iustitiam seducuntur, vel certe scientes per auaritiã corrumpuntur, vt sanguinem innocentem vendant. In supernis verò nihil tale. Iudex enim iustus est, & iudicium eius tanquam lumen prodit, non habens tenebras neque ignorantiam. Vt ergo non diceret, quoniam damnatus deorsum in terris, & adiudicatus est poenæ, perduxit eum ad iudicium supernu, commemorauit tribunal illud horribile, tantum non dicens sibi; Respice te, & non portabis sententiam damnationis æternæ, nec stabis in sorte iudicium corruptorum, respiciens ad salutem futurum in supernis iudicium. Vidisti philosophiam latronis, vidisti intelletum, & doctrinam, subitò in ictu oculi de cruce in cælum transiit: ita iam ex abundantia receptæ iustitiæ proximum illum vel socium quondam suum arguens, vt diceret ei. Non times, inquit, quoniam, in ipso iudicio sumus, id est, in eadem cõdemnatione? Nonne, inquit, & tu in ipsa cruce es? Quamobrem in quo sociu increpas poenæ, te ipsum pro illo reum statuas? Quemadmodum enim is, qui in peccatis est, si alios audeat accusare, se ipsum ante illos accusat: ita & is, qui in ærumna positus est, si alius eam sui oblitus exprobrat, sibi ante illos dicit opprobrium, quoniam, inquit, in ipso iudicio sumus. Quid agis, o latro? Satisfacere incipiens, socium tibi dominum fecisti? Non, inquit, emendo hanc de me opinionem in subsequentiis. Nam ne æstimes, quod propter damnationis confortium, criminis quoque confortem fecerit dominu, subtexit emendationem dicens: Et nos quidem iusti, digna enim patimur his que commisimus. Vidisti confessionem perfectam, vidisti quomodo in cruce se exiit a peccatis. Dic, inquit, tu iniquitates tuas prior, vt iustificeris. Nemo compulsi, nemo vim fecit, sed ipse se diuulgauit, ipse condemnauit, dicens: Et nos quidem iusti digna factis recipimus, hic autem nihil mali gessit: Memento mei, domine, in regno tuo. Non est ausus ante dicere, memento mei, Deus, quàm per confessionem iniquitatis præteritæ sarcinam peccatorum deponeret. Vides quanta res sit confessio. Confessus est, & paradisi aperuit: confessus est, & tantæ fiduciæ robur accepit, vt de latrocinio regnum deponeret, considerans quantum bonorum nobis causa sit crux. Dico mihi, latro, regnum petens, quid in eo tale vides, ex quo petis? Dic mihi, nam quod in conspicio est, clauos, & crucem cernis. Sed hæc, inquit, crux, ipsa regni insigne est, & propter eam Iesum regem appello, quia video crucifixum. Opus enim regis est, vitam suam pro his, quibus regnat, opponere. Vnde & ait: Quia pastor bonus animam suam ponit pro ouibus. Igitur & Iosua rex bonus animam suam ponit pro his, quorum princeps est. Quoniam igitur animam suam posuit, ideo eum regem cognosco, & dominum appello. Memento mei, inquit, domine, in regno tuo. Considerasti quomodo & regni insigne sit crux, quod si aliunde vis dicere, hoc ipsam non reliquit eum solu super terram, sed attraxit in cælo. Vnde hoc ipsum scire potes, quia patitur cum ipso venit in

Isaia 43.

Ioan. 10.

Luc. 23.

secundo, & gloriofo eius aduentu, vt difcas quomodo vera, & magna est crux. Vnde & gloriosam eam dixit, in ea gloriantem Apoftolo. Sed videamus quomodo cum cruce veniet. Neceffarium est enim & hoc ipsum ostendere. Si dixerint, inquit, ecce in proptuariis est Christus, ecce in solitudine est, nolite credere: de secunda presentia sua gloria dicens, propter Pseudochristos, & propter falsos Prophetas, propter Antichristum, ne aliquis errore praeventus in falsos incidat Christos, quoniam Christi saluatoris aduentum praeventiet Antichristus. Ideo sollicitè praecavendum est, ne quis pastorem quaerens, lupum inveniat. Ob hoc praedico tibi, vnde dignoscas veri pastoris aduentum. Nam quia primus aduentus eius latenter factus est, ne a times quoniam secundus aduentus eius talis erit, hoc dedit signum. Hæc enim fuit voluntas eius, vt primus aduentus latenter fieret, & quaereret quod perierat, secundus vero aduentus non ita simpliciter ait: Quemadmodum, inquit, fulgur exiens ab Oriente apparet in Occidente, ita erit aduentus filij hominis. Subito omnibus apparebit, nec erit indigens quisquam interrogare, siue hic, siue illic est Christus. Quemadmodum enim cum fulgur emicuerit, non egemus inquirere, si facta sit coruscatio, ita cum reuelatio presentiae eius effulserit, non indigebimus interrogare, an venierit Christus. Sed quod quaeritur, si cum cruce veniet, nec enim promissæ expositionis oblitus sum, audi igitur subsequencia: Tunc, inquit, quando venturus est, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Tanta enim erit eminentia splendoris in Christo, vt etiam clarissima cæli luminaria præ fulgore luminis diuini abscondantur, Tunc stellæ cadent, quando apparuerit signum filij hominis in cælo. Considerasti quanta virtus sit signi, hoc est, crucis, sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum: crux verò fulgebis, & obscurabit luminaria cæli, delapsis quæ sideribus sola radiabit, vt difcas quoniam crux & luna lucidior, & sole erit præclarior, quorum splendorem diuini luminis illustrata fulgore superabit. Quem admodum enim ingrediente rege in ciuitatem, exercitus antecedit, præferens humeris signa, atque vexilla regalia, & ambitu preparationis armisonæ annuntiat regis introitum: ita domino descendente è cælis, præcedet exercitus angelorum, qui signum illud, id est, triumphale vexillum sublimibus humeris præferentes diuinum regis cælestis ingressum, terrestrium mentibus nuntiabunt. Tunc, inquit, commouebuntur virtutes cælorum. De angelis dicit: Tremor enim illos apprehendet & timor magnus. Cuius igitur rei causa dic mihi? Quia tunc tam terribile erit iudiciū illud, vt etiam ab angelis timeatur. Omnis enim natura generis humani incipiet iudicari, & altare terribili iudici. Quamobrem ergo tunc angeli contremiscent, & vnde tremor apprehendet eos? Nō enim illi habent iudicari. Sed quemadmodum, principe indicante, non solū rei, sed & officia, quæ nihil sibi conscia sunt, timore, & tremore cōprehenduntur propter iudicis terrorem ita & tūc cū genus humanū iudicabitur, etiam cælestes ministri pauebunt, & terribili apparatu de iudicis intuentis horrenda formidine contremiscent. Sed quare crux apparet tunc, & quam ob causam in eius prælatu dominus adueniet, ratio perspicua est, vt agnoscant cōsiliū, & dignitatem suam, qui dominum maiestatis crucif-

24. tit. 24.

2bidem.

ibi supra.

Signi crucis excellentia.

Matth. 14.

xerunt. Per hoc enim signum impudens Iudæorum redarguitur impietas: & quomodo propter hoc ipsum habens crucem veniet, audi ipsum in Euangelio protestantem: Quia tunc plangent omnes tribus terræ, videntes accusatorem suum, id est, ipsam crucem, & in ipso arguente cognoscent peccatum suum sero, & frustra fatebuntur impiam cæcitatē. Quid autem miraris, si crucem afferens veniet, vbi & ipsa vulnera ostendet? Tunc videbunt, inquit, in quem compunxerunt. Quemadmodum enim in Thoma fecit, volens incredulitatem discipuli coarguere, errorēque corrigere pro multorum fide, & ingerens ostendit illi signa clauorum, & ipsa de clavis vulnera, & dixit: Mittere manum tuam, & vide, Quoniam spiritus olivæ, & carnem non habet, quemadmodum me videtis habere: tunc ostendit vulnera, & crucem manifestabit, quoniam ipse est, qui crucifixus est. Non solū autem de cruce, sed de verbis ipsis, quæ in cruce habuit, immensam pietatem eius possumus considerare. Nam, cum adhuc in cruce confusus esset, dicebat: Pater, dimitte illis peccatum, non enim sciunt quid faciunt. Et crucifixus pro illis, qui crucifixerant, orabat, & quidem illi è diverso dicebant: Si filius Dei es, descende de cruce. Sed propter hoc non descendit de cruce, quoniam filius Dei est. Propter hoc enim venit, vt crucifigeretur pro nobis. Descende, inquit, de cruce, & credimus in te. Hæc verba sunt & occasio, & incredulitatis. Nam plus fecit quàm si de cruce descēdisset. Multo enim maius fuit lapide ad monumentum apposito resurgere, quàm de cruce descendere. Lazarum etiam quadriduam iam funere fetidum de sepulchro resuscitasse maius, quàm de cruce descendere. Et illi quidem dicebat: Si filius Dei es, salua te ipsum. Hæc autem omnia faciebant, & improperebant ei pariter. Dimitte, inquit, illis peccatum: Vtique dimisit, si vellet poenitere. Si enim non dimisisset illis peccatum, non vtiq; statim post assumptionem eius tria millia, & quinque millia credidissent. Quoniam, inquit, multa millia Iudæorum crediderunt. Audi quid dicunt Paulo Apōstolo, Vides, inquit, frater, quot millia sunt Iudæorum, qui crediderunt? Imitatores ergo domini esse debemus, & pro inimicis orare exemplo ipsius, qui, cum esset crucifixus, pro crucifigentibus se parrem postulabat, vt dimitteret illis peccatum, Et quomodo, inquis, possum dominum imitari? Si volueritis, poteritis. Si enim impossibile erat imitari eum, quo modo dicebat: Discite a me, quoniam mitis sum, & humilis corde? Nam, si impossibile esset imitari eum, nunquam Paulus dixisset: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Quid si dominum imitari non vis, imitare seruū eius Stephanum, quem & Apōstolum dico, nam ille dominum imitatus est. Et quemadmodum Christus inter crucifigentes se relinquens crucem, relinquens propriam persecutionem, pro crucifigentibus se deprecabatur patrem, ita & seruus eius inter lapidantes se, suscipiens iacula saxorum, & delores, qui ex ipsis fiebant, dicebat: Domine, ne statuas illis peccatum hoc. Audisti quo modo secundum dominum locutus est seruus. Ille ait: Pater, dimitte illis peccatum, nesciunt enim quid faciunt. At iste dicit: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et, vt difcas, quoniam cum omni similitudine orauit: Postis, inquit, genibus orabat dicens

Matth.

1. Cor.

1. Cor.

dicens

dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, qui viuis, & regnas in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE IOSEPH qui corpus Domini petijt à Pilato, & cætera, Homilia 10.

PERACTA passione Domini nostri Iesu Christi, & resurrectione, in qua fidei nostræ omnis summa consistit, emergit quidam Ioseph, olim quidem amator, & discipulus domini, & qui pro ratione temporis defuncto exequias occultas impendebat, quia & noti misericordiam furor persequentium prohibebat. Quod factum, ita Ioannes Euangelista narrauit. Rogauit, inquit, Pilatum Ioseph occulite, propter metum Iudæorum, & petiuit corpus Iesu & permisit Pilatus. Cum in animo religioso metus cum deuotione certaret, excogitat statim quod & fidei satisfaceret, & timori, & occulte postulans vt & humo mandaret occisum, & declinaret insaniam Iudæorum. Index vero eundem seruans animum mortuo, quem impendit auditio: nam quem coactus dederat penam, libens tradit sepulturæ. Postquam vero corpus Iesu humanum est, statim potentiam suam repetit, quæ venerat reditura maiestas. Nam cuius natiuitas hominis ostenderat filium, mors prodidit Deum. Cum enim Maria Magdalene venisset ad monumentum, quam memorem saluatoris amissa fide deuotio in lachrymas compellebat, videns reuolutum à foribus lapidem, cum non inuenisset in sepulchro dominum, cepit acrius dolere quoddam perdidit & defunctum. Mox autem ad Petrum eius discipulum peruolat, quem pro meriti qualitate vel fidei, maior de eius obitu cura tangebatur, nunciat inane sepulchrum, quaerit corpus ablatum. Petrus vero resurrectionis filij Dei & ante crucem conscius, quam prædixerat ipse passurus, sub tali nuncio non fleuit, aut doluit, sed vocem suam in diuinis virtutibus seruans, propter ex periri quod credidit. Ad sepulchrum itaque domini celeri cursu festinat. Iam rediturus, si non inueniret quem quaerebat. Beatus autem Euangelista & ex consequentibus probat potentiam resurgentis. Venit, inquit, Simon Petrus & introiit in monumentum: & cum non inuenisset dominum, vidit linteamina posita & sudarium, quod fuerat super caput eius. Nam manifestus Deus per laturus quem viuificauerat in cælum, & mortem vacuat & sepulchrum. Nam linteamine quo funis tegebatur exposito, reliquit terræ exuuias, vitali iam corpore induta maiestas. Petrus igitur videns resurrectionem, quam Dei filius pronunciauerat impletam, qui sollicitus venerat, securus abcessit. Maria tamen resurrectionis ignara non cessat lachrymas fundere, nesciens hanc esse dominici corporis gloriam quam putabat iniuriam. Cuius inanes merores Angelus magis prohibet quàm consolatur, vt Euangelista testatur: Maria, inquit, quid ploras? Si spiritali prudentia intentionem diuini sermonis intelligas, lachrymarum causam non tanquam ignarus interrogat, sed importunos flatus dolentis obiurgat. Maria, inquit, quid ploras, cum vacato monumento non damno funeris, sed merito resurgentis Iesu Christi corpus virtus sibi non facinus vendicasset? Culpas eodem tempore à Maria la-

chrymas fundi, quo debuit gloriari. Quid ploras, aut quem quaeris? Angelus instruit nescientem sano consilio, ne viuentem quaereret in sepulchro. Quæ mulier quia reuicisse quem flebat, nec correctæ cognouit, à superfluis postmodum lachrymis reuocatur vocibus resurgentis similibus. Etenim Iesus Mariam verbis alloquitur: Mulier, inquit, quid ploras, aut quem quaeris? Hoc est dicere, me iam viuente pro quo mortuo lachrymas fundis: Aut me presente quem quaeris? At illa Iesum secundo appellata cognoscens diuinam maiestatis operante potentia viuam inuenit, quæ quaerebat occisum Iesum Christum dominum nostrum, cui semper in patre gloria in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE SEPULCHRO Domini, Homilia 11.

VIDEAMUS, fratres, de Domini corpore postquam de cruce deponitur quid geratur. *Sermo 143. de temp. Ioan. 19.* cepit illud Ioseph ab Arimathea, vir iustus, sicut ait Euangelista, & in nouo suo sepeliuit monumento, in quo nondum quisquam positus fuerat. Beatum ergo corpus domini nostri Iesu Christi, quod eam nascitur ex utero virginis gignitur, cum recedat, natiuitatis tumulo commendatur, Beatum planè corpus, quod virginitas peperit, & iustitia custodiuit. Custodiuit enim illud Ioseph tumulo incorruptum, sicut seruauit illud Mariae uerus illibatam. Sicut enim pollutione ibi non tangitur, sic mortis corruptione non læditur. Vbiq; beato corpori deseruit sanctitas, vbiq; virginitas. Nouus illud venter concepit, nouus tumulus conclusit. Dominica ergo est virgo vulua, & virgo est sepultura. Quis potius ipsam sepulchram vuluam dixerim, est enim similitudo non parua. Sicut enim dominus de matris vulua viuus exiit, ita & de Ioseph sepultura viuus surrexit. Et sicut de utero tunc ad prædicandum natus est, ita & nunc ad euangelizandum renatus est de sepulchro, nisi quod gloriosior est ista quàm illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, hæc edidit immortale. Post illam natiuitatem ad inferos descenditur, post hanc remeatur ad cælos. Religiosior est planè ista, quàm illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, totius mundi dominum nouem mēsis in utero clausum tenuit, hæc autem triduo tantum tumuli gremio custodiuit. Illa cunctorum spem tardius protulit, hæc omnium salutem citius suscitauit. Fortasse quis dicat de priori dominicæ natiuitatis prædicatione, in qua prædicauimus, non minorem esse gloriam, quod tumulus Ioseph suscitauerit dominum, quàm quod eam sanctæ Mariæ uerus procreari. Quæ comparatio ventris, & tumuli, cum ex intimis visceribus illa ediderit filium, hic autem solunimodo locum præstiterit sepulchrum? At ego dico, non minorem Ioseph affectum fuisse quàm Mariæ. Siquidem illa uero dominum, hic corde concepit. Illa saluatori membrorum suorum secretum præstitit, hic secretum sui cordis non negauit. Illa dominum patris inuoluit, cum natus est, hic linteis, cum recessit: illa pertunxit beatum corpus oleo, hic arimatibus horroreuit. Conueniunt ergo sibi obsequia, conuenit & affectus. Inde necesse est etiam meritum conuenire, nisi

nisi quod Matiam ad obsequium angelus admo-
nuit, Ioseph autem iustitia sola persuasit. Igitur
Ioseph in suo sepulchro posuit dominum. Legi-
mus in propheta: Sepulchrum patens est guttur
eorum: Si ergo sepulchrū patens est guttur homi-
num, vide ne forte secundum hanc similitudinem
dominum Ioseph non tam in terrena posuerit sep-
pultura, quam in monumento sui cordis colloca-
uerit, & custodiendum illum suscepit, non tam
memoria fragili morituroꝝ quam memoria san-
cta virutum. Hæc enim virtutum fidelis est me-
moriam, quæ intra se continens Christum, lædi eum
hæreticorum corruptione non patitur. De qua
memoria in sacramentis dominus dicit: Quoties-
cumque feceritis hæc, in memoria mei facietis,
donec veniam. Quotiescumque enim Christum
loquimur, totiens eum sanctiori memoriæ com-
mendamus. Sepulchrum ergo patens, guttur ho-
minum recte planè dicit propheta. Sepulchrum
enim Christi patens est Evangelistarum beatum
guttur, per quod illud æterno literarum thesauro
condiderunt. Patens autem sepulchrum ideo di-
citur, quia qui vult ad Christi pervenire myste-
rium, non ingreditur ad illud nisi per Evangelicæ
scripturæ secretum. In literarū enim secreto quasi
quodam novo vasculo commēdatus est dominus.
Quisque igitur illum videre desiderat, ibi & pas-
sionis eius sacramentum inveniet, & resurrectio-
nis gloriam recognoscat. Patens ergo guttur san-
ctorum est. Vnde Apostolus ad Corinthios ait: Os
nostrum patet ad vos o Corinthii: inuitans eos ut
per prædicationis suæ apertam ianuam ingredi-
antur Christi secreta mysteria. In hac igitur pectus
memoria collocatur dominus à Ioseph, ut in
iustitiæ sede requiescat, & habeat filius hominis
ubi caput reclinet. Videamus igitur quare salua-
tor in aliena sepultura ponatur, ac suam non ha-
beat sepulturam: Ideo in aliena sepultura ponit-
ur, quia pro aliorum moriebatur salute: Mors
enim ista non illi accidit, sed nobis proficit: mors
ista non illi illata est, sed nobis delata. Ut quid er-
go ei propria sepultura, qui in se mortem pro-
prios non habebat? Et quid illi tumultus in terris,
cuius sedes manebat in cælis? Ut quid illi sepul-
tura qui tridui tantum temporis spatio non tam
in sepulchro mortuus iacuit, quam veluti in lecto
conquieuit? Ipsa enim temporis breuitas declarat
potius somnum fuisse quam mortem. Sepulchrum
autem mortis est habitaculum. Necessarium ergo
nō erat mortis habitaculum Christo, qui vita est,
nec opus habebat semper viuens habitaculo de-
functorum. Recte autem hanc vitam nos in no-
stro sepulchro condimus, ut viuificet mortem no-
stram, ut cum ipso à mortuis resurgamus. Vnde &
illa Maria Magdalena, quæ dominum inter ceteros
defunctos in sepulchro requirebat, arguitur,
& dicitur illi: Quid quæris viuentem cum mor-
tuis? Hoc est, quid quæris in tumulo, quem ado-
rare debes in cælo? Quid quæris apud inferos,
quem redisse iam constat ad superiores: Quem illa
adhuc non intelligens nec cognoscens, respon-
dit illi: domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi,
ubi posuisti eum, & ego eum tollam. Estimabat
enim eum, sicut dicit scriptura hortulanum esse.
Sancta ergo & simplex femina Christum requi-
rit à Christo, ac deuotione mentis prophetat, &
nescit. Ait enim domino de semetipso: Si tu sustu-
listi eum, dicito mihi. Recte interrogat, si tu sustu-

listi eum. Ipse enim tulit corpus suum, qui illud
protulit de sepulchro: ipse tulit corpus, qui illud
iacens & dormiens sua aspiratione collegit: ipse
tulit corpus suum, qui illud diuinitatis virtute
gestans portauit ad cælos. Atque ideo mulier sa-
pienter interrogat, & requirit: Si tu sustulisti eum,
dicito mihi, ubi posuisti eum: hoc est, si illud au-
ferens de sepulchro ad paradysum transtulisti. Au-
dierat enim illum dicentem latroni: Hodie me-
cum eris in paradiso. Aut certe si de inferno in
parris dexteram collocasti, sicut ait Apostolus:
Quæ sursum sum quærite, ubi Christus est in dex-
tera Dei sedens. Beatus ego, qui ita quærit Chri-
stum dominum, ut credat eum & in paradiso
constitutum, & in cælestibus collocatum. Nam
qui eum in inferno requirit, aut in tumulo, dicitur
ei: Quid quæris viuentem cum mortuis?

S. MAXIMI EPISCOPI

*Taurinensis de accusato & iudicato
domino apud Pilatum, Homilia 1.*

Mirum forsitan videatur vobis, fratres, cur
dominus apud præsidem Pilatum à princi-
pibus sacerdotum accusetur, & taceat, nec nequi-
tiam eorum sua responsione conuincat, cum vi-
que ingestam accusationem non nisi refellere so-
leat subsæcra defensione. Mirum, inquam, sit fra-
tres, quod arguatur saluator, & taceat. Taciturni-
tas enim interdum pro consensu habetur. Vide-
tur namque cōfirmare, quod obiicitur, cum non
vult respondere, quod quæritur. Accusationem
ergo suam dominus tacendo confirmat: Non plane
accusationem suam tacendo confirmat, sed
despicit, non refellendo. Bene enim tacet, qui de-
fensione non indiget. Ambiat defendi, qui me-
ruit superari. Festinet loqui, qui timeret vinci. Chri-
stus autem cum condemnatur, & superat: cum
iudicatur, & vincit, sicut ait Propheta, ut iustifi-
ceris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.
Quid ergo opus erat ei loqui ante iudicium, cui
ipsum iudicium erat plena victoria? Vincit enim
cum iudicatur Christus, quia sic innocens appro-
batur. Vnde ait Pilatus. Innocens ego sum à san-
guine huius iusti. Melior est igitur causa, quæ non
defenditur, & probatur, plenior iustitia est, quæ
non verbis astruitur, sed veritate fulcitur. Taceat
lingua necesse, ubi ipsa æquitas sibi adest. Taceat
lingua in bono negotio, quia & malas causas
obtinere consuevit. Nolo sic defendi iustitiam,
sicut solet iniquitas excusari. Quod vincit Chri-
stus, non orationis est, sed virtutis. Scit enim sal-
uator, qui est sapientia, quomodo tacendo vince-
ret, quomodo non respondendo superaret, atque
ideo causam suam mauius comprobare quam di-
cere. Quæ enim res illum cōpelleret ad loquen-
dum, cum silentium satis sufficeret ad vincendum?
Sed forsasse metus eum cogeret, ne salutem per-
deret, nisi quod ipsa erat tota causa victoria. Sui
enim salutem perdidit, ut salutem omnium lu-
craretur. In se vinci maluit, ut victor esset in cun-
ctis. Sed quid de Christo loquar? Susanna mu-
lier inimicos suos tacuit, & vicit. Non enim apud
Danielem iudicem verborum se ratione defen-
dit, non patrociniij sermone tutata est, sed in san-
cta femina, tacente lingua, pro ea castitas loque-
batur. Castitas enim Susannæ adfuit in iudicio,
quæ

quæ eam defendit & in paradiso. Ibi enim pudori
eius consuluit, hic salutis. Ibi ne macularetur
pudicitia, hic ne innocentiæ dampnaretur. Casti-
tas ergo Susannæ & presbyteros, & impudicos
conuincit in paradiso, & in iudicio falsos accusato-
res obrinuit, bisque victrix reos facit testimonij,
quos reos fecerat adulterij, atque tandem iudicem
meretur castitas Danielem puerum iuniorē, nec-
dum pubescentis ætatis. Multum igitur de Deo
pudicitia consequitur, cum iudicem virginem
promeretur. Secura enim est de victoria castitas,
cui est indicatura virginitas. Pudicitia autem
causam nisi vir pudicus audire non debuit, talem
enim arbitrum meretur castimonia, apud quem
non periclitetur verecundia. Cognito igitur Dani-
el Susannæ negotio, cum eam falsis accusatio-
nibus veller plebs imperita dampnare, ait idem.
Mundus ego sum à sanguine huius. Quo dicto,
peccantis populi reuocauit errorem. Hac ergo
voce circa Susannam Daniel vitruit, quæ circa do-
minum vsus est & Pilatus. Ait enim Pilatus. Mun-
dus ego sum à sanguine huius iusti. Eadem igitur
sententia soluit pudicitia, quæ est absoluta ius-
titia, sed Daniel melius quam Pilatus. Ille enim
pudicum sanguinem nō condemnat, sed liberat:
hic autem iustum sanguinem & cōfiteretur, & tradit.
Quid enim profuit testimonium perhibuisse
innocentiæ, & velut reum addidisse nequitie, nisi
quod grauius peccatum est vnum, eundemque &
pronunciare iustum, & tradere criminofum? Ipse
enim iniquitatis suæ testis est, qui ore absoluit,
& corde condemnat. Lauert licet manus suas
Pilatus, tamen sua facta non diluit, & quamuis
abstergere se putauerit iusti sanguinem de suis
membris, eo tamen sanguine mens eius teneat
infecta. Ipse enim occidit Christum, qui eum tra-
didit occidendum. Iudex enim constans, & bonus,
ne sanguinem innocentis addiceret, nec in-
uidiæ cedere debuit, nec timori. Daniel ergo
melius quam Pilatus. Ille peccantis populi re-
uocauit errorem, hic autem furentis synagogæ
sacrilegium confirmauit.

EIVSDEM HOMILIA

secunda, vnde supra.

Ante dies profecti sumus sanctæ Susannæ
iudicium simile admodum fuisse iudicio sal-
uatoris, & iisdem criminationibus laborasse me-
moratæ castitatem feminæ, quibus Christi la-
borauit integritas. Similiter enim persecutores
in Susanna passa est pudicitia, sicut & in Christo
passa est iustitia. Illa enim dum in adulterio con-
uincit presbyteros, ipsa tanquam adultera reti-
netur, hic dum in sacrilegio arguit Phariseos, ipse
tanquam sacrilegus accusatur. Quod quidem sac-
rilegium in Phariseis maius adulterium vocari
potest. Grauius est enim religionis adulterium
esse quam corporis, & plus est integritatem diu-
nitatis lædere quam integritatem hominis viola-
re. Condemnatur ergo Susanna, condemnatur
& dominus. Illa quia castitate corporis tuebatur,
hic quia religionis castimoniam defendebat. Si-
milis igitur erat in vtroque causa iudicij, nisi quod
meliore vsa est iudice Susanna quam dominus.
Hunc enim præses iudicat, hanc propheta. Hunc
audit vir, qui Phariseorum seditionibus terre-

batur, hanc audit puer, qui sancto spiritu reple-
batur. Ille quod sentit, constanter pronuntiat,
non defendit. Susannæ enim iudex quam abso-
luit, & liberat, domini cognitor, quem absoluit,
damnat, & tradit. Simile ergo fuit penè per om-
nia Susannæ, domini que iudicium. Siquidem nec
accusatio in iis fuerit ipsa dissimilis. Susannam
enim seniores deserunt, dominum Iudas accusat.
Illam doctores sui, hunc discipulus proprius cri-
minatur. Susannam inquam pseudopresbyteri
arguunt, prodit pseudopiscopus Saluatorem.
Episcopus enim & Iudas fuit, sicut ait propheta
de eodem dicens. Fiant dies eius pauci, & epi-
scopatū eius accipiat alter. Sed nec locus, fra-
ctes, in vtraque causa videretur esse dissimilis, Su-
sanna enim in paradiso ab accusatoribus circum-
uenitur, dominus in hortuli paradiso à tradito-
ribus circumdatur. Illa ibi insidiatores patitur, iste
hic sustinet proditorem. Videamus autem exitū
vtriusque iudicij, Susannæ accusatores tanquam
falsi testes prophetica sententia feriuntur, & eius-
dem criminis puniuntur rei, cuius dampnare in-
nocentis sanguinem gestiebant. Domini autem
traditorem nō inuenio à iudice esse damnatum.
Non enim eum dampnat Pilatus, non dampnat po-
pulus, sed quod est grauius, se ipse condemnat, &
cessante iustitia, iudicatur. Quem enim alter iu-
dicat, potest vtrunque esse excusabilis, reus au-
tem sine excusatione est, qui conscientia suæ iu-
dicio condemnat. Quem alter iudicat, potest
quandoque à suo iudice sperare indulgentiam,
qui se ipse iudicat, à quo indulgentiam postula-
bit? Referens enim Iudas dominici sanguinis
precium ait Iudæis. Peccauit, quod tradiderim
sanguinem innocentem. Magnum igitur domi-
nicæ innocentie testimonium est, dum accusator
eius & confitetur de scelere, & reus est de merce-
de, dum enim miser refudit venditionis precium,
putat se facinoris sui soluere posse contractum.
Sed nec iste absoluitur. Dum enim autor vendi-
tionis suæ reus est, constat istos sceleratum cum
sacrilegio iniisse contractum. Sua ergo sententia
Iudas proditor cōdemnatur. Mirum forsitan sit vo-
bis, quod non eum populus iudicauerit, non præ-
ses addixerit, hoc sacrilegi solet esse iudicium, ut
impietatem suam ipse dum recordatur, & puniat
scelus suum dum recognoscit, & vindicet. Om-
nium enim supergreditur sententias, qui à sua
conscientia sua sententia cōdemnatur. Hoc, in-
quam, sacrilegi solet esse iudicium, ut conscientia
facti ipse se damnet, sicut ait Apostolus Paulus de
hæretico dicens: Hæreticum hominem post vnā,
& secundam correptionem deuota, sciens quia
subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit pro-
prio iudicio condemnatus. Ipse enim se dampnat
hæreticum, cum de ecclesia ipse se proicit, & de
coetu sanctorum, nullo compellente, procedit. Ipse
enim ostendit, quid mereatur à cunctis, qui suo
iudicio separatur à cunctis. Ipse inquam se dam-
nat hæreticus, quia, cum omnes criminosi, episco-
pi sententia proiciantur de cōsortio Christiano,
hæreticus cuncta præueniens, sententia suæ vo-
luntatis abiicitur. Tali ergo hæreticus quali & Iu-
das poena damnatur, ut idē sui & reus sit sceleris,
& iudex sit vltionis. Tali inquam hæreticus, quali
& Iudas poena damnatur, nec immerito, quia do-
minum, quem ille vedit, iste blasphematur, quem
ille persecutoribus tradidit, quotidie iste perse-
quitur.

quitur. Persequitur enim hæreticus dominum, cum diuinitatem ei derogat, & asserit creaturam.

EIVSDEM IN EODEM de Iuda traditore, Homil. 3.

Retinet dilectio vestra nos hac proxima dominica prædicasse, quod Iudas Scarioth propria sententia condemnatus, ad phariseos dominici mercedem sanguinis reportarit, & actus penitentia refuderit venditionis precium, sed conscientia suæ non resoluerit scelus. Denique post redditum precium laqueo se suspendit, vt, qui se multauerat pecunia, mulctaret & vita. Intelliges enim quantum scelus admisit, non sufficit ei sacrilegij carere mercede, nisi careret & salute. Dignum enim se morte iudicauit, quod Christum vitam omnium tradidisset. Senerissimus igitur iudex sui Iudas, vel in viciscendo confitetur, quem negauerat in tradendo. Restituit ergo pecuniam phariseis, sed nec pharisei eam libenter accipiunt. Dicunt enim inlubrum sibi esse, in suis ea habere thesauris. Videte igitur quanta vis dominicæ sit pecuniæ, quam inde Iudas reiecit, hinc pharisei in oculos non recludunt. Iusti enim sanguinis precium pertimescit iniquitas possidere, consilium tamen ineunt pharisei, vt ex ea ager figuli comparatur, in quo peregrinorum corpora collocentur. Quod quidem providentia factum puto, vt precium saluatoris non peccatoribus sumptum præbeat, sed peregrinis requiem subministrat, nõ sacrilegis sit ad lusum, sed defunctis sit ad sepulchrum, vt iam exinde Christus & viuos sanguinis sui passione redimat, & mortuos preciosa passione suscipiat. Precio ergo dominici sanguinis ager figuli comparatur. Legimus in scripturis, quod totius generis humani salus redempta sit sanguine saluatoris, sicut ait Apostolus Petrus. Nõ enim redempti estis corruptibilibus auro, vel argento, sed precioso sanguine agni incontaminati, & immaculati Iesu Christi. Igitur si precium vitæ nostræ sanguis est domini, vide ergo, quia illa non tam redempta sit agri terrena fragilitas, quam totius mundi incolumitas sempiterna. Ait enim

1. Petr. 1. ne saluatoris, sicut ait Apostolus Petrus. Nõ enim redempti estis corruptibilibus auro, vel argento, sed precioso sanguine agni incontaminati, & immaculati Iesu Christi.

1. Ioh. 3. Euangelista. Non enim venit Christus, vt iudicet mundum, sed vt saluet mundus per ipsum. Vide inquam, ne pecunia illa non tam comparatio sit agri parua portio, quam totius mundi copiosa possessio, sicut ait Dauid propheta. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Ager ergo iste mundus hic totus est, in quo nos dispersi & disseminati domino fructu boni operis germinamus. Sed forsasse perquiras à me, si ager mundus est, quisnam sit figulus, qui mundi possit habere dominatum? Nisi fallor, ipse est figulus, qui vascula corporis nostri fecit è limo, de quo dicit scriptura. Et fecit Deus hominem de limo terræ. Ipse est figulus, qui carniū nostrarum cœnosum lutum vapore sui spiritus animauit, & materię fluidam, atque terrenam ignito calore decoxit. Ipse, inquam, est figulus, qui nos per manus suas formauit ad vitam, per Christum suum reformauit ad gloriam, sicut ait Apostolus: Ad eandem imaginem reformamur de gloria in gloriam, scilicet vt qui à priore factura propriis vitis corruimus, in secunda natiuitate figuli huius misericordia re-

2. Cor. 3. reformamur de gloria in gloriam, scilicet vt qui à priore factura propriis vitis corruimus, in secunda natiuitate figuli huius misericordia re-

Gene. 2. Et fecit Deus hominem de limo terræ. Ipse est figulus, qui carniū nostrarum cœnosum lutum vapore sui spiritus animauit, & materię fluidam, atque terrenam ignito calore decoxit. Ipse, inquam, est figulus, qui nos per manus suas formauit ad vitam, per Christum suum reformauit ad gloriam, sicut ait Apostolus: Ad eandem imaginem reformamur de gloria in gloriam, scilicet vt qui à priore factura propriis vitis corruimus, in secunda natiuitate figuli huius misericordia re-

2. Cor. 3. reformamur de gloria in gloriam, scilicet vt qui à priore factura propriis vitis corruimus, in secunda natiuitate figuli huius misericordia re-

paremur, hoc est, qui per Adæ transgressionem morte concidimus, per saluatoris gratiam denno resurgamus. Ipse plane est figulus, de quo dicit beatus Apostolus: Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, cur me fecisti sicut iterum? Nunquid nõ habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Ex eodem enim luto corporis nostri Deus pro meritis singulorum alios refert ad pœnam, alios ad gloriam. Istius itaque figuli ager, Christi sanguine emptus est peregrinis. Peregrinis, inquam, qui erant sine domo, sine patria, & toto orbe exules iactabatur, requies Christi sanguine prouiderit, vt quibus nõ est in mundo possessio, iis in Christo sit sepultura. Istos autem peregrinos quos esse dicimus, nisi deuotissimos Christianos, qui renunciantes sæculo, & nihil possidentes in mundo, in Christi sanguinem requiescunt? Christianus enim, qui mundum non possidet, hic totum possidet saluatorem. Ideo autem peregrinis Christi sepultura promittitur, vt, qui se à carnalibus vitiis tanquam peregrinum, & alienum custodierit, iis Christi requiem mercatur. Sepultura enim Christi quid est aliud, nisi requies Christiani? Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus, & tanquam hospites in hac luce versamur, sic ait Apostolus dicens: Etenim dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Peregrini, inquam, sumus, & nobis saluatoris sanguinis precio empta est sepultura. Consepulti enim sumus (sicut ait Apostolus) cum illo per baptismum in mortem. Baptismus igitur Christi nobis est sepultura, in quo peccatis morimur, criminibus sepelimur, & veteris hominis conscientia resoluta, in alteram natiuitatem rediitua infantia reparatur. Baptismus inquam saluatoris nobis est sepultura, quia & ibi perdimus antè quod viximus, & ibi denuo accipimus vt viuamus. Magna igitur sepulture huius est gratia, in qua nobis & vtilis mors infertur, & vita vtilior condonatur. Magna, inquam, huius gratia sepulture, quæ & purificat peccatorem, & viuificat morientem.

EIVSDEM DE PASSIONE, & CRUCE DOMINI, Homilia 4.

Sæculi ferunt fabulæ Vlysem illum, qui de Scennio marinis iactatus erroribus ad patriam peruenire non poterat, cum in locum quandam cursus illum nauigij derulisset, in quo Sitenarum dulci cantus crudelis varietate resonabat, & aduenientes sic blanda modulatione mulcebat, vt non tam spectaculum voluptatis caperent quam naufragium salutis incurrerent. Talis enim erat illis oblectatio cantilenæ, vt quisquis audisset vocis fonitum, quasi quadam captus illecebra non iam tenderet ad eum, quem volebat portum, sed pergeret ad exitium, quod nolebat. Igitur cum Vlyses incidisset hoc dulce naufragium, & suauitatis illius vellet declinare periculum, dicitur inferta cera auribus sociorum, seipsum ad arborem nauigij religasse, quo & illi carerent perniciosa auditus illecebra, & se de periculo nauigij cursus auferret. Si ergo de Vlyse illo refert fabula, quod cum arboris religatio de periculo liberaret, quanto magis prædicandum est, quod vere factum est, hoc

hoc est, quod hodie omne genus hominum de mortis periculo crucis arbor eripuit. Ex quo enim Christus dominus religatus in cruce est, ex eo nos mundi illecebrosa discrimina velor clausa aure transimus, nec pernicioso enim sæculi detinemur auditu, nec cursum melioris vitæ desectimus in scopulos voluptatis. Crucis enim arbor non solum religatum sibi hominem patriæ præsentat, sed etiam focios circa se positos virtutis suæ umbra custodit. Quod autem crux ad patriam post multos errores redire nos faciat, dominus declarat dicēs latroni in cruce posito: Hodie mecum eris in paradiso. Qui vtrique latro diu oberrans, ac naufragus aliter ad patriam paradisi, de qua primus homo exierat, redire non poterat, nisi fuisset arbori religatus. Arbor enim quædam in nauis est crux in ecclesia, quæ inter totius sæculi blanda, & perniciosa naufragia incolumis sola seruatur. In hac ergo nauis quisquis aut arbori crucis se religauerit, aut aures suas scripturis diuinis clauerit, dulcem procellam luxuriæ non timebit. Sitenarum enim quædam suavis figura est, mollis concupiscentia voluptatum, quæ noxiis blandimentis constantiam captæ mentis effeminat. Ergo dominus Christus pepedit in cruce, vt omne genus hominum de mundi naufragio liberaret. Sed, vt omittamus Vlysis fabulam, quæ facta, non facta est, videamus si quod in scripturis diuinis exemplū simile possumus inuenire, quod dominus per semetipsum postea completurus, per prophetas suos ante promiserit. Legimus in veteri testamento, cum Moyses sanctus filios Israel de captiuitate Ægypti produxisset, atque idem populus in deserto graui à serpentibus incurfione laboraret, nec aliqua illis armorum defensio posset obfistere, tunc sanctus Moyses diuino repleto spiritu, serpentem æreum affixum ligno inter medias morientium erexit turbas, & mandasse populo, vt de illo signo spem gererent sanitatis, atque hac re tantam medicinam vulnera morfum aspidum prouenisse, vt quisquis vulneratus in illam serpentis crucem aut respiceret, aut speraret, statim remedium salutis acciperet. Cuius facti etiã dominus in euangelio meminit dicens: Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Vnde si affixus serpens ligno filiis Israel contulit sanitatem, quanto magis salutem præstat populis dominus in patibulo crucifixus. Et si figura tantam profuit, quantum prodesset credimus veritatem? Serpens igitur primus crucifigitur. Recte plane, vt, quia primus apud Deum peccauerat diabolus, primus crucis sententia feriretur. In ligno enim crucifigitur, rationabiliter factum, vt quia homo in paradiso per arborem concupiscentiæ deceptus fuerat, nunc idem per ligni arborem saluaretur: atque eadem materia, quæ causa mortis fuerat, esset remedium sanitatis. Deinde post serpentem in saluatore homo ipse crucifigitur, scilicet vt post autorem puniatur & facinus. Per primam enim crucem vindicatum est in serpentem, per secundam in venena serpentis, hoc est, primum auctor ipse punitur, deinde eius malignitas cõdemnatur. Virus enim, quod per suauitatem suam in hominem transfuderat, nunc reicitur, nunc curatur. Nam, cum homo passioni addiditur, non morti traditur, sed mortis in eo facinus emittatur. Hoc enim egit dominus per hominem, quem suscepit, vt, dum innocens

patitur, prænaricationis illius diabolicæ in eo inobediencia corrigatur, & deinceps liber a culpa fieret, ac liber esset à morte. Habentes igitur dominum Iesum, qui nos passione sua liberauit, in ipsum aspiciamus semper, & ipsius signo speremus nostris vulneribus medicinam, hoc est; Si forte nobis venenum auaritiæ se diffundit, ipsum cõsideremus, & sanati: Si scorpionis nos libido cõpungit, ipsum rogemus, & curat: Si terrenarum cogitationum nos morsus lacerant, eundem precemur, & viuimus. Hi enim sunt spirituales serpentes animarum nostrarum, propter quos conculcandos dominus crucifixus est, de quibus ipse ait: Super serpentes, & scorpiones ambulabitis, & nihil vobis nocebant.

EIVSDEM DE CRUCE, & SEPULTURA DOMINI, Homil. 5.

Diximus hesternæ die, quod crux domini salutem generi contulerit humano, & verum est. Passio enim illius nostra redemptio est: mors eius vita nostra est. Ideo autem mala hæc cuncta sustinuit, vt nos bona omnia fieremus, ideo crudelitatem in se exerceri maluit, vt nobis misericordiam largiretur. Bonus ideo in nos ita esse voluit, vt ante in se esset immitis. Auferens enim per crucem humani generis iniurias, omnes eas in sua passione consumpsit, vt vltimus non esset homini, quod noceret. Grande ergo crucis est sacramentum, & si intelligamus, per hoc signum etiam mundus ipse saluatur. Nam, cum à nautis scinditur mare, prius ab ipsis arbor erigitur, velum distenditur, vt cruce domini facta, aquarum fluentia rumpantur, & hoc dominico securi signo portum salutis petunt, periculum mortis euadunt. Figura enim sacramenti quædam est velum suspensum in arbore, quasi Christus sit exaltatus in cruce, atque ideo confidentia de mysterio veniente homines ventorum procellas negligunt, peregrinationis vota suscipiunt. Sicut autem ecclesia sine cruce stare non potest, ita & sine arbore nautis infirma est. Statim enim diabolus iniquitatur, & illam ventus allidit, at, ubi signum crucis erigitur, statim & diaboli iniquitas repellitur, & vectorum procella sopitur. Sed & bonus agricola comparat terræ solum vertere, & vitæ alimenta perquirere, non nisi per signum crucis id facere conatur. Dum enim aratro dentale subiicit, afficit aures, stiuam inserit, figuram crucis imitatur. Compactio enim ipsa similitudo quædam est dominicæ passionis. Cælum quoque ipsum huius signi figura dispositum est. Nam cum quatuor partibus, hoc est, oriente, & occidente, ac meridiano, & septentrione distinguitur, quatuor quasi crucis angulis cõtinetur. Ipsi enim in cõfessu hominis cum manus leuaretur, crucem pingit: atque ideo eleuatis manibus orate præcipimur, vt ipso quoque membrorum gestu passionem domini fateamur. Tunc enim citius nostra exaudit oratio, cum Christum quem mens loquitur, etiam corpus imitatur. Hoc etiam exemplo Moyses sanctus cum contra Amalech bellum gereret, non armis, non ferro, sed eleuatis eum ad Deum manibus, superauit. Sic enim habes scriptum. Cum eleuasset manus suas Moyses, vincebat Israel: cum autem deposuisset manus suas, conualefcebat. Bibl. Hom. tom. 2. V V V V Ama

Luce 23.

Amalech, Hoc igitur dominico signo scinditur mare, terra colitur, cœlum regitur, homines conseruantur. Hoc inquam dominico signo etiam referantur inferna. Nam ex quo homo dominus Iesus, qui ipsam crucem gestabat, sepultus in terra est, veluti dirupta ab eo exarata terra, omnes, quos retinebat, mortuos germinavit. Sed videamus de hoc ipso domini corpore, posteaquam de cruce deponitur quid geratur. Accepit illud Ioseph ab Arimathia vir iustus, sicut ait euangelista, & in nouo suo sepeliuit monumento, in quo nondum quisquam positus erat. Beatum ergo corpus domini Christi, quod cum nascitur, vtero virginis gignitur, cum recedit, iusti tumulto commendatur. Beatum plane corpus, quod virginitas peperit, & iustitia custodiuir. Custodiuit illud Ioseph tumulus incorruptum, sicut seruauit illud Mariæ virginis vterus illibatum. Hic enim viri pollutione non tangitur, ibi mortis corruptione non læditur. Vbiq; beato corpori defertur sanctitas, vbiq; virginitas: nouus illud venter concipit, nouus tumulus includit. Dominica ergo & virgo vulua, & virgo est sepultura. Quin potius ipsam sepulchram vluam dixerim, est enim similitudo non parua. Sicut enim dominus de matris vulua viuus exiuit, ita de Ioseph sepultura viuus surrexit, & sicut tunc de vtero ad prædicandum natus est, ita & nunc ad euangelizandum renatus est de sepulchro, nisi quod gloriosior ista est quam illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, hæc edidit immortalē. Post illam natiuitatem ad inferos descenditur, post hanc remeatur ad cœlos. Religiosior plane est ista quam illa natiuitas. Illa enim totius mundi dominum nouem mensibus in vtero clausum tenuit. Hæc autem tridui tantum tumuli gremio custodiuit. Illa cunctorum spem tardius protulit, hæc omnium salutem citius suscitauit.

EIVSDEM DE PASSIONE,
et sepultura domini, Homilia 6.

Fortasse quis dicat de prioris dominicæ prædicatione, in qua prædicauimus non minorem esse gloriã, quod tumulus Ioseph suscitauerit dominum, quã quod cū sanctæ Mariæ vterus procrearit, quæ comparatio ventris, & tumuli, cū illa ex intimis visceribus edidit filium, hic autem solūmodo locum præstitit sepultura? At ego dico non minorem Ioseph affectum fuisse quam Mariæ. Si quidem illa vtero dominum, hic corde cœcepit. Illa saluatori membrorum suorum secretum præstitit, hic secretum sui corporis non negauit. Illa dominum pãnis inuoluit, cum natus est; hic linteis, cum recessit. Illa perunxit beatum corpus oleo, hic aromatis honorauit. Conueniunt ergo sibi obsequia, conuenit & affectus. Vnde necesse est, & meritum cōuenire, nisi quod angelus Mariam ad obsequium admonuit; Ioseph autem sola iustitia persuasit, Ioseph in suo sepulchro posuit dominum. Legimus in Propheta: Sepulchrum patens est guttur eorum. Si ergo sepulchrum patens est guttur hominum, vide ne forte secundū hanc similitudinem dominum Ioseph non tam in sepulchra terrena posuerit, quam in monumento sui peccatoris collocarit, & custodiendum illum suscepit, non tam memoria fragili elementorum,

quam memoria sancta virtutum. Hæc virtutum fidelis est memoria, quæ intra se continens Christum lædi eum hæreticorum corruptione non patitur. De qua memoria in sacris dicit dominus, Quotiescunque hoc facietis, in memoriam mei facietis, donec veniam. Quotiescunque enim Christum loquimur, totiens eum sacri oris memoria commendamus. Sepulchrum ergo patens est guttur eorum. Recte plane dicit propheta. Sepulchrum enim Christi patens est euangelistarum beatū guttur, per quod illud æterno literarū thesauro condiderunt. Patens autē sepulchrū ideo dicitur, quia qui vult ad Christi peruenire mysteriū, nō ingreditur ad illud, nisi per euangelicæ scripturæ secretum. In literarum enim sacrarum quasi quodam nouo vasculo commendandus est dominus. Quisquis igitur illum videre desiderat, ibi & passionis eius sacramentum inuenit, & resurrectionis gloriã recognoscit. Patens ergo guttur sanctorum est. Vnde Apostolus ad Corinthios ait. Os nostrum patet ad vos, ô Corinthij, inuitans eos, vt per prædicationis suæ semper aperta ianuam ingrediantur Christi secreta mysteria. In hac igitur peccatoris memoria collocatur dominus à Ioseph, vt in iustitiæ sede requiescat, & habeat filius hominis vbi caput reclinet. Videamus igitur quare saluator in aliena sepultura ponatur, ac suam non habeat sepulchram. Ideo in aliena sepultura ponitur, quia pro aliorum moriebatur salute. Mors enim ista non illi illata est, sed nobis delata. Mors ista non illi accidit, sed nobis proficit. Vt quid ergo ei propria sepultura, qui in se mortem propriam non habebat? Vt quid illi tumulus in terris, cuius sedes manebat in cœlis? Vt quid illi sepultura, qui tridui tantum temporis spacio, non tam in sepulchro mortuus iacuit, quam velut in lectulo dormiens conqueuit? Ipsa enim temporis breuitas declarat potius somnum fuisse quam mortē. Sepulchrum autem mortis est habitaculum necessarium. Necessarium ergo non erat mortis habitaculum Christo, qui vita est, nec opus habebat semper viuus domicilio defunctorum. Recte autem hanc vitam nos in nostro sepulchro condidimus, vt cum ipso viuificante mortem nostram, à mortuis surgeremus. Vnde & illa Maria Magdalene, quæ dominum inter ceteros defunctos in sepulchro quærebat, arguitur, & dicitur illi: quid quæris viuentem cum mortuis? Hoc est, quid quæris apud inferos, quem rediisse iam constat ad superos? Quem illa adhuc non intelligens nec cognoscens, respondit illi: Domine, si tulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego illum tollam. Existimabat enim illum, sicut dicit scriptura, hortulanum esse. Sancta ergo, & simplex scemina Christum requirebat à Christo, ac deuotione mentis prophetat, & nescit. Ait enim domino de semetipso. Si tu tulisti illū, dicito mihi. Recte interrogat, si tu tulisti eum. Ipse enim tulit corpus suum, qui suscitauit, ipse tulit corpus, qui illud iacens, & dormiens sua aspiratione collegit, ipse tulit corpus, qui diuinitatis illud virtute gestans portat ad cœlos. Atque ideo mulier sapienter interrogat, & requirit. Si tu tulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum? Hoc est, si illud auferens de sepulchro, ad paradysum transtulisti. Audierat enim illum dicentem latroni, hodie mecum eris in paradiso. Aut certe de infernis in patris dextera collocasti, sicut ait Apostolus. Quæ sarsum sunt,

sunt, quærite, vbi Christus est ad dexteram Dei. Beatus ergo, qui ita quærit Christum dominum, vt credat eum & in paradiso constitutum, & in cœlestibus collocatum. Nam qui eum aut in infernis requirit, aut tumulis, dicitur ei, quid quæris viuentem cum mortuis?

EIVSDEM IN EODEM
de sancto latrone, Homil. 7.

Quoniam hesternò die de latrone fecimus mentionem, videamus quis ipse latro sit, qui in cruce Domino constituto, non solum peccatorum suorum veniam consequitur, sed etiã paradisi amenitate donatur, vt qui propter scelera damnatus fuerat ad pœnam, propter fidem transferretur ad gloriã, fueritque illi crux quam pertulit, non tam supplicij damnatio quam salutis occasio. In cruce enim positus Christum Dominum nostrum credidit crucifixum, & ideo qui consortio passionis vituit, consortio paradisi eondonatur. Beatus enim latro dum supplicium patitur, regnum cœlestē consequitur. Ecce reus dicitur sicut cui damnari ad tempus expeditur. Non enim perueniret ad gloriã si non contraditus esset ad pœnam. Videamus inquam, eorum tantorum criminū reus tam cito à saluatore paradysum promeretur cum alijs multorum temporum lachrymis frequentibūque ieiunijs vix delictorum suorum veniam consequantur. Magna fratres & multiplex causa est. Primum quod iste latro deuotione fidei tam repente mutatus est, vt præsentem pœnam despiceret, ac de futura veniã precaretur, & magis crederet vtile sibi esse de æterno iudicio petere, quam de temporali supplicio postulare. Reminiscens enim scelerū suorum, & pœnitudinem gerens, plus incipit dolere, quod sperat, quam sentire, quod patitur, potuit enim, nisi de futuris amplius cogitasset, qui in Christum semel crederat, de præsentī magis supplicio deprecari. Deinde illud ad gratiã eius maioris est meriti, quod Christum in cruce positum credidit, & passio quæ alijs scandalum fecit, illi ad fidem profecit. Crucis enim passio multis scandalum fuit, sicut dicit Apostolus: Nos autem predicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiã. Recte ergo meretur paradysum, qui crucem Christi non putauit esse scandalum, sed virtutem. Dicit enim idem Apostolus: Ipsis vocatis Iudæis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Recte plane & dominus huic donat paradysum, quia quem Iudas Scarioth in hortulo paradisi distraxerat, hic in crucis patibulo consistit. Mira res, consistitur latro, quem discipulus abnegauit. Mira, inquam, res, latro honorificat patientem, quem Iudas prodidit osculante. Ab hoc pacis blandimenta venduntur, ab illo crucis vulnera prædicantur. Ait enim: *Memento mei, domine, cum veneris in regno tuo.* Hæc est fidei plena deuotio, vt cum de vulneribus domini profluens sanguis cernitur, tunc de potestate eius venia postuletur: cum videtur eius humilitas, tunc magis timeatur eius diuinitas, cum mori addictus putatur, tunc regis illi honorificentia deferatur. Iste enim fidelis latro non credit moriturum, quem annunciat regnaturum, non putat subdendum inferis,

quem dominaturum constitutum in cœlo: non arbitrat eum apud tartarum detineri, a quo etiã se postulat liberari. Cernat licet eius hiantia vulnera: spectet ipsius sanguinem profluentem; Deū tamen credit, quem reum nescit, iustum facit, quem non meminit peccatorem. Ait enim illi alteri exprobranti latroni: *Nos quidem recte digna factis recipimus, hic autem nihil mali gessit.* Intellexit enim quod pro alienis peccatis hæc plagas sustineret: pro alienis sceleribus hæc vulnera sustineret, & sciuit quod illa in corpore Christi vulnera nō essent Christi vulnera, sed latronis, atque ideo plus amare cepit; postquam in corpore eius sua vulnera recognouit. Ait enim Propheta: *Quoniam ipse infirmitates nostras portat, & pro nobis dolet. Nos autem existimabamus eum esse in dolore, liuore eius nos sanati sumus.* Plus ergo in cruce positus liuorem eius tērens latro diligit Deum. Mira res, plus in cruce latro Christum diligit quam Iudas dilexit in cœna. Ille per cibum supplantat magistrum, hic credit dominū per dolorem, sicut ait Propheta: *Qui edebat panes meos, adimplauit aduersum me supplantationē.* Cognouit igitur hic latro omnem Dei passionem ex ipsius fieri voluntate, & in potestate eius esse, vel morti animam tradere, vel ad vitam iterum remeare, sicut ipse ait: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Vsq; adeo autem illum liberum ab inferni legibus iudicauit, vt etiam se ab illis posceret liberari.

EIVSDEM DE EODEM
latrone, et Petro Apostolo, et ancilla ostiaria, Homil. 8.

Meminit, fratres, vestra dilectio, me dedisse rationem, cur tantorum criminum inueniatur latro, & scelerum suorum confessione damnatus paradysum in ipso supplicij patibulo potuerit promereri, & tanta fuerit celestitate saluatoris, vt peccata eius gratia præuenerit, antequam pœna, & prius in malis suis gloriari cœperit quam puniri. Non enim patitur supplicium, dum paradysum promeretur. Petro dicitur à Christo: *Non potes me modo sequi, sequeris postea.* Et huic dicitur: *Hodie mecum eris in paradiso.* Tanquam discipulus ille differtur, & hic tanquam socius inuitatur. Ille adhuc referuatur ad præmiū, etiam ad confortium iste diligitur. Non potes, inquit, me modo sequi. Impossibile est Petro sequi dominum etiã, facile latroni est esse cum domino. *Hodie mecum eris in paradiso.* Non in aliud differtur tempus, non in diem alteram referuatur. Ipsa hora, qua paradysus Deum suscepit, suscepit & latronem, vnus passus est pro salute cunctorum, & duobus pariter immortalitatis ianua reseratur. Sed hanc totam gloriã latroni fides præstitit. Fides enim est, quæ peccata cōpetit, quæ vincit crimina, quæ facit de latronibus innocentes. Quamuis enim delinquentium grãtis culpa sit, fidei tamen maior est gratia. Plus enim credidisse Christo quam sculo deliquisse, & plenioris est meriti, veniam sperasse de domino, quam culpam contraxisse de mundo. Sicut enim perdidit criminis osom fecit ita fides perfecti innocentem. Denique Iudas, postquam fidem

perdidit, innocentiam apostolatus amisit, omnium enim criminum reus factus est, posteaquam virtutum omnium dominum denegavit. Sicut ergo sufficit isti ad scelera deseruisse Christum, ita illi sufficit ad innocentiam domino credidisse. Facit igitur & fides innocentes latrones, & perfidia apostolos criminosos. Magna igitur, & perfecta fides in illo latrone fuit. Magna plane est, & admirabilis fides, quae Christum crucifixum glorificari magis credit quam puniri. In hoc enim totius forma salutis est: saluatorem tunc maiestatis Dominum recognoscit, cum videtur humilitatis patientia cruciari. Vnde ait Apostolus: Si cognovissent, nunquam dominum maiestatis crucifixissent. Haec, inquam, perfecta fides est Christum in cruce Deum, non reum credere. Vnde ille latro iustificatus est, quia saluatorem in patibulo constituto, iudeis insultantibus, & vel criminosa dicentibus: libera te ipsum, si potes, ille certus de diuinitate eius, & securus de voluntate se magis postulat liberari. Magna, inquam, fides in illo latrone fuit, & sanctis Apostolis comparanda, nisi quod & forte praecesserit, praecessit etenim deuotione, qui praecessit & praemio. Prior enim latro ad paradisum quam Apostoli peruenerunt. Denique Petrus dominum sequitur, & iste comitatur. Dominus autem secundum fidem, & meritum tribuit & remunerationis obsequium.

1. Cor. 11. Omnes enim, sicut legimus, in passione saluatoris discipuli trepidarunt, omnes eum penes cum traderetur reliquerunt, factum est, sicut scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergetur oves gregis. Denique fidem Petrus nec admonitus potuit custodire, totiens lapsus est, quotiens, ne laberetur, admonitus. Et nisi modum quendam tertio denegandi ei dominus statuisset, forsitan saepius interrogatus, saepius abnegasset. Tantam enim trepidationem discipulis intulit passio saluatoris, ut, quod Apostolo Christus ante praedixerat, ancilla destrueret, & magis praualeret ostiaria ad perfidiam, quam Apostolus ad cautelam. Non bona ostiaria, quae Petrum ideo in domum sacerdotis includit, ut a fide saluatoris excludat. Male Adam induxit Eua, male Petrum introduxit ancilla. Illa exclusit a paradiso, haec exclusit a Christo. Illa persuasione sua vitum deceptit, haec interrogatione sua Apostolum circumscriptit. Illa ad prauaricandum Adam impulit, haec Petrum compulsi ad negandum. Et idem sexus in vtraque ostiariae officium gerens aut excludit a vita, aut includit ad mortem.

EIVSDEM DE POENITENTIA PETRI, & OSTIARIA ANCILLA, Hom. 9.

Diximus fratres quod ad similitudinem Euae, Petrum ostiaria mulier quoque deceperit, & sicut Adam foemina circumscriptit, ita & Apostolus foemina circumuenit. Vilitas enim ad decipiendum sexus est, fraudis suae vasculum in ostiaria diabolus recognouit, quia fideles viros non nisi per mulierem oppugnare consuevit. Ibi Adam per Eua superat, hic Petrum vincit per ostiariam. Fuit enim, sicut legimus, in paradiso delitigium diabolus, nec desuit, sicut intelligimus, in praetorio iudeorum. Ibi imminabat Satanas serpens, hic iudas coluber perurgebat. Est ergo eadem

similitudo deceptionis in Petro, quae in Ada fuit, quoniam eadem est & similitudo mandati. Accepit enim a domino uterque mandatum. Adam ne tangeret, & Apostolus ne negaret. Ille ne lignum scientiae presumeret, hic ne crucem sapientiae praeteriret. Sed transgrediens uterque praecceptum, pari modo delinquit. Gustat ille, quod non licet, loquitur iste, quod non decet, & tamen facilius negatio Petri quam Ada prauaricatio. Citius enim Apostolo quam protoplasto subuenitur. Hunc etenim Deus ad vesperum requirit errantem, illum dominus pulorum cantu denegantem. Adam reus facti nudus erubuit, Petrus conficius dicti correctus ingemuit. Ille tanquam deprehensus festinat ad latebras, hic tanquam emendatus prorumpit ad lachrymas. Velut latenti enim & caelanti se a diuinitate Ada dicitur: Adam ubi es? Non quod Adam conspectum domini latere potuerit, sed quod peccatrici conscientiae nullus locus tutus vel certus sit dum metuit deprehendi. Respexit dominus Petrum & aperis oculis eius emendauit errorem. Recte oculis emendat quia scriptum est. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Ergo Petrus prorupit ad lachrymas, nihil voce precatus. Inuenio enim quod flexerit, non inuenio quid dixerit. Lachrymas eius lego, satisfactionem non lego. Recte plane Petrus fleuit, & tacuit, quia quod deseri solet, non solet excusari, & quod defendi non potest, abluere potest. Lauat enim lachryma delictum, quod voce pudor est confiteri. Lachrymae ergo verecundiae consulunt pariter & saluti, nec erubescunt in petendo, & impetrant in rogando. Lachrymae, inquam, tacitae quodammodo preces sunt, veniam non postulant, & merentur, causam non dicunt, & misericordiam consequuntur, nisi quod viliores lachrymarum preces sunt quam sermonum, quia sermo in precando forte fallit, lachryma omnino non fallit. Sermo enim interdum non totum profert negotium, lachryma semper totum prodit affectum. Et ideo Petrus iam non vitur sermone, quo festellerat, quo peccauerat, quo fidem amiserat, ne per id ei non credatur ad confitendum, quo vsus fuerat ad negandum, ac per hoc mauiit & causam suam flere quam dicere, & quod voce negauerat, lachrymis confiteri. Inuenio autem & aliud, cur tacerit Petrus, ne tam cito veniae postulario per impudentiam plus offenderet quam impetraret. Solet enim citius mereri indulgentiam, qui verecundius deprecatur. In omni igitur culpa ante flendum est, sic precandam. Scimus iam hoc exemplo quemadmodum nostra peccata curemus. Ecce nihil nobis Apostolus nocuit, quod negavit, & plurimum profuit, quod emendauit. Denique imitemur eum alibi dicentem. Cum enim tertio interrogaretur a domino: Simon, amas me? respondit terribi, domine, tu scis, quia diligo te. Ait dominus: pasce oves meas. Et hoc tertio, quod quidem dictum ad compensationem prioris profecit erroris. Qui enim dominum tertio negauerat, tertio confitetur: & quotiens culpam delinquendo contraxerat, totiens gratiam diligendo conquirit. Videte ergo, quantum stertus profuerit Petro, antequam stertet, lapsus est; posteaquam fleuit, electus est; & qui ante lachrymas prauaricator extitit, post lachrymas pastor assumptus est: & alios regendos accipit, qui prius se ipse non rexit.

EIVS

EIVSDEM DE EODEM PETRO APOSTOLO, Homil. 10.

Astruximus superiore dominica sanctum Petrum in saluatoris passione sine erroribus profecisse, & posteaquam negavit dominum Deum, fuisse meliorem. Fidelior enim factus est, postquam fidem se perdidisse deservit, atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amisit. Tanquam bonus enim pastor tuendum gregem accepit, ut, qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui ipse interrogationis tentatione nutauerat, ceteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur, sicut ait dominus: Tu es petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem, molemque contineat. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur, & petra pro virtute dominus nuncupatur, sicut ait Apostolus: Biberant autem de spiritali consequenti eos petra; petra autem erat Christus. Recte consortium meretur nominis, qui consortium meretur & operis. In eadem enim domo Petrus fundamentum posuit. Petrus plantat, dominus incrementum dat, dominus irriguum subministrat. Petrus enim tentationibus suis proficit, stertibus suis gaudet, periculis suis crescit. Sic nanque in mari dum super vndas temerarius viator ingreditur, nutat in cessu, sed conualescit affectu: periclitatur corpore, sed deuotione non labitur: mergitur pedibus, sed Christi dextera sustentatur; sustentat fides, quae vnda mergat, & quem fluctuum procella turbabat, saluatoris dilectio confirmabat. Ambulauit enim in mari Petrus magis dilectione quam pedibus. Non enim videbat, ubi pedum vestigium poneret, videbat autem ubi fingeret vestigium charitatis. In naui enim positus considerat dominum, & amore eius ductus descendit in mare, non cogitat labentes aquas, non fluente currentia, & dum Christum respicit, non respicit elementum. Credit fide etiam inter vndas solidum inuenire vestigium, iacetur licet fluctibus mare, ventris pelagus conturbetur, non tamen turbatur Petri semita, quae ducit ad dominum. Ambulat igitur super aquas Petrus, & sub pedibus eius mollis vnda non cedit. Legimus in veteri testamento filios Israel per mare rubrum, sicis itineribus ambulasse, & ad securitatem gradientium ne laberetur vnda, in soliditatem quandam eam fuisse mutatam. Quanto hoc melius ubi ambulante Petro, nec mutatur vnda, nec labitur, nec solidatur aqua, nec refugit. Melius, inquam, est ubi eadem vnda, quae fluctuat, & sustentat, ubi idem gurges, qui mergitur & famulatur. Illic ut portaretur per mare populus Israel, meatum suum natura per dederat, hic portatur in aquis Petrus, cursum suum flucta non perdunt. Temerarius ergo viator Apostolus, noui itineris viam carpit, modo cnuati gurgitis molem ascendit, modo subsidentis sinus vndam descendit, & inter marinos fluctus ascensus illi itineris, descensusque non deest, sed ubi turbatus ventis, exagitatione procellis incipit timere, quod credidit, statim ei gurges subtrahitur, vnda subducitur. Mox defatigante fide, fatiscit semita, tunc exclamans

dominum Iesum, saluum se fieri deprecatur, quem apprehensum manu saluator liberat, & obiurgat dicens: Modice fidei, quare dubitasti? Hoc est, cur tam paruae fidei es, vt, qui credendo mare ambulare ceperas, non id perseverando transires? Scriptum est enim: Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Sed dum cunctans, & dubitans, iter, quod ingressus fueras, perdidisti. Cur, inquam, tam modice fidei es, vt non ea fide, qua venire ceperas, peruenires. Intellege ergo, quia in mari credulitas te portabat, perfidia submergebat. Agitur, fratres, sanctus Petrus dum fluctuat, dum mergitur, dum periclitatur, sic peruenit ad dominum, ostendens nobis, quod non nisi per pericula properatur ad Christum. Multi enim diabolici fluctus sunt in hoc mundo, tetationem multa naufragia, a quibus ita liberati possumus, si clamantibus vnum suum saluator extendit. Nos ergo clamate ad dominum non cessemus; ille auxilium solitum non negabit.

S. LEONIS APAAE DE PASSIONE DOMINI, Sermo 1.

Sacratissimum, dilectissimum, dominice passionis diem, quam dominus Iesus Dei filius pro humani generis salute suscepit, & sicut promissit, omnia ad se exaltatus attraxit, tam plane, ac lucide euangelicus sermo referant, vt religiosis, & piis cordibus non aliud sit audisse, quae lecta sunt, quam vidisse, quae gesta sunt. Vnde, cum indubitabilem obtineat auditorem sacra narratio, an nitendum est nobis, auxiliante domino, vt peripicum habeat intelligentia, quod notum fecit historia. Post illam namque humanae prauaricationis primam, & vniuersalem ruinam, ex qua per vnum hominem introiuit peccatum in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nemo dominationem diaboli, nemo vincula diuae captiuitatis euaderet, nec cuiquam aut reconciliatio ad veniam, aut reditus patere ad vitam, nisi coaeternus, & coequalis patri Deo filius Dei, & hominis filius esse dignaretur: veniens quare, & saluare, quod perierat, vt, sicut per Adam mors, ita per dominum nostrum Iesum Christum esset resurrectio mortuorum. Non enim, quia secundum inscrutabile propositum sapientiae Dei, nouissimis diebus verbum caro factum est, ideo salutariter virginis partus, extremi tantum temporis generationibus profuit, & non se etiam in praeteritas refudit aetates. Omnis profus antiquitas colentium Deum verum, omnis numerus apud secula priora sanctorum, sacra fide vixit, & placuit, & neque patriarchis, neque prophetis, neque cuiquam omnino sanctorum, nisi in redemptione Domini nostri Iesu Christi salus, & iustificatio fuit: quae sicut expectabatur multis prophetarum oraculis, signisque promissa, ita est etiam ipso munere, atque opere praesentata. Vnde, nunc dilectissimi, in toto ordine dominice passionis, non ita infirmitatem consideremus humanam, vt arbitremur illic potentiam defuisse diuinam, neque illam ita coaeternam, & aequalem patri formam vniuenti cogitemus, vt putemus non fuisse vera, quae Deo videntur indigna. Proflus vtraque natura vnus Christus, nec verbum ibi ab homine

Bibl. Hom. tom. 2. VVVV ; diuin

disiunctum, nec homo est dissociatus a verbo. Non est fastidita humilitas, quia nec imminuta maiestas, nihil nocuit naturæ inuolabili, quod passibili oportebat inferri. Totum illud sacramentum, quod simul & humanitas consummanit, & deitas, dispensatio fuit misericordiæ, & actio pietatis. Talibus enim vinculis tenebamur constricti, ut nisi per hanc opem, non possemus absolui. Humilitas igitur diuinitatis nostræ propectio est. Nos tanto redimimur precio, nos tanto curamur impendio. Quis enim ab impietate ad iustitiam, à miseria ad beatitudinem esset recursus, nisi & iustus ad impios, & beatus inclinaretur ad miseros? Non est ergo, dilectissimi, erubescenda crux Christi, quæ de virtute est diuini consilij, non de conditione peccati. Quamuis enim ex infirmitate nostra verè passus dominus Iesus, verèque sit mortuus, non tamen se ita abstulit à gloria sua, ut inter contumelias passionis, nihil diuinæ operationis exerceret. Nam, cum impius Iudas non iam ouina pelle velatus, sed lupino furore manifestus vim sceleris per speciem pacis incipiens, signum traditionis læuore omnibus rebus osculo præbuisset, & multitudo furibunda, quæ ad comprehendendum dominum cum armata militum cohorte confluerat, inter faces, & laternas lumen verum, tenebris obcæcata suis, non cernebat, dominus, qui expectare potius turbas, quàm declinare de legerat, sicut Ioannes Euangelista testatur, quem querant, necdum inuentus, interrogat, illisque dicentibus; quod Iesum quererent; Ego sum, inquit. Quod verbum illam manum ita ex ferocissimis congregatam, quasi quodam fulminco ictu strauit, atque percudit, ut omnes illi atrocis, minaces, atque terribiles, retroacti corruerent. Vbi fuit hæreticæ conspiratio? ubi ardor irarum? ubi instructus armorum? Dominus dicit; Ego sum, & ad vocem eius turba prostermitur impiorum. Quid iam poterit maiestas eius iudicatura, cuius hoc potuit humilitas iudicanda? Veruntamen dominus sciens, quid magis mysterio suscepto conueniret, in hac potestate non perstitit, sed persecutores suos in facultatem dispositi sceleris redire permisit. Nam, si teneri nollet, nõ vitæ teneretur. Sed quis hominum posset saluari, si ille non se sneret comprehendit? Nam & beatus Petrus, qui animosiore constantia domino coherbat, & contra violentorum impetus, seruore sanctæ charitatis exarserat: in seruum principis sacerdotum vsus est gladio, & aurem viti ferocius instantis abscidit. Sed huc zelantis Apostoli pium motum progredi dominus ultra non patitur, recondi gladium iubet, nec finit se aduersus impios manu, ferròque defendi. Contra sacramentum enim erat redemptionis nostræ, ut, qui mori pro omnibus venerat, capi nollet, ne dilato gloriosa crucis triumpho, & dominatio diabolica fieret longior, & captiuitas humana diuturnior. Dat ergo in se surrentibus licentiam sequendi, nec tamen etiã se talibus dedignatur indicare diuinitas. Auren serui iam ipsa sectione demortuã, & à compage viuentis corporis alienam in sedem dehonestati capitis reuocat manus Christi, reformat, quod ipse formauerat: nec tardè caro sequitur eius imperium, cuius erat ipsa signum. Habent ergo diuinam hæc opera virtutem. Sed quod dominus maiestatis suæ potentiam comprimit, & vim in se persecutoris admittit, ex illa est volun-

Ioan. 18.
*sententia.
Matth. 26.
Marc. 14.
Lucæ 22.
Ioan. 18.

tate, qua dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, cooperante in hoc ipso patre, qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Vna est enim patris, & filij voluntas, ut est vna diuinitas, de cuius dispositionis effectu nihil vobis gratiæ, Iudæi, nihil tibi, Iuda, debemus. Saluacioni quidem nostræ non hoc vobis voluntibus impietas vestra seruiuit, & per vos factum est, quicquid manus Dei, & consilium decreuerunt fieri. Mors igitur Christi nos liberat, vos accusat: Merito soli non habetis, quod omnibus perire voluistis. Et tamen tanta est bonitas nostri redemptoris, ut etiam postius consequi veniam, si Christum Dei filium confitendo, illam parricidalem malitiam relinquatis. Non enim dominus in cruce frustra orauit, dicens; Pater, dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt. Quod remedium nec te, Iuda, transiret, si ad eam penitentiam confugisses, quæ te reuocaret ad Christum, non quæ instigaret ad laqueum. Dicendo enim, peccauit, tradens sanguinem iustum, in impietatis tuæ perfidia peristi: quia Iesum non Deum Dei filium, sed nostræ tantummodo conditionis hominẽ inter extremum mortis tuæ periculum credidisti. Cuius flexisses misericordiam, si eius non negasses omnipotentiam. Hæc hodie, dilectissimi, pijs auribus insinuata sufficiant, nec fastidium de prolixitate subrepat. Quæ autem defant plenitudini, quarta feria, auxiliante domino, reddenda promittimus; quoniam qui dedit, quod loquenti sumus, dabit, sicut credimus, quod loquemur, per Christum dominum nostrum, Amen.

Apoc. Epist. Rom. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

EIVSDEM DE PASSIONE domini, Serm. 2.

Exigit fides, dilectissimi, ut partem sermonis, quæ de domini passione promissimus, eodem auxiliante, reddamus, in quo nos orationibus vestris non ambigimus adiuuari. Ad commune pertinet enim lucrum, si poteritis me habere deuotum, quia vestræ impenditur ædificationi, quicquid nostræ tribuitur facultati. Post illud ergo impium Iudæ, detestandumque commercium, quo ab eo, Iudæis persecuentibus, mundi redemptor est traditus, post illas sacrilegas illusiones inter quas vsque ad locum pœnæ, eius mansuetudo producta est, crucifixi sunt cum eo, statuti vtrique patibulis, latrones duo, quorum vnus vsque ad id temporis, par, similisque consorti, insidiator viarum, & salutem hominum semper infestus, vsque ad crucem reus, sit Christi repente confessor, & inter illos acerrimos corporis, animique cruciatu, quos simul & instantia, & difficultas mortis augebat, mira conuersione mutatus; Memoro, inquit, mei domine, dum veneris in regnum tuum. Quæ istam fidem exhortatio persuasit, quæ doctrina imbuit? quis prædicator accendit? Non viderat prius acta miracula, cessauerat tunc languentium curatio, cæcorum illuminatio, viuificatio mortuorum, ea ipsa, quæ mox erant gerenda, non aderant, & tamen dominum confitetur, & regem, quem videt supplicij sui esse consortem. Inde ergo oriebat hoc donum, ynde accepit fides ipsa responsum. Ait enim ei Iesus; Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Excedit humanam

Lucæ 13.

manam conditionem ista promissio, nec tam de ligno crucis, quam de throno editur potestatis. Ab illa altitudine præmium fidei datur, in qua chirographum humanæ transgressionis abolebitur, quia se à forma serui, Dei forma non dirimit: dum etiam inter ipsa supplicia proprietatè; vnitatemque suam seruauit, & deitas inuolabilis, & natura passibilis. Adicitur ad confirmationem spei nostræ, totius attestatio naturæ. Emitte spiritum Christum, omnia elementa tremuerunt. Densis tenebris splendor solis obductus, extraordinariè nocti subdidit diem, stabilitatem suam terra profundis concussionibus labefactata nõ tenuit, & petrarum firmitas, confracta soliditate dissiluit. Velum templi, quo priorum mysteria vltius nõ erant obumbranda, discissum est, & multorum sanctorum corporibus excitatis, ad prænuntiendam resurrectionis fidem, monumeta patuerunt. In vos ergo, Iudæi, cælum, & terra sententiam tulit, vobis sol seruitutem suam, diemque subtraxit, vobis famulatum suorum elementorum ordines denegauerunt, & recedente à legibus suis ministratio creaturæ, vestra obcæcata, vestra est significata confusio. Vobis enim dicentibus; Sanguis eius super nos, & super filios nostros, merito hoc retributum est, ut, quod vestri generis impia perdidit portio, assequatur hoc fidelis gentium plenitudo. Nos ergo, dilectissimi, quibus dominus noster Iesus Christus crucifixus, non scandalum, neque stulticia, sed Dei virtus. Deique sapientia est, nos inquam spiritale semen Abraham, non in prole seruitutis geniti, sed in familia libertatis renati; pro quibus in manu forti, & brachio excelso de oppressionis Ægyptiæ dominationis educti, verus, & immaculatus agnus immolatus est Christus: amplectamur salutarem paschæ mirabile sacramentum, & ad eius imaginem, qui deformitati nostræ conformis factus est, reformemur. Erigamur ad eum, qui puluerem abiectiois nostræ, corpus fecit gloriæ suæ, & ut resurrectionis eius mereamur esse consortes, humilitati, & patientiæ ipsius per omnia congruamus. Magni nominis militiam, magnæ professionis suscepimus disciplinam. Scædatores Christi discedere à regia non licet via, sed dignum est temporalibus non occupari, ad æterna tendere. Et quia precioso sanguine Christi redempti sumus, glorificemus, & portemus Deum in corpore nostro, ut ad ea, quæ fidelibus præparata sunt, peruenire mereamur per Christum dominum nostrum, Amen.

EIVSDEM De PASSIONE domini, Serm. 3.

Inter omnia, dilectissimi, opera misericordiæ Dei, quæ ab initio salutis sunt impensa mortali, nihil est mirabilius, nihilque sublimius, quàm quod pro mundo crucifixus est Christus. Huic enim sacramento vniuersa præcedentium seculorum mysteria seruerunt, & quicquid horularum differentis in prophetici signis, & legalibus institutis, sacra dispensatione variatum est, hoc prænunciatur dispositum, hoc promissit implendum ut nunc, imaginibus, figurisque cessantibus, hoc proficit eredere iam effectum, quod antea profuit credidisse faciendum. In omnibus igitur, dilectissimi, quæ ad domini nostri Iesu Christi

sti pertinent passionem, hoc catholica fides tradit, hoc exigit, ut in redemptorem nostrum duas nouerimus conuenisse naturas, & manentibus proprietatibus suis, tantam factam vnitatem virtutis substantiæ, ut ab illo tempore, quo sicut humani generis causa poscebat, in beatæ virginis utero verbum caro factum est, nec Deum illum sine hoc, quod homo est, nec hominem sine hoc liceat cogitare, quod Deus est. Exprimunt quidem sub distinctis actionibus veritatem suam vtraque natura, sed neutra se ab alterius cõnextione distungit. Nihil tibi ab inuicem vacat, tota est in maiestate humilitas, tota in humilitate maiestas. Nec infert vnitatis confusionem, nec dirimit proprietatè vnitatem. Aliud est passibile, aliud inuolabile, & tamen eiusdem est contumelia, cuius & gloria. Ipse est in infirmitate; qui & in virtute, idem mortis capax, & idem victor est mortis. Suscepit ergo totum hominem Deus, & ita se illi, atque illum sibi misericordiæ, & potestatis ratione conferuit, ut vtraque alteri natura inellet, & neutra in alteram à sua proprietate transfret. Sed quia dispensatio sacramenti, ad reparationem nostram ante secula æterna dispositi, nec sine humana infirmitate, nec sine diuina erat consummanda virtute: agit vtraque forma cum alterius cõmunionem, quod proprium est, verbo scilicet operante, quod verbi est, & carne exequente, quod carnis est. Vnũ horum coruscet miraculis, aliud succumbit iniuriis. Aliud ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, hoc naturam nostri generis non relinquit. Veruntamen etiam ipsa receptio passionum, non ita est nostræ affectioni humilitatis exposita, ut à potentia sit diuinitatis abiuncta. Quicquid domino illusionis, & contumeliæ, quicquid vexationis, & pœnæ intulit furor impiorum, non de necessitate toleratum est, sed de voluntate susceptum. Venit enim filius hominis querere, & saluare, quod perierat. Et sic ad omnium redemptionem vtebatur malitia persequenti, ut in mortis eius, resurrectionisque sacramento etiam interfectores sui possent salui esse, si crederent. Vnde scelestior omnibus, Iuda, & infelicioer exitisti, quem non penitentia reuocauit ad dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. Expectasses consummationem criminis tui, & donec sanguis Christi pro omnibus funderetur peccatoribus, inforsis lethi suspèdium distulisses. Cùmque conscientiam tuam tot domini miracula, tot dona torquerent, illa saltem te à præcipitio tuo sacramenta reuocassent, quæ in paschali cœna iam de perfidia tua signo diuinæ scientiæ detectus acceperas. Cur de eius bonitate diffidis, qui te à corporis, & sanguinis sui cõmunionem non repulit: qui tibi ad comprehendendum se cum turbis, & armatorum cohorte venienti, pacis osculum non negavit? Sed homo inconuertibilis, spiritus vadens, & non reuertens, cordis tui secutus es rabiem, & stante diabolo à dexteris tuis, iniquitatem, quam in sanctorum omnium armaueras caput, in tuum verticem retorquisti, ut, quia facinus tuum omnem mensuram vltionis excesserat; te haberet impietas tua iudicem, te pateret tua pœna carnificem. Cùm igitur esset Deus in Christo mundum reconcilians sibi, & creaturam ad creatoris sui imaginem reformadã, creator ipse gestaret, peractis miraculis operum diuinorum, quæ propheticus olim spiritus gerenda prædixit:

Idem habetur in epistola d. elu columnis, them. Calcedon. Conced. sequitur est tanquam te gloriã.
Iuan. 18.
Matth. 26.
Ipsid. 77.
Ipsid. 108.
2. Cor. 5.
V V V 4 rat:

Isaia 35. **I**ta: tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient, tunc saliet claudus vt ceruus, & plana erit lingua mutorum: sciens Iesus tempus adesse gloriose passionis implende: Tristis est, inquit, anima mea vsque ad mortem. Et iterum: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Quibus verbis quandam formidinem profitentibus, nostræ infirmitatis affectus participando, curabat, & pœnalis experientie metum subeundo, pellebat. In nobis ergo dominus nostro pauore trepidabat, vt susceptionem nostræ infirmitatis indueret, & nostram inconstantiam, suæ virtutis soliditate vestiret. Venerat enim in hunc mundum diues, atque misericors negociator cæli, & commutatione mirabili inierat commercium salute, nostra accipiens, & sua tribuens, pro contumeliis honorem, pro doloribus salutem, pro morte dās vitam, & cui ad exterminationem persequentium poterat plusquam duodecim millia angelicarum seruire legionum, malebat nostram recipere formidinem, quam suam exercere potestatem. Quatum autem vniuersis fidelibus hac humilitate collatum sit, primus beatissimus Apostolus Petrus expertus est, qui cum illum instantis seuitiæ vehementior procella turbasset, ad preparationem vigoris, celeri mutatione conuersus est, sumens de exemplo remedium, vt tremefactū repente membrum rediret ad sui capitis firmitatem. Non enim posset domino seruus, & magistro maior esse discipulus, qui humanæ fragilitatis trepidationem non vinceret, nisi victor mortis ante timuisset.

Math. 10. Ioan. 15. **R**espexit ergo dominus Petrum, & inter calumnias sacerdotum, inter falsitates testium, inter cadentium, & conspuentium iniurias constitutus, illis turbatum discipulum conuenit oculis, quibus eum præuiderat esse turbandum, & in illum conuersa est veritatis inspectio, vbi erat cordis facienda correctio, quasi quædam illi vox domini insonaret, ac diceret; Quid habes, Petre? quid in tuam conscientiam recedis? ad me conuertere, in me confide, me sequere, meæ passionis hoc tempus est, nondum tui venit hora supplicij. Quid metuis, quod etiam ipse superabis? Non te confundat infirmitas, & quam recepi. Ego de tuo fui trepidus, tu de meo esto securus.

Math. 27. **M**ane autem factō consiliū inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersum Iesum, vt eum morti traderent. Hoc mane Iudæi, non ortus vobis lucis contigit, sed occasus, nec vestris oculis solitus dies prodit, sed impiis mentibus nox tetræ cæcitatibus incubuit. Hoc mane vobis templum, & altaria diruit, legem, & prophetas ademit, regnum, & sacerdotium sustulit, in lectum æternum omnia festa conuertit. In istis enim insanum, cruentumque consiliū, tauri pingues, vituli multi, fremetes bestie, canes rabidi, vt morti autorem vitæ, & dominum gloriæ traderetis, & tanquam extenuanda esset furoris vestri immanitas, si eius sententia, qui prouincie vestre præsidebat, vteremini, vincitum Iesum ad Pilati iudicium deduxistis, vt clamoribus improbis, trepido cognitore superato, interfectorem hominem eligeretis ad veniam, & saluatorem mundi peteretis ad pœnam. Post hanc damnationem Christi, qua excusata est Pilati præsidis ignauia magis quam potestas, qui lotis manibus, & ore polluto iisdem labiis Iesum misit ad crucem, quibus eum pronuntiauerat innocentem. Multas illusiones domino,

sacerdo talibus seruicis oculis, licentia popularis ingessit, & in mansuetudinem eius, qui hoc sponte tolerabat, furens turba seuiuit. Sed quia multum est, dilectissimi, vt omnia hodiernus sermo percurrat, in quartam setiam, qua lectio dominicæ passionis iterabitur, residua differantur. Præstabit enim orantibus nobis, vt ipsius dono, quod promissimus, impleamus, per dominum nostrum Iesum Christum, qui vinit, & regnat in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE DOMINI, Sermo 4.

Expectationi vestræ, dilectissimi, quod debetur, domino largiente, reddendum est, promerentibus orationibus vestris, vt nos ad soluentem faciat idoneos, qui vos ad exigendum fecit intentos. Loquentes enim proximè de passione domini, vsque ad Euangelicæ historie venimus locum, in quo Pilatus impiis Iudæorum clamoribus, vt Iesus crucifigeretur, cessisse narratur. Peractis itaque omnibus, quæ diuinitas fieri carnis velamine temperata permisit, Iesus Christus filius Dei cruci, quam etiam ipse gestarat, affixus est, duobus latronibus, vno ad dexteram ipsius, alio ad sinistram, similiter crucifixis, vt etiam in ipsa patibuli specie, monstraretur illa, quæ in iudicio ipsius omnium hominum est faciēda discretio, cum & saluandorum figuram fides credentis latronis exprimeret, & damnandorum formam blasphemantis impietas prænotaret. Passio igitur Christi, salutis nostræ continet sacramentum, & de instrumento, quod iniquitas Iudæorum parauit ad pœnam, potentia redemptoris, gradum nobis fecit ad gloriam. Quam dominus Iesus ita ad omnium hominum suscepit salutem, vt inter clauos, quibus ligno tenebatur affixus, pro interfectoibus suis paternæ clementiæ supplicaret, & diceret, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Principes autem sacerdotum quibus indulgentiam saluator petebat, supplicium crucis, irrisionum aculeis asperabant, & in quem manibus amplius seuire non poterant, linguarum tela iaciebant, dicentes; Alios saluos fecit, seipsum non potest saluū facere; Si rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. De quo erroris fonte Iudæi, de quo inuidiæ lacu talium blasphemiarum venena potastis? Quis vobis magister tradidit, quæ doctrina persuasit, quod illum regem Israël, illum Dei filium, credere deberetis, qui se crucifigi non sineret, aut à confusione clauorum liberum excuteret? Non hoc vobis legis mysteria, non paschalis obseruantia sacramenta, nec vnquam vlla prophetarū ora cecinerunt. Sed illud verè, abundeque legitis, quod ad detestabilem vestri sceleris impietatem, & ad voluntariam domini pertinet passionem. Ipse enim per Esaiam loquitur; Dorsum meum ad flagella dedi, maxillas meas ad palmas, faciem autem meam non auerti à confusione ipsorum. Ipse per Dauid; Dederūt, inquit, in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto, Et iterum; Circumdederunt me canes multi, consilium malignantium oblesit me. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi verò considerauerunt, & insperauerunt

me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et ne sceleris tantum vestri videatur ordo prædictus, nulla autem potentia prænunciata crucifixi, non quidem legitis, dominus descendit de cruce, sed legitis; Dominus regnauit à ligno. Crux ergo Christi, sacramentum veri, & prænunciati habet altaris, vbi per hostiam salutarem, naturæ humanæ celebraretur oblatio. Ibi sanguis immaculati agni, antiquæ præuarcationis pœna delebat: ibi tota diabolicæ dominationis cõterebatur aduersitas, & de elatione superbiæ, vidrix humilitas triumphabat: cum tam velox esset fidei effectus, vt de crucifixis cum Christo latronibus, qui in Christum filium Dei credidit, paradisum iustificatus intrauerit. Quis tanti muneris explicet sacramentum? Quis potentiam tam miræ commutationis enarrat? Ex quo temporis puncto, longorum scelerum reatus aboletur, inter lucantis animæ dura tormēta hærens patibulo transit ad Christum, & cui propria impietas intulit pœnam, Christi gratia dat coronam. Hinc iam degustato aceto, dominus, quod illa dabat vinea, quæ ab autoris sui plantatione degenerans, conuersa fuerat in amaritudinem vitis alienæ; Consummatum est, ait, hoc est, completæ sunt scripturæ. Non est amplius, quod insaniam populi furentis expectet, nihil minus pertuli, quam me passurum esse prædixi. Peracta sunt mysteria infirmitatis, promanantur documenta virtutis. Inclinato itaque capite emisit spiritum, & in corpus die tertio suscitandum, quietem placidi soporis admisit. Cui sacramento cum se vitæ autor impenderet, & ad tantam diuinæ maiestatis inclinationem, totius mundi compago quateretur, cum facinus impium, omnis sui confusione creatura damnaret, & manifestam in reos sententiam ipsa elementa proferrent: quis vobis animus, Iudæi, quæ conscientia fuit, quando & vos iudicium vniuersitatis vregabat, & reuocari ad se, consummato scelere, impietas vestra non poterat? Qualis confusio vos operuit? quæ cor vestrum pœna suscepit? Cum igitur, dilectissimi, tanta sit misericordia Dei, vt etiam de tali populo multos per fidem iustificatione dignatus sit, & nos sub veteris quondam ignorantia profunda nocte perueniens, in patriarcharum societatem, & in sortem electi generis ad optarit: ad altitudinem spei nostræ non segniter, neque cum * torpore cœtramus, sed prudenter, atque fideliter cogitantes, de quali captiuitate, & quam misera seruitute, quo pretio redempti, & quo brachio sumus educti, glorificemus Deum in corpore nostro, vt habitare eum in nobis, ex ipsa conuersationis nostræ probitate monstremus. Et quia nihil est in omnium virtutum dignitate præstantius, quam pietas misericordiæ, & puritas castitatis: his nos præsidij specialius instruamus, vt charitatis opere, & nitore pudicitie, tanquam duabus elevati alis, de terrenis moreamur esse cælestes. Quo desiderio quisquis gratia Dei adiutus impletur, & de profectu suo non in se, sed in domino gloriatur, hic legitime honorat paschale sacramentum; huius limina vastator angelus sanguine agni, & signo crucis prænotat, non intrat. Is plagas Ægyptias non pauescit, & iisdem aquis hostes relinquit extinctos, quibus est ipse saluatus. Amplectamur itaque, dilectissimi, purificatis mentibus, atque corporibus, salu-

tis nostræ mirabile sacramentum, & ab omni sermone malitiæ veteris emundati, pascha dominicum digna obseruatione celebremus, vt, regente nos spiritu sancto, à charitate Christi nullis tentationibus separemur, qui in sanguine suo pacificans omnia, & in altitudinem paternæ gloriæ se recepit, & humilitatem sibi seruentium non reliquit, cui est honor, & gloria in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE DOMINI, Serm. 5.

Creator, & dominus omnium rerū Christus: post inuitatum, sacre virginis partum, post adorata Magorum confessione cunabula, & post multiplicem doctrinam cælestis eloquij, & variarum curationum medelas, imperio verbi potentis effectas, dispensationem omnium sacramentorum, omniumque virtutum, salutifera, passionē consummat. Christianæ igitur spei, dilectissimi, vera ratio & principalis causa crux Christi est, quæ licet ludæis sit scandalum, gentibus autem stultitia; nobis tamen Dei virtus est, Dique sapientia. Vnde summum hoc, & potentissimum diuinæ misericordiæ sacramentum, semper quidem in cordibus nostris cum tota sui dignitate retinendum est, sed nunc viuaciorem animi sensum, & puriorem exigit mentis intuitum, quando nobis non solum recursu temporis, sed etiam textu Euangelicæ lectionis, omne opus nostræ salutis ingeritur. Nihil ergo apud nos loci cogitationes habeant impiorum, nec integritatem sanæ intelligentiæ aut Iudæica offensa, aut gentilis corrumpat irrisio: vt, quod non solum pro nobis humiliter, sed etiam sublimiter gestum est, aut secundum hominem impossibile, aut secundum Deum videatur indignum. Vtrunque autem recipi, vtrunque conuenit credi, quia nemo hominum potest, nisi in vtroque saluari: iustus enim, & misericors Deus, non sic iniuria suæ voluntatis est vltus, vt ad reparationem nostram, solum potestiam benignitatis exerceat; sed, quia consequens fuerat, vt homo faciēs peccatum, seruus esset peccati: Sic medicina ægris, sic reconciliatio reis, sic redemptio est impensis captiuis, vt condemnationis iustæ sententiæ, iusto liberatoris opere solueretur. Nam, si pro peccatoribus sola se opponeret deitas, non tam ratio diabolus vinceret, quam potestas. Et rursum, si causam lapsorum sola ageret natura mortalium, non erueretur à conditione, quæ libera non esset à genere. Vnde oportuit in vnum dominum nostrum Iesum Christum & diuinam & humanam conuenire substantiam, vt mortalitati nostræ per verbum carnem factum, & origo noui hominis subueniret & passio. Cum igitur in Christo Iesu Iudæorum duritia, quæ sunt diuina, gentilium cæcitas, quæ sunt humana, contemnat, illis aduersus gloriam domini calumniantibus, istis contra humilitatem superbientibus, nos Dri filium, & in suis virtutibus, & in nostris infirmitatibus adoramus. Nec erubescimus cruce Christi, & inter contradicentium linguas, nec de morte ipsius, nec de resurrectione dubitamus. Quoniam quod superbos ad infidelitatem trahit, hoc nos ad vitam dirigit, & quod apud illos est materia confusionis, hoc apud nos est causa pietatis. Adino

Admonitis igitur discipulis dominus, vt contra vim tentationis instantis vigilanti oratione certarent, ipse patri supplicans ait; Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamē non sicut ego volo, sed sicut tu. Prima petitio infirmitatis est, secunda virtutis. Illud optauit ex nostro, hoc elegit in proprio. Nec enim æqualis patri filius, omnia esse possibilia Deo nesciebat, aut ad suscipiendum crucem sine sua in hunc mundum descenderat voluntate, vt hanc diuersarum affectionum compugnantiam perturbata quodammodo ratione pateretur. Sed vt suscipientis, susceptæque naturæ esset manifesta distinctio, quod erat hominis, diuinam desiderauit potentiam, quod erat Dei, ad causam respexit humanam. Superiori igitur voluntati voluntas cessit inferior, & cito demonstratum est, quid possit à trepidate orari, & quid non debeat à medente concedi. Quia enim nos quid oremus, sicut oportet, nescimus, & vile nobis est, ne fiat plerunque, quod volumus, Deus iustus, & bonus, quando ea, quæ nocitura sunt, petuntur, negando miseretur. Voluntas ergo nostræ correctionem, dominus cū trina oratione firmasset, grauatim adhuc mœore discipulis; Dormite iam, inquit, & requiescite. Ecce appropinquauit hora & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus hinc. Ecce appropinquauit, qui me tradet. Inter ipsa autem verba domini, qui prædicti fuerant, irruerunt, & cum gladiis, & fustibus comprehensura Christum turba confluit, duce sequens Iudam Iscariot: qui priuilegio perfidiæ obtinuerat in facinore principatum. Huic ne criminis causam aliqua præberet offensio, nulla est negata dignatio. Sed illius spiritu inflammatus exarsit, cui ministerium sponte præbuit, & qualem habuit mentem, talem inuenit & præsidem. Merito sicut & prophetæ prædixerat; Oratio eius facta est in peccatum, quoniam, consummato scelere, tam peruersa impij conuersio fuit, vt etiam penitendo peccaret. Admittit ergo in se filius Dei impias manus, & quod scruientium furore agitur, patienti potestate compleuit. Hoc enim erat illud magnæ pietatis sacramentum, quod Christum consecrabatur iniuriis, quas si aperta potentia, & manifesta virtute propelleret, diuina tantum exerceat, non humana curaret. In omnibus autem, quæ illa popularis, & sacerdotalis infania contumeliose, & procaciter inferebat, nostræ diluebantur maculæ, nostræ expiabantur offensæ, quia natura, quæ in nobis victa semper fuerat, atque captiua, in illo innocens patiebatur, & libera, vt ad auferendum peccatum mundi, ille agnus se hostiam offerret, quem & omnibus corporalibus substantia iungeret, & ab omnibus spicitalibus origo discerneret. Hæc hodie, dilectissimi, auribus vestris insinuat sufficiat. Cætera in quartam feriam differantur, auxiliante domino orationibus vestris, qui præstate dignabitur, vt quod promittimus, impleamus, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE DOMINI, Serm. 6.

Sponsionis nostræ memores, dilectissimi, sanctitati vestræ reddimus, quod debemus, ad futuram spectantes gratiam Dei, vt inde nobis promeriat deuotio, vnde est incitata promissio. Coni-

prehensus Christus dominus à turbis, quas principes sacerdotum, & doctores legis armanerant, vt impleret dispensationem, cohibet potestatem, & beatum Apostolum Petrum humana aduersum irruentes animositate commotum, gladio abstinere præcepit. Superfluum enim erat, vt qui nolebat præsidio angelicarum legionum iuuari, vellet se vnus discipuli oppositione defendi. Perpetrauerit licet turba ferax, quod voluit, & de sceleris sui exultarit affectu, maior tamen comprehensu virtus, quam comprehensentium fuit. Iudæorum enim cæcitas nihil obtinuit, nisi vt sua impietate se perderet. Christi verò patientia hoc egit, vt omnes sua passione saluaret. Perducto autem Iesu ad Caypham principē sacerdotum, quo scribæ & omnis sacerdotalis ordo conuenerat, falsa aduersus dominum testimonia quærebatur. Sed inter inconditas, & dissonas voces hoc leuissimum mirabiliter elegerat, vt taceret. Cayphæ autem dicenti; adiuro te per Deum viuum vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei: ita veraci, & prouida autoritate respondit, vt isdem verbis & infidelium conscientias cæderet, & credentium corda firmaret, ad omnem interrogationem eius referens; tu dixisti. Addeñque quod sequitur; Veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris Dei, & venientem in nubibus cæli. Cayphas autem ad exaggerandum audiri sermonis inuidiam, scidit vestimenta sua, & nesciens quid hac significaret infania, sacerdotali se honore priuauit. Vbi est, Cayphæ, rationale pectoris tui vbi est cõtinentiæ cingulū? vbi super humerale virtutum? Mystico illo sacratōque amictu ipse te spoliast, & propterea manibus pontificalia indumenta discerpis, oblitus præcepti illius, quod legeras de principe sacerdotum; De capite suo cidarum non deponet, & vestimenta sua nõ distumpet. Tu verò, à quo iam alienabatur hæc dignitas, ipse tibi es executor opprobrij, & ad manifestandum sinem veteris instituti, pertinet eadem diruptio sacerdotij. Hinc iam, dilectissimi, inter multiplicatas illusiones nocte transacta, vinculum Iesum Pilato præfidi tradiderunt. Principes enim sacerdotum, & seniores populi, hoc consilio rem gerebāt, vt ab actione sceleris sui viderentur immunēs, subtrahentes opera manuum, & exercentes tela linguarum, volentes interficere, & clamantes, crucifige, crucifige. Quid hac specie religionis iniustius? quid hac clementiæ simulatione crudelius? Qua lege, Iudæi, quod vobis non licet facere, licet velle? qua ratione, quod corpora polluit, corda non lædit? Contaminari occisione eius meruitis, cuius super vos, & super filios vestros fundi sanguinem postulastis. Si non totum facinus vestra impietas peragit, permitte præsidem iudicare, quod sentit. Sed vos etiam in ipsum graues, atque violēti in id eum declinare nõ simitis, à quo ipsi mendaciter abstinetis. Peccauerit Pilatus faciendo, quod noluit, in vestram tamen conscientiam consistit, quicquid furor vestre extorsit. Talis etiam illic vestre obseruantia fuit, vbi pretium, quod vobis Christi venditor reportauit, mitti in gazophylacium noluitis, cauentes scilicet, ne sacros loculos pecunia cruenta pollueret. Cuius cordis esset ista simulatio? Sacerdotum conscientia caput, quod templi arca non recipit. Refutatur illius sanguinis taxatio, cuius non timetur effusio. Quantilibet ita vos fallaciæ circumte-

contegatis vmbraculis, inimum est cum traditore commercium, quo iultum sanguinem, sicut nõ licuit comparari, ita debuit non effundi. Seditiosis igitur clamoribus Iudæorum, sedente Pilato in loco, cui nomē est Gulgata, crucifigitur Christus. Per lignum erigitur lapsus in ligno, nõ gustu fellis, & acceti diluitur esca peccati. Merito, priusquam traderetur, dixerat dominus; Cum exaltatus fuero, omnia ad me traham, id est, totam causam humani generis agam, & olim perditā in integrum reuocabo naturam. In me omnis infirmitas abolēbitur, in me omnis plaga sanabitur. Exaltatum autem Iesum ad se traxit omnia, nõ solum nostræ substantiæ passione, sed etiam totius mundi commutatione monstratum est. Pendente enim in patibulo creatore, vniuersa creatura conuenit, & crucis clauos omnia simul elementa senserunt. Nihil ab illo supplicio liberum fuit. Hoc in communionem sui & terram traxit, & cælum, hoc petras rupit, monumenta aperuit inferna reseruit, & densarum horrore tenebrarum, radios solis abscondit. Debebat hoc testimonium suo mundus autori, vt in occasu conditoris sui, velle vniversa finire. Sed patientia Dei seruat rebus, atque temporibus ordinem suum, nõque in illum potius vocat affectum, vt eorum salutem petamus, quorum crimen horremus. Tãto igitur precio, tanto sacramento erui de potestate tenebrarum, & ab antiquæ captiuitatis vinculis absoluti, date operam, dilectissimi, vt integritatem mētium vestrarum, nulla diabolus arte corrumpat. Quicquid nobis contra Christianam fidem ingeritur, quicquid contra mandata Dei suaderit, de illius deceptionibus venit: qui nos in numeris dolis ab æterna vita conatur auertere, captando quasdam occasiones infirmitatis humanæ, per quas incautas, negligentisque animas, in laqueos iterum sue mortis inducat. Omnes ergo per aquam, & spiritum sanctum renati, recolant, cui renunciauerint, & qua professione iugum à se tyrannicę dominationis excusserint, nec in secundis quisquam, nec in aduersis ad mortiferi diaboli currat auxilium. Ille enim mendax est ab initio, & in sola viger arte fallenti, vt humanam ignorantiam, falsæ scientiæ ostentatione decipiat, sitque eorum nunc malignus impulsor, quorum post futurum est improbus acculator. Anni vitæ nostræ, & actionū temporalium qualitates, nec in natura elementorum, nec in stellarum effectibus, sed in summi, & veri Dei potestate consistunt, cuius auxilium, & misericordiam in omnibus, quæ obtinere cupimus, implorare debemus. Sicut enim, illo, quod absit, offenso, nihil est, quod nobis valeat suffragari, ita, eodem propitio, nulla nobis nocebit aduersitas. Quoniam si pro nobis Deus, quis contra nos? qui filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit qui viuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE DOMINI, Sermo 7.

Scio quidem, dilectissimi, paschale festum tam sublimis esse mysterij, vt non solum humilitatis meæ tenuissimum sensum, sed etiam magnorum ingeniorum superet facultatem. Sed non ita

mihī diuini operis consideranda est magnitudo, vt vel diffidam, vel erubescam de seruitute, quam debeo, cum sacramentum salutis humanæ non liceat tacere, etiam si nequeat explicari. Auxilian tibus etiam orationibus vestris, ad futuram credimus gratiam Dei, quæ inspirationis suæ rote sterilitatem nostri cordis abstergat, vt linguæ pastoralis officio, quæ sancti gregis auribus sint vilia, proferatur. Dicente enim domino bonorum omnium largitore; Aperi os tuum, & ego adimplebo illud, audemus eidem verbis prophetis dicere; Domine, labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Incipientes igitur, dilectissimi, Evangelicam de passione domini historiam retractare, diuino intelligimus dispositum fuisse consilio, vt sacilegi Iudæorum principes, & impij sacerdotes, qui scruenti in Christum occasiones sæpe quæsiuerant, non nisi in solennitate paschali, exercendi furoris sui acciperent potestatem. Oportebat enim, vt manifesto implerentur effectū, quæ diu fuerant figurato promissa mysterio, vt ouem significatiuam, ouis vera remoueret, & vt vno expletur sacrificio, variarū differentia victimarū. Nam omnia illa, quæ de immolatione agni diuinitus per Moysen fuerant præstituta, Christum prophetarant, & Christi occisionem proprie nunciabant. Vt ergo vmbræ cederent corpori, & cessarent imagines sub presentia veritatis, antiqua obseruantia non tollitur sacramento, hostia in hostiam transit, sanguinem sanguis excludit, & legalis festiuitas dum mutatur, impletur. Vnde cum scribas, & seniores populi ad impietatis concilium Pontifices congregarent, omniumque animos sacerdotum cura admittendi in Iesum sceleris occupasset, ipsi se doctores legis lege priuarunt, & spontaneo defectu ritus sibi patrios abstulerunt. Incipiente enim festiuitate paschali, qui ornate templum, munda re vasa, victimas providere, & legitimis purificationibus sacrationem diligentiam adhibere debuerat, parricidalis odij furore concepto, ad vnū opus vacat, & in vnum facinus simili crudelitate coniuuant. Quid assecuturi supplicio innocentia, condemnatione iustitiz, nisi vt & noua mysteria non apprehenderent, & antiqua violarent? Prouidentibus ergo principibus, ne in die festo tumultus oriretur, non deuotioni, sed facinari studebatur, nec religioni seruebat hæc cura, sed crimini. Diligentes enim Pontifices, & solliciti sacerdotes, seditiones turbarum fieri in præcipua solennitate metuebant, non vt populus non peccaret, sed ne Christus euaderet. At Iesus consilij sui certus, & in opere paternæ dispositionis intrepidus, vetus testamentum consummabat, & nouum pascha condebat. Discumbentibus enim secum discipulis ad edendam mysticam cœnam, cum in Cayphæ atrio tractaretur, quomodo Christus posset occidi: ille corporis, & sanguinis sui ordinans sacramentum, docebat, qualis Deo hostia deberet offerri, nec ab hoc quidem mysterio traditore submoto, vt ostenderetur nulla iniuria exasperatus, qui in voluntaria erat impietate perstiturus. Ipse enim sibi fuit materia ruinæ, & causa perfidiæ, sequens diabolum ducentem, & nolens Christum habere rectorem. Dicens itaque dominus; Amen dico vobis, quod vnus vestrum me traditurus est, notam sibi traditoris, ac proditoris conscientiam monstrauit; non aspera nec

Psal. 80. Psal. 50.

Eucharistia est à Christo instituta hostia, que Deo offertur.

Matth. 16.

apeira

aperta impium increpatione confundens, sed le-
ni ac tacita adnitione conueniens, vt facilius
corrigeret penitudo, quem nulla deformasset
abiectione. Cur, infelix Iuda, tanta benignitate non
vteris? Ecce parci tuis dominus, & nulli
te, nisi tibi, indicat Christus, nec nomen tuum,
nec persona detegitur, sed veritatis, & misericor-
diæ verbo; cordis tantum tui arcana tanguntur.
Non apostolici ordinis honor, non sacramento-
rum tibi communio denegatur. Redi in integrum,
& deposito furore, respice. Clementia inuitat,
salus pulsatur, ad vitam vita te reuocat. Ecce immacu-
lari, & innocentes condiscipuli tui ad signifi-
cationem facinoris expauescunt, & omnes sibi,
non edito impietatis autore, formidant: Contri-
stati enim sunt, non de conscientia reatu, sed de
humana mutabilitatis incerto, timentes, ne mi-
nus verum esset, quod in se quisque nouerat, quã
quod ipsa veritas præuidebat. Tu autem in hac
trepidatione sanctorum abuteris domini patien-
tia, & abscondi te tua credis audacia. Addis impu-
dentiam sceleri, nec signo euidentiore terretis.
Ibidem. Cùmque se à cibo alij, in quo iudicium dominus
posuerat, continerent, tu manum non detrahis à
paropside, quia animam non auertis à crimine.
Ioan. 13. Securum est itaque, dilectissimi, sicut Ioannes
Euangelista narrauit, vt cum traditori suo domi-
nus manifestus designando, panem portexit in-
tinctum, totum Iudam diabolus occuparet, &
quem malignis cogitationibus obligarat, iam ip-
so impietatis opere possideret. Corpore enim tan-
tum cum cenantibus recumbebat, mente autem
sacerdotum inuidiam, tristitiam salutaritatem, & fu-
rorem imperitæ plebis armabat. Denique videns
dominus, cui flagitio Iudas esset intentus, quod
facis, inquit, fac citius. Vox hæc, non iubentis est,
sed sinentis, nec trepidi, sed parati, qui habens
omnium temporum potestatem, ostendit se mor-
tam non facere traditori, & sic ad redemptionem
mundi paternam exequi voluntatem, vt facinus,
quod à persequentibus parabatur, nec impelle-
ret, nec timeret. Postquam igitur Iudas persuasus
à diabolo, discessit à Christo, seq; à corpore Apo-
stolice vnitatis abscedit, nullo dominus pauore
turbatus, sed de sola redimendorum salute solici-
tus, omne temporis spatium, quod à persequen-
tium vacabat incursu, mysticis sermonibus, sacra-
taque doctrinæ, sicut Ioannes Euangelio decla-
ratur, impendit, eleuans ad cælum oculos, & pro
vniuersa Ecclesia supplicans patri, vt omnes, quos
dedit, daturusque esset filio pater, vnum fieret,
& in gloria redemptoris indiuidui permanerent,
Math. 26. adjiciens postremo illam orationem, qua ait; Pa-
ter, si fieri potest, transeat à me calix iste. Vbi non
existimandum est, quod dominus Iesus passionē,
& mortem, cuius iam discipulis sacramenta tra-
diderat, voluerit declinare, cum ipse beatum Apo-
stolum Petrum, deuota fide, & charitate seruen-
tem, vt aduersum persecutores gladio veteret, di-
cens; Calicem, quem dedit mihi pater, non vis vt
bibam illum? Cerrumque sit, & quod dominus
testatus est ipse dicens; Sic enim Deus dilexit
mundum, vt filium suum daret vnigenitum, vt
omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat
vitam æternam. Et quod de ipso ait Apostolus
Paulus; Christus nos dilexit, & tradidit semet-
ipsum pro nobis hostiam Deo in odorem suauitatis.
In saluandis enim hominibus per crucem

Christi, communis voluntas erat patris, & filij,
communeque consilium, nec vlla poterat ratio-
ne turbari, quod ante æterna secula, & misericor-
diter erat depositum, & incommutabiliter erat
præfinitum. Qui ergo verum, totumque homi-
nem assumpsit, veros & corporis sensus, & animi
suscepit affectus. Nec, quia omnia in illo plena
erant sacramentis, plena miraculis, ideo aut fal-
sis lachrymis fleuit, aut mendacij esurie sumpsit
cibum, aut simulato sopore dormiuit. In nostra
humilitate contemptus, in nostra mediocritate
contristatus, in nostro est dolore crucifixus. Pas-
sionem enim mortalitatis nostræ ob hoc miseri-
cordia subiit, vt sanaret, ob hoc virtus recepit, vt
vinceret, quod Efatas apertissime prophetauit di-
cens; Hic peccata nostra portat, & pro nobis do-
let, & nos putauimus illum esse in dolore, & pla-
ga, & vexatione. Ipse autē vulneratus est propter
peccata nostra, & infirmatus est propter facino-
ra nostra, & liuore eius sanati sumus. Cum ita-
que, dilectissimi, Dei filius dicit, pater, si fieri po-
test, transeat à me calix iste, nostræ vitæ voce na-
turæ, & causam fragilitatis, & trepidationis agit
humanæ: vt in iis, quæ toleranda sunt, & patien-
tia roboretur, & formido pellatur. Denique ces-
sans hoc ipsum petere, excusato quodammodo
nostræ infirmitatis metu, in quo nobis remanere
non expedit, in alium affectum transit, & dicit;
Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et
iterum; Si non potest, inquit, calix iste transeat à
me, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Hæc vox
capitis, salus est totius corporis, hæc vox omnes
fideles instruit, omnes cõfessores accendit, omnes
martyres coronauit. Nam quis mundi odia,
quis tentationum turbines, quis posset persecu-
torum superare terrores, nisi Christus in omni-
bus, & pro omnibus patiens, patri diceret, fiat
voluntas tua? Discant igitur hanc vocem omnes
Ecclesiæ filij, magno pretio redempti, gratis ius-
tificati: & cum aduersitas violentæ alicuius ten-
tationis incubuerit, præsidio potentissimæ ratio-
nis vtantur, vt superato tremore formidinis, acci-
pant tolerantiam passionis. Hinc iam, dilectissi-
mi, ad perstringendum ordinem dominicæ pas-
sionis sermo est dirigendus, quem ne vos cumulo
prolixitatis oneremus, in quamram sabbati, di-
uino communi labore, differamus. Aderit precanti-
bus nobis gratia Dei, quæ mihi soluendi debiti
tribuat facultatem, per dominum nostrum Iesum
Christum, qui viuuit, & regnat in secula seculo-
rum, Amen.

E I V S D E M D E P A S-
sione domini, Sermo 8.

DEcuris, dilectissimi, sermone proximo iis,
quæ comprehensione domini præcesserunt,
superest nunc, vt auxiliante Dei gratia, de ipso
iam passionis ordine, sicut promissimus, differa-
mus. Nam, cum verbis sacra orationis suæ do-
minus declarasset, verissime sibi atque plenissi-
mè & humanam, & diuinam inesse naturam, osten-
dens vnde esset, quod pati nollet, & vnde quod
vellet, depulsa trepidatione infirmitatis, & con-
firmata magnanimitate virtutis, rediit in senten-
tiam suæ dispositionis æternæ, & seuenti diabo-
lo per ministeria Iudæorum, formam serui nihil
peccati

peccati habentis obiecit, vt per eum ageretur
omnium causa, in quo solo erat omnium natura
sine culpa. Irruerunt ergo in lumen verum, filij
tenebrarum, & videntes faculis, atque lateris,
non euaserunt infidelitatis suæ noctem, quia non
intellexerunt lucis auctorem. Occupant parati
teneri, & trahunt volentem trahi, qui si vellet ob-
niti, nihil quidem in iniuriam eius, impiæ manus
posset: sed mundi redemptio differretur, & nul-
lum saluaret illæsus, qui pro omnium salute erat
morigerus. Sinens igitur inferri sibi, quicquid sa-
cerdotum instinctu furor popularis audebat, ad
Annam Cayphæ focerū, ac deinde ad Caypham
ex Annæ transmissione perducitur, & post insa-
nas calumniantium voces, post cõmenticias sub-
ornatorum testium falsitates, ad examen Pilati
Pontificum delegatione transfertur. Qui, diuino
iure neglecto, clamantes se regem non habere
nisi Cæsarem, tanquam Romanis deuoti legibus,
omne iudicium potestati præsidis reseruassent,
expetierunt executorem magis seuiuam quam au-
bitrum causæ. Offerebant enim Iesum duris ve-
xibus vinctum, colaphis, & alapis frequentibus
cæsum, spiritus oblitum, clamoribus prædamna-
tum: vt inter tot præiudicia, quem omnes velleut
perire, non auderet Pilatus absolvere, denique
nec in accusato eum peperisse culpam, nec in
sententia sua tenuisse constantiam, docet ipsa
cognitio: in qua iudex, quem innocentem pro-
nunciat, damnat, addicens iniquo populo san-
guinem iusti, à quo abstinentium sibi, & intelle-
ctu proprio senserat, & somnio vxoris nouerat.
Nec purgant contaminatum animum: manus lo-
tæ, nec, alperis aqua digitis, expiatur; quod famu-
lante impia mente committitur. Excessit quidem
Pilati culpam facinus Iudæorum, qui illum no-
mine Cæsaris territum, & inuidiosis vocibus in-
crepatum ad effectum sui sceleris impulerunt.
Sed nec ipse euasit reatum, qui ooperatus sedi-
tiosis, reliquit iudicium proprium, & in illum
transiit alienum. Quod ergo Pilatus, dilectissi-
mi, implacabilis populi victus infania, multis le-
sum dehonefati ludibriis, & immodicis vexari
permisit iniuriis, quodque eum flagellis cauum,
spinis coronatum, & amictu irrisoria vestis indu-
tum, persequentium ostentauit aspectui, mitigan-
dos proculdubio inimicorum animos existima-
uit, vt exaturatis inuidiæ odiis, non vltra iam
credenter persequendum, quem tot modis in-
tuebantur, afflictum. Sed, cum inardesceret ira
clamantium, vt Barrabam indulgentia relaxaret,
& Iesum crucis pœna susciperet, cum consono
fremitu diceretur à turbis; Sanguis eius super
nos, & super filios nostros, obtinuerunt iniqui, in
damnationem suam, quod pertinaciter exigebat,
quorum dentes, sicut Propheta attestatus est, ar-
ma erant, & sagitte, & lingua eorum gladius acu-
tus. Frustra enim à crucifigendo maiestatis do-
mino manus proprias continebant, in quem le-
thalia vocum spicula, & venenata verborum tela
iaciebant. Vobis vobis falsi Iudæi, & sacrilegi
principes populi, totum facinoris istius pondus
incumbit; & licet immanitas sceleris & præsidem
obligari, & milites, omnis tamen facti summa
vos arguit. Et quicquid in supplicio Christi, vel
Pilati peccauit iudicium, vel cohortis obsequium
hoc vos facit humani generis odio digniores,
quia vestri furoris impulsu, nec illis innocentes

esse licuit, quibus iniquitas vestra non placuit.
Traditus itaque dominus seuentium voluntati,
ad irrisionem regis dignitatis, supplicij sui iustus
est esse gestator, vt impletetur, quod Efatas pro-
pheta præiudicauerat dicens: Ecce natus est puer, &
datus est nobis filius, cuius imperium super hu-
meros eius. Cum ergo dominus lignum portaret
crucis, quod in sceptrum sibi cõuerteret potesta-
tis, erat quidem hoc apud impiorum oculos grande
ludibrium, sed manifestabatur fidelibus grande
mysterium, quia gloriosissimus diaboli victor,
& inimicarum virtutum potentissimus debella-
tor, pulchra specie, triumphi sui portabat tro-
phæum, & inuidæ patientiæ humeris signum
salutis, adorandum regnis omnibus inferebat,
tanquam & tunc ipsa operis sui imagine omnes
imitatores suos confirmaret, & diceret, Qui non
accipit crucem suam, & sequitur me, non est me
dignus. Euntibus autem cum Iesu, turbis ad lo-
cum pœnæ. Simon quidam Cyrenæus inuentus
est, in quem lignum crucis transferretur à domi-
no, vt etiam tali facto præsignaretur gentium fides,
quibus crux Christi non consilio erat futu-
ra, sed gloria, Non ergo fortuitum, sed figuratum,
& mysticum fuit, vt, Iudæis in Christum seuen-
tibus, ad compatiendum ei peregrinus occurre-
ret, dicente Apostolo; Si compatiimur, & con-
regnabimus, vt sacratissimo saluatoris opprobrio
non Hebræus quisquam, nec Israëlita, sed ali-
enigena subderetur. Per hanc enim translationem
à circumcissione ad præputium, à filiis carnalibus
ad filios spirituales, immaculati agni propitiatio,
& omnium sacramentorum plenitudo transibat.
Siquidem pascha nostrum, vt ait Apostolus, im-
molatus est Christus, qui se nouum, & verum re-
conciliationis sacrificium offerens patri, non in
templo, cuius iam erat finita reuerentia, nec in-
tra septa ciuitatis, ob meritum sui sceleris diruen-
dæ, sed foris, & extra castra crucifixus est, vt veterum
victimarum cessante mysterio, nona hostia
nouo imponeretur altari, & crux Christi, non
templi esset ara, sed mundi. Exaltato igitur, dile-
ctissimi, per crucem Christo, non illa tantum
species aspectui mētis occurrat, quæ fuit in oculis
impiorum, quibus per Moysen dictum est; Et
erit pendens vita tua ante oculos tuos, & time-
bis die, ac nocte, & non credes vitæ tuæ. Isti enim
nihil in crucifixo domino præter facinus suum
cogitare potuerunt, habentes timorem, non quo
fides vera iustificatur, sed quo conscientia iniqua
torquetur. Nostræ verò intellectus, quem spiritus
veritatis illuminat, gloriam crucis cælo, terraque
radiantem puro, ac libero corde suscipiat, & in-
teriore acie videat, quale sit, quod dominus cum
de passionis suæ loqueretur instantia, dixit; Venit
hora, vt clarificetur filius hominis. Et infra; Nunc,
inquit, turbata est anima mea, & quid dicam? Pa-
ter, salua me ex hac hora. Sed propterea veni in
hanc horam: Pater, clarifica filium tuum. Et cum
vox patris venisset de cælo dicens; Et clarificauit,
& iterum clarificabo: Respondens Iesus circum-
stantibus dixit: Non propter me vox hæc facta
est, sed propter vos. Nunc iudicium mundi est,
nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et
ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad
meipsum. O admirabilis potentia crucis! O ines-
cabilis gloria passionis, in qua & tribunal domi-
ni, & iudicium mundi, & potestas est crucifixi
Bibl. Hom. tom. 2. XXXX Traxisti

Ibidem.

Ioan. 13.

Ibidem.

Ioan. 17.

Math. 26.

Ibidem.

Ioan. 7.

Colos. 1.

Efais 9.

Math. 10.

Math. 27.

Rom. 8.

1. Cor. 5.

Hebr. 13.

Deut. 28.

Ioan. 17.

Ioan. 12.

Esaia 67. Traxisti enim, domine, omnia ad te, & cum expādisse tota die manus tuas ad populum non credentem & contradicentem tibi, confitentem & maieftatis tuæ sensum totus mundus accepit. Traxisti, domine, omnia ad te, cum in execrationem Iudaici sceleris, vnam protulerūt omnia elementa sententiam, cum obscuratis luminaribus cæli, & conuerso in noctem die, terra quoque motibus quateretur insolitis, vniuersaque creatura impiorum se vsui negaret. Traxisti, domine, omnia ad te, quoniam scisso templi velo, sancta sanctorum ab indignis Pontificibus recesserunt, vt figura in veritatem, prophetia in manifestationem, & lex in Euangelium verteretur. Traxisti, domine, omnia ad te, vt quod in vno Iudææ templo obumbratis significationibus tegebatur, pleno apertoque sacramento, vniuersarum vbique nationum deuotio celebraret. Nunc enim & ordo clarior Lenitarum, & dignitas amplior seniorum, & sacratio est vinctio sacerdotū: quia crux tua omnium fons benedictionum, omnium est causa gratiarum, per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte. Nunc etiam carnalium sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias hostiarum, vna corporis, & sanguinis tui implet oblatio, quoniam tu es verus agnus Dei, qui tollis peccata mundi, & ita in te vniuersa perficis mysteria, vt sicut vnum est pro omni victima sacrificium, ita vnum de omni gente sit regnum. Confiteamur igitur, dilectissimi, quod beatus magister gētiū Paulus Apostolus gloriofa voce confessus est dicens; Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Hinc enim mirabilior est erga nos misericordia Dei, quod non pro iustis, neque pro sanctis, sed pro iniquis, & impiis Christus mortuus est, & cum mortis aculeum recipere non posset natura deitatis, suscepit tamen nascendo ex nobis, quod posset offerre pro nobis. Olim enim mortis nostræ mortis suæ potentiam minabatur dicens per Osee prophetam; O mors, ero mors tua, & ero morsus tuus, inferne. Leges enim inferni moriendo subiit, sed resurgendo dissoluit, & ita perpetuam mortem incidit, vt eam de æterna faceret temporalē. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Fiat itaque, dilectissimi, quod Apostolus Paulus ait; vt, qui viuunt, iam non sibi viuunt, sed ei, qui pro omnibus mortuus est, & resurrexit. Et quia vetera transferunt, & facta sunt omnia noua, nemo in carnalis vitæ vetustate remaneat, sed omnes de die in diem proficiendo, per pietatis augmenta renouentur. Quantumlibet enim quisque iustificatus sit, habet tamen, dum in hac vita est, quo probator esse possit, & melior. Qui autem non proficit, deficit, & qui nihil acquirit, non nihil perdit. Curandum enim nobis est fidei gressibus, misericordiarum operibus, amore iustitiæ, vt diem redemptionis nostræ spiritualiter celebrantes, non in fermento veteris malitiæ, & nequitiae, sed in azymis sinceritatis, & veritatis, resurrectionis Christi mereamur esse participes, qui viuunt, & regnat in secula seculorum, Amen.

Sacerdotiū est quoque in nouo testamento, id est, longe præstantius quā fuerit in Iudaismo.

Eucharistia est sacrificium representatiuū per omnes hostias Iudaicorum.

Tim. 2.

Tim. 1.

Rom. 5.

Osee 13.

1. Cor. 15.

1. Cor. 5.

1. Cor. 5.

EIVSDEM DE PASSIONE DOMINI, Sermo 9.

Sacramentum, dilectissimi, dominicę passionis in salutē generis humani, ante tempora æterna dispositum, & per multas significationes omnibus retro seculis nunciatum, non adhuc expectamus manifestandum, sed iam adoramus impletum, concurrentibus ad eruditionem nostram & ronis testimonis, & antiquis, dum quod prophetica cecinit tuba, Euangelica pandit historia, & sicut scriptum est; Abyssus abyssum inuocat in voce catarractarum tuarum. Quoniā ad enarrandum gloriam gratiæ Dei, paribus sibi vocibus, vtriusque testamenti altitudo respondet. Et quod erat sub velamine figurarum profundum, sit reuelata luce perspicuum. Si enim inter illa miracula saluatoris, quæ sub populorum gerebantur aspectu, pauci veritatis præsentiam sentiebant, ipsique discipuli voluntaria domini passione turbati, non euaserant scandalum crucis sine tentatione formidinis, vnde fides nostra intelligentiam sumeret, vnde cōstantia robur acciperet, nisi quæ facta cognoscimus, prædicta legeremus? Peractō igitur, dilectissimi, saluatoris triumpho, & cōsummatis dispensationibus, quas omnia veteris testamenti eloquia nunciarūt, legeat carnalis Iudæus, sed spiritalis gaudeat Christianus, & festiuitas, quæ illis conuersa est in noctem, nobis coruscet in lucem, quoniam crux Christi eadem est & credentium gloria, & nō credentium pœna. Quamuis enim persequentium furor nihil aliud in dominum maiestatis operatus est, quam atrocem crudelitatem, & immitte supplicium: redemptis tamen hac domini passione, verior, iustiorque letandi est ratio, quam dolēdi. Fuerit tunc discipulorum excusabilis pauor, nec diffidentia culpam Apostolicis mœror incidit, quando cōcurrentibus ad vnum scelus Iudæis, Iudæorumque principibus, superbus taurorum pinguium tumor, & proterua vitulorum petulantia seuebat, quando sub oculis ouium, pastoris iusti sanguinem frementium bestiarum rabies expetebat, quando denique etiam ipse, qui pati venerat, de nostræ naturæ communionem dicebat; Tristis est anima mea vsque ad mortem. Nunc autem, postquam susceptione infirmitatis potentia est clarificata virtutis, nulla fidelium mœstitudine paschalis est obscuranda solēnitās, nec cum tristitia nobis gestorum ordo recolendus est, eam ita dominus vsus sit malitia Iudæorum, vt de intentione facinoris, voluntas sit impleta miserentis. Si autem in exitu Israel de Ægypto, agni sanguis fuit restitutio libertatis, & sacratissima est facta festiuitas, quæ per hostiam pecudis, aram auerteret vastatoris: quanta populis Christianis concipienda sunt gaudia, pro quibus omnipotens pater filio suo vnigenito non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, vt in occisione Christi, pascha esset verum, & singulare sacrificium, quo non ex dominatione Pharaonis vnus populus, sed ex diaboli captiuitate, totus mundus eruitur? Hoc igitur illud est, dilectissimi, sacramentum, cui ab initio omnia sunt famulata mysteria. Nunc sanguis iusti Abel, mortem summi pastoris eloquitur, & in patricidio Iudæorum, Cain interfector fratris agnoscitur. Nunc diluuium & Noe arca manifestat, quid sit renouationis in baptismo, & quid sit salutis

Psal. 41.

1. Cor. 10.

1. Tim. 4.

Matth. 11.

Rom. 8.

Genes. 4.

Genes. 11.

Genes. 22.

EIVSDEM DE PASSIONE DOMINI, Sermo 10.

Salutis in ligno. Nunc Abraham gentium pater promissos acquirit hæredes, & in semine eius, nō germen carnis, sed fidei propago benedicitur. Nunc ad prænuntiatum festis omnibus festum, facer nouorum mensis * enituit, vt, in quo accepit mundus exordium, in eodem haberet Christiana creatura principium. Quamuis igitur fidentes Iudæi fecerint in dominum Iesum, quancunq; voluerint, & suscepti hominis veritatem nullis eorum ausibus potestas diuina subtraxerit: patientia tamen domini, consilij sui munus impleuit, & pertinacia sacrilegæ crudelitatis profecit operi saluatoris, quod non scribæ, non Pharisæi, nec summi intellexerunt pontifices. Si enim cognouissent, nunquam gloriæ dominum crucifixissent. Nec ipse itaque diabolus intellexit, quod scruuendo in Christum, suum destrueret principatum: qui antiquæ fraudis iura non perderet, si se ad domini Iesu sanguine contineret. Sed malitia nocendi audis, dum irruit, ruit, dum capit, captus est, dum persequitur mortalem, incidit in saluatorem. Inuenit sanè in illo molimine, imprudentis audaciæ dignum cooperatorem, dignumque confortem: cum impius Iudas maluit minister esse diaboli, quàm Apostolus Christi, quem non timoris perturbatione deseruit, sed pecuniæ cupiditate distinxit. Videte, dilectissimi, & prudenter inspicite, quæ germina, & quales fructus de auaritiæ stirpe nascuntur, quam merito Apostolus radicem omnium malorum esse definiuit: quia nullum peccatum sine cupiditate committitur, & omnis appetitus illicitus, istius auaritiæ est morbus. Amore pecuniæ, vilis est omnis affectio, & anima lucri cupida, etiam pro exiguo perire non metuit, nullumque est in illo corde iustitiæ vestigium, in quo sibi auaritia fecit habitaculum. Hoc perfidus Iudas inebriatus veneno, dum sitit lucrum, peruenit ad laqueum, & tam stulte impius fuit, vt triginta argenteis & dominum venderet, & magistrum. Cum autem se ad excipiendum iniquitatis iudicium, Dei filius præbuisset. B. Apostolus Petrus, cuius fides ea deuotione seruebat, vt & domino compari paratus esset, & commori, ancilla sacerdotis calumniantem, perterritus, ex infirmitate periculum negotiationis incurrit. Ob hoc, sicut apparet, hæsitare permixtus, vt in Ecclesiæ principe remedium penitentiae conderetur, & nemo auderet de sua virtute confidere, quando mutabilitatis periculum nec B. Petrus potuisset euadere. Dominus autem Iesus, qui intra pontificale concilium solo corpore tenebatur, trepidationem discipuli foris positi, diuino vidit incuit, & pauentis animum, mox vt respexit, erexit, & in sterus pœnitentiæ incitauit. Felices, sancte Apostole, lachrymæ tuæ, quæ ad diluendam culpam negotiationis, virtutem sacri habuere baptismatis. Adfuit enim dextera domini Iesu Christi, quæ labentem te, priusquā deiceris, exciperet, & firmitatem stadii, in ipso cadendi periculo recepisti. Vidit in te dominus non fidem fictam, non dilectionem auersam, sed constantiam fuisse turbam. Abundauit sterus, vbi non deficit affectus, & fons charitatis lauit verba formidinis, nec tardatum est remedium abolitionis, vbi non fuit iudicium voluntatis. Cito igitur in soliditatem suam rediit perta, tãtam recipiens fortitudinē, vt quod in Christi expauerat passione, in suo post supplicio non timeret, Amen.

Cum multis modis, dilectissimi, Iudaica impietas laboraret, vt occasione aliquam perpetrandi in dominum Iesum sceleris inueniret, & mendacia, quæ falsi testes iniustus sacerdotibus famulādo protulerant, nihil, quod morte dignum esset, adferrent, hoc quasi insuperabile repererūt; vt dominum mundi affectari regni inuidia perurgerēt. Cumque Pilatus Iesum, quem frustra videbat argui, veller absolui, calumniosè, & minaciter conclamarunt; Si hunc dimittis, nō es amicus Cæsaris. Omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cæsari. Stultam insimulationem imprudenter, Pilate, timuisti, si formidabile fuit nomen regium, vt pro imperio Cæsaris opprimi debuerit nouæ molitio potestatis, si dominandi consilium tyrannicus tibi prodidit apparatus, si prouisio armorum, si congregatio diuitiarum, si præsidia detecta sunt militum. Quid eum grauari finis de affectata potentia, cuius specialis fuit de humilitate doctrina? Romanis legibus non contradixit, censum subiit, didrachma soluit, vectigalia non inhiuit, quæ Dei sunt, Deo, & quæ sunt Cæsaris, Cæsari reddenda constituit. Paupertatem elegit, obedientiam suauis, mansuetudinem prædicauit, hoc est verè non impugnam Cæsarem, sed iuuare. Veruntamen ne in totum inanis videatur Iudæorum obiectio, discute diligentius, præses, quid de domini Iesu operibus notum sit, quid de potestate compertum. Cæcis visum, surdis auditum, claudis gressum, mutis donauit eloquium. Febres abegit, dolores resoluit, dæmonia eiecit, mortuos viuificauit, mari, & vêtis, vt quiescerent, imperauit. Magnum proorsus regem ista demonstrant, qui non humana excellit potentia, sed virtute diuina. Hanc ergo Iudæi obiciant potestatem, commutent * accusationem suam, & hoc proferant ore, quod tenent corde. Quare de terrenis calumniatur, qui caelestia persequuntur? Quamuis ergo Pilatus onerosum sibi, inuidiosumque sentiret, quod eum Iudæi de neglectu amicitiae Cæsaris impetebant, aliquandiu tamen furorem ipsorum mitigare conatus est, & ideo dominum Iesum diuersis contumeliis affici aut permisisse, aut iussit, vt satiata iniquitas de innocentis iniuriis, vltius non feruere. Sed pertinax malitia propriis crescebat augmentis, & in quem obtinuerat ius illusionis, exigebat & mortis. Vnde cum & summi sacerdotes, & principes sacerdotum, omnisque multitudo crebris vocibus acclamarent, crucifige, crucifige, tradidit Iesum persequentium voluntati, Barrabam illis latrone dimisso, vt qui in die festo autorem interfecibant vitæ, impunitas eis præstaretur homicidæ. Eunte itaque, dilectissimi, ad locum clarificationis domino, & misericordia ab impiorum tabernaculis exeurte, vt adimpleretur, quod scriptum est: Longè est à peccatoribus salus, sequebatur eum multitudo populi, & mulierum plangentium, & lamentantium eum. Solet enim sexus infirmior, etiam pro ijs, qui morte sunt digni, in lachrymas commoueri, & damnatorum exitis, pro natura communis consideratione misereri. Sed istum sibi plangentem dominus Iesus dedignatur impendi, quia non decebat luctus triumphum; nec la-

1. Iuan. 19.

Luc. 7. Matth. 17.

Matth. 22.

Matth. 8.

** actionem.*

Psal. 118. Luca 23.

menta victoriam. Denique conuersus ad eas; Filia, inquit, Hierusalem nolite flere super me, sed super vosmetipsas, & super filios vestros flere. Quia venient dies, in quibus dicent; Beatae steriles, & ventres, qui non genuerunt, & ybera, quae non lactauerunt. Vbi est tristitia crucifigendi? Vbi formido morituri? Non terret passum animam hora supplicij, & docens nullam pro se flendi esse rationem, indicit poenitentiam, denunciando vindictam. Non est, inquit, quod dolere in me, Hierusalem filiae, debeatis, pro vobis plangite, & pro vestris filiis euilate. Super illos fundatur ista ploratus, quod tales viscera vestra pepererunt. Lugendum vobis plane est, non de saluatore credentium, sed de impietate, & temeritate pereuntium. Ego crucem volens patior, & mortem in me, quam sum perempturus, admitto. Nolite flere pro mundi redemptione morientem, quem in maiestate patris videbitis iudicantem. Exaltatus autem Christus Iesus in ligno, retorisit mortem in mortis autorem, & omnes principatus aduersasque virtutes, per objectionem passibilis carnis elisit, admitens in se antiqui hostis audaciam, qui in obnoxiam sibi sequendo naturam, etiam ibi exactor ausus est esse debiti, vbi nullum potuit vestigium inuenire peccati. Euaquatum est igitur illud generale venditionis nostrae & lethale chirographum, & pactum captivitatatis in ius transitu redemptoris. Clauis illi, qui manus domini, pedesque transfoderant, perpetuis diabolum fixare vulneribus, & sanctorum poena membrorum inimicarum fuit interfectio potestatum, sic suam Christo consummante victoriam, vt in ipso, & cum ipso, omnes, qui in eum credent, triumpharent. Cum ergo dominus crucifixi corporis eleuatione sublimis, reconciliationem mundi exereretur in quadam arce supplicij, latronemque conuersum ad paradisi vocaret habitaculum, vos, principes Iudaeorum, legisque doctores, nec conscientiae impietate compuncti, nec affectu sceleris mitigati, fixatis clauorum addebatia tela linguarum, dicentes; Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat de cruce, & credimus ei. Sed his vocibus vestris stultis, atque blasphemis reddunt omnia elementa responsum, & vnam in vos sententiam ferunt, caelum, terra, sol, sideraque, indignos vos suo ministerio protestates terribili motu, in solitioque defectu, tenebras mundo vestrae caecitatis ostendunt. Quod si ad arguendum vos, nec caelestia, nec in aerna sufficiunt, & crucem Christi magis potuerunt petrae, atque monumenta quam corda vestra sentire, saltem quod in templo actum est, scienter aduertite. Velum, cuius obiectu includebantur sancta sanctorum, a summo usque ad ima diruptum est, & sacrum illud, mysticumque secretum, quod solus summus pontifex iussus fuerat intrare, refferatum est, vt nihil iam esset discretionis, vbi nihil resederat sanctitatis. Repudiatos itaque vos debuistis agnoscere, & omne ius sacerdotij perdidisse, quia verum erat, quod veritas vobis dixerat; Si crederitis Moysi, crederetis & mihi. Merito ergo vos testamentum vtrumque condemnat, & gratia vacuatos, & lege priuatos, qui ideo resistitis nouis, quia non credidistis antiquis. Nos autem, dilectissimi, qui ab ignorantiae tenebris liberati, fidei lumen accepimus, & in noui

Matth. 27.

Matth. 27.

Joan. 5.

testamenti hereditatem per electionem adoptionis intrauimus in festiuitate, quam carnalis Israel perdidit, gaudeamus, quoniam pascha nostrum immolatus est Christus, per cuius ineffabilem gratiam, omnium charismatum benedictione ditamur, & ita in nouitatem a vetustate transferimur, vt non solum paradisi restituiamur habitaculo, sed etiam regni caelestis gloriae preparamur, adiuuante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, & sancto spiritu viuunt, & regnat in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE DOMINI, Serm. 11.

Desiderata nobis, dilectissimi, & vniuerso optabilis mundo adest festiuitas dominicae passionis, quae nos inter exaltationes spiritualium gaudiorum silere non patitur. Quia, etsi difficile est, de eadem solennitate sapienter dignè, aptèque disserere, non est tamen liberum sacerdoti, in tanto diuinae misericordiae sacramento, fidelibus populis subtrahere sermonis officium: cum ipsa materia, ex eo quod est ineffabilis, sancti tribuat facultatem: nec possit deficere quod dicitur, dum non potest satis esse, quod dicitur. Succumbat ergo humana infirmitas gloriae Dei, & in explicandis aperibus misericordiae eius, imparem se semper inueniat. Laboremus sensu, haereamus ingenio, deficiamus eloquio, bonum est, vt nobis parum sit, quod etiam rectè de domini maiestate ferimus. Dicente enim Propheta; Querite dominum, & confirmamini, quare faciem eius semper nemini praesumendum est, quod totum quod querit, inuenierit, ne desinat propinquare, qui cessarit accedere. Quid autem inter omnia opera Dei, in quibus humanae admirationis fatigatur intentio, ita contemplatione mentis nostrae & oblectat, & superat sicut passio saluatoris: De cuius omnipotentia, quae ei cum patre vnus, & aequalis essentiae est, quoties, vt possumus, cogitamus: mirabilius nobis fit in Deo humilitas, quam potestas, & difficilius capitur diuinae maiestatis exinanitio, quam ferulis formae in summa prouectio. Sed multum nos ad intellectum iunat, quod dicit, licet aliud sit creator, aliud creatura, aliud deitas inuolabilis, aliud caro passibilis: in vnam tamen personam concurrat proprietates vtriusque substantiae, vt siue in infirmitatibus, siue in virtutibus, eiusdem sit contumelia, cuius & gloria. Hac fidei regula, dilectissimi, quam in ipso exordio symboli per auctoritatem Apostolicam institutionis accepimus, dominum nostrum Iesum Christum, quem filium Dei patris omnipotentis vnicum dicimus, eundem quoque de spiritu sancto natum ex Maria virgine confitemur. Nec ab eiusdem maiestate discidimus, cum ipsum crucifixum, & mortuum, & tercia die credimus suscitatum. Omnia enim, quae Dei sunt, & quae hominis, simul & humanitas, & deitas expleuit, vt, dum passibili impassibilis inest, nec virtus infirmitate affici, nec infirmitas possit virtute superari. Merito beatus Apostolus Petrus in huius vnitatis confessione laudatus est, qui, cum dominus quid de ipso intelligerent discipuli, scrutaretur, omnium celerrime ora preueniens; Tu es, inquit, Christus filius Dei viui. Quod vtrique non reuelante vidit carne, vel sanguine, quorum

rum obiectu interiores oculi poterant impediri, sed ipso spiritu patris in corde operante credentis, vt ad regimen totius Ecclesiae preparatus, primum diceret, quod doceret, & pro soliditate fidei, quam erat praedicaturus, audiret; Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Christiana igitur fidei fortitudo, quae portas mortis, super inexpugnabilem petram aedificata, non metuit, vnum dominum Iesum Christum, vt verum Deum, & verum hominem confiteretur, eundem credens filium virginis, qui autor est mattis: eundem natum in fine seculorum, qui creator est temporum, omnium dominum virtutum, & vnum de stirpe mortalium, eundem peccati nescium, & in similitudinem carnis peccati, pro peccatoribus immolatum. Qui vt humanum genus vinculis mortiferae praeruationis absolueret, & saeuienti diabolo potentiam suam maiestatis occultauit, & infirmitatem nostrae humilitatis obiecit. Si enim crudelis, & superbus inimicus, consilium misericordiae Dei nosse potuisset, Iudaeorum animos mansuetudine potius temperare, quam iniustus odiis studuisset accendere, ne omnium captiuorum amitteret seruitutem, dum nihil sibi debentis persequitur libertatem. Fesellit ergo illum malignitas sua, inulit supplicium filio Dei, quod cunctis filiis hominum in remedium verteret. Fudit sanguinem iustum, qui reconciliando mundo, & precium esset, & poculum. Suscepit dominus, quod secundum propositum suae voluntatis elegit. Admisit in se impias manus furentium, quae dum proprio incumbant sceleri, famulatae sunt redemptori. Cuius etiam circa interfectores suos tanta erat pietatis affectio, vt de cruce supplicans patri, non se vindicari, sed illis postulare ignoscere, dicens; Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. De cuius vtriusque orationis potentia fuit, vt praedicatio Petri Apostoli, ex iis, qui dixerunt; Sanguis illius super nos, & super filios nostros, multorum ad poenitentiam corda conuerteret, & vno die baptizarentur tria fere millia Iudaeorum: fieretque omnium eorum vnus, & anima vna, paratorum iam pro eo mori, quem poposcerat crucifigi. Ad hanc indulgentiam traditor Iudas peruenire non potuit, quoniam perditionis filius, cui diabolus stabat a dextris, prius in desperationem transiit, quam sacramentum Christi generalis redemptionis impleteret. Nam pro omnibus mortuo impiis domino, potuisset etiam hic cosequi remedium, si non festinaisset ad laqueum. Sed maligno cordi, nunc festinandum dedito, nunc partidalibus commercijs occupato, nihil vnquam documentorum misericordiae saluatoris infederat, nec piis acceperat auribus domini verba dicentis; Non veni vocare iustos, sed peccatores. Et, Filius hominis venit quaerere, & saluare, quod perierat. Nec intellexerat clementiam Christi, qui non solum corporeis infirmitatibus medebatur, sed etiam vulnera debiliu curabat animarum, dicens paralytico sanato; Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. Dicens & oblatae sibi adulterae; Nec ego te condemnabo, vade, & amplius noli peccare, vt per omnia opera sua ostenderet, in illo aduentu suo, saluatorem mundi se venisse, non iudicem. A quo intellectu alienatus impius traditor, infurtegit in semetipsum, non iudicio poenitentis, sed

fatore pereuntis, vt qui vitae autorem interfectio-ribus vendidisset in augmentum damnationis suae, etiam moriendo peccaret. Quod ergo falsi testes quod cruenti principes, quod impij sacerdotes in domini Iesu Christi mysterio, ignaui praesidis, & famulatu imperitiae cohortis egerunt, & derestandum vniuersis seculis, & amplectendum fuit. Crux enim domini, sicut in Iudaeorum erat mente crudelis, ita est in crucifixi virtute mirabilis. Fuit in vnum populus, & miseretur omnium Christus. Quod saeuitia infertur, potestate suscipitur, vt licentia facinoris, aeterna opus impleat voluntatis. Vnde omnis ordo rerum gestarum, quem plenissimè Euangelica narratio percurrit, ita fidelium est accipiedus auditus, vt salua fide actionum, quae tempore dominicae passionis impletur sunt, intelligamus non solum remissionem peccatorum in Christo completam, sed etiam formam iustitiae esse propositam. Verum vt hoc diligentius iuuante domino, differatur, haec sermonis portio in quartam sabati reseruetur. Aderit, vt speramus, gratia Dei, quae nos, orantibus vobis, faciat promissa completere, per Christum dominum nostrum, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE DOMINI, Sermo 12.

Omnia quidem tempora, dilectissimi, Christianorum animos sacramento dominicae passionis, & resurrectionis exercent, neque vllum nostrae religionis officium est, quo non tam mundi reconciliatio, quam humanae in Christo naturae assumptio celebretur. Sed nunc vniuersam Ecclesiam maiore intelligentia instrui, & spe feruentiore oportet accendi, quando ipsa rerum dignitas, ita sanctorum dierum recursum, & paginis euangelice veritatis exprimitur, vt pascha Domini non tam praeteritum recolit, quam praesens debeat honorari. In nullo igitur ab iis, quae ad crucem Iesu Christi pertinent, fidei nostrae peregrinetur intuitus, & nihil eorum, quae narratione euangelij retexuntur, otioso capiamus auditu. Vt, quia non defuerunt, nec adhuc defunt, qui veritatem dominicae incarnationis impugnent, & quod in vtero virginis matris Mariae verbum caro factum est, quod infans editus, per incrementa corporea ad perfectae virilitatis profecit aetatem, quodque crucifixus, mortuus, ac sepultus, die tercia resurrexit, in nostrae quidem imaginis forma, sed non in nostrae carnis adserant gestum esse naturam, nos ab euangelicis, & apostolicis testimoniis nullatenus recedentes, eorum intelligentia roboreremur, quorum nos certissima experimenta docuerunt: vt pie, atque constanter possimus dicere, quoniam in illis & nos eruditi sumus, & quod viderunt, vidimus, & quod didicerunt, didicimus, & quod contrectauerunt, palpauius. Et ideo in passione Domini non conturbamur, quia in generatione non fallimur. Scimus etenim, dilectissimi, & toto corde profitemur, patris, & filij, & spiritus sancti, vnam esse deitatem, & substantialem sempiternae trinitatis essentiam, in nullo a se diuisam, in nullo esse diuersam, quia simul est intemporalis, simul est incommutabilis, simul quod est, esse non desinens. In hac autem ineffabili vnitae trinitatis, cuius in omnibus communi

Luc. 23.

Matth. 27.

Matth. 27.

Matth. 27.

Matth. 27.

Matth. 27.

Luc. 23.

Joan. 8.

Matth. 27.

1. Joan. 1.

Joan. 3.

nia sunt opera, atque iudicia, reparationem humani generis propriè filij persona suscepit, ut quoniam ipse est, per quem omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil, qui que plasinarum de limo terræ hominem statum vitæ rationalis animavit, idem naturam nostram ab æternitatis arce deicctam, amissâ restitueret dignitati, & cuius erat conditor, etiam esset reformator, sic consilium suum dirigens in effectum, ut ad dominationem diaboli destruendam magis videretur insititia rationis, quam potestate virtutis. Quia ergo præmi hominis vincula posteritas, vno simul vulbere sauciata corruerat, nec vlla sanctorum memoria conditionem poterat illatæ mortis euincere: venit è cælo medicus singularis, multis saepe significationibus nunciatus; & prophetica diu pollicitatione promissus: qui manens in forma Dei, & nihil propriæ maiestatis amittens, in carnis nostræ animæque natura, sine contagione antiquæ præuaticationis oriretur. Solus enim beatæ virginis natus est filius absque delicto, non extraneus ab hominum genere, nec alienus à crimine, in quo illius ad imaginem, & similitudinè Dei conditi, & perfecta esset innocentia, & vera natura, cum de Adæ propagine vnus existeret, in quo diabolus, quod suum diceret, non haberet. Qui, dum in eum sauit, quem sub peccati lege non tenuit, ius impiæ dominationis amisit. Effusus enim pro iniustis sanguinis iusti, tam potes sunt ad priuilegium, tam diues ad præcium, ut, si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum tyrannicæ vincula retinerent.

Rom. 5. Quoniam sicut ait Apostolus, vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Et cum sub peccati præiudicio nati, potestatem acceperim ad iustitiam renascendi, validius donum factum est libertatis, quam debitum seruitutis. Quam itaque in huius sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in Saluatoris nostri corpore negant humanæ substantiæ veritatem? Dicant, quo sacrificio reconciliati? quo sanguine sint redempti? Quis est, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam in odorem suauitatis? Aut quod vnquam sacrificium sacratius fuit, quam quod pontifex verus altari crucis per immolationem suæ carnis imposuit? Quamuis enim in conspectu domini multorum sanctorum pretiosa fuerit mors. Nullius tamen infantis occiso, propiciatio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederunt coronas, & de fidelium fortitudine exempla nata sunt patientiæ, non dona iustitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo funere soluit, cum inter filios hominum solus dominus noster Iesus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes etiam sunt suscitati. De quibus ipse dicebat: Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum. Fides enim vera iustificat impios, & creat infidos ad naturæ suæ tracta participem, in illo acquirit salutem, in quo se inuenit innocentem. Et quia vnus est mediator Dei, & hominum homo Iesus Christus, per communionem sui generis, ac pacem peruenit deitatis, liberum habens de eius potentia gloriam, qui contra hostem superbum, in carnis nostræ inuicem congressus, iis victoriam suam tribuit, in quibus corpore triumphauit. Cum igitur in vno domino nostro Iesu Christo vero Dei, atque hominis filio, diuinam consi-

Math. 10.

1. Timot. 1.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

temur de patre naturam humanam de matre substantiam, licet verbi Dei, & carnis vna persona sit, non vna substantia, & vtraque essentia communes habeat actiones: intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates, & synceræ fidei contemplatione cernendum est, ad quæ prouideatur humilitas infirmitatis, & ad quæ inclinatur altitudo virtutis, quid sit, quod caro sine verbo non agit, & quid sit, quod verbum sine carne non existit. Sine potentia enim verbi, nec conciperet virgo, nec pareret, & sine veritate carnis, oboluta pannis infantia non iaceret. Sine verbi potentia non adorarent Magi puerum nouo sydere declaratum, & sine veritate carnis non iuberetur puer in Ægyptum transferri, quem Herodes cupiebat occidere. Sine verbi potentia non diceret vox patris missa de cælo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Et sine veritate carnis non protestaretur Ioannes; & ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sine verbi potentia non fieret redintegratio debilium, & viuificatio mortuorum, & sine veritate carnis, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo sine verbi potentia non se dominus patri profiteretur æqualem, & sine veritate carnis non idem diceret, patrem se esse maiorem, cum catholica fides vtrumque suscipiat, vtrumque defendat, quæ secundum proprietatem diuinæ humaneque substantiæ, vnum Dei filium & hominem credit, & verbum. Multa sunt, dilectissimi, quæ ad expositionem huius, quam prædicamus, fidei de toto scripturarum corpore, possemus assumere, quia nihil sapius diuinis commendatur eloquiis, quam Dei filium secundum deitatem sempiternus ex patre, & idem secundum carnem temporalis ex matre. Sed, ne charitatis vestræ fatigaretur auditus, hodierno sermone adhibendus est modus, ut quarta sabbati, quæ sunt abiicienda, seruemus, auxiliante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, & spiritu sancto viuunt, & regnant in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE Domini, Serm. 13.

Evangelica lectio, dilectissimi, quæ sacratissimam dominicæ passionis referant historiam, ita vniuersæ Ecclesiæ nota est de communi frequenter audita, ut rerum gestarum ordinem, tanquam sub vestris habitum oculis, singuli quique recolat. Nec parum æstimandi sunt profecisse, qui de ijs, quæ audiunt, non dubitant, ut etiam si nondum siquid aliud valeant scripturarum capere sacramentum, firmissimè tamen credant, in diuinis libris nullum esse mendacium. Quia ergo synceræ fidei promissa est intelligentiæ plenitudo, erigat se ad promerendam sancti spiritus etuditionem, illuminatarum mentium vigor, & non contentus sit facti ordinem nosse, nisi etiam ipsam rationem impensa sibi pietatis inspicat: ut auctorem suum humana natura sciendo, quantum ab eo sit dilectus, plus diligat. Miserendi enim nostri causam Deus nisi in sua bonitate non habuit. Et mirabilior est secunda hominum generatio, quam prima conditio, quia plus est in nouissimis seculis reparasse Deum, quod perierat, quam à principio fecisse, quod non erat. Liberta-

tem itaque innocentie naturalis, quam primorum parentum præuaticatione perdidimus, nulla per se sanctorum præcedentium merita receperunt: quia lata in transgressores sententia, omnem progeniem captiua posteritatis obstrinxit, & nemo extitit exors à damnatione, quia nullus fuit liber à crimine. Sed redemptio saluatoris destrues opus diaboli, & rumpens vincula peccati, ita magna pietatis suæ disposuit sacramentum, ut vsque ad consummationem quidem mundi, præfinita generationum plenitudo decurreret, sed renouatio originis, per iustificationem indiscretæ fidei, ad omnia retro secula pertineret. Incarnatio quippe verbi, & occisio, ac resurrectio Christi, vniuersorum fidelium salus facta est, & sanguis vnus iusti, quem nobis pater donauit, quia eum pro reconciliatione mundi credimus sumum, hoc contulit patribus, qui similiter crediderunt fundendum. Nihil ergo, dilectissimi, ab antiquis significationibus, in Christiana religione diuersum est, nec vnquam à præcedentibus iustis, nisi in domino Iesu Christo sperata saluatio est, dispensationibus pro diuinæ voluntatis ratione variatis, sed in idipsum coruscantibus & legis testimonio, & prophetiæ oraculis, & oblationibus hostiarum, quia sic congruebat illos populos erudiri, ut quæ reuelata non caperent, obumbrata susciperent, & maior Enagelij esset autoritas, cui tot signis, totque miraculis, atque mysterijs, veteris testamenti pagina deseruissent. De quibus dominus proficebatur, quod non venerat legem soluere, sed adimplere. Non æstimet sibi prædesse Iudæus, quod in literæ carnalis superficie demoratur, & ijs scripturis conuincitur, quæ apud nos veram sui obtinent dignitatem, dum & erudimur prædictis, & ditamur impletis. Dicente enim domino: Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me, nihil legalium instructionum, nihil prophetiarum recedit figuratum, quod non totum in Christi sacramenta transierit. Nobiscum est signaculum circumcisionis, sanctificatio charismatum, consecratio sacerdotum. Nobiscum puritas sacrificij, baptismi veritas, honor templi, ut meritò cesarint nuncij, postquam nunciata venerunt. Nec vacuatur reuertentia promissionum, quia plenitudo manifesta est gratiarum. Verum, sicut ait Apostolus: Cæcitas in Israel ex parte facta est, nec qui filij carnis, ij filij sunt promissionis ineffabilis misericordia Dei Israeliticum sibi populum de omnibus nationibus fecit, & saxo illo gentilium cordium rigore mollito, veros Abrahæ filios de lapidibus excitauit: ut, conclusis omnibus sub peccato, qui carne nati sunt, spiritu renascantur, nec interis, quo patre sit quisque genitus, quum per indiscretam huius fidei confessionem, & fons baptismatis faciat innocentes, & electio adoptionis confirmet heredes. Quid enim aliud egit erux Christi, quam ut, destructis inimicitijs, & reconcilietur mundus Deo, & per sacrificium immaculati agni veram in pacem cuncta reuocentur? Non autem concordat Deo, qui ab ea, quam in regeneratione sua edidit, professionem dissentit, & diuini immemor pacti, in herere ostendit renuntiatis, dum resillire inuenitur à creditis. Frustra enim Christianam nomen sibi usurpat, & nequam æstimet se pascha domini celebrare, qui Iesum Christum in ea, qua natus est, & passus, & mortuus, & sepultus carne, resurrexisset non cre-

dit: & nostræ in illo naturæ resuscitatas primitias non fateretur. Verus itaque venerator dominicæ passionis sic crucifixum Iesum oculis cordis aspiciat, ut illius carnem suam esse cognoscat. Contremiscat in redemptoris sui supplicio terrena substantia, rumpantur infidelium mentium petreæ, & qui mortalitatis granabantur sepulchris, discussa obstaculorum mole prosiliant. Appareant nunc quoque in ciuitate sancta in Ecclesia Dei, futuræ resurrectionis indicia, & quod gerendum est in corporibus, fiat in cordibus. Nulli infirmorum crucis est negata victoria, nec quisquam est, cui non Christi auxilietur oratio. Quæ si multis in eum scientibus profuit, quanto magis eos, qui ad ipsum conuertuntur, adiuit? Sublata est ignorantia, temperata est difficultas, & igneam illam, qua vitæ regio erat inclusa, romphæa, sacer Christi sanguis extinxit. Verè lucet, atque hæc noctis celsit obscuritas. Inuitatur ad paradisi diuitias populus Christianus, & cunctis regeneratis, ad amissam patriam patefactus est reditus, si nemo sibi illam viam faciat claudi, quæ fide latronis potuit aperiri. Celebrantes igitur, dilectissimi paschalis festi ineffabile sacramentum, agnoscant, doctè te spiritu Dei, ad cuius gloriæ participationem vocati & ad quæ spem sumus ingressi. Nec ita nos nunc anxie, nunt superbe præsentis vitæ occupent actiones, ut non toto cordis affectu conformari redemptori nostro per illius exempla nitamur. Nihil enim nõ ad nostram salutem aut egit, aut pertulit, ut virtus, quæ in eam capiti, in eam etiam & corpori. Nam primum ipsa illa substantiæ nostræ in deitate susceptio; qua verbum caro factum est, & habitauit in nobis, quem hominum misericordie sue, nisi infidelem reliquit exortem? Et cui non communis natura cum Christo est, si adfumentem recipit, & eo spiritu est regeneratus, quò ille progenitus? Deinde quis in illo suis non agnoscat infirmitates? Quis perceptio nem cibi, quietionem somni, solitudinem mentis, lachrymas pietatis, nõ videat formæ fuisse seruilis? Quæ quoniam ab antiquis sanctorum vulneribus, & à colluione erat putganda peccati: ita vnigenitus Dei, etiam hominis factus est filius, ut & omni humanitatis veritate, & diuinitatis plenitudine non careret. Sicut itaque nostrum est, quod cum vnitione deitatis peperit materna virginitas, ita nostrum est; quod Iudæica crucifixit impietas. Nostrum est, quod exanime iacuit, & quod die tertia resurrexit, quodque super omnes altitudines cælorum ad dexteram patris maiestatis ascendit, ut, si per viam mandatorum eius incedimus; & si quæ in humilitate corporea nostræ impendit saluti, non etabescimus confiteri. Nos quoque in gloriæ eius consortium pronehebamus, quoniam manifestè, quod denunciavit, implebitur. Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo, qui in cælis est. Huic autem cohortationi nostræ adest, atque auxiliatur gratia Dei, quæ incarnationis Christi, & mortis, ac resurrectionis eius inimicos, reuelata per omnes Ecclesias vetitate, destruxit, ut totius mundi fideles, cum Apostolica fidei autoritate concordet vna nobiscum exultatione gauderet, dicente beato Paulo: An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum ipso per baptismum

Math. 10.

1. Timot. 1.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

1. Timot. 2.

in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destrueretur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus in Christo, credimus quia etiam simul viuemus cum illo, qui uiuit, & regnat cum patre, & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE DOMINI, Sermo 14.

GLoria, dilectissimi, dominicæ passionis, de qua nos etiam hodie locuturos esse promissimus, humilitatis maximè est miranda mysterio, quæ omnes nos & redemit, & docuit, ut unde datum est precium, inde & iustitia sumeretur. Omnipotentia enim filij Dei, quæ per eandem essentiali æqualis est patri, potuisset humanum genus à dominatu diaboli, solo imperio suæ voluntatis erueret, nisi diuinis operibus maximè cõgruisset, ut nequitia hostilis aduersitas, de eo, quod uicerat, uinceretur, & per ipsam materiam naturalis repararetur libertas, per quam generalis fuerat illata captiuitas. Dicente autem Euangelista, quod uerbum caro factum, & habitauit in nobis, & dicente Apostolo, quod Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, ostensum est, quia unigenitus summi patris tale inuit cum humana humilitate consortium, ut suscepta nostræ carnis animæ quæ substantia, unus, atque idem Dei filius permaneret, nostra augendo, non propria, quia infirmitas erat prouehenda, non virtus, ut cum suo creatore, creatura esset vnica, nihil assumpto diuinum, nihil assumpti deesset humanum. Hoc consilium misericordiæ, & iustitiæ Dei, licet in præteritis seculis, quibusdam uelaminibus fuerit obumbratum, non tamen ita obiectum est, ut sanctorum, qui ab initio usque ad aduentum domini laudabiles existerunt, intellectu negaretur, cum & prophetis uerbis, & rerum gestarum significationibus, salus, quæ in Christo erat ventura, promissa sit, quam non solum qui prædicabant, adepti sunt, sed omnes etiam, qui prædicantibus crediderunt. Vna enim fides iustificat uniuersorum temporum sanctos, & ad eandem spem fidelium pertinet, quicquid per mediatorum Dei, & hominum Iesum Christum, vel nos confitemur factum, vel patres nostri adorauerunt faciendum. Nec inter Iudæos, atque gentiles ulla est distinctio. Siquidem, sicut ait Apostolus; Circumcisio nihil est, ac præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei, quæ si cum integritate fidei seruentur, ueros Abraham filios, id est, perfectos faciunt Christianos, dicente Apostolo eodem: Quicquid enim in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus neque femina. Omnes enim unum estis in Christo. Si autem uos Christi, ergo Abraham semen estis secundum promissionem hæredes. Non ergo est dubium, dilectissimi, naturam humanam in tantam connexionem à filio Dei esse susceptam, ut non solum in illo homine, qui

1. Ioh. 1.

1. Cor. 5.

1. Ioh. 1.

Rom. 2.

1. Cor. 7.

Galat. 3.

est primogenitus totius creaturæ, sed etiam in omnibus sanctis suis vnus, idemque sit Christus, & sicut à membris caput, ita à capite membra diuidi non possunt. Quamuis enim non istius uir sit, sed æterna, ut sit Deus omnia in omnibus, tamen modo etiam templi sui, quod est Ecclesia, indiuisus habitator est, secundum quod ipse promissit dicens, Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Quibus Apostolus consonans ait; Ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare, & per eum reconciliare omnia in ipso. Iis autem, & aliis pluribus exemplis, & testimoniis quid insinuatur cordibus nostris, nisi ut per omnia ad imaginem eius renouemur, qui permanens in forma Dei, carnis peccati forma fieri dignatus est? Omnes enim infirmitates nostras, quæ ueniunt de peccato, abique peccati communione suscipit, ut & famis, & sitis, & somni, & lassitudinis, meroris, ac fletus affectionibus non careret; dolorisque saguissimos, usque ad mortis extrema pateretur, quia nemo posset laqueis mortalitatis absolui, nisi ille, in quo solo innocens erat natura omnium, sineret se interfici manibus impiorum. Unde saluator noster filius Dei, uniuersis in se credituribus, & sacramentum condidit, & exemplum, ut unum apprehenderet renascendo, alterum se querentur imitando. Hoc enim docet beatus Petrus Apostolus dicens, Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus. Sicut ergo nemo est credentium, dilectissimi, cui dona neganda sint gratiæ; ita nemo est, qui non sit Christianæ debitor disciplinæ, quia etsi remota est iustitiæ legis asperitas, uoluntariæ tamen obseruantie creuit uilitas, dicente Euangelista Ioanne; Quia lex per Moysen data est, gratia autem, & ueritas per Iesum Christum facta est. Omnia enim, quæ secundum legem, siue in circuncisione carnis, siue in diuersitatibus hostiarum, siue in sabati obseruantia præcesserunt, Christum testificata, Christi sunt gratiam prælocuta. Et ipse est finis legis, non euacuando significationes ipsius, sed implendo. Qui licet idem sit autor veterum, qui nouorum, figuratarum tamen promissionum sacramenta mutauit, quia promissa perfecit, & denunciationibus cessationem imposuit, quoniam denunciatus aduenit. In præceptis autem moralibus nulla prioris testamenti decreta reprobata, sed Euangelico magisterio multa sunt aucta, ut perfectiora, & lucidiora essent dantia salutem, quam promittentia saluatorem. Omnia igitur, quæ Dei filius ad reconciliationem mundi & fecit, & docuit, non in historia tantum præteritarum actionum nouimus, sed etiam in presentium operum uirtute sentimus. Ipse est, qui de spiritu sancto ex matre editus uirgine, in cõtaminatam Ecclesiam suam eadem inspiratione fecundat, ut per baptismatis partum, innumerabilis filiorum Dei multitudo gignatur, de quibus dicitur;

Col. 2.

1. Cor. 1.

Manu. 1.

Col. 2.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.

Phil. 2.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.

Rom. 1.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.

1. Ioh. 1.

rum; Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Ipse est, in quo semen Abraham, totius mundi adoptione benedicitur, & sit patriarcha gentium pater, dum promissionis filij, fide non caræ nascuntur. Ipse est, qui nullius gætis exceptionem faciens, de omni natione, quæ sub cælo est, unum sanctaram ouium efficit gregem, & quotidie implet, quod promiserat, dicens; Habeo altas oues, quæ nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, & fiet unum ouile, & vnus pastor. Quamuis enim beato Petro principaliter dicit; Pasce oues meas, ab uino tamen domino, ipsa omnium regitur cura pastorum, & ueniens ad petram tam letis, tamque irrisignis pascuis alit, ut innameta oues dilectionis pinguedine roborata, sicut bonus pastor dignatus est pro ouibus suis animam ponere, ita & ipse non dubitet pro nomine pastoris occumbere. Ipse est enim, qui non solum gloriosa martyrum fortitudo, sed etiam omnium renascentiam fides in ipsa regeneratione cõpatitur. Dum enim renunciat diabolo, & creditur Deo, dum in nouitatem à ueritate transit, dum terreni hominis imago deponitur, & cælestis forma suscipitur, quædam species mortis, & quædam similitudo resurrectionis interuenit, ut susceptus à Christo, Christumque suscipiens, non idem sit post lauacrum, qui ante baptismum fuit, sed corpus regenerati, hinc caro crucifixi. Hec commutatio, dilectissimi, dextra excelsi est, qui operatur omnia in omnibus, ut in singulis fidelibus, per bonæ conuersationis qualitatem, ipsum piorum operum intelligamus autorem, gratias agentes misericordiæ Dei, qui innumeris charismatum donis ita uniuersum Ecclesiæ corpus exornat, ut per multos vnus laminis radios idem ubique splendor appareat, nec possit nisi gloria esse Christi, cuiuslibet meritum Christiani. Hoc est illud uerum lumen, quod omnem hominem iustificat, & illustrat. Hoc est illud, quod erit de potestate tenebrarum, & transfert in regnum filij Dei. Hoc est, quod per nouitatem uitæ desideria animi prouehit, & concupiscentias carnis extinguit. Hoc est, quo pascha domini, in azymis sinceritatis, & ueritatis legitime celebratur, dum, fermento ueteris malitiæ abiecto, noua creatura de ipso domino inebriatur, & pascitur. Non enim aliud agit participatio corporis, & sanguinis Christi, quam ut in id, quodoluminus, transeamus, & in quo mortui, & sepulti, & conresuscitati sumus, ipsum per omnia & spiritum, & carne gettemus, dicente Apostolo; Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Cui enim Christus apparebitis in gloria, qui cum patre, & sancto spiritu uiuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE DOMINI, Serm. 15.

Sermonem, dilectissimi, de gloriosa domini nostri Iesu Christi passione promissum, ita expectationi uestræ intelligo esse reddendam, ut officium disserendi & festo paschali conueniat; & ausibus impij erroris occurrat. Qui enim Dei fi-

lium ueram nostræ carnis negant suscepisse naturam, inimici sunt fidei Christianæ, & Euangelicam prædicationem inuis impudenter impugnant, ut secundum ipsos crux Christi, aut simulatio fuerit phantasmatis, aut supplicium Deitatis. Quod à cordibus piorum longe est repellendum, quia catholica integritas, nec maculæ perfidie, nec rugam posset habere mendacij, qui unum Christum, sicut Deum, sic hominem confiteretur, ut nec falsum hominem, nec Deum dicat fuisse passibilem. Quamuis ergo ab illo initio, quo in uero uirginis uerbum caro factum est, nihil unquam inter diuinam, humanamque substantiam diuisionis extiterit, & per omnia incrementa corporea vnus persona fuerit totius temporis actiones, in ipsa ratæ, quæ inseparabiliter facta sunt, nulla permutatione commutauimus. Sed quid cuius naturæ sit, ex operum qualitate sentimus; nec enim diuina humanis prædicant, nec humana diuinis, cum ita in idipsum utraque concurrant, ut in eis nec proprietas assumatur, nec persona geminetur. Transcursus igitur iis, quæ passionem domini præcesserunt, quid documentorum habeat sacramentum paschale tractemus. Nam ex arde fœtente ad effectum sui sceleris uentura iudæorum, cum Deus esset in Christo mundum reconcilians sibi, multum in templo corporis eius, nisi ipse permitteret, potuisset inferri. Siquidem terribilis militum cohors illa, & à principibus, & Phariseis cum gladiis; & fustibus missa multitudo; ita uia domini uoce percussa est, ut, cum turbæ dixissent, Iesum se querere Nazarenum, & ipse respondisset, ego sum, nemo eorum subsisteret, sed omnes, simul amisso membrorum officio, retrorsum acti, elisi que corruerunt. In quo utique diuinæ potestatis erat iudicium, quæ impiorum conatus, non armis contrariis, neque uilius creaturæ potentis auxilio, sed sola uerbi uirtute præstermeret. Quia uero saluando humano generi alterius operis ratio cõgebatur, nec posset sanguis Christi, precium credentium fieri, si redemptor se non sineret comprehendere, admittit in se impias manus, & cohibita est potètia deitatis, ut perueniret ad gloriam passionis. Cuius uirtute inanis fuisset species, & nulli profutura imago tolerantia, nisi uera diuinitas ueris se humane carnis sensibus induisset; ut vnus Dei, atque hominis filius, aliunde intemerabilis, aliunde passibilis, mortale nostrum per suum immortale renouaret. Et ideo mœstitudine, ideo formidine non carebat, ut ad euincendas huius mundi perturbationes, non solum nos sacramento susceptionis, sed etiam exemplo fortitudinis roboraret. Nam iniusta uideretur eius ad patientiam cohortatio, cui nulla esset in nostra infirmitate communitio. Veras autem domini passiones Etaias propheta ipsius uoce pronunciat, dicens; Dorsum meum dedi in flagella, & maxillas meas in palmas, uultum autem non auerti à confusione sputorum. Quod itaque uerbi caro patiebatur, non uerbi pena erat, sed carnis, cuius iniuria, atque supplicia, etiam ad impassibilem redundabant, ut merito ei dicantur illata, quæ in ipsius sunt corpus admissa, dicente Apostolo; Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Obsecari enim Iudæi malitia sua, in quod prorupissent facinus, nesciebant. Unde misericors dominus Iesus, qui etiam interfectores nos

1. Ioh. 1.

1. Cor. 5.

1. Ioh. 18.

1. Ioh. 1.

Esa. 50.

1. Cor. 2.

suos vellet sua morte saluare, pro ignorantia fauientium, de crucis altitudine supplicabat, dicens; **Luce. 22.** Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Nec intellectu enim cordis, nec auditu auris, nec oculorum intuitu sentiebant, quem falsis testimoniis appetissent, quem affigi patibulo coegissent, dum in corpore hominis non agnoscent substantiam deitatis. Viderunt humilem, & non adorauerunt vniuersitatis autorem, nec intellexerunt potestatem iudicari, despicientes mansuetudinem iudicati: vt persecutores veri Dei, & negatores veri hominis, vna impietas sociaret, dum serui formam in Christo, & Iudaei æstimant solam, & hæretici asserunt falsam. Dicant ergo isti phantastici Christiani, quæ substantia saluatoris affixa sit ligno, quæ iacuerit in sepulchro, & reuoluto monumento lapide, quæ tertia die caro resurrexerit, vel quale corpus Iesus discipulorum visui, clausis ad eos ostiis ingressus, intulerit, cum ad abigendum cernentium diffidentiam, inspicere oculis, digitisque tractari, patentes adhuc fixuras clauorum, & recens compuncti lateris vulnus exegerit. At si tanta in luce veritatis, tenebras suas hæretica obduratio non relinquit, ostendant, vnde sibi spem vitæ polliceantur æternæ, vnde resurrectionis Christi se credant esse consortes. Non enim possunt cum Apostolo dicere; Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium, quia non sunt primitiæ hominum, si non sunt de humanæ stirpe, naturæ. Qui enim primus hominum resurrexit, eius plenitudinis est portio, quæ præcessit: & pie creditur hoc, quod est in capite inchoatum, in membris quoque esse complendum. **1. Cor. 15.** Quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Amplectentes igitur, dilectissimi, Christianæ spei vnicum pignus, nõ diuellamur à compage corporis Christi, in quo habitat, sicut Apostolus ait, omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis repleti in illo. Nam, cum incorporea sit substantia Dei, quomodo corporaliter in Christo habitat, nisi quia caro nostri generis, facta est caro deitatis, & in illo sumus Deo repleti, in quo crucifixi, in quo sepulti, in quo sumus etiam suscitati, vt, possimus cum Apostolo dicere; Nostra autem conuersatio in cælis est? Vnde etiam expectamus saluatorem dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ conforme fieri corpori gloriæ suæ, viuens, & regnans cum patre, & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE domini, Serm. 16.

Semper quidem, dilectissimi, fidelium mentes in diuinorum operum decet admiratione versari, & rationales animos iis maximè cogitationibus inhærare, per quas incrementum fidei consequantur. Cum enim pia cordis intentio, vel ad generalia beneficia, vel ad specialia ipsius gratiæ dona dirigitur, multas à se vanitates abigit, & à corporalibus curis in quoddam secretum spirituale secedit. Sed hoc in tempore dominicæ passionis, multo auidius, excellentiusque faciendum est, vt ea, quæ sunt factis lectionibus recensita, sanæ intelligentiæ suscipiantur auditu, & quæ magna sunt verbis, appareant maiora mysteriis. Pri-

ma nanque erigedi sursum nostri cordis est ratio, quod ea etiam, quæ Euangelica veritas enarrauit, voces prophetice non tanquam gerenda, sed tanquam gesta cecinerunt. Et quod humanæ aures nondum cognouerant faciendum, iam spiritus sanctus prædicabat impletum. Nam rex David, cuius secundum hominem semen est Christus, diem crucis domini mille & plus quàm centum annorum ætate præcessit: & nihil eorum suppliciorum, quæ sibi memorat illata, perpessus est. Sed, quia per os eius ille loquebatur, qui carnem passibilem ex ipsius stirpe erat sumpturus, merito sub ipsius persona præmittitur historia crucis, qui in se gerebat corpoream originem saluatoris. Verè enim David in Christo est passus, quia vere Iesus in David carne est crucifixus. Cum ergo omnia, quæ in Christum Iudæica admisit impietas, tanto ante prædicta sint, vt non tam de futuris quam de presentibus propheticus sit sermo contextus, quid aliud nobis, quam sempiternarum dispositionum Dei commutabilis ordo referatur, apud quem & discernenda iam diiudicata, & futura iam facta sunt? Cui enim & qualitates actionum nostrarum, & affectus omnium voluntatum, scientia diuina præueniat, quanto magis Deo nota sunt opera sua? Et rectè placuit, quasi facta recoli, quæ non poterant omnino non fieri. Vnde & Apostoli spiritui Dei pleni, cum inimicorum Christi minas, sciuitiamque patrentur, cõcordi ad Deum voce dixerunt; Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus puerum tuum Iesum, quem vnixisti, Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Israel facere, quæ manus tua, & cõsiliium tuum decreuerunt fieri. Nunquid iniquitas persequentium Christum ex Dei est orta consilio: & illud facinus, quod omni maius est crimine, manus diuinæ præparationis armauit? Non hoc planè de summa iustitia sentiendum est, quia multum diuersum, multumque contrarium est, id quod in malignitate Iudæorum est præcognitum, & quod in Christi est passione dispositum. Non inde processit voluntas interficiendi, vnde moriendi, nec de vno exiit spiritus atrocitas sceleris, & tolerantia redemptoris. Non enim impias furentium manus immisit in se dominus, sed admisit, nec præsciendo, quod faciendum esset, coegit vt fieret, cum tamen ad hoc carnem suscepisset, vt fieret. Denique inter crucifixum, & crucifigentes tam dispares causæ sunt, vt, quod à Christo susceptum est, non possit resolui, quod ab illis commissum, possit aboleri. Qui enim venit peccatores saluos facere, nec ipsis quidem interfectoribus suis misericordiam denegauit, sed impiorum malum, in bonum credentium commutauit: vt mirabilior fieret gratia Dei, non secundum merita hominum, sed secundum multitudinem diuinitarum sapientia, & scientiæ Dei misericorditer preparata, quando & ipsos, qui fuderant sanguinem saluatoris reciperet vnda baptismatis. Nam sicut scriptura, quæ Apostolorum actus continet, loquitur, Cum prædicatio beati Petri Apostoli, Iudæorum corda compungeret, & agnita impietate sui sceleris dicerent, quid faciemus, viri fratres? idem Apostolus ait: Pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum spiritus sancti. Vobis est enim facta repromissio, & filiis vestris, & omnibus, qui longe sunt, quos-

cunq; adorauerit dominus Deus noster. Moxq; addidit scriptura, & dixit; Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt, & appositæ sunt in illo die animæ circiter tria millia. Quod itaq; dominus Iesus Christus furorem frementium pati voluit in nullo autor eorum criminum fuit. Nec egit, vt hæc vellent, sed cessit, vt possent, & hic vltus est obsecrat plebis insania, quomodo & perfidia traditoris, quem ab immanitate cocepti sceleris, & beneficiis est reuocare dignatus, & verbis, assumendo in discipulum, prouehendo in Apostolum, monendo signis, consecrando mysteriis, vt cui nihil beneuolentiæ desset ad correctionem, nihil occasionis superesset ad crimen. Sed tu impiissime homo, semè Chanaan, & non Iudæa, nec iã vas electionis, sed filius perditionis, & mortis, vtiliora tibi diaboli incitamenta credebas: vt facibus inflammatus auaritiæ, ad triginta argenteorum lucrum inardesceres, & quid diuitiarum amitteres, non videres. Nam etsi putabas credendum esse promissis, quæ fuit ratio, vt tantillum pecunie modus præponeretur acceptis? Imperabas demoniis, & medebaris infirmis, honorabaris cum Apostolis, & vt finem tuæ cupiditatis, expleres, parebāt tibi furta de loculis. Sed animus interdictorum admonitur, quod minus licuit, amplius incitauit, nec tam placuit quantitas precij, quam magnitudo peccati. Vnde facinus commercij tui non ideo detestandum est, quia dominum vilitate æstimasti, sed quia redemptorem etiam tuum, ne tibi parceres, vendidisti. Et meritò tibi tua poena est commissa, quia in supplicium tuum nemo te scitior potuit inueniri. Quod igitur in tempore præfinito, secundum propositum voluntatis suæ Iesus Christus crucifixus, & mortuus, & sepultus est, non proprie conditionis necessitas, sed nostræ captiuitatis redemptio fuit. Ideo enim verbum caro factum est, vt de vtero virginis sumeretur natura passibilis, & quod in filium Dei perpetrari non potuit, in filium hominis posset admitti. Nam licet in ipso ortu coruscarent in eo signa deitatis, & omnia incrementa corporalium prouectuum diuini essent plena miraculis: infirmitatum tamen nostrarum suscepit veritatem, & excepta communione peccati, nihil à se humanæ infirmitatis excluderat, vt & sua nobis inderet, & in se nostra curaret. Ab omnipotenti enim medico duplex nobis miseris remedium preparatum est, cuius aliud est in sacramento, aliud in exemplo, vt per vnum conferantur diuina, per aliud erigantur humana. Quia sicut Deus iustificationis est autor, ita homo deuotionis est debitor. Per hanc ergo, dilectissimi, salutis nostræ ineffabilem reparationem, nec superbiæ nobis, nec desidiæ locus relinquitur, quia nihil habemus, nisi quod accepimus, & iugiter admonemur, vt dona gratiæ Dei, non negligenter habeamus. Iustè enim nobis instat præcepto, qui præcurrit auxilio, & benignè incitat ad obedientiam, qui ducit ad gloriam. Vnde meritò dominus ipse nobis factus est via, quia nisi per Christum nõ itur ad Christum. Per ipsum autem ad ipsum tendit, qui per semitam patientiæ, & humilitatis eius incedit, in quo planè itinere, nec æstus deest laboris, nec nubes tristitiæ, nec procella formidinis. Ibi sunt insidie iniquorum, persecutiones infidelium, minæ potentium, contumeliæ superborum, quæ dominus virtutum, & rex gloriæ ideo omnia infirmitatis no-

stræ forma, & in carnis peccati similitudine percurrit, vt inter presentis vitæ pericula, non tam oprandū sit nobis declinando ista effugere, quam tolerando superare. Inde est, quod caput nostrum dominus Iesus Christus, omnia in se corporis membra transformans, quod olim in psalmo eructauerat, id in supplicio crucis sub redemptorum suorum voce clamabat; Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? Vox ista, dilectissimi, doctrina est, non querela. Nam cum in Christo Dei, & hominis vna persona sit; nec ab eo potuerit relinqui, à quo non poterat separari, pro nobis trepidis, & infirmis interrogat, cur caro pati metuens exaudita non fuerit. Instante enim passione, ad sanandum, & corrigendum nostræ fragilitatis metum dixerat; Pater; si possibile est, transeat calix iste à me. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et iterum; Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Qui ergo trepidatione carnis euicta, iam ad paternam transierat voluntatem, & toto mortis terrore calcato, opus suæ constitutionis implebat, cur in ipso tantæ victoriæ exaltatus triumpho, causam, & rationem, qua sit relictus, id est, non exauditus, inquit, nisi vt ostendat alium esse illum affectum, quem ad humanæ formidinis excusationem recepit, alium illum, quem ex æterno placito patris pro mundi reconciliatione prælegit? Vnde ipsa vox non exaudiri, magni est expositio sacramenti, quod nihil humano generi conferret redemptoris potestas, si quod precebat, nostra obtineret infirmitas. Hæc hodie, dilectissimi, ne vos prolixitate sermonis oneremus, dicta sufficiant. Cætera in quartam sabbati differamus. Aderit dominus orantibus nobis, vt, qui soluenda promittimus, ipso largiente reddamus, qui viuuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE domini, Serm. 17.

Sermo proximus, dilectissimi, cuius vobis promissam restituere cupimus portionem, in id differendi ratione processerat, vt de illa clamantis ad patrem crucifixi domini vocè loqueremur, ne simplex, & incuriosus auditor ita acciperet verba dicentis; Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? tanquam fixo Iesu in crucis ligno, paternæ ab eo deitatis omnipotentia recessisset, cum in tantam vnitatem Dei, & hominis natura conuenerit, vt nec supplicio potuerit dirimi, nec morte disungi. Manente enim in sua proprietate vtraque substantia, nec Deus reliquit sui corporis passionem, nec Deum fecit caro passibilem, quia diuinitas, quæ erat in dolente, non erat in dolore. Vnde secundum verbi, hominisque personam, id est, qui factus est inter omnia, & per quem facta sunt omnia. Idem est, qui impiorum manibus comprehenditur, & qui nullo sine contuditur. Idem est, qui clavis configitur, & qui nullo dolore fauciatur. Idem postremo est, qui mortem subit, & sempiternus esse non desit, vt vtrumque signis non dubiis manifestetur, quod vera sit in Christo humilitas, & vera maiestas, quia ideo se humanæ infirmitati virtus diuina conferuit, vt, dum Deus sua facit esse, quæ nostra sunt, nostra faceret esse, quæ sua sunt. Non ergo aberat à patre filius, nec à filio

Ioan. 2.0.
Luce. 2.4.

2. Cor. 15.

Ibidem.

1. Cor. 15.

Coloss. 2.

2. Thimo. 3.

Rem. 1.
Matth. 1.

2. Cor. 15.

Act. 4.

Iude. 2. 4.
esse iusticiam
thron.

Matth. 1.

1. Cor. 4.

Matth. 14.

Matth. 1.

filio pater, & illa deitas incommutabilis, & inseparabilis Trinitas, nihil sui poterat se habere distinctum. Quamvis enim suscepta incarnationis dispensatio, ad vnigenitum Dei filium proprie pertinere, sic tamen pater non abiungebatur à filio, quemadmodum caro non diuidebatur à verbo. Ideo ergo Iesus voce magna clamabat dicens; quare me dereliquisti; vt notum omnibus faceret, quare oportuerit cum non erui, non defendi, sed scruentium manibus derelinqui, hoc est, saluatorem mudi fieri, & omnium hominum redemptorem, non per miseriam, sed per misericordiam, nec amissione auxilij, sed definitione moriendi. Quæ vero illic vitæ intercessio sentienda est, vbi anima & potestate est emissa, & potestate renocata? Dicit enim beatus Apostolus, quod pater filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Et iterum dicit; Quoniam Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret. Vnde tradi dominum passioni, tam fuit paternæ quam ipsius voluntatis, vt enim non solum pater relinqueret, sed etiam ipse se quadam ratione desereret, non trepida discessione, sed voluntaria cessione. Continuit enim se ab impiis crucifixi potestas, & vt dispositione vretetur occulta, vt noluit virtute manifesta. Nam qui mortem, & mortis authorem sua venerat passione destruere, quomodo peccatores saluos faceret, si persecutoribus repugnaret? Iudæorum igitur hoc fuerat, dilectissimi, vt Iesum crederent à Deo relictum, in quem tanto scelere scruere potuissent, qui sacramentum mirabilis patientiæ nescientes, sacrilega elusione dicebant; Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Non vestra cæcitas arbitrio, stulti scribæ, & impij sacerdotes, ostendenda erat potentia saluatoris, nec secundum preces blasphemantium linguarum humani generis redemptio debebat omitti, cum, si deitatem filij voluissetis agnoscere, innumera opera eius videretis; quæ vos ad eam, quam fallaciter promittitis fidem, confirmare debuerint. Si autem, vt ipsi profitemini, verum est, quod alios saluos fecit, cur illa vos, & tanta miracula, quæ sub publico facta sunt conspectu, in nullo cordis vestri duritiam, molliuerunt, nisi quia ita semper sancto spiritui restitistis, vt omnia vobis beneficia Dei in perniciem verteretis: Nam etiam si descenderet Christus de cruce, vos tamen hereretis in crimine. Spreta ergo sunt vanæ insultationis opprobria; & misericordiam domini perditam, & colapsam reparantem, nullæ contumeliæ, nullæ conuitia à sui via propositi remouerunt. Offerebatur enim Deo pro salute mundi, hostia singularis, & occiso Christi veri agni per tot secula prædicata, promissionis filios in libertatem fidei transferebat. Confirmabatur quoque testamentum nouum, & Christi sanguine æterni regni scribebantur heredes. Ingrediebatur summus pontifex sancta sanctorum, & ad exorandum Deum immaonatus sacerdos per velum sanctæ carnis intrabat. Denique ad eum tunc à lege ad Euangelium, à synagoga ad Ecclesiam, à multis sacrificijs ad vnâ hostiam, quæ Deus est, eundemque facti translationis, vt emittente spiritum domino, velum illud mysticum, quod templi penetralia, sanctumque secretum suo intercludebat, obiectum à summo vsque ad imum subita scinderetur. Quoniam figuras veritas

Matth. 27.

Rom. 8. Ephes. 5.

Matth. 27.

Hebr. 9.

Matth. 27.

auferebat, & superflui erant nuncij sub presentia nuntiatum. Adieceratur iis elementorum omnium tremenda commotio, & auctoribus crucis Christi, ipsa se naturæ officia subtrahebant. Cumque custos supplicij Centurio territus iis, quæ viderat, diceret; Vere filius Dei erat homo iste, impietatem tamen Iudaicam, monumentis, & petris omnibus duriores, nulla prodit mitigasse compunctio, vt appareat paratiore ad intelligendum filium Dei tunc fuisse Romanos milites, quam Israeliticos sacerdotes. Quia ergo Iudæi omnium sacramentorum sanctificatione priuati, lucem sibi in tenebras, & in luctum festa verterunt, nos, dilectissimi, effusam super omnes gentes gratiam Dei, procliuibus corporibus, atque animis adoremus, obsecrauerunt misericordem patrem, & diuitem redemptorem, vt de die in diem, auxilio eius adiuti, omnia huius vitæ pericula possimus effugere. Adest enim callidus vbique tentator, & nihil vacuum à suis relinquit insidiis. Cui auxiliante misericordia, quæ nobis inter omnia aduersa præterditur, fideli semper est constantia resistendum, vt quamuis impugnare non desinat, neminem tamen, quem expugnet, inueniat. Prosumt omnibus, dilectissimi, religiosè celebrata ieiunia, & continentia vitæ, quam à inimicis, & corporibus probauimus congruentem; nullis corruptur excessibus. Quæ enim ad sobrietatem, & parsimoniam pertinent, ideo diligentius in iis sunt celebrata diebus, vt de breui studio in longam consuetudinem mitterentur, & siue in operibus misericordie, siue in studio parimonie, nullum à fidelibus vacuum tempus habeatur, quoniam utique in accessu dierum, & cursu temporum, licet debemus facere operum, non damna meritorum. Pius autem studij, & religiosi animis aderit misericordia Dei, vt quod fecit concupiscenti, faciat obtineri: qui viuunt, & regnant in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE domini, Serm. 18.

Magnitudo quidem, dilectissimi, ineffabilis sacramenti, ita humanæ intelligentiæ altitudinem, & totius vincit eloquij facultatem, vt & excellentissimis ingenijs, & facundissimis linguis, sublimior sit triumphus dominicæ passionis. Sed gaudendum nobis potius, quam erubescendum est, quod tantæ superat materiam dignitate, de qua nemo humiliter scripsit, quam qui putauit non suffecisse, quæ dixit. Non ergo superfluo prædicatus, nec de rebus diuinis loquenti, carnalium aurium sunt timenda fastidia, tanquam despectui sint futura, quia crebro cognoscuntur iterata, cum hoc maxime ad Christianæ fidei pertinet soliditatem, vt secundum Apostolicam doctrinam id ipsum prædicemus omnes, & simus perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Infidelitas quippe, quæ omnium est mater errorum, in multis opinionibus, quas arte dicendi necesse habet colorare, distrahitur. Veritatis autem testificatio, nisi quæ à sua luce discedit, & quod aliis minus, aliis amplius micat, non varietas facit luminis, sed infirmitas contemplationis: Cui secundum supernæ illuminationis auxilium, etiam meo sermone famulandum est, vt, quoniam Dei agricultura,

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

Rom. 8.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

rura, Dei ædificatio estis, ipse & dispensanti, & accipienti tribuat sufficientiam, qui largitionum suarum iustam exigere nouit usuram. Decurso igitur, dilectissimi, textu Euangelicæ lectionis, quam de gloria crucis Christi intento accepistis auditu, omnia vobis diuinorum eloquiorum mysteria patefacta sentite, & quicquid sub propheticiæ testificationibus vmbra veteris testamenti velabat, in sacramento passionis dominicæ manifestum esse gaudete. Ideo enim sacrificiorum varietates, & purificationum differentiæ destiterunt, ideo mandatum circumcisionis, ciborum discretio, ocium sabbati, & paschalis agni cessauit occisio, quia lex per Moysen data est, gratia autem, & veritas per Iesum Christum facta est. Præcesserunt figura, vt sequeretur effectus, & in aduentu rerum nuntiarum, finita sunt officia nuntiorum, sic reconciliatione humani generis temperata, vt salus, quæ in Christo est, nullis seculis huius eadem iustificatione defuerit, & ad hoc dilacionum profecerit ratio, vt, quæ diu credita sunt, antequam fierent, incunctanter honorarentur. Nam, cum virtus fidei in iis, quæ visui non subiacent, constituta sit, indulgentius nobiscum egit doctrina celestis, quos in hæc mundi tempora distulit ad intelligentiæ facultatem, vt multo pluribus quam priores, & vatibus vteremur, & testibus. Quod ergo nobis de passione domini Iesu Christi sacra, & digito Dei scripta Evangelia protestantur, sine nullo hæsitacionis accipite, & rerum gestarum ordinem tam habetote manifestum, quam si omnia corporeo & visu attingeretis, & tactu. Vera in Christo deitas, & vera credatur humanitas. Ipse est caro, qui verbum, & sicut vnus cum patre substantia, ita vnus cum matre nature. Non geminatus persona, non confusus essentia, potestate impassibilis, humilitate mortalis, sed veraque sic vnus, vt & virtus glorificare posset infirmitatem, & infirmitas non valeret obscurare virtutem. Comprehendi se à persecutoribus paritur, qui continet mundum, & eorum manibus necitur, quorum corde non capitur. Iustitia non resistit iniustis, & cedit veritas testimonij falsitatis, vt manens in forma Dei, formam impleat serui, & veritatem corporeæ natiuitatis confirmaret sanctitiam corporeæ passionis. Sed hanc vnigenito Dei subire, & perpeti, non conditio necessitatis, sed misericordie ratio fuit, vt de peccato damnaret peccatum, & diaboli opus de opere diaboli solueretur. Inimicus enim humani generis mortificatus in ipsa origine vniuersitati lethale vulnus intulerat, nec poterat declinare ius ferreum deditur seminis, captiua progenies. Vnde cum in tot generationibus mortali sibi lege subiectis, vnus videret inter hominum filios, cuius virtutem super omnes totius temporis sanctos miraretur, excellere, securum se fore credidit de perpetuitate sui iuris, si nulla iustitiæ merita scire potuissent superare vim mortis. Famulis itaque suis, & stipendiariis vehementius incitatis, in præiudicia suam scruauit, & dum putat aliquid sibi debere, quem potuisset occidere, non vidit libertatem singularis innocentie, similitudinem persequendo nature. Non autem errabat in genere, sed falsebatur in crimine. Adam enim primus & Adam secundus, vnus erant carne, non opere, & in illo omnes moriuntur, in isto omnes viuificabuntur. Ille per superbiam cupiditatem iter fecit ad miseriam, hic

per humilitatis fortitudinem viam parauit ad gloriam. Vnde ipse dicit: Ego sum via, veritas & vita. Via scilicet in forma conuersationis iustæ, veritas in expectatione rei certæ, vita in perceptione felicitatis æternæ. Hoc magnæ pietatis sacramentum dilectissimi, sicut Iudaica impietas, ita diabolica superbia nesciebat. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Sed quia hostem humani generis latebat consilium misericordie Dei: & opposito carnis velamine, Deus in Christo mundum reconcilians, tegebatur, perlitit in eum furere, in quo nihil suum poterat inuenire. Nam & malignitatis eius hoc magis potuisset prodesse, si parceret, & se ab effusione eius sanguinis abstineret, per quem omnium soluenda erat captiuitas, & reparanda libertas. Sed lucem tenebræ non comprehenderunt, nec mendax cæcitas sapientiam veritatis potuit inspicere. Tenuit itaque disposita mansuetudo patientiam, & cohibita famulantiæ sibi angelicarum virtute legionum, hausit calicem doloris & mortis, totumque supplicium transtulit in triumphum. Vixi sunt errores, ubi actæ sunt potestates, accipit nouum mundus exordium, vt damnata generatio non obesset, quibus saluandis regeneratio subueniret. Transferunt vetera, & ecce facta sunt omnia noua, vt vniuersorum in Christo credentium, & in sancto spiritu renatorum, per ipsum & cum ipso vna esset passionis societas, & resurrectionis æternitas, dicente Apostolo: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. In hac igitur spe, dilectissimi, constituti, omnes diaboli caute versutias, qui non solum per carnis concupiscentias, & per corporeas tantum insidiatur illecebras: sed inrer ipsa quoque femina fidei, spargens zizania falsitatum, veritatis sudet violare culturam, vt quos non potuerit corrumpere malis actibus, impijs subuertat erroribus. Fugite ergo mundanæ argumenta doctrine, & vitæ hæreticorum vitæ colloquia. Nihil vobis commune sit cum eis, qui catholice aduersantes fidei, solo sunt nomine Christiani. Nō enim templum spiritus Dei, nec membra sunt Christi, sed falsis opinionibus implicati, tot species habent diaboli, quot simulachra mendacij. A quibus malis per dominum Iesum Christum, qui & via & veritas & vita est, liberari, omnes vitæ istius tentationes & pralia cum fidei exultatione toleremus. Si enim compatimur, & conregnabimus. Quod præmium non eis tantum paratum est qui pro nomine domini impiorum sanctitiam sunt perempti, quoniam vniuersitas Deo seruientium, Deoque viuentium, sicut in Christo est crucifixa, ita est in Christo coronanda: illis quidem in omni gloria præcellentibus, qui terribiles mortes, & sæua tormenta, vsque ad exhalationem spiritus tolerando superauerunt, sed etiam iis sublequentibus, qui auaritiæ cupiditatem, superbiam elationem, desideriaque luxuriæ, carnis suæ mortificatione vicerunt. Vnde merito Apostolus ait, quod omnes, qui pie volunt viuere in Christo, persequutionem patientur. Cuius utique non est extraneus, qui non est pietatis alienus. Paschalem enim festiuitatem solenniter agit, qui non in fermento veteris malitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis operatur. Nec in Adam primo, sed in 1. Tim. 2. Bibl. Hom. tom. 2. Y Y y Adam

1. Tim. 2.

1. Cor. 5. 1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

1. Cor. 5.

Coloss. 3.

1. Tim. 2.

Rom. 8.

1. Tim. 3.

1. Cor. 5.

Philip. 2.

1. Tim. 2.

Adam viuit secundo, membrum scilicet factum corporis Christi, qui cum esset in forma Dei, forma serui dignatus est fieri, ut in vno mediatore Dei, & hominum homine Iesu Christo, & plenitudo maiestatis diuinae, & veritas naturae esset humanae. Quam nisi verbi diuinitas in sua persona recipere vnitatem, nec regeneratio esset in aqua baptismatis, nec redemptio in sanguine passionis. Sed quia in sacramento incarnationis Christi, nihil falsum, nihil accepimus figuratum, non frustra nos & cum moriente mortuos, & cum resurgente credimus suscitatos, manente ipso in nobis, qui operatur omnia in omnibus, viuens cum patre, & sancto spiritu, regnansque in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE PASSIONE domini, Serm. 19.

Sacram dilectissimi, dominicae passionis historiam, Evangelica, ut moris est, narratione decurram, ita omnium vestrum arbitror inhassisse peccatoribus, ut vnique audientium, ipsa lectio, quaedam facta sit visio. Habet enim hanc potentiam fides vera, ut ab iis mente non desit, quibus corporalis praesentia interesse non potuit, & siue in praeteritum redeat, siue in futurum se cor credentis extendat, nullas sentiat moras temporis cognitio veritatis. Adest ergo sensibus nostris imago rerum pro nostra salute gestarum, & quicquid tunc discipulorum perstrinxit animos, nostros quoque tangit affectus, non quod aut tristitia deprimamur, aut seuitia furoribus ludaeorum terreamur, cum etiam eos, quos illius tempestatis magnitudo conculsit, ad inquietam constantiam resurrectionis domini, ascensioque progrexerit. Sed quia cum in cogitationem venit, quales tunc Hierusalem populi, & quales fuerint sacerdotes, magno accipiamus cum tremore mentium tantum facinus impiorum. Quamuis enim ad salutem humani generis pertineret passio saluatoris, & aeternae mortis vincula temporali sint domini dirupta morte, aliud tamen crucifixi patientia, aliud crucifigentium egit infania, nec ad eosdem rerum exitus misericordia, & ira tendebat, cum per eiusdem sanguinis effusionem Christus solueret mundi captiuitatem, Iudaei interficeret omnium redemptorem. Obdurauit enim carnalem Israel malignitas sua, & nihil ei legis reificatio, nihil mysteriorum imagines, nihil prophetarum oracula profuerunt: cum pascha domini tot seculis celebratum, in eo Ioannes doceret impletum, de quo publica protestatione dicebat; Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Repugnat iniquitas iustitiae, caecitas luci, mendacium veritati, sed de seuitia obliuiscunt, de scelere crudelium obtinuit Iesus aeternae dispositionis effectum, & ita humano generi sua morte consuluit, ut sacramentum salutis, etiam ipsis persecutoribus non negaret. Qui venerat vniuersis credentibus omnia peccata dimittere, a generali indulgentia nec Iudaicum voluit crimen excludere. Quorum itaque perfidiam detestamur, eorumdem fidem, si conuertantur, amplectimur, & imitantes misericordiam domini, qui pro eis, a quibus erat crucifixus, orabat; nos quoque cum beato Paulo Apostolo nostras iungimus preces, & ut ille populus

miseritiam consequatur, optamus, ob cuius offensionem, gratiam recollectionis accepimus. Quoniam, sicut ait magister gentium: Conclafit Deus omnia in credulitate, ut omnium misericordiam. Quid autem illud fuit, quod & Iudaeis intellectum abstulit, & sapientium mundi corda turbauit, nisi crux filij Dei, quae & philosophia euanescere prudentium, & Israeliticam fecit caligare doctrinam? Omnem namque sensum humanam mentis excessit diuini altitudinis consilij, complacuit Deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes, ut mirabilior fieret constantia fidei ex difficultate credendi. Inconsequens enim, & irrationabile videbatur, recipere animo, quod creatorem omnium naturarum, in substantia veri hominis, virgo intemerata peperisset, quod aequalis patri filius Dei, qui implet omnia, & contineret vniuersa, furentium manibus comprehendi, iniquorum iudicio condemnari, & post de decus illusionum, cruci se permisisset affigi. Sed in iis omnibus simul sunt, & humilitas hominis, & celsitudo deitatis, nec misericordiae ratio maiestatem miserentis obscurat: quia de ineffabili potentia factum est, ut, cum homo verus est in Deo inuolabilis, & Deus verus est in carne passibilis, conferretur homini gloria per contumeliam, incorruptio per supplicium, vita per mortem. Nisi enim verbum caro fieret, & tam solida consisteret vnitas in vtraque natura, ut a suscipiente susceptam, nec ipsum breue mortis tempus abingeret, nunquam valeret ad aeternitatem redire mortalitas. Sed adfuit nobis in Christo singulare praesidium, ut in natura passibili, mortis conditio non maneret quam impassibilis essentia receperat, & per id quod non poterat mori, posset id, quod mortuum erat, suscitari. Huic sacramento, dilectissimi, ut inseparabiliter congruamus, magna nobis, & animi, & corporis intentione nitendum est, ut, cum grauissimi sit periculi festum paschale negligere, periculosus sit Ecclesiasticis quidem conuentibus iungi, sed in dominicae passionis consortio non haberi. Nam dicente domino, Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus: Et dicente Apostolo, Si compatimur, & conregnabimus: quis vere Christum passum, mortuum, & resuscitatum colit, nisi qui cum ipso patitur, moritur, & resurgit: Et haec quidem in omnibus Ecclesiae filiis ipso iam regenerationis sunt inchoata mysterio, ubi peccati interitus, vita est renascentis, & triduanam domini mortem imitatur trina demersio, ut, dimoto quodam agere sepulchra, quos veteres suscipit sinus fontis, eosdem nouos edat vnda baptismatis. Sed implendum est nihilominus opere, quod celebratum est sacramento, & natis de spiritu sancto, quantumcunque superest mundani temporis, non sine crucis susceptione ducendum est. Quamuis enim forti, & crudeli tyranno per potentiam crucis Christi vasa antiquae depradationis erepta sint, & dominatio principis mundi a redemptorum sit eiecit corporibus in fidiari tamen etiam iustificatis eadem malignitas perseuerat, & multis modis eos, in quibus non regnat, impugnat, ut, si quas animas negligentes, imprudentesque repererit, seuioribus eas laqueis rursus inneat, & a paradiso Ecclesiae raptas, in consortium suae damnationis inducat. Vnde cum quispiam obseruantiae Christianae se limitem sentit

tit excedere, & in id cupiditates suas rendere, quod eum a recto itinere faciat declinare: recurat ad crucem Domini, & ligno vitae, motus noxiae voluntatis adfigat, ac voce prophetica ad dominum clamer, & dicat: Confige clauis timoris tui carnes meas, a iudiciis enim tuis timui. Quid autem est clauis timoris Dei carnes habere confixas, nisi corporeo sensus ab illecebra illiciti desiderij sub metu diuini continere iudicij, ut, qui resistit peccato, & concupiscentias suas, ne quid morte dignum operetur, interficit, audeat cum Apostolo dicere; Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Ibi ergo se constituat Christianus, quo eum secum sustulit Christus, & ad id dirigat omnem viam suam, ubi seit humanam saluatam esse naturam. Passio enim Domini vsque ad finem producit mundi, & sicut in sanctis suis ipse honoratur, ipse diligitur, & in pauperibus ipse pacifatur, ipse vestitur: ita in omnibus, qui pro iustitia, aduersa tolerant, ipse compatitur, nisi forte estimandum est, multiplicata per orbem fide, rarefcente impiorum numero, omnes persecutiones, & omnia, quae aduersus beatos martyres seuerant, finita esse certamina, tanquam suscipienda crucis ipsis tantum necessitas incubuerit, quibus ad expugnandam Christi dilectionem atrocissima sunt illata supplicia. Sed aliud seruicium Deo pietas experitur, aliud etiam Apostoli praedicatione protestatur, qui dicit; Omnes, qui pie volunt viuere in Christo Iesu, perfectionem patiuntur. Qua sententia nimis trepidus, & segnis ostenditur, qui nulla persecutione pulsatur. Pacem enim cum hoc mundo nisi amatores mundi habere non possunt, & nulla vnquam iniquitati cum aequitate communionis, nulla mendacio cum veritate concordia, nullus est tenebris cum luce consensus. Quia etiam si pietas bonorum cupiat malos corrigi, conuersionemque multorum per gratiam Dei miserentis obtineat, malignorum tamen spirituum aduersus sanctos insidiae non quiescunt, & siue occulto dolo, siue aperto praetextu, in omnibus fidelibus propositum bonae voluntatis infestant. Inimicum autem illis est, omne quod rectum, omne quod castum est. Et cum eis nihil in quenquam amplius liceat, quam iustitia diuina promiserit, quae dignatur suos aut corrigere disciplina, aut exercere patientia, agunt tamen versutissima arte fallaciae, ut ex arbitrio propriae potestatis, aut laedere videantur, aut patere: & multis, quod dolendum est, ita per nequitiam simulationis illudunt, ut quidem illos & timeant pati inoffensos, & velint habere placatos, cum beneficia daemnonum omnibus sint nocentiora vulneribus, quia tutius est homini, inimicitiam diaboli meruisse quam pacem. Sapienter itaque animi, qui vnum timere, vnum diligere, & in vnum sperare didicerunt, mortificatis cupiditatibus, & crucifixis corporis sensibus, ad nullum hostium metum, ad nullum inclinantur obsequium. Voluntatem enim Dei etiam sibi praeferrunt: & tanto amplius se amant, quanto amplius pro Dei amore se non amant. Cumque audiunt sibi diuinitus dici, post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere, diuidit affectus suos, & legem mentis a corporis lege discindunt, ut ex quadam se parte sibi denegent, perdentes se in iis, quae carnaliter cupiunt, & inuenientes se

in iis, quae spiritualiter concupiscunt. Sanctum igitur pascha, dilectissimi, in talibus membris corporis Christi legitime celebratur, & nihil illis deest triumphis, quos passio saluatoris obrinuit. Quoniam in iis, qui apostolico exemplo castigant corpus suum, & seueritatem subiiciunt, iisdem hostes eadem fortitudine conuerunt. Etenim nunc a Christo vincitur mundus, & cum a seruis suis quorumcumque vitiis inuentum superantur, ipsius virtus est, ipsiusque victoria. Haec, dilectissimi, quae ad participationem crucis pertinet, sufficienter, ut arbitror, vestris sunt hodie auribus intimata, ut paschale sacramentum etiam in membris corporis Christi legitime celebratur. Superest, ut de obtinendo resurrectionis consortio disseramus. Quod ne continuato sermone, & mihi & vobis fiat onerosum, in diem sabbati promissa differemus. Aderit, ut credimus, gratia Dei, ut debitum nostrum ipsius auxilio compleatur, qui viuit, & regnat cum patre, & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

S. CYRIL. EPISCOPI Alexandr. superioris Ewang. expositio.

Haec cum dixit Iesus, egressus est, &c. Cum discipulos doctrina sua illuminauerit, & ad virtutem, rectamque viuendi disciplinam instituerit, ac denique spiritalem eis gratiam pollicitus fuerit, & benedictionem patris affuturam illis affirmauerit; libenter egressus est, passionis tempus non fugiens, nec mortem pro omnibus reformidans. Cur enim timeret, qui passione sua impassibilitatem omnibus redimebat? qui propter hoc venit, ut orbem terrarum suo sanguine patri acquireret? Sed alias quidem sepius irruentibus in eum Iudaeis, ut Deus facile se ab infania illorum liberabat, cum opportunum passionis tempus nondum adisset. Nunc vero, quoniam iam opportunitas aderat, & domo, ubi cum discipulis praedicta mysteria explicauit, egressus, illud vadit, ubi cum discipulis conuersari solebat: quod facit, ut facilius a proditore possit inueniri. Hortus autem erat, paradisi locum designans, ad pristinum enim omnia recurrere oportebat. Er, ut in paradiso malorum initium factum est, sic in horro Christi passio incipit, per quam a malis liberati, in pristinum habitum restituti sumus. Sciebat autem & Iudas, qui iradebat eum, &c. Necessario nulla multitudine, nulla turba, quae defendere posset, sed discipulis tantum sequentibus, in hortum fuisse ingressum scripsit, ut ignauia, & formido proditoris lateat non posset. Magna quaedam res, conscientiae certe stimulus est, qui, quando perpetam aliquid agimus, etiam nullo praesente, ingenti nos metu exagitat. Tale quid passus proditor, ut arbitror, & cohortem armis munitam, & Iudaeorum ministros secum adduxit, ut quasi latrocinio proditum caperet. Non enim ignorabat, non posse illum capientem, sed magnitudine, ac impietate facinoris excogitati, quasi temulentus, atque infans, quo tueret, non sentiebat. Itaque putauit ex infania diuinam virtutem illius posse magna fortassis manu superari. Nec mireris, si tam ridiculose miser mouebatur. Nam, cum animi sui gubernacula, & liberam voluntatem suae potestatem diabolo

Iudas inter-
fuit mysteris
quod aliqui
negant.

Iohan. 13.

Esa. 28.

Psal. 75.

penitus tradiderit, ab illo iam regebatur. Casum autem suum recte quispiam mirabitur: & perpetuo lachrymarum fonte dignum putabit. Nam, qui modo in eadem mensa cum Christo cenabat, qui sanctum eius panem cum aliis comedebat, qui ad pietatem exhortantem Christum audiebat, qui denique illud perceperit, vnu vestrum me traderet: ab ipsa mensa exiliens cursu, ad mercedem abiit Iudæorum, non pietatis verborum recordatus, totius spei futura oblitus, nullam datam apostolis à Christo dignitatis curam gerens, ac (vt vno verbo dicam) omnibus bonis tam paruum, & vile præponens argentum, tere, ac laqueus diabolicus Christo, & Iudæorum impietatis eximius princeps factus est. Verum derideri digni, qui lacerant, & facibus aduersus Christum proficiscebantur: timebat forsitan, ne vt in tenebris fieri solet, aut in foueas caderent, aut pedes lapidibus offenderent; nec videbant se in lapidem illidere, de quo à Deo patre dicitur, ecce ponam in Sion lapidem offensionis, & petram scandali. Et paruum foueam formidantes, in profundum abyssi delapsi sunt; & illius noctis tenebras facibus depellentes, de noctis perpetuæ tenebris minime curant. Non enim possunt, qui naturali luminis, id est, Christo infidati sunt, nisi æternas tenebras habitare, vbi suæ impietatis amarum nimium supplicium torquebuntur. *Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant, etc.* Nocte proditor ministris Iudæorum, & cohorte munitus, accedit. Putabat enim multitudine fretus (vt diximus) vel inuitum posse illum capere. Inuenit autem in loco illum solito, quo quasi ad diuersorium nox illum deduxit. Sed Christus, vt eum temere cogitasse argueret, sponte præuenit, & obquam factus, nec se ignorasse, quæ fiebant, ostendit, & potuisse facile præsciis effugere demonstrat, nisi vltro ad passionem prodiret. Non enim inuitus in periculum incidit, ne sapientes gentium rideant, leuitati suæ scandalum crucem facientes, ne Iudæi elato supercilio vires se Christi credant superasse. Interrogat vero, quæ querunt; non quia ignoraret, sed vt eos argueret, qui nec cognoscere quidem poterant ipsum, & nos doceret non potuisse capi, nisi vltro se querentibus offerret. Considerandum etiam est, quia, cum Christus dixisset, *quem queritis*: non insilierunt in illum, sed quasi non videntes, *Iesum*, inquirunt, *Nazarenum*. Sed non cognouisse milites Christum nec ministros Iudæorum, quispiam dicit, quomodo autem poterant ministri sacerdotum Christum (qui quotidie in templo docebat) non cognoscere? Verum, ne quis ista cogitaret, necessario euangelista proditorem quoque cum militibus, & ministris stetit narrat. Quomodo igitur ille Christum non nouit? an quia nox erat? sed hoc quoque mirabilis euangelij scriptor præuidit, cum facibus enim, & lateris fuisse illos exposuit. Potestas ergo diuina Christi innuit, qui, quamuis se querentibus offerret, minime tamen cognoscebatur; verum, vt aperte non posse ab illis cognosci nolentem, ostenderet, *ego sum*, ait. Deinde, vt etiam nihil posse aduersus virtutem suam magnas militum cæternas monstraret, hoc miti sermone in terram illos prostrauit. Hinc ipsa discimus, nihil vel ad vnum verbum Dei, & illud iocundissime dictum, creaturam efficere posse. Quomodo igitur minas ferret? vt in psalmis dicitur; Tu terribilis es: & quis resistet tibi ab ira tua?

Signum autem futuri gentis Iudaicæ casus, is ministrorum casus est. Vnde Hieremias quoque Iudæos desens dicit; Cecidit domus Israel: non est, qui excitabit eam. Imago autem casus ille fuit omnium, qui Christo aduersantur, quibus omnino terribilis casus imminet. *Iterum ergo eos interrogauit, etc.* Iterum dispensans interrogauit: vt magnitudinem cæcitatibus eorum in medium proferret: impietatis nanque crimine mente capiti, non cognoscebant, quem alloquerentur. Ita rerum ipsarum periculo vera esse Christi verba videmus; quibus ait; Ego sum pastor bonus: pastor bonus animam suam ponit pro ouibus. Salutem enim apostolorum protegit, vltro se offerens. Nam quasi ignauæ crimine accusans; *dixi vobis*, inquit, *quia ego sum*: ita, se ipso tradito, iussit vt illos abire sinit. Vnum enim mori oportuit, sufficientem pro vita omnium redemptionem, vt & mortuorum, & viuorum imperium acciperet: ne quis illud ridiculum, verum esse putaret; apostolorum mortem ad destructionem interitus aliquid contulisse. Cum liberatis enim ab interitu etiam apostoli iure connumerantur: vnius enim nobiscum illos fuisse naturæ constat, in quos imperium mors suam exercuit. Solus ergo, qui ex viuo patre est, pro vita omnium carnem tradidit (suam): quæ post mortem coniuncti secum verbi vitæ secuta, viam nobis dedit, qua mortis laqueos possimus superare. Primitiæ nanque dormientium dominus, & primogenitus ex mortuis est, facilem ad immortalitatem cursum hominibus, per resurrectionem suam efficiens. Semouit igitur à periculo illos discipulos, non ignorans ad se solum, certamen illud, & opus salutis nostræ pertinere; regnantis enim, & non seruientis naturæ opus est. Iussit autem sinit discipulos abire; vt impletur, inquit, *sermo, quem dixit, quia, quos dedisti mihi, non perdidit ex eis quemquam*: quod etiam de posterioribus intelligitur. Nam, quod in paucis factum est, quomodo in pluribus negligetur? & qui tam paucorum in tali tempore curam habuit, quomodo innumerabiles, fideles non proteget? Putandum igitur est imaginem omnium illos tenuisse: quod si diligentes se à periculo liberat, quanta, qualisque in illos ira futura sit, qui eum occiderunt, perspicere licet; quomodo enim non oderit, quod malum est? quomodo porro, qui operantur, quæ ille oderit, æterna poterunt euitare supplicia? *Simon ergo Petrus habens gladium, etc.* Quid coegit quispiam dixerit, euangelistam harum rerum facere mentionem, & gladio Petrum feruentius, ne crudelius dicam, insurrexisset in hostem, reprehensumque à Christo fuisse, diligenter conscribere? superuacua hæc esse forte putas: sed non ita est. Magnam enim hæc res nobis affert vtilitatem: vnde discimus, quoniam vsque pietatis æmulatione progredi queat. Docemur igitur, si nolumus in simili certamine Deum offendere, quod non ferum accipiendum, non lapides prociendi, non fustes in aduersarios Christi erigendi sint. Non enim carnalia sunt arma nostra, vt ait Paulus. Sed, cum effugere pericula non possumus, mansueti vel cruciantes alloqueremur. Multo enim melius est iusto iudici rationem iniuriarum reddendam relinquere, quam pietatis causa, sanguinis nostri petere vltionem. Licet etiam aliquo absurdistimum sit, persequentium morte honorare illum velle, qui, vt mortem solueret, mortem libenter subiit: propte

Iohan. 13.

Iohan. 11.

Iohan. 11.

Iohan. 16.

Iohan. 13.

Coly. 3.

Iohan. 17.

Iohan. 6.

Iohan. 11.

Iohan. 5.

Iohan. 10.

propterea Christus in hoc sequendus erat necessario, Nam, si vi multitudinis inuitus ad necem traheretur, omni modo fortassis debuissent illum discipuli defendere. Verum, cum potuisset vt Deus verus, omnes vna sola perdere voluntate, qui vel vnico, & miti verbo illos prostrauit (cecidit enim in terram, inquit) non oportuit certe ferro illos aggredi, quos ipse, cum facile posset, non perdebant. Tale quid etiam alio loco ab euangelistis narratur. In castellum quoddam Samaritanorum, in sinibus situm Iudææ, Christus diuertit. Cumque ab hominibus illis repelleretur, moleste ferentes discipuli dixerunt; domine, vis dicamus, vt ignis aduerfus hos accendatur, & perdat eos? ad quos saluator; sinit ipsos. Non enim venit filius hominis, vt potestare sua in impios vltur, sed vt clementiæ, atque misericordie supremæ nobis exempla daret: propterea dicebat; discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Sed intentio Petri, qui gladium aduerfus hostes accepit; à mandato legali non fuit aliena, pedem enim pro pede, & manum pro manu, & vulnus pro vulnere absque culpa referre iubebat. Quid autem aliud facere volebant, qui cum armis in Christum irruerant, quam illa, ad quæ depellenda vel vitæ pericula erant subeunda? Quod autem fustibus, atque gladiis armati erant, ipse saluator manifestauit dicens; vt ad latronem capiendum cum gladiis, & fustibus existis, quotidie sedebam in templo docens: & non tenuistis me, non fuit ergo contra legem Petrus commotus. Christus autem, qui venit, vt supra legem nos duceret, motum huiuscemodi, quamuis secundum legem fuerit, repressit, quasi longe à perfecta virtute constitutum. Sed vndenam, dices, Petrus gladium habuit? quia secundum legem gladio se defendere licebat; idcirco gladium quoque ferre licebat. Quomodo enim ferro Iesus, ferro te vlcisci possis, nisi ferrum tecum habeas? Præterea cum ad hortos, & loca condensa nocte concubia diuerteret, credendum est illos prouidisse, tempore curam habuit, quomodo innumerabiles, fideles non proteget? Putandum igitur est imaginem omnium illos tenuisse: quod si diligentes se à periculo liberat, quanta, qualisque in illos ira futura sit, qui eum occiderunt, perspicere licet; quomodo enim non oderit, quod malum est? quomodo porro, qui operantur, quæ ille oderit, æterna poterunt euitare supplicia? *Simon ergo Petrus habens gladium, etc.* Quid coegit quispiam dixerit, euangelistam harum rerum facere mentionem, & gladio Petrum feruentius, ne crudelius dicam, insurrexisset in hostem, reprehensumque à Christo fuisse, diligenter conscribere? superuacua hæc esse forte putas: sed non ita est. Magnam enim hæc res nobis affert vtilitatem: vnde discimus, quoniam vsque pietatis æmulatione progredi queat. Docemur igitur, si nolumus in simili certamine Deum offendere, quod non ferum accipiendum, non lapides prociendi, non fustes in aduersarios Christi erigendi sint. Non enim carnalia sunt arma nostra, vt ait Paulus. Sed, cum effugere pericula non possumus, mansueti vel cruciantes alloqueremur. Multo enim melius est iusto iudici rationem iniuriarum reddendam relinquere, quam pietatis causa, sanguinis nostri petere vltionem. Licet etiam aliquo absurdistimum sit, persequentium morte honorare illum velle, qui, vt mortem solueret, mortem libenter subiit: propte

non sunt: simile huic illud est, dicenti enim Christo, ecce ascendimus in Hierosolimam, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, & crucifigent, occidentque ipsum, & tertia die resurget: hæc, inquam, vt in fide discipulos stabiliret Christo dicenti, Petrus vtilitatem passionis ignorans, & dedecori futurum putans, propitius, inquit, tibi esto, domine, ne fiat tibi hoc. Quid igitur tunc Christus? vade retro satana: scandalum mihi es, quia non sapias ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum, is enim, quæ Deo placent, sapit, qui mundanam gloriam penitus contemnit: nec, si prodesse proximo potest, existimationis multi facit iacturam. Charitas enim non querit quæ sua sunt. Qui vero humana solummodo respicit, is magnum quid huius mundi gloriam putat; sua tunc modo curat, & proximum negligit. Quemadmodum igitur tunc scandalum Christi, qui scandalum pati non potest dictus est, feruentique amore commotus, euertere conatur, quantum in ipso fuit prædestinatam pro vita omnium passionem: sic modo ex ardore vtilitatem passionis ignorans, gladio vtitur. Reprehenditur igitur, nec solus, *mitte gladium in vaginam suam*, audit, verum etiam, vt alibi dicitur, quia, quicunque gladium capit, in gladio peribunt. Sed, quod diximus, breuiter repetamus: cum non inuitus, nec Iudaica vi superaret, sed vltro se Christus querentibus offerret, quam ob rem Iudæorum erant infidiæ repellendæ; a patre autem hunc sibi calicem datum esse inquit, cum ab impietate Iudæorum excogitatus sit, quia nihil facere potuissent, nisi propter nos pater permisisset. Vnde vel ad Pilatum magnifice dicentem respondit; nullam in me haberes potestatem, nisi desuper tibi datum esset. Potestatem enim datam Pilato dicit; quia consilio patris nullo modo in passione reluctatus est. *Cohors ergo, etc.* *tribunus, etc.* Omni nunc impedimento depulso, Petro quiescente, nemine defendente, Christoque ipso, cum posset effugere, vltro se offerente, inflati nimium milites, vinculis rerum omnium domino immittunt, qui ad nostram naturam descendit, vt à peccatorum, & diaboli vinculis nos eriperet. Ducunt autem primo ad Annam, & Cayphæ focerum. Vnde subintelligere datur artificem infidiarum ipsum fuisse, pactaque proditori mercedem promississe. Ipsi ergo vincetus primo Christus traditur. Tunc re ipsa verum esse demonstratur, quod per prophetam Iudæi dicebant, circumueniamus iustum, inutilis est nobis; non quia talis ipse fuerit; sed quia peccatoribus, & voluptuosis, supra legalem iustitiam docens, ac liquidus, quæ Deo placebant, aperiens, inutilis, atque molestus illis erat: quam docendi viam lex certe non tenuit. Quippe non aperte, sed per umbras, & ænigmata, quæ parum intellecta parum vtilitatis tunc afferebant, disciplina legalis nos docet. Quemadmodum igitur nullam vtilitatem cæcis splendor solaris affert, & suaves cibi amari febricitantibus videntur: sic Iudæis dominus, quamuis salutis author esset, molestus tamen videbatur; quia ægritudine impediti, salutem ferre non poterant. *Miserunt autem eam ligatum ad Cayphæ, etc.* Autoritate, atque consilio impietatis in Christum præfuit Cayphas, & paulo post quasi fructum sui consilij vincetum Iesum suscipiet. Verum, cæteris iam discipulis ingenti percussis formidine, ac dissipatis, Petrus, qui feruentior erat, sequitur, & Bibl. Hom. tom. 2. Y Y y y 3 alius

alius cum eo discipulus. Iohannes autem hic erat, qui hoc nobis diuinitus conscripfit euangelium: qui longe ab animo ostentationem omnem exterminans, nomen suum gesta sunt, non lingua nostra, sed aliorum predicari debent. Turpillimum enim est, non aliorum voce, sed ore nostro laudari. Vnde in prouerbiis dicitur; Laudet te proximus tuus: & non os tuum, alienus, & non labia tua. *Discipulus autem ille erat notus pontifici, &c.* Nō absque causa, minutissima etiam nobis hæc conscripfit: nam quoniam gesta in atrio pontificis narraturus est, necessario ea præmisit, quibus non ab alio doctus, sed ipse vidisse, quæ scribit, comprobatur, introiit enim cum Iesu in atrium; quoniam pontifici notus erat. *Petrus autem stabat, &c.* Non remansisset extra Petrus, nisi ostiaria obseruatio non tutum ignotis faceret introitum: nec depulit mulierculam, licet facile potuisset; quia importunitatis crimini subitici nolebat. Extra igitur stabat mæstus, quousque Iohannes dolere ipsum etiam propter hoc non ignorans, intromittendi eius gratiam ab ostiaria impetrauit. *Dixit ergo Petro ancilla ostiaria, &c.* Prædixit iam dominus Petro ter, antequam gallus canter, negaturum, infirmiore quodammodo factum in fide. Nunc vero euangelista ubi, & quomodo id accidit, narrat. Muliercula certe ianatrix, cum de discipulis iniuria capti hominis illius esset, interrogauit. Depulit hoc Petrus tanquam crimen non paruum, non timore magis, ne captus esset, nec, quia nullam veritatis curam haberet, quam fortassis, quia pati omnia volebat, dummodo Christum videret. Ex amore igitur decidit, & pietatis causa negasse videtur, non recte quidem, nec exquisita ratione probata, sed quæ tamen adesse cum Christo, & videre illum faciebat; quod maxime Petrus optabat. *Stabat autem serui, & ministri ad primas, &c.* Cū introisset Petrus, ne mæsto vultu condolere capto videretur, ac ita expulsus videre non posset, quæ vellet; cum ministris se miscuit, & quæ illi faciebant: alio corde premens dolorem, facere simulat. Non enim est verisimile in tanta mæstitia Petrum frigoris remedium quæsiuisset, qui multo maiores ita Christo victo voluptates reiceret. Quasi vero nihil ad merorem ipsum impelleret, nox commenta frigoris igni cum ministris repellit: ut cum vnus de domesticis pontificis esse videretur à nemine interrogaretur, quis esset, atque ita negandi rursus crimen euitaret; sed mentiri saluator non poterat. Quod enim vt Deus præuidit, id futurum discipulo nunciavit. *Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, &c.* Iuris peritus, & doctor, cui diuinitus mandatur iustum iudicium iudicare, quasi latrone per vim (quantum in ipso erat) Christo victo, quoniam crimina inferre non poterat, de discipulis, & de doctrina interrogat. Interrogat autem, vtrum legi Moysæ conueniat, an aliena sit à lege doctrina ipsius, & quisnam animus discipulorum eius sit, vtrum maiorum mores sequi, an nouam cultus, & ceremoniarum ingredi viam. Id autem summa cum malicia faciebat. Putabat enim quicquam aduersus legem Moysi Christum dicturum: quod nihil aliud apud illos erat, quam Deo ipsi repugnare. Quasi enim homini nudo, Christo attendebant, & legis dominum, præuaricatione legis damnare studebant, oblitri dicti illius; impius est, qui regi

Proo. 27.

Alij non tantum Petri peccatum extenuant.

Proo. 26.

dicat, præter legem facis. *Respondit ei Iesus; ego palam locutus sum, &c.* Frustra, inquit, laborat, qui tem omnibus notam quasi abditam scrutatur. Quomodo enim celabitur, quod omnibus palam est? Puto autem hæc ita à Christo dicta fuisse, vt compositas malitiose falsas reiceret causas. Sed illud quoque occultis his verbis subostendi arbitror. *Ego, inquit, palam locutus sum mundo, id est, quæ per Moysen vobis scripta sunt, non aperte, quæcunque placent Deo, sed vmbis, atque figuris, & per ænigmata significant: & ruditate contexta literæ, quæ necessaria cognitu sunt, aperte non exponunt: ego vero palam locutus sum mundo. Pietatis enim viâ non ænigmatice, sed dilucide mundo prædicauit. Mudo autem, inquit, quoniam, est nondum, tempore tamen opportuno in orbem euangelij sonus exiuit; ego, inquit, semper in synagoga docui; operæ precium est videre, quid molitur, ad memoriam nolentibus reducere studet: quod Esaias ex persona Christi prædixit; non in occulto locutus sum, nec in loco terræ tenebroso: & rursus; tota die, inquit, expandi manus meas ad populum incredulum, & contradicentem. Non enim est aliud; non in obscuro loco nec in occulto ipsum locutum fuisse, quam quod palam, & in synagoga, & vbi multi affuerunt, loquebatur. Comode autem in memoriam prophetiæ reduci, vt discerent impiæ se facere, quem venturum sperabant, postquam venit, tanquam scelestum vincere: Iudæis enim promissus fuit secūdm Paulum. *Quid me interrogas? interroga eos, &c.* Incepta iurisperitis, quasi legem, qua plurimum gloriabatur, ignorantibus. Frustra enim quærebant crimina, postquam ligarunt: cur ergo, inquit, interrogas? cur ad defensionem prouocas captū, priusquam accusatus? & aliter; qui iam dedecorastis me, quantum in vobis est, inquit; si vere dicam, mentiri me clamabitis. Alios ergo de me interrogate, nec est difficile testes inuenire: isti enim me audierunt. Nec, vt quispiam forsitan putabit, quia corda hominū vt Deus nouit, aliquos forte præsentis, qui eum audierunt, subostendit, sed aperte aliquos de ministris monstrauit, qui vt audierunt, & admirati fuerunt, quomodo, aut quādo, dicam breuiter vt liquidius hic locus pateat. Prædicante domino, vt alibi euangelista iste narrauit, Iudæorum principes distumpebantur, miseruntque ministros, vt eum caperent, qui doctrinam Christi admirati, attēte audiebant, & post prædicationem Christi redierunt ad pontifices, & Phariseos: & dixerūt illis; quare non adduxistis eum? Responderunt ministri, nunquam sic homo locutus est: & tunc Pharisei; etiāne vos decepti estis? Hoc sciens saluator, *interroga, inquit, eos qui audierunt: ecce isti stant, quæ ego dixerim: ipsos enim tūc stantes monstrauit, qui & pulchritudinem doctrinæ suæ fuerant admirati, & Iudæorum impietatis erant ministri. Hæc autem cum dixisset vnus ministro- rum, &c.* Prædictum etiam hoc prophetica voce de Christo est; corpus dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Quod modo in Iudaicæ condernationem superbiam, & dedecoris nostri euersionem exitum habuit. Dedecorati enim peccato fuimus: quam notam iniustum Christi detersit dedecus: ipse enim peccata nostra tollit, & pro nobis laborat. Nam, quemadmodum mors eius mortem nostram destruxit; similiter arbitror præuaricationis nostræ dedecus alapa Christo inflata*

Esai. 4.

Esai. 4.

Rom. 1.

Ioan. 7.

Esai. 7.

Isid. 77.

Isid. 107.

Act.

ta deletum fuisse: vnus enim pro omnibus laborabat, & vnus pro omnibus inhonorabatur. Sed vniuersam ipse creaturam perhorruisse puto, si sensum huius rei habuerit: dominus enim gloria impia manu hominis cadebatur. Non autem est ab te querere, cuius rei gratia tam impudenter ille impius minister Iesum cædit: cum neque ipse asperum quiddam responderit, nec pontifex tale quid impetauerit. Ministerum esse confuetudinem fortassis quispiam dixerit, cogere quos adduxerunt principibus modestius loqui, & si quid rudiis dixerint, & verbis, & verberibus deprimere. Sed nullo modo mitissima responsio Iesu hæc conuenire possunt. Causam igitur impudentiæ superioribus congruentem putamus fuisse. Offenderunt ministrorum aliqui Iudæorum principes (vt iam diximus) qui capere Christū iussi, sic cum admirati sunt, vt laudantes dicerent; nūquam locutus homo sic est: quo responsio quasi stæbe cōcitata, etiāne vos decepti estis? Pharisei dixerūt. Nūquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariseis? sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt. Quoniam igitur responsio saluatoris ad memoriam huius rei principes reducebat (testes enim ministros citauit, dicens; ecce isti sciunt, quæ dixerim ego) idcirco ne de animo suo, beneuolentiaque principes suspicarentur; qui alias, quia Christum admirabatur, fuit reprehensus, alapa Christum cædit. Solent enim ministri non ferre quicquam aduersus se principibus referri. *Respondit ei Iesus; si male locutus sum, &c.* Magno iniuriæ crimine arguit minister: nam, si etiam ignobilissimus quidam iudicium subiret, cædere tamen eum non oportebat, qui neque verbo, neque re aliqua ad hoc incitaret. Nam, si male locutus sum, inquit, ostende in quo erraui: si vero id facere non potes, cur ita furiose moueris? Sed tritus huius loci sensus hic est. Ego autem arbitror aliud quiddam hæc verba respicere. Arguitur enim forsitan minister maxime iniuriati, non solummodo, quia infligit alapam, verum etiam, quia, cuius doctrinam admiratus est, eum modò nulla de causa cædit. Nam, si alias nō proballes doctrinam meam, inquit, si mirabilis scripturæ interpretes tibi visus non essem, si non exclamasses; nunquam locutus homo sic est; forsitan ignorantia tuæ venia dari posset. Verum, quoniam audisti, quoniam verba mea laudasti, quæ nunc etiam admirareris, si tibi constares; quam satisfactionem alapa cædens inuenies? Sed animaduerte, quæso, summam saluatoris clementiam, tanquam in tabula modo ab euangelista conscriptam. Cæditur enim vt seruus, qui nutu solummodo perdere Iudæos omnes potuisset, nec vltionē facit nullam. Non enim ira, nec mæsticia, nec dolore vincitur; placare autem, melioremque facere principem studet; cum cædi oportere negat eum, qui nihil male locutus est. Ita mansuetudinis suæ nec quidem in rebus, quæ cæteris terrorem afferunt, obliuiscitur: sed ratione optima, Iudæorum superbiæ ministerium à tali temeritate cauere inducit: & qui mala pro nobis habuit, vt scribitur, & bona pro malis reddidit. Sed ille quidem dominus omnium, & Deus verus clementer tulit. Nos autem miseri terra, & limus, qui hecbarum viriditati à scriptura collati sumus (homo enim sicut fennum, dies eius tãquam flos agri, sic effloret) si quis de proximis lapsus lingue minimum quiequam cõ-

tra nos dixerit, morte draconū in eū insurgimus, & mille verbis pro vno vituperates, satiri nō possumus: non quia vt homo lapsus est, nec propter communem infirmitatem hominum iram deprimimus, sed ad vltionem irruentes, principem, & consummatorem fidei nostræ Iesum non respicimus. Nec recordamur, scriptum esse, modo, quia eorum viâ ad mortē, qui memores iniuriæ sunt, modo, relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Exemplum igitur clementiæ, atque mansuetudinis Christum teneamus, qui hac de causa nobis dicit, non est discipulus supra magistrum, nec seruus supra dominum suum. *Misti igitur eum Annas ligatum ad Caypham, &c.* Quasi currente equi narrandi progressum euangelista vtiliter reuocat, & ad priora rursus orationem reducit. Quare sic? Quia negationem Petri tertio factam exponere voluit. Reperit ergo breuiter, & missum ab Anna Iesum ad Caypham iterum dicit, Petrumque interrogatū exponit, tum à ministris, qui calefaciebāt se, tum à quodam generis ministri illius, cuius autem ipse amputauit. Ita terio negasse Petrum, & gal-lum cantasse meminit, nullum saluatoris verbum cecidisse ostendens, qui ad vnguem infirmitatem discipuli & cognouit, & prædixit. Quæ omnia diligenter explicauit, ne quis aduersariorum Christi nobis insultaret, quomodo, & vbi negasse Petrum inquirens. Re autem sic studiose ab euangelista narrata, nemo hæc fortassis dicet, sed aduersus Petrum insurget, formidinis crimine ipsum accusans. Nondum enim, inquit, periculum vidit: & ter ex leuitate negauit. Quibus vt frivolis longe proiectis, studiosis dicendum esse arbitror, illa etiam de causa minutim hæc esse conscripta, vt legentes intelligant, quales ante Christi resurrectionem, & aduentum spiritus Apostoli fuerūt, & quales, posteaquam virtutem ex alto acceperunt, effecti sunt: inuictos enim animo, & verè diuinos homines illos fuisse constat. Antea vero quam imperium mortis à saluatore destructum esset, terribilis erat illis moriendi formido. Nam, cum spiritum adhuc non haberent, nec superna gratia essent roborati, humana pusillanimitate detenti, metu patendi vt homines, frangebantur. Et, quemadmodum ferrum, quantum per se durum sit, lapidibus tamē facile retunditur, nisi liquore quodam firmetur, sic animus hominis, etiam si virtutis amore cuncta pericula spreturum se iactet, asperitate tamen certaminum vincitur, nisi sancti spiritus gratia sit corroboratus. Imbecilliores igitur antea vt homines Apostoli fuerant; sed spiritus gratia infirmitatem postea humanam superauerunt, ad inuictum animum robore spiritus conformati. Infirmitas ergo discipulorum ad gloriam Dei conscripta est, qui paruitatem nostræ naturæ ad inæxpugnabile turris erigit robur. Erat autem, quod vbi sanctorū accidit, maximè nobis consolationi: hinc enim discimus, nulla nos desperatione affici debere, fragilitatem humanam considerantes, sed confidere potius oportere, credentes robur ab illo nos habituros, qui diligentibus se neruos ad virtutem, & vires largitur. *Adducit ergo Iesum à Caypha, &c.* Cum iustum iudicare iudicium, & innocentem, ac iustum non interimere lex iubeat, iniuri quia nullam culpam inueniant, miseri erubescunt. Nullam igitur causam inuenientes, quia pascha iam

Eccl. 10. Eccl. 2.8. Math. 18.

Exod. 23.

celebrantur erant, ne cæde hominis ipsi macularentur, ad alium adducunt, non putantes per demeritiam cordis scelus, si per alium interficerent, ad ipsos redundare. Ridiculosissimum etiam illud est, innocentem quasi sceleratum accusantes, & in capita sua tantæ impietatis crimen effundentes, prætorij ianuam tanquam maculam fugiunt, & hominibus impuris misceri non patiuntur: lapidibus puro, & hominum corporibus inquinari animam crediderunt, iniuria vero interficere hominem, nihil mali putarunt. Sed illud multo ridiculosius est, quod, ut agnum comedere (qui nihil aliud quam Christi mysterium figurabat) cauent, ne inquinentur, in ipsam autem veritatem insaniant. Iure igitur modo dealbata sepulchra, & exterius vili quodam artificio decorata, intus autem sordibus plena Christus appellabat, modo excolantes culicem, camelum autem glutientes. Nam, cum exacte minima quaerent, peccatorum maxima non videbant, & calicem, atque paropsidem exterius lauabant, de interioribus nihil omnino curantes. Ideo Hieremias liquido dicebat, laua cor tuum à malignitate, Hierusalem, ut salueris: ipsi vero mentis impietatem nihil esse arbitrantur, & Christo ad Pilatum adducto, loca, & incircuncisorum corpora quasi scelus effugiunt: & dummodo manibus non interficiant, nullam se contracturos culpam, si Pilati ad hoc ministerio utantur, ex demerentia putant. Quæ eorum fatuitatem Prophetæ non ignorarunt: Vt, inquit Esaias, iniquo, mala ei accideret: & Ezechiel, sicuti fecisti, erit tibi retributio tua, retribuetur tibi in caput tuum, & psalmista: Redde retributionem eorum eis. Nam, quem admodum ipsi saluatorem omnium Romanis tradiderunt, sic paulo post Romanis traditi perierunt. Graue namque adeo bellum aduersus ipsos exarsit, ut incalamitates inauditas impulsi, mortuos se optarent antea fuisse, quàm in pericula illa incidissent: quod saluator futurum prædixit: Quando, inquit, ab exercitibus obsessam Hierusalem videbitis, tunc dicetis montibus, cooperite nos, & collibus, cadite in nos. *Exiit ergo Pilatus ad eos foras, &c.* Extra prætorium remanserunt, ne lapidum, & parietum tactu inquinarentur. Pilatus autem exit foras, traditi sibi hominis crimina scrutaturus. Sic vir alienigena Moisaicæ legi non subiectus, & incircuncisus, causas quærat diligenter, iniustum putans, hominem vexare innocentem. Illi autem parum de mandatis Dei curantes, cum nihil dicere possent, ut latronem tamen adduxerunt. Non iniuria igitur ad synagogam eorum dicitur, iustificata est Sodoma ex te. Et ipse Christus hanc insaniam eorum incusans, nec iuxta iustificationes, ait, gentium fecerunt mihi. Nam gentes quidem lapidibus, & lignis (quæ ut Deos per errorem adorant) maculatis, & illorum manibus non sacrificat, sed nec hominè nisi in scelere deprehensum occidi patiuntur. Illi autem quamuis Deo vero agnum sacrificari essent, innocentis tamen sanguine animas suas inquinare per nequitiam studebant. *Respondimus, & dixerunt ei, &c.* Causam quidem nullam habent, impietatis autem turpitudinem celant, dicentes, nullo modo se lesam, nisi malefactor esset, tradituros fuisse. Ita caullationibus iustitiam, & mandata legis seruare simulant: & credi volunt secundum legem viuere, qui falso legis autorem accusant, malefactorém que

Matth. 23.

Hierem. 4.

Esai. 1.
Ezech. 9.

Psal. 97.
Luc. 23.

Exech. 16.

appellant cum, qui ad destructionem malorum in mundum venit. Vere igitur per Oseam, de ipsis saluator prædixit, Vt ipsi, quia resisterunt à me: miseri sunt, quia imple fecerunt in me: ego redemi eos: ipsi vero aduersus me falsa locuti sunt. *Dicit ergo eis Pilatus, accipite eum vos, &c.* Non est fas mihi, Pilatus ait, nullo accusatum crimine hominem secundum leges punire: ipsi ergo eum secundum legem vestram iudicate, si etiam innocentes lex vestra condemnat. Ridiculosa hæc res, imo vero largis digna lachrymis fuit, gentilium legibus, quoniam nihil culpæ dabatur, dominus iustificabatur: Iudæi autem, qui diuinam legem iactabant mori oportere illum clamant. *Dixerunt ergo ei Iudæi, nobis non licet, &c.* Vt etiam aiunt ab impia cæde, pascha celebrari, nam aliter ministerium Pilati non quæssissent. Velox enim semper animus Iudæorum ad omne malum est. Petunt ergo à Pilato, ut Iudæicam crudelitatem imitatus, suæ in pacem infaniam seruaret. Hoc autem etiam prædixisse Christum, euangelista asserit: discipulis enim modum mortis suæ prænucciavit dicens: ecce ascendimus in Hierosolimam, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, & crucifigetur eum, & occidetur eum, & tertia die resurget. Huius prædictionis necessarium meminit euangelista: nè quis putet inuitum vi ad mortem tractum illum fuisse, cui omnia nuda, atque aperta sunt. *Introuit ergo iterum in prætorium Pilatus, &c.* Cum nihil crimini dare possent Iudæi, & Pilatus vrgeret, causam petens, cur eum adduxerunt, aduersus Cæsarem Iesum fecisse aiunt, principatum Iudææ ab illo in se rapere studerent, & regni gloriam in se transferentem. Malitiose nimium id calumniati sunt, non ignorantes Pilatum etiam inuitum citius facturum, quod uellent, ut ipse tutius uiuere, ac præsideret. Facile namque semper Iudæi tumultuantes, & rebellantibus gaudentes, actiores quodam modo missos à Cæsare ad præfecturam Iudææ iudices in se faciebant, qui, ut tutius provinciam tenerent, facile ad puniendos eos mouebantur, qui nouandarum rerum suspitione accusabantur. Hoc igitur inferunt crimen Christo, quod regnare Iudæis tentaret. Quare nõ iniuria ex regno eius repulsi, & gentes ad hoc ipsum vocatæ sunt: pete namque, inquit, à me: & dabo tibi gentes. Vniuersus enim orbis terrarum pro gente Iudæorum Christo traditus est. Nam, ut Paulus ait, delictum illorum diuitiæ mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium. Quod igitur Pilatus à Iudæis audiuit, id aperte Christo dicit, & respondere breuiter iubet, si vere rex ipse Iudæorum sit. Mouetur enim non iniuria, studetq; veritatem addiscere, ut possit traditum à Romanis sibi principatum conseruare. *Respondit ei Iesus; & temetipso, &c.* Cum nemo, Christus inquit, hoc me crimine vnquam in iudicium adduxerit, unde hic sermo ad te peruenit? Sed non est dubium, quin malitia Iudæorum hæc finxerit: nõ es enim tu & iudex simul, & accusator. Hæc autem dixit, subostendens Pilato, nihil ei occultum esse: ut diuina eius natura intellecta, minister Iudæorum esse non pateretur: quamuis simul etiam docet, iniuriöse pœnas à se petiturus propter falsos Iudæorum clamores, cum tali crimine condemnari iure non possit. *Respondit Pilatus; nunquid ego Iudæus sum, &c.* Rem totam Pilatus nunc aperit, & Iudæos in medium adduxit. Nescio enim, tua ego dixit:

Matth. 27.

Luc. 23.

Psal. 118.

Rem. 11.

dixi: cum Iudæus non sim, Iudæi autem, inter quos natus, & enutritus es, moriturum te adduxerunt, reipsum ergo accusa. Hoc enim occultius significat dicens, quid fecisti? Magno hæc studio quamuis miniora videantur, euangelista conscripsit, & quod Pilatus interrogans diceret, quid fecisti? Hinc enim maxime discimus, nihil non dico verum, sed ne fictum quidem verisimiliter excogitari in Christum potuisse, sed impie, atque iniquissime mortis sententiam aduersus eum prolatam fuisse. *Respondit Iesus; & regnum meum, &c.* Liberauit à formidine Pilatum, qui dignitatem Cæsaris in Iudæa seruare debebat. Credit enim forsitan more hominum, rebellionem à Christo cogitam fuisse secundum Iudæorum nugas: hoc enim ipsum etiam significabant, cum dicerent, non tradidissimus eum tibi, nisi esset malefactor: rebellionem enim, malum appellabant: ita se beneuolos esse Romanis fingentes, ut rebellionis nomen audire non paterentur. Quas ob res diligenter datam esse à se operam, ut, qui rebellare meditatus est, pœnas merito luat. Christus autem Pilato respondens, regem se esse non negat: mentiri enim nõ poterat: sed regno Cæsaris non esse hostem ostendit, quia principatus suus mundanus non sit, sed cæli, terræ, cæterarumque rerum omnium. Vnde autem suspitionis falsitas ostenditur: quia milites non conscripserit, satellitibus vsus non sit, arma nec ad defensionem quidem suam præparauerit: nulli enim pro salute sua decertarunt. Ita clamoribus Iudæorum depulsis, temere in Christum inferri Pilatus manifestatur: nulla enim re suspitionem regni confirmante, Iudæorum voluntati, animæ suæ tradit habenas: & tantæ impietatis culpam vna cum Iudæis subire voluit. Verum, cum non esse de hoc mundo regnum suum, saluator dixerit, non solum à falsa illa suspitione Pilatum remouet, sed præcipuum etiam quid de seipso intelligere cogit. *Dixit itaque ei Pilatus; ergo rex es tu? Veritate ipsam quasi crimine aduersus Christum Pilatus intulit. Nam, cum audisset regnum eius non esse hinc, rebellionis quidem formidine liberatur, confessionem autem regni quamuis non mundani, culpæ ac crimini tribuit. Quasi ergo cogens, confiteris inquit ergo, q rex es tu. Respondit Iesus; tu dicis, &c.* Non negat regni sui gloriam, qui rex verus est, etiã si esse negetur. Sed veritatis vim rursum ostendit, quæ cogit Pilatum, regem ipsum dixisse. *Tu enim dixisti, ait, quia rex sum ego? Natum autem se, & venisse in hunc mundum, id est, hominè factum, asserit, ut testimonium veritatis perhiberet, id est, ut falsitatem à mundo expelleret, & diaboli tyrannide destructa, veritatem, id est, Deum regnare faceret, qui rerum omnium natura rex est, nõ deforis, sed substantialiter hoc ipsum possidens. Verum, ut ostenderet duritie sua factum esse, ne recte veritatem intelligat, illud subiecit: omnis, qui est ex veritate, vocem meam audit, & facile namque, qui veritatem amant, atque iucunde ipsam audiunt, qui vere tales non sunt, nec audire quidem patiuntur. Vnde Esaias dicebat, nisi crederitis, non intelligetis. Quod Pilatus verum esse ostendens, quid est veritas, interrogauit. Nam, quem admodum, qui visu penitus caret, nec si aurum quidem, aut fulgentissimum lapidem offeres, splendore rerum mouebis, quippe, qui nec solari luce mouentur; sic animo cæci pulchritudinem veri-*

tatis cernere nequeunt: quæ tamen diuini splendoris radios in mentem sapientum immittit. *Et cum hoc dixisset, iterum exiit, &c.* In condemnationem impietatis, crudelitatisque Iudæorum, Pilatus, qui non diuinam legem, sed hominum mandata sequebatur, iusti, & æqui defensionem suscepit. Contendit enim, cum nullam in eo causam inueniat, condemnandum non esse, & quamuis boni, & æqui ratione facile persuadere putaret, tamen, ne repugnare quisquæ eorum possit, viam optimam, & colorem pulcherrimum excogitauit. *Consuetudo, inquit, est vobis, ut vnus de vincitijs, pascha tempore dimittatur: vultis ergo vobis regem Iudæorum dimittam?* Regem autem nominans Iesum, rabiem Iudæorum risu mitigare conatur, & simul prudenter ostendit, falso ipsum hoc crimine accusari. Nunquam enim Romanus præfectus, cupiditate tyrannidis aduersus Romanos accusatum, si quicquam signi daretur, dimitteret. Sed hæc de loci huius expositione sufficiant. Consideranti autem mihi, vnde consuetudo hæc originem habuit, ut latronem, aut homicidam à morte synagoga eriperet, primum à seipso (ut & alia pleraque diuina mandata) id quoque inuentum videbatur: deinde diligentius quaerenti iuxta finem libri Numerorum de cæde inuolutaria, quod modo dicam, occurrit. Quod si fortuito, & absq; odio, & inimicitijs iacto lapide, aut aliquo alio nõ ex infidijs, nec volens occidere, hominem quis percussisset, & mortuus fuerit, & hæc audiente populo, fuerint comprobata, iudicabit inter percussorem, & propinquum sanguinis synagoga, & liberabit innocentem de manu vltoris, & reducet ad urbem, ad quam confugerat. Cum igitur hoc mandatum ita conscriptum sit; ne videatur omnino diuina præcepta negligere, cõueniens multitudo Iudæorum vnum de vincitijs petebant. Totius certe synagogæ opus id esse lex mandabat: quod modo nisi à præfecto peterent, facere iure non poterant, qui Romanis subiecti ab illis regebantur. Vnde Iesum quoque ad Pilatum duxerunt dicentes, nobis non licet interficere quenquam, ita quod diuina lege licebat, Romanorum legibus non licebat. *Clamauerunt rursus omnes, &c.* Iniqui rursus Iudæi redarguuntur, voluntatem enim suam sequentes, diuina mandata contemnunt, Nam, cum lex de homicida, qui non sponte cædem fecerit, fieri hoc iusserit, famosum ipsi latronem postulant. Quod autem truculentus, & homicida Barrabas fuerit, Petrus declarat dicens, vos autem sanctum, & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis. Ita eum, qui ab æqualitate patris ad paupertatē nostram descendit, ut nos à vero homicida, id est, diabolo liberaret, Iudæorum sacerdotes, & scribæ postposuerunt, & infamē latronē postularunt. Et quasi nunquam illud audissent, iustum iudicium iudicate, homicidam iustificantes absoluunt, & ipsum simul omnes condemnant dicentes, non hunc, sed Barrabam. Sed Iudæi huius impietatis iusto cruciabantur supplicio. Ego vero diuinam admirari fati scripturam nequeo, quæ vel huius insani clamoris ex persona Christi, sic per Hieremiam meminit; reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius: facta est mihi hæreditas mea quasi leo in silua: dedit contra me vocem suam. Sed prius quid in siluis leo faciat, explicandum est.

Num. 35.

Act. 3.

Ioan. 7.

Hier. 31.

est. Fertur igitur leo, cum animal aliquod capere velit, mirabiliter solere ragitum edere, eoque quæ propinqua sunt animalia, a pterixita cadunt, ita solo leonis clamore superantur, ac capiuntur. Vnde propheta, leo, inquit, eructavit, & quis non timebit? Quasi ergo leo in silua, aduersus saluatorem synagoga facta est. Nam, quamuis nullo ille terrore percussus sit (expers enim formidinis Deus est) clamoribus tamen suis Christum synagoga interfecit. Pilatus enim dimittere volebat, & modum ipse cogitavit. Sed, qui secundum diuinam legem se doctos iactabant, crudeliores profanis inueniuntur. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, &c. Flagellauit iniuste, & derisioni militum Pilatus Iesum tradidit: qui corona de spinis, & veste purpurea, & alapis illum dedecorauit. Putauit enim placari hoc modo posse populos Iudæorum: si, qui nullam habebat causam, hæc non merito pati oculis cerneretur. Flagellatus autem iniuria fuit, vt à vulneribus, quæ iure peccatis nostris perpeffissimus, nos liberaret: alapis cæsus, & illusus est, vt illufori fatanæ nos illudere possimus, & præuaricationis peccatum fugiamus. Omnia enim propter nos, & pro nobis Christus suscepit: quæ repulsiuas vires habuerit, quibus ea repulsa sunt: quæ nobis merito præuaricationis crimine acciderit. Et, quemadmodum mors Christi, qui morti non subiciebatur, ad destruendam omnium mortem suffecit, sic intelligere, ac credere oportet flagella, ac dedecora dominum pertulisse, vt à talibus nos eriperet, ipsius enim liuore nos sanati sumus, vt scribitur. Omnes enim errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum: attritus est propter scelera nostra, vt Esaias dicit, dorsum autem suum dedit in flagella, & maxillas suas in alapas. Sed milites sicut pleudotyranno cuidam, more suo Christo illudunt: ideo corona de spinis imponitur, quoniam mundani corona signum regni est, vestis quoque purpurea: similiter huius delusionis causa liquido exprimitur, accedentes enim dicebant, aue, rex Iudæorum. Audiui autem aliquos, quibus valde placebat, per coronam de spinis, multitudinem sculptilia colentium significati, quæ per fidem in diadema Christi suscepta est. Spinæ namque dicuntur steriles, quoniam nullum pietatis fructum producebant: gentes fuerunt, igni solummodo nutrimentum, quemadmodum & agrorum steriles spinæ. Per purpuream autem vestem, regnum totius mundi, quod per fidem Christus accepturus erat, significatum fuisse volunt. Suscipienda vero cuncta sunt, quæ cum à recta via non excedant, non nihil vtilitatis afferunt. Non est ergo eiiciendum hoc theorema, cum rebus aptissime accommodatum sit. Et exiuit iterum Pilatus foras, &c. Non veretur Pilatus peccatum suum fateri (iniuria enim flagellatum à se Iesum prædicat) & foras eum ducere: vt ita esse ipsi quoque cognoscant, Explete miserabili hoc visu, animos illorum putauit, & quasi accusare illos videtur, quod cupide cedere hominis ita manifeste petant, & clamoribus suis nolentem ad hoc pellere nitantur. Verum igitur in Christo inuenitur, quod dixerat, quia venit princeps mundi huius, & in me non inueniet quicquam. Animaduerte namque quomodo hæc, atque illuc omnibus reuolutis, nihil diabolus delicti potest inuenire, quo inuenio, iure

Osee 11.

Esai. 53.

Esai. 50.

Ioan. 14.

Christam quoque posset detinere. Quare, quem admodum totam naturam hominis in Adam vno superatam, peccato subiecit, sic modo ab ipsa per vnum superatus est. Natura enim homo, & Deus erat, qui peccatum non nouit. Sicut igitur condemnatio per primum Adam in omnes penetravit, sic iustificati Christi benedictio, per vnum ad omnes extensa est. Testatur id Paulus dicens; Sicut enim per vnus delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Egrotauimus ergo per primum Adam, inobedientiam, maledictionisque morbo, locupletati autem sumus per secundum, per obedientiam, & benedictionem. Autor enim legis vt Deus mandata legis seruauit vt homo. Vnde ad nos dicit, qui me diligit mandata mea seruauit, sicut ego mandata patris mei seruauit, & maneo in dilectione eius: hic enim vt Deus, & author legis mandata sua seruare iubet, vt autem homo, mandata sui patris seruasse confirmat. Exiuit ergo Iesus portans spinam coronam, &c. Monstrauit inique flagellatum, & à militibus indigne illulum rerum omnium dominum, miserabilique hæc reiam eorum sedari posse putauit. Illi vero adeo ab omni humanitate fuerunt alieni, vt immanitatem ferarum excederent, feruentisque clamarent crudelissimo ipsum genere mortis occidendum. Quid enim amarius, aut crudelius cruce? Hoc summe impietatis dedecus à principibus Iudæorum solis euangelista traxisse originem ostendit. Quando enim viderunt ipsum pontifices, & ministri, clamant; Crucifige crucifige eum. Nam, cum multitudo aliquo modo his factis suberubesceret, recordati forsan miraculorum illius, ipsi primum exclamant, & vulgus incendunt. Vere igitur de ipsis propheta prædixit; quia pastores stulte egerunt, dominum enim non quæserunt, propterea non intellexit vnusquisque grex, & dissipati sunt. Nam, quoniam grex, id est, multitudo non modo ad cognoscendum Christum à principibus non fuit deducta, imo etiam ad eadem enim inflammatam: propterea lapsa in baratrum periiit. Sed, si cætera etiam diligentius consideres, originem impietatis capitibus principum impones. Ipsi hoc primi cogitauerunt, ipsi pecunia sacra proditorem conduxerunt, ipsi cohortem, atque ministros ad capiendum, ligandumque Christum miserunt; ipsi ad Pilatum adduxerunt; ipsi denique flagellatum modo videntes, inflammantur magis inuidia, & exclamant; Crucifige, crucifige eum. Volebant enim dominum vineæ occidere, putantes hæreditatem eius tuto se detenturos, & honoribus summis gauisuros: sed, qui habitat in caelis, ait Psalmista, iridebit eos, & dominus subannabit eos; nihil enim ex sententia ipsorum secutum est, sed contrarium quam ipsi optabant; natura rerum exitum habuit. Dixit eis Pilatus, accipite eum vos, &c. Stuper Pilatus quomodo Iudæorum populos, & maxime principes ita truculentum sunt, vt, cum nulla in Christum causa inueniatur, tam turpi morte occidere ipsum studeat. Hæc de causa quasi contemptum indignatur, ac dicit ministrum me impie cædis solum inuenistis: ego præter Romanorum leges innocentem occidam? ego clamoribus vestris terribus ad hoc me facinus detradam? Nam, si hoc scelus vos non putatis, si malum esse non arbitramini: vo s ipsi, qui legis

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

legis diuine scientiam habere iactatis, crucifigite, cædem hanc parate, impietatis huius crimen in capita vestra vertite: sit Iudaica solum ista temeritas. Si lex est apud vos, que summo infantem supplicio cruciet: vos soli hoc facite, ego id non consentiam. Hæc, taliaque, breuis sermo ipse pariturus videtur. Sed mirabitur quispiam rursus Iudæorum maximam impudenciam, qui nec alienigenæ quidem viri iustitia erubescunt, nec recordantur legis dicentis, quia sacerdotis labia iudicium seruabunt, & legem quærent ex ore eius. Respondentur Iudæi, nos legem habemus, &c. Quoniam de inuouatione rerum accusatio hæc nullum, vel fictum quidem verisimiliter argumentum habuit, facileque paucis demum verbis refutata euauit. Non enim ex hoc mundo est regnum meum dicebat, nam, si ex hoc mundo esset, ministri mei vitæ certarent, ne Iudæis traderet. Quod Pilatus ita probauit, vt aperte predicaret, nullam se in illo causam inuenire: aliud quid veteratores, & callidi homines coacti excogitarunt: legem enim se habere aiunt, quæ morte saluatorem condemnat. Quæ igitur lex est? Scribitur in Leuitico, quia Iudæorum aliqui rixam mouerunt in castris, quorum alter diuini nominis recordatus benedixit, id est, maledixit, & blasphemauit, qui hoc linguæ crimine mori iustus est. Homo enim, Deus ait, qui Deo maledixerit, peccatum habebit; nomen autem domini nominans moriatur, lapidibusque ab vnuerfa synagoga obruatur, siue advena, siue indigena sit. Sed ambiget aliquis forsan, quid lex velit. Nam morte quidem dignum, qui blasphemauerit in dominum, nemo negauerit: sed curiam, etiam si falsos quis deos ignominiose appellauerit, peccatum habebit? non enim de vero Deo, neque cum articulo, sed simpliciter scribitur, si quis Deo maledixerit peccatum habebit. Nos autem ad hoc dicimus, tuto legis artem locutum fuisse. Nam, si quis Deo quamuis falso maledicat, gradum fecisse videtur, vnde ad verum Deum blasphemandum facilius ascendat, ideo alibi etiam dicitur; deos nō maledicere; Dei enim nomen, etiam si falso quibusdam imponatur, honorandum tamen putatur: nec creaturas coherere idcirco iussit; sed deitatis nomen venerari. Cum igitur lex sit, blasphemantem mori, huius criminis reum esse dominum aiunt, quia seipsum filium Dei fecit. Vbi autem id à domino dictum est: in piscina, quæ oculis dicebatur, die sabbati à diuino morbo miraculose hominem liberauit. Cumque Iudæi turbarentur magis, quoniam in sabbato, quam Christi potestatem mirarentur; pater meus vsque modo ait) operatur, & ego operor. Persequerantur igitur, inquit, euangelista, Iudæi Christum, quia non solum sabbatum soluebat, sed Deum etiam patrem esse suum dicebat Deo seipsum æqualem faciens. Christus autem ad hæc dicebat, scriptum est in lege vestra, ego dixi dixi estis, & filij dei estis omnes. Si vero illos deos dixit, ad quos sermo Dei factus est, & solui scriptura non potest; quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemus, quia dixi filius Dei sum? Veritati ergo dicte veritatis crimen inferit. Ego vero aduersus eos voce prophetica utar: quomodo dicitis, quia sapientes nos sumus, & lex domini nobiscum est? Nonne oportebat diligenter anrea scrutari, quis, & vnde Christus sit? & siquidem mentitus fuit, penas ab eo

non iniuria petere: sin autem verè dixit, adorare ipsum? Cur igitur, inquisitione omni contempta & sacrarum litterarum testimoniis spretis, solummodo contradicere, & veritatem crimini datis? Oportebat sane, quando Pilato dixistis, quia filium Dei seipsum fecit, tunc opera quoque ipsius in medium afferre. Oportebat quadriuo iam mortuum voce sola in vitam restitutum narrare. Oportebat vnigenitum viduæ filium non relinquere. Oportebat synagoga principis puellam nequam quam omittere. Oportebat modum miraculorum etiam non prætereire: in altero quidem, adulescens, tibi dico, surge, in altera vero, puella, surge. Oportebat prætereire docere, quia cæcis visum, leprosis mundiciem solo nutu donabat. Hæc, cæterisque huiusmodi, quibus verè Deus monstrari poterat, maliciose prætereuntes, cauationibus solummodo vtuntur. Viro gentili, qui diuinam scripturam ignorabat, qui Iesum hominem esse videbat, clamantes dicunt, Filium Dei seipsum fecit. Nam certe scriptura Dei verbum in natura hominis aliquando venturum aperte prædixit; Ecce, inquit, virgo in vtero habebit, & pariet filium; & vocabunt nomen eius Emanuel, quod interpretatur, nobiscum Deus: qui porro ex muliere natus est, quid aliud erit quam homo natura? Sed, cum homo natura sit, Deus etiam vere est. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, &c. In contrarium præter spem Iudæorum malicia vertitur, illi enim crimen amplificabant, in Deum, ac dominum omnium peccasse Christum afferentes. Pilatus autem magnitudine rei ad formidinem impellitur, & diligentius querit quam prius, vnde, & quis sit. Credit enim, vt mihi videtur, posse Deum esse Christum, licet homo videretur, non tamen id, vt decet, neque à scriptura, sed errore gentili inductus credidit. Semideos enim, & deorum filios gentilitium fabulæ multos confingunt. Romani vero imperatoribus etiam suis Dei nomen donabant, & aras eis constituebant. Curiosus ergo querit Pilatus quam antea, vnde, & quis Christus esset, ipse autem nihil ei respondit, suorum non oblitus verborum; dixit enim ad eum: omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam, Pilatus vero sculpturam, ac falsitatis cultor, quomodo saluatoris vocem, qui se veritatem, & filium veritatis dicebat, intelligere potuisset? aut quomodo veritatis saltem nomen susciperet, ac honoraret, qui, cum illud audisset, statim respuit dicens, quid est veritas? nec mirum, erroris enim tenebris penitus obrutus, veritatis radios aspicere nequibat. Dixit ergo ei Pilatus, mihi non loqueris, &c. Ex superbia tacere ipsum Pilatus putauit, propterea principatus sui potestatem quasi virgam intentat; cæcus formidine impelli posse illum ad responsonem opinatus est. Possit igitur se suæ punire velit, suæ absolueret, & potestatem hanc in se solo sitam esse asserit. Quasi ergo taciturnitate Christi vituperatus, indignatur, atque insanit, silentij rationem nequamquam intelligens. Merito hic, quod Esaias prædixit, memorabor. Sicut ovis, inquit, ad occisionem adductus est: & sicut agnus coram tondente se, obtulit; sic non aperuit os suum; in humilitate eius iudicium eius sublatum est. Psalmista etiam in persona Christi; Ori meo, inquit, custodiam posui; obfurdum, & humiliatus sum, & filius à bonis. Quod autem à bonis dicit, pro à malis intelligendum

Ioan. 11.

Luc. 7.

Matth. 9.

Esai. 7.

Ioan. 18.

Esai. 53.

Psalm. 50.

telligendū est. Solet enim diuina scriptura quando de Deo aliquid dicitur, melioribus vti verbis. Respondit Iesus, non haberes potestatem, &c. Quis, aut vnde sit, id est, ex quo patre natus sit, aperte non dicit. Non enim oportet canibus (vt ipse ait) sancta committere, nec margaritas porcis proponere. Quoniam vero principatus sui Pilatus potestatem ostendebat, ac in se solo & punire, & absolute situm esse iactabat, commodissime huic orationi vires, & potestatem suam opponit, flatumque Pilati vel aduersus Dei gloriam tumens deprimat, & futuris fidelibus consulat, non enim paruum detrimentum fidei est, si quis putet, inuitum Christum vi tractum ad passionem fuisse. Quomodo enim, qui natura Deus, & rex omnium à scriptura prædicatur, cogi ab aliquo potest? Hunc igitur errorem radicatus euellit dicens: nisi tibi esset datum desuper. Desuper autem dicit; quia ipse vnigenitus seipsum obtulit consensu patris, vt incarnationis impletur mysterium. Quomodo enim, qui natura Deus, & rex omnium à scriptura prædicatur, cogi ab aliquo potest? Hunc igitur errorem radicatus euellit dicens: nisi tibi esset datum desuper. Desuper autem dicit; quia ipse vnigenitus seipsum obtulit consensu patris, vt incarnationis impletur mysterium. Quomodo enim, qui natura Deus, & rex omnium à scriptura prædicatur, cogi ab aliquo potest? Hunc igitur errorem radicatus euellit dicens: nisi tibi esset datum desuper. Desuper autem dicit; quia ipse vnigenitus seipsum obtulit consensu patris, vt incarnationis impletur mysterium.

Matth. 7.

Apost. 19.

Ioh. 8.

Luc. 4.

Proph. 8.

linguam? Nunquid non estis vos filij perditionis, semen iniquum? Non enim in aliquo simplici ter hominem, sed ipsum, qui rerum omnium principatum cum patre tener, falsa calumnia impudenter vtēbatur. Vnde perditionis filij, & iniquum semē effecti sunt. Pilatus ergo cum audisset hunc sermonem, &c. Totam hanc impietatem Iudæi maxime tribui modo videmus; victus enim etiam iniustus clamoribus illorum, cessit Pilatus: adeo vt nec ius veritus sit, nec valde curauerit, quia inconstanter nimium faceret. Nam, qui sepius publice dixerit, nihil in eo inuenire: ad voluntatem modo illorum desertur, impietatis suæ ipse testis effectus. Solitum igitur ascendit tribunal, vt trulentam in Iesum sententiam proferat, Dies vero, & hora necessario scribitur, & propter resurrectionem, & tridui temporis sub terra spacium; vt sermo domini Iudæis dictus exitum habuisse intelligatur. Sicut enim, inquit, Ionas in ventre ceti tres dies fuit, & tres noctes; sic & filius hominis in corde terre tres dies erit, & tres noctes, Ab ipso forsitan tribunali monstrat Iesum dicens, ecce rex vester. Quid igitur hoc est? Aut alludit populo, cui insonantem sanguinem sicuti gratificatur; aut forsitan opprobrio petit: quia tot, tantique malis eum afficere studet, quem ipsi Iudæorum regem appellant. Illi autem clamabant; tolle tolle, &c. Clamant non minus quam antea, nullo modo à crudelitate ad mansuetudinē declinati nec propter illusiones, nec propter flagella. Imo vero truculentiores facti, crucifigunt iterum, atque iterum illum hortantur, qui mortuos excitauit, qui tantæ fuit æstimationis, vt rex, & filius Dei iam putaretur. Vnde ipse quoque index tam impium eorum clamorem redarguens, atque opprobrio tribuens, regem, inquit, vestrum, id est, hominem tantæ apud vos opinionis, crucifigam? Quid enim ei, exæquari potest; imo vero quid in eo minus filio Dei, atque rege inuenitur? Responderunt pontifices: non habemus regem nisi Cæsarem. Resiliit aperte ab amicitia Dei populus Iudæorum, & reliquit (vt Moyses dicit) Deum, qui ipsum genuit, & domini auxiliatoris eius recordatus non est. Animaduerte nanque, quomodo facies fornicariæ facta est ipsi, vt scribitur, impudenter enim omnia egit, dominum suum negauit: quo crimine Hieremiæ voce Deus ipsum accusat dicens; ite in insulas Chetim, & mittite in Cedar: & discite, si gentes mutabunt deos eorum, qui nec dii quidem sunt; populus autem meus mutauit gloriam eius, Et rursus, obstupuit, & exhorruit cælū in hoc valde, dicit dominus, quia duo praua fecit populus meus; dereliquerunt me fontem aquæ viuæ: & effoderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Omnes enim vbique gentes errorem suum vehementer amplexæ, quos deos putarunt, ita colunt, vt non facile cultum aliorum deorum suscipiant; Israel vero calce regnum Dei percussit, & ad principatum Cæsaris transfugit. Quare non iniuria manibus Cæsaris traditus, intolerabiles belli calamitates incidit. Sed animaduerte rursus, quæso, exquisitam euangelicæ diligentiam. Non enim populus, sed principes populi responderunt, inquit, vndeque ostendens ad præcipitia subditos à pontificibus, quos sequebantur, de pulso. Non ergo solum suas, verum etiam aliorum animas, tantæ impietatis duces, ac principes perdidit. Ira enim & propheta ipso accusat clamans; quia laqueus facti estis

Ioh. 9.

Matth. 11.

Deut. 32.

Hier. 2.

Hier. 17.

Hier. 17.

Hier. 17.

Hier. 17.

Hier. 17.

Hier. 17.

Hier. 17.

Hier. 17.

Hier. 17.

Hier. 17.

Hier. 17.

Hier. 17.

Hier. 17.

Et estis speculationi, & sicut rete expansum super Thabor. Speculationem namque in his appellat sabditam multitudinem, cuius curam principes habere debent: speculatores enim ideo apud sacras literas, prædicantes populis dicitur. Laqueus igitur, & rete speculationi, id est, populo pontifices facti sunt; cum ipsi primi clamauerint, & alius re ipsa dicere peruerserint, non habemus regem nisi Cæsarem. Et audent hoc ærum nos, & miserii homines dicere; cum Deus pater prophetica voce, saluatoris aduentum prædixerit; gaude, clamans, filia Sion, valde iubila, filia Hierusalem; ecce rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ipse mitis, ascendens super asinum, & super pullum filium asinae. Ipsi autem quamquam animæ pullo insidertem Iesum publice in Hierosolyma cum infantibus diuinis honorantur laudibus, benedictus, clamantes, qui venit in nomine domini; resiliunt tamen nunc, principatum Romanorum amplexi, & iugū regni Dei reiciunt: hoc enim plane significat dicentes; non habemus regem nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Iudæorum clamoribus victus, sententiam eorum Pilatus torpenter sequitur, iubetque illum crucifigi, in quo nihil caute potuit inuenire. Sed Iudæis tota hæc temeritas ascribenda est. Ipsi enim origo, & caput impietatis huius fuerunt: à qua tamen Pilatum non absolimus: causa enim vna cum illis & ipse fuit. Nā cum posset furorē Iudæorum reprimere, non modo id non fecit; sed Christum etiam eis tradidit; nec id simpliciter, sed vt crucifigatur. Susceperunt autem Iesum, &c. Ducit iam, vt moriatur, fontem, & largitore vitam: quod diuina virtute, mirabilique artificio pro nobis fiebat, cum ad insperatum exitum passio proruperit: laqueus enim facta est imperio mortis, & renouationis ad incorruptibilitatem, & ad nouam vitam origo. Lignum igitur, vbi crucifixus est, in humeris portans, exit, condemnatus iam capitali sententia, nulla penitus de causa, & id propter nos. Tulit enim in se, quæ peccatoribus iure secundum legem imminet, factus pro nobis maledictio, vt scribitur. Maledictus enim, ait, omnis, qui de ligno penderet. Maledicti autem omnes nos sumus; qui peccato subiecti, legem diuinam contempnimus. Multa sane omnes delinquimus, facileque natura labitur. Et cū rursus in lege scribatur; Maledictus, qui non permanet in omnibus scriptis in libro legis huius, vt faciat ea, nostra certe, non aliorum hæc est maledictio. Nam, si præuaticatio à lege, delictum est, & nos facile labimur, legem negligentes: hac maledictione iure premimur. Maledictus igitur ille propter nos, qui peccatum nō nouit, sed, vt à maledictione omni nos liberet, crucifigitur: idque passus suffecit vt Deus, pro omnibus, mortēque carnis suæ vniuersos redemit. Crucē igitur portat Christus, non sibi, sed nobis transgressioribus per legem debitam. Nam, quemadmodum non propter seipsum, sed propter nos in mortuis reputatus est, vt, destructa morte ad certam nos vitam reduceret, sic & debitam nobis crucem in seipso suscepit, vt condemnatio legis in seipso condemnata euanescat, vt omnis iniquitas os suum obstruat: eum, qui peccatum non fecit, pro peccatis omnium condemnatus sit. Hoc

singulari, præclarissimoque Christi acinore ad fortitudinem, roburque animi, quo pati omnia pro pietate velimus, mirum in modum exhortamur. Nullo enim alio pacto, vt arbitror, Deo penitus coniuncti summa bona consequemur, nisi amorem Dei terrestri huic vitæ præponentes, parati simus pro veritate mori, si opportunitas aderit. Omnis enim, inquit, qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Quod nihil aliud significat (vt ego arbitror) quam mundo propter Deum renuciare; & huic corporali vitæ bonæ, quæ per fidem speramus, antepone. Sed dominus quidem noster Iesus Christus debitam nobis baiulans crucem, & hoc propter nos, nō erubescit; nos autem calamitosi, quorum mater hæc terra est, qui ex nihilo ad esse producti sumus, non audemus labores vel paruos pro pietate suscipere: sed, si forte pro Christo quicquam nobis acciderit, erubescimus. Ita inanem huius mundi gloriam sequentes, in superbiam (quæ viciorum omnium mater est) incidimus. O temeritatem maximam! dominum enim serui, & magistrum indigni discipuli superare studemus. Sic & Petrus quondam intolerabilem crucis putās passionem, nec mysterij vires adhuc intelligens, ex amore dicebat, propitius esto tibi, domine, ne fiat tibi hoc: ad quem Christus; Vade. fetto satana; scandalum mihi es, quia non sapis ea, quæ Dei, sed ea, quæ hominum. Vnde non paruam vtilitatem nos colligere possumus. Discimus enim, quādo tempus ad certamina vocat, ne, si etiam, qui charissimi, nobis sunt prohibeant, turpe forsitan putantes, mente vilo modo illis adhibeamus. Non enim à satana differt, qui scandala ponit, & quibus unque modis potest, à recta sententia homines seducit: quod etiā Christus illis verbis ostendere videtur. Si oculus, inquit, dexter tuus scādalizat te, erue eum, & proiice abs te. Quod enim à scādalitate nostra nos semouet, etiam si amicitia lege nobis cōiungitur, etiam si natura ipsa, & sanguinis propinquitate copulatur, nō nostrum, sed alienum, & hostile putandum est. Inter duos autem latrones crucifixus est ex malitia Iudæorum, qui, vt turpissimam mortem eius ostenderent, iustum cum iniquis condemnauerunt, qui quidē duo latrones duos populos, qui postea Christo coniuncti sunt, Iudæicum dico, atque gentilem, significasse mihi videntur. Condemnati autem iure vt latrones fuerunt, quia & Iudæi legem transgressientes, præuaticationis crimine rei erant, & gentes non creatorem, sed creaturas colebant, quamuis & alioquin, qui adhærent Christo, vna cum eo crucifiguntur. Ad nouam enim, & euangelicam vitam reformati, primæ conuersationis suæ mortem sustinent. Vnde Paulus de Christo quidem dicit, qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum viciis, & concupiscentiis. De omnibus vero in persona sua, ego enim per legem legi mortuus sum, vt Deo viuam; Christo confixus sum cruci. Vno autem iam, non ego, viuit vno in me Christus. Et rursus; Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes mundo decernitis? Mundana namque conuersationis mors, euangelicæ vitæ origo, ac fundamentum est. Duorum igitur crux latronum, vt ab euentu didicimus, duorum populorum coniunctionem cum Christo significabat, qui vna cum Christo quodam modo mori

Matth. 10.

Ecclesi. 10.

Matth. 16.

Matth. 5.

Galat. 5.

Galat. 2.

Coloss. 1.

tui erant carnali voluptate sprete, & mundana vita sepulta, vt cum domino suo spiritaliter viueret. *Coloss. 2.* Scripsit autem & titulum Pilatus, &c. Hoc certe illud aduersus nos chirographum, quod cruci affixum à domino Paulus ait, in quo de principibus, potestatisq; vt de iudicis triumphauit. Nam, estis titulum hunc non saluatorum, sed Iudæorum furoris minister affixerit; sed tamen ipse affixisse scribitur, qui affigi permisit. De principibus autem in ipso triumphauit: quia appositis significabat legentibus Christum illum fuisse, qui animam suam in redemptionem omnium dabat, omnes enim homines peccati iugo depressi. Omnes enim, inquit, declinauerunt, & simul inutiles facti sunt, & diabolo seruientes turpissime degebamus. Habebat autem diabolus aduersus naturam nostram chirographum, maledictionem legis diuinae transgressoribus debitam, & priscam Dei sententiam, quæ aduersus primum hominem iustissime fuit prolata, in quo genus vniuersaliter nostrum (quia nemo absque peccato est) condemnatum fuit. Nam vt Adâ peccauit, sic & ceteri post ipsum, mandatum Dei neglexerunt. Quare de vno aduersus omnes sententia fuit prolata. Hoc igitur aduersus genus nostrum chirographum, titulo in cruce cõsixo, saluator deleuit. Liquido namque hic titulus mortem in ligno suam significauit, quam pro condempnatorum vita passus est, & pro delictis pœnam dedit sufficientem. Nam, estis vnus patiebatur, sed vt Deus supra omnem creaturam est dignus, & vita omnium multo prestantior; idcirco iniquitas omnis obstruxit os suum, vt Psalmista canit, & peccati lingua obticuit, cum delinquentes accusare non possit. Iustificari enim sumus, cû debita nostra pro nobis Christus reddiderit, huore namque eius sanati omnes sumus, vt scribitur. Sed, quemadmodum per lignum casus noster fuerat excogitatus, sic per lignum à casu renouati cœlestia bona accepimus: cum ipsius quasi ægritudinis initium propter nos in seipsum Christus iustitiam. *Hinc ergo titulum multi legunt, &c.* Diuinitus, vt ego puto, factum est, vt titulum linguarum, quæ præcipue sunt, litteris scriptus titulus fuerit, Omnium enim gentium regnû Christo attributum esse significauit: ipsi enim, inquit Daniel, honor, & regnum datum est, & omnes tribus, & linguæ ipsi seruiunt, & vt Paulus ait, omne genua flexerunt cœlesti, terrestri, & inferi, & omnis lingua confitebitur, quia dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Titulus igitur iste per præcipuas linguas omnium linguarum Iesum futurum principem prædicabat, & impietatis crimine Iudæos arguebat, magna eorum voce, qui legebant, conclamans, quod dominum, regemque suum crucifixerint. *Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum, &c.* Non possunt ferre huiusmodi titulum principes Iudæorum, sed acri turbati inuidia, regnum pernegant Christi. Nunquã enim iniquum rex iste fuit, quem nos in regem nunquam suscepimus: sed ipse huiusmodi verbis vsus est. Ita ex imperitia non videbant, veritatis naturam mentiri non posse: veritas autem Christus est. Rex igitur Iudæorum est; si sic ipse dixit, & vos, ô Iudæi, affirmatis. Non vult autem Pilatus mutare titulum; quia nō fuit in omnibus sibi diuinitus permittum, aduersus saluatoris gloriam furere. Stabile nãque, ac supra calumniam Christi regnum est; etiam si Iudæi nolint, etiam si glo-

Coloss. 2.

Psalm. 119.

Et hic peccatum originale asseritur.

Psalm. 106. Esai. 53.

Dan. 7. Phil. 2.

riam eius confiteri non patiantur. *Milites ergo, cum crucifixerunt eum, &c.* Partiti sunt vestimenta saluatoris inter se milites. Solent enim ex truculentia publicarum rerum vindices non modo non condolere damnatis, verum etiam atrocius iussa peragere, & in calamitatibus aliorum robur quoddam animi ostentare. Vestes autem damnatorum quasi hæreditatis lege ad se pertinentes vendicant. In quatuor igitur partes cæteris diuisis, vnã tunicam dilacerare visum non est: fortis ergo illam faciunt munus. Non enim poterat mentis Christi, de se ipso apud psalmistam dicens; Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in veste meam miserunt sortem. Hæc enim omnia prædicta sunt: vt rerum euentibus, ipsum esse, qui venturus erat, crederemus. Non enim magna solus, sed parua quoque prædicta sunt, vt ab omnibus recte ad veritatem deducti non erraremus. Sed non nocet, imo vero etiam proderit, non nihil de partitione vestimentorum sublimiter dicere. In quatuor partes vestimenta diuisa sunt: tunica solum indiuisa remansit. Quod mystice cuiusdam rei signum fuisse dixerim. Nam quatuor orbis partes ad salutem reductæ, indumentum verbi, id est, carnem eius impartibiliter inter se partita sunt. In singulos enim partibiliter transiens vniuersus, & animam, atque corpus eorum per carnem suam sanctificans impartibiliter, atque integre in omnibus est, cum vnus vbique sit, nullo modo diuisus, sicut Paulus ait. Huius mysterij vim: legis quoque figura obumbrat; Agnum enim tempore congruo accipere iubebat, non per singula capita vnũ, sed per singulas domos, atque familias: sic diuisi quodammodo agnus videbatur. Sed, vt rursus quasi integer, atque indiuisus remaneret, vna in domo comedatur, inquit, non exportabis de carnibus eius. Sic partibiliter quantum ad singula vnus familiae capita, & impartibiliter, quoniam in vna domo, atque familia, vnus in omnibus agnus inueniebatur. Simile quid & de vestimentis intellige, alia enim in quatuor partes diuisa sunt: sola tunica integra remansit. Quæ inconfutibilis, & desuper erat cõtexta: vt significaret absque conuentu sexuum, virtute sancti spiritus desuper corpus domini contextum, atque cõtextum de sanguine virginis fuisse. Hæc cum nihil veritati obstat, & cõducere possint, studiose non reiicienda sunt. *Stabant autem iuxta crucem Iesu, &c.* Non inutiliter huius quoque rei euangelista meminit; stantemque iuxta crucem matrem, & ceteras dixit, largis scilicet lachrymis flentes: facile namque ad lachrymarum flumina genus est mulierum, præsertim si magna causa mouetur. Cur autem hæc tenuis memorat, & mulierum mentionem facit: docere vt ego arbitror voluit, tantam passionis Christi fuisse indignitatem, ac magnitudinem, vt matrem etiam eius, mors crucis, & Iudæorum illusiones commouerint, & ad hæc milites cum risu, atque triumpho coram matre ad derisionem Christi vestimenta partientes. Hic certe dolor à Simeone prænunciatus fuit; Ecce, inquit, hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur, & tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Gladium enim acutum doloris magnitudinem appellauit: ex multis autem cordibus reuelata cogitationes sunt: cum etiam discipuli eius scandalum

Psalm. 119.

Psalm. 119.

Psalm. 119.

Psalm. 119.

Luc. 23. Marc. 16. Luc. 23.

Luc. 23.

Psalm. 119.

dalum propter passionem passi fuisse videantur. *Cum vidisset ergo Iesus matrem, &c.* Prouidit matri, estis acriter patiebatur, erat tamen etiam impassibilis. Commendauit autem eam discipulo Iohanni huic, qui euangelium hoc conscripsit, vt officium filij in eam seruaret: matrem similiter admonuit, vt parentis in discipulum auctoritatem haberet, amore videlicet, atque charitate non minus illos coniungi voluit, quam si naturæ maxima propinquitate coniuncti essent. Sunt autem, qui dicunt, carnis coniunctione Christum comotum fuisse, ac ita locum in ipso affectus habuisse contendunt: ad quam quidem opinionem non nisi mente capri delabuntur. Non enim hac ratione id factum à Christo est, sed re ipsa honorandos esse parentes docere nos voluit. Aequali enim vere supplicio in Deum blasphemantes, & parentes paruipendentes puniri lex statuit. Morere moriatur, qui nomen domini nominauit, id est, in dominum blasphemauit, & similiter qui patri, aut matri maledixit, morte, inquit, moriatur. Cû igitur ita per legem ipse præcepit, cumque omnis virtutis ipse fons sit, quomodo non oportebat ab ipso, & per ipsum primum nos discere, nec quando intolerabiles imminent ærumnæ, negligendos esse parentes? Optimus enim ille certe est: non qui magna in tranquillitate, ac copia rerum, sed qui in tempestate & egestate, mandatorum non obliuiscitur. *Postea sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt, &c.* Cum tranculerit omnia impietate Iudæorum essent peracta, nec quicquam ad summam crudelitatem decessit; tandem sanctissima Christi caro naturale quid patitur: multus enim, ac variis doloribus excicata, siti torquetur; Multum enim possunt dolores, ad commouendam sitim. Innatum enim calorem exagitantem, vel quod in profunditate humidum est, consumunt, & igneis ardoribus dolentis viscera vrunt. Sicut igitur cæteras passiones, sic hanc etiam sponte Christus perpessus est: bibere igitur petit. Illi autem adeo longe ab omni humanitate aberant, vt pro inuante potu, atque iocundo nocentem, & acerbum attulerint, & humanitatem, qua moueri videbantur, in impietatem conuerterint. Nam, cum petenti dabant, charitatis habitum suscipere videbantur. Sed non est possibile mentiri scripturam, in qua ex persona Christi dicitur, & dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Sed hic quidem euangelista spongiam aceto plenam hyssopo illos circumposuisse, ac attulisse scribit; Lucas vero aceti solummodo meminit: Mattheus autem, & Marcus calamo spongiam circumpositam scribit fuisse. Nec discrepantiam in euangelistis vllam esse dicemus. Nam, cum necessarium ad pietatem non esset, modum quoque rerum omnium minutius conscribere, alius aliter scripsisse videtur; quia, cum omnia facta sint, non omnia omnes, sed alius aliud cõscripsit. Beatus igitur Lucas nullam de allationis modo curam habuit. Ioannes vero de cæteris non discrepat, quamuis ita imperitis videatur. Perspicuum enim est multos impietatis fuisse inimitros, milites simul, atque Iudæos. Alij ergo calamo, alij ligno hyssopi potum Iesu afferrebant. Dicitur enim per Ezechielem à Deo ad Hierusalem, sicut fecisti, sic fiet tibi: retributio tua retribuetur tibi in caput tuum. Per Esaiam

vero ad Israel dicitur: Væ, iniquo; praua secundum opera manuum suarum accident ei. Inter cætera igitur, quæ crudeliter in Christum facta sunt: hoc quoque indicamus, ex quo non parum utilitatis consequi possumus. Discimus enim hinc, nō posse latari aduersariorum animos in persequendis amicis Christi. Sed vsque ad vitium spiritum magnum vndique tétationum cõmouent æstus. Sed hi magni labores, atque perpetui perpetuam etiam afferunt gloriã. Nam, sicut tribulatio in hac vita nō cessauit, sic in futura, quæ æterna est, gloria nunquam terminabitur. *Cum ergo accepisset Iesus acetum, &c.* Consummatum iam esse, saluator dicit: quia scruendi Iudæorum potestas in ipsum per mortem suam terminum habuit: quid enim non excogitarunt, aut quid supremæ inhumanitatis relictum eis est: quis cædēdi, quis contumeliandi modus non adhibitus? Merito igitur consummatum esse ait. Cumque tempus iam esset, vt etiam spiritibus apud inferos prædicaret (venit enim, vt tam viuorum, quam mortuorum dominaretur) mortem pro nobis suscepit: & hanc naturæ nostræ propriam passionem sponte subiit secundum carnem, quamuis vt Deus vita naturaliter sit, vt, spoliatis inferis, primitiæ dormitiū, & primogenitus (vt scripturæ dicunt) mortuorum factus, recursus ad vitam naturæ nostræ largiretur. Inclinauit igitur caput. Accidit enim morientibus vigore carnis iam cõsumpto, & anima, quæ corpus retinet, abeunte, inclinatio capitis. *Quam obrem verbis hoc modo abusus euangelista est. Sic & tradidisse spiritum à consuetudine nostra dictum est; multi enim sic extingui, & mori dicunt: quamuis mihi videatur ideo nō simpliciter mortuum esse, sed tradidisse spiritum euangelista dixisse; quia in manus Dei patris animam suam commendauit, vt ipse dixit; Pater, in manus tuas commendo spiritum meum; quod nobis magnæ spei fundamentum, atque originem præbet. Credere namque debemus, cum à corporibus sanctorum animæ abierint, tanquam in manus charissimi patris, bonitati diuinæ commendari; nec, vt quidam infidelium crediderunt, in terris conuersari, quousque sepulturæ honoribus affectæ sint. Nec vt peccatorum animæ ad immensum cruciatus locum, id est, ad inferos deferri, itinere hoc nobis à Christo primum preparato: sed in manus potius patris euolare. Tradidit enim animam suam manibus genitoris, vt ab illa, & per illam facti initio, certam huius rei spem habeamus, firmiter credentes in manibus Dei nos post mortem futuros, vitamque multo meliorem, ac perpetuã cû Christo victuros. Ideo enim Paulus desiderauit resoluï, & esse cum Christo. *Postquam autem expirauit, &c.* Velum templi, linteamen quoddam erat de latere ad latus, à superioribus tēpli in medio depēdens, vt ad interius tabernaculū solus pontifex ingredi posset ad quod illotis pedibus introire nefas erat. Non enim licebat impreparato sancta sanctorum aspicere. Hanc per velamenta disperationem necessariam fuisse, Paulus ostendit dicens; Tabernaculum enim factum est primum, quod dicitur sancta; post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vna antea habens manna, & tabula testamēti, & virga Aaron, quæ fronderat. Sed in primum, inquit, tabernacu-*

1. Cor. 15.

Coloss. 1.

Luc. 23.

Vide peccatores animas statim atq; e corpore migrantes, ad æternos cruciatus deportari. Phil. 1.

Hebr. 9.

Hebr. 9.

culum sacerdotes ingrediuntur, sacrificiorum officia consummantes, in seculum vero solus pontifex singulis annis semel, nec abique sanguine, quem offert pro sua, & populi ignorantia. In primis enim ianuis templi velu erat extensum, intra quod primum tabernaculum erat. Quibus figuris (vt Paulus ait) conuenientem sanctis viam, primo tabernaculo stante, non fuisse manifestatam, spiritus sanctus significabat. Nullo enim modo licebat populis, vltra primum tabernaculum progredi. Nondum enim euangelicæ vitæ modus effulsit: qui per Christum vocatis à spiritu ad sanctificationem datus est. Nondum mysterium Christi enituit, sed mandata literæ adhuc pollebant: ideo in primo tabernaculo Iudæi à lege statuebantur. Exordium enim est (vt ita dicam) atque introitus disciplina legalis ad perfectionem euangelicam. *Rom. 7.* Illa in figuris erat; hæc ipsam veritatem amplectitur: illa sancta, & exterior; lex enim sancta est, & mandata eius iusta, & bona; hæc interior, & sancta sanctorum; Nam, cum sancti essent, qui lege iustificabantur, sanctiores per fidem Christi sancto peruncti spiritu effecti sunt. Iustitia ergo fidei multo quam legalis præstantior est, & sanctificatio copiosior. Quas ob res libenti animo Paulus legalis iustitiæ detrimentum passus fuit, vt Christum acquireret, nec inueniretur iustitiam in se habens legalem, sed eam, quæ per fidem est Iesu Christi: quamuis nonnulli retro ceciderint, & post iustitiam fidei ad mandata legis delapsi sint, secundum figuras legis viuentes. Galathæ autem isti erant, quibus Paulus scripsit; quia nihil à Christo iuuarentur, si circumsionem legis amplecterentur: pertransierunt iam vetera; euacuati estis, inquit, à Christo, qui in lege sanctificamini; gratia excidistis. Sed ad propositum reuertamur. Velum templi à summo vsque deorsum scinditur; quia sancta sanctorum iam aperiuntur, & via credentibus in Christum ad interiorum tabernaculum præparatur. Diuinorum enim mysteriorum cognitio non amplius velo legalis literæ regitur, nec historiæ figuris, ac vmbri, mentis nostræ acies retardatur, in simplicitate namque fidei, paucis certe verbis egemus: prope te, inquit, verbum est in ore tuo, & in corde tuo, id est, verbum fidei, quod prædicamus: quia, si dixeris in ore tuo, dominus Iesus, & credideris in corde tuo, quia Deus suscitauit eum ex mortuis, saluaberis. Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Totum enim pietatis mysterium his verbis exprimitur. Antea igitur quam mortem pro vita nostra Christus subiisset, velum extensum omnia tegebat, cum ius mandati legalis dominaretur. Sed, postquam omnia consummata sunt, quæ in Christum Iudæi crudeliter commiserunt, postquam spiritum saluator tradidit, vetus illud, & latum velum confestim scissum omnino, atque per totum est: hoc enim significat à summo vsque deorsum. Quare sic? Quia pulcherrimis fidei nucleis, atiditate literalis testæ perfracta, denudatus est, non enim trunca, & manca, sed perfecta fidei illuminatio est. Ideo Psalmista ex persona noui populi canebat dicens; Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Et Paulus; Gratiarum ago, inquit, Deo meo semper pro vobis, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia, & in omni cognitione.

Hebr. 9.

Rom. 7.

Phil. 1.

Galat. 5.

Rom. 10.

Psal. 50. 1. Cor. 1.

Quia igitur omni cognitione, ac sapientia locupletandi iam erant fideles, sine aliqua veli obturbatione totum intelligentes mysterium, idcirco templi velum non in parte aliqua, sed totaliter scinditur. Opportunitas tunc maxime pulcherrima fuerat, vt velum scinderetur, & lex aperiretur, quando animam pro nobis saluator tradidit: tunc enim à gratia Dei pœnitentia Israel decidit, resiliitque longe ab ea, cum tanto furore saluatoris suum impie occiderit. Quod etiam euangelista diligenter notauit dicens; *Postquam autem expirauit velum templi scissum est:* his enim verbis tempus ipsum ante oculos posuit. Sed ad hæc illud etiam dicere possumus. Solebant Iudæi, & maxime principes, ac Pharisei, quando aliquid fieri videbant, aut audiebant, quod aduersus Deum autorem legis ageretur, vel diceretur, vestem illi conuoluerunt, ac lugentium habitum suscipere. Quod faciebant, vt moleste se omnia huiusmodi ferre ostenderent, ac à simili crimine animas suas liberarent. Vnde Christi quoque discipuli, Barnabas dico, & Paulus, cum nonnulli eos infidelibus, opera eorum admirari, alterum Iouem, alterum Mercurium putassent, sanctificati illis vt diis parent: quoniam hæc res ipsi Deo iniuriarum afferebat, sciderunt vestes suas, vt scribitur. Cum etiam saluator de doctrina sua à principibus Iudæorum interrogatus dixisset, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli, exiliens à pontificali Cayphas sella, scidit vestes suas dicens, blasphemauit. Hæc Iudæorum consuetudine templi Dei quodammodo vsuum, cum Christus expirasset, velum quasi vestem suam, ad continentiam Iudæorum impietatem illico scidit. Quod diuinitus ideo dixerim esse factum, vt sanctum Dei templum, populi causam lugere inuolueretur. *Iudæi ergo quoniam parascene erat, &c.* Non religione id à Iudæis factum est, sed quia, vt consueuerant, excolabant culicem, & camelum glutiebant. Maxima enim delicta temerariè suscipiebant, & de minimis erant curiosi, quod in eodem patuit die. Nam Christum occidere non dubitarunt, & sabbati honorè illius in re minima conseruare studebant. Autorem legis interemerunt, & legem seruare fingebant, honorant magnum illius sabbati diem, qui magnæ diei dominum crucifixum erant. Itaque gratiam à Pilato impetrarunt, sibi solis conuenientè. Crura enim eorum frugerunt, vt magnitudine doloris, qui iam in extremis erant, citius moreretur. *Venerunt ergo milites, &c.* Iudæorum obsequentes voluntati milites, duorum latronum, qui cum Christo crucifixi fuerunt, vt morti citius traderet, crura frugerunt. Iesum autem inclinatione capitis expirante putantes, crura eius non frangunt. Eorum tamen vnus subdubitans fortassis, an mortuus esset, lancea latus eius compungit: qui illico sanguinem simul, atque aquam emisit, benedictionis mysticè, ac sancti baptismatis originem quandam, atque primitias Christi enim, & à Christo baptismus, & benedictionis quoque mysticè virtus à sancta eius profuit carne. Ab euentis autem, quæ tunc acciderunt, Christum illum fuisse, qui veterus à scriptura dicebatur, breuiter euangelista ostendit, aliqua cõmemorans, quæ à scripturis prædicta tunc exitum habuerunt. Nam nec eos eius fuit comminutà & militum lancea transfusus est: quas quidem res oculis se vidisse testatur.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Matth. 1.

Matth. 1.

Matth. 1.

Matth. 1.

Matth. 1.

Matth. 1.

ter. Seipsum enim non aliū veritatis testem modo adduxit: atque ideo inanis gloriæ tumorem vt rem turpissimam fugiens, nomen suum occultuit. *Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph, &c.* Accusatur breui hac oratione Iudæorum rursus impietas, cum non fuisse absque periculo monstretur, doctrinam Christi amplecti. Probus enim hic iuuenis quamuis Christum amaret, & disciplinam eius legi anteponebat, latebat tamen, Iudæorum formidas minas, qui mortem in Christum credentibus minabantur. Sed vide hinc quoque quanta crudelitas in Iudæorum animis fuerit. Quippe qui nec mortuo quidem Christo parentare voluerunt: quem Christum esse non ignorabant, cuius signa, miraculæque multa viderunt; quamuis liuoris stimulo agitati, nihil inde vilitatis fuerint consecuti. Ad condemnationem ergo illorum, & maxime Hierosolymitarū Ioseph Arimathienfis, Iesu corpus sepultura honorat. *Veni autem & Nicodemus, &c.* Non vnum solummodo magno animo ad sepeliendum sanctissimū Christi corpus, sed alterum etiam exponit conuenisse, autoritate quasi legis rem muniens: in ore namque duorum, aut trium testium omne verbum stare lex iubet. Duo igitur polynctores Ioseph, & Nicodemus fuerunt, animo quidem credentes, sed formidini pressi, terrestrum adhuc gloriam celestis anteferebant: & idcirco non libere, neque manifeste, sed occultius, ac timidius Christum honorabant. *Acciperunt ergo corpus Iesu, &c.* Reputatus quidem in mortuis secundum carnem propter nos est: qui vita naturaliter, ac vere per seipsum est, vt omnem impleter iustitiam: quæ generi nostro conuenit, corpūque suum morti, & sepulture sponte concessit. Monumentum autem in horro erat, inquit, & ipsum nouum: quæ res significat recursum nobis ad paradisi mortem Christi esse præparatum. Præcursor enim ipse pro nobis ingressus est. Monumentum autem nouitas nouum, atque inauditum de morte ad vitam reditum significat. Nam & ipsa mors in morte Christi in nouata, ad somni conditionem mutata est: viuimus enim Deo: & ipsa corpora nostra reuictura sunt secundum scripturas. Vnde mortui dormientes iam ab omnibus, & maxime à Paulo appellantur. Nam olim quidem etiam in eos, qui non peccauerunt in similitudine præuersionis Adæ (cuius imaginem induti, omnes maledictioni subijciebantur) mors aperitissime regnabat. Sed, postquam secundus Adam effulsit, & morte carnis suæ humani generis vitam redemit, & imperio interitus destructo, surrexit, reformatus sumus, nouæ cuidam morti non sempiternæ, sed somno simillimæ subiecti, ad similitudinem scilicet Christi, qui hanc nobis viam præparauerit. Si quis autem ideo nouum dici monumentum credit, quia nemo ante Christum ibi positus fuerat, id non modo non reuimus, verum etiam valde approbamus: nouum enim fuit monumentum, nemòque ante Christum positus, ne alius è mortuis surrexisse crederetur. *Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum, &c.* Non solum nouum fuisse monumentum, & in horro significauit, sed positum etiam in monumento Christi corpus exposuit, nec id quidem minimum prætermittens. Necessè est enim pro cognitione mysterij, vere Christum fuisse mortuum confiteri, propterea etiam Paulus fidei regulam ita dicens, dicit; Quia;

si dixeris in ore tuo, dominus Iesus, & credideris in corde tuo, quia Deus suscitauit eum ex mortuis, saluaberis. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et alibi, tradidi vobis in primis, quod accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia surrexit tertia die secundum scripturas. Necessario igitur hæc etiam minuta nobis euangelista explicat: quia necesse est credere mortuum, & sepultum fuisse, vt postea vere possimus credere, vinculis interitus ruptis, ad suam vitam rediisse. Non enim erat possibile naturaliter vitam à morte detineri, nec poterat is, in quo viuimus, & monemur, & sumus, nostræ naturæ legibus perpetuo seruire, sed vt Deus naturam nostram vita indigentem viuificat.

BEDAE VENERABILIS
presbyteri in superioribus Euang.
expositio.

Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis, &c. Hoc, quod narrat in gressum dominum cum discipulis suis in ortum, non continuo factum est, cum eius illa finita esset oratio, de cuius verbis ait; *Hæc cum dixisset Iesus: sed alia quædam interposita, quæ ab isto prætermissa, apud alios Euangelistas leguntur: sicut apud hunc inueniuntur multa, quæ illi similiter in sua narratione tacerunt. Quomodo autem inter se omnes conueniant, nec veritati, quæ per alium promittitur, ab alio repugnetur, quisquis nosse desiderat, non in his sermonibus, sed in aliis laboriosis literis quærat. Non ergo sic accipiamus quod ait; *Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, &c.* Tanquam continuo post illa verba in illum hortum fuerit ingressus: sed ad hoc valeat, quod dictum est; *Hæc cum dixisset Iesus: vt non eum ante opinemur ingressum, quam illa verba finiret. Sciebat autem, inquit, & Iudas, qui tradebat eum, locum.* Ordo verborum est, *Sciebat locum, qui tradebat eum, quia frequenter, inquit, Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.* Ibi ergo lupus ouina pelle contactus, & inter oues alto patrisfamilias consilio toleratus, didicit vbi ad tempus exiguum dispergeret gregem, infidus appetendo pastorem. *Iudas ergo, inquit, cum accepisset cohortem, &c.* Cohors, non Iudæorum, sed militum fuit. A præside itaque intelligatur accepta tãquam ad tenendum reum, seruato ordine legitime potestatis, vt nullus tenentibus auderet obfistere. Quamquam & manus tanta fuerit conuulgata, & sic armata veniebat, vt vel terreret, vel etiam repugnaret, si quisquam Christum defendere auderet. Ita quippe eius abscondebatur potestas, & obtendebatur infirmitas, vt hæc inimicis necessaria viderentur aduersus eum, in quem nihil valuissent, nisi quod ipse voluisset, bene vtens bonus malis, & faciens bona de malis, ad faciendos bonos ex malis, & discernendos à malis. *Vt ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* Vbi nunc militum cohors, & ministri principum, ac Pharisæorum vbi terror & munimen armorum? Nempè vna vox dicentis; *Ego sum,* tantam turbam odii ferocem, armisque terribilè, sine telò villo perculit, repulit, strauit. Deus enim latebat in carne, & semper.*

1. Cor. 15.

Act. 17.

Ex comm. in Ioan.

Immo librum S. Ang. de cordia Euang.

Zach. 13.

piternus dies ita membris occultabatur humanis, vt lateris, & facibus quæreretur, Occidendus à tenebris; *Ego sum*, dicit, & impios deiecit. Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit? Et nunc vbiq; per Euangelium, *Ego sum*, dicit Christus, & à Iudæis expectatur Antichristus, vt retro redeant, & in terram cadant, quoniam deferentes caelestia terrena desiderant. Certe ad comprehendum Iesum persecutores cum traditore venerunt: quem quærebant, inuenerunt. Audierunt; *Ego sum*. Quare non comprehenderunt, sed abierunt retrorsum, & ceciderunt: nisi quia hoc voluit, qui potuit, quicquid voluit. Verum, si nunquam se ab eis permitteret apprehendi, non quidem illi facerent, propter quod venerat: sed hoc ipse faceret, propter quod venerat. Eum quippe illi occidendum quærebant sciuendo: sed quærebat nos & ipse moriendo. Proinde quia tenere volentibus nec valentibus ostendit potestatem suam, iam teneant eum, vt faciat de nesciētib; voluntatem suam. *Si ergo me quæritis, sinite hos abire, vt impletur sermo quem dixit. Si me, inquit, quæritis, sinite hos abire.* Inimicos videt, & hoc faciunt, quod iubet. Sinunt eos abire, quos non vult petire. Nunquid autem non erant postea morituri? Cur ergo si tunc morerentur, perderet eos, nisi quia nondum in eum sic credebāt, quomodo credunt, quicunque non pereunt? *Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, &c.* Solus hic Euāgelista etiam nomen serui huius expressit, sicut Lucas solus, quod eius auriculam dominus tetigerit, & sanauerit eū. Malchus autem interpretatur regnaturus. Quid ergo auris pro domino amputata, & à domino sanata significat, nisi auditum amputatum vetustate renouatum, vt sit in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ? Quod cum præstitum fuerit à Christo, quis dubitet regnaturum esse cum Christo? Quod autem seruus inuentus est, & hoc ad illam pertinet vetustatem, quæ in seruitutem generat, quod est Agar. Sed cum accessit sanitas, figurata est & libertas. Factum tamē Petri dominus improbauit, & progredi vltra prohibuit, dicens: *Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum?* In suo quippe facto ille discipulus magistrum defendere voluit, non quod significatum est cogitauit. Et ille igitur ad patientiam commouendus fuit, & hoc ad intelligentiam conscribendum, Quod autem à patre sibi dicit datum calicem passionis, profecto illud est quod Apostolus ait; Si Deus pro nobis, quis contra nos? qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Verum author calicis huius est etiam ipse, qui bibit. vnde idem Apostolus item dicit; Christus dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. *Cohors ergo & tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum.* Comprenderunt, ad quem non accesserunt, quoniam dies ille, illi verò tenebrę permanserunt: nec audierunt, Accedite ad eum, & illuminamini. Si enim sic accederet, non eum manibus occidendum, sed recipiendum corde comprehenderent. Nunc autem quando eum illo modo cōprehenderunt, tunc ab eo longius recesserunt: & ligauerunt eum, à quo solui potius velle debuerunt. Et erant fortassis in eis, qui tunc imposuerunt Christo vincula sua, at que

Luc. 22.

Malchus.

Gen. 3.

Rom. 8.

Ephes. 5.

Psal. 33.

ab eo postea liberati dixerunt, Dirupisti vincula mea. Hæc hodie satis sunt; tractabuntur, Deo volente, sermone alio, quæ sequuntur. Postquam persecutores, tradente Iuda, comprehensum dominum ligauerunt, qui, vt Apostolus inquit, nos dilexit, & tradidit semetipsum pro nobis, & cui pater non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum: vt intelligatur Iudas non laudabilis vtilitate traditionis huius, sed sceleris voluntate damnable. *Adduxerunt eum* (sicut Ioannes Euangelista narrat) ad Annam primum. Nec tacet causam cur ita factum sit; *Erat enim, inquit, sacer Cayphas, qui erat pontifex anni illius, &c.* Merito & Matthæus cum id breuius narrate voluisset, eum ad Caypham ductum fuisse cōmemorat: quia & ad Annam primum ideo ductus est, quod sacer eius fuerit. Vbi intelligendum est hoc eundem Caypham fieri voluisse. *Sequebatur autem, inquit, Iesum Simon Petrus, & alius discipulus.* Quisnam sit iste discipulus, non temere affirmandum est, quia tacetur. Solet autem idem Ioannes se ita significare, & adde quem diligebat Iesus. Fortassis ergo & hic ipse est, quisquis tamen sit, sequentia videamus. *Dicit ille, non sum.* Ecce est illa promittentis audacia, & de se plurimum præfidentis. Vbi sunt verba illa, quando ait, Quare non possum sequi te modo? Animam meam pro te ponam. Hoccine est sequi magistrum, se negare discipulum? Siccine pro domino anima ponitur, vt, hoc ne fiat, vox ancillæ formidetur? Sed quid mirum si Deus vera prædixit, homo autem falsa præsumpsit? Sane in ista, quæ iam cōcepta est negatione Apostoli Petri debemus aduertere non solum ab eo negari Christum, qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo etiam, qui cum sit, negat se esse Christianum. Dominus enim non ait Petro; Discipulum meum te negabis, sed, me negabis. Negauit ergo ipsum, cū se negauit eius esse discipulum. Quid autem aliud isto modo, quàm se negauit esse Christianum? Quamuis enim discipuli Christi nondum appellarentur hoc nomine, (post ascensionem quippe eius in Antiochia primum cœperunt appellari discipuli Christiani) iam tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nuncupanda. Iam erant discipuli, qui postea sunt appellati Christiani, & hoc cōmune nomen, sicut communem fidem, & ad posteros transmiserunt. Qui ergo se Christi negauit esse discipulum, ipsam rem negauit, cuius nomen est vocari Christianum. Quam multi postea non dico senes, & anus, (in quibus huius vitæ fatietas facilius potuit mortem pro Christi confessione contemnere) nec solum iuuentus vtriusque sexus, (de qua ætate conuenienter videtur exigi fortitudo) sed etiam pueri, puellæque potuerunt, & innumerabiles societas sanctorum martyrum in regnum cælorum fortiter, & violētè intrauit, quod tunc iste non potuit, qui clausæ regni eius accepit? Ecce vnde dicitur est; *Sinite hos abire, quando se pro nobis tradidit, qui suo sanguine nos redemit: vt impletur sermo quem dixit, Quis quos dedisti mihi, non perdidit ex eis quenquam.* Vtique enim Petrus si negato Christo hinc iret, quid aliud quam periret? *Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se.* Non hyems erat, sed tamē frigus erat, quale solet etiam æquinoctio verno aliquando contingere. *Respondit ei Iesus, Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, &c.* Non prætercunda nascitur quæstio, quo

stio, quomodo dixerit dominus Iesus; *Ego, palam locutus sum mundo, & maxime illud quod ait; In occulto locutus sum nihil.* Nōne in hoc ipso recentiore sermone quem post cœnam discipulis est locutus, ait illis; Hæc in prouerbis loquutus sum vobis: venit hora cum iam non in prouerbis loquar vobis, sed palam de patre meo annuntiabo vobis? Si ergo ipsis coniunctioribus discipulis suis non loquebatur palam, sed horam promittebat, quando palam esset locuturus, quomodo palam locutus est mundo? Deinde illis ipsis suis, sicut aliorum quoque euangelistarum testatur auctoritas, in eorum cōparatione qui discipuli eius non erant, multo vtique manifestius loquebatur, quādo cum eis remotus erat à turbis. Tunc enim eis & parabolas aperiebat, quas clausas proferebat ad alios. Quid est ergo; *In occulto locutus sum nihil?* Sed intelligendum est ita eum dixisse; *Palam locutus sum mundo, ac si dixisset;* Multi me audierunt. Ipsum autem palam, modo quodam erat palam, modo autem quodam non erat palam. Palam quippe erat, quia multi audiebant; & rursum non erat palam, quia non intelligebant. Et quod seorsum discipulis loquebatur, non in occulto vtique loquebatur. Quis nāque in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur eum scriptum sit; *In ore duorum vel trium testiū stabit omne verbum, præsertim si hoc loquitur paucis, quod per eos velit innotescere multis, sicut ipse dominus ait illi quos adhuc paucos habebat; Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.* Ergo & hoc ipsum, quod ab eo dici videbatur occulte, quodammodo non dicebatur in occulto, quia nō ita dicebatur eis quibus dictum fuerat, vt taceretur, sed ita potius, vt vsquequaque prædicaretur. Si ergo dici potest aliquid & palam simul & non palam, vel in occulto simul, & non in occulto, quomodo dictum est, vt videntes videant, & non vident? Quomodo enim videt, nisi quia palam non in occulto? & quomodo rursum iidem ipsi nō vident, nisi quia non palam, sed in occulto? Ea tamen ipsa, quæ audierant, sed non intellexerant, talia erant, vt non possent iuste, ac veraciter criminari: & quotiescunq; interrogando tentauerunt vt inuenirent vnde accusarent eum, sic eis respondit, vt omnes eorum reuenderentur doli, & calumniæ frustrarentur. Ideo dicebat; *Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt, quid locutus sum ipsis, ecce hi sciunt quæ dixerim ego.* Hæc autem etiam dixisset, vnus assistens, &c. Quid ista responsione verius, māfuetius, iustius? Eius enim est de quo prophetica vox præcesserat; Intende prospere, procede, & regna propter veritatem, & māfuetudinem, & iustitiam. Si cogitemus quis acceperit alapam, nōne vellemus eum, qui percussit, aut caelesti igne consumi, aut terra dehiscente sorberi, aut correptum dæmonio volutari, aut aliqua huiusmodi qualibet pœna vel etiam grauiore puniri? Quid enim horum per potentiam iubere nō potuisset, per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere maluisset, qua vincitur mundus? Hic dicit aliquis, Cur non fecit quod ipse præcepit? Percutienti enim non sic respondere, sed maxillam debuit alteram præparare. Quid? quod & veraciter, & mansuete iustęque respondit, & non solum alteram maxillam iterum percussuro, sed totum corpus sigendum præparauit in ligno? &

Mat. 4.

Luc. 3.

Mat. 17.

Mat. 10.

Mat. 44.

Mat. 5.

hinc potius demonstrat, quod demonstrandum fuit, sua scilicet magna illa præcepta patientiæ, non ostentatione corporis, sed cordis præparatione facienda. Fieri enim potest vt alteram maxillam visibiliter homo præbeat, & iratus. Quanto ergo melius & respondit vera placatus, & ad perferenda grauiora tranquillo animo fuit paratus? Beatus est enim, qui omnibus, quæ iniusta pro iustitia patitur, potest veraciter dicere; Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum. Hinc fit quippe quod sequitur; Cantabo, & psallam, quod Paulus, & Barnabas etiam in vinculis durissimis facere potuerunt. Sed ad narrationis euangelicæ sequentia redeamus. *Et misit eum Annas ligatum ad Caypham pontificem.* Ad illum enim, sicut Matthæus dicit, ab initio ducebatur, quoniam ipse erat illius anni princeps sacerdotum. Alternos quippe intelligendi sunt agere solere annos ambo pontifices, id est principes sacerdotum, qui erant illo tempore Annas, & Cayphas, quos Lucas euangelista commemorat, narrans quo tempore cœperit dominus præcurfore Ioanne prædicare regnum cælorum, & congregare discipulos. Sic enim dicit; Sub principibus sacerdotum Anna, & Caypha factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, &c. Proinde isti ambo pontifices vicissim suos annos agebant, & erat annus Cayphæ quando passus est Christus. Ideo secundum Matthæum cum comprehensus esset ad illum ductus est, sed prius ad Annam secundum Ioannē venerunt cum illo, nō quia collega, sed quia sacer eius erat, & credendum est secundū voluntatē Cayphæ id esse factū, vel etiā domos eorū ita fuisse positas, vt nō deberet Annas à transitibus præteriri. Sed cū dixisset euangelista, quod eum ligatū miserit Annas ad Caypham, reuersus est ad locum narrationis vbi reliquerat Petrum, vt explicaret quod in domo Annæ de trina eius negatione contigerat. *Erat autem, inquit, Simon Petrus stans, & calefaciens se.* hoc recapitulat, quod ante iam dixerat: deinde quæ secuta sunt iungit. *Dixerunt ergo ei, Numquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non sum.* Iam semel negauerat, ecce iterum. Deinde vt tertia negatio cōpleretur; *Dicit ei vnus ex seruis pontificis cognatus eius, &c.* Ecce medici est cōpleta prædictio, ægroti conuicta præsumptio. Non enim factum est quod iste prædixerat, Animam meam pro te ponam: sed factum est, quod ille prædixerat, Ter me negabis. *Adducunt ergo, inquit, Iesum ad Caypham, in prætorium.* Ad Caypham quippe ab Anna collega, & socero eius dixerat missum. Sed si ad Caypham, cur in prætorium, quod nihil aliud vult intelligi quam vbi præses Pilatus habitabat? Aut igitur aliqua vrgente causa de domo Annæ, quod ad audiendum Iesum ambo conuenerant, Cayphas perrexit ad prætorium præsidis, & socero suo Iesum reliquerat audiendum: aut in domo Cayphæ prætorium Pilatus acceperat, & tanta domus erat, vt seorsum habitantem dominum suum, seorsum iudicem ferret. *Erat autem mane, & ipsi* (id est qui ducebant Iesum) *non introierunt in prætorium.* hoc est in eam partem domus, quam Pilatus tenebat: ipsa erat domus Cayphæ: cur autem non introierint in prætorium, exponens causam; *Vt non contaminarentur, inquit, sed manducarent pascha.* Dies enim agere cœperat azymorum: quibus diebus contaminatio illis erat in alienigenæ

Psal. 107.

Act. 16.

Matth. 26.

Luc. 3.

habitu intrare. O impia cecitas! Timebant ne habitaculo videlicet contaminarentur alieno, & non cōtaminarentur scelere proprio. Alienigenæ iudicis prætorio contaminari timebant, & fratris innocentis sanguine non timebant: ut hoc solum interim dicam, ubi rea malorum conscientia tenebatur, nam quod etiā dominus erat, qui eorum impietate ducebatur ad mortem, & vitæ dator occidebatur, non eorum conscientia, sed ignorantia deputetur. *Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationem, &c.* Interrogentur atque respondeant ab immundis spiritibus liberati, languidi sanati, leprosi mundati, surdi audientes, muti loquentes, cæci videntes, mortui resurgentes, & quod omnia superat, stulti sapientes, vtrum sit malefactor Iesus: sed ista dicebant de quibus propheta iam ipse dixerat; Retribuebant mihi mala pro bonis. *Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, &c.* Quid est quod loquitur insana crudelitas? An non interficiebant, quem interficiendum offerebant? An forte crux non interficit? Sic desipiunt, qui nō se cōtaminant sed insectantur sapientiam. Quid est autem; *Nobis non licet interficere quemquam?* si malefactor est, cur non licet? Nonne lex eis præcipit, ne malefactoribus, præsertim qualem istum putabant, à suo Deo seductioribus, parcant? Sed intelligendum est eos dixisse non sibi licere interficere quemquam ea paschæ festiuitate, quam celebrare iam cœperant, propter quam de ingressu etiam prætorij contaminari metuebant. Itane obduruistis, falsi Israelitæ? Itane omnem sensum nimia malitia perdidistis, ut ideo vos à sanguine innocentis impollutos esse credatis, quia eum fundendum alteri traditis? Nunquid & Pilatus illum, qui potestati eius à vobis ingeritur occidendus, suis est manibus occisurus? Si non eum voluistis occidi, si non insidiati estis, si non vobis tradendum pecunia comparastis, si non comprehendistis, vinxistis, adduxistis, odistis, si non occidendum gentiliū manibus obtulistis, vocibus poposcistis, non eum à vobis interfectum iactate. Si autem illis omnibus vestris præcedentibus factis, etiam crucifige crucifige clamastis, audite quodd contra vos etiā propheta clamat; Filij hominum, dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum machæra acuta. Ecce quibus armis, quibus sagittis, qua machæra iustū interfecistis, quando vobis interficere quemquam non licere dixistis. Hinc est, quod ad comprehendendum Iesum, cum sacerdotum non venissent principes, sed misissent, Lucas tamē Evangelista in eodem suæ narrationis loco; Dixit autem, inquit, Iesus ad eos, qui venerant ad se principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores, Quasi ad latronem existis, &c. Sicut ergo principes sacerdotum nō per se ipsos, sed per eos, quos miserunt ad comprehendendum Christum, quid aliud quàm ipsi in suæ iussionis potestate venerunt sic omnes, qui crucifigendum Christum impiis vocibus clamauerunt, non quidem per se ipsos, sed eum tamen ipsi per illam qui eorum clamore ad hoc nefas impulsus est, occiderunt. Quod vero Ioannes Evangelista subiungit; *Et sermo Iesu impletur quem dixit significans quomodo esset mortuus: non hic mortem crucis vult intelligi, sed quod eum Iudæi forent gentibus tradituri, hoc est, Romanis. Nā Pilatus Romanus erat, eumque in Iudæam Romani præsidem miserant.*

Psal. 34.

1. Cor. 12.

Psal. 56.

Luc. 22.

Ut ergo iste sermo Iesu impletur, id est ut eum sibi traditum gentes interficerent, quod Iesus futurum esse prædixerat, ideo Pilatus, qui Romanus iudex erat, cum vellet eum reddere Iudæis, ut secundum suam legem iudicarent eum, noluerunt eum accipere, dicentes; *Nobis non licet interficere quemquam*, ac sic impletus est sermo Iesu, quoniam de sua morte prædixit, ut eum à Iudæis traditum interficerent gentes, minore scelere quàm Iudæi, qui se isto modo ab eius interfectione velut alienos facere voluerunt, non ut eorum innocentia, sed dementia monstraretur. *Intravit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocavit Iesum, & dixit ei; Tu es Rex Iudæorum?* & respondit Iesus, *A temetipso hoc dicit, an alij tibi dixerunt de me?* Sciebat utique dominus & quod ipse interrogavit, & quod ille respondurus fuit: sed tamen dici voluit, non, ut ipse sciret, sed ut conscriberetur quod nos voluit ut sciremus, *Regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, &c.* Hoc est, quod bonus magister scire nos voluit. Sed prius nobis demonstranda fuerat hominum de regno eius opinio, siue gentium, siue Iudæorum, à quibus id Pilatus audierat: quasi propterea fuisset morte plectendus, quod illicium affectauerit regnum: vel quoniam solent regnantis inuidere regnantes, & videlicet cauendum erat, ne huius regnum siue Romanis, siue Iudæis esset aduersum. Poterat autem dominus quod ait; *Regnum meum non est de hoc mundo, &c.* ad primam interrogationem prædixit respondere, ubi ei dixit, *Tu es Rex Iudæorum?* Sed eum vicissim interrogans vtrum hoc à semetipso diceret, an audisset ab alijs, illo respondente ostendere voluit hoc sibi apud illum fuisse à Iudæis velut crimen obiectum, patefaciens nobis cogitationes hominū, quas ipse nouerat, quoniam vanæ sunt. Et quæ post responsonem Pilati, iam Iudæis, & gentibus opportunis, aptiusque respondens; *Regnum, inquit, meum non est de hoc mundo. Quod si interrogante Pilato continuo respondisset, non etiā Iudæis, sed solis gentibus hoc de se optinantibus respondisse videretur. Nunc vero quoniam respondit Pilatus, Numquid ego Iudæus sum? Gens tua, &c.* Abstulit à se suspicionem qua posset putari à semetipso dixisse, quod Iesum regem dixerat esse Iudæorum, id se à Iudæis audisse demonstrans. Deinde dicendo; *quid fecisti?* satis ostendit illud ei pro crimine obiectum, tanquam diceret; Si regem te negas, quid fecisti, ut tradereris mihi? quasi mirum non esset, si puniendus iudici traderetur, qui se diceret regem. Si autem hoc non diceret, querendum ab illo esset, quid aliud forte fecisset, unde tradi iudici dignus esset. Audite ergo, Iudæi, & gentes. Audi, circuncisio, audi, præputium. Audite, omnia regna terræ. Non impedio dominationem vestram in hoc mundo. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Nolite metere metu vanissimo, quo Herodes ille maior cum Christus natus nunciaretur, expauit, & tot infantes, ut ad eum mors perueniret, occidit, timendo quàm irascendo crudelior. *Regnum, inquit, meum non est de hoc mundo. Quid vultis amplius? Venite ad regnum, quod non est de hoc mundo. Venite credendo, & nolite scire metuendo. Dicit quidem in prophetia de Deo patre; Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius: sed Sion illa, & mons ille non est de hoc mundo. Quod enim eius regnum, nisi credentes in eundem quibus dicit;*

Matth. 13.

1. Cor. 5.

Gal. 3.

Matth. 23.

Luc. 14.

Luc. 22.

Rom. 8.

1. Tim. 2.

cit; De hoc mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo, quamuis eos esse vellet in mūdo, propter quod de illis dixit ad patrem; Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo. Unde & hic non ait; Regnum meum non est in hoc mundo, sed, *non est de hoc mundo*, & cum probaret dicens; *Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei decertarent, ut non traderer Iudæis*: non ait; Nunc autem meum regnum non est hic, sed, *non est hinc*. Hic est enim regnum eius usque in finem seculi, habens inter se commissa zizania usque ad messem. Messis enim est finis seculi, quando messores venient, id est angeli, & colligent de regno eius omnia scandala, quod utique nō fieret, si regnum eius non esset hic. Sed tamen non est hinc, quia peregrinatur in mundo. Regno quippe suo dicit; De mundo non estis, sed ego vos de mundo elegeri. Erant ergo de mundo, quando regnum eius non erant, sed ad mundi principem pertinebant. De mundo est ergo quicquid humanum à vero quidem Deo creatum, sed ex Adam vitiatum, atque damnata stirpe generatum est. Factum est autem regnū non iam de mundo, quicquid inde in Christo regeneratum est. Sic enim Deus nos eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis sue: de quo regno dicit; *Regnum meum non est de hoc mundo: vel regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus, Ergo rex es tu?* Respondit Iesus, *Tu dicis, quia Rex sum ego.* Non quia se regem timuit confiteri, sed, *tu dicis*, ita libratum est, ut neque se regem neget (rex est enim, cuius regnum non est de hoc mundo) neque regem talem se esse fateatur, cuius regnum putetur esse de hoc mundo. Talem quippe sentiebat qui dixerat; *Ergo Rex es tu*: cui responsum est; *Tu dicis quia rex sum ego.* Dicitum est enim, *tu dicis*, ac si dictum esset, Carnalis carnaliter dicis, Deinde subiungit; *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Non producenda huius pronomini syllaba quod ait, *in hoc natus sum*, tanquam dixerit, in hac re natus sum: sed corripienda, tanquam dixerit, In hanc re natus sum, vel ad hoc natus sum: sicut ait, *Ad hoc veni in mundum.* In Græco namque euāgelio nihil est huius locutionis ambiguitas. Unde manifestū est, eum temporale natiuitatē suam hic commemorasse, qua incarnatus venit in mūdū: nō illā sine initio, qua Deus erat, per quem pater condidit mundum. In hoc ergo se dixit natum, id est propter hoc natū, & ad hoc venisse in mundum, utique nascendo de virgine, ut testimonium perhibeat veritati. Sed quia nō omnium est fides, adiunxit atque ait; *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.* Audit utique interioribus auribus, id est, obaudit voci meæ, quod tantundem valeret si diceret, credit mihi. Cum itaque Christus testimonij perhibeat veritati, profecto testimonium perhibet sibi. Eius quippe vox est; Ego sum veritas, & dixit alio quoque loco; Ego testimonij perhibeo de me. Quod vero ait, *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam*: gratiam eam commendauit, qua nos secundum propositum vocat: de quo proposito dicit Apostolus; Scimus quia diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonū, iis, qui secundum propositum vocati sunt. Propositum, scilicet vocantis, non vocatorum: quod alibi apertius ita positum est; Collabora Euāgelio secundum virtutem Dei saluos nos facientis, & vocantis vocatione sua secunda, non secundum opera no-

stra, sed secundum suum propositum, & gratiam. Nam si naturam cogitemus in qua creati sumus, cum omnes veritas creauerit, quis non est ex veritate? Sed non omnes sunt, quibus datum est, ut audiant veritatem, hoc est obediant veritati, & credant in veritatem, quia id ex ipsa veritate præstat, nullis proculdubio præcedentibus meritis, ne gratia non sit gratia. Si enim dixisset, Omnis qui audit vocem meam, ex veritate est: ideo dictum ex veritate patretur, quia obtemperat veritati non autem hoc ait, sed ait, *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam*. Ac per hoc non ideo est ex veritate, quia eius audit vocem: sed ideo audit, quia ex veritate est, id est, quia hoc illi donum ex veritate collatum est. Quod quid est aliud, quam donante Christo credi in Christum; *Dixit ei Pilatus, Quid est veritas?* (Nec expectauit audire responsum:) Sed cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudæos, &c. Credo, cum dixisset Pilatus, *Quid est veritas?* In mentem illi venisse continuo consuetudinem Iudæorum, qua soler eis dimitti vnus in Pascha: & ideo non expectauit ut responderet ei Iesus, *Quid est veritas*: ne mora fieret, quicquid set morē quo possent eis per Pascha dimitti: quod eum valde cupiuisse manifestum est: anelli tamen eius corde non potuit Iesum esse regem Iudæorum, tanquam hoc sibi, sicut in titulo, ipsa veritas fixerit, de qua quid esset interrogauit. Sed hoc audito, clamauerunt rursum omnes dicentes; *Non hinc, sed Barrabam: erat autem Barrabam latro.* Non reprehendimus, o Iudæi, quod per Pascha liberatis nocentem, sed quod occiditis innocentem quod tamen nisi fieret, verum Pascha non fieret. Sed vmbra veritatis à Iudæis errantibus tenebatur, & mirabili dispensatione diuinæ sapientiæ, per homines fallaces eiusdem vmbre veritas implebatur: quia ut verum Pascha fieret, Christus velut ouis immolabatur. Cum Iudæi clamassent non Iesum sibi à Pilato velle dimitti per pascha, sed Barrabam latronem, non saluatorem, sed interfectorem, non datorem vitæ, sed ademptorem, *Tunc apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit.* Hoc autem Pilatus non ob aliud fecisse credendus est, nisi ut eius iniurijs Iudæi satiati, sufficere sibi existimarent, & usque ad eius mortem scire desisterent. Ad hoc pertinet, quod idem præfes etiam cohortem suam permisit facere, quæ sequuntur: aut fortassis & iussit: quauis hoc Euāgelista tacuerit. Dixit enim quid deinde fecerint milites: *Pilatum tamen id iussisse non dicit. Et milites, inquit, plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, &c.* Sic implebantur quæ de se prædixerat Christus. Sic martyres informabantur ad omnia, quæ persecutores libuisset facere perferenda. sic paulisper occultata tremēda potentia: sic regnum quod de hoc mundo non erat, superbium mundum, non atrocitate pugnandi, sed patienti humilitate vincebat: sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili contumelia, & mirabili pullularet in gloria. *Exiit iterum Pilatus foras, &c.* Hinc apparet non ignorante Pilato, hæc à militibus facta, siue iusserit ea, siue permisisset illa scilicet causā quam supra diximus, ut hæc eius ludibria inimici libentissimè biberent, & vltterius sanguinem non sitirent. Egreditur ad eos Iesus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum: non clarus imperio, sed plenus opprobrio. & dicitur eis, *Ecce homo.* Si regi inuidetis, iam

iam parcite, quia deiectum videris. Flagellatus est, spinis coronatus est, ludibrosa veste amictus est, amarissimis conivitis illusus est, alapis celsus est. Fernet ignominia, frigescat invidia. Sed non frigescit: inardescit potius & increfcit. *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.* Ecce altera maior invidia. parva illa quippe videbatur velut affectatæ illicito ausu regie potestatis: & tamen neutrum sibi Iesus mendaciter vsurpavit: sed vtrunque verum est, & vni-genitus est Dei filius, & rex à Deo constitutus super Sion montem sanctum eius. & vtrunque nunc demonstraret, nisi quantò erat potentior, tanto mallet esse parientior. *Iesus autem responsum non dedit ei, &c.* Hoc silentium domini Iesu Christi non semel factum, collatis omnium Evangelistarum narrationibus, reperitur, & apud principes sacerdotum, & apud Herodem, quo eum, sicut Lucas indicat, miserat Pilatus audiendum, & apud ipsum Pilatum: ut non frustra de illo Prophecia præcesserit; Sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. Tunc vtiq;e, quando interrogantibus non respondit. Quâvis enim quibusdâ interrogationibus sæpe responderit, tamen propter illa, in quibus noluit respondere, ad hoc data est de agno similitudo, ut in suo silentio non reus sed innocens haberetur. Cum ergo iudicaretur, vbiunque non aperuit os suum, sicut agnus non aperuit, id est, non sicut male sibi conficius, qui de peccatis conuincebatur suis, sed sicut mansuetus, qui pro peccatis immolabatur alienis. *Respondit Iesus, Non haberes adversus me potestatem ullam, nisi tibi esset datum desuper, &c.* Ecce respondit, & tamen vbiunque non respondit, non sicut reus sine dolofus, sed sicut agnus, hoc est, sicut simplex atq;e innocens non aperuit os suum. Proinde vbi non respondebat, sicut ouis silēbat: vbi respondebat, sicut pastor docebat. *Discanus ergo quod dixit, quod & per Apostolum docuit, quia non est potestas nisi à Deo: & quia plus peccat, qui potestati innocentem occidendum libere tradit, quam potestas ipsa, si eum timore alterius maioris potestatis occidit.* Talem quippe Deus Pilato dederat potestatem, ut esset etiam sub Cæsaris potestate. quapropter, *Non haberes, inquit, adversus me potestatem ullam, id est, quantumlibet quælibet habes, nisi hoc ipsum, quicquid est, tibi esset datum desuper.* Sed quoniam scio quantum sit, non enim tantum est, ut tibi omnimodo liberum sit: propterea, qui me tradidit tibi maius peccatum habet. Ille me quippe tuæ potestati tradidit invidendo, tu vero eandem potestatem in me exerciturus es metuendo. Nec timendo quidem præsertim innocentem homo hominem debet occidere: sed tamen id zelando facere, multo maius malum est, quam timendo: & ideo non ait verax magister, *Qui me tibi tradidit, ipse peccatum habet, tanquam ille non haberet, sed ait; Maius habet peccatum: ut etiam se habere intelligeret.* Neque enim propterea illud nullum est, quia maius est. *Exinde quærebat Pilatus dimittere eum.* Quid est hoc quod dictum est, *exinde, quia si antea iam non quærebat? Lege superiora, & inuenies iam dudum eum quærebat dimittere Iesum.* *Exinde, itaque intelligendum est, propter hoc, id est, ex hac causâ, ne haberet peccatum occidendo innocentem sibi traditum, quauis minus peccans quam Iudæi, qui eum illi tradiderunt*

Luce. 23.

Esai. 53.

Rom. 13.

occidendum. *Exinde ergo, id est, ideo, ne hoc peccatum faceret, non nunc primum, sed ab initio quærebat eum dimittere.* *Iudæi autem clamabant dicentes; Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, &c.* Maiorem timorem se ingerere putauerunt Pilato terrendo de Cæsare, ut occideret Christum, quam superius vbi dixerunt, *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.* Eorum legē quippe ille non timuit ut occideret, sed magis filium Dei timuit, ne occideret. Nunc vero non sic potuit contemnere Cæsarem, aut horum potestatis suæ, quæmadmodum legem gentiis alienæ. Adhuc tamen Evangelista sequitur, & dicit; *Pilatus ergo cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, &c.* Quia hora sit dominus crucifixus, propter Evangelistæ alterius testimonium, qui dixit, *Erat autem hora tertia, & crucifixus eum;* quoniam magna discipulorum solet oboriri, cum ad ipsum locum vbi crucifixus narratur, ventum fuerit, ut potuerimus, si dominus voluerit, disseremus. Cum ergo pro tribunali sedisset Pilatus, *Dicit Iudæis, Ecce rex vester, &c.* Adhuc terrore, quem de Cæsare iniecerant, superare conatur, de ignominia eorum volens eos frangere, dicendo, *Regem vestrum crucifigam? Quos de ignominia Christi mitigare non poterat.* sed timore mox vincitur. *Respondit enim pontifex: Nisi habemus regem nisi Cæsarem. tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur.* Apertissime quippe contra Cæsarem venire videretur, si regem se non habere nisi Cæsarem profiterentibus, alium regem velit ingerere, dimittendo impunitum, quem propter hos ausus ei tradiderunt occidendi. Tradidit ergo eis illum, ut crucifigeretur. Sed nunquid aliud ante cupiebant, quando dicebat, *Accipite eum vos, & crucifigite? Vt etiam superius, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum?* Cur autem hoc illi tantopere noluerunt dicentes, *Nobis non licet interficere quemquam?* & omni modo instantes ut non ab eis, sed à præside occideretur, & ideo eum occidendum accipere recusantes, si tunc eum accipiunt occidendum? Aut si hoc non sit, cur dictum est; *Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur?* An aliquid interest plane interest? Non est enim dictum, *Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur cum, sed, ut crucifigeretur:* id est, ut iudicio, ac potestate præsidis crucifigeretur. Sed ideo illis traditum dicit Evangelista, ut eos crimine implicatos, à quo alieni esse conabantur, ostenderet. Non enim faceret hoc Pilatus, nisi ut id quod eos cupere cernebat, impleret. *Quod ergo sequitur, Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt. Potest ad milites iam referri apparitores præsidis. nam postea euidentius dicitur, Milites ergo, cum crucifixissent eum, quamuis Evangelista etiam si totum Iudæis tribuit, merito facit. Ipsi enim susceperunt, quod audissimè flagitauerunt: & ipsi fecerunt, quicquid vt fieret extorsissent. Iudicante, atque damnante Pilato pro tribunali dominum nostrum Iesum Christum hora quasi sexta susceperunt, & eduxerunt. Et baiulans sibi crucem, exiit in eum qui dicitur Caluaria locum, Hebraicè Golgotha: vbi eum crucifixerunt.* Quid est ergo, quod Marcus euangelista dicit; *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum:* nisi quia hora tertia crucifixus est dominus linguis Iudæorum, hora sexta manibus militum: ut intelligamus horam quintam iam fuisse transactam, & aliquid de sexta ceptum, quando

Matth. 27.

Luce. 23.

Rom. 9.

Galat. 3.

Rom. 2.

Rom. 13.

Luce. 23.

quando sedit pro tribunali Pilatus, quæ dicta est à Ioanne hora quasi sexta: & cum duceretur, ut ligno cum duobus latronibus confingeretur, & iuxta eius crucem gereretur, quæ gesta narratur, hora sexta integra completeretur: ex qua hora vsque ad nonam Sole obfcurato tenebras factas, trium euangelistarum, Matthæi, Marci, Lucæ contestatur autoritas. Est & alia huius solutio quæstionis, ut non hic accipiatur hora sexta diei, quia nec Ioannes ait, *Erat autem hora diei quasi sexta: sed ait; Erat autem parasceue pascha hora quasi sexta.* parasceue autem Latine præparatio est. Sed isto verbo Græco libentius vtuntur Iudæi in huiusmodi obseruationibus, etiam qui magis Latine quam Græce loquuntur. Erat autem præparatio paschæ: pascha vero nostrum, sicut dicit Apostolus, immolatus est Christus. Cuius paschæ præparationem si ab hora noctis nona computemus: (tunc enim videntur principes sacerdotum prænucciasse domini immolationem, dicentes, *Reus est mortis, cum adhuc in domo pontificis audiretur: vnde congruenter accipitur inde cœpisse præparationem veri paschæ, cuius vmbra erat pascha Iudæorum, id est, immolationis Christi, ex quo à sacerdotibus prænucciatum est immolandum) profecto ab ea noctis hora, quæ nona fuisse conuincitur, vsque ad horam diei tertiam, qua crucifixum esse Christum Marcus Euangelista testatur, sex horæ sunt, tres nocturnæ, tres diurnæ. Vnde in hac parasceue paschæ, id est, præparatione immolationis Christi, quæ ab hora noctis nona cœpta erat, quasi sexta agebatur hora: id est, peracta quinta, iam sexta curre cœperat, quando Pilatus tribunal ascendit. Adhuc enim erat ipsa præparatio, quæ ab hora noctis nona cœperat, donec fieret quæ præparabat Christus immolatio, quæ facta est hora secunda secundum Marcum tertia, non præparationis, sed diei: eademque sexta non diei, sed præparationis, sex vtique horis à noctis nona vsque ad diei tertiam computatis. Harum duarum solutionum istius difficultis quæstionis eligat quicquæ quam volet. Melius autem quid eligat iudicabit, qui de consensu euangelistarum quæ operosissime disputata sunt, legerit. *Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt eum: & baiulans sibi crucem, exiit in eum qui dicitur Caluaria locum, Hebraicè autem Golgotha, vbi eum crucifixerunt.* Ibat ergo ad locum vbi erat crucifigendus, portans crucem suam Iesus. Grande spectaculum: sed si spectet impietas, grande ludibrium: si pietas, grande mysterium: si spectet impietas, grande ignominie documentum: si pietas, grande fidei monumentum. Si spectet impietas, rider regem pro virga regni lignum sui portare supplicij. Si pietas, vider regem baiulantem lignum ad semetipsum figendum, quod fixurus fuerat etiam in frontibus regum: in eo spernendus oculis impiorum, in quo erant gloriatur corda sanctorum. Dicitur enim Paulo, *Mihi enim absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, ipsam crucem suo gestans humero commendabat: & lucernæ arsuræ, quæ sub medio ponenda non erat, candelabrum, ferebat. Baiulans ergo sibi crucem, Et cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Iesum.* Isti duo latrones erant, sicut aliorum Euangelistarum narratione didicimus, cum quibus crucifixus, & inter quos fixus est Christus: de quo præmissa dixetat propheta, *Et**

inter iniquos deputatus est. *Erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latine, Rex Iudæorum.* Hæ quippe tres linguæ ibi præ cæteris eminebant: Hebræa propter Iudæos in lege Dei gloriantes: Græca propter gentium sapientes: Latina propter Romanos multos, ac pene omnibus iam tunc gentibus imperantes. *Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum, Noli scribere, Rex Iudæorum, &c.* O ineffabilem vim diuinæ operationis, etiam in cordibus ignorantium. Nonne occulta vox quædam Pilato intus quodam, si dici potest, clamoroso silentio personabat, quod tanto ante in psalmorum literis prophætatum est, *Ne corrumpas tituli inscriptionem?* Ecce tituli inscriptionem non corrumpit: Quod scripsit, scripsit. Sed etiam pontifices qui hoc corrumpi volebant, quid dicebant: *Noli scribere, inquit, Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum.* Quid loquimini, insani? Quid fieri contradicitis, quod mutare nullo pacto potestis? Nihil quid enim propterea non erit verum, quia Iesus ait: *Rex sum Iudæorum?* Si corrumpi non potest quod Pilatus scripsit, corrumpi potest quod veritas dixit: Sed Iudæorum tantum rex Christus est, an & gentium? Immo & gentium. Cum enim dixisset in prophætâ; *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum domini: ne propter montem Sion solis Iudæis eum regem quisquam dicere constitutum, continuo subiecit, Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Vnde & ipse iam per os proprium loquens apud Iudæos; *Habeo, inquit, alias oues, quæ non sunt ex hoc ovili: oportet me & ipsas adducere: & vocem meam audient: & erit vnus grex, & vnus pastor.* Cur ergo magnum volumus intelligi in hoc titulo sacramentum, in quo scriptum erat; *Rex Iudæorum, si Rex est Christus & gentium: quia scilicet oleaster factus est particeps pinguedinis oleæ. Nam olea particeps facta est amaritudinis oleastris. Nam isti eo quod de Christo veraciter scriptus est titulus; *Rex Iudæorum, qui sunt intelligendi Iudæi? nisi Abraham semen, filij promissionis, qui sunt etiam filij Dei, quoniam non qui filij promissionis deputantur in semine: & gentes erant, quibus dicebat; Si autem vos Christi, ergo semen Abraham estis, secundum promissionem hæc des. Rex ergo Iudæorum Christus, sed Iudæorum circumsionis cordis: spiritu, non litera: quotum laus non ex hominibus, sed ex Deo est, pertinentium ad Hierusalem liberam matrem nostram, æternam in cælis, Saram spiritualem ancillam, & filios eius de domo libertatis efficiendum. Ideo enim Pilatus quod scripsit scripsit, quia dominus quod dixit dixit. Milites ergo cum crucifixissent eum acciperunt vestimenta eius, &c.* Factum est quod voluerunt Iudæi. Non ipsi, sed milites qui præbebant Pilato, iudicante ipso crucifixerunt Iesum: & tamen si voluntates, si insidias, si operta, si traditionem, prostrems si extorquentes clamores eorum obgignemus, magis vtique Iudæi crucifixerunt Iesum: sed de partitione & sortitione vestimentorum eius non est prætereuntes loquendum. *Quamuis enim omnes euangelistæ quatuor huius rei meminissent, cæteri tamen breuius quam Ioannes; & clausè illi, iste vero apertissime, & quot pattes de vestimentis eius fecerint, dixit, id est quatuor, vt singulas***

Esai. 54.

Isai. 2.

1. Ioan. 7.

Rom. 12.

Rom. 9.

Galat. 3.

Rom. 2.

tollerent

tollerent. Vnde apparet quatuor milites fuisse, qui eo crucifigendo praesidi paruerunt. Manifeste quippe ait; *Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem: & tunicam.* Subaudiendum est, acceperunt: ut iste sit sensus; Acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem: acceperunt & tunicam. & sic locutus est, ut de ceteris vestimentis nullam sortem missam esse videamus, sed de tunica, quam simul cum ceteris acceperunt, sed non similiter diuiserunt. De hac enim sequitur exponens; *Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum.* Cur autem de illa sorte miserint, narrans; *Dixerunt ergo, inquit, adiuuicem; Non scindamus eam, sed fortiamur de illa cuius sit.* Apparet itaque in aliis vestibus aequales eos habuisse partes, ut fortiri necesse non fuerit: in illa vero vna non eos habere potuisse singulas partes nisi scinderetur, ut pannos eius inutiliter tollerent: quod ne facerent, ad vnum eam peruenire sortitione maluerunt. Huius euangelistae narrationi consonat etiam propheticum testimonium, quod & ipse continuo subiungens; *Prout scriptura, inquit, implebitur, dicens; Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem.* Non enim ait sortiti, sed partiti. nec ait, sortientes partiti sunt: sed in ceteris vestimentis sortem omnino non nominans, postea dixit, & in vestem meam miserunt sortem, propter illam reliquam tunicam. De qua re dicam quod ipse donauerit, cum prius eam, quae oboriri potest, tanquam euangelistae inter se discrepent, calumniam propulsauro, demonstrant nullius ceterorum verba narrationi Ioannis esse contraria. Math. 27. Matthaeus enim dicendo; Diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes, ad totam diuisionem vestimentorum voluit intelligi etiam illam tunicam pertinere, de qua sortem miserunt: quia utique omnes vestes diuidendo, in quibus & illa fuit, de ipsa sortiti sunt. Tale est, quod ait etiam Lucas; Diuidentes vestimenta eius, miserunt sortes. Diuidentes enim venerunt ad tunicam, de qua facta est sortitio, ut inter eos vniuersa vestimentorum eius diuisio completeretur. Quid autem interest vtrum dicatur, diuidentes miserunt sortes, quod ait Lucas; an, diuiserunt, sortem mittentes, quod ait Matthaeus? nisi quod Lucas dicendo sortes, pluralem pro singulari numerum posuit: quae locutio scripturis sanctis insolita non est, quamvis nonnulli codices sortem reperiantur habere, non sortes. Marc. 15. Marcus itaque solus videtur aliquam intulisse quaestionem. Dicendo enim; Mittentes sortem super eis quis quid tolleret: tanquam super omnibus vestimentis, non super sola tunica fors sit missa, locutus videtur. Sed etiam hic breuitas obscuritatem facit. Sic enim dictum est, mittentes sortem super eis, ac si diceretur, mittentes sortem cum diuiserentur, quod & factum est. Omnium quippe vestimentorum eius diuisio completa non esset, nisi sorte claruisset quis etiam illam tunicam tolleret: ut sic contentio diuidentium finiretur, vel nulla potius oriretur. Quod ergo ait; quis quid tolleret, quando quidem hoc sorti deputatur, non ad omnia quae diuisa sunt vestimenta referendum est: fors enim missa est, quis illam tunicam tolleret: de qua quoniam narrate praetermisit qualis fuerit, & quemadmodum equalibus factis partibus sola remanserit, quae ne conscinderetur, venit in sortem, pro ea positum est quod ait, quis

quid tolleret, id est, quis eam tolleret: tanquam si totum ita diceretur; Diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes super eis, quis tunicam quae partibus equalibus superfuera, tolleret. Quare forte aliquis, quid significet in tot partes vestimentorum facta diuisio, & de tunica illa sortitio. Quadripertita vestis domini nostri Iesu Christi, quadripertita figurauit eius Ecclesiam, toto scilicet, qui quatuor partibus constat, terrarum orbe diffusam, omnibus eiusdem partibus aequaliter, id est concorditer distributam: propter quod alibi dicit missurum se angelos suos ut colligant electos eius a quatuor ventis: quod quid est, nisi a quatuor partibus mundi, oriente, occidente, aquilone, & meridie: Tunica vero illa sortita, omnium partium significat vnitatem, quae charitatis vinculo continetur. De charitate autem locutus est apostolus, Supereminentiorem, inquit, viam vobis demonstro. & alio loco ait; Cognoscere etiam supereminentem scientiae charitatem Christi. Itemque alibi; Super omnia autem haec, charitatem, quae est vinculum perfectionis. Si ergo charitas & supereminentiorem habet viam, & supereminet scientiae, & super omnia praecipua est, merito vestis quae significatur, desuper contexta perhibetur: inconsutilis autem, ne aliquando dissinatur: & ad vnum peruenit, quia in vnum omnes colligit, sicut in apostolis cum esset etiam ipse numerus duodenarius, id est, quadripertitus inter omnes, & omnes essent interrogati, solus Petrus respondit; Tu es Christus filius Dei viui. & ei dicitur. Tibi dabo clauis regni caelorum, tanquam ligandi, & soluendi solus acceperit potestatem, cum & illud vnum pro omnibus dixerit, & hoc cum omnibus tanquam personam gerens ipsius vnitatis acceperit. Ideo vnum pro omnibus, quia vnitatis est in omnibus. Vnde & hic cum dixisset, desuper contexta, addidit, per totum, quod si referamus ad id quod significat, nemo eius est expertus, qui pertinere inuenitur ad totum: a quo toto, sicut Graeca indicat lingua, catholica vocatur ecclesia. In sorte autem quid nisi Dei gratia commendata est? Sic quippe in vno ad omnes peruenit, cum fors omnibus placuit, quia & Dei gratia in vnitatem ad omnes peruenit: & cum fors mittitur, non personae cuiusquam vel meritis, sed occulto Dei iudicio ceditur. Nec ideo ista non aliquid boni significasse quis dixerit, quia per malos facta sunt, non scilicet per eos, qui Christum secuti, sed qui sunt persecuti. Quid enim de ipsa cruce dicitur sumus, quae certe similiter ab inimicis, atque impiis Christo facta, & impacta est: tamen ea significari recte intelligitur quod ait apostolus, quae sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum. Postremo quid est, quod omnes nouerunt signum Christi, nisi crux Christi: quod signum nisi adhibeatur sine frontibus credentium, siue ipsi aquae, ex qua regenerantur, siue oleo, quo chrismate vnguntur, siue sacrificio, quo aluntur, nihil eorum rite perficitur. Quomodo ergo per id quod mali faciunt, nihil boni significatur, quando per crucem Christi quam fecerunt mali, in celebratione sacramentorum eius, bonum nobis omne signatur? *Et milites quidem, inquit, haec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius, &c.* Haec nimirum est illa hora, de qua Iesus aquam conuersurus in vinum dixerat matri; Quid mihi & tibi est, mulier? Nondum venit hora mea. Hanc itaque horam praedixerat, quae

quae tunc nondum venerat, in qua deberet agnosceret moriturus, de qua fuerat mortalitatis natus. Tunc ergo diuina facturus, non diuinitatis, sed infirmitatis matrem velut incognitam repellat: nunc autem humana iam patiens, ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano. Tunc enim qui Mariam creauerat, innotescerebat virtute: nunc vero quod Maria pepererat, pendebat in cruce. Moralis igitur insinuat locus. Facit quod faciendum admonet. Exemplo suo insinuat praecipitor bonus, ut a filiis piis impendatur cura parentibus: tanquam lignum illud ubi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magistri docentis. Ex hac doctrina sua didicerat Paulus apostolus quod docebat quando dicebat; Si quis autem suis, & maxime domesticis non prouidet, fidem negat, & est infideli deterior. Quid autem cuique tam domesticum, quam parentes filii aut parentibus filij: Huius itaque saluberrimi praecipiti, ipse magister sanctorum, de seipso consuebat exemplum, quando non ut famula Deus, quam creauerat, & regebat, sed ut matri homo, de qua creatus fuerat, & quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filium prouidebat. Nam cur hoc fecerit, quod sequitur indicat. Ait enim euangelista; *Ex illa hora accepit eam discipulus in sua.* de seipso dicens: sic quippe de se commemorare solet, quod eum diligebat Iesus: qui utique omnes, sed ipsum praeceteris & familiaribus diligebat, ita ut in conuiuio super pectus suum discumbere faceret: credo ut istius euangelij, quod per eum fuerat praedicaturus, diuinam excellentiam hoc modo altius commendare. Sed in qua sua Ioannes matrem domini accepit: Neque enim non ex eis erat, qui dixerant ei; Ecce nos dimissimus omnia, & secuti sumus: sed ibi quoque audierat; Quicumque ista dimiserit propter me, accipiet in hoc seculo centies tantum. Habeat ergo ille discipulus centupliciter plura quam dimiserat, in qua susciperet eius matrem, qui illa donauerat. Sed in ea societate beatus Ioannes perciperat centuplum, ubi nemo dicebat aliquid suum, sed erant illis omnia communia, sicut in Act. 1. Actibus apostolorum scriptum est. Sic enim apostoli erant quasi nihil habentes, & omnia possidentes: & distributebatur unicuique prout cuique opus erat: vnde intelligendum est sic distributum fuisse huic discipulo quod opus erat, ut illic etiam beatae Mariae tanquam matris eius portio poneretur. Magisque sic debemus accipere quod dictum est; *Ex illa hora suscepit eam discipulus in sua,* ut ad eius curam quicquid ei esset necessarium, pertineret. *Suscipit ergo eam in sua:* non praedia, quae nulla proprie possidebat, sed officia, quae propria dispensatione exequenda curabat. Deinde subiungit. *Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt, &c.* Quis potest quae facit, ita disponere, quomodo disposuit homo iste, qui passus est? Sed homo mediator Dei, & hominum, homo de quo praedictum legitur; Et homo est, & quis agnoscit eum? quoniam omnes, per quos haec fiebant, non agnoscebant hominem Deum. Homo namque apparebat, qui Deus latebat. Patiebatur haec omnia, qui apparebat, & idem ipse disponebat haec omnia, qui latebat. Vidit ergo quia consummata sunt omnia, quae oportebat ut fierent, antequam acciperet acetum, & traderet spiritum. Atque ut hoc etiam consummaretur, quod scriptura praedixerat; Et in siti mea

petauerunt me acetum; *Sitis,* inquit, tanquam diceret, Hoc minus fecistis, date quod estis. Iudaei quippe ipsi erant degenerantes a vino patriarcharum, & prophetarum, & tanquam de pleno vase iniquitate mundi huius impleti, cor habentes velut spongiam cauernosis quodammodo, atque tortuosus latibulis fraudulentum. Hyslopo autem circumposuerunt spongiam aceto plenam: quam, quonia herba est humilis, & pectus purgat, ipsius Christi humilitate congruenter accipimus, quam circundederunt, & se circumuenisse putauerunt. vnde est illud in psalmo quinquagesimo; *Asperges me, domine, hyslopo, & mundabor.* Psal. 50. Christi namque humilitate mundamur, quia nisi humiliasset semetipsum, factus obediens usque ad mortem crucis, non utique sanguis eius in peccatorum remissionem, hoc est, in nostram mundationem fuisset effusus. Nec quomodo spongiam ori eius potuerint admoere, qui in cruce fuerat exaltatus a terra. Sicut enim apud alios euangelistas legitur (quod hic praetermisit) in arundine est factum, ut in spongia talis potus ad crucis sublimia leuaretur. Per arundinem vero scriptura significabatur, quae implebatur hoc facto. Sicut enim lingua dicitur vel Graeca, vel Latina, vel alia quaelibet, sonus significans, qui lingua promitur: sic arundo dici potest litera, quae arundine scribitur. Sed sonos significantis vocis humanae vitarissime dicimus linguas: scripturarum vero arundinem dici, quo minus est vitaratum, eo magis est mystice figuratum. Faciebat ista populus impius, patiebatur ista misericors Christus. Qui faciebat, quid faceret nesciebat. Qui patiebatur autem, non solum quid fieret, & cur fieret sciebat, verum etiam de male facientibus bene ipse faciebat. *Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est.* Quid, nisi quod propheta tanto ante praedixerat: Deinde quia nihil remanserat, quod antequam moretur, fieri adhuc oporteret, tanquam ille, qui potestatem haberet ponendi animam suam, & iterum sumendi eam, peractis omnibus, quae ut peragerentur, expectabat, inclinato capite tradidit spiritum. Quis ita dormit, quando voluerit, sicut Christus mortuus est, quando voluit? Quis ita cum voluerit abiit, quomodo cum voluit abiit? Quanta speranda, vel timenda potestas est indicantis, si apparuit tanta morientis? Tacet autem Ioannes verba, quae dixit tradendo spiritum; Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et dicit spiritum, quia spiritus nomen est rei ita incorporata, quod etiam independens est a corpore, iuxta id quod superius dictum est; Spiritus est Deus. *Rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.* Non crura tollerentur, sed ij, quibus ideo frangebatur, ut morerentur, & auferrentur ex ligno, ne pendentes in crucibus, magnum diem festum sui diurni cruciatus: horrore fecerant. *Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua.* Vigilanti verbo euangelista vsus est, ut non diceret, latus eius percussit, aut vulnerauit, aut quid aliud, sed, *aperuit,* ut illic quodammodo vitae ostium panderetur, vnde sacramenta ecclesiae manauerunt, sine quibus ad vitam, quae vera vita est, non intratur. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum. Aqua illa salutare temperat poculum: haec & laucrum praestat, & potum. Hoc praenunciabat quod Noe in latere arcae ostium Bibl. Hom. tom. 2. A A a a a facere

Math. 27.

Luc. 23.

Marc. 15.

Memor.

Eph. 4. Ep. 3. Gal. 3.

Math. 19.

Act. 1.

Eph. 4.

Cruc. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Joan. 1.

Gene. 6. facere iustus est, qua intrant animalia, quæ non erant diluio peritura, quibus præfigurabatur ecclesia. Propriet hoc prima mulier facta est de viri latere dormientis, & appellata est vita, materque vivorum. Magnum quippe significavit bonum ante magnum prævaricationis malum. Et hic secundu Adam inclinatio capite in cruce dormiuit, vt inde formaretur ei coniunx, quæ de latere dormientis effluxit. O mors, vnde mortui reniuuiscunt! Quid isto sanguine mundi? Quid vulnere isto salubrius? *Et qui vidit*, inquit, *testimonium perhibuit: & verum est eius testimonium: & ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis.* Non dixit, vt & vos sciatis, sed, vt credatis. Scit enim qui vidit, cuius credat testimonio, qui non vidit. Magis autem ad fidem credere pertinet quam videre. Nam quid est aliud credere, quam fidem accommodare? *Falsa sunt enim hæc*, inquit, *vt scriptura impleretur, &c.* Dno testimonia de scripturis reddidit singulis rebus, quas factas fuisse narravit. Nam quia dixerat; *Ad Iesum autem cum venissent, vt viderent eum iam mortuum, non fregerunt eius crura*, ad hoc pertinet testimonium; *Os non comminuetis ex eo: quod præceptum est eis, qui celebrare pascha iussi sunt ovis immolatione in veteri lege, quæ dominicæ passionis umbra præcesserat: vnde pascha nostrum immolatus est Christus: de quo & Esaias propheta prædixerat; Sicut ovis ad immolandum ductus est. Item quia subiunxerat; Vnus militum lancea latus eius aperuit*, ad hoc pertinet alterum testimonium; *Videbunt in quem confixerunt: vbi promissus est Christus in ea, qua crucifixus est carne venturus. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primam, ferens mixturam myrrhæ, & aloës quasi libras centum.* Non ita distinguendum est, vt dicamus, primum ferens mixturam myrrhæ, sed vt quod dictum est *primum*, ad superiorem sensum pertineat. Venerat enim ad Iesum Nicodemus nocte primam: quod idem Ioannes narravit ipse in prioribus euangelij sui partibus. Hic ergo intelligendum est, ad Iesum non tunc solum, sed tunc primum venisse Nicodemum: venturum autem postea, vt fieret audiendo discipulus. Quod certe modo in reuelatione corporis beatissimi Stephani fere omnibus gentibus declaratur. *Acciperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud lineis cum aromatibus, sicut mos Iudæis est sepelire.* Non mihi videtur euangelista frustra dicere voluisse, *sicut mos Iudæis est sepelire.* Ita quippe, nisi fallor, admonuit in huiusmodi officiis, quæ mortuis exhibentur, motem cuiusque gentis esse seruandum. *Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus, &c.* Sicut in Mariæ virginis vtero nemo ante illum, nemo post illum conceptus est, ita in hoc monumento nemo ante illum, nemo post illum sepultus est. *Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.* Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne aduesperaceret, quando iam propter parasceuen, quam cœnam puram Iudæi Latine vltimus apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat.

Ex historia ecclesiastica tempore Honorij Imperatoris habetur, has reliquias per reuelationem inuentas, & maxima cum religione collocatas.

EVSEBII EPISCOPI

Emisseni de latrone beato,

Homil. 1.

DEus erat in Christo mundum reconcilians sibi, id est diuinitas operabatur in corpore,

apparebat in fragilitate humanitas, & in virtute maiestas. Ad hoc itaque nobiscum vixit in carne, vt præferret nobis exempla iustitiæ: ad hoc pro nobis mortem subiit, vt conferret munera salutis æternæ. Hominem ad hoc induit, vt erudiret: ad hoc tradidit, vt redimeret: ad hoc deposuit, vt in Deo fumeret vitam: ad hoc deposuit, vt domaret mortem: ad hoc suscepit, vt vinceret, cui tamen morti præsumptum domini reddidit: quasi ferus quidem succubuit, sed quasi dominus imperauit. Siquidem nec animam inferni porta, nec corpus tenere potuit sepultura: quæ per illud tri-duum nequaquam carnem mortali corruptione violabat, quia in inferno sub eadem mora regnū mortis anima omnia destruebat. Quid retribuimus domino pro muneribus tantæ dignationis? De plenitudine cælesti in facturam se suam factor exinanuit, singulis in signum suum transiit, & rex cæli homini militauit: Militauit dixi, crux enim pugnantem indicat, refarrectio triumphantem. A summo cælo egressio eius, & vsque ad inferni profunda descendit. In vna, eademque persona, quam bene manifestantur humana pariter, & diuina? Sedem tartari penetraturus, hominem se confessus, dum descenderet, dominum se prodidit dum rediret, vt redimeret impios. Sicut ait sermo diuinus: Vt redimeret iniquos, inquit iniquos reputatus, inter duos, quos dextra, lauaque legitus pependisse, iustum confusioni, & opprobrio crucis tradidit, vt latrone glorificaret. Sed, si bene respicimus, non illi soli hoc præstitum deprehendimus. Nam, dum tam insignem reum relaxat, dum tanto debitori refundit immensis debiti cautionem, humano generi conscripsit securitatem: vt cōsolatio, & spes fieret totius populi, absolutio vnus desperati: & priuatum donum, in publicum cresceret beneficium. Quare indubitanter credendum est, quod latroni illi ad commendationem fidei suæ, etiam causa spei nostræ, & vtilitatis accesserit. Immensa enim Dei nostri bonitas libenter tribuit, quæ etiam generaliter profutura prænoscat. Et ideo iuxta fiduciam tantæ clementiæ si quis nostrum criminā sua probabili conuersatione damnauerit, & Christum toto corde crediderit, etiam nunc latroni in semetipso ingressum paradisi aperuisse se noverit. Quantum agit in spe salutis humanæ magnitudo fidei, & altitudo diuinitarū misericordiæ Dei! Ecce hominem sceleribus inuolutum pœna misit ad innocentiam, & offensa ad gloriam. Quem salutis culpa perdiderat, perditio inuenit, cruciatus absoluit, damnatio consecrauit. Sed nō sine causa tantum meruit, videamus quo tempore fidelis apparuit. Ecce inter signa, atq; virtutes attestantibus miraculis, & acclamantibus, aliquoties in discipulis mens iam robusta titubauit: & nunc Christi supplicii quodammodo contradicentibus, in latrone fides nouella conualuit, sub ipso passionis tempore ab ancilla interrogatus vnus ex discipulis beatus Petrus, peculiarius Christo cognitus ita respondit: Non noui hominem istum; & iste qui ante non nouerat, exclamat: *memento mei domine, cum veneris in regnum tuum.* Quam singularis, & quam stupenda deuotio! Sub illo tempore credidit reus, quo negauit electus. Laudabilis hoc itaque in latrone, ac magnificentius fuit, quod hominem addictum & inter extrēma deficientem supplicia domini credidit, quam

quàm si inter virtutum opera credidisset: nō itaque sine causa tantum meruit. Aduertamus plenius quo tempore dominum confiteatur: feruebat impietas persecutrium, exultabat impietas blasphemantium, contritio liuoris, & vulnera. Christum solum hominem demonstrabant sacramentum manuum in lignum extensio, & reuerenda confixio, quæ condemnabat Adæ, & Euz manus ad interdictum ligni cibum ingemiscenda seculis transgressione porrectas: hæc inquam confixio per omnia infirmitatem hominis asseribat. Illi se per latus lanceæ tremenda perfusio quantum ostendebat hominem, tantum abscondebatur dominum, Apostolis post diuina miracula desperantibus, solus hic non adquefcit scandalo. crucis, & mortis hic testis est maiestatis, qui socius probatur doloris, & ideo adhuc in latrone positus inuisibilem dominum angelicis iam oculis videt. Illuminauerat credo nascentem fidem latronis iam credentis in Christum propius corpora diuinitas, quæ se largius sub momento illo peragenda redemptionis infuderat. Videamus autem qualis fuerit ipsa deprecatio confidentis: *memento, inquit, mei domine, cum veneris in regnum tuum.* Non dixit, si Deus es, de præsentis supplicio eripe me: sed magis quia Deus es, de futuro iudicio libera me. Quam cito eum repleuit sancti spiritus eruditio? per quam futuri examinis diem cogitans, intolerabile probat esse quod meruit: prædicat seculis iudicem, regemque seculorum. Nondum discipulus, & iam magister, atque ex latrone confessor. *Memento, inquit, mei, gloria voce præsentis temperat cruciatus.* Temperat diximus, quia & si pœna cæperit in latrone, nouo genere consummatur in martyre: de ligno crucis clamat, sed iam tempora retributionis absentat. Videamus quid inter ista respōdeat diuus, & larga Dei bonitas: quæ sicut excedit vota, ita gratiam adiungit ad merita. *Hodie*, inquit, tanquam si diceret, quid me, o fidelis meus comes, & vnicus tanti testis triumphii, quid me tætopere exorandū putas, vt in die iudicij mei memineris tui? Quid me ad præsentem retributionē paratū lōge dissimulas? quid in futura secula fidem in te perfectā fatigas? *Hodie mecum eris in paradiso*, tanquam hæreditaria, & pœterna sede: quæ expulso Adam, quæ expulsis duobus, clausa innumeris populis, te introeunte reserabitur. Ingredere illuc primus, sed ingressu fecliciori quam primus. Intra paradysum; nequaquam vltra cum Adam visurus infernum. Nullum illic cibum lethalem, nullam iam legem, nullam arborem pertimescas. Ego tibi illic ero victus, & vita, & ne forte verearis ne tibi aliquis hostis in illo beato nemore, ne antiquus ille latro insidietur, possessio tibi illic me introducere firmabitur. Recedat ergo infidelitas, quæ Deum, & hominem non recognouit. Nam sicut diabolus est, qui de paradiso expulsi, ita Deus est, qui reducit. Secundum hæc, charissimi, per omnem gestorum ordinem Deum sub homine agnoscamus operantem. Positus in patibulo velut arbiter in medio damnatorum, negantem repulsi, suscipit confidentem: hunc deputat regno, illum relinquit inferno. Post hæc ergo credamus in maiestate iudicaturum, quem iam in cruce videmus exercere iudicium. Credamus inquam Deum vel ex sola virtute patientiæ, qui dum ab homine cruci, & neci traditur, sic quoque homini gloriam pollicetur: qui il-

las ipsas iniurias & plagas, conuertit in precium nostrum. Sed & ipsa totius mundi irrationabilis creatura motibus suis Deū loquitur. Nam in media passione domini saluatoris celestia, & terræ turbantur, lux cum nocte misceatur, elemēta quatiuntur, & ab antiquis ministeriis effugantur. A perterram natura perspicitur commoueri, velut in vindictam auctoris sui, velut armari. Terræ ipsa concessa à fundamentis quasi quæ super cruce Deum vix sustineat, tanquam ad scelus propiciam contremiscit. Dies refugio lumine, quomodo potest, sumit lamærum, & fusco tristitium tenebrarum habitu more lugentis induitur: & sicut tota cæli faciēs dominicæ natiuitatis gloriam non lucecestantatur, ita crucis iniuriam nouis tenebris detestatur. Et quæ durities cordis humani? Væ eis, qui inter ista non credunt. Quando quidem creatura insensibilis, quæ recipere non potest credulitatis affectum, dat tunc Deo confessionis obsequium. Et cum pro solo homine. Christus mortuus sit, perhibet ei tamen etiam pars illa mundi testimonium diuinitatis, ad quam non peruenierunt beneficia passionis. Quæ cū ita sint, charissimi, agnoscat homo quantum valeat, & quantum illū Deus obnoxium faciat vel natura, vel gratia. Agnoscat homo quantum ab illo expectet Deus, & quem tanta dignatione habuit charum, quem velit esse in cōuersatione preciosum. Agnoscat homo quantum valeat, & quantum debeat: & dum precium suū cogitat, vili esse sibi desinat: & potius vicem muneris saluatoris ex ipso bono suo, id est de cōseruata restituat salute. Custodiamus ergo sollicitudinem quod tanti sudoris commercio Christus redemit. Reus itaque erit non parui precij sed sanguinis Christi, qui violat, & commaculat animam Christi sanguine, & passione mandata. Blasphemus, homicida, castitatis proditor, hæc tria capitaliter occidit. Contestamur charitatis vestre causas æternorum malorum. blasphemus, homicida, proditor castitatis suæ, expugnator alienæ, id est, qui legitimum cubile transgreditur, qui extra cōiugem suam per mortiferos errat amplexus, reus erit æternæ mortis, quia vilem in se habuit sanguinem redemptoris, & quia clamat apostolus, neque adulteri, neque rapaces regnum Dei possidebunt, abstineamus manus ab alienis, oculos ab aliena. Caueamus ne corpori illius quod de nostro Christo adsumpsit, iniuriam faciamus in nostro corpore, caueamus ita peccatis, & criminibus vitam ponderare, vt ad nos non respiciat propheta illa terribilis: non enim est (inquit) Deus in conspectu eius, polluantur viæ eius in omni tempore, auferuntur iudicia tua à facie eius. Irremediabile periculum est sic aliquem vitis, & cupiditatis frenata relaxare, vt se rationem Deo non meminerit redditurum: quia puto magna sit iam pœna peccati, metum, ac memoriam futuri perdidisse iudicij: non nobis ita dulcia sint pauperum spolia, postmodum nimis amaricatura. Nihilominus, sicut dictū est, refugiamus alienæ carnis abominanda contagia, vitemus obscœna inimicæ voluptatis incendia. Hæc qui agit, charissimi, de stipula, ac lignis iniquitatum perpetuos succendit ignes, & nunquam finiendo concinnat vapores. Non tanti est vita, si ad hoc viuat homo, vt in paucis vitæ huius annis cōsumat æternos, & sub breui sine congreget sibi pœnas sine fine mansuras. Sed ne forte, charissimi, aliquem nimis securum Bibl. Hom. tom. 2. A A a a 2 faciat,

faciat, aut remissum tamen noua felicitas credulitatis, ne forte dicat aliquis in corde suo, non me vane adeo conuertet, & cruciet mea conscientia, non me vique adeo conuertet culpabilis vita, video sub momento; video sub exiguo spacio latrone crimina sua fuisse donata. Primum consideranda est in latrone illo non solum credulitatis compendiosa deuotio, sed temporis illius, sub quo haec agebantur occasio, quo iustorum legitur turbasse perfectio. Deinde autem mihi finem vitae latronis beatitudinem pollicere. Immitte diabolus securitatem, ut inferat perditionem, nec dinumerari possunt quantos haec inanitas spei umbra deceperit. deterrere quos ab hac persuasionem innumerabiles populi, sub tanta securitate nudi & vacui bonis, & malis pleni ex hac luce praerepti. Quotidie expauescenda transitus nostri, & commigrationis incerta hora, quae & modo vel imperata, vel subita sunt, & in aeternum remediis caritatis sunt, prauehendus est dies, qui praueire consuevit, ipse se inducet, & de morte sua illuder. Qui haec cogitat, potest ei extremi temporis indulgentissima est in vltimū diem promissa securitas. Deinde stultissimum est, ut causa, quae de necessitatibus agitatur aeternis, mutabilitatibus vitae deficientis committatur extremis. Odibile est apud Deum, quando homo sub fiducia poenitentiae in senectutem reseruatae liberius peccat. Credite, charissimi, difficile est, ut callida simulatio ordinandae consummationis obtinere digna sit facultatem, apud illum cordis interpretem, ars non admittitur ad salutem. Ille autem, de quo locutus sum beatus Iero, beatus, inquam, non iam iuxta viam infidias tendens, sed viam ipsam in Christo tenens, ac vitas praedam subito rapiens immutato genere, & noua spolia de morte propria reportans, ille nec salutaris tempora sciens distulit, nec remedia statim sui in momenta vltima infolici fraude posuit, nec redemptionis suae spem in desperationis nouissimum reseruauit, nec religionem ante, nec Christum sciuit. Quod si scisset, fuisset forsitan inter apostolos non postremus in numero, qui prior est factus in regno. Ergo etiam ex hoc in extremo placuit Deo, quia ad consequendam fidem non fuit extrema hora illa, sed prima. Opus est ergo ut homo quotidiano actu prouideat & procuret bonam consummationem. Opus est ut tota vita nostra talis sit in conuersatione, ut liberari mereamur in fine, ut incessabiliter diem transeamus nostri, & tempus iudicij cogitantes, nos quoque eum latrone iugiter proclamemus: *Memento mei, domine, cum veneris in regnum tuum.*

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

Haec quum dixisset Iesus aggressus est cum discipulis trans torrentem Iordanem, &c. Nō, inquit, quum precatus esset Iesus: sed, haec quum dixisset, nō enim oratio erat, sed colloquium ad solatum discipulorum factum. Media autem nocte iter facit, & stumens transiit, se hinc, & e veniat in locum proditorum nocent, seipsum permittens homicidis: ut ostendat, quod sponte ad passionem venit, & laborem sustinet Iudas se querentibus, Nam, ne

Vides non ita facile, si scio uatorem dicitur, peccatorum remissionem in petri post baptismum.

fatigaretur hic, & illuc obambulantes, quatenus eum: abiit ipse ad eos, & se manibus inimicorum infert. Inuenitur enim in horto, quasi in carcere quodam. Et ne exiitimes, quod delitescendi gratia illuc se contulerit, subdit Euangelista, quod & Iudas nouerit locum, atque ita magis manifestari quam oculariis uoluit, in locum illum ueniens. Sciebat autem & Iudas, quia sepe illuc conuenerat Iesus cum discipulis suis. Solitaria enim loca, & silentij officinas quareere solebat dominus, & maxime si quando mysticum aliquid tradebat. Vnde autem Iudas cognoscebat, quod in horto hac hora esset Iesus, & non in domo dormiens: Sciebat dominum frequenter extra ciuitatem pernoctare, & ea propter etiam tunc exiit foras. Et aliter, Ipso festo maxime hunc morem seruasse creditus est, docens discipulos suos sublimius quidam. Docebat autem (ut diximus) in talibus locis mystica. Igitur, quia tunc dies festus erat, coniectabat illic eum esse, disserentem discipulis iuxta morem suum in festo. *Iudas ergo quum accepisset cohortem, &c.* Pecuniam inpetrarunt, ut cohors se iuuaret. Militaris enim ordo, auri mancipium est. Multi autem ueniunt timentes eos, qui Iesum sequebantur, & ab eo pendebant propter doctrinam, & miracula. Laternas, & faces gestant, ut ne occultans se in tenebris aufugeret. At ille intantum fugam non quaerebat, ut obuiam exiret seipsum tradens. Et rogat quidem, nō quod ignoret, & discere opus habeat. *Sciebat enim omnia,* inquit, *quae uentura super eum erant.* Et ita quia sciebat, quod ad se ueniret, rogat non indigens, ut doceatur, sed ostendere uolens, quod & praesens non uisus, uel cognitus esset, si uoluisset. Sed & rogat ut alienus, & neque a uoce agnoscent eum Iudas, uel alij. Quod autem non propter tenebras ignorauerint eum, praedixit Euangelista eos cum facibus aduenisse. Pone autem, quod propter tenebras non agnouerint eum, oportebat certe a uoce ipsum agnouisse. Interrogat igitur, ut ostendat (ut diximus) se neque a specie, neque a uoce cognitum fuisse. Ita ineffabilis erat eius uirtus. Et ita neque crucifigere potuissent, nisi uoluntarius se obtulisset. Quod autem non solum excacaret oculos eorum, sed & supini ceciderint una interrogationis uoce prostrati, signū fuit casuros eos, qui contra Iesum uenerant, uel uersalis gentis istius ruina, quae post Christi mortem super eos uenit, sicut & Hieremias praedixit, Domus Israel cecidit: non est, qui resuscitet. Cadunt igitur omnes, qui sermone diuino sunt aduersarij. Hortus autem, a quo solus nostra sumpsit originem, paradysum referebat. Nam, qui eecidimus in horto paradisi, uidimus in horis salutarem passionem sumpsisse in iudicio, & omnia, quae prius corrupta, reparata esse. *Iterum ergo eos interrogauit, Quem queritis? &c.* Prostrauit quidem eos ut retrorsum caderent, declarans potentiam suam, & quod ad passionem ueniret. Ad haec enim hoc prauidens, ut ne quis dicat Iudas non peccasse, eo quod illis se crediderat, & manifestarat, propter hoc ostendit eis hoc miraculum, quod sufficiebat ad repellendos eos. Vbi autem in malitia sua permāserunt, tunc post miraculum, tunc se manibus eorum permisit. Et uide quomodo usque ad vltimam horam dilectionem erga proximos non reliquit. Nam, *si me queritis,* inquit, *sinite illas abire, ut impletur sermo, quem dicebat, Quos dediti mihi, ex eis non perdidit quemquam.*

Perdi

Perditionem autem dominus anime dicebat, quia nullus perit, qui ab eo doctus fuit. Euangelista autem & ad corporalem trahit. Miraculum autem quomodo non uoluerit ostendere illis Apostoli, & dissecuerint eos, in primis autem Petrus incitauit eos: Vnde manifestum, quod comprehendit uirtus hoc fecerit, & sententia, quam praedixerat, nihil esse ex illis perdendum: id quod & Euangelista docens nos, quod hoc fuerit propter sententiam domini, ne interficerentur discipuli, inquit, ut impletur sermo quem dixit, ne uilium ex iis, quos dedit ei pater, amitteret. Nam propter infirmitatem securos eos fecit a tentationibus. Ita & nos nunc regit, & si ignoramus. Vnde quando incidit in tentationibus, crede, quod nō cognouisset te posse illas euadere, non potuisset te in eas incidere, sicut neque tunc discipulos. *Si nō ergo Petrus quum haberet gladium, eduxit eum, &c.* Quum Petrus uidisset dominum prostrauisse illos, & impletus esset fiducia propter uocem domini dicentis: Sinite illos abire: existimauit quod tunc esset tempus uindictae, & extraxit quoque gladio, percussit seruum. Quod si queritis, quomodo is, qui iustus est non portare peram, neque duas tunicas, gladium habere: Disce, quod portauerit illum in vltim agni paschalis etiam post cenam: uel quod timens in iudicij, olim in hoc praeparauerit. Quod si dubitas, quomodo, quum iustus fuerit non percutere, illis uel homicidis reuoluerit. Audi quomodo non semetipsum, sed magistrum maxime uisus fuerit. Deinde, quod nondum perfecti tunc erant. Nam uide quomodo postea extrema ferre gaudet, nunc autem pro magistro indignatur, & caput illud innadit, & cum aberraret, auriculam solum abscidit. Iesus uero restituit, & per hoc miraculum iterum insipientes Iudeorum refrenat ab impetu ad homicidium. Nam, quia magnum erat miraculum in auricula, propterea & nomen serui apponit Euangelista, ut si legentes discrederat, ab illo quaerant, num ita factum sit. Porro dominus Petrum quidem reprimit, & interminat dicens: *Mitte gladium tuum in uaginam.* Consolatur autem dicens: *Poculum, quod dedit mihi pater, an non vis ut bibam illud?* Orestit enim quod patitur non propter illorum uirtutem, sed suam permissionem, & quod non sit aduersarius Deo, sed usque ad mortem faciat uoluntatem patris. Dicendo autem, poculum, insinuat mortem dulcem, & desiderabilem in salutem hominum. Ceterum tu hic attendas defecari auriculam serui pontificis, signum fuisse inobedientiae illorum: Caecitas enim in Israel facta est, ut audientes non audiant, propter impietatem erga salutarem, quae maxime fuit pontificum. ideo & auriculae abscissio in seruo pontificis facta est. Quod autem restituta est auricula, significat Israelitis olim restitendam auriculam, quae nunc est ablata. Etenim Helias, cum ueniret, reuocabit eos ad Christum, & conuincet patres nobis filiis, sicut & Malachias dixit: *Cobors igitur & tribuumus, &c.* Postquam omnia fecit, quae ad reprimeudum illorum furorem pertinere uidebantur, illi autem non intellexerunt, tunc tandem permisit se abduci. Porro illi alligant, & abducunt ad Annam, gloriantis facto, & quasi celebrant cupientes, perinde ac magnū trophaeum excitassent. Ceterum prophetiae Cayphae meminit, ostendere uolens, quod pro salute mundi haec facta sunt, & quod tam excellens sit ueritas, ut &

inimici eam praedixerint. Ut enim non turbemur audientes uincula, meminit prophetiae, quod salutaris fuerit & mors, & uincula, quae de causa & haec pertulerit. *Sequebatur autem Simo Petrus, &c.* Quis erat alius discipulus ille ipse, qui haec scripsit: Occultat autem se propter humilitatem, quia honestum opus narraturus erat, sequenti se esse fugientibus aliis, propter hoc occultat seipsum, & preponit sibi Petrum. *Sequebatur enim, inquit, Iesum Simon Petrus:* deinde subdit, *Et alius discipulus:* Propter humilitatem igitur se occultat, & propter idem ipsum eius rei meminit, ut discamus, quod certius narret ea, quae in atrio sunt facta, & quod intus fuerit. Vide autem quomodo & propriam laudem resecuerit: Nam, ut nequam audieris, quod ingressus sit, existimes eum fortiorē aliis, dicit, *notus autem erat pontifici.* Petrum uero praedicat, eo quod propter amorem secutus fuerit: & quia non erat notus, foras steterit. Nā quod & Petrus ingressus fuisset, nisi timuisset, manifestū. Quia enim Ioannes exiit, & ostentat iussit, ut illū intro duceret, statim ingressus est Petrus: Quare autē Ioannes nō introduxit eum, sed mulier hoc commisit: Quia ualde adhaerebat Christo, & saquebatur, nolens ab eo separari. *Dixit ergo Petro ancilla aethiopia, Nō, &c.* Interrogat ancilla Petrum, non in domo Ioseph, nō praefata, sed ualde manifeste. Non enim dixit, Num, & tu ex discipulis es in postoris, sed *hominis illius,* id quod magis est miserabilis. Dixit autem, *non, quid est tu?* quia Ioannes intus erat. Et mulier quidem ita mansuete alloquebatur: Ille autem nihil horum sentiebat, neque in animum recipiebat Christi praedictionem. Ita infirma res humana natura est, quando a Deo derelinquitur. Quidam autem stultē Petro gratificari uolentes, dicunt quod non timuerit, nec negauerit Petrus, sed uoluerit quidem semper cum Christo esse, & eum sequi: descit autem: quia, si confessus fuisset, se discipulum Iesu; separandus fuisset ab eo; & non ultra habiturus erat locum, quo sequeretur, & uideret desiderabilem, & propterea negauit dicens: *Non sum.* Nam & ex eadem sententia feruor fuit. Putauit enim se facere ea, quae ministri, & ut unus illorum, ut ne ex tristitia faciei deprehensus excludatur, a uidentō Christo, reiectus ē medio, ut discipulus eius. *Erat autem cum eo Petrus stans, & calefaciens se, &c.* Interrogat pontifex Iesum de discipulis, fortasse in hunc modum. Vbi sunt? aut qua mente eos collegeris, & quid uolens? Quasi enim nouatorem, & sediciosum uoluit eum arguere. Et de doctrina quoque, interrogat qualis sit, num a lege recedens, & pugnant cum Mose, ut inde inuenta occasione, tanquam aduersarium Dei occidat. Quid igitur dominus? Responderit illi iuxta suspicionem eius: *Ego quidem, inquit, in occulto locutus sum.* Nam tu quidem suspicaris me sediciosum quendam, & in occulto cōsilia struentem. Ego autem tibi, inquit, dico, quod nihil in occulto locutus sum, hoc est, nihil sediciosum. Et sicut tu opinaris, nihil in nouo, neque dolosa, & occultata mente proprium quiddam locutus sum. Quia nisi sic intellexerimus, quod ad suspicionem pontificis, haec dixeris, uidebitur mentiri. Nā multa dixit in occulto, ut pro ea, quae supra captam multitudinis erant. Quod autem dicit: *Quid me interrogas?* Interroga eos, qui audierunt: non pertinacis est, sed fidens in doctorum ueritate. Interroga enim, inquit, inimicos infidiatōres, ministros illos, qui li-

gauerunt me. Ita enim est veritatis indubitata demonstratio, quando quis habet inimicos testes eorum, quos dicit. Nam ministri quidem inquit, qui antea dixerunt; Nunquam locutus est homo, sicut ille. Et quam ita respondisset, non est eis admirationi, sed alapa cecidit: quo quid fieret impudentius? Ea quum posset omnia concutere, & aboleri, nihil quidem horum facit, sed verba loquitur, quae omnium bestiarum sapientiam demulcesse possunt: dicit enim, Si quidem habes, ut reprehendas ea, quae nunc à me dicta sunt, ostende quod male dixerim, si autem non habes, quid ferocis? Vel & sic, Si male locutus sum, hoc est, si male docui, quando doctus in synagoga, ecce nunc testimonium perhibe de mala doctrina, & plene instrue pontificem, qui nunc interrogat de doctrina mea: Si autem bene docui, & me admirari estis etiam vos ministri, quid me nunc cecidit, quae prius admirabaris? Percussit igitur minister dominum, magno crimine soliberans. Nam, ubi Iesus in testes vocat assistentes, dicens: *Ecce hi sunt, quos dixerim ego: volens minister se liberare à suspensione, quod non esset ex admiratoribus Iesu, percussit eum.* Iesus autem dicendo; *Ego in occulto locutus sum nihil,* reducit in memoriam prophetiam dicentem, Non in occulto locutus sum, neque in loco terrae tenebroso. *Ermitit eum. Annas viatum ad Caypham pontificem, &c.* Abducunt eum ad Caypham, eo quod ipsi nullam crimen inueniebant in eo, fortassis suspicati illum sapienterem inuenturum aliquid dignum morte contra Iesum, supplantantem vel in responso, vel deprehensum in aliquo facinore. At Petrus feruidus amator tanta grauitate desinebatur, ut etiam, quum magister adduceretur, non commotus sit, sed adhuc ferueat, & iterum interrogatus neget, & non solum primo, sed & tertio. Quare autem Euangeliste omnes simul de Petro scripserunt? Non accusantes discipulum, sed nos erudientes, quantum malum sit non totum tribuere Deo, & in seipso confidere. Admirari autem decet domini misericordiam, qui, quum ligatus esset, & abduceretur, non neglexit discipulum, sed conuersus vidit Petrum, sicut alius Euangelista iudicet, & aspectu approbat ei infirmitatem, & ad poenitentiam, ac lachrymas excitat. Quod autem tunc accidit Petro, etiam nunc videre licet euenire multis. Nam ligatur quidem sermo Dei, qui in nobis est, & quasi captiuus ducitur, siue à voluptate siue à tristitia in seruitutem redactus. Vtroque enim modo vincimur, & abducimur, vel prae prosperis, vel prae aduersis mundi Deum obliuiscimus. Et condemnatur quidē sermo, vincit autē absurditas. Et seruus alapa cecidit domini. Ita enim habet affectionum tumultus, quando mens nostra quasi Petrus aliquis saepe pertinax sit, quasi non negatura verbum, ideo & stat, & calefcit. Stat quidem, eo quod non inclinatur, neque humilietur, sed in sua pertinacia constantiter maneat. Calefcit autem se dicitur, eo quod prae seruore, & fastu pertinacia laboret. Arguit autem eum ancilla, parua quaedam voluptas, & effocinans; statimque negat sermonem. Sed & quaedam aduersa tentatione arguitur, sicut tunc Petrus à seruo, & ita infirmitas eius deprehenditur. Sed preceperunt, ut aspiciat nos Iesus verbum Dei, & ad poenitentiam, & lachrymas pronocet: quod fiet, quando exiuerimus ex atrio pontificis, qui dominum crucifigit, & rector

est mundi. Quando enim extra mundum quis est, atrium rectoris mundi egreditur. Tunc enim ad poenitentiam sinceream exurgemus: sicut & Paulus dicit; Egrediamur ad eum, extra portam, hoc est, mundum, opprobrium eius ferentes. *Dicunt ergo Iesum à Caypha in pretorium. Erat autem mane, &c.* Ad multos iudices ducunt dominum, opinantes se illum contumelia affecturos. Sed reuera per multa tribunalia clarum reddidit. Dominus enim per omnia illa exiit, non conuictus de crimine, robur habens, cui tradit non potuit. Ducunt ergo eum ad pretorium. Non enim habebant ipsi potestatem occidendi, ut pote rerum potentibus Romanis. Vel quia timebant, ne postea poenas luerent, acufari quod indempnarum interfecissent. *Erant autem mane, inquit, ut dicas, quod per didium noctis à Caypha interrogatus sit.* Prius enim quam Gallus cantaret, abducus est ad Caypham. Quod autem ab eo interrogatur, silentio praeterit Euangelista. Alij autem dixerunt: Quum noctem in illis perfecissent, mane ad Pilatum duxerunt. Ipsi autem non sunt ingressi in pretorium, ut ne polluerentur. O demeritum! Inuiti quidem occidebant, & non putabant se pollui: & pollui se credebant si ingrederentur in pretorium. Quid autem est, *Præ condegerunt pascha?* Sane dominum illud fecit prima azymerum. Vel igitur intelligamus per pascha, festum septem dierum, vel quod ipsi quidem manducaturi erant in parasceue, ne speret. Ipse autem dominus vno die praecinit, reseruans sui occisionem parasceue, quando & olim fuit pascha. Porro Pilatus aliquando humanior ipse egreditur, & quia dominum vidit vincitum, non existimauit hoc loco causam habere contra Christum, sed interrogat de causa vinculorum: At hi, quum nihil possent dicere; *Nisi huius esset malefactor (aiunt) non tradidissent eum.* Vides eos omni loco declinare accusationes. Annas interrogauit, & nihil inuenit. Ad Caypham misit, qui iterum quum examinasset eum, ad Pilatum misit. Deinde Pilatus interrogat; *Quam accusationem habetis contra hunc?* Et neque hoc loco dicere aliquid possunt. Vnde quia nihil dicunt; *Accipite, inquit, vos illum,* quia enim vobis ipsis iudicium iudicatis, & arrogat loquimini, quasi nihil vquam mali feceritis; *Nisi enim (dicentes) fuisset malefactor, non tibi tradidissent eum: ipsi accipite & iudicate.* Si autem ad me demulseris causam, & formam iuris seruassetis, necessarium fuisset proferre causas hominis. Iudicate igitur eum vobis. Ego enim neutiquam talis iudex fuero. Igitur, si lex vestra absque causa scuit. Iudicate ipsi. At illi dixerunt; *Nobis non licet occidere quemquam.* Hoc autem dixerunt scientes, quod Romani ad crucem condemnarent rebelles. Ut igitur crucifigeretur dominus, & mors eius inuulgaretur, eius gratia praetextunt, quod non liceat sibi occidere: alioqui quomodo Stephanum lapidarunt? Sed, ut dixi, crucifigi dominum volentes; hoc dicit, quasi sic dixissent, Nobis non licet occidere in cruce quemquam: desideratissimum autem esset nobis, quod crucifigeretur. Ut sermo Iesu impleatur, quae dixerat de morte sua, nempe quod crucifigendus esset, vel quod non à Iudeis, sed à Gentibus occiderent. Quum ergo dixissent Iudaei; *Nobis non licet occidere:* tunc accipiunt eum Gentiles, & pro sua consuetudine crucifigunt. Et ita impletur sermo Iesu, & quod traditus, & quod crucifixus. *Intravit ergo ite*

rum in pretorium Pilatus, &c. Mocauit Iesum Pilatus seorsum. Et quia magna quaedam de se erat opinio, voluit omnia euidenter cognoscere. Liberauit eum à tumultu Iudeorum. Interrogat igitur, num rex sit, quod apud omnes de eo ferebatur, in medium afferens. Christus autem quaerit nunc à semetipso, hoc dicit, vel ab alijs, non ignorans, sed detegere in aliam Iudeorum mentem volens, ut ita à Pilato condemnentur ipsi. Ideo & Pilatus mox à Iudeis sibi traditum dicit, sese à crimine liberans. Et aliter, Interrogat Pilatum dominum, num à seipso dicat, vel ab alijs persuasus. Arguit autem per hoc, eum iniquitatem esse, & abique iudicio condemnantem, & quasi in hunc modum dicit Pilato; Si quidem, à teipso hoc dicitis, monstra signa meae rebellionis: si autem ab alijs edocuit es, igitur diligentem inquisitionem facito. At ille, quid audierit ab alijs, non dicit simpliciter, sed se quirit sententiam populi, & tradidit eum inquit, mihi. Quum autem dicit, *Quid fecisset eum quasi ad amaritudinem adducti, & exasperati videtur.* Dicit enim; *Quid fecisset? At dominus respondendo; Regnum meum non est de hoc mundo, quo haec corrigat.* Docet enim Pilatum, ut sciat se non esse purum hominem, neque ex his terrenis, sed Deum, & Deum filium, & soluit suspitionem tyrannidis. Non est enim regnum meum de hoc mundo, & ita ne timeas me, ut tyrannum, & sed iudicium. Nam, si affat ex hoc mundo regnum meum, nisi in se, non esset inique, ut non traderet Iudaeis. Hoc autem loco praesentis regni infirmitatem significat; eo quod à ministris habeat robur. Sapernum autem sufficiens est, nullo indigens. Manichaei; hinc sumpta arguunt, dicunt; Mandus hic non est à bono Deo, nam filius Dei (aiunt) dicit; *Non est regnum meum hinc.* Non enim dixit, quod non sit in mundo, neque quod non sit hic. Nam regnum quidem in hoc mundo & ab eo regitur, & sicut ipse vult, transit. Non est autem de mundo regnum eius, sed supernum, & ante saecula, & nō hinc; hoc est, terrenis constitutum, sed hic quidem imperat, & regit, non autem est hinc, neque constitutum ex illis inferioribus: alioqui quomodo intelligeretur hoc? In propria venit, si mundus hic non esset eius proprius: *Dixit itaque ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis, &c.* Quum Pilatus interrogasset dominum, num rex esset, *Ego (inquit) in hoc natus sum,* hoc est, ut rex sim. Natura enim hoc habeo, & ex eo quod natus sum de patre: nam istud ipsum de rege natum esse, regem me esse testatur. Et ita, quum a uis, quod vitam dederit filio, & iudicium, & alia omnia, ita intellige, quod haec omnia filius à patre habet. Et propterea venit in mundum, ut istud ipsum dicam, & doceam, persuadendamque hominibus omnibus, quod rex sim, & dominus. Conciliare autem per hoc volens Pilatum, & persuadere ut dicta suscipiat, inquit; *Omnis, qui est ex mortalitate, audit vocem meam.* Et ita & tu, o Pilate, si quidem veritatis es filius, eamque desideras, audies vocem meam, credesque me regem esse, non talem quales sunt mundani; nec acquisitum habentem regnum, sed naturale, & à naturitate ipsa à Deo, & regellud suspicientem. Perfringuntur autem hoc loco, quod non sint ex veritate, quia vocem eius audire nolunt. Et, quum non sint ex veritate, mandacia utique contra ipsum sument, & non vere mortis reus est. Sic igitur paucis illis

verbis Pilatum rapuit, atque ita, ut de veritate interrogat, quid sit. Ferme enim inter homines abolita erat, & ignorabatur ab omnibus, in infidelitate adhuc permanentibus. Quia autem tempore quidem, indigebat proprio quaestio haec, & urgebat, ut eriperet Iesum à Iudeorum furore, idcirco egreditur ad eos, & dicit; *Ego nullam causam inuenio in eo.* Et id quoque sapienter. Non enim dixit, Quamuis peccaueris, & dignus sit morte, attamen festi privilegio eum gaudere facite. Primum autem eum liberauit ab omni crimine, & tunc orat eos, ut absoluant, ut si quidem absolutus fuerit Iesus, nulla cis gratia, debeatur dimississet enim innoxium. si autem condemnarint, ostendatur eorum malitia, quod innoxium condemnarint. Vide autem, quem sensum habeat, quod dicit; *illum regem Iudeorum.* Manifeste enim per hoc exultat Pilatus Iesum à peccato alienum, sed frustra arguitur ab eis, ut regnum desiderans. Non enim, si regem se faceret, & contra Romanorum potentiam extolleret, dimitteret eum Romanorum praeses: & ita dicens; *Num regem illum Iudeorum dimittam?* Per omnia Iesum innoxium declarat, & dedit Iudeos, quasi talia dicens, *Quem vos accusatis falso, ut regnum inuadentem; & rebellantem, hoc seditionem dicitis, illum oro ut absoluat.* & manifestum quod non ita sit. Quidam autem in hoc natum esse non intellexerunt de aeterna illa à patre naturitate, sed posteriore à virgine. Propterea enim factus sum homo, & natus ex Maria, ut mandacium, & diabolum expellam: immo naturam ostendens regnare super omnia. Veritas igitur, hoc est, mea scientia, & salus, quae per hanc in propter hoc scilicet venit, ut veritatem, scientiam Dei, & salutem largiar. Dignum autem est, ut quaeratur, unde moti in dai, consuetudinem habeant dimittendi vnum vincum. Primo enim dicere possimus, quod doctores doctrinas, mandata hominum, plurima iuxta sua capita protulerunt, nec diuinis, si fuerunt legibus, vnde & hoc ita se habet, inque consuetudinem abiit etiam absque ratione, qualia multa absque legis praeccepto. Deinde talis inuenta est lex in scriptura, à qua verissime est profectas esse absolutiones illas condemnatorum. Scriptum est enim de eo, qui praeter voluntatem suam occidit, si non propter inanimatam, vel dedita opera, affligere voluit vicinum, iacens vas, vel lapidem, & casu percuciens praeterintentionem, moriaturque homo, inuoluntarius sit homicida talis: iudicabit autem omnis synagoga, & absoluent quidem illum à morte: non enim maligna mente occidit. Constituent autem eum in ciuitate refugij, hoc est, fuga multabunt. Ex hoc forte erant impulsus, ut coniectate possunt, ita enim morem firmarunt, ut absoluantur, qui de homicidio fuerint condemnati. Nam, lex quidem iubebat hoc esse officium synagoga Iudeorum. Et quia Romanis cesserat regnum, Romanos fecerunt dominos absoluendi, sicut & nunc Pilatus, *Clamauerunt rursus omnes, dicens, Non hunc, sed Barabam, &c.* Vide per quam multa monstratur Iudeorum malitia. Barabam enim manifestum latronem petunt, dominum vero tradunt. Flagellat igitur eum Pilatus, ut consoleretur, & mitiget eorum furorem. Nam quia verbis non potuit eum eripere, flagellat, studens & ipse vel per hoc infamiam eorum placare. Et permittit ut clamatis, & coronati eum ponantur,

quod eorum ira exhauriatur. Milites vero omnia ad gratiam Iudæorum faciunt. Nam; quia audiuerant Pilatum dicentem; Regem illum Iudæorum dimittam: irrident nunc eum ut regem. Neque enim à Pilato instigati hoc faciebant; qui etiam & nocte inuaserant Iesum præter sententiam præsidis, pecuniarum gratia Iudæis gratificantes. Placidus enim erat Pilatus; & non essetis moribus; sicut Iudæi. Porro educit Iesum, iram illorum extinguere volens: sed illi neque sic mansueti sunt. Clamant autem; Crucifige eum. Quum vidisset autem Pilatus omnia hæc frustra fieri, dicit; Accipite eum vos. & crucifigite, ego enim non inuenio in eo causam. Facit autem hoc; impellens eos in re: eis non concessam, si forte sic absoluerit Iesus. Nam ego quidem; inquit; habeo potestatem crucifigendi, nullamque inuenio causam: vos autem non habentes potestatem crucifigendi, dicitis eum reum: accipite igitur eum, & crucifigite, sed non habetis potestatem. Itaque talis quidem erat mens Pilati, mihi videlicet quam par erat, neque seueriter pro veritate instans. At illi etiam in hoc confusi, dicunt; quod secundum nostram legem debeat mori, quia filium Dei se fecit. Vide quomodo malitia sibi non confert. Supra dicebat eis Pilatus; Accipite eum; & secundum vestram legem iudicate, & illud non approbatur: nunc iterum dicunt; secundum legem debet mori: supra accusabant quod fecisset se regem, nunc de mendacio redarguit, accusat quod filium Dei se fecerit. Tametsi quid hoc criminis fuerit? Si opera Dei facit, filium Dei esse quid prohibet? Vide autem diuinam dispensationem, quomodo illi quidem ad multos iudices dixerunt dominum, ut infamarerit & contaminarent eius gloriam, sed contumelia in caput ipsorum reciderit. Hinc enim magis insons demonstratur, rem tam diligenter disquirentibus. Quoties vel Pilatus confessus est se nihil inuenire morte dignum: Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem; magis timuit, &c. Pilatus quidem, audito breui sermone, quod sit filius Dei, pauescit. Illi, etiam operibus diuinis visis, eum occidunt, propter quæ adorare oportebat. Interrogat autem eum non ut prius, Quid fecisti? sed, Quid es tu? Nam, quia tunc quidem ut regni inuasorem arguebant, merito rogabat; Quid fecisti? Nunc autem, quia accusant quod filium Dei se fecerit, rogat; Unde es tu? Iesus autem tacet. Didicerat enim ab eo Pilatus, quod in hoc natus sit, & Regnum meum non est hinc; attamen nihil ex his percepit utilitatis, neque restitit aliis pro veritate, sed cessit turbæ tumultuati. Idcirco dominus interrogationes eius, utpote factas, temere respiciens, nihil respondet. Omnino autem videtur Pilatus non esse feruidus, & constans, sed is, quem vel pauca quædam terribilia concutiunt. Nam & Iudæos timebat, & Iesum ut filium Dei horrebat. Videamus autem quomodo se ipsum condemnet per ea, que dicit; Potestatem habeo crucifigendi te, & potestatem habeo dimittendi te. Si enim hoc totum habes, & in te situm erat, quate non dimissisti, quem innoxium inuenisti? At dominus factum eius deprimens inquit; Non habuisses potestatem illam, nisi fuisset tibi superne datum. Non enim ita simpliciter morior, sed mysticum aliquid perficio, & prædefinitum est hoc superne in salutem hominum. Ne autem, cum audieris, quod superne sit datum, existimes Pilatum apud Deum à culpa liberatum, statim

subinfert; Qui tradidit me tibi, manus peccatum habet. Ostdendit enim hinc & Pilatum peccato, quamuis innoxium, obnoxium. Non enim, quia superne datum est, hoc est, concessum est, ut innoxius Christus, statim extra noxam sunt Pilatus, & Iudæi: sed vestra quidem voluntas malum voluit; Deus autem peccatum permisit, & concessit, ut in opus progrediretur. Igitur mali non sunt citra culpam, quia Deus permittit ipsorum malitiam prodire in opus: sed eo quod & volunt, & faciunt, omni condemnatione sunt digni. Et ex eo querebat Pilatus absoluerem, &c. Postquam dominus persequitur; Pilatum per verba; & accusationem manifeste adhibuit, quod nisi voluntarius ego me ipsum darem, & pater concederet, non habuisses potestatem contra me, & quod peccatum habeas & tu, & Iudas, tamen manus, qui me tradidit: vel etiam populus, eo quod super dolorem vulnere meorum addidit, & non est recordatus, ut faciat misericordiam; sed, quum inuenisset me cõsilio, & adiutorio destitutum, cruci tradidit, & neque talia iudicia, in quibus innoxius declaratus sum, eum placarunt, sed clamant; crucifige; crucifige; quum iis inquam dicitis dominus persequitur; Pilatum, querebat ex hoc ille magis dimittere eum: Iudæi autem accusauerunt, quod se fecerat Deum, & sua lege arguerunt. Unde Pilatus ex hoc magis timuit, & voluit dimittere eum, ne forte Deum offenderet. Iterum igitur confingunt ad eos, qui extra legem ambitiosum terrent Pilatum. Nam, quia viderant eum pietate moueri, ne filium Dei occidendo Iesum, peccet, metum Cæsaris incutiunt, & accusantes dominum de tyranni de, Pilatum magis terrent quasi offensurum Cæsarem, si rebellem illum dimitteret. Et ubi ille in tyrannide deprehensus? Unde autem hoc ostendit? Num à purpura: num à diademate? Num à militaribus signis, nonne omnia, quæ habebat, villæ & stola, & cibus, & domus? Immo ei nec domus erat. Sed ô Pilatum parum virilem! Periclitari sibi visus est, si quidem hæc causam indiscussam negligeret. Nam vadit quidam quasi examinaturus negotium, hoc enim sessio significat. Nulla autem examinatione facta, tradidit illum, existimans se sic illos placaturum. Quomodo autem, Marco dicente, tertiam horam, quando Christus crucifigebatur, Ioannes sextam dicit? Igitur hoc soluunt quidam, quod scripturæ schema sit; Nam litera quædam tertiam horam significat, & est character eius talis, littera autem quæ sextam signat, habet characterem talem, &c. Verisimile igitur literam gamma à scriptoribus non attentis transisse quibusdam mutilatis in characterem episeimi quo sextus numerus signatur, & sic errorem hunc ortum. Quod autem hoc verisimile sit factum esse, & tertiam horam scriptam esse etiam apud Ioannem, & non sextam, sicut nunc, manifestum hinc est. Nam, quum tres Euangelistæ, Matthæus, Marcus, & Lucas consonanter dicant, quod à sexta hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam, manifestum, quod dominus noster ante sextam horam, priusquam fierent tenebræ, crucifixus sit; scilicet circiter horam tertiam, sicut Marcus prodit, & Ioannes similiter, quamuis scribentium error mutauerit gamma in episeimi characterem: Et nonnulli quidem sic dicunt. Alij autem aiunt; quod Marcus quidem horam, qua lata est sententia de crucifigendo domino, manifeste, &

abscque

abscque dubitatione ponatur: quia crucifigere, & punire ab eo tempore indices dicunt, quo sententiam proferunt, eo quod vis pœnæ, & mortis in lingua quoque sit. Eius gratia Marcus tertiam horam crucifigere eum dicit, à qua Pilatus sententiam exposuit. Ioannes autem, quum Marcus dixisset tempus sententiæ, horam, in qua dominum crucifixerunt, dicit. Cæterum considera quanta acta sint inter sententiam à Pilato de cruce, & horam ipsam, in qua in crucem dominus ascendit. Quum dimississet Barrabam, flagellauit Iesum, & tradidit eis ut crucifigeretur. Nam Barrabæ dimissio, condemnatio erat domini. Illudunt milites, & vide quanto tempore verberetur ad maiorem illusionem. Eduxit eum Pilatus, & loquutus est cum eo. Iterum ingressus diiudicat Iesum, iterum egressus loquitur cum Iudæis. Hæc omnia sufficiebant ad infundendum tempus ab hora tertia vsque ad sextam: quæ Ioannes exponens diligenter, utpote is, qui alios fuit sequutus, horum sextæ meminit, quando & tradidit eum perfecte, ut crucifigatur, non ultra loquens cum Iudæis, vel diiudicans Iesum, sed extremam profert sententiam. Si autem quis dicat, Quare circiter horam tertiam quum dicitur crucifigi, vult iterum absolui illum? Disceat primum quidem, quod à multitudinem coactus dedit sententiam: deinde à somnio mulieris impulsus fuerit. Nunciabat autem illa ei; Nihil tibi & iusto. Insuper considera & Ioannem dixisse, quod fuerit hora ferme sexta, quasi non desinens, & in ambiguo relinquens dixit, ferme sexta. Et ita nihil diuersum, quod de hora non videntur conuenire Euangelistæ, siquidem concederemus esse differentiam. Vide enim hoc, num omnes dixerint, quod crucifixus sit. At hoc quidem ab omnibus est confessum: de hora autem alius dicit esse tertiam, alius quasi sextam, & quid hoc obest veritati? Veruntamen hæc demonstrata sint ex abundantia, quod nulla sit diuersitas. Et dicit Iudæis, Ecce rex vester. Illi autem clamabant, Tolle, tolle, &c. Sæpe diximus, quod Pilatus magis fuerit mollis, & ambitiosus, quam asperis moribus. Vide enim & nunc, quod forma quidem examinis, & iudicij vitur, sed omnino molliter rem agit. Ecce enim, inquit, rex vester. Neque enim Iesum condemnat, neque Iudæos manifeste confutat, sed quasi occulte exprobat eis ut sycophantis: quasi dicat; Ecce qualem hominem dicitis attentasse inuadere regnum, vilem scilicet, & nihil tale attentare audentem: & ita accusatio vestra falsa est. Quid enim habet ille, quod tyranni? Num milites, diuitias, nobilitatem? Ecce rex vester: quæ vtilitas, si hunc occideritis, qui hominem ne in minimo quidem nocere poterit? Et hæc quidem Pilatus non instanter & firme, & pro veritate certans. At illi; Tolle, tolle, crucifige, inquit. Virgent, & quærunt crucem propter malam opinionem, ut velit adiudicari Christo. Ignominiosissima enim erat mors crucis, & maledicta: sicut dicitur est. Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Nesciuerunt autem, quod, sicut per lignum ruina, ita per lignum correctio. Insuper vide quomodo alium regem præter Cæsarem non agnoscent, voluntarie se Romanorum imperio subiicientes, & Dei regnum repellentes. Ideo & Deus eos Romanis tradidit, quos sibi reges salutarant, destitutos diuino præsidio, & cura. Tunc igitur tradidit illum eis, insipientes. Oportebat autem inquirere, num

vere habuisset potentiam ad inuadendam tyrannidem. At ille cedit improuidus, effeminatæque sententiam dat. Porro autem crucem suam egreditur. Abominabile enim putabant omnino vel lignum attingere, & propterea condemnato, & maledicto, maledictum lignum imponunt. Vide autem & in veteri typo quodam hoc factum. Isaac enim & illic ligna portans, vadit ut immoletur. Ita & hoc loco dominus crucem habens vadit, quasi miles arma gerit, quibus aduersarium profert. Quod autem Isaac figura sit domini, manifestum. Isaac enim interpretatur risus, vel gaudium. Quis autem alius gaudium nostrum factum est, quam is, qui in conceptione humanæ naturæ per angelum, hoc est gaude, communicauit? Quæ enim virgo audiuit euangelia, omnis natura suscepit. Huius Isaac pater est Abraham, pater multarum gentium, qui est Deus super omnia, & qui Iudæorum est pater, & Gætiarum, cuius voluntate, & consilio crucem filius eius portat. Veruntamen in veteri, in sola voluntate patris res stabat, figura enim erat: hoc autem loco opere conplectur. Veritas enim erat. Foras sicut illic Isaac dimissus est, & agnus immolatus est: ita & hoc loco diuina natura impassibilis mansit: humana autem natura, quæ & agnus dicitur, quia Adæ erraticæ ovis filius, immolatur. Quomodo autem alius Euangelista dicit quod Simoem compulerint ut ferret crucem? Vtraque conuenit, & in principio quidem dominus ipse crucem gerens exiuit, quia lignum maxime abominabile erat: & nemo alius attingere volebat. Postquam autem exiuerant, obuiam venerunt Simoni, & ita imposuerunt ei lignum. Porro Caluaris locum dicebant, sicut narratio prodit, quod illic sepultus sit Adæ: ut ubi principium mortis, illic & casus eius fieret. Traditio enim ecclesiastica est, quia prior Iudaica, Postquam cecidit homo ex paradiso, domicilium ibi habuit in solatio bonorum, quæ in paradiso, data ei terra illa, quæ omnium aliarum optima esset, & pinguis. Homines igitur, qui tunc habuerunt pro miraculo mortui caluaris depilatam, in loco illo habitantes, inde enim nominauerunt, & post diluuium fama hæc à Noe in omnes diuulgata est. Unde & dominus, ubi fons mortis, illic moritur, ut illum sicet. Crucifigunt & duos alios cum eo. Ipsi quidem per hoc infamare magis eum volentes, quasi & ipse latro esset. Veruntamen & ipsi prophetiam in hoc inuoluntarij repleverunt: nempe quod cum impijs reputatus est. Vide autem & domini sapientiam, quomodo & hoc, quod faciebatur in iniuriâ ipsius domini, in gloriam eius enenit. Nam & in ipsa cruce latronem saluauit, quod nullo miraculo minus est, & ex hoc magis apparet Deus, & ipse solus glorificatur, quamuis & alij glorificati sint. id, quod non fuisset factum, nisi innoxius fuisset, & non (ut sic dicam) legis præuaricator, sed & supra omnem legem, & præuaricatorum Iudæ. Scripsit autem & titulum Pilatus, &c. Scribit & titulum Pilatus super crucem, hoc est, causam, & manifestationem, & inscriptionem. Ita enim interpretatur titulum. Significabatur autem per titulum, cuius esset crux. Cæterum scribit titulum, partim vlcifens se de Iudæis, ut sibi inobedientibus, & ostendens malitiam eorum, quod infurrexerint contra proprium regem: partim & gloriæ Christi defendens, quia enim illum cum latronibus cruci

Genf. 12.

Esai. 53.

Hanc historiam narrat Rufinus in sua ecclesiastica historia.

crucifixum coinquinare nomine volentes. Pilatus ostendit quod non fuerit latro, sed rex eorum, & hoc non una, sed tribus linguis manifestat. Verisimile enim erat multos gentes propter festum commiseruisse se Iudeis, sicut & euangelista superius docuit de quibusdam gentilibus, qui videre volebant Iesum. Vt igitur omnes agnoscerent, omnium vocibus Iudeorum insantiam infamavit. At illi etiam crucifixo inuidebant. Et quid dicunt? Scribe, quod ille dixerit. Nam nunc quidem communis sententia Iudeorum apparet. Si autem oppositum fuisset, quod ipse dixerit se regem, visum fuisset crimen temeritatis, & arrogantiae illius. Sed Pilatus non obtemperavit, & in priori stetit sententia ideo dicit; Quod scripsi, scripsi. Ceterum & aliud magnum quiddam dispensatur, quia defossis tribus crucibus, in ista mansit, ut ne ignoraretur, quae esset crux domini, propter hoc dispensatum est, ut sola titulum haberet, & inscriptionem, ut per signum tale cognosceretur. Latronum enim cruce titulum non habebant. Insinuat autem & sublimius quiddam inscriptio triplicibus literis inscripta. Manifestat enim dominum regem esse philosophiae practicae, & naturalis, & theologicae. Practica enim per Romanorum scripturas figuratur. Nam Romanorum principatus maxime vitilis erat, & strenuus in rebus bellicis: per Graecas vero, naturalis, cui vocabant Graeci: per Hebraicas denique theologica. Nam Hebraeis diuinorum cognitio concedita fuit. Gloria igitur ei, qui per crucem apparuit tale habere regnum, & qui mundum vicit, practicum nostram virtutem roboravit, scientiamque naturae largitus est, & ab illa nos duxit in interiora velamenti, in suam dico scientiam, & contemplationem, theologiam videlicet. Milites ergo quum crucifixum Iesum acceperunt vestimenta eius, &c. Per illa potissimum implentur prophetiae, per quae diabolus infidiatur. Et vide veritatem. Tres fuerunt crucifixi, arctam in hoc solo implentur prophetica dicta. Et considera prophetarum diligentiam. Non enim solum, quod diuiserint, sed & quod partiti fuerint, dixit propheta. Igitur alia quidem distribuerunt, tunicam autem non, sed sortiti sunt. Quod autem a summo fuerit contexta, non frustra fuit appositum. Et alij quidem dicant allegoriam per hoc signari, quod non simpliciter homo fuerit crucifixus, sed & deitate superne habuerit. Quiddam vero genus dicunt tunicae euangelistam narrare. Quia enim Palaestini duos pannos committendo contextunt vestes, pro futura vtentes contextu: manifestans Ioannes, quod talis fuerit tunica, dixit quod a summo per totum fuerit contexta, hoc est, ab initio, & superne vsque ad infima. Manifestat autem hinc vilitatem vestimentorum Christi. Alij autem dicunt, quod in Palaestina contextantur lica non sicut apud nos. Nam supra quidem est filium, infra autem contextitur panno, & ita regressio fit, sed contrario modo, infra enim sunt filia, in summo autem contextitur contextus. & talis quoque fuit tunica domini. Sacramentum quoque & per hoc nobis insinuat. Nam corpus domini superne quidem contextum est. Spiritus enim sanctus venit super virginem, & virtus altissimi obumbravit eam. licet enim hominis naturam susceperit, quae infra est, & ceciderit: tamen superne spiritus sancti gratia constitit, & compacta est diuina caro. Igitur

Luc. 7.

sanctum corpus Christi indiuisibile est, & diuiditur, & communicatur in quatuor partes orbis, vsu praebens singulis, & vniuersisque animam sanctificans, cum corpore per suam carnem vni-genitus & integer in omnibus est existens vbique. Nunquam enim diuisus est, sicut & Paulus clamat. Quia autem ex quatuor elementis vniuersum constitutum est, intelligere licet per vestimenta Iesu, visibilem, & propositam hanc creaturam, quam daemones pariuertunt, quando in nobis sermone Dei occidunt. Dant enim operam, ut suam faciant, & nostram partem per affectiones ad mundana: sed tunicam non possunt diuidere in iis, quae sunt sermonis: per quem omnia constituta sunt. Nam, licet infinitum decipiat a fluxis, & transitorijs, iterum tamen agnosco ea esse transitoria, & rationem, ac substantiam praereuerentium, & fallaciam non ignoro. Et milites quidem hoc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, &c. Milites quidem stabant pro sua insipientia. Ipse autem matris curam habet: docens nos vsque ad extremum spiritum omnem habere debere curam eorum, qui nos genuerunt. Et vide, quomodo, quum essent & aliae mulieres, solius matris curam agat. Nam oportet quidem parentibus ad pietatem obstitentibus non parere; non obstitentibus autem omni cura seruire: sicut & ipse, quum migraret a vita, quod verisimile erat matrem dolere, & praesidium requirere, concedidit discipulo praefecturam eius. Occultat autem proprium nomen euangelista, modestiae gratia. Nam si voluisset arrogans esse, causam etiam apposuisset, propter quam fuisset dilectus. Etenim verisimile erat magnam quandam istam esse, & mirabilem. Iam papae, quomodo obseruat discipulum, fratrem suum illum faciens? Vsque adeo bonum est manere apud patientem Christum, nam in fraternitatem illius ducit. Admirare autem quomodo in cruce omnia absque turbatione facit, matris cura agens, prophetias implens, latroni paradysum aperiens, ante crucem autem laborans, sudans, anxius: atque haec quidem humanae naturae, illa autem diuinae virtutis. Confundatur Matrona, & omnes alij, qui Christum nugantur in mundo apparuisse iuxta apparentiam tantum. Nam natus non fuisset, neque matrem habuisset. Quomodo autem soror matris eius diceretur Maria Cleophae, quae non habuerit alium puerum: Cleophas frater fuit Ioseph, & quum absque liberis esset mortuus Cleophas (ut quidam dicunt) Ioseph eius uxorem duxit, & filios fratri peperit, quorum vna & nunc commemoratur Maria, quae soror dicitur Deiparae, hoc est, cognata. Solet enim scriptura cognatos dicere fratres, sicut & Isaac de Rebecca dicebat, Soror mea est, quauis vxor esset. Ita & hoc loco soror Deiparae dicitur, quae Cleophae vxor habita est, propter cognationem. Itaque quatuor Mariae celebrantur in euangelij. Prima Deipara, quam & Iacob, & Ioseph matrem nominat. Illi enim pueri fuerunt Ioseph, ex priori vxore ei nati, fortasse vxore Cleophae. Dicitur autem Deipara mater eorum, quia nouerca: vxor enim habebatur Ioseph: Secunda Maria Magdalene, e qua eiecit septem daemones Iesus, Tertia Cleophae, & quarta Lazari soror. Assumpsit igitur discipulus Mariam in sua. Vide autem quomodo muliebris sexus permanet in aduersitatibus, & viri omnes dere-

Gen. 26. Quatuor Mariae. Luc. 8. Ioan. 11.

Gen. 3.

liquerant dominum. Ita ergo venit corroborans quod infirmum erat, & alluens, quod nihili habitum. Postea sciens Iesus quod omnia consummata iam essent, &c. Quum vidisset, inquit, Iesus quod omnia consummata essent. Hoc est, nihil intermisisset, quod suae dispensationis erat: ita enim mors eius libera erat. Non enim prius mors corpus eius inuasis, quam ipse voluit. Voluit autem, quum compleisset omnia: propterea & dicebat, potestatem habeo ponendi animam meam. Dicit itaque suo: prophetiam hoc loco implens. At illi impietatem, ac malitiam suorum morum declarantes, aceto eum potant, id quod condemnatis faciebant: quia hysopum propter hoc aderat, ut lethale. Quiddam autem hysopum dicunt calamum: talis est enim summitas calami. Circumponunt igitur calamo spongiam, eo quod in sublimi erat os Iesu, & ita prophetiam impleuit, Et in siti mea potauerunt me aceto, dicentes. Potatus itaque dixit, Consummata est. Hec scilicet prophetia cum alijs, omnia consummata sunt. Absque turbatione autem operatur, & cum potestate omnia, quod declarat frequenter, & sic consummata sunt omnia. Inclinato capite (neque enim ipsum absumum erat) emisit spiritum. Hoc est, exspiravit, quauis in nobis contrarium fiat. Primum enim exspiramus, & deinde inclinamus caput. Ille autem prius inclinavit, deinde exspiravit. Ex quibus omnibus manifestatur, quod ipse fuerit dominus mortis, & omnia secundum potestatem fecerit. Iudei ergo, quoniam parasceue erat, &c. Tradidit quidem spiritum dominus Deo, & patri, ostendens quod post haec animae iustorum in monumentis non versantur, current autem in manus patris omnium: sed peccatorum animae in locum supplicij detractae, hoc est, in infernum depellantur. At illi camelum deglutientes, & culicem liquantes, tali paratro facinore de die obseruando diligenter cogitant. Dicit enim, Vt ne maneant in cruce corpora, rogauerunt Pilatum, hoc est, obsecrauerunt, ut tollantur. Quare autem confringi crura eorum petunt? ut, si etiam superuenerent, inutiles essent. Latrones enim fuerant. Nolebant igitur in die festo videri panitiores, & homicidae. Et aliter: Etiam lex ita praecipiebat, ne sol occumberet in supplicio hominis. Vide autem quomodo per ea, quae struunt Iudaei prophetiae implentur. Sic ergo & in hoc loco duae prophetiae implentur, ut postea euangelista dicit. Etenim ossa Iesu non confringunt quidem, pungunt tamen eum, gratificantes Iudeis, & sanguis, & aqua egreditur. Nam illi quidem etiam mortuum corpus contumelia afficerent conantur. At contumelia illis in miraculum vertitur, & sanguinem quidem ex mortuo corpore prodisse admirabile est. Veruntamen possit quis syncophantatum dicere, quod verisimile sit vitalem quandam virtutem adhuc fuisse in corpore. Aqua autem egressa, omnem controuersiam miraculo tollit. Non simpliciter autem haec sunt, sed, quia ecclesia per duo ista & fit, & constitit. Nam per aquam quidem generamur, per sanguinem autem, & corpus pascimur. Quum igitur accedis ad calicem communionis sanguinis Christi, ita affectus sis quasi ex ipso latere bibas. Considera autem, quomodo per faucium Iesu, vulnus lateris, hoc est, Euz sanatur: & sicut in paradiso, ubi Adam obdormiuit, ablata est ab eo costa, ita hoc loco quum dominus obdormiuisset, costam

militer dedit. Rhomphaea autem militis, figura est rhomphaeae veritatis, quae prohibet nos a paradiso: & quia omne, quod versatur, nisi quid obstat, non absistit a suo cursu, dominus ostendens, quod rhomphaeam illam sistat, supponit in figura lateris frameae militis, ostendens nobis, quod sicut framea militis appulsa lateri stetit, ita, & flammea stabit, & non ultra interminetur, & versione sua exterreat, prohibendo ingressum in paradysum. Confundantur Armenij, qui non admittunt in mysterijs aquam vino. Non enim credit (ut videtur) quod aqua ex latere egressa sit, quod admirabilis, sed sanguis tantum. Et hoc loco destruit magis miraculum. Itaque sanguis symbolum hominis crucifixi: aqua vero, quod is sit super hominem, hoc est, Deus. Et qui vidit, testimonium perhibuit, &c. Non ab alijs (inquit) audiui, sed ipse praesens vidi, & verum est testimonium. Merito. Iniuriam enim enarrat factam, & non magnum, vel honorificum aliquid, ut suspectus sit sermo: sed propter hoc (inquit) haec diligenter enarro, & ea, quae ignominiosa videntur, in medium assero, ut & vos credatis, tanquam omnino veris, & non fictis. Nam, qui ad gratiam loquitur, gloriosa magis ponit. Quia autem & Moyses dignior fide se videbatur, adducit & hunc testem. Quod enim ille dixit de agno, qui immolabatur in pascha, quod os non confringeretur, hoc inquit euangelista in Christo impletum esse. Et multa est cognatio figurae ad veritatem. Impletur autem & alia prophetia, quae dicit, Videbunt in quem pupugerunt. Quando enim venturus est iudicare, tunc videbunt eum in corpore meliore, & diuiniore, & cognoscent ij, qui pupugerunt, ac ingebunt. Insuper & iis, qui non credituri erant, fidei ianua, & iudicium fuit, quod ab inimicis est attretatum, ut Thoma. Nam per lateris fidem resurrectionis accepit. Os quidem Iesu non conteritur, lateris autem eius scaturit nobis fontes, essentia, & vitam nobis dantes. Aqua quidem essentiam dedit, quia per eam peruenimus ad hoc, ut Christiani simus; sanguis autem vitam: per ipsum enim pascimur. Nam agnus quidem verbum est Dei, qui a capite vsque ad pedes comedendus est. Caput quidem symbolum est deitatis (ipsa enim est caput) pedes autem carnis: ipsa enim extrema est. Insuper & intestina eius mysteria, & occulta reuerenter in cibum habentes ossa non confringimus, hoc est, difficiliore, & grauiore sensus. Quae enim non possumus intelligere, ea non conterimus: hoc est, non dabimus operam, ut male, & periculose intelligamus. Etenim, quando sane sentimus, tunc non conterimus: sana enim seruamus diuina. Quado autem torserimus, & haeticum sensum acceperimus, conterimus, & confringimus solidum, & difficilem sensum. Igitur haec difficultia intellectu, igni tradenda sunt, hoc est, spiritui sancto, per quem efficiuntur, & terminantur, eo quod omnia scrutatur etiam profunda Deus. Post haec autem rogauit Pilatum Ioseph Arimatensis, qui erat discipulus Iesu, &c. Quare non vauis ex duodecim accessit ad Pilatum, & ex septuaginta erat Ioseph & audet hoc? Nam, si propter metum Iudaeorum dixerit quis delituisse discipulos, & hic eo de correptus fuerat timore. Dicendum igitur, quod hic valde nobis fuerit, & Pilato notus, quia nobilis erat. Vnde, quum existimasset extinctam esse Iudaeorum iram, eo quod aduersarius illis crucifixus

Aqua est admiscenda in calice.

Exod. 12.

Nom. 9. Zach. 12.

Ioan. 10.

nunc

nūc esset absq; pauore accedit, & sumptuosā facit sepulcrum cum Nicodemo. Nihil diuinū de illo vterq; sentiebant, sed affecti erant vt erga purum hominem, quia talia afferēbāt aromata, quæ potissimum possent corpora diurna conseruare, & cohibere ne statim corrūperentur: quod ostendit eos adhuc nihil magnum de eo cogitasse, verumtamen amorem suum declarant. Non enim sepe liant vt condemnatum, sed sumptuose, vt mos est Iudæis: quoniā tempore impediēbantur. Nam nona quidem hora facta erat mors: deinde, quum in medio tempore accessissent ad Pilatum, verisimile erat vesperam ingruisse, quum non licebat operari. Ponunt ergo eum in monumentū. Erat enim in loco, vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum. Singulari autem dispensatione factam est, vt in propinquo esset monumentum, vt & discipuli possent adesse, & spectatores ac testes factorum fieri, & milites mitti possent ad custodiam, & vt cessaret etiā propter locum, furti suspicio: quæ omnia non cōtigissent, si procul fuisset sepultus. Nouum autem erat sepulchrum, in quo nullus adhuc erat positus: vt non calumniaret quis resurrectionē, quod alius resurrexerit, & non Iesus. Et aliter quoq; nouum monumentum symbolo quodam manifestat futuram nouitatem per sepulcrum Domini contra mortem, & corruptionem, & quod innouandi simus omnes in illo. Vide autem & diuitias paupertatis domini propter nos. Qui enim non habuit dominum in vita, neque post mortem sepulchrum habet, sed in alieno deponitur: & quum nudus esset, à Ioseph vestitur. Est & nunc Iesus mortuus, quum occiditur ab anatis, & violentis, vel à fame hoc patitur: sed & nudus est. Quæcunque enim pauper paritur, Christi paritur. Imitare & tu Ioseph, adde aliquid bono. Ioseph enim interpretatur additio: & nuditatem tege Christi, hoc est, pauperis. Hoc autem fac non semel, & in monumento pone animā, & semper memor esto talium operum, cogitæque, & cura. Admisce autem & myrrham, & aloem. Amara, & mordacia seculi illius iudicia animo reponere oportet, & vocem illam, quæ maledictos auocat, & in ignem mittit immisericordes, quo nihil amarius puto.

EVTHYMI ZIGABONI

superioris Euang. expositio.

Sciebat autem & Iudas, &c. Deinde etiam dicit, vnde hoc sciebat; Quod frequenter cōueniret, &c. Frequenter versaretur ibi. Cum laternis, & facibus, & armis. Arma adduxerunt timentes eos, qui sequebantur Iesum: nam & propterea intempertio noctis tempore aduenerunt. Sed quæ in medio sunt, prætermisit Iohannes, tanquam ab aliis enarrata, quod frequenter, ac multis facit in locis. Iesus itaque sciens vniuersa quæ ventura erant, &c. Sciens tanquā Deus vniuersa, quæ ventura erant super se, egressus intrepide interrogauit eos tanquam homo. Stabat autē & proditor cum ipsis: & neque hic potuit eum indicare præ conscientia, aut propter eius vocem. Ostendit quoddam nolentem non solum non possent eum apprehendere, sed neque omnino videre. Dixi vobis quod ego sim. Ipse seipsum manifestat, docens discipulos, neque in periculis mentendum, & certiores red-

dens, quod spontaneē seipsum tradat inimicis. *Vt completeretur sermo quem dixerat, &c. Vt completeretur sermo: hoc à seipso dicit Euangelista. Nam superius ad patrē loquens dixerat; Quos dedi tibi, custodiui, & nemo ex ipsis perit, nisi filius perditionis. Itaque neminem ex eis perdidit, tantumdem significat sicut; Nemo ex ipsis perit. Nemo enim, inquit, perit mea causa, hoc est, non perdidit quenquam ex eis mea causa. Erat autem nomen sermo Malchus. Addidit Iohannes & nomen vulnerati, partemque vulneratam, ob rei manifestationem: non solum quod repente curauerit illum Iesus, sicut à Luca didicimus, verum etiam quod paulo post esset eum alapa percussurus, sicut significauit Chrysothomus. An non bibam poculum, quod dedit mihi pater? Poculum, mortem videlicet. Dicit ergo, An non suscipiam mortem, quam permisit pater inferri mihi? nam hoc significat; Dedit mihi & ac si dicat, Imo maxime, tanquam eadem volens, quæ pater. Duxerunt eum ad Annam primum. Præ voluptate de hac re gloriabantur, tanquam de trophæo constituto: & abduxerunt eum primum ad Annam, vt qui à Caypha eius anni pontifice quasi pater honorabatur propter affinitatem. Erat enim Cayphas is qui consilium dederat Iudæis, &c. Ne auditor vincula audiens turberetur, eius memoriam ad Cayphæ vaticinium reuocat, significans quod moriebatur pro eo, quod populo expediebat, siue pro salute hominum, veluti Cayphas prophetauerat. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Ipse est alius ille discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, &c. Vide modestiam, ac fraternum amorem. Ne quis enim aut ipsum laudet, quod simul introierit, aut Petrum vituperet, quod foris manserit: dicit, quod sibi quidem tanquā familiari pontificis permissus sit introitus: Petrus vero tanquā incognitus exclusus est: & tamē adhuc ad ostium permanebat: quod Petro potius datur laudi. Erat autem cum eis Petrus stans, & calefaciens se. Ostendit quod ipse in interiori atrio cum præceptore versans, omnia videbat, & audiebat: Petrus vero, cum esset in exteriori, nihil horum sciebat. Pontifex itaque interrogauit Iesum de discipulis ipsis, &c. De discipulis quidem, vbi nam essent, & quam ob causam congregasset eos: De doctrina vero, quid doceret, & quare. Hæc autem interrogauit volens eum arguere, tanquam nouæ rei inuentorem, ac seditiosum, quasi conciliabula quædam facientem, nouaque dogmata inferentem. Atqui frequenter eum docentem audierat. Ego palam locutus sum mundo. Manifeste omnem docui populum, non solum discipulos. Ego semper docui in synagoga, &c. Nihil, quale tu suspicaris, seditiosum, & quod Deo non sit gratum. Quid ergo, an non frequenter occulte loquebatur discipulis? Vtique, sed nihil tale, quale pontifex putabat. Quid me interrogas? Interroga eos, &c. Non contumacis verba sunt, sed de dogmatum veritate confidentis. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt: non discipulos, sed alios etiam, qui non crediderunt. Quum autem hæc dixisset, vnus ministrorum, &c. Horreo cælum, stupefecit terra: tum ob leuorum perfidiam, tum ob domini clementiam. O audacissime, quidnam respondit contumacius? an non potius honorem detulit pontifici, qui pontificem maligne de iis, quæ nouerat, interrogantem nō arguerit? Quum ergo posset omnes concu-*

cutere, & obruere, aut alio acerbo modo perdere, patienter fert, verbāque proloquitur, quæ omnē possint dissoluere feritatem, quanquam nō eam, quæ illorum erat. Si male locutus sum, profer testimonium, &c. Profer testimonium, hoc est, ostende, quid sit male prolaturum, argue eum, qui sit male locutus. Quærit autem quidam, quomodo non obruerit Christus & alteram maxillam impingenti alapam, sicut Apostolis faciendum præceperat, sed potius indignatus est: Nos autem dicimus, quod illud præceptum de non vlciscendo, fuit indictum propter seditiones, quæ inde oriēbantur: nunc tamen neque Christus eum vltus est, qui alapa impingente, quin potius, quum eum non repulerit, neque ipse resiliit, ad alias quoque plagas paratus erat, sed partes suas descendit, ne quo modo, si tacuisset, contumax videretur, de quo etiam accubabant. Nisi esset hic mæfector, non tibi tradidissent eum. Sed quomodo, quum dicat, eum esse mæfectorum, tacer? Quia de hoc non interrogabatur: itaque patienter sustinet. Nobis non licet interficere quenquam. Cruce videlicet. Hoc autem dixerunt, non tantum quasi subiecti dominio Romanorum, & propria priuati potestate: quantum volentes Christum cruce occidi, miserima scilicet, ac ignominiosissima morte, quod lex eis non permittebat. Nam quod alio modo perirent, ostendit Stephanus lapidatus. *Vt sermo Iesu completeretur, &c. Hoc dixerunt, vt sermo Iesu completeretur. Complētus enim erat, inquit, sermo eius, quem locutus fuerat dicens; Si exaltatus fuero à terra, ac deinceps te iterum esse respondit. Deinde confirmans se vera loqui ait; Propterea natus sum, propterea incarnatus sum, & veni in huic mundum, vt doceam veritatem. Sicut ergo in cæteris vera loquor, ita sane & in hoc. Vel, ad hoc natus sum, hoc est, quum rex sim, ad regnandum incarnatus sum, & propterea veni in mundum, vt doceam veritatem, quod, quum sim rex sempiternus, incarnatus sum, vt super eos regnem, qui credunt in me. Omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam. Omnis, qui est ex veritate, qui amat veritatem, obedit verbo meo, credit doctrinæ meæ. Quid est veritas? Discere cupiens interrogat, Quid est veritas, cui tu testimonium perhibes, quam doces? Sciens autem, quod mora opus esset ad questionem, ad quam hortabatur, subsistit ab interrogatione: & confestim egressus nititur huic ab impetu Iudæorum liberare. Vide enim: Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, &c. Ista Iohannes sub breuitate narrat, tanquam ab aliis iam scripta: studens & hic recitare, quæ præterita erant. Et cur omnino eorum meminim, quæ ab aliis memorata sunt? Quia aliter nequaquam apte scribere poterat, quæ scripta non erant. Ecce adduco vobis eum foras. Hoc est extra prætorium. *Vt cognoscatis, quod nullum in eo crimen inuenio. Hoc dicit tentans mentem eorum. Exiit ergo Iesus foras, gestans spinam coronam, &c. Eduxit eum ludic-**

brij stola vestitum: vt hunc in tanto videntes opprobrio, satiarētur, ac placarentur. Ecce homo. Homo dixit præ cōpassione, vt & ipsi cōpassione mouerentur. Quum ergo vidisset pontifices ac ministros, &c. Tanquam feri canes, eo solum viso, furibunde oblatrabant, quasi feræ bestia, quæ venatores sentientes statim incurrunt: nam inuidia ebrij, in eadem aduersus eum debacchabantur. Accipite eum vos, &c. Vos, inquit, qui iniusti estis. Permittit autem eorum potestati, indignatus de violentia, ac impudentia illorum. Quia filium Dei se fecit. Naturalem videlicet. Hoc autem dixerunt, iniustitiam repellentes. Itaque rursus ad aliam transierunt accusationem. Quid ergo Christus? Quum de talibus eum accularent tacebat, dictum complens propheticum, non aperuit os suum. Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Ne quo modo in veritate Deus esset, & eum disperderet, ita ab ipso affectus contumelia. Vnde es tu? Iam non interrogat. Quid fecisti, sed, Vnde es tu? è cælo, an è terra? Iesus autem responsum non dedit ei. Nam, quod discere quærit, iam didicerat, quando audierat; Regnum meum non est hoc mundo. Et sicut tunc molliter affectus nihil eum iauerat: ita & nunc futurum erat, vt nihil iuaret, quum ignaues esset, ac meretriciosus. *Aut itaque ei Pilatus, Mibi non loqueris? negas, &c. Et terretur, & terret: irritatus enim quod sibi, ne ipsum quidem fouenti, respondeat, deinceps vibrat potestatem. Sed, o insensate: si potestatem habes ipsum absoluendi, quomodo non absoluis, quum scias eum carere crimine, & frequenter hoc testimonium de eo perhibueris. Non haberes potestatem vllam, &c. Respondit factum obiurgans, qui illi ob potestatem accrescebat, & ait; Non haberes potestatem vllam aduersum me, nisi esset tibi datum è supernis: significans diuina quadam dispensatione se pati. Ne autem, hoc audito, arbitraretur sese absoluti crimine subiunxit, Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Quia potestatem habes, nec absoluis me, non es immunis à peccato, quaquam minus sit peccato eorum, qui me tibi tradiderunt: siquidē illi homicidæ sunt scelerati, tu vero mollis, facileque credulus. Ex eo quærebatur Pilatus absolueret eum. Sermonibus eius perterritus: Iudæi vero, qui diuina eius signa frequenter conspexerāt, amplius insaniebant. Si hunc absolueris, non es amicus Cæsaris, &c. Intuiti obiectam legem fuisse inutilem, & intelligentes quod eum vellet absolueret, ad accusationem iterum tyrannidis diuertunt, quam timore Cæsaris non posset paripendere Pilatus. Non es amicus, siue beneuolus. Contradicit vero, hoc est, aduersatur. Verum quomodo hic tyrannidem meditatatur? vnde hoc potestis ostendere: an à diademate: ab habitu aliōve apparatu, aut insignibus? an non omnia abiectionis erant, siue alimentum, siue indumenta, siue domum, ac conuersationem, aut cætera specteris? cum duodecim tantum circumiens discipulis, iisque admodum humilibus, & abiectis, imo & plerumque solus. Sed, que pro tribunali, in loco, qui dicitur Libostrotos, Hebraice autem Gabatha. Arbitratus sese ostensurum Cæsarem, ac periclitaturum, si huiusmodi accusationem indiscussam prætereundo cōtemneret, duxit Iesum extra prætorium, ac publice sedit pro tribunali, vt vniuersos haberet suæ inquisitionis testes.*

† *Gebotha Latinis sonat eminēs, siue excelsum, Bibl. Hom. tom. 2. BBBbb Peri*

Verisimile est enim fuisse statum lapidem eminens, iudicio accommodum. Est et dictio Chaldaica.

Erat autem pasche hora vero ferme sexta. Diem, ac horam significavit ostendens, quod non solum ipso die pasche, verum etiam die iam declinante, festique vespera appropinquante, quando pascha immolabant, in festum tribunal conuocabant, pro paruo ducentes piaculo, huiusmodi tribunal accedere. Ecce rex vester. Relicta discussione, iterum ad placandum eos conuertitur: Ecce, inquit, rex vester: ecce stat accensatus, non est absolutus, ne formidatis. Et quanquam litera habeat: *Idem* ecce: sic etiam superius quum dixit: Ecce adduco vobis eum foras. Tolle, tolle, crucifige eum. O incredibilem feritatem, ac insaniam! Regem vestrum crucifigem? Hoc dixit, quasi subsannans Christum, vt Iudaeorum curaret feritatem. Non

Iosephus li. 7. de bel. Iud. ca. 18. dicit. Othano die Septembrii.

habemus regem nisi Caesarem. Quia Christi regnum repellentes, Caesaris potestatem elegerunt: postmodum diuina visitatione, ac protectione nudati, traditi sunt ad internecionem, idque rursus ipso pasche die, quo clamauerunt. Non habemus regem nisi Caesarem. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Victus eorum instanti contentione. At quibus eum tradidit? Vtique cotaminatis ac perfidis, seditiosis, & homicidis. Atque is baiulus crucem suam, &c. Ferebat crucem in humeris taquam strenuus miles lancea, qua deiecturus erat aduersariu. Et cum eo alios duos hinc, & hinc, medium autem Iesum. Iudaei hunc simul cum maleficis crucifigere studuerunt, vt communicatione supplicij bonam huius famam, mala illorum fama denigraret. Huius autem gloria intantum splenduit, vt, quum tres penderent, quum stupenda illa signa facta sunt, soli huic omnes illa adscriperunt: tantumque absuit, vt illorum participaret suspicionem, vt potius vnum eorum ad suam fidem attraxerit, & omne machinamentum in caput Iudaeorum conuersum sit, patremque eorum diabolus. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, &c. Atqui vnigenita erat Dei mater: verum Ioseph, & Cleopas fratres erant. Moris autem erat apud Hebraeos, fratrum quoque vxores appellare sorores propter virorum fraternitatem. Itaque cam, quae pariter cum ea vxor erat, sororem nominauit. Sed Ioseph quidem, & Cleopas viri eorum, natura fratres erant: ipsae autem eorum vxores, affinitate sorores. Stabant vero iuxta crucem, tunc nocte securitatem: primum enim omnes discipulae eminus conspiciebant, veluti caeteri docuerunt euangelista. Quum vidisset ergo Iesus matrem, &c. Tunc enim & ipse simul adstabat, quum iam hostes Iudaei discederet. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Iam moriens matrem commendat discipulo: summe dilectam, maxime dilecto: virginem virgini: instruens nos, vt curam habeamus parentum ad extremum usque spiritum, quando non solum non sunt ad virtutem impedimento, imo potius nobiscum ad salutaria exerceantur. Nam, quando intempestiue molesta erat, dicebat: Quid mihi, & tibi est, mulier: &, Quae est mater mea? Nunc vero magnum demonstrat amorem. Ecce filius tuus, hoc est, hic meo loco tibi erit. Ecce mater tua, siue, tu eris ei pro me: oportet te huius sicut matris habere curam. Matris itaque curam habuit, discipulum vero honore maximo honorauit, ac interim hanc longa-

Supra 2. Matth. 12.

nimitatis dedit mercedem. Quare autem alterius quoque mulieris curam non habuit? Quia illa procuratorem habebat, mater vero neminem: & vt scianus, quod oporteat huiusmodi parentes praeteris honorare, quia pepererunt, quia aluerunt, quia mille pericula passi sunt. Considera autem, quod ante passionem quidem vehementer agebatur, nunc vero sine turbatione alloquitur, siquidem ibi naturae infirmitas, hic autem patientiae vehementia apparet. Quemadmodum enim concupiscentiam commixtionis corporum, licet vehementer nobis ad successionem generis insitam, philosophia dediti extingui mus: ita quoque vitae cupiditatem, quamquam plurimum, ne nos ipsos interimamus, nobis inditam, philosophiam sequentes Christianam frangimus: & tunc turbatio, quae ex nimio vitae amore procedebat, a philosophia Christiana supprimitur: ac ita fit, vt vincantur pericula. Nihil autem amplius testamento cauit: partim quidem propter temporis angustiam: partim autem, quia temporale quidem nihil habuit, de spiritualibus vero prius communitur omnibus praeeperat. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Iuxta magistri praecceptum. Postea intuitus Iesus, quod omnia iam consummata essent. Reliqua omnia, quae suae erant dispensationis. Prae compleretur scriptura, dicit, Sitio, &c. Nam solum hoc reliquum erat. Scripturam autem dicit Davidicam, quae ait: Et dederunt in escam meam fel, & ad sitim meam potauerunt me aceto. Hyslopo vero appositam, siue hyslopi arundini, quam ad manum repererunt: idque propter crucis altitudinem. Illudabant autem ei offerentes acetum. Consummatum est. Omnibus numeris completa sunt omnia, sic vt iam nihil deficiat. Et, inclinato capite, tradidit spiritum. Non postquam expirauit, caput inclinauit, quod in nobis accidit: sed postquam inclinauit caput, expirauit, vt discamus, quod, quando voluit, mortuus est, quum omnia consummata essent, tunc spiritum in manus patris tradidit, veluti significauit Lucas. Ne remaneret in cruce corpora sabbato: erat enim magnus dies ille sabbati. In cuiusque cruce. Nam, quia pasche erat, si tunc non tollebantur, futurum erat, vt & sabbato in cruce remaneret, illaque pendendo peruenirent ad illud sabbatum: & inde videretur haberi contemptum. Magnum autem dicit diem illum sabbati, quod non solum honoraretur vt sabbatum, verum etiam propter festum azymorum, quod casu in eo contigerat, & ita duplex festum erat. Huiusmodi autem sabbata, dicebantur sabbata sabbatorum, tanquam veneranda veneratorum, festa festorum: ob festi duplicitatem, vt dictum est. Rogauerunt Pilatum, vt frangerentur, &c. Hic rursus *in pto nona*, significat Praecati sunt, petierunt vt confringerentur eorum crura, quo citius morerentur. Venerunt ergo milites. Quibus id a Pilato iussum erat. Et primi quidem frangerunt crura. Qui in dextera Christi crucifixus erat. Et alterius, qui crucifixus erat cum eo. Christo videlicet. Ad Iesum autem quum venissent, &c. Postremo ad eum venerunt, maiori contumelia, in gratiam Iudaeorum, ipsum volentes afficere. Sed vnus militum lancea latus eius fodit, &c. Res supra naturam, ac manifeste docens, quod maior quam homo esset, qui fuerat vulneratus: siquidem a mortuo homine, etiam si millies quis eum purpugerit, non exibat sanguis. Foditur itaque lancea in latere saluator, quia peccato vulneratum

neratum est latus Adae: siue vt Euam, lateris sui vulnere, a plaga lateris sanaret. Sanguinem autem, & aquam icaturae facit, duo designans baptisima: vnum quidem per sanguinis martyrium, alterum vero per aquae regenerationem: atque horum fluxu peccati fluxum demergit: Praeterea & aliter. Nam duos scaturire facit fontes: aqua quidem purificas ecclesiam, sanguine vero eam cnu-triens. Si quidem per aquam renascimur, per sanguinem autem, & carnem paschimur, quae diuina sunt, ac mystica. Itaque, quum ad tremendum accesseris poculum, persuadeto tibi, quod ex dominico bibis latere: & eo modo sis affectus. Deinde volens huiusmodi confirmare miraculum ait: Et qui vidit, testimonium perhibuit. Qui vidit haec, scripsit ista, non quod ab aliquo audierit. Et verum est testimonium eius. Vt, qui ea vidit, de quibus testatur, & praesertim, qui de magistri scribit contumelia. Nam contumelia erat, lateris apertio, quanquam ad hanc sequutum sit miraculum. Et ille scit, quod vera dicit. Exacte rem nouit, vt qui tunc praesens fuerit, & viderit, etiam si Iudaei eum mentiri obiciant. Sed vt vos credatis. Sed haec scripsit, vt vos, qui fideles estis, etiam de hoc credatis. Facta sunt autem haec, vt scriptura completeretur. Quae in Moisaica lege scripta est, & ait: Os non commuetur ex eo. Nam licet de figuratio agno scriptum esse videatur, de vero tamen scriptum erat, praesignans id, quod nunc factum est. Rursumque alia scriptura dicit. Prophetica.

Luc. 24. Marc. 9.

Phil. 1.

Verisimile est dictum hoc a Iudaeis electum esse post predicatum euangelium: siquidem nunc nusquam inuenitur. (Dicit hic nusquam inueniri, quia Graece solum nouerunt: porro in Graeca translatione septuaginta interpretum non habetur. Legimus tamen illud in Latina ex Hebraeo translatione Zachariae duodecimo: aut aliam dicit scripturam librorum, qui apocryphi censentur.)

Zach. 12.

Videbunt, in quem purpugerunt. Videbunt ipsum de caelo descendentem in die iudicij. Videbunt, inquit, filium hominis venientem in nubibus caeli cum potestate, & gloria multa. Venit ergo & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus, &c.

Math. 24. Marc. 13. Luc. 21.

Imitemur nobilem hunc senatorem seu consiliarium, nobilia consulentes, ac decernentes de dominici corporis participatione: & precise vngentes suauit virtutum odore, mundumque conscientiae fide illud inuolentes, ac cordis monumento nouo, omni que immunditia purificato, sepelientes.

Ibi ergo propter pasche Iudaeorum, quia prope erat monumentum, posuerunt Iesum. Volebant hunc in alio digniore monumento, quod longius a ciuitate distabat, collocare: sed propter pasche Iudaeorum, quae videlicet a Iudaeis ad vesperam obseruabatur, quo tempore fas non erat, aut longius ambulare, aut amplius operari, magis autem quia & pascha aduenerat, in propinquo posuerunt eum, diuina gratia ita dispensante, vt & discipulae conspicerent vbi poneretur, & discipuli possent propter propinquitatem proficisci, ac viderent, quae postmodum facta sunt miracula.



IN DIE SANCTO PASCHAE

M A R C . 16.



In illo tempore, Maria Magdalenae & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole: &

dicebant adinuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris cooper- tum stola candida, & obstupuerunt. Qui dicit illis: Nolite expauescere: Iesum quaeritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hic. Ecce locus, vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro, quia praecedet vos in Galilaeam: Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.

L T cum transf. Bed. Lucas dicit: quia reuertentes à monumento parauerunt aromata & vnguenta, & sabbato filuerunt: quia mandatum erat, vt sabbati silentium à vespera vsque in vesperam serua-
 retur. Ideoque religiose mulieres sepulto domino licuit operari, id est, vsque ad solis occasum vnguenta parauerunt, vt Lucas dicit: Et quia præ angustia temporis explere non potuerunt, mox transacto sabbato, id est, occidente sole, vbi operandi licentia rediit, festinauerunt emere aromata sicut Marcus dicit, vt, venientes mane vngerent Iesum, Neque vesperæ sabbati præoccupante iam noctis articulo monumentum adire valuerunt. *Venientes vngerent.* Moraliter sanctæ mulieres, quæ dominum fuerant secutæ cum aromatibus ad monumentum venerunt, & ei quem viuentem dilexerunt, etiam mortuo studio humanitatis obsequuntur. Et nos ergo in eum qui mortuus est credentes: si odore virtutum resecti cum opinione bonorum operum quærimus dominum, ad monumentum eius cum aromatibus venimus. Quod autem valde mane veniunt ad monumentum orto iam sole, id est, cum iam cælum ab orientis parte albesceret: quod fit solis orientis vicinitate, ad literam magnus quærendi & inueniendi dominum feruor charitatis ostenditur. Mystice autem nobis exemplum datur illuminata facie decussis vitiorum tenebris odore bonorum operum domino & orationum suauitatem offerre. Hieron. Nunc cum aromatibus redolentibus cum sponsa & adolescentulis quæ currunt, post eam conspergimus librum, id est, cubile mentis nostræ. Nunc introducit nos rex in cellaria sua. Nunc surgit amica Maria, hyems abiit, pluuia recessit, flo. ap. vox turturis audita est in terra nostra: vt flo. do. de. rediit sponsus de umbra, sub qua dormiunt in meridie. Post tristitia sabbata felix irradiat dies, quæ primatū in diebus tenet: luce prima in ea lucescente, & domino in eo cum triumpho resurgente & dicente: Hæc est dies quam fecit dominus, &c. *Et valde ma.* Hier. Quod alius dicit diluculo. Diluculum est inter tenebras noctis & diei claritatem in qua salus venit in ecclesia declaranda more solis, qui consurgens roseam præmittit auroram, vt tantus splendor præparatis oculis possit videri: cum tempus dominicæ resurrectionis illuxit, vt tunc laudes Christi tota caneret ecclesia sanctarum sceminarum, quando vnam præstitit & lumen credulitatis infudit. *Et di.* Hiero. Aquilæ congregantur ad corpus, martyres & apostoli vident lapidem reuolutum, qui est lex mortis, quasi dicat, Vbi est mors aculeus tuus? *Reuolutum la.* Be. Quomodo lapis per angelum sit reuolutus Matthæus dicit. Alleg. autem lapidis reuolutio resurrectionem sacramentorum Christi quæ velamine literæ legis tecta erant insinuat. Lex etenim in lapide scripta est cuius ablato tegmine, gloria resurrectionis ostensa est, & abolitio mortis antiquæ, & vita nobis speranda perpetua toto orbe cepit prædicari. *Iuuenem.* Hieron. Non senem, non infantem, sed iocundum ætate vt dicitur. Lætare iuuenis in adolescentia tua, quæ non est hic vera, dum senio mixta. Beda. Mulieres

Can. 1. Ibidem.

Psal. 117.

Matth. 24.

Matth. 28.

Exod. 24. 31. & 34.

Eccles. 11.

angelos vident quæ cum aromatibus venertun, quia illæ mentes super nos ciues aspiciunt quæ cum virtutibus ad Deum per sancta desideria veniunt. *Sedentem in dex.* Be. Ad meridianam partem loci illius, vbi positum fuerat corpus Iesu. Corpus enim quod supinum iacens caput habet ad occasum, dextram necesse erat habere ad austrum. Scribit autem Matthæus, quod angelum, qui renouit lapidem ab ostio monumenti, primò viderunt super ipsum lapidem sedentem, qui eas intrare in locum vbi positus erat dominus iusserat, & videre quod iam resurrexit à mortuis. Lucas autem, quod intrantes in monumentum duos angelos stantes ibi inuenerunt. Greg. Per sinistram vita præsens, per dextram vita æterna signatur. iuxta illud: *Læna eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me.* Quia Christus iam præsentis vitæ corruptionem transierat, rectè qui eius vitam perennem nunciabat in dextera sedebat. Qui in stola cædida apparuit, quia & suæ & nostræ festiuitatis gaudia nunciavit. Illa enim domini resurrectio, & nos ad immortalitatem reduxit, & ad angelorum numerum restituens cælestis patriæ damna reparauit. *Nolite expare.* Greg. Quasi dicat, Paueant illi qui non amant aduētum domini vel supernorum ciuium, qui vitis pressi de eorum societate desperant. Vos autem quid timetis quæ vestros conciuies videris? Vnde Matthæus angelum apparuisse describens ait: Erat aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix. *Iesum.* Salutare. Sed quia multi non substantialiter sed nuncupatiuè hoc nomine dicebantur, determinat per locum Nazarenum, & causam subdit: *Cruci.* Atque addit: *Sur. non est hic.* per præsentiam carnis, qui tamen nusquam deest per præsentiam maiestatis. *Ecc. lo.* Ostendit mortalitas mortalibus ad actionem gratiarum debita, vt intelligamus quid simus & fuerimus, & sciamus quid erimus. *Et Petro.* Beda. Petrus vocatur ex nomine, ne desperet ex negatione. Nisi enim eū angelus nominatim exprimeret, qui magistrum tū negauerat, inter discipulos venire non auderet. Et notandum cur eum, quem ecclesiæ suæ omnipotens præferre proposuit, ad ancillæ vocem negare permisit. Hoc enim actum ex magna pietatis dispensatione, vt qui futurus erat pastor ecclesiæ in sua culpa disceret, quomodo aliis misereri deberet. *Hier. Et Petro.* Qui se indigni discipulatu indicat, cū ter magistrū negat. Sed peccata præterita nō nocent, quando nō placent. *Præce. vos.* Breuis sententia in syllogismis, licet ingens in quantitate promissio. Ibi est gaudij nostri fons, æternitatis nostræ origo præparata est. Ibi congregantur dispersiones Israël: & sanantur contriti corde. Ibi eum vi. sicut dix. vo. Non sicut vidistis. *Præcedet.* Bene de redemptore nostro dicitur. Galilæa namque transmigrationis facta interpretatur. Iam enim à passione ad resurrectionem, à morte ad vitam, à pœna ad gloriam transmigrauerat. Et bene post resurrectionem in Galilæa à discipulis videtur, quia resurrectionis eius gloriam post læti videbimus, si modo à vitiis ad virtutum celsitudinem transmigremus. Qui ergo in sepulchro nunciatur, in transmigratione ostenditur. Et qui in mortificatione carnis agnoscitur, in transmigratione mentis videtur. Beda. Nota quod Marcus dicit: *Præcedet vos in Ga. ibi eū vi. sicut dixit vobis.* Nec tamen ibi visum retulit. Matthæus autem dicit, discipulos in Galilæam abiisse in montem,

Matth. 28.

Luc. 24.

Can. 1.

Matth. 28.

han. 1.

Matth. 28.

Ecc. 10.

han. 7.

Matth. 28.

tem, ibique dominum vidisse, & adorasse, & præceptum ab eo accepisse eundi, docendi, baptizandi omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Alij autem euangelistæ docent eum antea sæpius discipulis visum fuisse, maxime die resurrectionis in Ierusalem, & ipso die in castello Emaus. Quare ergo in Galilæa specialiter præcessurum, & ibi videndum prædixit, cum neque ibi solum nec primum visus sit? Quia verò spiritualiter hæc vox non euangelistæ narrantis, sed angeli ex mandato domini, & ipsius domini est, propheticè dictam intelligendum est. Galilæa namque transmigrationis, vel reuelatio dicitur: Pius secundum transmigrationis significatione, quod dicitur. Præcedet vos in Galilæam ibi eum videtis, significat, quod gratia Christi de populo Israel erat transmigrationis ad gentes, à quibus apostoli nullo modo prædicantes susciperentur, nisi eis dominus viam præparasset in eorum cordibus. & hoc est. *Præcedet vos in Galilæam.* Quod autem gaudens mirantur, vitiis omnibus difficultatibus aperiri sibi ostium in domino per illuminationem fidelium: hoc est. *Ibi eum videtis.* id est, ibi membra eius inuenietis: ibi corpus eius viuum in eis qui vos susceperint cognosceris. Secundum autem hoc quod Galilæa reuelatio dicitur: non intelligendum est in forma serui, sed in qua est æqualis patri qui dicit: Ego diligam eum, & ostendam ei meipsum. non secundum hoc quod videbant eum: non etiam secundum hoc quod eam cicatricibus videndum & tangendum post resurrectionem ostendit, sed secundum ineffabilem lucem quæ illuminat omnem hoc. ve. in hunc mundum, secundum quod lux lucet in tenebris, & tenebræ eum non compre. Illuc nos præcessit, vnde ad nos veniens non recessit, & quo præcedens nos non deseruit. Illa enim reuelatio vera est Galilæa cum similes ei erimus, & v. e. si. est. Ipsa etiam erit beatorum transmigrationis ex isto seculo in illam æternitatem, si eius præcepta ex amplectamur, vt ad eius dextram aggregari mereamur. Tunc enim ibunt in ignem æternum sinistri, iusti autem in vitam æternam. Hinc illuc transmigrabant, & ibi eum videbunt, quo modo non vident impij. Tolleretur enim impius vt non videat claritatem Dei, & impij lumen non videbunt. Hæc est autem vita æterna, vt cog. re. ve. De. & quem mi. Iesum Christum, sicut in illa æternitate cognosceret, quo & nos perduceret propter formam serui, vt liberi contempleremur formam domini.

CATENA AVREA in idem Euang.

E T cum transisset sabbatum, Maria Magdalena, & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, &c. Hier. Post sabbati tristitiam felix irradiat dies, quæ primatū in diebus tenet, luce prima in eo lucescente, & domino in eo cum triumpho resurgente. vnde dicitur, Et cum tran. sab. Maria Mag. &c. Glo. Religiose enim mulieres sepulto domino cum licuit operari, id est vsque ad solis occasum vnguenta parauerunt, vt Lucas dicit. Et quia præ angustia temporis non poterant explere, mox transacto sabbato, id est occidente sole, vt operandi licentia rediit, festinauerunt emere aromata, sicut Marcus dicit, vt venientes mane vngerent corpus

Iesu, neque vesperæ sabbati præoccupante iam noctis articulo, monumentum adire valuerunt. vnde sequitur: *Et valde mane vna sabbatum, &c.* Seue. Mulieres hoc loco feminea deuotione discunt, quæ non vt viuenti fidem, sed vt mortuo vnguenta deferunt ad sepulchrum: vt sepulto darent mæroris obsequia, non vt resurgenti præparent diuinorum gaudia triumphorum. Theop. Non enim magnitudinem atque dignitatem diuinitatis Christi sapiunt. Venerunt autem iuxta consuetudinem Iudæorum, vngere corpus Iesu, vt scilicet maneret odoriferum, & ne humiditate scaturiret: nam aromata virtutem habent desiccationem, humiditatem corporis absorbentia, vnde incorruptum corpus conseruant. Greg. in ho. Nos autem in eum qui est mortuus credentes, si odore virtutum resecti cum opinione bonorum operum dominum quærimus, ad monumentum illius cum aromatibus venimus. Sequitur: *Et val. ma. vna sab. ve. ad. &c. Aug. de con. enan.* Quod Lucas dicit diluculo, & Ioannes mane, cum adhuc tenebræ essent, hoc intelligitur Marcus dicere, valde mane oriente iam sole, id est cum cælum ab orientis parte albesceret, quod fit vtiq; solis orientis vicinitate. Eius enim est ille fulgor qui nomine auroræ appellari solet, ideo non repugnat ei qui ait, Cum adhuc tenebræ essent. Die quippe surgente, aliquæ reliquæ tenebrarum tantò minus sunt, quanto magis oritur lux: nec accipiendum est quod ait, Valde mane orto iam sole: tanquam sol ipse iam videretur super terram, sed de proximo adueniente in has partes sole, id est, ortu suo iam cælum illuminare incipiente. Hier. Valde ergo mane dicit, quod alius euangelista dicit diluculo. Diluculum autem est inter tenebras noctis, & diei claritatem, in qua salus humani generis provenit, felici vicinitate in ecclesiam declaranda more solis, qui proxima luce consurgens, roseam præmittit auroram, vt gratiam præclari splendoris præparatis oculis possit intueri, quando tempus dominicæ resurrectionis illuxit, vt tunc laudes Christi tota caneret secundum exemplum sceminarum ecclesiæ, quado genus humanum exemplo suæ resurrectionis animauit, quando vitam præstitit, & lumen credulitatis infudit. Bed. Sicut autem quod valde mane mulieres venerunt ad monumentum, iuxta historiam magnus feruor charitatis ostenditur: iuxta intellectum mysticum nobis datur exemplum, vt illuminata facie, discussisque vitiorum tenebris, odorem bonorum operum domino & orationum suauitatem studeamus offerre. Theop. Dicit autem, *vna sab.* id est, prima dierum hebdomadæ. Sabbata namque dies hebdomadæ nuncupantur: vna vero dicitur prima. Beda, Vel prima sabbatorum, prima dies est à die sabbatorum, id est requietionum quæ in sabbatis custodiebantur. sequitur, *Et di. adin. Quis reuoluet, &c.* Seue. Obscuratum erat vestrum pectus, oculi clausi, & ideo patefacti sepulchri gloriam prius non videbatis. sequitur enim, *Et res. vi. renol. lap.* Bed. Quomodo lapis per angelum reuolutus sit, Matthæus sufficienter exponit. Hæc reuolutio lapidis mysticè reuerationem sacramentorum Christi, quæ velamine literæ legalis tenebantur, insinuat: lex enim in lapide scripta est. sequitur, *Erat quippe magnus valde.* Seuer. Et plus iam magnus merito quam forma, quo creatoris mundi corpus & clau-

dere & operire sufficit. Greg. Mulieres autem angelos vidēt, quæ cum aromatibus venerunt, quia illæ mentes supernos ciues aspiciunt, quæ cum virtutibus ad sancta desideria veniunt. vnde sequitur. *Et intro in monumentum, &c.* Theop. Si Matthæus dicit angelum sedere super lapidem, Marcus verò quod mulieres introeuntes monumentum viderunt sedentem iuuenem, non mireris: nam quem viderunt prius sedentem, ipsum etiam intus in monumento postmodum viderunt. Aug. de con. euan. Aut intelligamus Matthæum tacuisse de illo angelo quem intrantes viderunt, Marcum verò de illo quem foris super lapidem sedentem viderunt, vt duos viderint, & à duobus sigillatim audierint quæ dixerunt angeli de Iesu, aut certè intrantes in monumentum in aliqua septa macerique debemus accipere, quæ communitum locum tunc fuisse credibile est in aliquo spatio ante petram qua excisa locus factus fuerat sepultura: vt ipsum viderint in eodem spatio sedentem à dextris, quem dicit Matthæus sedentem super lapidem. Theop. Quidam autem dicunt quod alie fuerunt mulieres, quæ dicuntur à Matthæo, alie quæ à Marco: sed Maria Mag. sequebatur omnes feruendam festinationem habens & ardentem affectum. Seue. Introierunt ergo mulieres ad sepulchrum, vt conspulerent Christo, Christo consergerent de sepulchro: vident iuuenem, vt cernerent nostræ resurrectionis ætatem, quia nescit resurrectio senectutem: & vbi nasci mortique nescit, ibi ætas nec admittit detrimenta, nec indiget incrementis. vnde iuuenem, non senem, non infantem, sed iucundam ætatem viderunt. Beda. Viderunt autem iuuenem sedentem in dextris, id est, ad meridianam partem loci illius vbi positum erat. Corpus enim quod supinum iacet, caput habebat ad occasum, dextram necesse erat habere ad austrum. Greg. in ho. Quid autem per sinistram nisi vita præsens? Quid verò per dextram, nisi vita perpetua designatur? Quia igitur redemptor noster iam præsentis vitæ corruptionem transierat, rectè angelus, qui nuntiare perennem eius vitam venerat, in dextera sedebat. Seue. Vident etiam iuuenem sedentem à dextris, quia resurrectio nihil recipit sinistram. Vident etiam coopertum stola candida. Stola ista non est ex mortali vellere, sed ex virtute vitali, splendens cælesti lumine, nõ colore terreno, dicente propheta: Amictus lumine sicut vestimento: & de iustis, Tunc iusti fulgebunt sicut sol. Greg. in ho. Vel stola candida coopertus apparuit, quia festiuitatis nostræ gaudia nuntiauit. candor etenim vestis, splendorem nostræ denuntiat solennitatis. Hiero. Vestis etiam candida, vera læticia est, hoste depulso, regnoque adepto, rege pacis quæsito, & inuento & nunquam dimisso. Hoc igitur innuens, formam resurrectionis timentibus mortem ostendit. Quod autem obstupuerunt, id est, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit; quæ præparauit Deus diligentibus se. Sequitur, *Qui dicit illis, &c.* Greg. in ho. Ac si dicat: Paucant illi qui non amant aduentum supernorum cinium, pertimescant qui carnalibus desideriis pressi, ad eorum focieratem pertingere se posse desperant: vos autem cur pertimescitis, qui vestros conciuēs videtis? Hiero. Non enim est timor in charitate. Quid expauescerent, quæ inuenerunt quem quæsierunt? Greg. in ho. Sed iam quid angelus subiungit, au-

diamus: *Iesum quæritis Nazarenum.* Iesus Latino eloquio salutaris, id est, saluator interpretatur, at verò tunc multi Iesus dici poterant, nec tamen substantialiter, sed nuncupatiuè, ideo & locus subiungitur, vt de quo Iesu dictum sit manifestetur, *Nazarenum.* Et causam protinus subdit, *Crucifixum.* Theop. Non enim erubescit crucem: in hac namque salus hominum est, & beatorum principium. Hiero. Radix autem amara crucis euauit. Flos vitæ cum fructibus erupit, id est, qui iacuit morte, surrexit in gloria, vnde addit: surrexit; non est hic. Greg. in ho. Non est hic dicitur per præsentiam carnis, qui tamen nusquam deerat per præsentiam maiestatis. Theo. Et quasi dicat: Vultis certificari de eius resurrectione: subdit: *Eccc locus, vbi posuerunt eum.* Propter hoc enim & reuoluerat lapidem, vt locum ostenderet. Hier. Ostenditur autem immortalitas mortalibus ad gratiarum actionem debitam, vt intelligamus quid fuerimus, & sciamus quid futuri erimus. Sequitur: *Sed ite, dicite, &c.* Mulieribus dicitur vt nuntient apostolis, quia per mulierem mors annuntiat est: per mulierem vita resurgens. Dicit autem specialiter, *Et Petro,* quia se indignum iudicauit discipulari, cum ter negauit magistru m. sed peccata præterita non nocent, quando non placent. Greg. in ho. Si autem hunc angelus non nominatim exprimeret qui magistrum negauerat, venire inter discipulos non auderet: vocatur ergo ex nomine, ne desperaret ex negatione. Au. de con. euan. Quod autem dicit, *Præcedet vos, &c.* Videtur hoc sonare quod Iesus non fuit demonstraturus se discipulis post resurrectione nisi in Galilæa: quam demonstrationem nunc ipse Mar. commemorat. Quod enim dixit, mane prima sabbati apparuit Mariæ Mag. post hæc duobus eunibus in villam, factum est in Hierusalem ipso die resurrectionis: deinde venit ad vltimam manifestationem, quam factam scimus in mote Oliueti non longe à Hierusalem. Nunquam igitur commemorat Mar. impletum quod ab angelo prænuntiatum esse testatur. Mar. verò nullum alium locum omnino commemorat, vbi discipuli postquam surrexit, viderint dominum, nisi in Galilæa, secundum angeli prædicationem. Sed cum non sit expressum quoad id futurum esset vtrum primum, antequam alibi ab eis visus esset: id quæ ipsum quod discipulos Mar. dicit esse in Galilæam in montem, non exprimit diem nec narrandi ordinem, non aduersatur quidem Matthæus narrationibus cæterorum, sed dat eis intelligendi, atque accipiendi locum. Verumtamen quod dominus nõ ibi primum se demonstraturus erat, sed in Galilæa, vbi postea visus est, se videndum mandauit, quemuis fidelem facit intentum ad quæredum in quo mysterio dictum intelligatur. Greg. in ho. Galilæa namque transmigratio interpretatur: iam quippe redemptor noster à passione ad resurrectionem, à morte ad vitam transmigrauerat: & nos resurrectionis eius gloriam post læti videbimus, si modo à vitis ad virtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo in sepulchro nuntiat, in transmigratioe ostenditur: quia is qui in mortificatione carnis agnoscat, in transmigratioe mentis viderit. Hiero. Breuis ergo sententia in syllabis, sed ingens in quantitate promissio. Ibi est gaudij nostri fons, & salutis æternæ origo præparata. Ibi congregantur dispersiones, & sanantur cõtriti corde. *Ibi,* inquit,

enim

eum videbitis, sed non sicut vidistis. Aug. de con. euan. Significatur etiam quod gratia Christi de populo Israel erat transmigratio ad gentes, à quibus apostoli nullo modo prædicantes suscipiuntur, nisi eis viam dominus in eorum cordibus præueniens præparasset: & hoc est, Præcedam vos in Gal. ibi eum vid. id est, ibi membra eius inuenietis.

AVTHORIS DE OPERIBUS Cardinalibus Christi sub nomine S. Cypriani episcopi Carthag. de resurrectione Domini, Sermo.

Quæsitis aromatibus ad vngendum Dominum Iesum, in monumento positum, sacre mulieres communicato consilio, conuenerant, & repertis ibi sine corpore sudariis, quem non inuenere, putauere sublato. Nam & lapis reuolutus, & vacuum monumentum simplicibus animis coniecturas huiusmodi opponebant, quod corpus strictum linteis nisi translatum esset, moueri loco non posset, nec lapis magni ponderis nisi vi humana nullatenus reuolui potuisset: vnde & manè venientes quomodo posset ab ostio monumenti lapis gyrtari anxie causabantur. Sed Dominus, qui inspirauerat vt venirent, præuenerat venientes, & egressus de sepulchro vacuum locum reliquerat, apertoque ostio ingredi nolentibus liberam dederat aditum: & quasi monebat se aliis quæri, qui illis angustiis non poterat occurrere. Flebant igitur sacre scæminæ, quæ eum, cui obsequi volebāt, se perdidisse putabant, & obriguerant mœstitudine, eo quod deuotio sua desiderato frustraretur effectu. Habuerant siquidem eum sicut prophetam non inferiores fide illis discipulis, qui dicebant, quod Iesus Nazarenus vir Propheta fuerat potens in opere, & sermone. Et licet de resurrectione sua ipse tam Apostolos quam reliquos discipulos, in quorum focierate istæ esse meruerat, magister prouidus instruxisset, incasserat tamen omnibus dubietatem, & terrorem supplicij crucis, & mortis atrocitatis: nec tamen ab eorum cordibus auelli poterat dilectio, qua ei ad hæserat, & recordatio signorum, quæ viderant, & admiratio doctrinæ, quam audierant, & conuersationis piæ admirabilis sanctitudo, qua fuerant informati. Necdum firmo gressu ibant, sed lababat pes dubitantium, sed quærebant, quem amabant, nec malignè desperabant: vnde factum est, vt quæstum inuentionis, dilectionis perseverantia mereretur. Illæ itaque primæ viderunt, & cognouerunt, quæ ardentius dilexerunt, quæ deuotius quæsierunt, illæ sermocinata cum Christo, certificata quod ipse esset, qui à mortuis resurrexisset: nuntiant Petro, & ceteris; quod Christus resurgens à mortuis iam non moritur. Euangelizarant viuentem, qui mortuus putabatur: nec iam sepulturae eius odoramentis corporalibus deseruunt, sed aromatibus firmæ fidei, & certæ spei, & charitatis sincerae regnant Domino famulantur, & virtutum fragrantiam non iudicato præsentant, sed iudici. Lætantur Apostoli, quos mundus quasi dehiscens terruerat, & quasi dissolutione elementorum quassaretur, omnia præcipiti ruina sterneter, lūinas horribiles intentarat, solidatisque, & compactis

cælestibus, & terrenis æterna redemptione inuenta, gratulabundi adorant, quem reliquerant: credunt, nec in aliquo hæsitant: assistunt, quantum possunt, ei, à quo diffugerant. Quem non fragor ille mundi terreret, quando terra tremuit, Sol expalluit, & radios lucis suæ sol contenebratus abscondit? Ipsa monumenta lapides sibi superpositos proiecerunt, & indignata superior, & inferior plaga tenebris, & motibus, & scissuris, compassionis suæ, & vehementis angustia indicauerunt affectum: nec sustinuit intueri mundus perfidia Indaicæ scelus, & visa sunt infensata elementa sensu vt abundantiore; quam homines, quibus secundum naturam ratio inerat: & crudeliores extitere feris abutentes intellectu, intantum Christi sanguinem sitientes, vt seiplos maledictione æterna damnarent, & in paruulos suos anathematis illius reliquias immobili stabilimento firmarent. Sed ne in eorum scelere diutius immoremur, qui repulsi sunt & destructi in sinem, quorum patricidialia vota seruitium & exterminium meruerunt, quos cum Dathan, & Abiron, quos ob dissensionis flagitium terra dehiscens viuos absorbit, cõstat in tenebris inferi sigillatos, ne tantarum abominationum recordatio paschalem serenitatem interpolet, circa solennitatis inclytæ gaudia deuotis & lacribus animis instillamus. Neque enim fas est, vt à nobis aliqua his diebus tristitia recitentur: sed sicut filiis Choro datum est vt semper læta canerent, & propheterent, & omnes Psalmi eorum attritulati nominibus gaudia prædicant, nec aliqua minantur aduersa: ita nos ad Christum pertinentes, cuius sanguine conspersa creditur Adam caluaria, qui sub loco, quo crux Domini fixa est, humatus traditur ab antiquis, eiusdem sanguinis sanctificati elapsu, lætemur, & delectemur in Domino, nec iam amantoribus crucis mors magistri sit horroni, neque pœna sit dolori, nec passio sit pudori, cum hæc omnia vitæ nostræ sint instrumenta: quia mors eius pro peccatis nostris sacrificium fuit, & pœna crucis excessibus pœna dignis occurrit, labor eius onera nostra deposuit, dolor eius nos sanauit, & damnatio indebita nos à damnatione æterna absoluit. Et si quid confusionis visa est in tempore illo pati sancta eius humilitas, rerum hodie manifestatur effectu, quod Apostolus ait, stultum huiusmodi sapientius esse hominibus, & infirmum fortius omni fortitudine, per quod reprobatam sapientia huius mundi & de sapientibus, & potentibus in nomine crucifixi pauperes spiritu potentissime triumpharunt. Cantemus igitur Domino, gloriosè enim honorificatus est. Liber populus egreditur de Ægypto, Moysè duce, mare sit peruium, columna flamma nocte cõruscans, Israeliticum antecedit exercitum: stat à dextra, & læua mare suspensum, desiccato luto profundi, inoffensum abyssus dat transitum: & egresso populo Dei, Pharaonem cum populo suo repentina mole illapsum pelagus intercludit. Iam præcellerat agnūs, quem Israel in Ægypto immolarat, cuius sanguine limina rubricata percussor angelus non est ausus attingere: nec exterminatoris gladium populus formidabat, cui & de spiritualibus nequitias parabat victoriam, illud sine macula sacrificiū, & mare diuisum, & totum Ægypti robur extinctū, Primum illud antiquum pascha his miraculis cõruscavit, & excluso fer-

mento, præceptum est ut horum dierum celebras ageretur in azyinis: nec solennitatis huius gaudia seruilibus operibus fuscarentur, nec omnino aliqua tantæ sinceritatis gloriam malignitas inquinaret. Certa data est ex lege distinctio, quæ esset paschalis oblatio, & tempus, & locus, & modus, quando, vel ubi, vel quomodo sacra deberet hostia immolari. Victima, agnus, locus, vna per singulas familias domus: caro non elixa, sed assa, hora vespertina. Hæc cum eo tempore fierent in figura, quod nos in veritate agimus, typicè loquebantur: & dirupto in Christi morte templi velamine, verus agnus solus inter filios hominum sine macula Christus ætate vltima, in qua mundi vespere fecit conditio, ab vna populi Christiani familia in vnitæ ecclesiæ affus in cruce, proiectis foras hæreticorum fermentis, synceræ fidei solidata compagine, inconsumptibiliter editur, creditur, & tenetur. Noua & vetera sub hoc nomine conuenerunt: egreditur Israel de seruitute Ægypti, exit populus Dei de regno diaboli: baptizantur in nube, & mari Hebræi, & iam spiritu sancto, & sanguine Christi mundatur à peccatis populus Dei: ex diuersis familiis vna fit domus, vna fit tribus, vnus est cibus, significan-
tia, & significata, res, & signa, virtus inuisibilis, & inuisibilia sacramenta sic faciunt vnum corpus, sicut caro, & spiritus: & quod videtur, & nomine, & virtute Christi corpus censetur. In hac rerum conuenientia honorificatus est Christus, & gloriose laudis triumphos lætæ hodie canit ecclesia, in lapide angulari consocians distinctos olim parietes, quos in vnum mirabilis artifex suo sanguine glutinavit: & reprobato diu à malignis fidei fundamento, charitatis suæ nexibus diuisas copulauit macerias, & redegit partes in totum, & multa in vnum: & facti sunt vna domus confederati parietes, & stabile fundamentum. Honorificatus est Christus resurgens à mortuis, victor mortis, spolians inferos, & captiuos præmittens ad superiores. Hucusque per humilitatis gradus ascendens, modò gloria, & honore coronatus nil mortale, nil passibile retinens, impassibilitatis, & immortalitatis donauit nos gloria, & resurgentes in beatitudine constituit sempiterna. Resurrexerunt quidem ante Christum, sed in nomine, & fide eius sub Helia viuentem in corpore, vnus, & Helisæo viuo, & mortuo, duo, qui obierant, sed ad mortem, quam gustauerant, iterum redierunt: resurrexit & Lazarus, & alij nonnulli ad imperium Christi, & aliquo tempore beneficio vitæ vsque iterum ad funera rediere. Res quidem honorabilis & dominatio potestatiua fuit ad corpus exanime spiritum reuocare: sed resurrectionis huius, cuius sunt in Christo primitiæ, incomparabilis est dignitas, quam nec sequitur corruptela, nec dissoluit antiquitas, nec aliqua mutabilitas labefactat. Mirati sumus in transfiguratione, quæ facta est in monte præsentibus Apostolis Petro, & Iacobo, & Ioanne, quando sicut sol resplenduit facies saluatoris, & vestimeta eius candorem omnem exuperantia Apostolorum hebraute conspectum: sed momentaneus ille decor imaginem, non speciem: similitudinem, non substantiam: partem, non plenitudinem transformationis mirificè explicauit. Sed neque eandem gloriam, quam ante ostendit Apostolis, resurgens illico ostendit: sed quod videre consueuerant, hoc

viderunt: & dilata est claritatis illius, quam nobis pollicitus est, plenitudo, quæ in se erat perfecta, & à nobis in nobis expectatur perficienda lucidior, & sincerior, quam æstimari possit ab aliquo: vel quam illa etiam claritas intimaerit, cuius primitias in Christo transformato accepimus. Agunt in cælestibus hæc paschalia gaudia ipsi angelici spiritus, & resurgentis Domini gloriam admirantur, lætantur, & delectantur in eo quod forma serui reuerfa sit in formam Dei, & exinanitio humilitatis ad depositæ altitudinis redierit maiestatem. Sed & in hoc multiplicata sunt gaudia, quod ab his, pro quibus se humiliauerat, tantæ excellentiæ beneficium dignatus esse commune, & partiri nobis suæ abundantiam voluit claritatis: ut post resurrectionem corpus non aggrauer animam, sed sit caro sine mole, & pondere, agilis, & mobilis, nullis clausa obstaculis, visu, & auditu penetrans omnia, & attingens, quocumque voluerit sine impedimento discurrens. Inerit resuscitatis corporibus nulli vanitati subiecta liberitas: & quæ cogi non possit ad aliquid, in nullo laborans, iam à spe educata, re ipsa perfruens, nulla expectatione suspensa, & in pace quietissima confirmata, omnisque expertis formidinis in spiritualibus delictis iugis illa permansio reflorebit. Quam mirabilis est scientia tua, Deus! confirmata est super nos, nec possimus ad eam attingere. Hæc sapientiæ tuæ altitudo, qui mundum non ex præcedente materia, sed solo verbi tui condidisti imperio, creaturis verò corporalibus ex mundi essentia dedisti initium, suis incolis singula elementa adornans, hominem, quem de mundo fecisti, unctis in terra, & aëre, & aquis viuentibus perficiens, ita ut pro præposito singula in suo genere ministrarent: tu alius vitam temporalem, aliis procurasti perpetuam, admirabili ordine quædam mutans, & renouans, & præfinito tempore metam irrationabilibus omnibus præfixisti, & terminum, quem transire non possit, dissolutioni conditio destinata. Homo, quia ex cælesti, & terrena materia compactus est, vestitus extrinsecus pelle, & carnisibus, tempus accepit, quo te iubente, redderet terræ quod de terra assumpserat, & ad immaterialem originem reuocaretur spiritus: cuius natura dissolutionis non admittit iniuriam. Corpus putredine, & caro vermibus consumenda, secundum naturæ suæ rationem æternitatis non poterant priuilegio perferri: & quod sibi iure non competebar, à conditore nequibat exigere: neque vlla eorum interrogatio super hoc meretur responsum. Sed tu, optime domine, vltro gratiam volens dare spiritui, decreuisti clementius, ut ex societate, & clientela, quam reddiderat animæ caro, aliquid ei commodi proueniret: & quæ ei vehiculum fuerat, & particeps studiorum in recompensatione ministerij iterum dilecto accola consociata pudica, & pacifica rediret, nullas secum reuehens contumelias, quibus deinceps quietis internæ cõcueret puritatem. Sed & hoc, domine, ad cumulum beneficij addidisti, ut inter legem carnis, & spiritus nulla postmodum esset diuersitas: nec post initum scædus vlla iterum inter eos recrudescat rebellio, sed per manum tuam reconciliatio ordinata stabilis in perpetuum perseveret. Te igitur iubente, terra fit caro, & expulsa de domo iterum coniugatur viro, non iam ancilla, sed libera: & habitat vnus moris in domo murmu

murmurationibus consopitis, quas olim compugnantes inter se concupiscentiæ concitabat. Quis, domine Deus, considerare hæc opera tua sufficit: & quis lutum coagulare potest in carnem? quis formare potest in hominem? quis infundere animam? quis reddere vitam? quis dare æternitatem? quis addere felicitatem? Ad hunc prouentum humana laborat creatio: hæc semper fidelium expectatio fuit. Hoc optabat rex ille humilis, qui se nouerat imperfectum, ut adderes conditioni tuæ quod deerat, & perficeres, & solidares opus tuum, quod corruptibilitas, & mortalitas assidue conuictis multis solebant affligere, & variis opprobriis consueuerant infestare. Tu morti imperas, & absorta eliditur: inanescit corruptio, ubi eger, te medente, sanatur. Gustasti mortem pro filiis hominum, ut, qui tecum mortui erant, tecum viuere, & participes tribulationum etiam consolatione gauderent. Resurrectio quidem communis est, & ante tribunal Christi necesse est in corpore iustos stare, & impios, Dei hoc dictante iustitia, ut pietas, & impietas in operatoribus debitis stipendiis donarentur: & qui finem habere contempserunt in malis, infinita clauderentur vltione in penis: & qui gloriati sunt in cruce, cum crucifixo regnantes, beatæ fierent perennitatis participes. Non sunt participes huius gaudij, quos damnat ambitio: non potest furuos habens loculos, paschalis solenniis interesse. Nihil proditor, & venditor magistri, fermentator prophanus commune habet cum azyinis: omnis immundus in anima ad esum huius agni prohibetur accedere. Nulla ad hanc lætitiæ perfidia recipitur, omnis malignitas excluditur: calciatus pedibus ad euangelizandum peractus, accinctus renibus, & sanctimoniam destinatus, habens baculum in manibus, & festinans ut Ægypti deferat idola, sequens Moysen, nec formidans viam discrimina, quisque putus, & syncerus sine fraude homo verus accedat, & edat: & securus quod resurgat, mortem optet, ut attingat ad æterna gaudia, in quibus est vita nostra sursum manens, & nos trahens ad bona cælestia. Qui viuat.

EPÍSTOLA B. DIONYSII

Episcopi Alexandrini, in qua de tempore, quo Dominus noster Iesus Christus ex mortuis surrexit: deque hora, qua Paschale Ieiunium soluere fas sit, breuiter disputatur.

DIONYSIUS SANCTISSIMO FILIO, religiosissimoque fratri, & sacrorum comministro Basilidæ, in domino, salutem.

Spestatissime, eruditissimæque filij, sciscitatis ex Sme, quanam hora paschalis solennitatis ieiunium soluere liceat? Sunt enim, ut scribis, fratres quidam, qui circa gallicanum rectè id fieri existiment: Alij verò, qui hora vespertina id licitum doceant. Ad dis Romanos fratres gallicanum operari solitos; illos autem, qui hic nobiscum versantur, matutinus ieiunium illud more suo soluere. Petis proinde, ut exactam, certoque definitam horam exponam. Ast non modò difficile est, quod quaeris; sed admodum quoque lubricum & obscurum:

Siquidem paschalis festi celebritatem, festamque eiusdem diei lætitiæ, ante dominicæ resurrectionis tempus inchoare non licet. (Nam ut vnanimi sensu atque consensu profitentur omnes, vsque ad illud animos ieiunio humiliare oportet.) De illo autem, ut non ignoras, certò non constat. Et enim ut per ea, quæ eruditè diuinisque Euangelij consentaneè ad me scribis, ostendis, de hora, circa quam Christus dominus resurrexit, nihil in illis certò & definitè proditum extat. Quandoquidem Euangelistæ illos, qui ad monumentum sese contulerant, non eodem sed alio & alio tempore ad illud venisse narrant. Omnes autem cum illò ventum erat, dominum iam tum resurrexisse affirmant. Et quidem Matthæus quædam ex mulieribus, quæ Christum secutæ fuerant, vespere Sabbati ad monumentum venisse scribit; Ioannes verò manè cum adhuc tenebræ essent; Lucas autem valdè diluculo. Marcus tandem valdè manè orto iam Sole. Interim quado Dominus Iesus præcisè surrexerit, id nullus eorum definit. Quod autem omnes illi, qui exordio à Sabbati vespere, quæ lucescit in primam Sabbati facta, vsque ad Solis ortum vnus Sabbati, quæ lucescit in primam Sabbati, ad monumentum venerunt, illum amplius in eo iacentem nõ inuenerunt, illud apud omnes in confesso est: Nam quod ad hanc rem attinet, nouimus Euangelistas, neque à se mutuo, neque à se ipsis quoque hic quicquam dissentire. Verum enim uerò licet momenti non admodum magni videri queat, quod hic quaeritur, posteaquam ad vnum omnes mundi lucem Dominum nostrum Iesum Christum sacra illa nocte illuxisse, hoc est, ex mortuis resurrexisse summa consensione tradunt; etiam si de hora nonnulla controuersia appareat; attamen nos, quæ ab Euangelistis ea de re prodita extant, rectè inter se conuenire, grato animo statuamus, fideliterque contra quoscumque aliter sentientes defendamus. Quæ igitur Matthæus hoc loco scribit, ita sonat: *Vespere autem Sabbati quæ lucescit in prima Sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum. Et ecce terræ motus factus est magnus; Angelus enim Domini descendit de caelo, & accedens revoluit lapidem, & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius album, sicut nix. Pra timore autem eius, exterriti sunt custodes, & facti sunt veluti mortui. Respondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos, scio enim, quod Iesum, qui crucifixus est, quæruis: non est hic, surrexit enim, sicut dixit. Illud autem, quod de Sabbati vespere hoc loco dicitur, nonnulli fortassis in communem vocis huius notionem mentis oculum conicientes, serotinum Sabbati tempus denotare existimabunt. At illi verò, qui rem hanc aliquantò accuratius & subtilius expendunt, non illud, verum noctem profundam, hoc est, noctis tempus iam penè decursum per vespeream significatum statuunt. Quod autem noctem & non vespeream præse acceptam, Matthæi vltimo designet, id valdè confirmat, quod mox subiungitur. Scribitur enim: *Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati, venerunt*, non quidem, ut reliqui dicunt, aromata portantes: sed videre sepulchrum Domini; compereruntque terræ motum iam tum factum, & Angelum sedentem super lapidem, audiueruntque ab illo: *Surrexit, non est hic. Facit huic illud Ioannis quoque: Vna autem Sabbati, Maria Magdalena**

Cap. 28.

Cap. 20.

Magdalena venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum: Et vidit lapidem sublatum à monumento. En apud hunc quoque Evangelistâ tenebræ terram adhuc obtinent. Lucas autem dicit: *Et revertentes parauerunt aromata, & vnguenta; & sabbato quidem siluerunt, secundum mandatum: Vna autem sabbati, valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata. Et inueniunt lapidem reuolutum à monumento.* Cæterum per rō valde diluculo matutinum splendorem in primam sabbati promicantem, hoc est, primæ sabbati auroram vix dum satis apparentem, vt probabile fit, adumbrat. Sabbato igitur toto vnâ cum nocte absolutè iam trãfacto, & altero die iam inchoato, venerunt, aromata & vnguenta, quæ preparauerant deferentes: quando nimirum Dominus multo iam antè à monumento surrexerat. Confirmat & illustrat hæc omnia etiam Marcus, dum inter cætera ita scribit: *Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Et valde mane vna sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iam sole.* Valdè enim mane & hic quoque Evangelista ponit; Est autem idem valde mane, quod valde diluculo. Neminem autem turbet, quod addit, orto iam sole: nam etsi valde mane, hoc est summo diluculo iter ingressæ essent, & fortè ad monumentum quoque venissent; attamen dum in via morantur, & circa sepulchrum versantur & occupantur; Sol exoriri, primòsque radios spargere cepit. Subiungit his porro: *adolefcentem cædida stola indutum visum, qui dixerit, Surrexit, non est hic.* Cum hæc igitur ita habeant, illis, qui anxie nimis, qua tandem hora, aut semihora, aut horæ quadrante Dominicæ resurrectionis gaudium auspiciari liceat, inquirunt, paucis respondemus: alios quidem plus satis hic maturare, cuiusmodi inter cæteros sunt, qui ante vel circa mediam noctem ieiunia soluunt. Quos proinde veluti supinos & imtemperantes non iniuria vituperamus: *Esto fortassis ieiuniorum curriculum non ita multum ante legitimum tempus absoluat.* Nam, vt sapiens quidem admonet, minimè parum est, quod parum abest. Illos verò, qui tempus hoc prorogant, & vsque ad quartam noctis vigiliam, secundum quam Dominus supra mare gradienti discipulis apparuit, in ieiunio perstant, tanquam generosos laborumque patientes meritò probamus. Illos tandem, qui intermedio tempore, veluti in fluctu laborantes, vel imbecilles cessant, non profus auersamur. Obseruandum est hic quoque, non omnes ieiunantes sex postremos ieiuniorum dies æqualiter obseruare; neque vno omnes modo in ieiunio illos traducere: Sunt enim qui omnes, citra vllū omnino cibum transmittant: Sunt rursus, qui duos, aut tres, aut quatuor profus ieiuni transigant: Sunt denique qui ne vnum quidem absolutè obseruent. Iam qui propter diuturnam in ediam planè defatigati, præque virium imbecillitate tantum non prostrati sunt, illi ianè venia digni sunt, & tempestiuus cibum sumunt. Qui verò quatuor primos in luxu verius, quam in ieiunio exigunt, duos autem postremos tantum sabbatum videlicet, & pro sabbatum omnis cibi expertes traducunt, illos, tametsi magnum quiddam atque præclarum sese præstare arbitrentur, si vsque ad auroram in ieiunio perdurent, non par cum iis certamen inire, aut laborem subire existimo, qui pluribus die-

de quâ se-
re olim iei-
um hebdo-
mide sancta
noretur.

bus puro illo, absolutò que ieiunio sese macerant. Hæc igitur sunt, quæ mihi de proposita quaestione scribenda & admonenda videbantur, vale.

S. AMBROSII MEDIO-
lanensis Episcopi superioris Euang.
expositio.

ET cum transisset sabbatum, Maria Magdalena, &c. Magna oritur hoc loco à plerisque dubitatio. Nā, etsi nō videntur euangelistæ dixisse contraria, tamè diuersa dixerūt. Siquidem Lucas; Mane valde tempore. Marcus; Valde mane; Matthæus; Vespere sabbati; Ioannes; Prima sabbati, cum adhuc tenebræ essent; mulieres ad monumentum venisse dixerunt. Deinde Lucas duos viros; Marcus vnum iuuenem in albis sedentē; Matthæus vnum angelum; Ioannes duos angelos in albis sedentes viros esse memoratur. Postremo, quod vix enodabile videatur, Ioannes scripsit dictum Mariæ Magdalene; Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum. Matthæus occurrisse dominū Mariæ scripsit Magdalene, & alteri Mariæ: & illas accessisse, & tenuisse pedes eius, & adorasse euidentissima descriptione digessit. Quomodo ergo soluendum, nisi quatuor euangelistas de dinerctis quatuor putas dixisse temporibus: vt & personas alias mulierum: & alias coniicias visiones? Denique aliæ cum vnguento prima sabbati veniunt; aliæ sine vnguento vespere sabbati. Istarum nomen exprimitur; illæ de Galilæa secute dominum designantur. Quo loco ne quem spinosa interpretationis in fine offendat alperitas, vbi suauia forte præsumpta sunt, æstimate iā nos complendi sermonis vela submittere; quoniam ad portum venimus; & nauis, quæ cursu concito Matia transmeauerit, vbi littori cæperit appropinquare, latentia cautium cursu prætrahit in fracto. Ergo, ne tanquam inertis gubernatori in arenis litroris sermo mihi hæreat, tanquam vada caeca legamus; tentandum prius iter quam præcipitandi arbitror, quo minus timosa nobis pateat oratio. Primum igitur illud spectandum est, quid est, quod scriptum est; Vespere autem sabbati, quæ lucefcit in prima sabbati, surrexisset dominum. Sic enim habes; Quia vespere sabbati venit Maria Magdalena, & altera Matia videre sepulchrum. Et ecce terremotus factus est magnus. Non enim die sabbati; nam siluerunt die sabbato secundum mādaturum; sed post sabbati diem, nocte vtique surrexit. Denique, quæ mane venerunt licet valde tempore; tamen iam dominum surrexisset cognouerunt. Sic igitur temperandum est, vt neque mane dominica, quæ est prima post sabbatum; neque sabbato resurrectio facta credatur. Nam quomodo triduum completur? Non ergo vespere facta die, sed noctis vespere surrexit. Denique Græcus sero dixit, hoc est, *sero*. Sero autem & horam signat in occasum diei, & cuiusque rei significat tarditatem. Quomodo si dicas; sero mihi suggestum est, id est, tarde. Sero venit, id est, qui post præstitutum tempus aduenit; licet mane sequenti die venerit. Sero est tamen, vbi agendi tempus emensum est. Est & sero tempus noctis profundum; vt, si dicas; sero ad lucubrandum surrexi, id est, non vespertino tempore, sed profunda nocte

EIVSDEM DIE
sancto pasche, Sermo.

nocte surrexi. Vnde & mulieres ad monumentum accedendi habent facultatem, iam vtique custodibus quiescentibus, & ipsi custodes tacentur amplius: quod vsu venit somno excitis. Postremo etiam principes sacerdotum congregati cum senioribus, nocte id factum esse confirmant dicentes custodibus; Dicit, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus. Ex tempore enim quod à custodibus competerunt, argumentum fraudis arripit. Nam & Ioannes mane, cum adhuc tenebræ essent, Mariæ Magdalene ad se, & ad Petrum venisse significat; & tamen ignaram factæ resurrectionis inducit. Nam vtique, si ad vespere facta esset, statim potuit innotescere. Mane est, & adhuc Petrus nescit; nescit Ioannes. Nunquid patiebatur dominus diutius torqueri discipulos, suæ mortis incertus; ad quos angelus statim domini gestæ rei nuncios mulieres destinauit? Et vt scias nocte factæ; aliæ mulieres nesciūt, aliæ sciūt. Sciūt quæ obseruabāt noctibus, & diebus; nesciūt, quæ recesserūt. Nescit vna Maria Magdalena secūdom Ioannem; scit altera Maria Magdalene secūdom Matthæum. Nam eadem & ante scire, & postea nescire non potuit. Ergo, si plures Mariæ, plures fortasse etiam Magdalene; cum illud personæ nomen sit, hoc locorum. Denique alteram esse cognosce. Illa admittitur pedes domini tenere; tangere dominum ista prohibetur. Illa angelum videre meruit; hæc primo, quum venit, neminem vidit. Illa discipulis dominum surrexisset nunciauit; ista raptum esse significat. Illa gaudet; hæc plorat. Illi in gloria sua iam Christus occurrit; hæc adhuc mortuum querit. Illa dominum vidit, & credidit; hæc non potuit agnoscere, cum videret. Illa fidei adorabat spiritum; hæc dubio mæstificabatur affectu. Merito nimirum prohibetur tægere dominum. Nō enim corporali tactu Christum, sed fide tangimus. Nondum enim, inquit, ascendi ad patrem, hoc est nondum tibi ascendi, quæ viuentem cum mortuis queris; & ideo ad fortiores mittitur quorum credere discat exemplo, vt illi resurrectionem prædicent. Sicut enim in principio mulier auctrix viro culpæ fuit, vir executor erroris; ita nūc, quæ mortem prior gustauerat, resurrectionem prior vidit, culpæ ordine & remedio prior. Et, ne perpetui reatus apud viros opprobrium sustineret quæ culpam viro transfuderat, transfudit & gratiam, veterisque lapsus compensat ærumnam resurrectionis indicio. Per os mulieris mors ante præcesserat: per os mulieris vita reparatur. Sed quia constantia ad prædicandum inferior, sexus ad exequendum infirmior: viris euangelizandi mandatur officium. Nam, sicut mulierum per Iesum non solum culpa soluitur, sed etiam multiplicatur gratia, vt pluribus suadeat, quæ vnum ante deceperat: ita & vir, qui temere ante crediderat, sceneratum munus recuperare debuit, vt, qui ipse sibi fuerat ad credendum lubricus, fietet aliis ad prædicandum idoneus. Sed aduertamus ipsa verba mandati; Vade ad fratres meos, & dic eis; Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, & ad Deum meum, & Deum vestrum.

Non immerito, fratres, hodierna die Psalmus *Est sermo. 12.* Nihil legitur, in quo propheta exultadum præcipit & lætandum. Omnes enim creaturas ad huius diei festiuitatem David sanctus inuitat. Nam in hac die per resurrectione Christi aperitur tartarus: per Neophytos ecclesie innovatur terra: cælum per spiritum sanctum referatur. Apertus enim tartarus reddit mortuos: innovata terra germinat resurgentes: cælum referatū suscipit ascendentes. Denique ascendit latro in paradysum: sanctorum corpora ingrediuntur in sanctam ciuitatem: ad viuos mortui reuertuntur: & profectu quodam in resurrectione Christi ad altiora cuncta elementa se tollunt. Tartarus, quos habet, reddit ad superos, terra, quos sepelit, mittit ad cælum: cælum, quos suscipit, repræsentat ad dominum. Et vna, eademque operatione saluatoris passio eleuat de imis, suscitatur de terrenis, collocat in excelsis. Resurrectio enim Christi defunctis est vita, peccatoribus venia, sanctis est gloria. Omnem ergo creaturam ad festiuitatem resurrectionis Christi David sanctus inuitat. Ait enim exultandum in hac die, quam fecit dominus, & lætandum. Sed dicit aliquis; si in die gratulandum est, iis vtique gratuladum est quos dies ipsa complectitur. Cælum autem, & tartarus extra huius mundi diem sunt constituta: Quomodo igitur possunt ea elementa ad festiuitatem huius diei vocari, cuius diei ambitu non tenentur? Sed hic dies, quem fecit dominus, penetrat omnia, vniuersa continet, cælū & terrā, tartarumque; completitur. Lux enim Christus nō parietibus obstruitur: nō elementis diuiditur: nō tenebris obscuratur. Lux in quâ Christi dies est sine nocte, dies sine fine, vbiq; splendet, vbiq; radiat, vbiq; non deficit. Quia autem iste dies Christus sit, Apostolus dicit; Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Præcessit, inquit, nox: non sequitur, vt intelligas, superueniente Christi lumine, & diaboli tenebras effugari, & peccatorum obscura non subsequi, & ingi splendore præteritas caligines depelli, subrepentia delicta prohiberi. Nā quia hic dies Christus cælum, terram, tartarumque collustrat, scriptura testatur. Quia enim super terrā fulgeat, dicit Ioannes; Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quia in inferno luceat, ait propheta; Qui sedebant in regione vmbre mortis, lux orta est illis. Quia in cælis iste permaneat, refert David dicens; Ponam in sæculum sæculi semen eius, & sedē eius sicut dies cæli. Quis autem est dies cæli nisi Christus dominus, de quo dicitur per prophetam; Dies diei erudat verbū. Ipse est enim dies filius, cui pater dies diuinitatis suæ erudat arcanum. Ipse inquam est dies qui ait per Salomonem; Ego feci vt oriretur in cælo lumen indeficiens. Sicut ergo diem cæli nox omnino non sequitur, ita & Christi iustitiam peccatorū tenebræ non sequuntur. Semper enim dies cæli splendet, lucet, & fulget; neque aliqua potest obcuritate concludi: ita & lumen Christi semper micat, radiat, cornuscat, nec aliqua potest delictorum caligine comprehendi. Vnde ait euangelista Ioannes; Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. In resurrectione ergo

Rom. 13.

Ioan. 1.

Esa. 9.

Psal. 88.

Psal. 8.

Eccle. 1.4.

Ioan. 1.

aliorum celeritas. Bonum enim est, & Dei imperiam aliquantisper detestare, ut Moses ille olim, ac postea Hieremias, & rursus ad vocantē promptē atque impigrē accurrere, quemadmodum Aaron & Esaias: modō utrunque pio animo fiat, alterum ob propriam infirmitatem, alterum ob vocantis potentiam. Mysterium vixit me: mysterio paulisper cessi, atque in hoc duntaxat, ut me ipsum inspicerem & explorarem, cum mysterio etiam simul introeo, præclarum timiditatis imbecillitatisque meæ adiutorem diem hunc mihi asciscens, ut qui hodierno die à mortuis surrexit, me quoque spiritu innouet, non rōque homine induat, nouāque creaturę, hoc est, iis qui secundum Deum nascuntur, fectorem bonum & magistrum donet, cum Christo alacri animo, & morientem & resurgentem. Heri agnus macabatur, & postea vngentur, luxitque primogenita Ægyptus, ac nos exterminator præterit: ac signaculum formidabile & venerādum, preciosoque sanguine protecti sumus. Hodie Ægyptum omnino fugimus, & Pharaonem amarulentum illum dominum, & acerbos præfectos: ac luto & latericio opere liberati sumus: nec quisquam est, qui nos Domino Deo nostro exitus festum celebrare prohibeat, & quidem celebrare, non in fermento veteri malitię & nequitie, sed in azymis sinceritatis & veritatis, nihil Ægyptiaci atque impij fermenti nobiscum ferentes. Heri cum Christo in cruce agebar, suffigebat: hodie simul glorificor. Heri commoriebar: hodie simul viuificor. Heri consepeliebar, hodie simul resurgo. At verō pro nobis passio, atque ad vitam reuocato muneris loco afferamus: aurum fortasse me dicere putatis, aut argentum, aut texturas, aut perspicuas eximijque precij gemas, fluxam fragilemque terrę materiam, humique manentem, cuiusque semper maiorem partem improbi possident, & serui rerum terrenarum ac mundi principis: immō verō nosmetipsos offeramus, possessionem Deo preciosissimam, maximęque conuenientem. Imagini imaginis decus reddamus, dignitatem nostram intelligamus, exemplar nostrum honoremus, mysterij vim intelligamus, & pro cuius salute Christus morte functus est. Simus ut Christus, quoniam Christus quoque sicut nos: efficiamur dii propter ipsum, quoniam ipse quoque propter nos homo factus est. Assumpsit quod detentus erat, ut det, quod præstantius est: pauper factus est, ut nos illius paupertate detestemur: serui formam accepit, ut nos libertatem recipiamus. Descendit, ut euehamur: tentatus est, ut vincamus: contemptus est, ut nos gloria afficiat: mortuus est, ut seruet: ascendit, ut ad se ipsum trahat humi prouolutos in peccati lapsu. Omnia quiuis donet, omnia ei offerat, qui se ipsum dedit precium redemptionis pro nobis, ac culpę nostrę succidaneum. Nihil autem daturus est tantum, quantum si se ipsum obtulerit huius mynistri rationem probē intelligentem, ac propter illum omnia factus fuerit, quæcunque ipse propter nos factus est. Ac vobis quidem, ut cernitis, pastor hic bonus, qui animam suam pro vobis ponit, pastorem offert, (hoc enim sperat, & in votis habet, & à vobis qui subestis, postulat) duplicemque pro simplici dat vobis se ipsum, senectutisque subsidium spiritus subsidium facit. Atque inanimi templo animatum adiungit, huic, inquam, peregre regio & cę-

lesti alterum, qualescunque illud tandem & quantumcunque, ceterum ipsi charissimum, multique etiam sudoribus laboribusque confectum, & absolutum, atque vti nam laboribus dignum addere liceat. Suāque omnia vobis proponit (ō miram animi magnitudinem, vel, ut verius loquar, paternum amorem) canicium, iuuentutem, templum, Pontificem, testatorem, heredem, sermones quorum desiderio flagrabatis, ac sermones quidem non temerē & in ætrem fluentes, nec ultra audientium aures sese porrigentes, sed quos spiritus describit, tabulisque lapideis siue carneis imprimit, non leuiter ac superficiei tenus inculptos facillique debiles, sed altissimē consignatos, non atramento, sed spiritu. Atque hæc vobis offert augustus hic Abraham, patriarcha ille, illud charum & venerandum caput, illud virtutum omnium domicilium, probitatis norma, sacerdotij perfectio: qui voluntarium hodierno die Domino sacrificium offert, vnigenitum nimirum suum, atque ex pollicitatione acceptum. Vos autem & Deo & nobis id muneris loco offerite, ut rectē pascamini: quod quidem futurum est si in loco pascenę habitetis, & in aqua refectiois educemini, rectęque pastorem cognoscatis, atque ab ipso cognoscamini, & per ostium pastoraliter & liberē vocantem sequamini, alieni autem vestigijs minime insistatis, caulam latronum & insidiatorum more trāscendentis. Nec externam vocem audiat, suffurantem, atque à veritate in montes & solitudines, & barathra, & loca quę non visitat Dominus, dispergentem, à sana quidem fide abducet (quę est in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vnam diuinitatem, & potentiam, quam vocem semper audiuī, quāque vti nam audiāt oues meę) adulterinis autem sermonibus & corruptis depradantem, atque à vero & primo pastore distrahentem: à quibus opto, ut nos omnes tam pastores quā oues velut à noxia & pestilenti herba procul pascamur atque pascamus, vnūque omnes simus in Christo Iesu, nunc & in alterius vitę requie, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN EODEM

festo oratio, 2. eodem interprete.

Super custodiam meam stabo, inquit egregius Habacub, atque ego hodierno die cum ipso, hoc est, super potestatem & speculationem Spiritus sancti beneficio mihi cōcessam, & contemplanor atque cognoscam, quidnam oculis offerretur ac diceretur mihi. Et steti, ac speculationi sum: & ecce vir conscendens nubes, atque hic perquam sublimis, & aspectus eius ut aspectus angeli, & amictus eius ut splendor fulguris pettranseuntis, & extulit manū suam versus orientē, & clamauit voce magna. Vox porrō eius ut vox buccinę, & in circuitu eius quasi multitudo cęlestis exercitus & dixit: Hodie salus mūdo tā visibili quā inuisibili. Christus ex mortuis, simul surgite. Christus ad sese, redite. Christus ex sepulchro, à peccati vinculis solui mini. Portę inferi aperiantur, & mors opprimatur, & vetus Adam deponatur, & nouus perficitur, si qua noua in Christo creatura, renouemini. Atque hæc quidē hic dicebat, illi autem idem ipsum cantabant, quod antea, cum Christus nobis

nobis per terrenam natiuitatem apparuit, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Cum quibus ipse quoque inter vos hæc loquor: atque vti nam vocem angelicę pacem accipiam, omnēque orbis terrę fines circumsonantem. Pascha domini, Pascha, iterumque Pascha dicam in honorem Trinitatis. Hæc nobis festiuitatum festiuitas, & celebratarum celebratas, tantō ceteris omnibus non solum humanis & humi defixis, sed iis etiam, quę ipsius Christi sunt, ac propter ipsum celebrantur, antecellens, quancō sol stellis antecellit. Præclara quidem nobis quoque fuit hesternā splendoris luminūque solennitas (quam priuatim iuxta publicęque peregrinus, omne genus hominum ferme, atque omnes magistratu & dignitate insignes, copioso igne noctem collustrantes) magnōque illi lumini figura respondens, quod vel cælum, vniuersum orbem siderum suorum pulchritudine illustrans, supernē nobis traicit, vel supercæleste est, tum in angelis, prima post primā lucida natura, (nam illinc splendorem trahunt) tum in ipsa Trinitate, à qua lumen omne productum est, ab indiuisibili lumine diuinitatis atque honorandum. At hodierna celebritas præclarior & excellentior. Nam hesternum lumen magni illius luminis exurgens prænuncium erat, ac veluti profecta quædam animorum delectatio. Hodie autem ipsam Resurrectionem celebramus, non iam in spe positam, sed expletam, mundūque totum sibi concilians. Enimvero aliud aliud quiddam huic tempori fructificet, ac donum festiuum offerat, vel paruum vel magnum, modō spirituale, Deōque gratum, vnusquisque pro virtutum suarum ratione. Nam dignum munus offerre vix ipsi quoque angeli possunt, illi inquam primi intellectuales & puri, supernęque glorię spectatores, ac testes: si tamen his quoque omnibus numeris absoluta Dei laudatio concedenda est, nos autem sermonem, quo nec præclarius quicquam habemus nec præstantius, conferemus, præsertim Verbum laudantes ob beneficium, quod ab eo ad naturam sermone & ratione vtemem profectum est. Hinc autem exordiar. Facere enim nequeo, quin de magno sacrificio, & die omnium dierum maximo sermones sacrificans ad Deum excurram, atque illinc exordium ducam. Ac vos & mentem & aures & intellectum purgare, qui in huiusmodi rebus delicias collocatis, quandoquidem diuina quoque est, quę de Deo habetur oratio. Sic fiet ut veris deliciis, non autem euanescentibus expleti disceratis. Curabimus autem, ut oratio nostra simul absolutissima sit, & maximē compendiosa, ut nec ob defectum molesta sit, nec ob nimiam prolixitatem tedium afferat. Deus & erat semper, & est, & erit, vel, ut rectius loquar, semper est. Nam Erat & Erit huius nostri tēporis fluxęque & caducę naturę segmenta sunt. Ille autem semper est, atque hoc modo se ipsum nominat, cum in monte Mosi oraculum edit. Vniuersum enim id quod est, completur, nec principium habens, nec finem habiturus quasi pelagus quoddam essentię immensum & interminatum, omnem tum temporis tum naturę cogitationem superans, mente sola adumbrabilis, & quidem perexigū ac perobscurē, non ex his quę in ipso sunt, sed quę circa ipsum (alia nimirum atque alia imaginatione ad vnū aliquod veritatis simulachrum

exprimendum collecta) priusquam teneatur, effugiens, & priusquā intellectu percipiatur, se ipsum fuga proripiēs, tantum principem nostri partem, eamque purgatam collustrans, quantum oculorum acie perstringit fulguris celeritas haud quam permanentis: meo quidem iudicio, ut quatenus comprehendi potest, nos ad se trahat (quod enim nullo modo percipi potest, id nec sperat quisquam, nec admittitur) quatenus autem capi nequit, admirationem sui excitet, atque ex ipsa admiratione vehementius desideretur, desideratus purget, purgans autem deiformes efficiat, cūque id cōsecuti fuerimus, iam velut cum familiaribus colloquatur, (metuo ne hoc audacius à me dictum videri possit) Deus diis vnitus & innorescens, ac tantum fortasse, quantum iam eos, qui cognoscuntur, cognitos habet. Immenus itaque est Deus, contemplaturque difficilis, idque solum in eo planē comprehendi potest, quod inmensus sit: quamlibet aliquis existimet, eum, quia simplicis naturę sit, rationem hanc habere, ut vel nullo omnino modo comprehēdi possit, vel plenē perfectęque comprehendi queat. Quid enim sit ille, natura simplex, exquiramus. Neque enim simplicitas illi natura est, quandoquidē nec compositis, sola compositio. Iam verō cum immensitas bifariam consideretur tum secundum principium, tum secundum finem (nam quod supra hæc positum est, nec his continetur immensum est) cum in supernum profundum mens aspexit, non habens vbi consistat, atque imaginationibus illis, quas de Deo concipit, innitatur, immensum hoc atque inaccessibile, anarchum, hoc est principio carens appellauit: cum autem ad inferiora hæc, & posteriora aspectum detorsit, immortalē atque interitum expers: cum autem vtrunque contraxerit, & collegerit, æternū. Æternitas enim nec tempus est, nec temporis pars vlla: nec enim in mensuram cadit: sed quod nobis tempus est, solis motu definitum, hoc æternis æuum est, nimirum ille quasi temporalis quidam motus & interuallum, quod simul cum æternis extenditur. Atque hæc nobis in præsentia de Deo dicta sunt. Neque enim plura differere huius est temporis: quandoquidem nobis hoc loco non de Dei natura, sed de eius consilio ac dispensatione instituta est oratio. Deum porrō cum dico, Patrem & Filium & Spiritum sanctum dico, nec vltra hæc falsa diuinitate, ne decorum turbam inducamus, nec rursus intra hæc finita atque restricta, ne diuinitatis inopia premi iudicemur, vel propter vnus principatum in Iudaismo incidentes, vel propter effusam deorum multitudinem in Genulismum incurrentes. Nam vtrouique malum æquale est, tametsi in contrariis repetiatur. Sic nimirum Sancta sanctorum, quę etiam ab illis Seraphim obteguntur, ac tribus sanctificationibus in vnam dominationem diuinitatemque cōiunctibus celebrantur: quemadmodum & alius quidam ante nos pulcherrimē & sublimissimē philosophatus est. Quoniam autem summo illi bono, nequaquam satis erat sua ipsius solum contemplatione moueri, sed bonū illud diffusū ac propagari oportebat, ut plura essent, quę beneficio afficerentur (id enim summę bonitatis erat) primum angelos, & cęlestes spiritus cogitauit, atque illa cogitatio opus erat, quod Verbo conficiebatur ac Spiritu explebatur, atque ita seculi splen-

dores procreati sunt primi splendoris administri (sive spiritus intelligibiles, sive ignem quasi immateriatum atque incorporeum, sive alia quamdam naturam proximè ad eas, quas diximus accedentem eos existimare oportet) gessit quidem animus dicere ad malum immobiles, ac solummodo ad bonum inclinationem & motum habentes, vrpote Deum circumstantes, ac primario Dei fulgore collucentes (hæc enim inferiora secundariæ collustrationis sunt) verum ut non omnino immobiles, sed ægrè mobiles existimem ac dicam, mihi persuadet ille ob splendorem Lucifer, qui propter superbiam caligo effectus est, ac nominatur, & defectores angeli ei subiecti, vitij per boni fugâ architecti, eiusdèq; nobis authores. Sic igitur atque ob has causas intellectibus mundus ab eo creatus est, quantum quidem ipse de his rebus philosophari queo, exigua oratione res magnas perpendens. Postquam autem primas creationis partes præclare constitutas vidit, alterum mundum cogitavit, materia constantem & aspectabilem, nimirum hanc ex ælo & terra & his rebus, quæ eorum complexu continentur coagmentationem & concretionem, laudandâ illam quidem ob singularem elegantiâ, sed magis laudandâ ob miram omnium partium concinnitatem atq; concentum, alia re videlicet ad aliud quiddam pulchrè quadrante, atque omnibus ad omnia scitè convenientibus, ad vniuersi mundi ornam omnibus numeris absolendum: ut perspicuum faceret, se non modò sibi ipsi cognatam & propinquam naturam, sed etiam omnino alienam posse procreare. Diuinitatis enim propinquæ sunt intellectibiles naturæ, ac mente sola perceptibiles: alienæ autem penitus, quæcunque sub sensu cadunt, atque his adhuc remotiores, quæ vita omni & motu carent. Enimvero mens iam & sensus sic inter se discreta finibus suis se continebant, effectusque Verbi maiestatem in seipsis ferebant, taciti laudatores insignis opificij & canori præcones. Nondum autem vtriusque temperatura vlla erat, aut contrariorum mixtura, quæ sublimioris sapientiæ ac circa naturarum creationem varietatis excellentiæ specimen exhiberet: nec omnes bonitatis diuinitæ notæ atque spectatæ erant. Hoc igitur cū artificij Verbo visum fuisset ostendere, animal vnum ex vtroque, hoc est, ex inuisibili ac visibili natura fabricatur, nempe hominem, atque à materia; quæ prius iam creata erat, accepto corpore, à se autem spiraculum inferens, quod quidem intellectualem animam, & imaginem Dei scriptura vocat, velut secundum quandam & alterum mundum, in paruo magnum super terram constituit, angelum alium, mixtum adoratorem, visibilis naturæ spectatorem, intellectibiles mythen, eorum quidem quæ in terra sunt, regem, è cælo autem imperium accipientem, terrenum & caelestem, caducum & immortalem, visibilem & intelligibilem, medium inter magnitudinem & deiectionem, eundem spiritum & carnem, spiritum propter gratiam, carnem ob superbiam illud vñ maneat ac benefactorem suum cõcelebret: hoc vt vexetur, ac vexatus commoneat, & de magnitudine sibi placens erudiat ac cõtrahatur, animal hñc variè gubernatum, atque aliò demigrans, &, quod mysterij extremum est, animi ad Deum nutu & subiectione diuinitatem assequens. Ed enim mihi tendit exiguus in hac

1. Cor. 7.

vita splendor veritatis, vt Dei claritatem & videam & patiar, dignam eo qui & constrinxit, & dissoluet, ac rursus excellentius sublimiùsque constrinet. Hunc arbitrij libertate donatum, vt bonum nõ minus illius esset, qui elegisset, quàm eius qui semina præbuisset, in paradiso, (quicunque tandem erat paradisi ille) collocat, plantarum immortalium cultorem, hoc est, fortasse diuinarum cogitationum, tam leuiorū quàm perfectiorum, nidum quantum ad simplicitatem & vitam arte & furo carentem, atque omnis integumentij & munimenti expertem. Talem enim esse conueniebat eum, qui primum esset creatus. Ac legem quasi materiam libero arbitrio porrigit. Lex autem illa præceptum erat, quo præscribatur, tum quibus arboribus ei vtendum esset, tum à qua manus abstineret. Ea autem erat scientiæ arbor, non illa quidem aut malè à principio constituta, aut per inuidiam interdita (ne illuc lingnas suas Dei hostes iniiciant, nec serpentem imitentur) sed bona quidem tempestiue præcepta: contemplationis enim (vt ipse contemplando assequor) hæc arbor erat, ad quam iis solis tutus est ascensus, qui animi habitu perfectiori sunt: nequaquam autem bona simplicioribus adhuc animis, atque appetitu audiori præditis, quemadmodum nec perfectus ac solidus cibus iis conducit, qui tenera adhuc sunt ætate, laetèq; opus habent. Postquam autem diaboli inuidia & mulieris insultu, quem & vt mollior passa est, vt ad perfidendum accommodatior admouit, (ò infirmitatem meam: meam enim duco primi parentis infirmitatem) accepti mandati oblitus ab acerba illa esca victus est, simul & à ligno vitæ, & à paradiso, & ab ipso Deo propter peccatum extruditur, & pelliceas tunicas induit, hoc est, fortasse crassiores carnem, & mortalem, ac refractariam: primūque turpitudinē suam infamiamque cognoscit, & à Deo se abscondit. Atque hic quoque tamen mortem ac peccati præcisionem elucrat, ne malum immortale sit: ita pena ipsa in misericordiam recidit. Sic enim Deum supplicia inferre existimo. Multis autem prius modis propter multa peccata, quæ ex vitij radice pullularunt, secundum diuersas causas & tempora castigatus sermone, lege, prophetis, beneficiis, comminationibus, plagis, aquis, incendiis; bellis, victoriis, cladibus, signis è cælo, ex aère, ex terra, ex mari, hominum, & vrbium gentium insperatis mutationibus (quæ omnia eò tendebat, vt malitia protereretur) validiori tandem medicameto propter grauiores morbos indigere cepit, nimirum ob mutuas cædes, adulteria, periuria, masculæ libidinis insaniam, &, quod omnium malorum extremum ac primum est, idolorum cultum, adorationisque à Creatore ad creaturas translationem. Quæ quoniam maius auxilium requirebant, maius etiam acceperunt. Hoc autem erat ipse Dei filius, ille sæculis prior, ille inuisibilis, ille incomprehensibilis, ille incorporeus illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vite & immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus & ratio, ille, inquam, ad imaginem suam se confert, carnemque carnis causa gerit, & cum intellectu animi propter animam meam iugitur, vt simile similis opera & adiuuamento repurget, atque humana omnia excepto peccato

to suscipit, conceptus quidem ex virgine animo & carne à spiritu purgata (nam & procreationem honorari, & virginitatem preferri oportebat) progressus autem Deus cum humanitate, vnum ex duobus inter se contrariis, carne nimirum & spiritu, quorum alterum diuinitatem dedit, alterum accepit: ò nouam & inauditam mixturam, ò admirandâ tempestationem! Qui est, fit: qui creatio nis expertus est, creatur: qui nullo loco contineri potest, interuenit animæ intellectualis, inter diuinitatem carnisque crassitiam interiectæ continetur. Qui locupletes alios facit, eger: carnis enim meæ paupertatem subit, vt ipse illius diuinitate ditescam. Qui plenus est, vacuatur, & exhauritur: sua enim gloria ad breue tempus exinanitur, vt plenitudinis ipsius ego particeps efficiar. Quænam hæc bonitatis diuinitæ? quodnā me circumstant mysterium? Diuinam imaginē accepi, nec sartam rectamque habui: ille meam carnem accipit, vt & imagini salutem, & carni immortalitatem afferat: secundum consortium nobiscum inir, & quidem priori lōge admirabilius. Tum enim id quod præstantius erat, nobis impertit: at nunc eius, quod deterius est, particeps ipse fit. Hoc priori illo diuinitus, hoc apud cordatos & prudētes viros multò sublimius. Sed quid hæc ad rem? (dicturus est fortasse quispiam ex his, qui erga huius festi solennitatem acrioris amoris affectu feruntur) stimula equum ad carceres, ac de his, quæ huius festi sunt, & ob quæ hic confidemus, orationem ad nos habe. Ita verò faciam, est paulò altius exorsus sum, sic nimirum & ratione & amore perpellentibus. Nec verò abs re, vt opinor, fuerit studiosis & honestate præditis hominibus de nomine ipso Paschæ quædam præfari. Id enim non contemnendum additamentum auditoribus fuerit. Hoc Pascha, hoc, inquam, magnum & venerandum Pascha ab Hebræis iuxta eorum linguam nominatur: quæ vox trāsitus sonat, historica quidem ratione propter Israëlitarum ex Agypto in Chananaeam regionem fugam & migrationem: sin autem spirituales sensum spectat, propter nostram ex his inferioribus ad superiora, atque ad promissionis terram progressionem & ascensum. Quod verò in permultis Scripturæ locis accidisse comperimus, vt nomina quædam ab obscuriori sensu ad apertorem, atque à duriori sono ad elegantiorē honestiorēque immutata sint, idem hic quoque contigisse animaduertimus. Quiddam enim salutaris passionis nomen hoc esse arbitrati, ac deinde per literæ ρ in ω, & ω in χ, mutationem hanc vocem ad linguam Græcam accommodantes, hunc diem Pascha nominarunt. Atque hæc vox postea consuetudine atque vsu confirmata est, multitudine videlicet hoc verbum, vt magis pium, calculo suo comprobante. Enimvero legem totam futurorum, atque eorum quæ animo & ratione intelliguntur vmbra fuisse diuinus Apostolus ante nos pronunciauit. Ac Deus etiam qui Mōsi ante eum oracula edidit, cū de his rebus leges illi præscriberet, Vide, inquit, vt omnia facias secundum exemplar, quod tibi in monte ostensum est, ea nimirum quæ aspectu sentiuntur, quasi adumbrationem quandam, & præscripturam earum rerum, quæ oculorum sensum fugiunt, esse ostendens. Atque illud persuasum habeo nihil temere, nec inconsideratè, nihil humiliter atque abiectè, nihil denique Deo legistâ

rore ac ministro Mōse parum dignum indictum, atque constitutum esse: tamen difficile factu sit, vt suam cuique vmbra ac figuræ allegoriam excogitemus, subtiliter ad ea omnia descendentes, quæ tū de arca ipsa, & modo, & materia, & Lextis ac ministris eam gestantibus, tum etiam de sacrificiis & lustrationibus atque oblationibus lege sancita sunt: quæ quidem iis solis conspicua sunt, qui virtutibus Mōsem referunt, vel ad eius eruditionem proximè accedunt. Nā in ipso quoque monte Deus hominibus imaginariè conspiciendum se præbet, partim de specula sua ipse descendens, partim nos ex terrena hac deiectione in altum euehens, vt à creata quoque natura leniter saltem, & quatenus totum est, incomprehensibilis ille concipiatur. Neque enim aliter terreni corporis mentisque vinculis adstrictæ crassities Deum concipere potest, nisi diuinitus adiuuetur. Tunc igitur non eodem statu atque ordine omnes dignos habitos fuisse constat, verum hunc alio, illum alio, vnumquēque, vt opinor, pro purgationis suæ modo ac ratione. Quiddam etiam profus arcebantur, ipsisque solius vocis audientia potestas fiebat, nimirum iis, qui belluinitas erant moribus, diuinitusque mysteriis indigni. Nos tamen media quadam via incedentes inter eos, qui crassiores sunt ingenio, & eos, qui allegorica speculatione, abstrusioribusque & sublimioribus sensibus impensè delectantur, vt nec profus inertes ac torpidi maneamus, nec rursus curiosiores sumus, quam par sit, atque à proposito argumento excidamus & euagetur (alterum enim Iudaicum atque abiectum est, alterum ineptum ac somniorum interprete dignum, parique vtrumque reprehensione dignum) ad hunc modum de his rebus, pro virium nostrarum facultate, non nimis absurdè nec ridiculè differemus. Quandoquidē enim nos ab initio per peccatum lapsos, fursumque à voluptate ad idololatriam vsque nefariumque sanguinem pertractos, propter viscera misericordiæ Dei Patris nostri, tanti manus suæ opificij, hoc est hominis iacturam facere non sustinentis, reuocari, atque in veterem statum restitui oportebat, hanc in eò instaurando rationem initam esse existimamus, vt acriorē atque asperiore medicina reiecta (vt quæ non modò fidem factura non esset, sed propter contractum temporis diurnitate tumorem fortasse etiam morbum exulceratura) leni ac benigno medicamento genere ipsius respicientia procuraretur (neque enim plantam incuruā subitam inflexionem ferre, manūque erigentis violentiam: sic enim potius fore, vt lædatur atque infringatur, quàm vt erigatur, nec equum præferocem ac iam ætate aliquanto prouectiorem freni tyrannidem perferre, nisi blanda quadam & adlabunda contrectatione mulceatur.) Propterea nobis adiuuenti loco lex datur, velut maceria quædam inter Deū atque idola interiecta, ab his quidem nos abducens, ad illum autem reuocans. Ac paulum quiddam primò indulget, vt maius accipiat. Sacrificia ad tempus concedit, vt Deum in nobis inserat: at postea, cū commodum fuerit, ipsa quoque sacrificia abroget, mira sapientia per tacitas subtractiones animos nostros sensum immutans, atque ad Euangelium traducens iam ad obediendum exercitatos & assuefactos. Sic igitur atque his de causis lex scripta introducta est ad Christum nos colligens: Bibl. Hom. tom. 1. C C c c c 3 atque

Originalis peccatum.

atque hæc sacrificiorum est ratio, ut quidem mea fert ratio. Atque ut sapientia Dei profunditatem, imperuestigabiliūque ipsius iudiciorum diuitias intelligas, ne ea quidem mysterij prorsus expertia atque inutilia, & in nudo & simplici sanguine defixa reliquit. Verū magna illa, & quantum ad primam naturam immactabilis, ut ita loquar, victima legalibus sacrificiis immixta est, illa inquam non exigua cuiusdam partis orbis terrarum, nec ad exiguum tempus, sed totius mundi, nec vnquam intermoritura expiatio. Quocirca agnus quidem accipitur propter innocentiam veterisque nuditatis indumentum: talis enim est victima illa pro nobis casta, quæ incorruptionis indumentum, ut reuera est, appellatur. Perfectus autem, nō modō propter diuinitatem, qua nihil perfectius, sed etiam propter humanitatem diuinitate delibutam, idēque effectam, quōd id, à quo peruncta est, atque, ut audacter loquar, diuinitatis sociam. Masculus rursus, utpote qui pro Adamo potissimum offeratur, ac firmum illum quidem & robustum, sed tamen primum in peccatum lapsum, firmitate ac robore superet, nihilque omnino muliebri, nihil molle & effeminaū circūferat, verū & virgineis & maternis vinculis, pro potestate ac violenter eruperit, & masculus, ut faulse nunciat Eliaas, ex prophetissa natus sit. Anniculus item, ut sol iustitia, vel è celo progrediens, vel quantum ad partem eam quæ oculis cernitur, circūscriptus & definitus, atque ad seipsum rediēs, atque item ut benignitatis corona benedicta, omnique ex parte sibi similis & æqualis, ac præterea ut virtutum, quæ amicitia ordinis lege leniter placidēque inter se coniunguntur ac commiscuntur, orbem progignens. Immaculatus insuper & incorruptus, ut macularum extensor, ac vitiorum & sordium à peccato emanantium. Quamuis enim peccata nostra susceperit, & morbos portauerit, ipse tamen nihil eorum admisit, quæ curationis indigent. Tentatus est enim per omnia pro similitudine nostra, ceterū abq; peccato. Ille enim, qui lucem in tenebris lucentem persecutus est, eam nequaquam est affectus. Quid præterea? Mensis primus inducitur, vel potius principium, siue quispiam ab initio apud Hebræos id fuerit, siue ex ea re postea factus sit, atque ab hoc mysterio principatum acceperit. Decima autē mensis: quia hic numerus omnium absolutissimus, nimirum ex vnitatibus vnitatis prima perfecta, & perfectionis generatrix. Aseruatur porō in quintum diem, fortasse quia victima mea sensuum expurgatrix est, à quibus peccatum proficiscitur, & circa quos bellum committitur, utpote peccati aculeum admittentes. Deligitur autem non solum ex agnis, sed etiam ex deteriori genere, ac sinistra hoc dorum manu: quia non pro iustis duntaxat, sed etiā pro peccatoribus mactatur, ac fortasse ipsorum potius causa, quandoquidem maiore misericordia opus habent. Illud verō mirandum non est, quod maximè quidem per singulas domos agnus requiritur, sin minus, at certè per domos familiarum. ob paupertatem erogatus, quandoquidem optimum est, potissimum quidem sibi vnum quemque ad perfectionem sufficere, seque hostiam sanctam, viuamque vocanti Deo offerre, atque eiusmodi quæ semper, & per omnia consecratur: sin id nō datur, eorum saltem

opera atque adiumento ad eam rem uti, qui virtute nobis consanguinei sunt, moribūque perfimiles. Hoc enim mihi significare videtur, quōd sacrificij participes fieri propinquos Deus præcipit, si ita opus fuerit. Hinc facta nox, & præsentis vitæ, hoc est suffusa huius noctis inimica, in qua primigenæ tenebræ depelluntur, atque omnia in lucem & ordinem formamque procedunt, atque ornatum inornatus antea rerum status accipit. Hinc Ægyptum, hoc est triste acerbūque persequens peccatum, & Pharaonem inuisibilem tyrannum, & amarulentos operum præfectos fugimus, ad supernum mundum migrantes, atque à luto & latericio opere liberamur, hoc est ab incerta & lubrica ac periculosa carnis huiusce compositione, atque in plerisque ita imbecilli, ut ne palearibus quidem cogitationibus rationibūque contineatur. Hinc agnus mactatur, atque actio & contemplatio, seu habitus & actus pretiosus sanguine signantur: nam hi ostiorum nostrorum postes sunt, hoc est mentis agitationum & dogmatum, quæ ex contemplatione rectè aperiantur atque clauduntur, quandoquidem comprehensionum quoque nodus quidam est. Hinc postrema & persecutoribus grauissima noctēque perfectō digna plaga, ac cogitationum suarū actionūque primogenita luger Ægyptus, (quod & semen Chaldaicum subulatam atque oppressum scriptura vocat, & puerulos Babylonios ad petrā alios & solutos) atque clamore & vociferatione apud Ægyptios omnia personant, ac tum à nobis illorum exterminator secedet, vntionis metu ac reuerentia. Hinc fermenti vsus, hoc est veteris & acida malitiæ (non enim de eo loquor, quod panis efficiendi, vitæque fouendæ vim habet) ad septem dies interdicitur (hic enim numerus omnium maximè mysticus, atque huic mundo confociatus): ut ne quod Ægyptiaca conspersiois viaticum, nec vllas Pharisæica & impiæ doctrinæ reliquias nobis paremus. Atque illi quidem laqueant, nos autem agnum comedamus, ad vesperam quidem, quoniam in sæculorum sine Christi passio contigit, quandoquidem vespere quoque peccati videlicet caliginem discipulis sacramentum impertit. Non elixum autē, sed tostum, ut ne quid speculationis experts atque aquosum nobis fidei doctrina habeat, nec eiusmodi ut facillè dissolui queat, sed tota nobis densa ac solida sit, atque igne purgata explorata, & ab omni crassiore & superflua materia pura & libera, utque bonis illis carbonibus intellectum nostrum accendentibus & purgantibus ab eo adiuenemur, qui idcirco in terram venit, ut ignem mitteret, improbas scilicet animi habitudines absumentem, eumque quamprimum excitari fatagit. Quicquid poro carnem atque esulentum habet doctrina, cum intestinis abditisque mentis comedatur & absumatur, & ad spirituales concoctionem digeratur, ac ne caput quidem ipsum & pedes relinquatur, hoc est nec primæ de diuinitate cōtemplationes nec postremæ incarnationis meditationes. Nec verō quicquam effereamus, nec vsque ad mane relinquamus: quandoquidem ne exteris quidem & prophanis magna nostrorum mysteriorum pars effrendenda est, nec ultra hanc noctem purgatio vlla superest, nec in iis, qui verbi participes sunt, laudem habet procrastinatio. Quemadmodū enim præclarum

præclarum ac Deo gratum est, iam toto diei circulo minimè durare, sed ante solem occidere, siue id temporali modo, siue anagogico intelligas, (nec enim nobis irascentibus iustitiæ solem occumbere tutum est) ita nec huiusmodi escam pernoctare, nec in postero diem recondi expedire. Quidquid autem offeum est atque eiusmodi, ut nec edī, nec à nobis mentis oculis peruideri queat, id ne fringatur quidem, hoc est, malè diuidetur atque intelligetur: (mitto enim dicere, quōd nec quantum ad rei gestæ veritatem os Iesu contractum est, idque cum morte ipsius carnifices hoc sabbatum adurgerent) nec proijciatur ac raprabitur, ne sancta canibus dentur, sceleratisque verbi disceptoribus, quemadmodū nec porcis eximius ac margariticus rectæ doctrinæ splendor, verū igne absumetur, quo & holocausta, à Spiritu omnia scrutante & sciente attenuata atque seruata, non autem in aquis peruentia, nec dispersa: quemadmodum vituli illius ab Israēle tumultuarie confecti caput à Mose in duritiei illius probrum sparsum est. Ne modus quidem manducationis prætereundus est, cum nec lex ipsa eum prætermiserit, sed contemplationem in verbis & litera ed vsque elaborauerit. Victimam enim festinanter absumemus, & azymos panes cum lactucis siluestribus comedentes, & lumbis accincti & calcamentis instructi, ac denique senium more baculum gestantes. Festinanter quidem, ne in eam culpam incidamus, à qua diuino interdicto Loth auocabatur, ne circumspiciamus, ne stemus in omni circumiacente regione, in montem salutis causā confugiamus, ne Sodomitico illo & inusitato igne simul inuoluamur, nec propter nostram in deterius conuersionem, quæ ex cunctatione nasci solet, in salis statuum cōcrescamus. Cum lactucis autem agrestibus, quoniam vita ea quæ ab Dei norma exigitur, auspiciantibus præsertim acerba atque acclius est, voluptatibusque sublimior. Nam quod nouum iugum benignum & suauis est, ut Scriptura loquitur, atque onus leue: id propter spem fit ac mercedem huius vitæ molestius afflictionibusque longè vberior. Alioqui enim quis non legalibus præceptis Euangelium multo laboriosius atque ærumnosius esse dixerit? Nam cum Lex sine tantummodo peccatorum prohibeat, nobis ipsæ etiam causæ propemodum ut actiones crimini vertuntur. Non adulterium committes, inquit Lex: at tu nec concupisces quidem, ex curioso atque anxio cōstitui animi affectum incendēs. Non occides, ait illa: at tu, ne si feriaris quidem, referies, quin potius percutienti te ipsum totum præbebis. Quando tandem hæc illis altiora ac difficiliora. Nō peierabis, inquit illa: at tu nec à principio vllō modo iurabis: quōd scilicet ex iuramento periurium nascatur. Non iunges domum cum domo, ait illa, nec agrum cum agro, tyrannide pauperem opprimens: at tu libenti animo iustus etiam rationibus quæ sitas opes excuties, atque in pauperū subsidium spoliaberis, ut leuiter cruce tollas, diuitiasque ab aspectu remotas assequaris. Iam lumbi brutis quidem animantibus remissi ac soluti sint: neque enim illis inest ratio, quæ voluptatibus frenum iniicit (quanquam ea quoque motus naturalis libidinisque modum norunt) tibi autem per zonam ac temperantiam restringatur pars illa quæ libidine æstuat atque hin-

nit (nam hoc verbo Scriptura ad exagitantam huius affectus turpitudinē vitur) ita fiet, ut mortificatis membris, quæ sunt super terram, Pascha purè comedas, solitarij illius Iohannis & præcurtoris, magniq; veritatis præconis præcōtionem imitans. Sed & aliam zonam noui, nimirum militatē & strenuam, iuxta quam Euzoni Syriæ & Monozoni quidam nominantur, ac Deus ipse Iobum prophetam alloquens, Ne, inquit, verū accinge ut vir lumbos tuos, & da responsum strenuum: quibus etiam viribus beneficio diuino accinctum se esse David gloriatur, ac Deum quoque ipsum potentia indutum atque accinctum inducit, nempe aduersus impios, nisi tamen malit quispiam potentia exuberantiam ac veluti restrictionem his verbis significari: quo etiam sensu lumine sicut vestimento amictus dicitur. Intolerabile enim potētia ipsius ac luminis vim quis sustinebit? Quæro quid lumbis eū veritate commune sit, & quæ Pauli mens fuerit, cum diceret, Stare igitur succincti lumbos vestro in veritate? Num forte quōd speculatio concupiscentiæ cōcrecet, nec aliorum ferri sinat? Nec enim fieri potest, ut qui rei cuiuspiam amore flagrat, parem ad alias voluptates vim habeat. Iam qui terram sanctam ac diuinis vestigiis impressam contacturus est, calcamenta soluat, quemadmodum & Moses ille in monte, ut nihil mortuum ferat, nec inter Deum atque homines intermedium. Consimiliter etiam si quis discipulus ad prædicandum Euangelium mittitur, frugalitati ac simplicitati studeat: quippe quem præter id quod nec æs, nec baculum, nec duplicem tunicam habeat, etiam nudis pedibus iter facere necesse est, ut pulchri pedes euangelizantium pacem atque omne bonum appareant. At verō qui Ægyptū ac res Ægypti fugit, calceos sumat, ut tutus sit cum ab alijs rebus, tum à scorpiis & serpentibus, quos per multos nutrit Ægyptus. Sic fiet ut ab iis, qui calcaneū obseruant, & quos calcare iussi sumus, minime vulneretur. Iam de baculo atque eius significatione ita sentio. Nam cum alter fulciendi vim habeat, alter pastoris & doctoris proprius sit, atque oues ratione præditas castiget, in viamque reducat, hic lex fulcentem baculum tibi præscribit, nec ubi animo titubet, dum sanguinem Dei & Passionem ac mortem audis, ac dum Dei patronus atque defensor vis videri, impiè corruas. Quin potius submoto omni pudore ac dubitatione corpus ede, sanguinem bibe, si modò vitæ desiderio teneris, nec doctrinæ carnis fidem abrogans, nec Passionis sermonibus offensus. Innixus sta, firmus & stabilis atque ita comparatus, ut in nullo concutiaris ab aduersariis, nec verborum lepore atque illecebris abripiaris. In fastigio tuo sta, in atris Hierusalem pedes tuos firma, in petra suffulci, ut non moueantur tui Deo accepti gressus. Quid ais? Itane fixum est atque decretū, ut Ægypto, hoc est fornace ferrea excedas, impiūque deorum multorum cultum illic vigentem relinquas, atque à Mose, eiusque legibus ac militari imperio ducaris? Consilium quoddam tibi porrigam, nequaquam meum, immò admodum quoque meum, si rem spiritualiter expendis. Vasa aurea atque argentea ab Ægyptiis commodatō pete: cum his te itineri committe: ex alienis facultatibus viaticum tibi para, immò ex tuis potius: seruitutis enim ac lateritij operis merces

tibi debetur: callidè aliquid circa mercèdis flagitationem comminiscere: præclarè extorque. Esto sanè, grauibz hic laboribus vexatus es cum luto colluctans, id est, cum ærumnoso & sordido corpore, ac domos alienas atque incertas extruens, quarum memoria cum sonitu perit. Quid? Grætiæ & absque mercede egredieris? Quid? An Ægyptiis atque aduersariis potestatibus, ea relinques, quæ sceleratè quaesita sceleratius consumunt? Nullum ius in ea habent, sacrilegio compilarunt, eripuerunt ei, qui dixit, Meum est argentum, & meum est aurum, dabòque ei, cui uolero. Hæri illa possidebant, sic enim permittebatur. Hodie ea tibi Dominus offert ac porrigit præclarè & ad salutem vsuro. Amicos nobis de mammona iniquitatis acquiramus, ut cum defecerimus, in iudicij tempore recipiamus. Si Rachel quædã es, aut Lia, hoc est patriarchica & illustri anima, patris quoque tui idola, quæcunque inneneris, sutiipe, non ut serues, sed ut deas: si autem sapiens Israelita, ad terrã promissionis transfer: eòque nomine discernietur persecutor, atque ex fraude sibi facta intelligat, frustra se tyrannide atque seruitute meliores oppressisse. Hoc si feceris, atque ita Ægypto excesseris, ignis, mihi crede, ac nubis columna tibi die ac nocte iter præmonstrabit, asperitas deserti mitefecerit, mare tibi scinderet, Pharaon aquis obruetur, panis pluuiæ instar fluet, petra scaturiet, Amalec opprimetur, non armis tantum, sed etiam expallis iustorum manibus precationem simul atque insuperabile crucis trophæum signantibus, fluminis cursus inhibebitur, sol sistetur, luna retinebitur, muri nullis etiam machinis ad mortis corruct, crabrones præcurrent, viam Israëlitis omnia, quæ post hæc & simul cum his historia prodita sunt (ne nimis longum sermonem producã) Dei beneficio tibi concedentur. Ac tale est scilicet quod hodierno die agitas: talibus epulis, tum natalitiis, tum funebribus te pascit, qui tua causa & natus & passus est. Tale Paschatis mysterium celebra. Hæc lex velut primis lineis deformauit: hæc Christus absoluit, ille inquam legis abrogator, Spiritus perfectior, qui ut ex eo quod passus est, ad patiendum nos instruit: ita ex eo quod glorificatus est, hoc nobis affert, ut simul glorificemur. Enim uerò alienum non fuerit rem ac doctrinam inquirere à multis quidem neglectam, meo autem iudicio studiosè perquirendam. Ecce enim sanguis ille pro nobis exhaustus, & quam ob causam fusus est, ille inquam, magnus & nobilis sanguis Christi & Pontificis & sacrificij? Nos enim à diabolo detinebamur, ut pote qui uenudati essemus sub peccato, ac uitium cum voluptate commutassemus. Quod si redemptionis precium non cuiquam alij quam detinèti persolutur, quæro cui tandem oblatum est, & quam ob causam? Si diabolo, ò indignam contumeliam, si nõ à Deo solum, sed Deum quoque ipsum pro redemptionis precio larro accipit, adeòque insigne & excellens tyrannidis suæ præmium, cuius causa nobis quoque parci æquum erat: si autem Patri, primùm quo modo id factum est: nec enim ab ipso tenebamur. Deinde quæ ratio afferri potest, ut uirgeniti sanguine Pater oblectetur, qui ne Isaac quidem à patre oblatum acceperit, sed ariete in rationalis victimæ locum substituto sacrificij permutat. Perspicuum utri-

Enc. 16.

Genes. 22.

que est Patrem quidem precium accepisse, non tamen quòd petierit, aut eo opus habuerit, uerum quia diuina dispensatio ita ferebat, & quia per humanitatem à Deo assumptam hominifantatatem afferri oportebat: atque ut tyranno per vim superato nos liberaret, ad seque intermedia filij opera reduceret, hoc ad patris honorem, cui in omnibus rebus perspicue cedit, dispensante. Ac de Christo hæc nobis dicta sint, multòque plura silentij honore prosequemur. At uerò serpens æneus aduersus morsus serpentum suspenditur, non tamè ut Christi pro nobis passi typus, uerum ut antitypus, atque eos qui ipsum intuentur, saluos facit, dum non eum uiuere, sed mortuū esse, simūque subditas sibi copias enecare persuasum habent, deletum nimirum & extinctum, sicut merebatur. Et quod tandem illi congruens epitaphiū canemus? Vbi est, mors, stimulus tuus? Vbi tua, inferne, victoria? Crux te prostrauit, uita auctor tibi necem attulit. Exanimis es, mortuus, immobilis, iners, serpentis licet figuram serues, in sublimi loco ignominiosè pendens. Tam uerò Paschatis participes erimus, nunc quidem adhuc in figura, licet magis perspicua quam in lege veteri (Legale enim Pascha, nec enim docere uerebor, figuræ figura erat obscurior) aliquanto post autè perfectius & purius, cum uidelicet illud nouum filius Dei nobiscum in regno Patris bibitarus est, patefaciens ac docens, quæ nunc minus plenè declarauit. Nouum enim illud semper est, quod nunc nobis innotescit. Quænam autem illa sit portio atque perceptio, discere nostrum est, illius docere, discipulisque suis hanc doctrinam impertiri. Doctrina enim & institutio, eius quoque, qui alios alit, cibus est & alimentum. Age uerò, nos quoque legis participes efficiamur, cæterū Euangelicè non literaliter, perfectè non inchoatè, sempiternè non temperariè. Caput nobis constitutum, non humilem Hierusalem, sed supernam Metropolim, non eam, inquam, quæ nunc ab exercitibus proculcatur, sed quæ ab angelis honorificè prædicatur. Mactemus non uirtulos nouos, nec agnos cornua producentes & uingulas, quæ magna ex parte mortuæ sunt ac sensu carent: uerum Deo super altari superno cum cælestibus choris sacrificium laudis immolemus. Penetremus primum uelamen: ad secundum accedamus, in Sancta sanctorum prospiciamus. Atque ut maius aliquid dicam, omnibus horis atque agitationibus nosmetipsos Deo immolemus, omnia pro Christi nomine excipiamus, passionibus passionem imitemur, sanguine sanguinem ornemus, crucem alacres ascendamus. Dulces sunt clauis, tamen si grauem doloris sensum afferant. Præstat cum Christo & pro Christo pati, quam delicis uoluptatibusque cum aliis indulgere. Si Simon Cyrenæus sis, crucem tolle ac sequere. Si ut latro simul cruci affixus fueris, probò & candido animo Deum agnosce, cumque ille propter te tuumque peccatum cū iniquis reputatus fuerit, tu propter illum iustus efficiere. Adora tua causa pendentem, pendens etiam ipse lucri aliquid ex ipso quoque scelere collige: morte salutem emerit cum Iesu paradidit ingredi, ut intelligas, quibus bonis excideras. Bona illa contuere: murmuratorem cum sua blasphemia foris morti sine. Si Ioseph Arimathæus sis, ab eo qui in cruceem sustulit, corpus pete, tuum fiat mundi piaculum. Si

Luc. 10.

1. Cor. 15.

Phil. 4.

Luc. 23.

Si Nicodemus sis nocturnus ille Dei cultor, funebribus uigentis ipsum uinge. Si Maria quædam sis, si alia Maria, si Salome, si Ioanna, diluculo lachrymas profunde. Fac prima sublatum lapidem, angelos etiam fortasse, atque ad eum ipsum uideas. Non nihil loquere: uocem ausculta. Si audieris, Noli me tangere, eminus sta, Verbum uenerat, nõ autem mœre afficere. Nouit enim à quibus primum conspicendus sit. Resurrectionis cœnæ celebrata, Eue succurre prime lapsæ, prima Christum salutans, ac discipulis indicans. Petrum uel Ioanem imitare, ad sepulchrum propera, simul ac certatim currens, atque honesta emulatione contendens. Quòd si celeritate antequam studio vince, non circumflexo corpore, in motum quodam prospiciens, sed in ipsum ingrediens. Quòd si Thomæ instar à cœtu discipulorū, quibus apparuit Christus, abfueris, posteaquam uideris, ne rei fidem abroges: quòd si id tibi fidem nos facit, narrantibus saltem crede: si ne his quidem, at certè clauorum impressionibus fidem habe. Si in infernum descendat, simul descende. Ea quoque mysteria cognosce, quæ Christus illic designauit: quòd duplicis descensus consilium, quæ ratio fuerit: utrum omnes sine ulla exceptione aduentu suo saluos fecerit, an illic quoque eos duntaxat, qui crediderant. Si in caelos ascendat, simul ascende, atque uel comitantibus uel excipientibus angelis te adiunge. Portis ut attollantur, ac sublimiores fiant, impera, quo Christum à passione sublimiorum capiant. His qui propter corpus & passionis signa, quæ in descensu non allata, secum ascendens tulit, mente perplexi atque ancipites sunt, atque idèd percunctantur: Quis est iste rex gloriæ? responde, Dominus fortis & potens, cum in iis omnibus, quæ semper fecit, & facit, tum in præfenti bello ac trophæo pro humani generis salute erecto, ac duplici interrogationi responsum duplex repende. Quòd si secundum dramaticam illam apud Esaiam personarum loquentium introductionem admittantur dixerint, Quis est iste, qui uenit de Edom, rebūque terrenis, aut quomodo rubra sunt eius, qui sanguinis ac corporis experts est, uelimenta, non secus ac uinitotis, qui torcular plenum calcauerit? stolè corporis passi pulehritudinem ex aduerso proferat, quòd per passionem exornatum, ac per diuinitatem, quæ nec amabilius quidquam, nec pulchrius, illustratum est. Quid ad hæc nobis sycophanta dicunt, acerbi inquam isti diuinitatis expeditores, rerum laudandam reprehenses, circa lucem tenebrosi, circa sapientiã insciti & ineruditi, pro quibus Christus frustra mortuus est, ingrati creature, diaboli figmenta? Siccine beneficium criminij tribuis? Eone paruus quia propter te humilis, quia ad ouem obstrantem uenit pastor ille bonus animam suam pro ouibus ponens, uenit inquam ad montes & colles, in quibus sacrificabas, & palan tem inuenit, & inuentam illdem humeris, quibus & cruci lignum, sustulit, accepit, atque ad supernam uitam rursus exit, eoque subiectam eodem numero atque ordine collocauit, quo eas, quæ nunquam ab oculis aberrarunt. Quia lucernam, hoc est carnem suam accendit, & domū euerit, mundum scilicet à peccato repurgans, & drachmam, regiam uidelicet imaginem sedis affectibus obrutam conquisiuit, atque angelos amicos suos ob-

Matth. 16.

Luc. 10.

Phil. 4.

reperram drachmam eouocat, lætitiæque participes facit, quos incarnationis quoque mysteris initiauerat. Quia lucernam prænam lux illa clarissima sequitur, & uocem Verbum, & pronubij sponsus, Domino populum eximium comparantem, atque ad spiritum per aquam præpurgantè. Hæccine obiiis Deo? atque idèd inferiori esse censet, quia linteo præcingitur, ac discipulorum pedes abluit, optimamque exaltationis uia ostendit, nimirum humilitatem? quia propter humi depressam animam se deicit, ut peccati mole deorsum uertentem secum attollat. Quin illud quoque obiiis ac reprehendis, quòd cum publicanis, & apud publicanos comedit, & publicanos in discipulos conuertit, ut ipse quoque aliquid lucretur, quid tãdem? peccatorum salutem. Nisi quis fortè eo nomine medicū accuset, quòd ad corporis morbos se demittat, fœtoremq; perferat, ut sanitatem ægrotis restituat, atque eum etiam, qui humanitatis & commiserationis affectu per motus in foueam seipsum inclinat, ut prolapsum iumentum secundum legis præscriptum seruet. Missus quidem est, uerum ut homo (nam duplex in eo natura erat) siquidem & fatigatus est, & fame ac siti laborauit, & uehementi angore correptus est, & lachrymas fudit, (ut lex natura fert.) Quòd si etiam ut Deus, quid propterea? missionem, Patris beneplacitum interpretatè, cui suã quoque ascribit, tum ut principium temporis expers honoret, tum ne Deo aduersari uideatur. Quandoquidem ut traditus fuisse dicitur, ita seipsum tradidisse scribitur: atque ut à Patre ad uitam reuocatus, & susceptus fuisse, ita seipsum quoque à morte excitasse, rursusque in cœlum ascendisse prædicatur. Illa beneplaciti: hæc potestatis. At tu ea quidem, quæ minuunt, atque extenuant, profers, quæ autem efferant, præteris: atque id quidem expendis, quòd passus sit, quòd autem uoluntariè, non adiungis. Proh quàm grauiã nunc quoque patitur Christus! Ab aliis ut Deus honoratur & confunditur: ab aliis ut caro contemptui habetur ac separatur. Vtris grauius ita scetur? uel potius utris plus condonabit, si sine qui nefariè contrahunt, an qui seindit? Nam & illos diuidere, & hos coniungere oportebat: illos inquam numero, hos diuinitate. Impingis ad captiueni? & Iudei quoque ad eam impeerunt. Nulli Samaritanum etiam uocabis nam quod sequitur tacebo. Diuinitati fidem abrogas: hoc ne demones quidem ipsi fecerunt. Ita & Iudeos ingrati tudine, & demones incredulitate superas. Illi enim filij appellationem æqualitatis uocem esse censuerunt: hi autem eum, à quo fugabantur, Deum agnouerunt: doloribus nimirum, quos sentiebant, fidem ipsi facientibus. At tu nec æqualitatem admittis, nec diuinitatem consistis. Satiustius hercle tibi fuerat circumfessum esse, ac demones interperis agitari, ut faceret & ridiculè aliquid dicam, quàm in præputio & incolumi ualitudine tam sceleratè atque impiè sentire. Sed bellum hoc quod cum illis gerimus, uel comprimatur, si ferius quidè, sed tamen aliquãdo meliorem mentem induere uelint, uel si id facere recusent, atque in sententia maneant, in tempus aliud differatur. Nec enim profectò quicquã extimescemus pro Trinitate & cū Trinitate dimicantes. Nunc autè nobis faciendū est, ut orationem in summã ita colligamus. Creati sumus, ut beneficio afficeremur: beneficium

Luc. 11.

Ioan. 4.

Luc. 4. 19.

Hæreticorum mos in citata scriptura.

neficiū accepimus, postquā creati sumus. Paradisus fidei nostræ commissus est, ut deliciis fruere-
mur. Mandatū accepimus, ut eo seruato gloriam
assequeremur: non quod Deus id, quod futu-
rum erat, ignoraret, sed quod arbitrij libertatem
lege sanciret. Decepti sumus, quoniam felicitati
nostræ iniustum est. Excidimus, quoniam manda-
tum infregimus. Ieiunauimus, quoniā nō ieiuna-
uimus, ligni nimirum scientiæ suauitate deliniti
ac superati. Verus enim hoc mandatum erat, ge-
nerisque nostri originem tempore æquans, ac di-
sciplina quædam animę, deliciarumque frenatio:
quod non abs re nobis indictum est, ut quod eo
nō seruato perdidimus, seruato recuperemus. O-
pus habuimus Deo, qui carnē acciperet ac more-
retur, ut viuamus. Cōmortui sumus, ut purgemur.
simul resurreximus, quoniā simul mortui sumus:
simul glorificati sumus, quoniā simul resurrexi-
mus. Quamquam autē permulta eo tēpore mira-
cula designata sunt, Deus in cruce pendens, sol
obscuratus ac rufus inflammatus (nam creatur-
as quoque creatori condolefcere oportebat) ve-
lum scissum, sanguis & aqua ex latere profuen-
tes, alterum ut hominis, alterū ut humana condi-
tione maioris, terra tremore concussa, petræ per-
ruptæ, mortui ad fidem postremæ & communi
resurrectioni afferendam resurgentes, signa par-
tim ad sepulchrum, partim post sepulchrum edi-
ta, quæ quis est, qui pro dignitate laudare queat?
Quamquam inquam plurima miracula tum exti-
terunt, nullum tamen cum salutis mæz miraculo
conferendum est: in quo exiguę cruoris guttæ or-
bem vniuersum inflaurarunt, atque idem, quod
lacti coagulum, hominibus prestiterunt, in vnum
nos coniungentes & constringentes. At o Pascha,
magnum inquam & sacrosanctum Pascha, totius-
que mundi piaculum: te enim quasi vita prædi-
rum alioquor, o Verbum Dei, & lux, & vita, & sa-
pientia, & potentia (omnibus enim nominibus
tuis oblector): O magnæ illius mentis seboles &
progressio ac signaculum! O verbū intellectibile, &
homo aspectabilis, qui omnia potētiæ tuæ, verbo
portas, hanc quæso orationem non ut primitias,
sed ut extremam fortasse oblationem nostram ac-
cipe, quam tibi duplici nomine offero, tum pro
acceptis beneficiis tibi gratias agam, tum ut te
supplex regem ne ad sacras & necessarias curas, in
quibus ætatem contriuiimus quicquam afflictio-
nis adicias, ac corporis in nos tyrannidem (quæ
quanta sit vides, Domine, quamque me contra-
hat) vel sententiam tuam, siquidem à te purge-
mur, sistas atque comprimas. Quod si qualem ex-
petimus, vitæ finem habuerimus, atque in cele-
stia tabernacula recepti fuerimus, illic quoque
tibi fortasse super altari tuo sancto grata sacrificia
offeremus o Pater, & Verbum, & Spiritus sancte:
quia tibi debetur omnis gloria honor & impe-
rium in sæcula sæculorum, Amen.

S. ZENONIS EPISCOPI

Veronen. in eodem festo,

Sermo 1.

NEc otioso cursu reciprocis ambagibus ope-
ris mundani pensæ perpetuatis genitalis sem-
per nouellus occasu à se in semet sua vestigia re-
nolutus dies salutatis aduenit, officiis sacramen-

ti dominici omnibus omni genere munerum lar-
gus. Namque piis mercedem sacerdotibus præ-
stat, consequentibus ministris promotionis aug-
mentum, immortalitatis fidelibus fructum, pec-
nitētibus curam, catechumenis lucis viam, com-
petentibus remissam omnium peccatorum, sic-
que cunctos in vnam Christi corporis gratiam
congregatos ad cælestia regna perducit per Do-
minum, & saluatorem nostrum Iesum Christum,
qui est benedictus in secula sæculorum.

EIVSDEM IN EODEM

festo, Sermo 2.

Perpetis anni pernicem cursum in bisse-
mutationis argumentum vna eademque nec
ipsa, sed orbita circunducens dies magnus adue-
nit, suo sibi semper nouellus occasu: quod præ-
terit sequitur, quod futurum est antecedit. In om-
nibus nouus est: & tamen in omnibus vetus est:
punctis omnibus commutatur non natura, sed
numero sit filius horarū, qui pater est omnium
sæculorum. Hic est dies, fratres, quo à Domino
nostro cunctus redemptus est orbis: quo æthereo
semine nouellus, id est, noster viuificatus est po-
pulus. Hic est dies, fratres, qui nobis resurrectionis mon-
strat exemplum. Cuius sane conditione nos bea-
tiores sumus: quia ille occidit, semper ut viuat.
Fidelis autem post secundæ natiuitatis occa-
sum resurgens, horrote nunquam intercipitur
tenebrarum.

EIVSDEM IN EODEM

festo, Sermo 3.

Specioso circulo sacer inflexus dies in munda-
ni operis pensæ quadriga temporum fertur
duodenis mensium perperi curru mutationibus
dies, nulla statione contentus: quia immortalitas
eius est cursus. Verum currat an recurrat, am-
biguum est: cuius præteritum restat, ut redeat.
Mira prolix ratio innumerabilium sæculorum:
diuersa mensura conterendo innouat spatia, &
tamē eius semper orbita est vna. Qui nos admo-
net, fratres, passionis resurrectionisque domini-
cæ vnanimis, atque concordæ salutaria celebra-
re mysteria. Per Dominum, & conseruatorem no-
strum Iesum Christum, Amen.

EIVSDEM IN EODEM

festo, Sermo 4.

Stabilis cursor multiformis gratia redimitus
Sper temporū ambages, pernicibus plantis sua
recalcans officio solenni vestigia dies salutatis
aduenit. Idem sibi successor, idēque decessor
longæua semper ætate nouellus, anni parens,
annique progenies antecedit, quæ sequitur
tempora, & seculū ipsa disseminat: parit sibi
de fine principium: hoc nostris quoque hodie
competentibus præstaturus: quos iam nunc: so-
lax inuitat occasus: ut sacri Oceani lacteo profun-
do demersi: surgentes inde nouello nouelli cum
die sua luce radiantibus nobiscum possint immor-
talitatis per æreum tramitem cursu seruato ad
repro

repromissionis tempus, vbi in perpetuum quis
oritur, peruenire.

EIVSDEM IN EODEM

festo, Sermo 5.

Magnificus, fratres dilectissimi, sæculorum
pater adest dies: omni genere fructuum fec-
tibus pollens: diuite sinu momentis, quibus vel-
lis quatuor temporum munera expungens. De-
nique competentibus in numeris finitur hiems,
hodie peccatorum oleo confecto letabuntur.
Hodie eos etiam ver atridens diuersos in flores
diuerso charismate rediturus salubri vnda perfu-
si: limpide ætatis messe gaudentes: panem no-
uum ceperunt manducare. Quos autumnale
quoque non morabitur mustum: quo repleti,
inebriatique feliciter spiritus sancti calore fer-
uebunt. Qui ut nunquā refrigerant, in omnibus
nobis præstabit Deus pater omnipotens, Amen.

EIVSDEM IN EODEM

festo, Sermo 6.

Intestabili cursu multiformi gratia redimitus
Temporum solenni vestigio dies salutatis adue-
nit: idem sui successor, idēque decessor longæua
semper ætate nouellus anni parens, annique pro-
genies antecedit: sequiturque tempora, & seculū
infinita, parit sibi de fine principium: & tamen
à cunis genitalibus non recedit. Profecto sacra-
menti dominici imaginem portat. Nam occasu
passionem, resurrectionemque: ortu rediuiuo con-
celebrat: per quem nobis munus futuræ beatitu-
dinis pollicetur: hoc quoque nostris competentibus
præstaturus, quos nunc innitat solax occa-
sus, ut sacri Oceani lacteo profundo demersi: vnde
nouello, nouelli: cum die resurgentes nobiscum
possint ad immortalitatis gloriam peruenire.

EIVSDEM IN EODEM

festo, Sermo 7.

Morte sua viuens sepulchri nido vegetatus
Innumerabiles temporum metas perennis
cursu vna, eademque: orbita lustrant. Dies magnus
aduenit: menses in tempora, tempora in annos,
annos in secula pandens: sine panis crescit in se-
nium: & tamen à cunis genitalibus non recedit:
profecto sacramenti dominici imaginem por-
tat. Nam occasu passionem resurrectionemque
ortu rediuiuo concelebrat: per quē nobis quoque
resurrectionem futuræ beatitudinis pollicetur.

EIVSDEM IN EODEM

festo, Sermo 8.

Sempiterni curtus auriga teretis metæ sua re-
splicans, complicando gyro solenni vestigia,
dies salutatis aduenit: idem sibi successor, idē-
que decessor longæua semper ætate nouellus, an-
ni parens, annique progenies antecedit, quæ se-
quitur, tempora: & ut seculū colligenda dissemi-
net, parit sibi de fine principium. Hic est, quo si-
militer verum tamen semel amore hominis sui

eius artifex Deus, & Dominus noster occidit: &
exortus est rursum: nunquam sane repetiturus
occasum. Hic inquam quo ferales diruptæ sunt
tenebræ: quo mors subacta est: quo homines,
quos susceperant mortuos, refundere inferi co-
acti sunt viuos. Quem ut semper, ut vbi que aucti
fide, numero, charitate nostris cum fratribus ce-
lebremus, præstabit Deus pater omnipotens.

EIVSDEM IN EODEM

festo, Sermo 9.

Sæculorum heres, & paterno cursu procurrens,
Satque recurrens solenni metæ rotatus in se se
profersens sibi de fine principium, natalicia infi-
nita de occasu dies sempiternus eluxit: quo dis-
cussa conuolutæ hiemis tribitudine, nouo vento
Fauonio blandiente, diuersis floribus genere, co-
lore pariter, & odore vna natiuitate diffusis ger-
minantia vndique dulcē prata respirant. Exultat
ætas noua: sed diues in frumenti varias moles,
spicam feliciter contundens palma. Quam pro-
sequitur congruē multulentus autumnus, ut nec-
cessario gratiæ panis, vini quoque iocunditas iun-
geretur. Quis non hæc cælestibus mysteriis co-
aptata cognoscat: hiems namque pigra, fordida
& tristis ad eos pertinet, qui idololatriæ deser-
uientes mundanis voluptatibus compediti, libi-
dini vacantes, & gutturi longē inoliui, id est æ-
ternæ morti sunt à Deo, quod opus tenebrarum
dilexerunt, destinari. Ver sacrum fontem debe-
mus accipere: cuius diuite ex aluelo Fauonio non
vento, sed spiritu sancto generante, odorem diui-
num beatæ spirantes fide, diuerso charismate sed
vnā natiuitate Ecclesiæ flores clarissimi, ac dul-
ces nostri funduntur infantes. Ætas autem fide-
lis est populus, angelus & mundus, qui sponsio-
nis suæ palmam fortiter retinens, peccatorū pa-
leis limpidaus, semper pretiosum frumentum di-
uinus horreis inferre desiderans: licet suo vberet
fonte, tamen ætuat semper iustæ operationis ar-
dore. Autumnus quoque martyrij locus est: in
quo non viris, sed fossoris sanguis effunditur: ut
vita beata pretiosæ mortis vindemia comparetur.
Dies vero ad sacramentum pertineret resurrectio-
nis Domini nostri Iesu Christi: qui in omni-
bus omnia est: qui verè æternus est, ac sine no-
cte dies: cui duodecim horæ in Apostolis: duo-
decim menses seruiunt in prophetis: quem euan-
geliorum salutaria quatuor prædicant tempora.
Cui non anniuersarij, sed quotidiani fructus re-
spondent: hymnum canentes Deo credentibus
populis, qui omni immortalitatis semine propa-
gantur in secula. In huius diei luce gradientes
exultemus fide, iocundemur bona conuersatio-
ne, ut perpetuam vitam adipisci mereamur per
Dominum nostrum.

S. GREGORII EPISCOPI

pi Nisseni in sanctum, & salu-
tiferum Pascha oratio.

Theodoro Peltano interprete.

Vera illa Sabbati quies, quæ Dei benedictio-
nem suscepit, in qua Deus ab omni opere
cessauit,

Et ex resurrectione Christi solueret vnam faciem olim.

1. Cor. 2. Esai. 64.

2. sal. 117.

2. sal. 94.

cessant; mortis quiete, quam pro mundi salute dominus Iesus subiit, nunc finem accepit; suamque per ea omnia, quae dum hunc festum diem obimus, oculis vidimus, auribus audiimus, & alacri corde hausimus, gratiam palam ostendit. Et quidem quod oculis vsurpauimus, illud, lux ea est, quae tota hac nocte per lampades, quasi per igneam quandam nubem vndique, nos perfudit. Psalmi autem, & hymni, & spirituales odæ, quae per vniuersam noctem, quasi flumen quoddam lactitiae auribus infonuerunt, perque aures in animam influxerunt, egregia nos spe fulserunt, & erexerunt. Cor verò per ea, quae dicebantur, & cernebantur, maiorem in modum recreatum, quādam beatitatis illius, quae verbis exprimi nequit, ideā, & quasi imaginem intra sese efformabat: utpote per illa, quae sub sensum cadūt, ad illum erectum, & veluti manu deductum, qui sub aspectum non venit. Quamobrem quietis huius bona certa, indubitatāque futurorum illorum bonorum spe nixa, firmatāque, quādam eorum bonorum vmbrae praeseferre dici possunt, quae nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Cū ergo illustis nox haec, lampadam radios cum matutinis Solis radiis commiscens; vnum continuum, hoc est, per tenebrarum interiectum, non interruptum diem effecerit, mente pertractemus, fratres, prophetiam illam, quae dicit; Haec est dies, quam fecit dominus. Haec dies, gaudium, & laetitiam, & exultationem; opus utique neque graue, neque factum difficile, exigit. Atque huc inuitat oraculum illud; exultemus, & laetemur in ea. Orem praeclearam, o legem suauem. Quis hic, ne prompte eiusmodi praeecepto pareat, dilationem quaerat? Imò verò quis vel modicam moram hic necere, in detrimento non ponat? Opus enim, quod iniungitur, aliud nullum est, quā laetitia, & exultatio; per quae peccati condemnatio dissoluitur, tristitiaque omnia in gaudium conuertuntur. Ad hunc locum facit illud Sapientis dictum; In die bonorum, nulla ad sit recordatio malorum. Haec est dies illa, quae sententiae olim contra nos latae obliuionem; imò verò interitum, & abolitionem veriūs, quā obliuionem fecit. Obliterata est enim omnis omnino condemnationis nostrae memoria. Tunc partus non absque dolore, corporisque cruciatu edebatur; nunc ortus citra ærumnam, laboriosamque ægritudinem cōtingit. Tunc ex carne caro nascebatur; at quod nunc ex vtero funditur, spiritus ex spiritu est. Tunc filij hominum generabantur, nunc filij Dei in lucem edimur. Tunc ex caelo in terram dilabebamur; nunc caelestis magister in caelos nos euehit. Tunc per peccatum mors regnabat; nunc ex diuerso, iustitia per vitam imperium obtinet. Vnus tunc ostium ad mortem patefecit; per vnum nūc tutus vita inducitur. Tunc per mortem ex vita excidimus, nunc mors per vitam occumbit. Tunc praerubore sub sicu latebamus; nunc per gloriam ad vitam lignum liberum accessum habemus. Tunc propter excussum obedientiae iugum ex Paradiso proscripti fuimus; nunc denique per fidem in Paradisum inferimur. Nunc rursus vitam fructus, quod liberè, & cum voluptate eo fruamur, nobis proponitur. Nunc iterum quadripartitus ille Paradisi fons, per Euangeliorum fluentia ductus, vniuersam Ecclesiae faciem irrigat, animarumque nostrarum sulcos inebriat.

Quos verbi seminator doctrinae aratro profcindit, multiplicisque virtutum fructus, fructusque hinc colligit. Ecquid igitur propter haec nos facere par est? Quid aliud, quā laetitia, & exultatione amulari montes illos, vallésque, de quibus Propheta; Mōtes, inquit, exultauerunt vt arceres, & colles sicuti agni onium. Venite ergo, exultemus domino; qui inimici vim fregit, magnūque, ob aduersarij interitum, crucis trophæum nostri causa erexit. Iubilemus Deo; iubilus est, laeta, faustaque acclamatio, vā victoribus contra, deuictos, bellōque prostratos deprompta. Cū igitur inimici acies, ceciderit, & ille ipse, qui in nequissimum dæmonum exercitum imperium sequebat, excellerit, euauerit, & in nihilum, redactus sit, dicamus: Quia Deus magnus dominus, & Rex magnus super omnem terram; qui benedixit coronae anni benignitatis suae, & congregauit nos ad spiritalem hanc chorū stationem, in Christo Iesu Domino nostro; cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

S. EPIPHANII ARCHIEPISCOPI CONSTANTIAE CYPRI, DE DEI, & DOMINI, & SALVATORIS NOSTRI IESU CHRISTI SEPULTURA, deque Ioseph ab Arimathia, & Christi descensu ad inferos, qui post salutarem illum per passionem accidit, Oratio.

Theodoro Peluano interprete.

Quid hoc rei est? Plurimum hoc die silentium in terris obtinet. Ecquid sibi vult tantum hoc silentium? tanquā ubique quies? Ne alitū hodierno die passim siletur. Cur ita? Rex regum dormit. Cur terra, quasi stupefacta, conticet, & conquiscescit? quia Deus nostri causa homo factus, summum cepit, hoc est, mortem secundum carnem obiit. Quin ipse quoque infernus contremiscescit? Quādoquidem Deus, qui paululum obdormierat, eos, qui a seculo dormierant, ex inferis exuscitatum descendit. Quo nunc abierte turbæ illæ, insanæque voces, & impij tumultus, qui contra Christum seuebant? vbi nunc sunt populi seditione æstantes? vbi militares acies, & ordines? vbi arma, & hasta? vbi Reges, & Pontifices? vbi iudicio obnoxij iudices? vbi lampades, & enses, inconditique promiscuae turbæ clamores? vbi nunc plebis fremitus, tutaque custodia? Verè, verè, iterumque, atque iterum verè populi meditati sunt inania, planæque stolidæ. Cōsuetari cum angulari lapide voluerunt, & contriti sunt. Allister se feri fluctus ad solidam petram, durūque saxum, & in spumam euannerunt. Confictati sunt cum inuicta incude; verum ipsi collisi, diffractique sunt. Sustulerunt petram in lignum; at ipsa praeecepta acta, illos oppressit, mortēque multauit. Laqueis magnū illum Samsone, Solemque Christum cōstrinxerunt; at, vinculis æternis solutus, in quos Philistæos pessum dedit. Christus Deus Sol sub terram subiit, & tenebras tetra nocte obfcuriores Indies effudit. Hodie iis, qui in terris, & iis rursus, qui a seculo sub terris degebat, salus affulsit; hodie vniuerso aspectabili, & in aspectabili

Et ad lo... huius... in... Christi... quod...

Et ad lo... huius... in... Christi... quod...

Et ad lo... huius... in... Christi... quod...

Et ad lo... huius... in... Christi... quod...

In pascha...

In pascha...

In pascha...

stabili mūdo, sanitas, & incolumitas obtriguit. Hodie geminus Christi domini nostri aduentus, gemina æconomia, gemina clementia, duplex descensus & condescensus, & duplex tandem eiusdem visitatio ob oculos nobis ponitur: Deus namque ex caelo sese demisit in terrā, hinc rursus sub terram descendit. Parent nūc inferorum portus, vos proinde, qui a seculo somno oppressi tenebamini, surgite, & exultate. Qui in tenebris, & in ymbra mortis quondam desideratis, magnū illud lumen excipite. Hodie cum seruis versatur dominus; cum mortuis Deus; cum mortalibus vita; cum reis, mortisque obnoxiois, ab omni noxa, & poena immunit; Cum iis, qui degebant in tenebris, lux noctem ignorans; cum captiuis, libertatis assertor, & vindex; cum iis, qui in imo positi erant, iis, qui caelis omnibus celsior existit. Christus in terris est, fide ipsi praestemus; Christus apud mortuos peregrinatur, vñ huc cum illo descendamus; dicamus illius quoque loci mysteria; obseruemus occulta occulti Dei admirabilia sub terra. Quid iis etiā, qui apud inferos detinebantur, praedicatum sit, condiscamus. Sed nunquid, ais, Deus apud inferos degens, omnes, qui istic versabantur, seruauit minime, sed eos tantum, qui inter cæteros, fide ornati erant. Hæc ea præcipue se prodiderunt, quæ erant æconomiae; hodie ea palam facta sunt, quæ sunt potestatis. Hæc obtinebant, quæ erant infirmitatis; hodie, quæ auctoritatis. Hæc, quæ humanæ naturæ; hodie, quæ diuinæ. Hæc Seruator flagris, & colaphis cædebatur; hodie diuinitatis splendore inferorum domicilium verberat. Hæc vinculis constringebatur; hodie vinculis, quæ solui nequeant, Tyrannum innectit. Hæc ad mortem cōdemnabatur; hodie iudicio obnoxios libertate donat. Hæc improbi Pilati ministri insoniti illudebant; hodie inferorum ianitores iniuste illusum conspiciat, terrore examinatur. At per passionis Christi rationem, alitū aliquanto repetitū audit. Audito, & laudato; audito, & gloria extollito; audito, & magna Dei miracula predicato. Audi, inquam, & cognosce, quomodo lex cedat, & gratia se prodar. Quomodo figuræ, & typi præterlabantur, & veritas annuntietur. Quomodo vmbrae facescant, & sol terrarum orbem sua luce perfundat. Quomodo verus instrumentum antiquetur, & nouum firmetur. Quomodo tandem vetera omnia abscedant, & noua in veterum locum succedant. Duo tempore illo, quo Christus patiebatur, populi in Siō coierunt, Iudæorum vnus, Gentium alter. Duo itidem Reges, Pilatus, & Herodes. Duo summi sacerdotes, Annas, & Cayphas. Duo paschata, alterum finem; alterum exordium faciens; hoc Christi, illud Iudæorum. Duo secundum eandem noctem sacrificia; prout duplex quoque salus conciliabatur: vna viuentium, altera mortuorum. Iudæorum cæcus non absque cæde ligabat, & immolabat agnum, gentium autem populus Deum incarnatum; Iudæi intenti erant ad ymbra; qui verò ex paganismō erant, oculus ad solem, hoc est, ad Deum defixum habebant. Hæbræi Christum ligatum; abs se amandabant; at, autem ex gentibus ortum ducebant, amandatum prompto, alacrique animo excipiebant. Iudæi pecude litabant, Gentēs autem Dei corpus offerebant. Iudæi de mum Israelis transitum ex Ægypto recolebant; ex gentibus autem ad Christum adiuncti, suam

ex errore liberationem palam prædicabant; & hoc ipsum in Siō magna illa Regis ciuitate, in qua dominus quasi in terræ meditullio operatus est salutem. In medio Iesus Dei filius, duarum vitam agnitus est; vitam, inquam, quæ & vitæ causa, & è vita procedens, est in medio duarum vitam, patris nimirum, & Spiritus sancti, patefactus est. In stabulo medius inter homines, & Angelos natus est, Tāquam angularis lapis in medio duorum populorum positus est; in medio legis, & Prophetarum annuntiatus est; In medio Moysi & Eliæ in monte visus est; In medio duorum latronum suspensus, ab æquo, bonoque Deus agnitus est, In medio præsentis futuræque vitæ æternus Iudex cōstitutus est; In medio denique viuorum, & mortuorum hodierno die versans, geminam vitam largitur, generationem videlicet, & regenerationem; prout ipse quoque geminum quodammodo ortum sortitus est. Qui autem geminus exortus in Christum cōueniat, audi, & ob rei miraculū plande. Qui Christi Matri Mariæ generatione denuntiabat, Angelus erat, Angelus rursus erat, qui Mariæ Magdalene eiusdem Christi ex sepulchro regeneratione indicabat. Noctū Christus in Bethlehem nascitur; noctū itidem in Siō ex mortuis renascitur. Sepulchrum faxem erat, vbi Christus nascebatur; Specus æquæ faxea erat, vbi ex mortuis renatus est. Fasciæ illius exortum exeperunt, & hic quoque fasciæ, quibus inuolueretur, non defuere. Myrrham suscepit natus; myrrham rursus, & aloë suscepti in sepulchrum illatus. Ibi adfuit Ioseph Mariæ maritus; est matrimonium consuetudinem cum ea nō habuit; hic etiam Ioseph ab Arimathia desideratus non fuit. Partus in Bethlehem editus in præsepel depositus est; in sepulchro itidem perinde ac in quodam præsepel collocatus est Christus. Primi, qui Christi Domini natiuitatem enuntiauerunt, suere pastores; primi rursus, qui Christi ex mortuis resurrectionem publicè vulgauerunt, extitere communes omnium pastores, nempe Christi discipuli. Ibi Angelus; Aue, virgini Matri intonuit; hic magni concilij Angelus Christus, mulieribus clara voce; Auet, dixit. In primo ortu Christus Dominus, post quadraginta dies in terrestri Hierusalem templum ingressus, primogenitorum more, par tururum Deo obtrigit, in secundo quoque, hoc est, in sua ex mortuis resurrectione, idem ille Christus Dominus post quadraginta dies, ad supernā illam Hierusalem, a qua nunquam alioqui secesserat, ascendit; ingressusque in vera illa Sacta sanctorum, tāquam incorruptus ex mortuis primogenitus, corpus, & animam, quasi duos impollos turtures, Deo Patri obtulit; quæ etiam antiquus ille dierum Deus, veluti Simeon quispian, haud secus intra incircumscripum sinum suum, atque inter vlnas excepit. Quod si iis, quæ de Christi resurrectione obiter hic nunc exposita sunt, veluti fabulosis, fidem accommodare obstinatè detractaueris, ipsa Domini monumenti signacula, quæ post mysticam Christi regenerationem, integra adhuc, & il-labefacta comperta sunt, duritiæ & vanitatis te redarguant. Quæ admodum enim Christus Iesus, naturalibus virgineæ naturæ claustris omnino integris, vteroque materno vndiquaque clauso, ex virgine in lucem prodiit; ita idem ille, sepulchri signaculis nequaquam referatis, ex mortuis surrexit. Cæterum quomodo Christus, qui est

Vna ad numerum in unum est vita, sicut in quibusque natura, qui sunt genera hypostases ex seipso integre illam seruum: Vnus inter Patres & Spiritū sanctum modicumque inter duos vitas à D. Epiphano consensu assensur.

greget, qui supernè ætatem agebant, is suapte natura clemens, & benignus est. Ibi victus distinguitur, mortalium omnium absolute primus Adamus, qui vnus etiam inter omnes reos infimum locum tenebat. Ibi Abel primò immolatus, primusque inter pastores, iustus; qui cæde, quam iniuste pertulit, Christum pastorem designabat. Ibi Noë, magnæ Christi, & Dei Ecclesiæ typus, arcæque architectus, quæ effrænatas, belluinasque gentes, ex impietatis diluuiio, per columbam; hoc est, per Spiritum sanctum seruaui, terramque coruam diabolum inde expulit. Ibi Abraham Christi parens, & victimarius, qui victimam ter felicem, hoc est, mortalem immortalem, ense non ense Deo obtulit. Ibi victus agebat Isaac, qui ab Abraham quondam in vincula petitus, Christum adumbrabat. Ibi apud inferos Iacob subtristis infernè, qui ante propter Ioseph, mæstus fuerat supernè. Ibi Ioseph captiuus asseruabatur, qui carceri in Aegypto mancipatus, & paulò post inde exemptus, Aegyptique Dominus declaratus, Christi figuram præ se ferebat. Ibi apud inferos in densis tenebris versabatur Moyses, qui apud superos in caligine vixerat Thebis. Ibi nempe in inferno Daniel, iterum, vt ante in lacu infimo. Ibi infernè in corruptionis, mortisque lacu Hieremias, qui aliquando degerat in lacu cænofo supernè. Ibi in capacissimo illo inferorum receptaculo iacebat Ionas, in typum, & figuram Christi, qui est Ionas æternus, omne excedens æuum, vt pote viuens in sæcula, & in sæculorum sæcula, & amplius in æternum.

Rom. 1. Ibi Dauid Dei parens, ex quo secundum carnem, natus est Christus. Et quid dico de Dauide, Iona, Salomone, cum magnus ille, imò verò Prophetis omnibus maior Ioannes Baptista, ibi quoque vitam ageret, Christumque quasi in obicuro vtero adhuc inclusus, iis omnibus, qui in inferno detinebantur, palàm annuntiaret. Vnus hic enim duplex præcursor extitit, duplicisque præconis munus obit: alteri apud superos, & viuos; alterum apud inferos, & mortuos: nam ex Herodiano carcere, ad publicam illam, communemque inferorum custodiam, vbi tam iusti, quam iniusti, qui à seculo dormierant, asseruabantur, ablegatus est. Cæterum vniuersi Prophetæ, & iusti omnes, indefessas preces secretò inde ad Deum transmittabant (nec non à tristi illa hostiliq; nocte, & pœnis plena obscuritate, liberari ardentè, obnixèq; expebant. Et hic quidem Deum ita alloquebatur; De ventre inferi, audisti vocem clamoris mei. Alius; De profundis clamaui ad te, Domine, Domine, exaudi vocem meam. Alius; Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Alius; Qui sedes super Cherubim, manifestare; excita potentiam tuam, & veni, vt saluos nos facias. Alius; Citò anticipent nos misericordiæ tuæ, Domine. Alius; Eruiisti ex inferno inferiorem animam meam. Alius; Educ, Domine, de custodia animæ meam. Alius; Non dereliques in inferno animam meam. Alius; Subleuabis de corruptione vitam meam, Domine, Deus meus. Horum autem omnium voces, ter misericors Christus audiens, haud æquum iudicauit, iis tantum clementiæ suæ viscera pandere, qui illius ætate, vel vnà cum ipso in viuis agebant; verum iis etiam benignè faciendum existimauit, qui ante aduentum eius ad inferos ablegati, in tenebris, & in vmbra mortis desidebant.

Hiere. 37.

Rom. 1.

Communis hic inferorū carcer seruantur in diuersa loca, que omnia si non spatio, qualitate certe inter se differunt.

Iona 2.

Psal. 130.

Psal. 79.

Ibidem.

Psal. 78.

Psal. 85.

Psal. 141.

Psal. 139.

Iona 2.

Ea propter vt Deus Verbum, homines in carne adhuc degentes visitauit per carnem, intelligente anima informatam; ita animas è corporum ergastulis iam exemptas, per diuinam, impollutamque animam, corpore quidem exutam, diuinitate autem nequaquam destitutam, apud inferos inuicit. Age nunc festinemus, & vel mente ad loca illa inferna descendamus, vt videamus, quomodo ibi Christus ingenti vi, & robore victoriam contra tyrānorum dominatum, & vim obtineat. Quomodo idem rursus, immortales illos cohortium ordines, nulla suorum exercituum manu, aut opera prorsus adhibita, fulmine suo sternat, totiq; populo suo subingat. Quomodo tandem vt oitium existit, imperua illa ostia è medio submoueat, portæque ligno nullo compactas, per crucem confringat, & vinctos æternos per diuinos clauos coterat, & vinculis, quæ Dei manus astrinxerant, indissolubiles illas catenas veluti liquatam ceram dissoluat; & lancea, quæ Dei latus pupugerat, cor carnis expertis Tytauni perforaret; & cælestium denique manuum neruis, qui cruce perinde, ac arcu quopiam tensi fuerant, hostiliū arcuum vim, roburque frangat, penitusque comminuat. Sanè, si tacitè, quietèque pone consecutus fueris, è vestigio conspicabere, vbi, & quomodo Tyrannum liget; vbi caput illius suspendat; quomodo carcerem suffodiat; quomodo victos educat; quomodo serpentem proterat; vbi caput eiusdem suffigat; quomodo Adamum liberet; quomodo Euam erigat; quomodo medium maceriaz parietem soluat; vbi, & quomodo terrum, acerbumque Draconem condemnet, quomodo inuicta trophæa statuatur; quomodo mortem perimat; quomodo interitum, & corruptionem corrūpat; quomodo tandem hominem in pristinum dominatum, & dignitatem restituat. Igitur qui heri non absque diuina dispensatione Angelorum legiones recusabat, & ad Petrum; Postquam modò plus, quam duodecim Angelorum legiones, hic sistere, inqueiebat, hodie, vt Deum, & Dominum, & inuictum belli ducem decebat, contra infernum, & mortem, & mortis Tyrannum per mortem descendit. Non iam duodecim tantū corporis expertium, immortalūque exercituum, & inaspectabilium ordinum legiones ponè sequentes habens; verum millia millium, hoc est, innumeram Angelorum, Archangelorū, Potestatum, Thronorum, Thronorum ordini non adscriptorum, Alatorum, alis carentium, vndiq; oculatorum, oculorum sensu nullo ventium, cælestium spirituum, & ordinum multitudinem secum ducens: Qui Regem, & Dominum suum honorifice comitatu deducant, frequentiq; & ornato fatel litio cingant; non qui illum contra iniuriam propugnent, aut muniant, absint. Quali enim Omnipotens præsidio egeret? Aderant igitur illi Christo, sicuti nunquam quoque eidem adesse, desinunt) tanquam instructum quoddam, ornatūque satellitium, tanquam illustres, & expediti milites; itaque diuini, dominicique Regni sceptiferi, & ministri? qui debitam consuetudinem domino suo operam, ministeriūque præstent; atque, vbi aliquid vel solo nutu ab eo imperatum fuerit, illud miro se inuicem studio præuenientes, summa celeritate in opus deducant; nec non vt contra communes hostes, & Tyrannos, acies suas victoriæ assuetas dirigat. Quamobrem, cum Deus,

Christus in manu sua, per carceres, animas in inferno detinet, vt perat, vt iustitiam, tra. Cal. monum. tom.

Christus se resurrexerat, domum in sinum dignitate resurrexerat, contra. Nic. teres.

Deus, & Dominus noster, ad inferna illa, terræque centro finitima à sæculo dormientium domicilia, rectà iam descendere; quò & compeditos solueret, & ab æuo dormientes inde educeret, illi veluti quidam prompti, expeditique cursores, honoratiq; comites, vnà cum illo ad subterraneas illas cauernas, cæcisque speluncas descenderunt. At verò posteaquam illustris ille, cælestisque cæcus, vnà cum Domino ad carceres vndiq; aditu præbentes, solèq; & luce carentes sedes, inferniq; tecta, ac profundas illas, obscurasque specus deuicit, dux exercitus Gabriel, quasi iam læta nuntia hominibus deferre assuetus, cæteros anteuertens, vocem modis omnibus Euangelicam, planèque militarem, & granem, & quiddam leoninum sonantem, contra aduersarias virtutes edidit, ait autem, *Tollite, principes, portas vestras.* Post hunc suclamit Michaël, *Et eleuamini, portæ æternales.* Hinc virtutes intonant; facessite hinc improbi portarum custodes. Mox potestates non absque potestatis significatione; constractæ diffilite indissolubæ catenæ: Alius rursus; Erubescite, & confundamini nefarij hostes. Alius item. Expauescite iniqui tyranni. Quemadmodum autem horrenda, inuictaque, & præpotente Regis cuiuspiam acie ingruente, horror, & tremor; tumultusque, & merus dolore plenus, in diuersæ factionis Domini hostes, qui tanto robori se opponere non audent, repente cadit; ita nunc quoque propter admirabile illum, inopinatumque Christi; ad inferos descensum, ingens quidam stupor, & mentis hebetudo, in inferni mancipia exemplo quasi fulmine ista inuasit: maxime verò, dum supernarum illarum virtutum vultus viderunt, cælestiumque exercituum voces, veluti tonitrua quædam clamantes, & imperantes audierunt, *Tollite portas, principes, vestras.* Tollite ex ipsis fundamentis, cradicata, transferte, neque vnquam posthac amplius claudite. *Tollite portas, principes, vestras.* Non quasi Dominus, qui hic præsto est, clausis ianuis, si velit, ingredi non queat; verum quia vobis fugitiuis seruis æternarum portarum sublationem, translationem, & comminationem imperare mauult, quam vel per seipsum eas aperire, vel per oclusas prodigiosè transmittere. Quare etiam non vestri ordinis plebeis, verum iis, qui principes apud vos esse videntur, mandat dicens; *Tollite portas, principes, vestras,* vestras, inquam, quia in posterum non aliorum, sed vestrum tantum principes eritis. Et si enim hucusque in eos, qui à seculo dormierant, dominatum se de exercueritis, posthac tamen, neque illorum, nec aliorum quoque principes eritis; sed vestrum tantum, imò ne vestrum quidem ipsorum principes deinceps eritis. *Tollite portas,* adest enim Christus cælestis illa ianua. Et, qui inferni vincula protriuit, viam pandite. Dominus nomen illi: Domini sunt exitus portarum mortis: Introitū ad mortem vos fecistis; Dominus autem, quò exitum hinc faciat, è cælo aduenit. Idèoque tollite portas, principes, vestras: Tollite, & nolite cunctari: Tollite, & maturate: Tollite, & nolite differre. Quòd si quid hinc prorogandum existimabitis, ipsismet portis, vt sponte sua, nullam vim manuum expertæ, sese submoueat, imperabimus. Dum hæc autem non absque comminatione edicuntur, Virtutes; tollite vos, portæ æternæ inclamant. Et ecce è vestigio portæ cer-

Psal. 78.

Psal. 78.

Psal. 78.

nuntur sublata, catenæ, vinctesque constracti, seræ excullæ, carceris fundamenta emota, aduersæ virtutes in fugam actæ. Et alius quidem alium impellebat; alius alium impediabat; alius alium ad fugam capeffendam incitabat. Cohorruerunt, commoti sunt, consternati sunt, turbati sunt, immutati sunt, conturbati sunt, steterunt, & obstupuerunt, tremuerunt; & anxie hæserunt. Et hic quidem ore diducto hians stabat; alius vultum genibus tegebat; alius pronus terram spectabat; alius quasi emortuus obrigescebat; alius stupore detinebatur; alius quasi fulmine ictus; totusque immutatus, humi prostratus iacebat; alius per fugam intrò se recipiebat. Cæterum, vbi Christus dynastarum capita conterere, eorundemque vim contundere, & frangere cœpit, rei insolentia grauius commoti insurrexerunt, frænòque ori permisso, non sine fastu, & ita ita intonuerunt. Ecquis est ille tantus, qui cum tot tantisque, tot, tantaq; mirabilia hic inceperat? Ecquis est iste Rex gloria, qui nunc eiusmodi in inferno designat, cuiusmodi nulla vnquam in illo designata sunt? Ecquis est ille, qui hinc eos nunc educit, qui à seculo hic compediti fuerant? Ecquis est ille, qui nunc inuictum robur nostrum soluere, infractamque audaciam nostram comprimere tentat? Ad quas domini virtutes clara, sonoraque voce: Vultis, inquirunt, discere quis sit ille Rex Gloria? *Dominus fortis, & potens est. Dominus potens, & fortis, & in prælio inuictus est.* Hic ille est, qui vos, o miseri, improbiq; tyranni, è cælorum conuexo abiecit, æternòque exilio multauit. Hic ille est, qui in Iordanis flumine vestra, hoc est, draconum capita contriuit. Hic ille est, qui per crucem vos despoliauit, enervauit, & in triumphum egit. Hic ille est, qui vos ligauit, tetrisque tenebris inuoluit, & in abyssum ablegauit. Hic ille est, qui vos è cælo in ignem æternum, gehennæque incendium præcipites egit, extremæque interneconi dedit. Cum itaque res ita habeat, posthac ne cunctemini, neque hæreatis; verum festinate, & vinctos, quos malè hucusque affligitis, educate. Vestrum robur, vestrumque imperium posthac viribus carebit. Vestra tyrannis iam finem fecit. Vestra superbia, & arrogantia iam dissoluta concidit. Dirus vester fremitus labefactatus subsedit. Vestra randem vis prorsus calcata, & protrita iacet. Eiusmodi dictis domini Virtutes, virtutibus aduersis insultant, simulque omnes operi sese accingunt. Et alij quidem carcerem ex ipsis fundamentis suffodiunt: Alij aduersantes virtutes, quæ ex superioribus receptaculis, ad inferiora sese receperat, insequuntur: Alij subterraneos cuniculos, locaque munita, & latentes specus percrutantur, percurruntque: Alius alium hinc inde erutum, vinctum Domino sistit; Alij tyrannum ligant; Alij eos, qui ab initio in vincula petiti fuerant, solvunt; Alij leges, & præcepta promulgant; Alij iussa expeditissimè capeffunt; Alij, domino ad interiora carceris se conferente, quasi viam præmonstraturi præcurrunt: Alij eundem tanquam Deum, & Regem suum, non sine victoriæ symbolis ponè insequuntur. Alij aliud in domini gratiam munus obeunt. Istis porrò vniuersis, & aliis præterea multis ad eum modum apud inferos perfectis, proclamatis, diuulgatis, & agitat; & propè iam esset, vt dominus ipsa infimorum infima prehenderet; Adam ille, qui ante omnes homines conditus, formatusque fuerat, Bibl. Hom. tom. 2. D D d d 3 mortif-

mortisque debito, primo omnium sese obstrinxerat, atque ob id magna quoque cura, & diligentia in ergastulo omnium infimo vinculis oppressus iacebat, domini ad captiuos ingredientis pedes animaduertit, vocéque in carcere ambulantis agnita, ad eos, qui vnâ cum ipso iam inde ab initio vincti istic detinebantur, conuersus ait; Sonitum pedum cuiusdam, viam ad nos affectantis haurio. Si is huc accedere, nosque inuisere dignaretur, omnes haud dubiè à vinculis, quibus distinemur, liberi mox euaderemus. Si illum cernere, corâque conuenire liceret, omnes statim ex hoc inferni carcere eximeremur. Cum hæc autem, aliâque similia ad omnes, qui eadem, qua ipse, condemnatione obstricti tenebantur, Adamus diceret, ecce dominus victoriosum crucis signum præ se ferens, ad illos ingreditur; quem vbi protoplastas Adam vidit, pectus præ stupore, reique miraculo tundens, ad omnes, qui à seculo dormierant, sublata voce, clamat: dominus meus cum omnibus est. Christus portò sermonem excipiens, tecumne sum, Adame, inquit; manûque humi iacentis apprehensa, statim illum erexit, dicens; Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus; hoc est, ego Deus tuus; tui enim causa, factus sum filius tuus. Hinc ad eos, qui in vinculis erant, conuersus, cum potestate, & imperio dixit; liberi solutiue exite. Ad illos verò, qui in tenebris sedebant, illuminamini; Ad eos autem, qui dormiebant; exurgite. Ad Adamum autem denuo reuersus, ita ait: Tibi, Adame, qui altum hæctenus stertis, vt surgas, iubeo. Neque enim ea de causa te condidi, vt inferni vinculis perpetuò detinerere. Exurge ex mortuis, ego sum vita mortalium, surge, plasma meum; & figmentum meum; surge, forma, & imago mea; nam ad meam imaginem, & similitudinem quondam es efformatus; Surge, surge, eamus hinc; tu nanque in me es, & ego vicissim in te. Vna indiuulsa persona sumus ambo. Propter te filius tuus factus sum; Propter te, qui dominus eram, tua, qui naturali seruitute premebaris, forma me vestiui; Propter te, qui cælis omnibus celsior sum, in terram descendisti, & hinc rursum sub terrâ me demissi; Propter te hominem, factus sum homo, quasi sine adiutorio inter mortuos liber: tui causa, qui è Paradisi orto excideras, in orto à ludæis traditus sum; & in orto rursum cruci affixus sum. Vide sputa ori, vultuique meo cohærentia, quæ propter te excepisti; nempè quò in pristinum decus, & gloriam te restituerem. Vide colaphos maxillis meis impactos; quos ea de causa patienter sustinui, quò formam tuam humi prostratam, ad primam imaginem & similitudinem instaurarem. Vide dorsum meum flagris concisum, quæ æquo animo ob id pertuli, quò pondus peccatorum dorso tuo impositum dissipatè. Vide manus meas clauis confixas, quas propter tuas, quæ nequiter ad lignum interdicitum se extendent, in ligno crucis clementer extendi. Vide pedes meos confosios, lignoque, propter pedes tuos, qui malè ad lignum ecurrerant, affixos. Sexto die mortis sententia in te pronuntiata est; sexto rursum die te reformauit, tibi que ad Paradisum, ostium aperui. Propter te fel degustauit, quò amaram voluptatem, quam è dulci elca haueras, sanarem; degustauit etiam acetum, nempè quò acerbum illud, naturæ que aduersum mortis, quam debebas, poculum euas-

Ephes. 5

Hæc referenda sunt ad naturam ex Adamo à Verbo assumptam, sicut multa alia, quæ hinc consequuntur. Phil. 2. 7.

Sexto die Adam paradiso expulsum, nescio ex qua traditione sic desumptum.

cyarem. Accepi spongiam, quò peccati tui chirographum delerem. Accepi & calammum, quò generi humano libertatis chirographum scriberem. In cruce obdormiui, latusque aperitum rhomphææ obiecti, quò nimirum latere meo, lateris tui vulnus, qui in Paradiso dormieras, Euamque è latere tuo emiseras, sanarem; meoque somno te ex inferni sopore educerem; & rhomphæa illa tandem, qua punctus sum, versatilem illam, ancipitemque rhomphæam, contra te erectam, sauientemque sedarem. Quò reliquum est ergo, surge, eamus hinc. Exegi te de terrestri Paradiso; ergo restituo te iam non amplius in Paradiso, sed in cælestem thronum. Interdixi tibi, ne typicum vitæ lignum attingeres; & ecce nunc ego ipse, qui mortem subij, totus in vitâ, vitalémque escam tibi cedo, ordinaram Cherubim, quò feruorum more te custodirent, & obseruarent; nunc eadem ordino, & constituo, quò te vt Deum venerentur, & adorent. Abscondisti te à Deo, quia nudus eras; at nunc verum in te Deum abdidisti. Indueras pelliceam confusionis tuæ tunicam; nunc autem Deus sanguinea carnis tuæ tunica se induit. Quamobrè surgite, eamus hinc, à morte ad vitâ; surgite, eamus hinc, à mortalitate ad immortalitatem; Surgite, eamus hinc, è tenebris ad æternam lucem; Surgite, eamus hinc, à dolore, & tristitia ad gaudium, & lætiam; Surgite, eamus hinc, à seruitute ad libertatem; & carcere ad supernam Hierusalem; è vinculis ad Deum; à violentia illa, acerbaque captiuitate, ad Paradisi delicias, à terra in cælum. Ob id enim mortem oppetit, & resurrexi, quò viuorum dominarer simul, & mortuorum. Surgite proinde, & eamus hinc; cælestis enim Pater iam olim ouem expectat perditam. Quin & nonaginta quoque nouem oues, hoc est, Angeli conserui sui, Adami aduentum autè præstolantes, inter se dicunt: Aliquandòne surget? aliquandòne ascendet? aliquandòne ad Deum reuertetur? Cherubici throni præparati sunt; Qui stant, prompti, & expediti ad sunt; Præparatus est thalamus; præparata epulæ; præparata æterna tabernacula; & præparata sempiternæ mansiones, bonorum omnium thesauri aperti sunt; Præparatum ante secula cæleste Regnum. In summa, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, eiusmodi bona hominem istic expectat. Cùm hæc, aliâque eiusmodi Dominus diceret, surrexit cum illo Adamus, qui hæctenus in inferno detentus fuerat; surrexit vnâ etiam Eva; surrexerunt tandem multa quoque Sanctorum, qui iam inde ab initio dormierant, corpora, quò nimirum Domini resurrectionem, quæ post triduum accidit, illustrem, testatamque facerent. Quam nos quoque fideles alacri pectore excipiamus, & expendamus, obuiiisque vlnis, & animis complectamur. Cum Angelis choros ducamus, cum Archangelis festum celebremus, cû cæteris omnibus Christu Iesum, qui nos è morte, & corruptione exsuscitauit, laudemus, & celebremus. Ipsi sit gloria, & imperium, cum immortalis Patre, & ter sancto, & viuifico, & consubstantiali spiritu, in omnia secula seculorum, Amen.

Christus in cruce in cælesti throno sedens, cuius lateris tui vulnus, qui in Paradiso dormieras, Euamque è latere tuo emiseras, sanarem; meoque somno te ex inferni sopore educerem; & rhomphæa illa tandem, qua punctus sum, versatilem illam, ancipitemque rhomphæam, contra te erectam, sauientemque sedarem.

Hæc ad Christum referenda sunt ad naturam ex Adamo à Verbo assumptam, sicut multa alia, quæ hinc consequuntur.

Erphes. 5. Hæc referenda sunt ad naturam ex Adamo à Verbo assumptam, sicut multa alia, quæ hinc consequuntur.

S. IOAN

S. IO. CHRYSOSTOMI Episcopi Constantinop. in eodem festo, Oratio.

Theodoro Peltano interprete.

Commode conuenienterque hoc die, omnes cum B. Dauid personamus: quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Ecce enim aduenit desideratum illud salutare festum: dies nimirum resurrectionis domini nostri Iesu Christi. Quæ vnâ, & pacis est argumentum, & reconciliationis causa, & hostium interregio, & mortis dissolutio, & diaboli clauitas. Hodie homines societatem inuenit cum Angelis. Hodie corpus induti, cum virtutibus corporeæ concretionis expertibus iuncti, hymnos, laudesque Deo persoluunt; Hodie diaboli tyrannicæ euerfa est; Hodie mortis vincula soluta sunt; Hodie inferni victoria absorpta est. Aptè proinde conuenienterque hodie prophetiam illam vocem depromimus: Vbi est mors stimulus tuus? Vbi est victoria tua inferne? Hodie dominus noster Iesus Christus æneas portas confregit, ipsamque mortis personam aboleuit. Equid dico mortis personam sustulisse; cum ipsum quoque mortis vocabulum labefactari? Neque enim animi à corpore discessus, mors amplius appellatur, sed dormitio, vel somnus. Sanè ante Christi aduentum, crucisque œconomia, vel ipsum solum mortis nomen terrore incutiebatur. Quare etiam primus homo, magni supplicij loco eiusmodi sententiam audiuit; Quacunque die comederis ex illo, morte morieris. Quin & Beatus Iob quoque; quietis nomine mortem designat. Mors, inquit, viro requies. Propheta autè Dauid peccatorum mortem pessimam pronuntiat. Imò verò non modò diuulso illa animæ à corpore, mortis vocabulo designatur, verum etiam inferni. Audi Patriarcha Iacob; Deduceris canos meos cû mœrore ad inferos. Audi alium ea de re vatem; Infernus dilatabit animam suam. Facis huc etiam illud Propheta Davidis: Liberafti ex inferno inferiori animam meam. Mitto alia: nam vetus testamentum transitum ex hac vita, hoc est, mortem, crebrè ad modum infernum appellat. At quia Christus dominus noster semetipsum nostri causa in sacrificium obtulit, & ex mortuis denuo resurrexit, suaque resurrectione viam nobis ad resurrectionem munivit pro sua clementia, ipsa etiam inferni, & mortis nomina sustulit; nouamque & quodammodo extraneam politiam in vitam induxit. Emigrationem namque ex mortali hac vita, dormitionem, vel somnum potius, quam mortem appelladam existimauit. Et vnde hoc habes? inquis; ex ipsiusmet Christi oratione, ait enim; Lazarus amicus noster dormit, sed vado, vt à somno exsuscitem eum. Vt enim nobis per facile est dormientem expergefacerè; ita communi omnium Domino, mortuos exsuscitare. At, quia noui, & peregrinum quadantenus erat, quò à Christo dicebatur, ne ipsi quidem discipuli prius, quò dictum fuerat, allequebantur, quàm is ad illos infirmitatem se se demittens, planius illud exponeret. Quin & communis orbis doctor beatus Paulus, vbi ad Thessalonicenses scribit, eodem illo locutionis genere vitur, ait namque: Nolumus vos ignora-

re, fratres, de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. Et alio rursum loco; Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt; Item: Nos autem, qui viuimus, & residui sumus, non præueniemus eos, qui dormierunt. Et paulò ante huic locum; Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit; ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Discis hinc, mortem, dormitionis vocabulo passim exprimi; illamque, quæ ante cruce, formidabilem vultum præ se ferebat, nunc post resurrectionem facile contemni. Discis hinc equè præclarum resurrectionis trophæum; per hanc enim innumera nobis bona obtigerunt. Propter hanc, mortem despiciatui habemus, & tantum non deridemus. Propter hanc, præsentem hanc vitam flocci facimus. Propter hanc, mentis desiderio in futura bona ferimur. Propter hanc, corpus induti, (siquidem studium adhibere voluerimus) tantum consequimur, quantum incorporei spiritus. Hodie nobile illud communis victoriae nostræ festum obimus. Hodie namque dominus noster Iesus Christus, illustri trophæo aduersus mortem erecto, tyrannidique diaboli per resurrectionem calcata, planèque euerfa, ad salutem viam nobis aperuit. Omnes proinde gaudeamus, & exultemus, chorosque & festum diem agitemus. Nam, etsi dominus noster solus vicerit, trophæumque ereperit, lætitia nihilominus, & gaudium sunt nobis cum illo communia. Siquidè omnia propter nos, nostramque salutem operatus est. Cæterum, per quæ diabolus primò nos strauit, per eadem etiâ Christus illum deuicit. Eadem, inquam, panoplia illa, qua diabolus genus nostrum inuaserat, & debellauerat, Christus, certamine contra illum inito, Diabolum vicissim pestum dedit. Quomodo autem, audi: Nostræ calamitatis, & gladii symbola fuere; Virgo, lignum, & mors. Nam & Eva virgo erat; quando enim seducta est, necdum cum viro commercium habuerat. Lignum erat discretionis arbor: mors supplicium, in Adamum constitutum. Ecce quomodo virgo, & lignum, & mors calamitatis nostræ organa extiterint. Cerne nihilo fecius, quomodo eadem illa victorie nostræ instrumenta extiterint. Pro Eva fuit Maria: pro ligno autem scientiæ boni & mali, lignum crucis; pro morte verò Adami, mors Domini. Intelligis hinc Diabolum iisdem omnino armis ab homine expugnatum, quibus ipse hominem expugnauerat. Per lignum diabolus debellauerat Adamum; per crucem vicissim Christus prostravit diabolum. Et illud quidè lignum ad inferos ablegabat; at crucis verò lignum, ex inferis illos reuocat, qui èo ablegati quandoque fuerant. Illud Adamum veluti caprinum, & nudum abscondebatur; hoc autem victorem nudum, clausisque in sublimi suffixum, omnibus palam ostendit; Adam tandem eos etiam in mortis condemnationem coniecit, qui longo post tempore ipsum cõsecuti sunt; Christus autem illos quoque à morte exsuscitauit, qui multa ante illum secula mortem obierant. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Per mortem facti sumus immortales. Hæc crucis sunt stratagemata; hæc euidentiissima resurrectionis indicia. Hodie Angeli, vniuersæque cælestes Virtutes choros ducunt, deque communi humani generis salute, magno citra contouersiam gaudio exultant; Nam si Angeli in cælo gaudent super vno peccatore, pernitentiam

Exaggerationem quædam supit.

E. Virgo Maria nostræ resurrectionis instrumentum extitit.

Phil. 2. 7.

Luca 15.

tentiam agente; multò sanè magis super totius orbis terrarum salute lætantur. Hodie Christus humanam naturam à tyrannide Diaboli liberatam, in pristinæ dignitatis, nobilitatisque locum denuò restituit. Etenim cum naturæ meæ primitias, morte tot partibus superiorem euasisse confidero, vim illius amplius non metuo; hostis impetum amplius non expauesco; in similitudinem meam amplius non specto; specto autem immensam illam virtutem, quæ, ut opem ferat, præsto est. Qui enim mortis tyrannidem debellauit, omnemque illius vim fregit, quid in posterum pro cognato genere non est effecturus? Qui formam nostram pro sua ingenti clementia assumere non dubitauit, perque illam contra Diabolum in arenam descendit, quid nostri causa posthac non præstabit? Hodie vbiq; terrarum gaudium, & spiritualis lætitia obtinet, Hodie Angelorum cætus, omniumque supernarum virtutum multitudo, propter hominum salutem exultat. Perpende, dilecte, quanta huius gaudij sit magnitudo, cum ipse etiam superna, cælestisque virtutes vnâ nobiscum gaudeant, festumque diem agant. Congaudent enim, & congratulantur nostris bonis, nostræque felicitati. Nam, etsi singulare hoc Dei Opt. Max. beneficium, nostrum sit proprium, reddidit hinc nihilofecius in illos nonnulla quoque oblectatio. Quamobrem haud turpe ducunt, publicum, sollemnemque conuentum pariter nobiscum celebrare. At quid dico, conuersos lætum festumque diem nobiscum agere non erubescere; cum ipse etiam illorum, nostrorumque omnium Dominus, non verecundetur nobiscum epulari, diemque festiuum celebrare. Imò verò tantum abest, ut huius illum pudeat, ut auidè quoque hoc ipsum desideret. Vnde hoc tibi constat, ait? Audi quid ipse dicat; Desiderio desiderari hoc pascha manducare vobiscum. Iam, si pascha vnâ nobiscum manducare desiderat, simul vitæ & diem quoque festum agere. Cum ergo videas non solum Angelos, & Archangelos, & vniuersum cælestium virtutum cætum; sed ipsum etiam Angelorum Dominum lætam, festamque lucem communiter nobiscum agitare, quid excusationis reliquum est, quò minus tu quoque lætum, hilarémque vultum sumas? Nemo proinde ob rerum inopiam, deiecti hoc die sit animi; festum hoc enim spiritale est. Nullus rursum opibus affluens, propter diuitiarum copiam se extollat: siquidem nihil pecuniarum ad hoc festum adferre valet. In externis solennitatibus, publicisque cõuiuiis, vbi magna externi cultus, sumptuumque, & apparatus mensæ ratio, & cura haberi solet, pauper non iniuria animo deiecitur, meroreque, & anxietate constringitur: diues è diuerso gaudio, & voluptate perfunditur. Cur ita? quia diuitiis abundans, preciosa veste sese ornare, mensamque opulentiorē instruere, & apponere potest: pauper autem inopia impeditus, eum vestium splendorem, epularumque ambitionem, & magnificentiam, ostentare non valet. Hic autem nihil est tale; nulla enim omnino difficultudo locum in hac re habet. Vna mensa apponitur pauperi, & diuiti; seruo & libero. Quare si diues fueris, nihil plus habebis paupere; si inops, nihil minus diuite? Quandoquidem spiritualis epuli huius fructus, propter paupertatem non minuitur: Diuina enim gratia, & liberalitas est, quæ hic dominatur; ea autem personarum discrimi-

Deus vnâ cõ
homine festu
diem agit.
Luc. 22.
Matth. 26.
Marc. 14.

men non spectat. Et qui d dico eandem diuitibus, & pauperibus mensam proponit? cum vna etiam, eademque apponatur diademate redimito, & purpurato, supremoque orbis dynastæ, & mendico ad publicam eleemosynam exposito. Enimuerò spiritualia dona eiusmodi sunt, vt non distribuantur secundum externæ dignitatis qualitatē, sed secundum internam animorum dispositionem, liberamque illius, qui distribuit, voluntatem. Eadem fiducia, eodemque honore, & fructu, ad diuinorum horum mysteriorum vsum, & communionem accedit pauper, & imperator. Quid dico eodem honore, & fructu accedit huc vterque? Sæpenumero inops maiori operæ pretio, maioriq; fiducia ad has epulas accedit, quam summus mundi monarcha. Quid ita? Quia rex, vel summa alias autoritate in republica ornatus, rerum mole pressus, multisque negotiis, & casibus vndique vallatus, quasi in æstuantii pelago constitutus, omni ex parte fluctuum se inuicem excipietum aspergine humectatur: & quod hinc consequitur, multis subinde peccatis contaminatur. Pauper autem ab iis omnibus immunis, deque solo necessario alimento sollicitus, quietam, negotiisque curiosis expertem vitam ducens, veluti in tranquillo portu nauigans, cum magna plerumq; pietate, & religione mensæ huic sese adiungit. Neque istud solum affligit, verum aliunde quoque diuersæ molestiæ iis procreantur, qui circa secularia cõiuiua, & festa occupantur. Neque enim splendidus mensæ apparatus pauperem hic tantum cruciat, diuitem contra recreat, gaudiòque, & lætitiâ delibatum reddit; sed nitidus quoque corporis cultus, sumptuosusque vestium ornatus. Vnde quod pauperes hæc in re patiuntur propter mensam, hoc ipsum etiam sustinent propter indumenta. Cum enim inops diuitem magni pretij stola indutum conspicatur, dolore ex cruciatus, miserum seipsum clamat, suamque fortunam millies execrat. Hic autem ea etiam animi consternatio, & ægritudo sedem non habet; Vnum enim omnibus vestimētum, salutarēque indumentum inicitur: Quotquot, clamat Paulus, in Christo baptizati estis, Christum induistis. Omni proinde rubore, & verecundia posthabita, festum hoc festiuè obeamus: sensumque, & mentem muneribus, quæ per Christi gratiam nobis obuenerunt, dignam assumamus; nec non, nuntio ebrietatis, gulaque in vniuersum misso, Christi Domini nostri munificentiam, & liberalitatem animo pertractemus. Quandoquidem is diuites, & pauperes, seruos itidem, & liberos pari honore affecit, communēque in omnes promiscuè donū effudit. Quapropter æquum est, vt benefactorem de singulari illa erga nos beneuolentia, & gratia, alioua saltē parte remunerare studeamus. Compensatio autem idonea fuerit, vitæ conuersatio ipsi non ingrata, animique sobria, & expectata. Hoc præsens festum, hic publicus conuentus, non eget pecunia, aut vlla alia impensa; sed bona tantum voluntate, puraque mente, & conscientia. Nullum est operæ pretium, vt aliquid corporeū, aut pretio cõemptum huc adferamus; mētis oculos ad ea tantum conuertamus, quæ sunt spiritualia, nempe ad orthodoxam diuinorum eloquiorum explanationem, ad pias sanctorum patrum preces, ad sacerdotum benedictiones, ad diuinorum, secretorumque

Spiritualia
na nō
bonitas
dignitas
secundū
ad an
spolium

in miori
dum, &
et opus
in quibus
si quis
si quis
si quis

Diuina
gratia
nuit.

rumque mysteriorum communionem, ad pacem, & concordiam; ad alia tandem eiusmodi spiritualia dona, quæ largitoris munificentia sint non indigna. Celebremus itaque festum hoc, in quo Dominus surrexit. Surrexit enim, & terrarum orbem secum pariter exulcitauit. Et ille quidem surrexit, mortis vinculis disruptis; nos autem exulcitauit, peccatorum nostrorum catenis dissolutis. Peccauit Adam, & mortuus est: Christus non peccauit, & mortem subijt. Res noua, & planè paradoxa. Ille peccauit, & vita defunctus est; hic non peccauit, & æquè nihilominus mortuus est. Cuius autem rei causa, & propter quod illud? nimirum vt is, qui peccarat, & mortuus fuerat, per eius, qui non peccarat, mortem, à mortis vinculis liber euaderet. Eiusmodi quippiam in pecuniariis quoque debitis vsu interdum venit. Debet, exempli causa, aliquis alicui certæ æris summam; cum eam autem pendere non queat, conijcitur in vincula: alius porro nihil quidē debens, constarum tamen debitum exolvere valens, contractum alienum æs, alterius nomine soluit, eaque ratione debitorem à vinculo, quo obstrictus tenebatur, absoluit. Tale quid est, quod inter Adam, & Christum intercessit. Debebat Adam mortem, & vinculis detinebatur à diabolo: Christus autem, neque quicquam debebat, nec ab vllò quoque vinculis detinebatur. Venit nihilofecius, & pro mortis debitore exoluit mortem, quò illum à mortis laqueis expedit. Dicit hinc illustre, planèque egregium dominicæ resurrectionis fructum; discis insignem Domini clemētiam, & benignitatem; discis curæ, & prouidentia eiusdem magnitudinem. Ne igitur tantum benefactori ingrati simus, neque decurso iam, absolutoque ieiuniorum stadio, solito negligentius nos geramus. Quin potius maiorem nunc, quam antea vnquam animæ curam, & sollicitudinem impendere studeamus; ne, carne fortè saginata, impinguatæque, spiritus infirmior euadat. Aut, ne ancilla lautius, accuratiùque curata, domina ipsa in cõtemptum veniat. Dic, quæso, quæ utilitas fuerit, ventre distente, penèque disrupto, mediocritatis limites trāsire? Constat namque, eiusmodi immoderationem, & corpus grauius lædere, & animæ nobilitatem vehementer obscurare. Eo proinde contenti simus, quod & sat est, & naturæ conseruandæ simpliciter necessarium est: ne, si secus faciamus, quæ per ieiunium collegeramus, vno quasi momento simul effundamus; animoq; simul, & corpore decori numeros perturbemus. Non inhibeo omnem animi relaxationem, aut corporis voluptatem, abijt: Hortor autem, vt corporis necessitate honestè expleta, superuacaneas dapium illecebras præcidatis: ne quando, iustam mensuram transcendentes, animæ dignitatem offendatis. Neque enim is, qui necessitatis metas trāsilit, veræ alicuius voluptatis sensu potitur, vt optimè norunt illi, qui eius rei periculum aliquando fecerunt. Imò verò innumeræ morborum species, multæque molestiæ, & animi ægritudines plerumque hinc oriuntur. At quòd vos adhortationi meæ obsecuturos cõpertum habeam, (noui enim vestram in parentum facilitatem, animique prõmptitudinem) nunc ad eos orationis filum conuertere lubet, qui lucida hac nocte, Baptismatis gratiam consecuti sunt: nempe ad elegantes illas, nouellæque Ec-

clesiæ plantas; ad vernantes illos, spiritalesque flores, ad Christianæ militiæ tyrones. Nudiustertius Christus Dominus pendebat è cruce; at nunc ex mortuis resurrexit ad vitam. Pari modo isti ante hesternum diem sub peccati iugo adhuc detinebantur: nunc verò vna cum Christo consurrexerunt. Ille rursus fecundum corpus, mortem obiit, corporeque exulcitato, ad vitalem auram denuò redijt: Hi autem paulò antè ob peccatum, morti tenebantur obnoxij; nunc verò à peccati fordibus expediti, vnâ cum Christo surrexerunt. Et quidem terra, & grata hæc æris temperies, rosas, lilia, aliòque eiusmodi flores proferunt; aquæ autem floridum, terræque ipsa multò amoenius pratum hac luce nobis ostendunt. Nec mireris, dilecte, si ex aquis florentia prata prodeant: neque enim terra ab initio propria vi, herbarum germina fundebat; sed Domini sui mandato oblectata, eiusdemque virtute fecundata. Quin ipsæ etiam aquæ per idem tempus, animantia, quæ se mouerent, produxerunt. Nam, vbi primum audirentur. Producant aquæ reptile animæ viuētis, quasi præcepti vim assecuta inanima natura, è vestigio viua animantia protulit. Idem illud Dei præceptum, hoc ipso quoque tempore eadem vi pollens, omnia conficit. Tunc non absque diuina virtute, & iussione aquæ reptile animæ viuētis producebant; nunc non reptilia, sed spiritualia charismata fundunt. Tunc vndæ brutos pisces effundebant; nunc verò Apostolorum opera motæ, & agitata, spirituales mentesque, & ratione ornatos pisces proferunt: Venite post me, ait Dominus, & faciam vos fieri piscatores hominum. Nouus sanè, & inuitatus piscandi modus: nam ceteri piscatores, quos capiunt pisces, ex aquis eijciunt, eaque ratione, quicquid piscantur, extingunt: nos autem Apostolorum exemplo captos in aquas injicimus, & vita potiuntur. Exibat apud Iudæos olim aquæ piscina: Verum quò inde Iudaicarum rerum tenuitatem: hinc verò nostram opulētiam perspectiorem habeas, discere quàm exigui roboris illa extiterit. Illic, vt exponit Euangelista, Descendebat angelus, & turbabat aquam, & qui primus descendisset post aquæ commotionem, integram sanitatem cõsequabatur. Descendit porro Angelorum Dominus in Iordanis fluuenta, aquæque naturam sanctificans, vniuersum terrarum orbem sanauit. Ibi, qui post primū descendisset, non sanabatur: (Iudæis enim tanquam infirmis, humique adhuc repentibus, pusilla gratia obtigit.) Hic autem post primum, secundus etiam descendit, & post secundū tertius, & quartus. Et quamuis decem millia, vel terrarum orbem vniuersum, in spirituales hos latices injicias, gratiam non absumes, donum non exhauries, vndas non inficies, Domini liberalitatem non diminues. Hinc tu iam doni magnitudinem collige. Audite, qui hodierna luce, & nocte hac, in supernam illam Hierusalem ciues adscripti estis; rerum vestrarum satagite: curamque, & cautionem donorum magnitudini parem adhibete, quò hac ratione vberiorē gratiam attrahatis. siquidem animi, de beneficiis antè obtentis, gratitudo Domini liberalitatem acuit, & prouocat. Non licet tibi dilecte, promiscuam vitam in posterū ducere. Quamobrem, quò omnia posthac accuratè conficias, leges, & regulas tibi præfigas, multumque circa illa quoque, quæ alioqui commu-

Gen. 7.

Aqua baptis-
matis mira ef-
fectus.
Matth. 4.

Ion. 5.

commu

communia videntur, studium, & diligentiam prætegeras. Tota enim præfens hæc vita aliud nihil est, quam perpetuum quoddam certamen, iugilque lucta, ad hoc æquum est, ut omnes illi, qui in hoc virtutis stadium semel ingressi sunt, ab iis omnibus sese contineant, quæ hunc cursum remorari poterant: Omnis enim, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere. Non vides, quantum in gymniciis certaminibus sui curam habeat, qui cum hominibus certamen susceperit? quantaque abstinentia corpus exerceat, exercitiumque demonstret? Ad eum itaque modum, & hic quoque fieri consentaneum est, quia non est nobis colluctatio cum hominibus, sed cum spiritibus nequitie. Nostra autem exercitatio, & continentia sit spiritalis: nam & arma, quibus Dominus noster nos induit, sunt spiritalia. Habeat proinde oculus suos canones, & fines, ne temerè statim in quodvis obuium feratur. Habeat lingua suam iridem septum, ne mentem antecurrat. Nam ob id dentes, & labra linguæ præstruckta sunt, ne ipsa vnquam inconsultè per obitum erumpat, verum rursus impetum sistat, dum ea, quæ ad manus illius ritè obeundum pertinent, rectè constituentur. Iis porò constitutis, tum demum cum omni ornatu, & decore procedat, eaque in medium adferat, & proloquatur, quæ audientium gratiam, & benevolentiam conciliate ipsosque edificare valeant. Quin incompositus quoque ritus, inaccessibilisque plus nimio incitatus, summopere cauere & vitari debent. Paucis, qui in virtutum palæstram descendit, eum in omnibus, & per omnia compositum, & quasi a certis numeros reductum esse decet: Siquis de externa membrorum compositio honesta, imago, & quasi certus quidam index est interioris constitutionis animi. Quod si ab initio ad eiusmodi vitæ consuetudinem, nosmetipsos composuerimus, sensim progredientes, citra difficultatem, omnem virtutis viam percurramus, paruoque labore magnum nobis de cælo momentum adsciscemus. Hac enim ratione præfens vitæ fluctus, & tempestates, tuto licebit transmittere, laqueisque diaboli superatis, sempiternis illis bonis tandem aliquando potiti, gratia, & clemètia Domini nostri Iesu Christi, cum quo Patri simul, & Spiritui sancto sit gloria, imperium, & honor, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

EIVSDEM IOANNIS
Chrysoſtomi Episcopi Constantinopolitani, oratio catechetica in sanctum Pascha.

Eodem interprete.

Si quis religiosus, si quis pius, si quis Dei amans se sit, præclara hac solennitate fruatur. Si quis seruus æquus, & gratus est, in Domini sui gaudium lætus ingrediatur. Si quis ieiunio defatigatus est, denatio nunc potatur. Si quis à prima diei hora operi insudauit, iustam hac luce laboris mercedem capiat. Si quis post tertiam venit, cum gratiarum actione festum hunc diem celebret. Si quis post sextam accessit, animo ne pendeat: nullum hinc enim detrimentum capiet. Si quis ad

nonam vsque oriose cunctatus est, accedat, de iusto stipendio nihil hæsitans. Si quis ad solam undecimam attingit, ob tarditatem ne consterneretur. Cum enim Dominus summe liberalitatis existeret, suscipit perinde vltimum, ac primum; hoc est, æquè illum solatur & recreat, qui ad undecimam laborare cœperat, atque eum, qui à prima diei hora operi intentus fuerat. Postremi miseretur, primum demeretur: Huic præstat, illi liberaliter donat: opus honore, animi propositum laude prosequitur. Omnes proinde in gaudium Domini vestri introite; primi, & vltimi pactam laboris mercedem capeſſite. Pauperes, & diuites vnà inter vos choros ducite. Studiosi, & ignaui festam hanc lucem honoratè: Qui ieiunastis, & qui manducastis, hodiernum hunc diem lætum ducite. Mensa plena est, genialiter viuite omnes. Vitulus pinguis, & magnus est, nemo famelicus hinc abscedat. Omnes benignitatis illius opibus fruamini. Nemo ob inopiam lamentetur: offert se enim commune regnum. Nemo ob delicta, quæ patrauit, desperet; venia namque ex sepulchro exorta est. Nemo posthac mortem pauet, siquidem Saluatoris mors ab hoc metu nos liberauit. Nam, dum iniuste à morte detineatur, mortem extinxit. Qui ad inferos descendit, infernum malè multauit: eundemque, dum carnes illius degustat, exacerbauit, maior' mque in modum conturbauit. Atque hoc dudum antè proclamarat. E. Isaias. Infernus, ait, subter conturbatus est in occursum aduentus tui. Exacerbatus est, qui delusus est. Arripuit corpus, & incautus incidit in Deum. Comprehendit terram, & offendit in cælum. Corripuit, quod videbat, & decidit, vnde non videbat. Vbi nunc, mors, stimulus tuus? ubi nunc victoria? tuta, inferne? Surrexit Christus, & te deiicit: Surrexit Christus, & ceciderunt demones: Surrexit Christus, & lætantur Angeli: Surrexit Christus, & nullus mortuorum in monumentis reliquus est. Christus enim surrexit à mortuis, primitiæ dormientium. *Ipsi sit gloria, & imperium in sæcula sæculorum, Amen.*

VICTOR ANTIOCHENUS
in idem Euangelium.

Et cum transisset Sabbatum, Maria Magdalena. Postquam Dominus resurrexerat, venit Angelus Domini, & submouit monumenti lapidem. Submouit autem à sepulchri ostio grande illud saxum propter mulieres, quò nimirum sepulchrum à corpore vacuum cernentes, Angelum veid in illo sedere coram conspicantes, eum, quem quærebant, ex mortuis resurrexisse certò crederent. Ad tempus verò, quo mulieres ad monumentum venere, quod artinet, Matthæus Mariam Magdalenam cum altera Maria vespere Sabbati ad sepulchrum venisse scribit. Lucas verò vna Sabbati valde diluculo. Ioan. autem vna Sabbati manè, cum tenebræ adhuc essent, hoc est, illo tempore, quo nox iam decedens ad diem inclinare videbatur, Mariam Magdalenam ad monumentum venisse asserit. Potest autem hæc temporis constitutio & vespere Sabbati vocari, & vna rursus Sabbatorum valde diluculo. Quin Marcus quoque, vna Sabbatorum valde mane dicens, nocturnas horas etiam tum adhuc obtinuisse subindicat. Certum est

est autem, omnes omnino, qui vnam sabbati dixere resurrectionis diem significare voluisse. Matthæus itaque vespere autem sabbati, dicens, resurrectionis exordium exprimit: siquidem Iudeorum Sabbatissimus, omniſque illorum solennitas & festum à vespere initium facit. At quia in quibusdam Euangelij Marci exemplaribus habetur: *Surgens autem Iesus manè prima Sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalene, &c.* hoc autem illi aduersari videtur, quod legitur apud Matthæum: (hic enim vespere Sabbati Dominum resurrexisse scribit) propterea comperti sunt, qui hunc Marci locum à fallariis vitium existiment. Verum ne ad id hic confugere videamur, ad quod cuius confugere procliuè est, Marci contextum vno duntaxat cõmate ab ea, quæ offert, difficultate vindicare possumus. Itaque locum hunc Euangelistæ ita legamus, vt proximè post vbi Iesus, virgulam subiiciamus, ad hunc modum: *Surgens autem Iesus; mox verò subdamus: Manè prima Sabbati, apparuit primò Magdalene, ita vt illud: Surgens autem Iesus, reiciamus ad id, quod apud Matthæum de vespere Sabbati legitur; tunc enim ipsum resurrexisse credimus.)* Quod hinc autem consequitur, nempe illud: *Manè prima Sabbati, &c.* (quòd alteram sententiam aspiciunt) ad sequentia transmittamus. Marcus ergo Mariam Magdalenam Iesum, quem Matthæus vespere sabbati exulciscitum cõmemorat, manè vidisse narrat. Hoc ipsum eo ipso quoque Ioannes cõfirmat, quòd Magdalenam manè, cum tenebræ adhuc essent, illum conspexisse affirmat. Euangelistæ proinde duo tempora insinuant: vnum, in quo Dominus surrexit, quod est vespere sabbati: Alterum, in quo apparuit, quod est manè prima sabbati. *Et respicientes viderunt lapidem reuolutum.* Neque hoc quoque, quòd mulieres, quæ summo mane ad Iesu sepulchrum sese contulerant, interea dum respectant lapidem à monumento reuolutum vidisse hoc loco narratur, illis aduersantur, quæ apud Matthæum ea de re leguntur; scribit is autem in hunc modum: *Vespere autè sabbati, quæ luceſcit in prima sabbati, venit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulchrum. Et ecce terramotus factus est magnus: Angelus enim Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem; & sedebat super eum: Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius sicut nix. Nam dum mulieres anxie, vt est apud Marcum, inter se disquirunt & disserunt, & *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* dicant, illo tum temporis necdum deuoluto, Angelus è cælo descendit, saxumque à monumento submouit; atque ita respicientes, lapidem ex insperato reuolutum viderunt. Quòd autem ab Angelo reuolutus fuerit, hoc Marcus reticuit: quia Matthæus iam antè illud exposuerat. Denique licet Matthæus Angelum super lapidem sedisse scribat, Marcus verò mulieres, postquam in monumentum ingressæ fuerant, iuuenem stola candida coopertum à dextris sedentem vidisse narret, adhuc nullo vero dissidio hi Euangelistæ inter se pugnant: siquidem contingere potuit, vt illum ipsum Angelum, quem secudum Matthæum fulguris more splendens candidoque vestitu instar niuis micantem lapidi insidentem viderat, posteaquam iam in monumentum intrauerat, quasi vicinè præuenit, nec non à dextris se collocantem conspexerint. Quem quoque Angelum Marcus in iuuenis schemate visum asserit. Nam*

Matthæus, qua forma à mulieribus cõspectus fuerit, non exponit. Quod ergo à Matthæo prætermisum fuerat, hoc Marcus expleuit. Non nescimus autem esse, qui varias visiones contigisse dicant & doceant, eaque ratione omnem, quæ se inter Euangelistas offerre videtur, diaphoniâ e medio tollant. Aiunt itaque, alias esse mulieres, quarum fit mentio apud Matthæum: alias rursus, quarum apud Marcum. Addit Mariam Magdalenam, propter incensum erga Christum studium, omnibus se adiunxisse, eaque de causa vni illi diuersas visiones obtigisse. Scribunt tandem tempora, quibus à mulieribus ad monumentum ventum est, ab Euangelistis diuersa assignari. Secudum illos igitur, alij alias mulieres, alia tempora, alia referunt visa. Atque ita vnus Euangelista, quod ab aliis dictum, vel scriptum fuerat, non euerit. *Nolite expauescere, Iesum queritis, &c.* Primum omnium omnem animi metum mulieribus eximi oportuit, ac tum demum de Christi resurrectione verba ad eas facere. Angelus itaque ante omnia omnem pauorem illis adimit: Nam & forma, in qua apparuit, læta erat, adeoque aliquod non omnino obsecurum resurrectionis symbolum præ se ferebat, & verbis præterea blandis illas compellebat, aiebat enim: *Iesum queritis Nazarenum crucifixum. Nò erubescit crucifixi nomen: hoc vno enim nomine & re omnium bonorum nostrorum summa continetur. Surrexit.* Vnde hoc notum? quia non est hic. *Ecce locus, vbi posuerunt eum.* Propter hoc enim, nimirum quòd locum, vbi positus fuerat, vacuè demonstrare possent, lapidem sustulerat. *Sed ite, dicite, discipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galileam.* En alius quoque resurrectionis mysterium denuntiare iubet: Hoc autem id, quod Angelus mulieribus denuntiabat, maxime credibile efficiebat. *Et Petro.* Per hoc quòd rei huius indicium Petro vult fieri, admonet illas, eum, qui propter negationem antè reiectus videri poterat: nunc per & propter penitentiam denuo assumptum, & inter ceteros Apostolos eque atque antè rursus numeratum. *Præcedet vos in Galileam.* Rectè in Galileam, non etiam in Hierusalem: per hoc enim ab omni difficultatis & discriminis formidine illas absoluit, idque cum ob alia, tum verò præcipue, ne metus fidem illarum plus iusto conturbet. *At illa exentes fugerunt de monumento.* Et si Maria Magdalena & Maria Iocobi, & Salome aromata præparauerant, attamen, si Eusebio Cæsariensi fides est, non sunt tres illæ eæ, quæ ortu iam sole ad monumentum venerunt, sed alia innominata. Multæ enim erant, quæ vnà cum Christo Hierosolymam ascenderant. Illæ verò, quæ secudum Marcum, exorto iam sole, ad sepulchrum venerunt, erant admodum simplices & imperfectæ. Quare etiam non noctis, sed manè ad monumentum veniunt. Ad hæc cum ab Angelo audiissent, *ite, & annunciate discipulis eius, & Petro, statim fugerunt, neque quicquam omnino ex iis, quæ in mandatis acceperant, ceteris patefecerunt: metuebant enim, neque fidem quoque, quam oportebat, visioni habebant.* Et quia tales erant, neque quæ Saluatoris viderent, neque quæ Angelum instar fulguris fulgentem, aut duos Angelos in monumento sedentes, aut duos viros iuxta, vt Lucas narrat, *Cap. 24.* astantes conspicerent, dignè visæ sunt. Viderunt autem quendam tantum iuuenem alba stola amictum, hoc est, visionem animi illorum exilitati & simpli

Hæc opinio non est improbabilis.

Petrus per penitentiam recuperavit ordinem et magistrum suam.

simplicitati planè conformem. Secundùm Eusebium igitur Marcus non de Magdalena; sed de aliis incerti nominis mulieribus hæc narrat. Neque enim fieri potest, addit idem, vt Magdalena post tantas res visas, orto demum sole, ad monumentum veniret, aut, quis lapidem reuolueret, anxie inquireret. Nò desunt tandem, qui Euangelistas iis, quæ in Christi resurrectione acciderunt, non interfuisse dicant, adeoque vnumquemlibet ex illis simplicissima narratione ea tantùm complexum, quæ ex tantis illis, quæ præter omnem spem euenerant, audierat: Diuino interim spiritu rem omnem ita ordinare & administrante, vt omnibus palam constaret de resurrectionis miraculo, ceterisque omnibus fidei mysteriis simpliciter, omni prorsus curiositate anxique disputatione seclusa, scripsisse & docuisse. Illud ipsum tamen ea sapientia & cautione, vt nunquam verè pugnantiæ prædicauerint, aut literis mandauerint.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hippon. in die sancto Pasche,
Homil. 1.

Non quo, fratres charissimi, quod mente concipio ore proferre, & cordis mei lætitiã lingua non explicat. Hoc autem non solum ego patior, qui cupio narrare, quæ sentio, sed etiam vos mecum partimini, plus exultantes in conscientia, quã in eloquio proferetes. Videtur mihi hæc dies cæteris diebus esse lucidior, sol mundo clarior illuxisse, astra quoque omnia, vel elementa lætari, & quæ patiente domino, proprium lumen retraxerant, & noluerunt creatorem suum aspicere crucifixum, ecce nunc victorem illum, & ab inferis resurgentem nouo claritatis suæ venerantur obsequio. Credit cælus, credit terra, & sagena, quæ totum mundum piscata est, Iudæos tenere non potuit. Hæc est dies, quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea. Quomodo Maria virgo mater domini inter omnes mulieres principatû tenet, ita & inter cæteros dies hæc omnium dierum mater est. Rem nouam dico, sed quæ scripturarum vocibus comprobatur. Hæc dies vna de septem, & extra septem est. Hæc dies, quæ appellatur octaua. Vnde & in quibusdam Psalmorum titulis superscribitur pro octaua. Hæc est, in qua synagoga finitur, & ecclesia nascitur. Hæc est in cuius numero octo animæ seruatae sunt in arca Noe. Et quid mihi necesse est infinita replicare? dies me deficiet, si voluero omne diei istius exponere sacramentum, hoc tantùm dico, quòd vniuersa sabbati gratia, & antiqua illa festiuitas populi Iudæorum diei istius solennitate mutata est. Illi in sabbato non faciebant opus seruire, nos in die dominica, hoc est, in die resurrectionis opus seruire non facimus, quia peccatis, & vitis nò seruiamus. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Illi de domibus suis non egrediebantur, & nos de domo Christi non egredimur. Sumus enim in ecclesia. Illi non accendebant ignem in die sabbati, nos econtrario accendamus in nobis ignem spiritus sancti, & omne vitium excoquamus peccatorum. De quo igne dominus ait: Ignè veni mittere in terrã, & quid volo nisi vt ardeat? Desiderat dominus istum ignem ardere in nobis, secun-

Serm. 136. de temp.

Psal. 117.

Psal. 6. & 11. Cant. 7.

Evad. 20. Iuan. 8.

Luc. 12.

dum Apostolum: Spiritum sanctum seruire, vt non refrigescat charitas Dei. Illi per diem sabbati non ambulant in itinere, perdidicunt enim eum, qui dixit: Ego sum via: Nos autem dicimus: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Et iterum: viam veritatis elegi, & viã iustificationum tuarum doce me. Illi de spinis dominum coronauerunt: nos autem si fuerimus lapides pretiosi, nostrum dominum coronabimus. Caput Imperatorum seculi istius ornant diademata, nos ideo in capite nostri regis imponimur, vt ornemur à capite. Illi non receperunt Christum, & suscepturi sunt Antichristum: nos recepimus humilem filium Dei vt habeamus postea triumphantem. Et ad extremum, nosler hircus ante dominum immolatur in altari, illorum hircus Antichristus cõspurus, & maledictus proicitur in solitudinem. Nosler latro cù domino ingressus est paradisum, illorum latro homicida, atque blasphemus moritur in suo peccato. Illis Barrabas latro dimittitur, nobis Christus occiditur. Pro quibus vniuersis, fratres charissimi, consono pariter voce cætēmus: Hæc est dies, quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea. Igneam illam rhomphæam, & paradisi ianuam, quam nullus potuit effringere, hodie Christus cum latrone refraxit. Hodie dixit Christus ad angelos: Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino. Quæ cùm semel aperta est, nunquam credentibus clauditur. Ex eo tempore, quo passus est dominus vsque ad præsentem diem, hæc porta clausa est, & resecrata: clausa est peccatoribus, & incredulis, resecrata est iustis, & credentibus. Per hanc ingressus est Petrus, per hanc ingressus est & Paulus, per hanc omnes sancti martyres intrauerunt, per hanc quotidie de toto mundo iustorum animæ ingrediuntur. Duæ enim sunt portæ: porta Paradisi, & porta clausa est peccatoribus, & incredulis, resecrata est iustis, & credentibus. Per portã Ecclesiæ intramus in portam Paradisi. Ita ergo debemus viuere, ne eiciamur de domo illa, & eieci foras à bestiis deuoremur, quas in alio loco Propheta formidans commemorans ait: Ne tradas bestiis animam confitentem tibi. Ecce nunc dominus stans in Paradisi ianuã loquitur ad nos, qui sumus in domo ipsius congregati, & dicit: Hæc est porta domini, iusti intrabunt per eam.

EIVSDEM IN EODEM
festo de descensu Christi ad
inferos, Homil. 2.

Passionem vel resurrectionem domini, & saluatoris nostri, fratres dilectissimi, licet omnia veteris testamenti volumina multò ante prædixerint, tamen etiam per os David Prophete spiritus sanctus euidenter ostendit dicens: Deus vltionum dominus, Deus vltionũ liberè egit. Solus etenim ipse liberè egit, qui nobis hodie ostendit quid egerit. Liberè enim egerit, de quo multò antea fuerat prophetarum, quia factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Vultis tamen audire quid egerit? Audite quid fecerit? nulla necessitate, sed propria voluntate in ligno se suspendi permisit, clausis corpore suo perforari non renuit, animam ponendo mortem sustinuit, carnem in sepulchro posuit, & comitante secum anima ad inferna descendit. Per hanc electi, qui quamuis in tranqui-

Sermo 137. temp.

Psal. 97.

Psal. 97.

Mar. 2.

tranquillitatis sinu, tamen apud inferni claustra tenebatur, ad Paradisi amœna reducti sunt. Quod ante passionem dixit, in resurrectione sua dominus impleuit: Si exaltatus fuero, inquit, à terra, omnia traham ad me. Omnia etenim traxit, qui de electis suis apud inferos nullum reliquit. Omnia abstulit, vti que electa. Neque enim infideles deditos, ad veniam dominus resurgendo reparauit, sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide, & adibus recognouit. Vnde rectè etiam per Oseam dicitur: Ero mors tua, o mors, ero morsus tuus, inferne. Id nanque quod occidimus, agamus, vt penitus nò sit. Ex eo autem quod mordemus, partem abstrahimus, partemque relinquimus. Quia ergo in electis suis funditus occidit mortem, mors mortis extitit. Quia verò ex inferno partem abstulit, & partem reliquit, non occidit funditus, sed momordit infernum. Ait ergo: Ero mors tua, o mors. Ac si aperit dicat: Quia in electis meis te funditus petimo. Ero morsus tuus, inferne, quia sublaui meis te in patre transigo. Tunc enim dominus nosler Iesus Christus illum tenebrarum, & mortis principem colligauit, legiones illius perturbauit, portarum inferni vates ferreos confregit, omnes iustos, qui originali peccato stricti tenebantur, absoluit, captiuos in libertatem pristinam reuocauit, peccatorum tenebris obcæcatos splendida luce persudit. Ecce audistis, quòd defensor noster vltionis dominus liberè egerit describitur. Postquam enim exaltatus, id est, à Iudæis in cruce suspensus est, vt hæc breuiter cuncta perstringam, mox vt spiritum reddidit, vnita suã diuinitati anima ad inferorum profunda descendit. Cùmque tenebrarum terminum quasi quidam prædator splendidus, ac terribilis attingisset, aspicientes eum impiæ, ac tartaricæ legiones, terretæ, ac trementes inquirere cœperunt, dicentes: Quisnam est iste terribilis, & niueo splendore coruscus? Nunquam nosler talè excepit tartarus, nunquam in nostram cauernam talem euouit mundus. Inuasor iudice, non debitor, exactor est, non peccator. Iudicem videmus, non supplicem: venit iubere, non succumbere: eripere, nò manere. Vbi iam ianitores nostri dormierunt, cum iste bellator claustra vexabat? Hic, si res esset, tam potes non esset. Si eum aliqua peccata fuscarent, nunquam nostra tartara suo diliparet fulgore. Si Deus, vt quid venit? Si homo, quid præsumpsit? Si Deus, quid in sepulchro facit? Si homo, quare peccatores soluit? Nunquid cum auctore nostro fœdus composuit, aut fortè congressus & ipsium vicit, & sic ad nostra regna ascendit? Certè mortuus erat, certè illusus erat. Præliator nosler nesciuit, quam hic stragem procuraret inferno nexu illa, fallens gaudia nostra, parturiens damna nostra. Per lignum ditati sumus, per lignum euertimur. Perit potestas illa semper populis formidata. Nullus hic viuis intrauit, nemo carnifices terruit, nunquam huic conolentum loco, & nigra semper caligine cæcator iucundum lumen apparuit. Aut fortè sol de mundo migravit? Sed nec cælum, nubes, astraque apparent, & tamen infernus lucet. Defendere contra ipsum custodiam carceris nostri non vallemus. Malè intrauimus, lumen obtenebrare nequimus, insuper & de nostro interitu formidamus. Vnde est iste tam splendidus, tam fortis, tam

præclarus, tamque terribilis. Mundus ille, qui nobis subditus fuit, semper nostris visibus mortis tributa persoluit, nunquam nobis talem misit, nunquam talia inferis munera destinauit. Quis ergo iste est, qui sic intrepidus nostros fines ingreditur, & non solum nostra supplicia non veretur, insuper & alios de vinculis nostris absoluit? An forte ipse est ille, de quo princeps, nosler paulò ante dicebat, quòd per eius mortem, totius mundi acciperet potestatem? Sed si iste est, in contrarium est nostri præliatoris versa sententia, & dum sibi vincere visus est, ipse potius victus atque prostratus est. O princeps nosler, hicne est ille, de cuius tibi semper futura morte plaudebas? Ipse ne est, in cuius cruce omnem mûdum tibi subiugandum esse credebas? Ipse ne est, in cuius exitu nobis tanta spolia promittebas? Quid est quod egisti? Quid est quod facere voluisti? Ecce iam rotas tibi tenebras suo splendore fugauit, & omnes tuos carceres fregit, captiuos eiecit, ligatos, soluis luctus eorum in gaudium commutauit. Ecce ipsi qui sub nostris solebant suspicere tormentis, insulant nobis de perceptione salutis, & nò solum iam nihil verentur, insuper & minantur. Nunquã hic ita superbi erant mortui, nec aliquò sic potuerunt leni esse captiu. Vt quid huc istum adducere voluisti, quo veniente, omnes sunt lætitiæ restituti, qui ante fuerant desperati? Nullus hic iam solitus eorum mugitus auditur, nullus resonat gemitus. Factum est autem captiuus redemptionis commercium. O princeps nosler, illas tuas diuitias, quas primum acquisieras per paradisi amissionem, nunc perdidisti per crucem: perit omnis lætitiã tua, in luctum conuersa sunt gaudia tua. Dum tu Christu suspensis in ligno, ignoras quanta damna sustineas in inferno. Prævidere non poteras, quia euerterem regni tui in mortem sine reatu aliquo perdecebas? Attenderes causam, requireres culpam, in quo nihil mali cognoueras, quare eum ad nostram patriam perducebas? Liberum huc adduxisti, & tot obnoxios perdidisti? Post istas crudelium ministrorum infernalium voces, sine aliqua mora ad imperium domini, & saluatoris nostri omnes ferrei confracti sunt, vates: & ecce subito innumerabiles sanctorum populi, qui tenebantur in morte captiu, saluatoris sui genibus aduoluti, lacrymabili eum voce cum obsecratione deposcunt, dicentes: Aduenisti redemptor mundi, aduenisti quem desiderantes quotidie sperabamus. Aduenisti què nobis futurum lex nuntiauerat, & Propheta. Aduenisti donans in carne viuus indulgẽtiam peccatoribus mundi, solue defunctos inferni. Venisti post longas lachrymas, eripe solus, qui passus es pro nobis. Cæli conditor, ad inferos intrare dignatus es. Te enim nostra vocabant suspiria, te larga requirerant lamenta. Vnde spes desperatis, vnde consolatio in tormentis? In aduentu tuo catena nostra cecidit, nox effugit. Vita veniente, mors moritur, nec tortor instat, nec percussor. Damnati vota capiunt, creator imperat non inuasor. In tyranno catena innectitur, & tortor nosler pœna torquetur. Solue, redemptor mundi, defunctos captiuos inferni. Descendisti pro nobis ad inferos, noli nobis deesse, cum fueris reuersurus ad superos. Posuisti titulum gloriæ in seculo, pone signum victoriæ in inferno. Nec mora, postquam audita est postulatio, atque allegatio inu-

merabilium captiuorum statim à domini iussu omnes antiqui iusti iura potestatis accipiunt atque in suos tortores ipsi protinus tormenta conuertunt, humili supplicatione cum ineffabili gaudio clamantes domino, atque dicentes. Ascende, domine Iesu, spoliato inferno, & autore mortis suis vinculis irretito, redde iam lætitiã mundo. Incendantur in ascensu tuo fideles tui, aspicientes cicatrices corporis tui. Fecit hoc Christus, sicut iam superius dictum est: Facta præda in inferno, viuis exiit de sepulchro. Ipse se sua potentia suscitauit, & iterum se immaculata carne vestiuit. Discipulis suis apparuit, vt dubitationem auferret incredulis. Clauorum vulnera demonstrauit, vt nullam suspicionem relinqueret Manichæis. Manifestè manducauit & bibit; postea vero in conspectu multorum apparuit. Per nubem cælos ascendit, in sede suam carnem ad patris dexteram, vnde nunquam verbum Dei discesserat, collocauit. Exultent ergo populi Christiani, pro quibus sanguis effusus est Christi. Iucundetur in domino, qui resurrectionem carnis solemniter celebramus in Christo. Omnis per totum mundum catholica gratuletur Ecclesia, quia Christus dominus & de sua diuinitate nihil minuit, & hominem quem creauerat liberauit. Vnde exultantes voce humili supplicemus, vt pro quibus ista per tulit cum venit in mundum, liberatos nos de manu inferi attollere seculum dignetur in cælum, cui est gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Ioan. 20.

Act. 1.

EIVSDEM IN EODEM

festo de resurrectione, Homil. 3.

Sermo 138. de temp.

CAudete, fratres charissimi, quia redemptio- nis nostræ precium persolutum est. Non modica quantitate constamus, pro quibus ipse factus est precium, qui redemit. Christus enim dominus, & saluator ideo natus est, vt doceret, ideo mortuus est, vt sanaret. Crux fuit mortifera Christo, sed saluifera Christiano. Surrexit saluator, charissimi, cunctis diuinitatis suæ manifestus iudiciis. Nam secuta sunt eum stellæ post vteram, gloria post sepulchrum. Regressum custodit angelus, qui nunciauerat nasciturum. Reddunt inferna victorem, & superna suscipiunt triumphantem. Sustulit errorem natus, mortem calcavit occisus. Reuocauit ab inferis, quem creauit, in illius cruce precium nostrum pependit regnum. Rediit in lucem creatura cum domino. Lumen enim ex lumine suscipere meruisti, quod cum Christus oculos clauderet, perdidisti. Proiciant superi tenebras, quas saluator inferis denegauit. Congaudeant hic elementa, quæ planxerant, quia Christus de sua maiestate nihil perdidit, & hominem, quæ fecerat, liberauit. Iudæi tamen perfidi, monumenti lapidè signauerunt, vt nõ haberet Christus egressum: sed sicut eum mundus non caput, nec sepultura custodit. Teneatur ibi, sed vbique regnat. Difficile surgeret, si non antequam resurgeret, regnaret. Nam quomodo de sepulchro exire non posset, qui ex incorruptis matris visceribus salua virginitate processit? Refellit custodes, exiliuit de sepulchro, apparuit discipulis ianuis non apertis. Inde clausus exiit, huc exclusus intrauit. Immen- sã maiestatis arcanum, fecit etiam in morte ministerium. Crucifixus rediit ab inferis, & triumphat.

Math. 27.

Luce. 2.

Infer manũ tuam, Thoma, lateri Saluatoris, tan- ge vulnera, quæ nostra peccata fecerunt, scrutare vnde sanguis effluxit, vt nobis sanitatis poculum propinaret. Intuere, Thoma, pretium nostrum, si- gna clauorum diligenter attende, & in ipsis vul- neribus medicamentum, vel thesaurum humani generis recognosce. Nisi hoc ligno figeretur, ligni illius præuaticatio minime tolleretur. Sed ideo se ille percuti voluit, ne nos diutius peccata per- cäterent, Innocentem tradidit, vt reum absolue- ret. Quis tantam digne possit eloqui pietatem? Innocens affligitur, vt noxius liberaretur. Vt redi- matur seruus, occiditur filius. Vt tur pij, & fortis- simi regis officio, dum cicatrices, quas pro salute populi sui excepit, ostendit. Aspice, Pharisei, va- cuum monumentum, & impietatis vestræ cogno- scite sacrilegium. Clauos, quos fixeratis, agnosci- mus, & quem occidistis, adoramus. Videte, quem compunxistis. Poterat fixuras clauorum domi- nus resurrectione sua componere, sed ideo refera- uit, vt, qui hoc sacrilegium commiserant, videat, & confundantur. O crudelissimi Pharisei, impios vos videtis, & perfidos: Vni mors data est, vt om- nibus tolleretur. Sed Christus dominus, quando mortem suscepit, ita corruptionem non sensit, quomodo quando natus est integritatem Mariæ virginitas non amisit. Properate, discipuli, & ac- cepta potestate, per omnes gentes excurrete. Re- nascantur in spiritu, qui nascuntur in carne. Salu- tare lauacrum diluat, quicquid præuaticatio for- didauit. Baptizentur omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, vt impleatur illud, quod scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest intrare in regnũ Dei. Nos vero, charissimi, qui nullis præcedentibus meritis de inferni carcere, & de tenebris æternæ noctis meruimus liberari, ita sobrie, caste, ac pie viuere studeamus, vt stolam baptismi sine aliqua luxuriæ macula integram, illibatamque serua- tes, ad æterni sponsi thalamum, & ad illud cæle- ste, ac nuptiale conuiuium charitate splendidi, bo- norum margaritis operum ornati feliciter veniamus, ipso adiuvante, qui cum patre, & spiritu sancto viuuit, & gloriatur Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Math. 18.

Ioan. 3.

EIVSDEM IN EODEM

festo de resurrectione corporum contra Gentiles, Homil. 4.

Sermo 139. de temp.

PER hos dies sicut recolit charitas vestra, fra- tres, solemniter leguntur Euangelistæ lectio- nes ad resurrectionem domini pertinentes. Omnes enim Euangelistæ quatuor, neque de passio- ne domini, neque de resurrectione tacere potue- runt. Nam quia multa fecit dominus Iesus, non omnes omnia conscripserunt, sed alius ista, alius illa, summa cum concordia veritatis. Multa etiam commemorat Ioannes euangelista facta esse à do- mino Iesu Christo, quæ à nullo aliorum conscri- pta sunt. Tanta facta sunt, quanta tunc fieri de- buerunt: tanta scripta sunt, quanta nunc legi de- buerunt. Vt autem ostendatur Euangelistæ om- nes quatuor in eo quod simul omnes dicunt, & non prætermittunt, id est, de passione, vel de resurrectione Christi non inter se dixisse contraria, valde operosus est labor. Nonnulli enim putave- runt

runt eos inter se esse contrarios, cum essent con- trarij animæ suæ. Et ideo data est opera ab eis, qui potuerunt adiuuante domino, vt ostenderentur inter se non esse contrarij. Sed sicut dixi, si hoc vobis ostendam, & in populo velim ista tractare, multitudo audientũ prius obruitur tædio, quam reueletur sciẽtia veritatis. Sed scio fidem vestram, id est, fidem huius totius multitudinis, & eorum, qui hodie hic non sunt, & tamen fideles sunt: noui fidem eorum sic esse certam de veritate Euan- gelistarum, vt expositione mea non indigeant. Qui nouit quomodo ista defendat, doctior est, non fidelior. Habet fidem, habet facultatem de- fendendi fidem. Alius non habet facultatem & copiam, & doctrinam defendendi fidem, sed ha- bet ipsam fidem. Ille autem, qui nouit defendere fidem, tribuantibus est necessarijs, & eorum, in defensionem enim fidei curantur vulnera dubitationis, vel infidelitatis. Qui ergo defendit fidem, bonus est medicus. Sed in te non est infi- delitatis morbus. Quando ille nouit curare, quod non habes, nouit ille ponere medicamentum, sed in te non est vicium. Non est sanis opus medicus; sed male habentibus. Tamen quis possunt expeditio dici pro tempore, & commodius audiri, subdicere vobis non est consilij. De ipsa resurre- ctione domini, cuius in seipso dominus præmisit exemplum, vt sciremus quod etiam in corpori- bus nostris in fine sæculi sperare debeamus, mul- ti multa disputant, aliqui fideliter, aliqui infideli- ter. Qui fideliter disputant, scite volunt diligen- tibus quid respondeant infidelibus: qui autem in- fideliter disputant, argumẽtantur contra animas suas, disputantes contra potentiam omnipoten- tis, dicentes: vnde fieri potest, vt mortuus resur- gat? Dico ego: Deus est, qui facit, & tu dicis fieri non potest. Non dico: Da mihi Christianum, da mihi Iudæum: sed, da mihi paganum multorum idolorum cultorem, dæmonum seruum, qui non dicat Deum esse omnipotentem Deum non po- test. Quem tu ergo credis? quasi pagano loquor. Quem tu credis Deum omnipotentem, ipsum ego dico mortuorum suscitatorem: Si dixeris, Non potest fieri: derogas omnipotenti. Si autem cre- dis illum omnipotentem, me quare respnis ista dicentem? Si diceremus carnem resurrectionem vt esuriat, & sitiat, vt agrotet, vt laboret, vt cor- ruptionibus subiciatur, merito credere non debe- res. Habet enim modo caro ista has necessitates, vel calamitates. Et hoc vnde: Causa peccatum est, in quo peccauimus, & omnes ad corruptionem nati sumus. Malorum omnium nostrorum causa peccatum est. Non enim sine causa homines ma- la ista patiuntur. Iustus est Deus, omnipotens est Deus, nullo modo ista pateremur, si non merere- mur. Sed cum essemus in peenis, ad aquas veni- mus de peccatis, dominus noster Iesus Christus voluit esse in peenis nostris sine peccatis suis, sus- tinendo sine culpa peccatam & culpam soluit & penam. Culpam soluit peccata donando, pen- nam soluit à mortuis resurgendo. Hoc promisit, & nos in spe ambulare voluit: perseueremus, & ad rem perueniemus. Caro resurget incorrupti- bilis, caro resurget sine vicio, sine deformitate, si- ne onere ac pondere, quam nunc tibi facit tor- mentum, postea tibi erit ornatum. Ergo si bo- num est habere corpus incorruptibile, quare hoc facturum Deum volumus desperare? Philosophi

seculi huius, qui magni fuerunt, & docti, & cæte- ris meliores, animam humanam immortalem esse senserunt, nec solum senserunt, sed quantis po- tuerunt argumentationibus defenderunt, & ipsas defensiones conscriptas posteris reliquerunt. Sunt libri, leguntur. Ideo istos philosophos dixi alijs fuisse meliores in comparatione peiorum, quia fuerunt philosophi, qui dicerent, homini, cum mortuus fuerit, nullam vitam postea remanere, Talibus ille vtiq; præponendi sunt. Et in quo illi meliores erant, quamuis in multis à veritate deuiantes, tamen in quo erant isti superiores, veritatis fuerant propinquant. Hi ergo, qui sense- runt, atque dixerunt animas humanas immorta- les, de malis hominum, de ærumnis, erroribusque mortalium quæsierunt causas, quantum homines potuerunt, & dixerunt sicut potuerunt, præcessit se nescio quæ in alia vita peccata, quorum peccatorum merito ista corpora velut carcerem animæ mererentur. Deinde quæsitum est ab eis, quòd postea, cū fuerit homo mortuus, quid erit. In hoc cõpulerunt ingenia sua, & laborauerunt quantum ingenia potuerunt reddere hominibus rationem vel sibi, vel alijs: & dixerunt, animas hominum male viuentiũ immundas pessimis moribus, cum exierint de corporibus, rursus continuo reuolui ad alia corpora, & pœnas hic luere, quas vide- mus: eas vero animas, quæ bene vixerunt, cum exirent de corporibus, ire ad superna cælorum, requiescere ibi in stellis, & luminibus istis conspi- cis, vel quibuscunque cælestibus, abditisque se- cretis, obliuisci omnium præteritorum malorum; & rursus delectari redire ad corpora, & venire iterum ad ista patienda. Hoc ergo interesse voluerunt inter animas peccatorum, & animas iustorum, quia peccatorum animas de proximo statim eunt exierint de corporibus, dicunt reuolui ad altera corpora, iustorum autem animas diu esse in re- quie, non tamen semper, sed rursus delectari cor- poribus, & de summis cælis post tantam iustitiam ad ista mala facere ruinam. Hoc dixerunt valde magni philosophi mundi huius, de quibus dicit scriptura nostra: Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Si sapientiam, quanto magis stultitiam? Si sapientia mundi vilitas est apud Deum, stultitia mundi quàm longe est à Deo? Est tamen quædam stultitia mundi huius, quæ peruenit ad Deum, de qua dicit Apostolus: Quoniam in sa- pientia Dei non cognouit mundus per sapien- tiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædica- tionis saluos facere credentes. Et dicit: Iudæi si- gna petunt, & Græci sapientiam querunt: nos au- tem prædicamus Christum crucifixũ, Iudæis qui- dem scandalum, gentibus stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis, & Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Venit dominus Christus sa- pientia Dei, cælum tonat, tanæ taceant. Quod dixit veritas, verum est. Quòd dixit in malo qui- dem esse genus humanum causa peccati, manife- stum est. Sed qui crediderint in mediatorem, qui constitutus est medius inter Deum, & homines; inter Deum iustum, & homines iniustos, medius homo iustus, humanitatem habens de imo, iusti- tiam de summo, & ideo medius, hinc vnum, & vnum inde, quia si vtrunque inde ibi esset, si vtri- que hinc nobiscum iaceret, medius non esset. Qui ergo crediderit in mediatorem, & fideliter, ac be- ne vixerit, exit quidem de corpore, & erit in re- quie.

Philonicos immo.

1. Cor. 1.

1. Cor. 3.

1. Cor. 1.

Bibl. Hom. rom. 2. E E e e 2 quie,

quie, postea vero recipiet corpus non ad tormentum, sed ad ornamentum, & viuet cum Deo in æternum. Non est quoddam eum delectet ut redeat, quia secum habet corpus. Ergo, charissimi, qui proposui vobis hodie quid dicant etiam philosophi mundi huius, quorum Deus sapientiam tanquam veram stultitiam reprobavit, craftino adiuuante domino, exponere poterimus.

EIVSDEM IN EODEM

die de resurrectione, Hom. 5.

Resurrectio domini nostri Iesu Christi ex more legitur his diebus ex omnibus libris sancti Evangelii. In hac lectione animaduertimus, quomodo discipulos suos prima membra sua, hærentes lateri suo obiurgauit dominus Iesus: quia, quæ dolebant occisum fuisse, non credebant viuum esse patres fidei, nondum fideles magistri: ut crederet totus orbis terrarum, quod prædicatur fuerant, & propter quod fuerant moturi, nondum credebant. Quem viderat mortuos suscitasse, non credebant resurrexisse. Merito ergo obiurgabatur, ostendebantur sibi ut innotescerent sibi, qui essent per se ipsos, quid futuri essent per illum. Sic etiam Petrus demonstratus est sibi, quando de imminente passione præsumpsit, & veniente ipsa passione titubauit. Vidit se in se, doluit se in se, fleuit se in se, conuersus est ad eum, qui fecerat se. Ecce isti nondum credebant. Qualis illius dignario, qui nobis dedit credere, quod nondum videmus, non credimus verbis eorum, illi non credebant oculis. Resurrectio autem domini nostri Iesu Christi noua vita, & vita est credentium in Iesum, & hoc sacramentum est passionis, & resurrectionis eius, quod valde nosse, & agere debetis. Non enim sine causa vita venit ad mortem. Non sine causa fons vite, vnde bibit, bibit hunc calicem, qui ei non debebatur. Non enim Christo debebatur mori. Vnde venerit mors, originem ipsius queramus. Pater mortis peccatum est. Si enim nunquam peccaretur, nemo moreretur. Legem Dei, hoc est, præceptum Dei cum conditione homo primus accepit: ut, si seruaret, viueret: si corrumpere, moreretur. Non sese credendo morturum fuisse, quod dixerat, qui legem dederat, inde mors, inde labor, inde miseria, inde etiam post mortem primam mors secunda est, post mortem temporalem, mors sempiterna. Huic ergo traditioni mortis obnoxius, his legibus inferni obstrictus nascitur omnis homo, sed propter illum hominem Deus homo factus est, ne periret homo. Non enim legibus obstrictus venit: ideo dicitur in Psalmo, Inter mortuos liber. Quem sine concupiscentia virgo concepit, quem virgo peperit, & virgo permansit, qui vixit sine culpa, qui est mortuus propter culpam non suam. Nam mortuus est propter nostram. Pœna culpæ mortis dominus noster Iesus Christus mori venit, peccare non venit, communicando nobiscum sine culpa pœnam, & culpam soluit, & pœnam. Pœna, quæ soluit, quæ nobis debebatur post istam vitam. Ergo crucifixus est, ut in cruce ostenderet veteris hominis nostri occisum. Et resurrexit ut in vita sua ostenderet nostræ vitæ nouitatem. Sic enim docuit doctrina Apostolica, Traditus, inquit, est propter peccata nostra, & resurrexit pro-

pter iustificationem nostram. Huius rei signum circumcisio data erat patribus, ut octaua die circumcideretur omnis masculus. Circumcisio fiebat ex cultellis petrinis, quia petra erat Christus. In ista circumcisio significabatur expoliatio carnalis vitæ octaua die per Christi resurrectionem, Septimus enim dies hebdomadis sabbato completur. Sabbato dominus iacuit in sepulchro: octauo autem die resurgendo nos innouauit. Nos ergo octauo die resurgendo circumcidit, nos in ipso spe viuimus. Audiamus Apostolum dicentem, Si conresurrexistis cum Christo. Quomodo resurgimus, qui nondum mortui sumus? Quid est ergo quod voluit dicere Apostolus. Si conresurrexistis cum Christo? Nunquid ille resurrexit, nisi prius mortuus fuisset? Viuentibus loquebatur, nondum morientibus iam resurgentibus. Quid sibi vult? Videte quid dicat, Si resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ supra terram. Mortui enim estis. Non ego, sed tamen verum dicit: & ideo dico & ego, Credidi propter quod locutus sum. Si bene viuimus, mortui fuimus, & resurreximus. Qui nondum mortuus est, nec resurrexit, male adhuc viuunt. Et si male viuunt, non viuunt: moriatur ne moriatur. Quid est, moriatur ne moriatur? Mutetur, ne damnatur. Si resurrexistis cum Christo, verba repeto Apostoli, quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum enim Christus apparuerit vita nostra, tunc & nos cum illo apparebimus in gloria: hæc sunt verba Apostoli. Et qui nondum mortuus est, dico ut moriatur: & qui adhuc male viuunt, dico ut mutetur. Si enim male viuunt, & iam male non viuunt, resurrexit. Sed quid est bene viuere? Quæ sursum sunt sapere, non quæ super terram. Quando terra es, in terram ibis: quando lingis terram. Amando terram, lingis utique terram, & efficeris eius inimicus: de quo dicit Psalms, Et inimici eius terram lingent. Quid erratis filij hominum? Quid estis filij Dei? Filij hominum vsquequo graui corde, ut quid diligitis vanitatem & queritis mendacium? Quod mendacium queritis? Mundum. Beati esse vultis, scio. Da mihi hominem latronem, sceleratum, fornicatorem, maleficum, facilem, omnibus vitiis inquinatum, omnibus flagitiis seu facinoribus obrutum, qui non velit beatam vitam viuere. Scio omnes vultis beatè viuere, sed vnde homo beatè viuat, hoc non vultis querere. Queris aurum, quia putas te de auro beatum futurum, sed aurum te non facit beatum. Queris quæris mendacium? Quare vis esse in isto seculo sublimatus? Quia honore hominum, & pompa seculi putas te beatum futurum, sed pompa seculi non te facit beatum. Queris quæris mendacium? Et quicquid hic aliud queris, cum seculariter queris, cum amando terram queris, propterea queris, ut sis beatus. Sed nulla res terrena te faciet beatum. Quare non cessas querendo mendacium? Vnde ergo eris beatus? Filij hominum vsquequo graui corde? Non vultis esse graui corde, qui terrene mendacio oneratis cor vestrum? Quousque fuerunt graui corde homines? Antequam veniret Christus, antequam resurgeret Christus, fuerunt homines graui corde. Quousque graui

corde:

corde: ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Volentes beati esse, eas res queritis, vnde miseri sitis. Fallit vos, quod queritis, mendacium est, quod queritis. Beatus vis esse? Ostendo tibi, si vis, vnde habes beatus esse. Sequitur ibi. Vsquequo graui corde, ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Scitote, Quid? Quoniam dominus magnificauit sanctum suum. Venit Christus ad miseras nostras, esuriuit, sitiuit, fatigatus est, dormiuit, mira fecit, mala passus est, flagellatus est, spinis coronatus est, spiritus illitus, alapis cæsus, ligno fixus est, lancea vulneratus est, in sepulchro positus, sed tertia die resurrexit, finito labore, mortua morte. Ecce ibi oculum habere in eius resurrectione, quia ita magnificauit sanctum suum ut resuscitaret eum à mortuis, & daret ei honorem in cælo sedenti ad dexteram suam. Ostendit tibi, quid debeas sapere, si vis beatus esse. Hic enim beatus esse non potes, quia nemo hic beatus esse potest. Bonam rem queris, sed terra ista non est regio eius, quæ queris. Quid queris? Beatam vitam. Sed non est hic. Autum si quereres in illo loco, vbi non est, ille qui nouit, quia non est ibi, non diceret tibi, quid fodis, quid terram solicias? Fossam facis, quæ descendas, non vbi aliquid inuenias, quid es responsurus ad momentum? Aurum quæro. Et ille, Non tibi dico, nihil est quod queris, sed non est ibi quod queris. Sic & tu quando dicis, Beatus esse volo, bonam rem queris, sed non est hic. Si habuit illud hic Christus, habebas & tu in regione mortis tuæ. Quid ille inuenit hic, attende, veniens de alia regione, & quid inuenit, nisi quod hic abundat? Manducauit tecum, quod abundat in cella miserie tue. Acetum hic bibit, sel hic habuit. Ecce quid in cella tua inuenit. Sed ad magnam mensam suam te inuitauit, mensam celi, mensam angelorum, vbi ipse panis est. Descendens ergo & ista mala inueniens in cella tua, & non dedignatus est talem mensam tuam, & promissit suam. Et quid nobis dicit, Credite, credite vos veteros ad bona mensæ meæ, quando non sum dedignatus mala mensæ vestræ. Malum tuum tulit, & bonum suum dabit. Vitam suam promissit nobis. Sed incredibilis est quod fecit. Mortem suam prærogauit nobis, tanquam diceret, Ad vitam meam vos inuito, vbi nemo moritur, vbi nemo deficit. Ecce ad quod vos inuito, ad regionem angelorum, ad amicitiam patris, & sancti spiritus, ad cenam sempiternam, ad fraternitatem meam: postremò ad me ipsum. Ad vitam meam vos inuito. Non vultis credere, quia dabo vobis vitam meam? Tenete pignus, mortem meam. Modò ergo cum in ista morte corruptibili viuimus, mortum mutatione cum Christo moriamur, à morte iustitiæ cum Christo viuamus, beatam vitam non accepturi, nisi cum ad illum venerimus, qui venit ad nos, & cum illo esse ceperimus, qui mortuus est pro nobis.

EIVSDEM IN EODEM

die, Homilia 6.

Salutis humanæ, fratres charissimi, & mundi medietatis libertas non modica taxatione requiritur, sed Christi sanguine temperatur. Sed quantum venerabilis diei huius officium credentibus contulit gaudium, tantum incredulis interitum

portauit & laudum. Confert letitiam Christianis ex fide, ingerit pœnam Iudæis desperantibus ex cruce. Illis iniuria filij Dei æternam contulit mortem, nobis ad perpetuam proficit salutem. Quis rogo diuinæ pietatis excessus est, vel quanta amoris amplitudo monstratur? Ad hoc Deus propter hominem perditum de cælo voluit descendere, non ut honorem in mundo accipere videretur, sed ut suspenderetur in cruce. Et dum voluit deceptum laqueis mortis eximere, ipsam subire non dedignatus est mortem. Et qualem mortem? Quæ detestabilior omni morte extitisset. Hoc Apollonius asseruerat dicens, Humiliauit, inquit, se vsque ad mortem, mortem autem crucis. Vnde post mortem victrix resurrectio parabatur. Dicamus, fratres, Hæc est dies, quam fecit dominus, gaudeamus, & epulemur in ea: hoc est pascha, quod colimus, in hoc peregrinamur, hoc præteritum redit, hoc voluitur in futurum.

EIVSDEM IN EODEM

die, de Resurrectione corporum

contra infideles,

Homilia 7.

Propria fides est Christianorum, resurrectio mortuorum. Hanc in seipso, id est, resurrectionem mortuorum caput nostrum Christus ostendit. Et exemplum fidei nobis præstitit, ut hoc preparent membra in se, quod præcessit in capite. Hæsterno die vobis insinuamus, sapientes gentium quos philosophos dicunt, ipsos, qui in eis excellentissimi fuerunt, scrutatos fuisse naturam, & de operibus artificem cognouisse: Prophetam non audierunt, legem Dei non acceperunt, sed eis Deus quodam modo silens ipsis mundi operibus loquebatur, & eos ad querendum artificem rerum, mundi species inuitabat. Nec potuerunt in animum inducere, cælum, & terram sine autore constare. De his beatus Paulus Apostolus ita loquitur, Reuelatur, inquit, ira Dei de cælo super omnem impietatem. Quid est super omnem? Nō solum super Iudæos qui Dei legem acceperunt, & legis datorem offenderunt, verum etiam super impietatem gentium reuelatur ira Dei de cælo. Et ne quisquam diceret, quare cum ipsi legem non acceperint: secutus adiunxit, Et iniustitiæ eorum, qui veritatem Dei in iniquitate detinent. Iam tu responde, Quam veritatem? Nō enim acceperunt legem, non enim audierunt Prophetam. Audi quam veritatem. Quoniam quod notum est, inquit, Dei, manifestum est in illis. Vnde manifestum? Adhuc audi, Deus enim illis manifestauit. Si adhuc queris, quomodo manifestauit quibus legem nō dedit? Audi quomodo. Inuisibilia enim eius à constitutione mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Inuisibilia enim eius, hoc est, inuisibilia Dei à constitutione mundi, id est, ex quo constituit mundum, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, illa per hæc intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque, verba Apostoli dico, ipsa artexo. Sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas subaudis, intellecta conspiciuntur, ut sint inexcusabiles. Quare inexcusabiles? Quia cognoscetes Deum, nō sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Nō dicit nescientes Deum, Bibl. Hom. tom. 2. E e e e 3 sed

sed cognoscetes. Vnde cognoscetes: Ex his que fecit. Interroga pulchritudine terra, interroga pulchritudine maris, interroga pulchritudine dilatati, & diffusi aeris, interroga pulchritudine calis, interroga ordine syderum, interroga sole fulgore suo diem clarificantem, interroga lunam fulgore suo sequetis noctis tenebras temperantem, interroga animalia, que mouentur in aquis, in terris, que volant in aere, latentes animas, perspicua corpora visibilia regenda, inuisibiles regentes: interroga ista. Respondent tibi omnia, Ecce vide pulchra sumus: pulchritudo eorum, confessio eorum est. Ista pulchra mutabilia quis fecit, nisi incommutabilis pulcher in seipso? Denique homines ut possent intelligere, & cognoscere Deum vniuersi mundi creatorem, in ipso homine interrogauerunt hęc duo corpus, & animam, hoc interrogabant quod & ipsi gestabant, videbant corpus, animam non videbant. Sed corpus nisi de anima non videbatur. Videbant enim per oculum, sed intus erat, qui per fenestras aspiciat. Denique discedente habitatore, iacet domus. Discedente qui regebat, cadit quod regebatur. Et quoniam cadit, cadaver vocatur. Nonne ibi oculi integri? Etsi pateant, nihil vident. Aures adsunt, sed migravit auditor. Lingua organum manet, sed abcessit musicus, qui mouebat. Interrogauerunt ergo ista duo, corpus, quod videtur, & animam, que non videtur, & inuenerunt melius esse illud, quod non videtur, quam illud, quod videtur, maiorem esse animam latentem, deteriorem carnem apparentem. Viderunt ista, intuiti sunt, discusserunt vtrunque, & inuenerunt vtrunque mutabile in ipso homine. Mutabile corpus per etates, per corruptiones, per alimenta, per refectioes, per defectioes, per vitam, per mortem. Transierunt ad animam, quam vtrique comprehendebant meliorem, & inuisibilem, mirabantur, & inuenerunt & ipsam mutabilem, modò velle, modò nolle, modò scire, modò nescire, modò meminisse, modò obliuisci, modò timere, modò aude- re, modò ire in sapientiam, modò in stultitiam deficere. Viderunt & ipsam mutabilem, transierunt & ipsam. Quæsierunt enim aliquod immutabile. Sic ergo peruenerunt ad cognoscendum Deum, qui fecit, per ista, que fecit: sed non sicut Deum honorauerunt, aut gratias egerunt: ut ipse dicit Apostolus, Sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Et quò peruenerunt? Et immutauerunt, inquit, gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Idola dicit. Et parum erat facere idolum ad speciem hominis, & ad sui operis similitudinem addicere artificem, parum fuit hoc. Sed insuper quid? Et volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Omnia quippe ista quasi muta animalia, & irrationabilia illi quasi magni sapientes deos sibi fecerunt. Reprehendebam quando adorabas imaginem hominis, quid tibi faciam, quando adoras imaginem canis, imaginem colubri, imaginem crocodili? Peruenerunt vique ad ista. Quantum querentes in superna euidi sunt, tantum cadentes in ima demersi sunt. Altius enim mergitur quod de alto cadit. Hi ergo, sicut hodie vos commonui, quæsierunt quod postea, id est, quod post hanc vitam sit futurum. Quæsierunt sicut homines, sed quando inuenirent, cum homines ef-

sent, doctrinam Dei non habuerunt, Prophetas non audierunt, non potuerunt inuenire, suspicari sunt. Retuli heri vobis suspiciones illorum. Et ut animam malam, inquit, & quia immunda sunt, continuo in alia corpora reuoluuntur. Exeunt animam sapientium atque iustorum: & quia bene vixerunt, volant ad cælum. Age bene, bene inuenisti illis locum, volantes ad cælum perueniunt. Et quid ibi? Ibi erunt, inquit, & requiescent cum diis. Sedes eorum erunt stellæ. Non malum habitaculum illis inuenisti, vel ibi illas dimitte, nolite illas deicere. Sed, inquit, Post tempora longa, facta penitus obliuione veterum miseriarum, incipiunt velle reuerti ad corpora, & delectabit eas venire: & rursus veniunt ad ista patiendia, ad ista toleranda, ad obliuiscendum Deum, ad blasphemandum Deum, ad sequendas corporis voluptates, ad pugnas contra libidines. Veniunt ad istas miserias, vnde & quò? Dic mihi quare? Quia obliuiscuntur, Obliuiscuntur & delectationem carnis, hoc solum mali sui meminerunt, vnde reuertunt. Veniunt. Quare? Quia delectat eos rursus in corporibus habitare. Vnde delectat eos, nisi per memoriam, quia ibi aliquando habitauerunt? Dele totam memoriam, & fortè residuum facies sapientiam. Nihil remaneat quod reuocet. Et horruit quidam autor ipso, cui demonstrabatur, vel qui inducebar apud inferos demonstrantem patrem filio suo. Noctis enim propè omnes hæc, atque vitam pauci nosceretis: Sed pauci nostris in libris, multi in theatris, quia Aeneas descendit ad inferos, & ostendit illi pater suus animas Romanorum magnorum venturas in corpora: expauit ipse Aeneas, & ait, O pater, an ne aliquas ad cælum hinc ire putandum est, Sublimes animas, iterumque ad tarda reuerti corpora? Sentendum ne est, inquit, quòd eant ad cælum, & iterum redeant? Quæ lucis miseris tam dira cupido? Melius filius intelligebat, quam pater exponebat. Reprehendit cupiditatem animarum rursus in corpora redire volentium. Dixit diram cupiditatem, dixit eas miseris, nec erubuit eas. Ad hoc, Philosophi, perduxistis, ut purgentur animæ, perueniant ad summam munditiam, & per ipsam munditiam obliuiscantur omnia, & per obliuione miseriarum redeant ad miserias corporum. Dicite obscuro, Nonne etiam hæc si vera essent, inquam, quæ sine dubio falsa, quia facta sunt, nonne melius nescirentur? An fortè dicitur es mihi, non eris sapiens, si ista nescieris. Vt quid illa sciam, possūme esse modò melior, quam tunc ero in cælo? Si in cælo, quando ero melior, & perfectior, obliuiscar omnia, quæ hic didici, & hæc ibi melior nesciturus sum, sine modò illa nescire. In cælo habitantem dicis omnia obliuiscentem, sine in terra esse horum omnium nescientem. Deinde rogo te, an sciat se ista animæ in cælo, passuras esse rursus huius vite miserias, an nesciunt? Elige quod volueris. Si sciunt se passuras esse tantas miserias, quomodo sunt beatæ, miserias suas futuras cogitantes? Quomodo sunt beatæ, vbi sunt sine securitate? Sed video quid eligas, dicitur es nesciunt. Laudas ergo ibi hanc ignorantiam, quam me nunc habere non sinis, docendo me in terra, quod me nesciturum dicis in cælo. Nesciunt, inquis. Si nesciunt, & se non putant passuras, errando sunt beatæ. Quod enim passuræ putant se non passuras, quod saluum putare, quid est aliud quam errare? Erant ergo erre-

rore felices, erunt beatæ non à ternitate, sed falsitate, Libere nos veritas, ut beati vere esse possimus, quoniam non vacat sermo redemptoris nostri, Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis. Ipse enim dixit, Si manseritis in verbo meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Deinde audite aliud peius, aliud dolendum, vel potius irridendum hic sapiens, hic philosophus, hoc est interrogatus: Verbi gratia, I ythagoras, Plato, Porphyrius, & nescio quis alius ipsoium, Quare philosopharis? Propter, inquit, beatam vitam. Quando habebis istam beatam vitam? Cum hoc corpus, inquit, reliquero in terra. Modo ergo misera vita geritur, sed spes est beatæ vitæ: ibi beata vita geritur, sed spes est miseræ vitæ. Ergo, si spes nostræ infelicitatis est felix, & felicitas infelix abiciamus hæc, & vel redeamus quia falsa sunt, vel doleamus quia magna existimantur. Sūt enim ista, fratres mei, magna, magnorum deliramenta doctorum. Quanto melius tenemus magnorum sacramenta doctorum? An ore corporum dicunt redire animas purgatas, mundatas, sapientes, purgatas animas amore corporum redire ad corpora. Ergo anima purgata si sic amat, nonne amor iste magnæ sunt sordes? Sed corpus est omne fugiendum, magnus eorum Porphyrius philosophus, fidei Christianæ acerrimus inimicus, quia iam Christianis temporibus fuit, sed tamen ab ipsis deliramentis erubescendo, à Christianis ex aliqua parte correptus, dixit, Corpus est omne fugiendum. Omne dixit, quasi omne corpus vinculum ærumnosum sit animæ. Et profusus si corpus qualecunque est fugiendum: non est ut laudes eius corpus: & dicas, quomodo Deo docente fides nostra laudat corpus: quia & corpus quod modo habemus, quamuis habeamus hinc de peccato pœnam, & corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam: tamen habet corpus istud speciem suam, dispositionem membrorum, distinctionem sensuum, erectam staturam, &c. quæ bene considerantes stupent. Veruntamen illud omnino incorruptibile, omnino immortale, omnino ad mouendum agile & facile erit. Sed ait Porphyrius, Sine causa mihi laudas corpus. Qualecunque corpus, si vult esse beata anima, corpus est omne fugiendum. Hoc dicunt philosophi, sed errant, sed deliunt. Cito probò, nelo diutius disputare, libros vestros lego, quia illa, quæ prædicata sunt, debent habere subditum. Duo enim sunt inuicè sibi connexa, prædicata, & subdita. Super omnia Deus, huic cuncta sunt subdita. Et anima si habet aliquem honorem apud Deum, debet habere aliquid subditum. Sed nolo hinc diutius disputare, libros vestros lego, mundum istum animal dicitis, id est, cælum, & terram, maria, omnia, quæ sunt ingentia corpora, & immensa vsque quaque elementa. Totum hoc vniuersum corpus, quod ex his elementis omnibus constat, dicitis esse animal magnum: id est, habere animam suam, sed sensus corporis non habere, quia extrinsecus nihil est est quod sentiri possit: habere tamen intellectum, harere Deo: & ipsam animam mundi vocari fouem, vel vocari Hecate, id est, quasi animam vniuersalem mundum regentem, & vnum quoddam animal facientem: eundemque mundum ærrenum esse dicitis, super futuram, sinem non habiturum. Si ergo æternus mundus, & sine fine manet mundus, & animal est mundus, anima ista

semper tenetur in mundo, certe corpus est omne fugiendum. Quid est quod dicebas, Corpus est omne fugiendum? Ego dico beatas animas incorruptibilia corpora semper habituras. Tu quid dicis, corpus omne fugiendum, occide mundum. Tu dicis, ut fugiam de carne mea, fugiat Iupiter tuus de cælo, & terra. Quòdque inuenimus eandem Platonem magistrum istorum omnium, in libro quodam suo, quem scripsit de constitutione mundi, inducere Deum factorem deorum, facientem scilicet deos cælestes, stellas omnes, solem & lunam. Dicit ergo Deum opificem deorum cælestium, dicit ipsas stellas habere animas intellectuales, quæ intelligunt Deum, & corpora visibilia, quæ cernuntur. Dico ut intelligatis, soliste, qui videtur, non videretur, nisi corpus esset. Hoc verum est: stella vlla, vel luna non videretur, nisi corpus esset, verum dicit. Ideo dicit & Apostolus, Et corpora cælestia, & corpora terrestria. Et sequitur, Alia gloria cælestium, alia & terrestrium. Et rursus dicens de gloria cælestium corporum Apostolus adiunxit, & ait, Alia gloria solis, alia gloria lune, alia gloria stellarum. Stella enim à stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum. Videtis, quia promissa est sanctorum corporibus claritas, & diuersa species claritatis, quia diuersa sunt merita charitatis. Sed illi qui dicunt, stelle istæ, quas videtis, corpora sunt quidem, sed habet suas animas intellectuales, & sunt diu iterum de corporibus, quia corpora verè dicunt. Sed vtram habeant animas suas, ut quod discutio modo veniamus ad rem: Inducitur Deus à Platone ipso alloqui deos, quos fecit de corporali, & incorporali substantia, atque inter cetera dicit illius. Quoniam estis orti, immortales esse, & indissolubiles non potestis. Iam ad istam vocem illi intrémiscere poterant. Quare? Quia immortales esse cupiebant, & mori volebant. Ergo ut eis auferret timorem, securus adiunxit atque ait, Non tamè dissoluemini, neque vos vlla mortis fata periment, nec erunt valentiora quam consilium meum, quòd maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa, quibus colligati estis. Ecce Deus securitatem dat diis à se factis: securitatem illis dat immortalitatis: securitatem illis dat quòd non relinquunt globos corporum suorum. Certe corpus est omne fugiendum. Quantum existimo responsum est illis, sicut intelligete potestis, sicut & nos loqui possumus, quantum hora sermonis permittit, quantum capacitas nostra sinit, responsum est eis. Iam vero quod & ipsi dicant de resurrectione corporum quali acute, & non eis, sicut arbitrantur, etiam nos respondere possumus, multum est ut hodie vobis dicam. Sed quia semel promisi vobis, per istos dies istam de resurrectione carnis questionem esse versandam, ad ea, quæ restant, adiuuante domino, & aures, & corda in exactum præparate.

EIVSDEM IN EODEM die de resurrectione corporum contra Gentiles, Homil. 8.

De his sanctis resurrectioni domini deditis, quantum donante ipso possumus de carnis resurrectione tractemus. Hæc enim fides est nostra, hoc donum in domini nostri Iesu Christi

nobis carne promissum est, & in ipso præcessit exemplum. Voluit enim nobis, quod promissit in fine, non solum pronuntiare, sed etiam demonstrare. Illi quidem, qui tunc fuerunt, cum illum viderent, & cum expauescerent, & spiritum se videre crederent, soliditatem corporis tenuerunt. Locutus est enim non solum verbis ad aures eorum, sed etiam specie ad oculos eorum, parumque erat se præbere cernendum, nisi etiam offerret pertractandum, atque palpandum. Ait enim, **Quid turbati estis, & cogitationes ascēdunt in cor vestrum? Putauerunt enim se spiritum videre. Quid turbati estis, inquit, & cogitationes ascēdunt in cor vestrum? Videte manus meas, & pedes meos: Palpate, & videte: quia spiritus ossa, & carnem non habet, sicut me videtis habere. Contra istam evidentiam disputabant homines. Quid enim aliud facerent homines, qui ea, quæ sunt hominum sapiunt, quam sic disputare de Deo contra Deum. Ille enim Deus est, isti homines sunt. Sed Deus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. In homine carnali tota regula intelligendi est consuetudo cernendi. Quod solent videre, credunt, quod non solent, non credunt. Præter consuetudinem facit Deus miracula, quia Deus est: Maiora quidem miracula sunt tot quotidie homines nasci, qui non erant, quam paucos resurrexisse qui erant: & tamen ista miracula non consideratione comprehensa sunt, sed assiduitate viderunt. Resurrexit Christus, absoluta est res. Corpus erat, caro erat, pendit in cruce, emisit animam, posita est caro in sepulchro. Exhibuit illam viuam, qui vivebat in illa. Quare miramur? Quare non credimus? Deus est, qui fecit. Considera autem, & tolle dubitationem. Quærent ergo homines, utrum corruptio ista corporis, quam sentiunt in carne sua, futura sit in resurrectione mortuorum? Dicimus non futuram. Respondent nobis: Si corruptio non erit, quare manducabitur? Aut si non manducabitur, quare post resurrectionem dominus manducauit? Modo Euangelium cum legeretur audiuimus, quia cum exhiberet se viuus oculis, manibusque discipulorum suorum, parum illi visum est ad demonstrandam evidentiam corporalem: sed addidit, **Ha-****

Lucæ 24. betis hic aliquid, quod manducetur? Et obtulerunt ei partem piscis asii, & fauam mellis, manducauit, & reliquias dedit eis. Dicitur enim nobis. Si corruptio corporis non resurget, quare manducauit dominus Christus? Legistis quia manducauit, nunquid legistis quia esuriit? Quod manducauit Iesus, potestatis fuit, non egestatis. Si desideraret manducare, egeret. Rursus si manducare non posset, minus valeret. Nunquid & angeli quando suscepti sunt hospitio à patribus nostris non manducauerunt, & tamen corruptibiles non fuerunt? **Rursus dicunt, Resurgent vitia, quæ erant in corpore humano cum quibus moritur homo? Respondemus, Non resurgent vitia. Et dicitur nobis: Quare ergo dominus cum suorum vulnerum cicatricibus resurrexit? Quid adhuc dicimus, nisi quia & hoc potestatis fuit, non necessitatis. Sic resurgere voluit, sic voluit quibusdam dubitantibus exhibere in illa carne cicatrices vulneris, ut sanaret vulnus incredulitatis. Adhuc disputant, & quærent à nobis: Paruuli, qui moriuntur, paruuli resurrecturi sunt, an ætas erit plena reuiuiscens, quorum erat parua morientium? Hoc**

Lucæ 24.

Math. 27.

Lucæ 24.

Genes. 18.

Thob. 12.

quidem in scripturis definitum non inuenimus. Incorruptibilia corpora, & immortalia resurrectione promissa sunt. Sed si parua ætas redditur, si statura pusilla reuocatur, nunquid & propterea infirmitates reuocatur? Si paruuli erant, nunquid iacebunt, & ambulare non poterunt? Credibilis tamen accipitur, & probabilis & rationabilis plenas ætates resurrectione, ut reddatur munere, quod accesserunt erant tempore. Nec enim credituri sumus senectam resurrectionem anhelam, & curam. Postremo corruptionem tolle, & quod vis adde. Sed, inquis? Quo modo erit terrenum corpus in cælo? Philosophi enim gentium illi valde magni, quorum vobis iam vel infanas certè vel humanas sententias intimaui, quæserunt quippe ista non spiritu Dei, sed coniectura cordis humani: hinc maxime faciunt quæstiones, tractant subtiliter de momentis ponderum, & ordine elementorum: & dicunt, quod etiam videmus mundum sic esse dispositum, ut ima sit terra tanquam in fundo eius, secunda aqua superfundatur terræ, tertius aer veniat, quartus æther cuncta cooperiat. Illud elementum superuum, quod æthera appellat, ignem dicunt esse liquidum, & purum, inde sidera esse formata, ibi nihil esse posse terrenum, quoniam ordo ponderum non admittit. Si dicamus eis, nostra corpora in terra esse noua victura, & in cælo non futura, audaciter, & temerè, in insolentia dicimus. Credere enim debemus talia corpora nos habituros, ut vbi velimus, quando voluerimus, ibi sumus. Nam si responderemus ad absoluendam de ordine ponderum quæstionem, in terra nos esse victuros, de ipso corpore domini nobis est quæstio, cum quo ascendit in cælum. Audistis quod de Euangelio modo recens sonuit in auribus nostris, quia eleuatis manibus suis, benedixit eis, & factum est, ut benediceret eis, recessit ab eis, & ferebatur in cælam Christus dominus. Qui ferebatur in cælam? Dominus Christus. Qui Dominus Christus? Quid enim, separaturus es hominè à Deo, & facturus es aliam personam Dei, aliam hominis, ut iam non sit trinitas, sed quaternitas? Quomodo tu homo anima es, & corpus, & sicut anima, & corpus vnus est homo, ita Deus, & homo vnus est Christus, sed verbum non recessit à patre, & ad nos venit, & pater non deseruit, & in vtero carnem accepit, & mundum rexit. Quid ergo leuatum est in cælam, nisi quod sumptum est de terra? Id est caro illa, corpus illud: de quo loquens ad discipulos ait, Palpate, & videte, quia spiritus ossa, & carnem non habet, sicut me videtis habere. Credamus, hoc fratres, & si argumenta philosophorum difficile soluimus, illud quod demonstratum est in domino, sine difficultate fidei teneamus. Illi garriant, nos credamus. Sed non potest, inquiunt, esse terrenum corpus in cælo. Quid si hoc velit Deus, responde contra Deum, & dic non potest Deus. Nonne & tu quicūque Paganus dicis omnipotentè Deum? Nonne in libro Platonis, quod hesternò die declarauit, legitur dixisse Deus non factus, diis se factis. Quoniam estis orti, immortales quidè esse & indissolubiles non potestis, non tamen dissoluemini, neque vlla vos mortis fata periment, nec erunt valentiora, quam consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa quibus estis colligati? Totum ad voluntatem suam redegit Deus, qui potest & quod impossibile

Mar. 16.

Lucæ 24.

De ciuitate Dei lib. 20. cap. 26.

impossibile est. Nam quid est aliud, non potestis esse immortales, sed ut non moriamini, ego facio, nisi & quod fieri non potest, ego facio? Volo tamè aliquid etiam de diuersitate disputare. Rogo dic mihi, Terra terra est, Aqua aqua est, Aer aer est, Ether est cælum; Et ignis ille liquidus cælum est. Quatuor nempe ista grauida quasi construxerunt, & ædificauerunt mundum: hoc est, ex his quatuor ædificatus est mundus. Quod in imo sit, terra est, Quod desuper, aqua. Quod super aquam, aer est, Quod super aerem, cælum est, æther est. Corpora solida quæ tenentur, atque tractantur, non humida dico, quæ labuntur, & fluunt, corpora dico, tractabilia, vnde sunt? Terræ deputanda sunt an aquæ, an aëri, an ætheri, Responurus es, Terræ. Terrenum ergo corpus est lignum? Planè terrenum. In terra nascitur, in terra alicur, in terra crescit. Tractabile est, non fluxibile. Redi mecum ad illum ordinem ponderum. Terra est in fundamento. Ordinem sequere. Quid super terram? Aquæ. Quare lignum natat super aquam? Terrenum est corpus. Si reuocet ad illum ordinem ponderum, sub aqua esse debuit, non supra. Inuenimus inter terram & lignum aquam mediam, super terram aquam, & super aquam iterum terram quædo quidem lignum terra est. Perdidisti illum ordinem, tene fidem. Ergo terrena corpora inuenta sunt super elementum, quod secundum est in ordine elementorum, quando natant ligna, neque merguntur. Attende aliud, quod plus mireris. Corpora ipsa grauissima, & tamen terrena mox ut dimissa fuerint super aquam, continuo demerguntur, & ad ima profunda perueniunt, sicut est ferrum, postremo sicut est plumbum. Quid enim plumbo grauius? accedit tamen manus artificis ad plumbum, facit inde aliquod vas concauum, & natat plumbum super aquam. Ergone non Deus dabit corpori meo, quod dat artifex plumbo? Deinde aquam ipsam vbi ponitis? Redite ad ordinem elementorum. Certe respondebitis, quod aqua sit super terram. Quare ergo, antequam in terra curtant, pendunt in nubibus flumina? Reuoca nunc considerationem tuam, & cogitationem ad ea, quæ dicturus sum, si domino adiuuante, explicare potuero. Quid facilius mouetur, quid velocius agitur, grauius corpus, an leuius? Quis non respondeat, leuius? Leuiora enim corpora facilius moventur, velocius aguntur, grauiora difficiliora, atque tardius. Certe regulam fixisti, certe considerasti, & circumspicisti omnibus respondi, quia facilius moventur, & aguntur velocius corpora leuiora quam grauiora. Ita est, dicis. Responde ergo mihi. Quare leuissima atanea tarde se mouet, & grauis equus velociter currit? De ipsis hominibus loquar, manus corpus hominis grauius est, breuius corpus, quod minus habet ponderis, leuius est. Ita vero est, si alius portet. Si autem ipse homo corpus suum portat, validus currit, macer languore vix ambulat. Appende macrum, & robustum hominem, illum languore vix paucas libellas appendentem, illum salubritate corporis multa pondera in carne sua gerentem. Tenta tu ambos tollere, grauis est validus, leuis est macilentus. Recedat portator, appareat ambulatore, ipsos dimitte sibi, ferat corpora sua, video validum, robustum quæ curretem. Si hoc valet sanitas, immortalitas quid valebit? Dabit ergo Deus miram facilitatem, miram leuitatem.

tem. Non sine causa illa corpora spiritalia nuncupata sunt, non ideo dicta sunt spiritalia, quia erunt spiritus non corpora. Nam ista quæ modo habemus dicuntur animalia corpora, & tamen animæ non sunt, sed corpora: sic illa spiritalia dicuntur, sed non sunt spiritus, nisi quia ad notum spiritus feruent. Nihil tibi contradicit ex te, nihil in te rebellat aduersus te: non ibi erit quod Apostolus gemit, Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem: non ibi erit, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Hæc bella ibi non erunt, pax ibi erit, pax perfecta ibi erit. Vbi volueris, eris: sed à Deo non recedes. Vbi volueris, eris: sed quocumque ieris, Deum tuum habebis. De quo beatus eris, semper cum illo eris. Nemo ergo fallat, nemo arguatur, nemo sua suspitione deliret. Quid nobis promissit Deus? Venturum esse certissime teneamus. Quando videbatur Christus, fratres mei, quando spiritus putabatur, ut se corpus esse persuaderet, non solum præbebat oculis videndum, sed etiam manibus contrectandum. Quibus ad exhibendam fidei veritatem in corpore dignatus est etiam non necessitate sed potestate cibum sumere. Tamen adhuc illis præ gaudio trepidantibus, firmamentum cordis adhibuit de sanctis scripturis: & ait illis, Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt, in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum: sicut Euangelium loquitur, quod modo lectum est, ut intelligerent scripturas: & dixit eis, Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius penitentiam in remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierosolymis. Illud non vidimus, sed hoc videmus. Quando ista promittebantur, nondum videbantur. Apostoli Christum præsentem videbant, sed toto orbe terrarum diffusam Ecclesiam non videbant. Videbant caput; & de corpore credebant: habemus vices nostras, habemus gratiam dispensationis, & distributionis nostræ ad credendum certissimis documentis, tempora nobis in vna fide sunt distributa. Illi videbant caput, & credebant de corpore, nos videmus corpus, credamus de capite.

Galat. 5. Rom. 7.

Lucæ 24.

EIVSDEM IN EODEM die, Homilia 9.

Agnus ille legalis, cuius immolatione antiquus Hebræorum populus Ægyptiæ seruitutis iugum abiecit, quomodo multimodis sacramentis veterem sanctæ Ecclesiæ hostiam in figura sui continet, tunc potissimum ipsa rerum veritate probatum est, quando Pascha nostrum immolatus est Christus, qui sicut ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondentè sine voce, sic non aperuit os suum. Ille est agnus, qui in altari crucis hostia viua Deo patri pro nobis in odorem suauitatis oblatu transiit nobis de regione vmbre mortis ad terram re-promissionis patefecit. Ille est, inquam, qui simul vltima, & sacerdos, omnem veteris sacerdotij, & sacrificij vmbra clara luce reuelando figuris, & ænigmatibus finem imposuit: nouo autem Ec-

Sermo 150. de temp. Erod. 12.

1. Cor. 5. Eps. 57.

Math. 9. clesie

daci? Ecce homo dicit, Tu es Christus filius Dei viui: Quis dicit: Petrus. Quid erat Petrus? Homo qui dixit verum. Certè omnis homo mendax. Ecce, ecce lingua eius, ecce lingua de lingua eius. Quomodo omnis homo mendax? Audi, quia omnis homo mendax, quia de suo. Ergo vnde Petrus verax? Audi ipsam veritatem, Beatus es Simon bar-ionna. Vnde beatus? De suo? Absit, quia tibi nõ reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cælis est. Laudemus ergo dominum, fratres charissimi, laudemus Deũ, dicamus halleluia. Significemus istis diebus diem suæ fine. Significemus locum immortalitatis, tempus immortalitatis. Festinemus ad domum æternam. Beati, qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Lex dicit, scriptura dicit, veritas dicit: Venturi sumus ad domum Dei, quæ est in cælis. Ibi non quinquaginta diebus Deum laudabimus, sed, quemadmodum scriptum est: In secula seculorum. Videbimus, amabimus, laudabimus. Nec quod videbimus deficiet, nec quod amabimus peribit, nec quod laudabimus tacebit. Sempiternum totum erit, sine fine erit. Laudemus, laudemus, sed non solis vocibus, laudemus & motibus, laudet lingua, laudet vita, sed habeat charitatem infinitam cum vita: per dominum nostrum, qui viuic & regnat Deus per omnia secula seculorũ, Amen.

EIVSDEM IN EODEM
die, Homil. 11.

Sacramentum, dilectissimi, dominicæ resurrectionis diuina voluit prouidentia variis figuris rerum, & prophetarum oraculis aliquoties præsignari, quatenus per omnes seculi labentis ætates omnis sanctorum spes ad illum tenderet solùm, qui est expectatio omnium gentium. Vnde illud quod in ipso mundi nascentis exordio mater omnium videntium Eua de costa viri dormientis est producta, matrem credentium Ecclesiam ex latere Christi in cruce morientis monstrat exortam, sicut in actu euigilantis Adæ figura est domini resurgentis à morte. Vnde dicit Apostolus, Factus est primus homo in animam viuẽtem: secundus homo in spiritum viuificantem. Noë verò, qui in opere arcæ & ipso suo nomine requiem Dei in sanctis significat, in eo vel maximè redemptoris nostri figuram representat, quod cum esset agricola vineam plantauit, & vini poculo ebriatus, in suo tabernaculo est denudatus. Quæ res ad illũ proprie spectat, qui calice passionis adeo factus est ebrius, vt ipso regimine corporis nudaretur ad tempus, & statim in resurrectione euigilans, illis daret benedictionẽ, qui in mysterio venerantur eius passionem, irrisoribus autem suis dignam maledictionem. De quo calice dicit Psalmista, Calix meus inebrians, quàm præclarus est. Et in Euangelio dominus, Calicem, quem dedit mihi pater, non bibam illum? Virga quoque Moyli in terram proiecta & in draconem conuersa, cum teneretur per caudam rediit iterum in virgam: quia illa potestas diuinæ maiestatis de cælo descendens ad terram pro nobis voluit esse mortalis, sed post peractam carnis assumptionem dispensationem, recepit se ad paternæ dextere sedem. De Igna, quem absorptum piscis euomuit illæsum in aridam, euidẽtẽ habemus ipsius

Psal. 83.

Serm. 153. de temp.

Genes. 2.

1. Cor. 15.

Genes. 9.

Psal. 22. Ioan. 18. Exod. 7.

1. Ioh. 2.

domini sententiam, quod sicut ille fuerit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita foveret hominis filius in corde terræ. Extat & alia quàm plurima de hac solennitate solennitatum sancta præconia, quibus omnibus allipularur & ipsa temporum ratio, quæ paschalem terminum vernali dedicauit equinoctio, expectato duntaxat sequente primi mensis plenilunio: vt, sicut ab inferioribus sol in altum proficiens, primo nunc adæquat longitudine noctes, luna etiam per diuinam suæ lucis incrementa videtur esse plenissima: ita resurgens ab inferis sol iustitia, Ecclesiam æternus in tenebris constitutam suo illustraret lumine. Hæc sunt sacrosancta huius diei paschalia gaudia, hæc seculis omnibus deli derata, & prædicata solennia, quæ nos semper animo venerati, semper opere pro modulo nostro iustum esse imitari, sicut dicit Apostolus Ioannes, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Et illo quidem pro nobis ad tempus crucifixus, nos quotidie crucem tollere, & ipsum sequi oportet. Mortem ille ad horam gustauit, nos semper debemus mortificare membra nostra quæ sunt super terram, fornicationem, immundiciam, &c. Resurrexit ille à mortuis, resurgere nos iubemur à viciis, dicente Apostolo, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Quod si modo carnem nostram pro Christo cum vitiis & concupiscentiis crucifixerimus, complãtati etiam similitudini mortis eius, mortificatione vitorum fuerimus, cum Christo apparuerit vita nostra, tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria, qui cū patre & spiritu sancto viuic, & regnat in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN EODEM
die, Homil. 12.

Deus misericordie, & iustitie hodie resurrexit à mortuis per potentiam patris, vt Paulus ait, Qui suscitauit eum à mortuis. Et propheta, Inter mortuos liber est. In quo & nos omnes post resurgemus, & viuemus. Quia enim præstitit nobis ducatum ad regnum suum, iubemur & nos præparare viam domino, hoc est, humilitatem, dilectionem Dei, & proximi, iustitiam, bonitatem, integritatem, patientiam, charitatem, prudentiam, pietatem, & innocentiam. Hæc omnia præcepit nobis dominus per semetipsum exemplis, qui per agnum significatur. Queritur ergo, quare agnus iste non die, sed ad vespertam immoletur? Hæc causa manifesta est. Dominus enim noster, ac saluator in consummatione seculorum passus est, vt Ioanes ait, Filioli mei, nouissima hora est. Hodie fides Ecclesiæ cõfirmata est in Christo, & in semine Abraham omnes gentes benedicuntur, ac saluator mundi innotuit, & plenam supernis ciuibus, & hominibus lætitiã contulit, cum viuum se post passionem suam præbuit iuxta promissum suum. Bene quoq; dominicus sermo, ac resurrectio domini coniunguntur. Venerabilis est hæc dies, qui dominicus dies, & dies primus atque perfectus est, & dies clarus, in quo visa est prima lux. In quo transgressi sunt filij Israël mare rubrum sicis pedibus, & in quo pluit manna filiis Israël in deserto, & quo dominus baptizatus est in Iordane, Quo vinũ de aqua in Chana

Matth. 23.

1. Ioh. 1.

Ephes. 2.

Rom. 6. Colos. 3.

Serm. 154. temp.

Galat. 3.

Psal. 87.

1. Ioh. 1.

Genes. 22.

Genes. 22. Exod. 14. Exod. 16. Matth. 3. Ioan. 1. Ioan. 10. Act. 1.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Gali

EIVSDEM IN EODEM
die, Homilia 14.

Pascha Christi, dilectissimi, regnum est cæli, salus mundi, vita credentium, occasus inferni, gloria superiorum, resurrectio mortuorum, testimonium resurrectionis diuinæ, pretium redemptionis humanæ, cognitio mortis abolitæ. Quæ festiuitas Dei sacra mysterio, & cognita sacramẽto, virtutem dominicæ resurrectionis per angelos indicat, per Apostolos manifestat, per corda credentium bona multiplicat. Hic igitur est dies, dilectissimi, quem fecit dominus, vt audistis, celsior cunctis, lucidior vniuersis, in quo dominus resurrexit, in quo sibi nouam plebem, vt ipsi videtis, regenerationis spiritu conquisiuit, in quo singulorum mentes gaudio, & exultatione perfudit. Hic ergo dies resurrectionis Christi, defunctis vita, peccatoribus venia, sanctis est gloria. Si quidem operatione virtutis eleuat de imis, suscitatur de terrenis, collocat in excelsis, consummat iustos, firmat dubios, damnat incredulos. Ad hoc enim dominus hodie resurrexit, vt imaginẽ nobis futuræ resurrectionis ostenderet: & ideo hodie vt vitali lanacro resurgens Dei populus ad instar resurrectionis Ecclesiam nostram splendore niuei candoris illuminet, gratias agere Deo nostris debemus, quod dum sancti Paschæ solennitatem colimus, futuræ resurrectionis speciem iam videmus: resurrexerunt est humanum genus in seculi consummatione post mortem, nunc resurgit in baptismo: suscitandus est tunc Dei populus post soporem, nunc suscitatur post infidelitatem: liberandus est tunc à mortali conditione, nunc liberatur ab ignorantia cœcitate: renasciturus est ad æternitatem, & nunc nascitur ad salutem. Omnes enim, qui olim in Christo baptizati, assumere non possunt candidam vestem, conuersationem saltem candidam non relinquunt. Solet sub nigro habitu anima satis pura latitare, nec multum interest, si quis non habet candidam vestem. Talis latro fuit ille, qui in Euangelio crucifixus cum saluatore clamasse dicitur, Memento mei, domine, cum veneris in regnum tuum. Attendite ergo, charissimi, & videte, quid fidelis obtinet, quid meretur? Regnum saluatoris latro poscit in cruce, & dum penam multitudinem patitur, ad præmia æterna perducitur. Imitamini ergo eius deuotionem, imitamini amare regnum Christi: quod poscit latro moriendo, vos desiderate bene viuendo. Illius credulitati paradus aperitur, & nostræ spei æternorum monstratur firmas præmiorum. Letemur ergo, & exultemus in hac die, in qua Dominus resurgens intulit pacem, intulit salutem. Hoc itaque admoneo, fratres dilectissimi, vt quotiens paschalis solennitas venit, quicumque viri, quæcumque mulieres de sacro fonte filios spiritualiter exceperunt, cognoscant se pro ipsis fideliores apud Deum extitisse, & ideo semper illis sollicitudinem veræ charitatis impendant, & admoneant vt castitatem custodiant, virginitatem vsque ad nuptias seruent, à maledicto, vel periurio linguam refrignent, cantica raptia, vel luxuriosa ex ore non proferant, non superbiant, non inuideant, iracundiam, vel odium in corde non teneant, aurguria non obseruent, phylacteria, & characteres diabólicos nec

Sermo 163. de temp.

Psal. 117.

Luce. 23.

De cons. dist. 4. Vos autem.

sibi, nec suis aliquando suspendant, incantatores velut ministros diaboli fugiat, fidem catholicam teneant, ad Ecclesiam frequentius currant, contempta verbositate lectiones diuinas attentis auribus audiant, peregrinos accipiant, & secundum quod ipsis in baptismo dictum est, hospitem pedes lauent, pacem & ipsi teneant, discordes ad concordiam reuocare contendant, sacerdotibus, & parentibus honorem amore veræ charitatis impendant. Hæc ergo omnia, & his similia si filios, & filias vestras admonere contenditis, cum ipsis ad æternam beatitudinem feliciter peruenieris. Nemo se circumueniat, fratres charissimi, nullus homo sibi solummodo viuat: & sicut frequenter suggesti, quantumcumque aliquis exemplo sanctæ vitæ edificauerit, cum tantis, & pro tantis mercedem beatæ vitæ retributionis accipiet; & quantumcumque exemplum malæ conuersationis etiam si non eum illi sequantur præbuerit, pro tantis se malis rationem nouerit redditurum. Et ideo, sicut iam supra suggesti, neophytis nostris auxiliante domino exemplum bonæ conuersationis, quantum possumus, debemus ostendere, ut non pro illorum destructione pœnam recipere, sed potius pro ædificatione ad indulgentiam peccatorum mereamur peruenire, præstante Domino nostro Iesu Christo,

S. AVGVST. EPISCOPI
Hippon. in idem festum, Homil.

Ser. 15, lib. 50.
Homil.

Resurrectio, & glorificatio domini nostri Iesu Christi, fratres charissimi, ostendit nobis vitam, quam accepturi sumus, cum venerit retribuere digna dignis, mala malis, bona bonis. Et modo quidem mali homines cantare nobiscum possunt halleluia. Si autem in malitia sua perseverauerint, canticum vitæ nostræ futuræ labiis dicere possunt, ipsam vero vitam, quæ tunc erit in ea veritate, quæ nunc significatur obtinere non possunt, quia noluerunt meditari, antequam veniret, & tenere quod futurum erat. Nunc ergo, fratres charissimi, exhortamur vos, ut laudatis Deum, & hoc est, quod nos omnes dicimus, quando dicimus halleluia, laudate Deum. Dicis tu alteri, dicit ipse tibi. Cum se omnes exhortantur, omnes faciunt quod hortantur. Sed laudate de totis votis, id est, ut non sola lingua vestra, & vox laudet Deum, sed & cõscientia vestra, vita vestra, facta vestra. Etenim laudamus modo in ecclesia: quando congregamur. Cum quisque discedit ad propria, quasi cessat laudare Deum: Non cesset bene viuere, & semper laudat Deum. Tunc desinit laudare Deum, quando à iustitia, & ab eo, quod illi placet declinat. Nam si à vita bona nunquam declinet, lingua tua tacet, vita tua clamat, & aures Dei ad cor tuum. Quo modo enim aures nostræ ad voces nostras, sic aures Dei ad cogitationes nostras. Non potest autem fieri, ut habeat mala facta, qui habet cogitationes bonas. Facta enim de cogitatione procedunt. Nec quisquam potest aliquid facere, aut ad aliquid faciendum membra mouere, nisi primo processerit iussio cogitationis. Quo modo de interiori palatio quicquid iusserit Imperator, per imperium Romanum emanat, quicquid videtis agi per prouincias, quantus motus sit ad vnam iussionem imperatoris intus

sedentis, mouet ille solum labia, cum loquitur, & mouetur omnis prouincia, cum sit, quod loquitur: Sic & in vnoquoque nostrum intus est Imperator, in corde sedet: si bonus bona iubet, & bona fiunt, si malus mala iubet, & mala fiunt. Cum ibi sedet Christus, quid potest iubere nisi bona? Cum possidet diabolus, quid potest iubere nisi mala? In tuo autem arbitrio Deus posuit, cui pares locum, Deo, an diabolo. Cum paraueris, qui possidebit ipse imperabit. Ergo, fratres, non tantum ad sonum attendite cum laudatis, Deum totum laudate. Cantet vox, canter vita, cantent facta. Et si est adhuc genitrix, tentatio, tribunalio, spera transitoria omnia, & illum vêturum diem in quo sine defectu laudabimus. Interim, donec veniat ille dies, in quo coniuncti angelis Deum sine vlla fatigatione, & sine vilo sine laudare mereamur, ut ad illud ineffabile gaudiu venire possimus: quantum possumus, bonis operibus studeamus insistere: & quotidie conscientias nostras intus aspicientes, si aliquid in stola animæ nostræ aut per negligentiam diffusum, aut per luxuriam sordidatum, aut per iracundiam combustum, aut per inuidiam concisum, aut per auaritiam tenebrosum esse cognoscimus, dum adhuc in potestate nostra est, cum Dei adiutorio festinemus vulnerata curare, reparare perdita, & ad candorem iustitiæ ea, quæ obscurata fuerant, reuocare. Ne forte si bonis operibus nudi, & vitorum pannis sordentibus inuoluti, ante tribunal æterni iudicis venerimus, illa ad nos terribilis sententia dirigatur: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Et ideo, quantum possumus, fructus iustitiæ studeamus asserere, timentes illud, quod dominus dixit: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Hæc sententia euidenter ostendit, quia non solum malum fecisse, sed etiam bonum non egisse, damnabile erit. Et ideo ista, quæ diximus, attentis cordibus iugiter cogitemus, ne nos tarde pœniteat sub conspectu ignis æterni, qui interrogabit medullas, ossa, & cogitationes nostras. Quoniam tunc vnusquisque puniendus optabit ne vnquam mulierem alienam concupisserit, ne vnquam corporis sui vestem, ne vnquam baptismi holocosticam maculasset, ne vnquam præterisset consilia, & monita sacerdotum. Nam, si sacerdotibus grande periculum est, aliena peccata non arguere, quanto periculosius erit propria noluisse corrigere: Atque ea non solum non emendasse, verum etiam defendisse, & defendendo cumulasse. Et ideo expiatura erit illic inextinguibilis cõcrematio, quicquid hic medicabilis satisfactio, quicquid hic salutifera dissimulauerat sanare conuersio. Ardens enim inferni puteus aperietur, descensus erit, reditus non erit. Illic fidei veste nudati, & capitaliter mortui, in perpetuum demergentur, eijcendi in tenebras extiores, vbi non visitabit æternus: In tenebras ex tenebris infelicitate exclusi, infelicitius includendi. De hoc puteo Propheta orat, atque commemorat. Neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum. Ideo autem dixit, Neque vrgeat super me puteus os suum, quia cum sine pœnitentiæ remedio infelices peccatores exceperit, claudetur sursum, aperietur deorsum, ac dilatabitur in profundum. Nul lum spiramen, nullus liber anhelitus claustris de-

Math. 23.

Math. 23.

Math. 23.

Psal. 62.

super argentibus relinquetur. Detrudentur illuc valedicentes rerum naturæ, vltra nescientur a Deo, qui Deum scire noluerunt, mortui vitam, & morti sine fine iudicantur. Felices qui nunc bene viuentes, facultatibus, vel corpori suo necessariis contenti, & de suo largi, in se casti, in alios non cruenti ab huius putei profundi flamma nocte se redimunt. Hæc pœna illos manebit, qui amisso, & non reparato per pœnitentiam baptismum, in æternum peribunt. Ad quos dicitur, Paleas autem comburet igni inextinguibili. Hi vero, qui temporalibus pœnis digna gesserunt, de quibus Apostolus dicit, Si cuius opus asserit, detrimetur patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: per fluiui igneum, de quo propheticus sermo commemorat, Et fluiuis igneus curtebat ante eum: per fluiuium igneum, & vada feruentibus globis horrenda transibunt. Quanta fuerit peccati materia, tãta & pertransundi mortem. Quantum exegerit culpa, tantum sibi ex homine vendicabit quædam flammæ rationabilis disciplina. Et quantum stulta iniquitas suggesterit, tantum sapiens pœna deficiet. Et quia sermo diuinus quodam loco æneæ ollæ animam peccatricem comparat, dicens: Pone illam super prunas vacuam, donec concalcat æs eius & omne stagnum eius defluat, illic sermones oculi, & cogitationes iniquæ, vel sordidæ, illic multitudo lenium peccatorum, quæ puritatem nobilis naturæ infecerant exundabunt: illic stagnum, vel plumbum diuerforum subrepentium delictorum, quæ diuinam imaginem obscurauerat, consumuntur: quæ omnia hic ab anima separati per eleemosynas & lachrymas compendiosa transactione potuissent. Ecce sic exigere habet ab homine rationem, qui seipsum pro homine dedit, & confixus clauis, legi mortis se iunxit. Quæ cum ita sint, dilectissimi, intelligamus quia effugere intoleranda supplicia, & incendia æterna non poterunt, nisi qui prius in se ignem carnalis concupiscentiæ, ac multitudine cupiditatis extrinxerint. Et ideo, fratres charissimi, conuertamus nos ad meliora, dum in nostra sunt potestate remedia. Curramus, dum lucem habemus, ne prætereuntes salutis tẽpõra negligamus. Hic extinguamus mortem moriendo peccatis, hic vitam vitæ meritis comparemus.

Math. 3.

1 Cor. 3.

Sua tempo-

ralia vel par-

gamas pas-

ch. 7.

Math. 24.

Math. 23.

Math. 23.

S. MAXIMI EPISCOPI
Taurinensis in eodem festo, Homil. 1.

Beneficia Dei nostri, cum magna atque mirifica sint, tamen nec noua probantur esse, nec subita: sed ab initio seculi & prædicta sunt oraculis, & præfigurata mysteriis. Sacram enim Domini passionem ab ipsis mundi coalescentis exordiis veteris testamenti responsa recinerunt: & ideo Christum dominum prædicatum, atque aduinciarum suis aperte explorum libris ac voluminibus asserimus. Validis absque dubio nititur primitiis, qui causam de aduersariis asserit instrumentis: Speciosa victoria est contrariam partem chartulis suis, velut propriis laqueis irretire, & testimonium suorum votibus confutare, & armulim telis suis euincere, ut pugnatoris, uti argumenta tuis probetur vilitatibus militare. Itaque in domini nostri persona dum ex Adæ primi ho-

minis cocta mater cunctarum viuientium Ena producit, ex huius sacro latere, ac salutari vulnere ecclesia omnium fidelium parens reparanda monstratur. In eius typo Abel iustus occiditur, & innocens fraterna tanquam Iudaica impietate maculatur. Hic idem dominus in nouissima mundi senescens ætate per figuram beati Abraham longæui patris offertur, quo tempore dum nouo sacrificio in vici sui iugulum pius parricida confurgit, ex improviso aries oculis eius apparuit, sicut loquitur sermo diuinus. Et vidit Abraham arietem inter vepres hæretem cornibus. Inter vepres, inquit: Requiritur, quæ ista sit nouitas. Inter vepres, id est, in multitudinem circumstantium peccatorum: hærentem cornibus, id est, ad crucis cornua clauorum confixione pendente, sicut in alio loco legimus, cornua in manibus eius sunt. Hoc ideo, quia venerandas manus patibuli brachia susceperunt. Inter spinas autem deputatus est, quando spine sero innocentiæ, & iustitiæ autor illusus est. Sed altius introspicere debemus quidnam sit, quod Isaac à patre altaribus admoeretur, ac subito aries pro eo non mutata, sed duplicata oblatione supponitur. Gemina hic adotanda substantia redemptoris ostenditur. Dei enim vni-genitus offertur, & virginis primogenitus immolatur. Hoc quoque dominicæ passionis præfigurabant insignia, quod legimus beatum Helizæum sepulchro conditum ingesto à latrunculis caduere intra tumulum suum corpus extincti tædæ sacri corporis suscitasse. Quis hic alius præfiguratur, nisi noster Iesus Christus, qui resurrectionem de morte largitur, & vitam sepulsi operatur? In latrone reum mundum, in prophete virtutibus Christum dominum recognosce. Adhuc celeberrime per scripturas sanctas etiam in Ionæ prophete laboribus, & ærumnis Christi passio, & resurrectio præsignatur. Hic Ionas, quod fidei vestra non arbitramur incognitum, typum domini gessisse perhibetur. Ipse enim dominus dicit. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: Ita erat filius hominis in corde terre tribus diebus, & tribus noctibus. Hic, inquam, Ionas ad prædicandam Niniuitis iræ celestis offensam, domino iubente, dirigitur, sed præscius tristem prophetiam populi conuersione vacuam, nauem profugus, quæ Tharsim petebat, ingreditur. Sed nautis turbatis exorta tempestate forte fluctibus datur, & faucibus ceti piscis demersus excipitur, sed pisce illa sum eructante depositum, terria die terris refunditur. Ionas itam domini prædicaturus ad magnam Ninuitarum destinatur urbem. Dicturus, quadraginta dies & Ninive subuertetur, & Christus ad mundi mittitur ciuitatem, ut diem salutis, & præfinitum iudicij tempus antinuet. Ionas nauim expetit, Christus ecclesiam: Ionas fluctibus agitatur, Christus mundi turbulibus exercetur: Nisi Ionas pessundet, naufragæ nauis periculum non sedatur, siq; & non liberatur ecclesia, nisi Christi morte saluetur. Nautæ dimissuri Ionam, tamen vereptur, & dicunt. Domine, ne des super nos sanguinem innocentem. Nonne nobis videtur nautarum imprecatio Pilati esse confusio, qui tradit Christum, & tamen lauat manus suas, & dicit. Mundus ego sum à sanguine iusti huius. Quam congrue personam gentilem fides getium prædicat. Dicit itaque Ionas in oratione sua. Tolle igitur, domine, Bibl. Hom. tom. 2. Ffff 2 animam

Genes. 4.

Genes. 22.

Abac. 3.

4 Reg. 13.

Math. 12.

Ioan. 2.

Ibidem.

Ioan. 1.

Math. 27.

Ioan. 4. animam meam, quia melior est mihi mors quam vita. Dicit hoc rebus dominus noster Iesus Christus, quia melior est mihi mors quam vita, id est, vivens unam Iudaeorum gentem saluare non potui, moriar, & uniuersus mundus una morte saluetur. Ionam cetus piscis excepit immersum, sed non contigit deuoratum, & quem malitia hominum perdidit, bestia esuriens custodiuit. Plenis visceribus famem patitur, & in praedam, quam absorbuit, nihil sibi licere miratur. Quis est iste, qui intra auidos rictus assumi potest, & consumi non potest? Cibis est, corruptio non est. Traditur perditionis profundo, & seruat ipseus mortis obsequio. Quis est iste, qui valissimos sinus periculorum tutus ingreditur, & sub altitudine immensa conclusus, atque mortifera vitali aere pascitur, & demissus in alienam rerum naturam in vitae exitium cum vita peregrinatur, & mortis superstes adnunciat venturam mundi salutem? Puto, quod hic dominus noster Iesus Christus, quem saeva mors inexplebilis bellua in escam suam rapuit, & praedam suam captiua contremuit. Contremuit, inquam. Nam, si nouerat crucifixum, tamen quem non meminerat reum, non poterat tenere damnatum: quia culpam non facit poena, sed causa. Quasi solum cibum perditum in mundi origine hominem deuorauit, sed magnam esse cibi ipsius dignitatem praefocata cognouit. Atque ideo diuinus sermo commemorat. Et praecipit dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam. Praecipit ergo bestiae, praecipit morti semper esurienti, praecipit abyssis, & inferno, ut mundo restituat saluatorem. Euomuit autem, hoc debemus accipere, quod eximis visceribus mortis victrix vita remeauerit, atque eam ex imis praecordiis inferni perditio exulcerata reddiderit. Videmus itaque in propheta afflictionibus aperitissime praefiguratam & mortem pariter, & resurrectionem. Quapropter quod impletum cernis in seruo, credere non cuncteris in domino. Que cum ita sint, perspice, o homo, quantum valeas, & perpende quantum debeas. Perspice quantum valeas, ut tandem vilis esse tibi desinas, ut vel pro hoc erubescas subiacere vitis digneris: dum generositate tua de creatoris, ac reparatoris dignitate metiris. Habet causas, quibus se ipse confundat, cur indignis dominis victo corde subdatur, cui gloria aeterna promittitur? Ac sic gemino priuilegio qui dudum diuinam imaginis participatione videbaris honoratus, efficeris etiam commercij nobilitate pretiosus. Vnde quam fortis esse possis contra hostem tuum, interroga statum tuum, quod tibi dominus ab belladum in membris tuis mundi principem, ac spiritales nequitas superandas, liberam contulit facultatem, ac sic impossibile non putes, ut transferri obtineas in angelicas beatitudines, cum in hoc saeculo angelicas deuiceras potestates. Non ergo te degenerem, ac despectum faciat vita, quem vel factura probatur illustrem, protulisse, vel gratia, sed cursum fideles Christi ad superna fiducialiter extollant. Nam qui se caelesti pretio vident redemptos, ad caelestia non dubitent praeparatos.

Ioan. 2.

EIVSDEM DE EADEM

Solemnitate, Homil. 2.

Non immerito, fratres, hodierna die psalmus hic legitur, in quo propheta exultandum praecipit, & laudandum. Omnes enim creaturas ad huius diei festiuitatem David sanctus inuitat. Nam in hac die per resurrectionem Christi aperitur tartarus, per Neophytos ecclesie innouatur terra, caelum per spiritum sanctum referatur. Apertus enim tartarus reddit mortuos, innouata terra germinat resurgentes, caelum referatur suscipit ascendentes. Venique ascendit latro in paradysum, sanctorum corpora ingrediuntur in sanctam ciuitatem, ad viuos mortui reuertuntur, & profectu quodam in resurrectione Christi ad altiora euncta elementa se tollit. Tartarus, quos habet, reddit ad superiores, terra, quos sepelit, mittit ad caelum, caelum, quos suscipit repraesentat ad dominum. Et vna eademque operatione saluatoris passio eleuat de imis, suscitatur de terrenis, collocat in excelsis. Resurrectio enim Christi defunctis est vita, peccatoribus venia, sanctis est gloria. Omnem ergo creaturam ad festiuitatem resurrectionis Christi, David sanctus inuitat. At enim exultandum in hac die quam fecit dominus, & laudandum. Sed dicit aliquis. Si in die gratulandum est, iis utique gratulandum est, quos dies ipsa complectitur. Caelum autem, & tartarus extra huius mundi diem sunt constituta. Quomodo igitur possunt ea elementa ad festiuitatem huius diei vocari, cuius diei ambitum non tenentur? Sed hic dies, quem fecit dominus, penetrat omnia, uniuersa continet, caelum, & terram, tartarumque collustrat. Lux enim Christus non parietibus obstruitur, non elementis diuiditur, non tenebris obscuratur. Lux, inquam, Christi, dies est sine nocte, dies sine fine, vbique splendet, vbique radiat, vbique non deficit. Quod autem iste dies Christus sit, Apostolus dicit. Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Praecessit, inquit, nox, non sequitur, ut intelligas, superueniente Christi lumine, & diaboli tenebras effugari, & peccatorum obscura non subleui, & iugi splendore praeteritas caligines depelli, superrepentia delicta prohiberi. Nam quia hic dies Christus caelum, terram, tartarumque collustrat, scriptura testatur. Quod enim super terram fulgeat dicit Ioannes. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum. Quod in inferno luceat, ait propheta. Qui sedebant in regione umbrarum mortis, lux orta est illis. Quod in caelis iste permaneat, refert David dicens. Pona in saeculum saeculi semen eius, & sedem eius sicut dies caeli. Quis autem est dies caeli nisi Christus dominus, de quo dicitur per prophetam. Dies diei crustat verbum. Ipse est enim dies filius, cui pater dies diuinitatis suae cruciat arcantum. Ipse, inquam, est dies, qui ait per Salomonem. Ego feci ut oriretur in caelo lumen indeficiens. Sicut ergo diem caeli nox omnino non sequitur, ita & Christi iustitiam peccatorum tenebrae non sequuntur. Semper enim dies caeli splendet, lucet, & fulget, neque aliqua potest obscuritate concludi, & lumen Christi semper micat, radiat, conuolat, nec aliqua potest delictorum caligine comprehendi. Vnde ait euangelista Ioannes. Et lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt. In resurrectione ergo Christi

Psalm. 117.

Rom. 13.

Ioan. 1.

Esa. 9.

Psalm. 81.

Psalm. 118.

Eccl. 1. 4.

Ioan. 1.

si elementa omnia gloriantur. Nam & sol ipsam arbitror esse in hac die solito clariorem. Necessarium est enim ut sol in eius resurrectione gaudeat, in cuius passione condoluit, & cuius mortem lugubri quadam caligine persecutus est, eiusdem virtutis nitidioris lucis splendore suscipiat. & tanquam bonus minister, sicut tunc obscuratus est ad exequias sepulture, modo coruscet in resurrectionis obsequium. In passione enim Christi caliginam se nocte circundedit, & Iudaeorum facinus mundo teste congemuit. Indicium enim quoddam doloris in sole est, tanto sceleris offitium luminis denegasse, & vitioe quadam Iudaeorum oculis tenebras infudit: ut, quorum mentem caecitas inuaserat, eorum oculos caecitas occuparet, ne clauderet eis mundi lumen, a quibus fuerat lumen factus exultatum. Damnatio igitur quaedam ingeritur Pharisaeis, ut tenebras in die iudicij peccatoribus reprobis iam apud superiores patiantur. Apud superiores ergo crucifixum immorantur tenebrae. Quid mirum, si apud superiores sunt tenebrae, cum lux descendit ad inferos? Igitur, fratres, omnes in hac die sanctae exultatione debemus, nullus se a communi letitia peccatorum conscientia subtrahat, nullus a publicis votis delictorum sarcina reuertatur. Quis enim peccator in hac die de indulgentia non debet desperare, est enim praerogativa non parua. Si enim latro paradysum meruit, cur non mereatur veniam Christianus? Et, si illi dominus, cum crucifigitur, miseretur, multo magis huic miseretur, cum resurgit. Et, si passionis humilitas tantum praestitit coalitenti, resurrectionis gloria quantum tribuit deprecanti? Larior enim ad praestandum solet esse, (sicut ipsi scitis) lata victoria, quam addicta captiuitas.

Luc. 23.

Hebr. 12.

Matth. 17.

Ioan. 10.

EIVSDEM DE EADEM

Solemnitate Homil. 3.

Exultandum nobis est, fratres, in hac die, quam fecit dominus continuata letitia, & in eius festiuitate iugi gloria gratulandum. Nec quia nox solennitatis interuenit, gaudia nostra praescidit, nec quia obscuritas distulit tempora vespertina: resurrectionis lux vobis aeterna deseruit. Nobis enim heri, & hodie dies vnus, dies ipse est, quia sicut de saluatore beatus Apostolus Iesus Christus heri, & hodie ipse est. Ergo si Iesus Christus heri, & hodie ipse est: ipse atque idem nobis semper est dies: quia in ipso viuimus, in ipso mouemur: in ipso non morimur. Non morimur, inquam: quia sicut lucem Christi nulla peccati nece obscuritas: ita & viuentes nulla temporis absinit veritas. Letemur ergo in Christi resurrectionis die. Communis enim omnium, communis est nostra letitia. Communis plane: quia omnes, illo resurgente, surreximus. Omnium enim reuixit saluti, qui pro omnium peccatis additus est passioni. Resurrexit igitur saluator a mortuis. Noua res, & mira: sed habet haec assertio veritatem. Nam, ut taceam prophetarum oracula, angelorum ministeria, aperta sepulchri penetralia, ipsum dominum post resurrectionem cum discipulis loquentem, conuersantem, edentem: Thomam quoque clauorum vulnera etiam digito contrectantem: ut haec omnia praetermittam, tamen fidem nostram confirmat impietas Iudaeorum. Nam sufficit ad

credulitatem nobis eorum nimium cauta crudelitas. Quo enim diligentius custodierant tumulum, eo constanter illius manifestus surrexit. Quo plures appoluerunt custodes, eo plures testium testigere. Nam hoc procurauit diuina prouidentia, ut resurrectioni dominica non solum angeli, non solum discipuli, sed & testimonium perhiberent (quod est amplius) inimici. Libentius ergo accipimus, quod eam diligentius obseruauerunt. Credimus enim sub tot custodibus potuisse illum prodire citius quam perire, & de tumultu iure domini progredi, quam discipulorum fraude subdaci. Tanta enim sollicitudine sepulchrum obstruxit impietas, ut id non praualeret manus humana destrueret: nisi sola virtus resurrectionis aperiret. Denique dicit sanctus euangelista descendente angelo, magno terram tremore fuisse commotam, ut fundamenta tumuli mouerentur, & percussos pauore custodes, qui venerat custodire mortuum, esse factos ut mortuos. Ut mortuos inquam. Dignum plane iudicium, si cum iustus resurgit, peccator emoritur: cum renouit innocens, eius infertur inimicus. Nam ideo nec progredientem dominum cernere potuerunt, quia criminosa nos mentis terror opprimerat, dum sustinere fulgorem resurrectionis rutilare non valebant. Maiore ergo sollicitudine Pharisaei dominum custodierunt mortuum quam viuum sunt persecuti. Siquidem causa illos maior urgebat. Intelligebant enim facilius fuisse eum apud superiores despicere, quam redeuntem ab inferis posse contemnere, & quod tunc praedicans facile potuerit occidi, nunc autem resurgens iam non possit occidi: dicente Apostolo. Resurgens autem iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Cuius diebat ergo eum sollicitudine praestitit quia se die tercia dixerat surrecturum. Custodiebant autem sollicitudine in sepulchro, quia necesse illis erat eum iam non doctorem timere: sed iudicem. Iudicem, inquam, non solum tantum, sed & crudelis sententiae suae, qua filios, posterosque suos sceleribus addixerunt, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Crudelis sub tali sententia impietas Iudaeorum, quae facinorosa non solum praesentes liberos damnat, sed etiam non natos occidit. Quos enim hac voce ad conscientiam facinoris vocat, quos scientia criminis non tenebat. Crudelis, inquam, impietas, quod posteros ante in reatum vocat, quam producit in lucem, ut prius futuris contingeret peccate quam viuere. Cruentis plane genitores, qui ante parturientes facti sunt quam parentes: & ante eos factos suis sceleribus assumpserant, quos vtrum sanguinis participes possent habere, nescierant. Non igitur mirandum est, si in saluatorem tam crudeles fuerunt: qui extiterunt in suos posteros tam crudeliter. Non immerito in hac die sanctus David sine exceptione exultandum praecipit, & laudandum, in qua die totius mundi gaudia celebratur. Omnibus enim letandum est, quia omnibus prodest. Cunctis exultandum est, quia eunctis est salutare, & ideo non adulatoria est adhibenda, nec fucata letitia. Quis enim in Christi resurrectione letatur, letetur potius, quia in Christo ipse surrexit. In illo enim nostra portio, nostra conditio, & mortem pertulit, & reuixit. Et licet nobis adhuc resolutio corporis maneat, coepimus tunc in Christo aeterna vita iam viuere. Vnde, quamuis

Matth. 28.

Rom. 6.

Matth. 27.

Psalm. 117.

fragilitatem nostram acceleret: immatura mortis occasio, in saluatore tunc didicimus prius resurgere quam perire. Ante enim futurus homo resurrexit in Christo, quam vitam fortiretur in saeculo. Non enim tantum illi dominus generationi resurrectionis praestitit gratiam, in cuius generationi tempore resurrexit, sed etiam seculis postea populis hoc prouidit, vt prius essemus de resurrectione securi, quam de morte solliciti, & ante cum Deo viueremus in caelis: quam cum hominibus conuersaremur in terris. In saluatore enim omnes resurreximus; omnes reuiximus: omnes ad caelestia transmigravimus. Est enim in illo Christi homine vniuersi cuiusque nostrum carnis, & sanguinis portio. Vbi ergo portio mea regnat, regna te me credo: vbi dominatur sanguis meus, me sentio dominari: vbi glorificatur caro mea, me gloriosum esse cognosco. Quamuis enim peccator, de hac tamen communione gratiae non distat, quia etsi peccata nos prohibent, substantia nos requirit: & si delicta propria nos excludunt, naturae communio non repellit. Nam propter bonitatem diuinitatis, peculiarem nobis saluator debet affectum, scilicet, quia sicut Deus noster in ipso est, ita & sanguis noster in illo est. Misericordiam igitur mihi debet praestare diuinitas: necessitudinem exhibere debet affinitas. Neque enim tam immitis est dominus, vt obliuiscatur hominis, & non meminerit illius, quem ipse gestat, vt quem causa mei susceperit, non eius causa, quem susceperit, me requirat. Non, inquam, tam immitis est dominus, vt non diligat carnem suam, membra sua, viscera sua. Ait sanctus Apostolus. Nemo vquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam sicut Christus ecclesiam. Nihil ergo de venia desperemus, fratres, nihil de odio timeamus. Habemus praerogatiuam sanguinis nostri. In Christo enim caro nostra nos diligit. Sumus enim membra eius, & caro, sicut dicit idem beatus Apostolus: Hoc nunc os ex ossibus meis; & caro de carne mea. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in ecclesia. Exultemus ergo, fratres, sicut ait scriptura in hac die domini exultemus plane, quia cum votis domini gratulamur magis nostra vota curamus. Quid tantum dicit Propheta? Hae est dies, quam fecit dominus. Bonus plane dies, qui lucem intulit vniuersis; verum non huius saeculi lucem, sed resurrectionis aeternae. Lux enim ista non caliginem noctis destruxit, sed mortis tenebras amputauit. Bonus inquam dies; & melior hic quam ille, in quo primum mundus enituit. Ille enim hominibus ad laborem creatus est: hic factus est ad quietem. Ille mortem meruit; hic formidinem mortis euasit. Ille bonis, malisque communis est; hic proprius est iustorum. Illius diei lux tenebris sepelitur; huius diei splendor etiam sepulturas illuminat. Ad postremum illius diei lucem mortui non vident: huius diei lumen etiam defunctis emicuit, sicut ait Propheta: Qui sedebant in regione umbrarum mortis, lux orta est eis. Laetetur ergo in hac die, quae & viuos circumfulget, & mortuos viuificat: & venturos illuminat, sicut ait beatus euangelista: Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Sane intellige, propter Nestorianum duas personas in Christo habuerunt.

Ephes. 5.

Genes. 2. Ephes. 5.

Psal. 117.

Esa. 9.

1. Pet. 1.

EIVSDEM IN EADEM

Solemnitate, Homilia 4.

Magnum, fratres, & mirabile donum concessit nobis Deus, huc paschae salutarem diem, in quo resurgens dominus, resurrectionem praestitit vniuersis, & de imis ad altiora conscendens, nos quoque ad superiora de inferioribus in suo corpore subleuauit. Sumus enim secundum Apostolum omnes Christiani, corpus Christi, & membra. Resurgente igitur Christo, omnia necessaria cum eo sua viscera surrexerunt. Dum enim ille ab inferis transit ad superos, nos de morte transire fecit ad vitam. Pascha enim Hebraice transitus dicitur, vel profectus, scilicet, quia per hoc mysterium de peioribus ad meliora transitur. Bonus transitus est, transit de peccatis ad iustitiam, de vitis ad virtutes, ad infantiam de senectute. Infantiam autem dixerim, non aetatis, sed simplicitatis. Habent enim & merita aetates suas. In occiduis enim prius constituitur examus senio peccatorum, resurgente Christo renouati sumus innocentia paruulorum. Habet & Christiana simplicitas infantiam suam. Sicut enim infans nascitur irasci, fraudare non nouit, referre non audeat, ita & Christianitatis infantia laedentibus non irascitur, spoliatis non resistit, caedentibus non repugnat. Denique sicut iussit dominus, etiam orat pro inimicis, auferentibus tunicam relinquit, & pallium, verberantibus maxillam, praebet & alteram, nisi quod in hoc melior est Christi infantia quam natura. Illa enim peccare nescit, ista contemnit. Illa per infirmitatem innoxia est, ista est innocens per virtutem. Atque ideo laudi magis adscribendum est, non tam male facere non posse, quam nolle. Ergo, sicut diximus, aetates quaedam sunt meritorum. Nam & senectus morum inuenitur in pueris, & innocentia infantum reperitur in senibus. Denique quod in iunioribus senectus quaedam sit honestatis, dicit Propheta: Senectus enim venerabilis non diuturna, nec numero annorum computata. Cui sunt enim sensus hominis, Ad Apostolos autem iam seniores, & maiores natu dicit dominus: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut puer iste, non intrabitis in regnum caelorum. Reuocat igitur eos ad originis suae fontem, & retrorsum ad infantiam redire compellit, scilicet vt qui corpore fragili senuerat, innocentiae moribus renascantur, sicut ait saluator: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei. Dicitur ergo Apostolis: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut puer iste. Non dicit, sicut pueri isti, sed sicut puer iste. Vnum eligit, vnum proponit. Videamus igitur quis ille taurus sit, qui discipulis proponitur imitandus. Non hunc arbitror esse de plebe, non de publico, non de multitudine caeterorum, praecipue qui per Apostolos vniuerso mundo tribuit sanctitatis exemplum. Non, inquam, hunc de publico esse arbitror, sed de caelo. Ipse est enim de caelo puer, de quo dicit Esaias Propheta: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. Ipse plane puer est, qui sicut innocens cum malediceretur, non remaledixit, cum percuteretur, non repercutit: quin potius in ipsa passione pro suis orauit inimicis dicens: Pater, dimitte eis, nesciunt enim quid faciunt. Ita simplicitatem, quam infantibus

1. Cor. 1.

Math. 1.

Sap. 4.

Math. 11.

1. Ion. 1.

Esa. 9.

1. Pet. 1.

Luc. 14.

fantibus natura tribuit, dominus misericordiae bonitate cumulabat. Iste ergo puer est, qui imitandus paruulis proponitur, & sequendus. Nam ipse dicit. Tolle crucem tuam, & sequere me.

Math. 26.

EIVSDEM DE EADEM

solemnitate, Homil. 5.

Retinet sanctitas vestra, fratres, me hoc nuperime praedicasse, quod homo in iuniorum aetate per iustitiam reformetur, & quamuis fessus senio rursus in puerum innocentiae moribus renascatur, ita vt interueniente mysterio ex vetulis iterum videamus infantes. Innouatio enim quaedam est, desinere, quod eras, assumere, quod ante non fueras. Innouatio inquam est, vnde & Neophyti nuncupantur, quod nouitate quaedam maculas vetustatis abiecerint, gratiam simplicitatis assumpserint, dicente Apostolo: Deponentes veterem hominem cum actibus suis, induite nouum; qui secundum Deum creatus est. Vnde & Dauid sanctus ait: Renouabitur sicut aquila iuuentus tua. Intelligens per gratiam baptismi occidua vita nostrae posse reuiuiscere, & iuuentute quadam renouari posse id, quod in nobis fuerat delictorum vetustate collapsum. Vt autem intelligas, quia de gratia baptismatis propheta loquitur, innouationem ipsam aquilae comparauit, quae auis assidua commutatione habitus sui longam duere fertur aetatem, & vetustis iam fatiscentibus plumis, noua pennarum successione iuuenescere, ita vt depositis antiquitatis exuuiis, rediuitia indumentorum natiuitate se vestiat. Vnde intelligimus, quod senectutem aquilae non sentiunt membra, sed plumae. De nouo ergo se vestit, & pullulauit pennis vetusta mater iterum renouatur in pullum. Pullis enim tunc comparanda est, quando radiantibus plumis necesse est illi rursus meditari rudem volatum, & alarum olim exercitata remigia, tanquam nouella volucris, intra nidum pigra compescere, quamuis illi sit volandi notitia de consuetudine, deest tamen illi de pennarum raritate fiducia. De baptismatis igitur gratia hoc spiritus psalmographi prophetauit, nam vtique Neophyti nostri nuper baptizati, tanquam aquilae depositis vetustatis exuuiis, noua sanctitatis indumenta sumpserunt, & fatiscentibus antiquis maculis, sicut plumis leuibus, rediuitia gratia immortalitatis ornantur, ita vt in his senectutis occidua peccata senuerint, vita non senuerit. Tanquam aquila in pullum, sic illi in infantiam renouati. Est eis saeculi de conuersatione notitia, sed adest illis iustitia de reparatione securitas. Quid igitur sanctus Dauid dicat, adhuc diligentius videamus. Non enim ait: Renouabitur sicut aquilae, sed, sicut aquila iuuetus tua. Vnius ergo aquilae renouandam in nobis asserit iuuentutem, quam vnam, & solam aquilam recte Christum dominum dixerim, cuius iuuentus renouata est tunc, cum a mortuis resurrexit. Depositis enim corruptelae corporalis exuuiis, rediuitia carnis assumptione resurrexit, sicut ipse ait per prophetam: Et resurrexit caro mea, & ex voluntate mea confitebor illi. Resurrexit, inquit, caro mea. Videte quo verbo vsus est, non ait, floruit, sed, resurrexit. Non enim resurrexit, nisi quod ante floruerit. Floruit autem caro domini, cum primum

Col. 3.

1. Philo. 2.

Esa. 11.

de Mariae virginis illibata vulua processit. Sicut ait Esaias dicens: Exhibet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Resurrexit autem, cum succiso per Iudaeos corporis flore, rediuitia de sepulchro resurrectionis gloria germinauit, & in floribus modum odorem pariter, & nitorem cunctis hominibus immortalitatis afflauit odor; bonorum operum suauitatem, circumferens nitorem incorruptelam perpetuae diuinitatis ostendens.

S. LEONIS PAPAE

de Resurrectione Domini,

Sermo 1.

Sermone proximo, dilectissimi, non incongrue vobis, quantum arbitror, participationem crucis Christi infinuauimus, vt paschale sacramentum ipsa in se habeat vita credentium, & quod festo honoratur moribus celebretur. Quam autem hoc vile sit, ipsi probatis & ex vestra deuotione didicistis, quantum profint animis atque corporibus proluxiora ieiunia, frequentiores preces, & eleemosynae largiores. Nemo enim feret est, qui non hac exercitatione profecerit, & in abdito conscientiae suae aliquid, quo recte gaudere possit, condiderit. Sed haec lura perseveranti sunt seruanda custodia, ne in desidiis resolutio labore, quod donauit Dei gratia, diaboli furetur inuidia. Cum igitur quadraginta dierum obseruantia hoc voluerimus operari, vt aliquid sentiremus crucis in tempore dominicae passionis adnitendum est nobis, vt etiam resurrectionis Christi inueniamur confortes, & de morte ad vitam dum in isto corpore sumus, transeamus. Vnicuique enim homini, qui ex alio in aliud aliqua conuersione mutatur, finis est: non esse quod fuit, & ortus, esse quod non fuit. Sed interest, cui quis aut moriatur, aut viuatur, quia est mors, quae causa est viuendi, & est vita, quae causa est moriendi. Nec alibi quam in hoc transitorio saeculo, vtrumque conquiritur, vt ex qualitate temporalium actionum, differentiae retributionum pendeant aeternarum. Moriendum ergo est diabolo, & viuendum Deo, deficientium iniquitati, vt iustitiae resurgatur. Occumbant vetera, vt oriantur noua. Er quoniam, sicut ait veritas, nemo potest duobus dominis seruire, dominus sit, non ille, qui stans impulit in ruinam, sed ille, qui deiectos erexit in gloriam. Dicente ergo Apostolo; Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis: qualis terrenus, tales & terreni, & qualis caelestis, tales & caelestes, sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius, qui est de caelo. Multum nobis de hac commutatione gaudendum est, quia de ignobilitate terrena ad caelestem transferimur dignitatem, per illius ineffabilem misericordiam, qui vt nos in sua proueheret, in nostra descendit, vt non solum substantiam, sed etiam conditionem naturae peccatricis assumeret, & ea sibi pateretur inferri diuina impassibilitas, quae miserimè experitur humana mortalitas. Vnde ne turbatos discipulorum animos longa aestitudo cruciaret, denuntiatam tridui moram tam mira celeritate breuiavit, vt, dum ad integrum secundum diem, pars primi nouissima, & pars tertij prima occurrit, & aliquantum temporis spacio decederet, & nihil dierum numero

* Conuersatione.

Math. 6. Luc. 16.

1. Cor. 15.

* decideret.

FFFF 4 numero

* *Luce. 14. 26.*

numero deperiret. Resurrectio igitur saluatoris nec amaram in inferno, nec carnem diu * morata est in sepulchro, & tam velox incorrupte carnis viuificatio fuit, vt maior ibi esset soporis similitudo, quā mortis. Quoniam deitas, quae ab vtraque suscepti hominis substantia non recessit, quod potestate diuisit, potestate coniunxit. Subsequuta sunt itaque multa documenta, quibus predicandae per vniuersum mundum, si dei auctoritas conderetur. Et licet resolutio lapidis, euacuatio monumenti, depositio linteorum, & totius facti angeli narratores copiose veritatem dominicae resurrectionis adstrerent, & mulierum tamen visus, & Apostolorum frequenter oculis manifestus apparuit: non solum loquens cum eis, sed habitans, atque conuersans, & pertractari se diligenti, curiosoque contactu ab eis, quos dubitatio perstringebat, admittens. Ideo enim & clausis ad discipulos ostiis introibat, & statu suo dabat spiritum sanctum, & dato intelligenti lumine, sanctarum scripturarum oecula pandebat, & rursus idem vultus lateris, fixuras clauorum, & omnia recensitissimae passionis signa monstrabat: vt agnosceretur in eo proprietates diuinae, humanaeque naturae individua permanere, & ita sciremus verbum non hoc esse, quod carnis, vt vnum dei filium & verbum conisteremur, & carnem. Non dissonat, dilectissimi, ab hac fide magister genitum Apostolus Paulus, cum dicit; Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunciam non nouimus. Resurrectio enim domini, non finis carnis, sed commutatio fuit, nec virtutis augmento consumpta substantia est. Qualitas transit, non natura defecit, & factum est corpus impassibile, quod potuit crucifigi, factum est immortale, quod potuit occidi, factum est incorruptibile, quod potuit vulnerari, & merito dicitur, caro Christi in eo statum, quo fuerit nota, reseruit: quia nihil in ea passibile, nihil remansit in ea infirmum, vt & ipsa sit per essentiam, & non sit ipsa per gloriam. Quid autem mirum, si hoc de corpore Christi profiteretur, qui de omnibus Christianis spiritibus dicit: Itaque nos ex hoc nomen uouimus secundum carnem. Ex hoc, inquit, in istam nobis factum est resurrectionis in Christo, ex quo in eo, qui pro omnibus mortuus est, totius spei nostrae forma praecessit. Non habitans in confidentia, nec incerta expectatione suspendimur, sed accepto promissionis exordio, si dei oculis, quae sunt futura, iam cernimus, & naturae proiectione gaudentes, quod credimus, iam tenemus. Non ergo nos rerum temporalium occupent species, nec ad se contemplationem nostram a caelestibus terrena deflectant. Pro transactis habeantur, quae ex maxima parte iam non sunt, & mens intenta mansurus, ibi desiderium suum figat, ubi, quod offertur, aeternū est. Quamuis enim spe salui facti sumus, & corruptibilem adhuc carnem, mortalemque gestamus: recte tamen dicimur in carne non esse, si carnales nobis non dominantur affectus, & merito eius rei deponimus nuncupationem, cuius non sequimur voluntatem. Cum itaque Apostolus dicat, carnis curam ne feceritis in desideris, non ea nobis interdicta intelligimus, quae saluti congruunt, & quae humana potest infirmitas. Sed, quia non omnibus desideris seruendum, nec quicquid caro concupiscit, implendum est, de adhibendo tem-

Act. 1.

Iohan. 20.

Luce. 24.

Iohan. 20.

1. Cor. 5.

Ibidem.

Rom. 13.

perantia modo admonitos nos esse cognoscimus: vt carnis, quae sub animi est constituta iudicio, nec superflua concedamus, nec necesse stantia denegemus. Vnde idem Apostolus adhibet; Nemo enim vquam carnem suam odio habuit, sed auertit, & fouet eam, cum vtique non ad uicia, non ad luxuriam, sed ad debitum sit alenda, & fouenda famulatur: vt teaeat ordinem suum renonata natura, nec peruersē, ac turpiter superioribus inferiora prauealeant, aut inferioribus superiora succumbant, & vitium animum superantibus, ibi fiat seruitus, ubi debet esse dominatus. Agnoscat igitur populus Dei, nouam se esse in Christo creaturam, & a quo suscepta sit, quamue suscepit, vigilanter intelligat: Quae noua facta sunt, non redeant ad instabilem uetustate, & non omitat opus suum, qui manum misit ad aratum, sed ad hoc attendat, quod ferit, non ad id respiciat, quod reliquit. Nemo in id recidat, unde surrexit, sed etiam si pro infirmitate corporea in aliquibus adhuc languoribus iaceret, sanari instanter desideret, ac leuari. Haec est enim salutis via, & ceptae in Christo resurrectionis imitatio, vt quia in lubrico istius uitae diuersi casus, lapsusque non desunt, vestigia gradientium a fluidis ad solida transferantur. Quoniam, sicut scriptum est, a domino dirigitur gressus hominis, & uiam eius uolet. Quum ceciderit iustus, non colliditur, quia dominus supponet manum suam. Haec meditatio, dilectissimi, non pro sola solennitate paschali, sed pro totius uitae sanctificatione retinenda est, & ad hoc praesens exercitatio debet intendi: vt quae animi fidei experimento breuis obseruantiae delectantur, in consuetudinem transcant, in temerata permanent suam. Haec meditatio, dilectissimi, non pro sola solennitate paschali, sed pro totius uitae sanctificatione retinenda est, & ad hoc praesens exercitatio debet intendi: vt quae animi fidei experimento breuis obseruantiae delectantur, in consuetudinem transcant, in temerata permanent suam. Haec meditatio, dilectissimi, non pro sola solennitate paschali, sed pro totius uitae sanctificatione retinenda est, & ad hoc praesens exercitatio debet intendi: vt quae animi fidei experimento breuis obseruantiae delectantur, in consuetudinem transcant, in temerata permanent suam.

Eph. 4.

Luce. 9.

Ips. 36.

EIVSDEM DE RESURRECTIONE DOMINI, Sermo 2.

NOTUM quidem, dilectissimi paschale sacramentum Euangelica nobis narratio praesentauit, & ita per aeternam carnis penetratus est mentis auditus, vt nemini nostrum rerum gestatum imago defuerit: cum diuinitus inspiratae textus historiae euidenter ostenderit, quia dominus Iesus Christus impietate traditus, quo iudicio additus qua seuitia crucifixus, & qua sit gloria suscitatus. Sed adiciendum est etiam nostri sermonis officium, vt, sicut pia expectatione deponere vos consuetudinis debitum sentio: ita solennitatis sacrificium lectionis subiungatur exhortatio sacerdotis. Quia igitur apud fideles aures ignorantiae locus non est, semen uerbi, quod est in predicatione Euangelij, debet in terra uestri cordis augeri, vt, remotis suffocationibus spinarum, ac tribulorum, libera in fructus suos exeant plantarum priorum sensuum, & rectorum germina uoluntatum. Crux enim Christi, quae saluandis est impem-

1. Tim. 2.

Luce. 3.

sa mortalibus, & sacramentum est, & exemplum. Sacramentum, quo uirtus impletur diuina, exemplum quo deuotio incitatur humana: quoniam captiuitatis iugo eruitis, etiam hoc praestat redemptionem, vt eam sequi possit imitatio. Nam, si mundana sapientia ita in suis gloriatur erroribus, vt quae sibi quisque ducem elegerit, eius opiniones, & mores atque omnia inuita seculi, quae nobis erit communio nominis Christi, nisi ut ei inseparabiliter uniamur, qui est, vt ipse insinuat, uia, ueritas & uita: Via scilicet conuersationis sanctae, ueritas doctrinae diuinae, & uita beatitudinis sempiternae. Colapsa enim parentibus primis humani generis plenitudine, ita misericors Deus creaturae ad imaginem suam factae, per uirgenitum suum Iesum Christum uoluit subuenire, vt nec extra naturam esset reparatio naturae, & ultra propriae originis dignitatem proficeret secunda conditio. Felix, si ab eo non decideret, quod Deus fecit, felicitior si in eo maneret, quod refecit. Multum fuit a Christo recepisse formam, sed plus est, in Christo habere substantiam, Suscepit enim nos in suam proprietatem illa natura, quae nec nostris suis, nec suis nostra consumeret, quae ita uiam in se fecit deitatis, humanitatisque personam, vt sub dispensatione infirmitatum, atque uirtutum, nec caro per diuinitatem inuolabilis, nec diuinitas per carnem posset esse passibilis. Suscepit nos illa natura, quae & propaginem nostri generis a communi tramite non abrumperet, & contagium peccati in omnes homines transeuntis excluderet. Infirmas sanē, atque mortales, quae non peccatū erant, sed poena peccati, a redemptore mundi recepta sunt ad supplicium, vt impenderentur ad precium. Quod ergo in omnibus hominibus transfusio fuit damnationis, hoc in Christo sacramentum est pietatis. Praebuit enim se crudelissimo exactori liber a debito, & ministras diaboli Iudaicas manus in cruciatum immaculae carnis admisit. Quam ideo usque ad celeritatem resurrectionem uoluit mortalem, vt credentibus in eum, nec persecutio insuperabilis, nec mors posset esse terribilis, cum ita dubitandum non esset de consortio gloriae, sicut dubitandum non erat de communionem naturae. Si incunctanter itaque, dilectissimi, corde credimus, quod ore profite-mur, nos in Christo crucifixi, nos sumus mortui, nos sepulti, nos etiam die tertia suscitati. Vnde Apostolus dicit; Si conuulxistis cum Christo, quae sursum sunt, quae uita, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quae sursum sunt, sapite, non quae super terram. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Quum enim Christus apparuerit uita uestra, tunc & vos apparebitis cum Christo in gloria. Vt autem nouerint corda filiorum habere se, unde ad supernam sapientiam, spretis mundi cupiditatibus, ualeant eleuari, spondet nobis dominus praesentiam suam dicens; Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Non enim frustra per Esaiam dixerat spiritus sanctus; Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, ne uiscum Deus. Implet ergo Iesus proprietatem nominis sui, & qui ascendit in caelos, non deserit adoptatos, qui sedet ad dexteram patris, idem totius habitator est corporis, & ipse deorsum confortat ad patientiam, qui sursum inuolat

ad gloriam. Nec inter uana igitur nobis desipientium est, nec inter aduersa trepidandum. Ibi quidem blandiuntur deceptiones, & hic grauescunt labores. Sed quia misericordia domini plena est terra, adest nobis utique Christi uictoria, vt impleatur, quod ait; Nolite timere; quia ego uici mundum. Siue ergo contra ambitionem saeculi, siue contra concupiscentias carnis, siue contra hereticorum iacula dimicemus, dominica cruce semper armemur. Nec enim unquam a paschali festo recedimus, si a fermento malitiae ueteris abstineamus. Inter omnes namque uitae huius uarietates, quae diuersarum plene passionum, Apostolicae exhortationis meminisse debemus, qua nos instruit, dicens; Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinaniiuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus ut homo: Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flexatur, caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Si magna, inquit, pietatis sacramentum intelligitis, & quod pro salute humani generis uirgenitus Dei filius gessit, aduertitis: hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, cuius humilitas nulli aspernanda diuinitus, nulli est erubescenda nobilitas. Nec enim in tantum prouehi potest quaelibet felicitas humana fastigium, ut aestimetur sibi pudendum, quod manens Deus in forma Dei Deus non est arbitratus indignum. Imitamini quod operatus est, diligite, quod dilexit, & inuenietis in uobis Dei gratiam. Vestram in illo redamate naturam, quoniam sicut ille paupertate diuitias non amisit, gloriam humilitate non minuit, aeternitatem morte non perdidit: ita & vos eisdem gradibus, eisdem uestigis, ut caelestia apprehendatis, terrena despiciat. Susceptio enim crucis, est interfectio cupiditatum, occisio uirtutum, declinatio uanitatis, & abdicatio omnis erroris. Nam, eum pascha domini non impudicus, non luxuriosus, non superbus celebret, non auarus: nulli tamen ab hac festiuitate longius quam haeretici separantur, maximeque illi, qui de uerbi incarnatione male sentiunt, aut minuendo, quod est deitatis, aut euacuando, quod est carnis. Verus enim Deus est filius Dei, totum habens ex patre, quod pater est nullo exordio temporalis, nulla uarietate mutabilis, nec ab uno diuisus, nec ab omnipotente diuersus. Sempiterni genitoris uirgenitus sempiternus, ut mens fidelis credens in patrem & filium, & spiritum sanctum, in eandem unitus deitatis essentiam, nec unitatem gradibus diuidat, nec Trinitatem singularitate confundat. Non autem sufficit Dei filium in sola patris nosse natura, nisi eum non recedentem a propriis, agnoscamus in nostris. Exinanitio enim illa, quam reparationi impendit humanae, dispensatio fuit miserationis, non priuatio potestatis. Nam cum & ex aeterno consilio Dei, non esset aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri, inuisibilis uisibilis, in temporalis temporalis, impassibilis passibilis substantiam suam fecit: non ut uirtus deficeret in infirmitate, sed ut infirmi

Iohan. 14.

Philip. 2.

Act. 4.

firmatas in incorruptibilem posset transire virtutem. Propter quod ipsa festiuitas, quæ à nobis pascha nominatur, apud Hebræos pascha, id est, transitus dicitur, attestante Euangelista, atque dicentem; Ante diem festum paschæ Iesus, quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Cuius autem naturæ futurus erat transitus iste, nisi nostræ, cum inseparabiliter, & pater in filio, & filius esset in patre? Sed, quia verbum, & caro, vna persona est, non diuiditur à suscipiente susceptus, & honor prouehendi, prouehentis nominatur augmentum, dicente Apostolo, quod iam commemorauimus; Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. In quo utique assumpti hominis exaltatio commendatur, ut in cuius passionibus manere deitas indiuisibilis, idem coæternus sit in gloria deitatis. Ad hanc participationem ineffabilis muneris, beatum transitum fidelibus suis ipse dominus præparabat, cum instanti iam proximus passioni, non solum pro Apostolis suis atque discipulis, sed etiam pro vniuersa Ecclesia supplicaret, & diceret; Non pro his autem rogo tantum, sed pro iis etiam, qui credituri sunt per verbum ipsorum in me, ut omnes vnum sint, sicut & tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint. Cuius vnitatis nullum poterunt habere consortium, qui in Dei filio Deo vero humanam negant manere naturam, impugnatore salutiferi sacramenti, & paschalis exules festi. Quod quia ab Euangelio dissentiunt, & symbolo contradicunt, nobiscum celebrare non possunt, quia etsi audent sibi Christianum nomen assumere, ab omni tamen creatura, cui Christus caput est, repelluntur, vobis in hac solennitate merito exultantibus, piæque gaudenibus, qui nullum recipientes in veritate mendacium, nec de natiuitate Christi secundum carnem, nec de passione, ac morte, nec de corporali resurrectione eius ambigunt: quoniam sine vlla separatione deitatis, verum Christum ab vtero virginis, verum in ligno crucis, verum in sepulchro carnis, verum in gloria resurrectionis, verum in dextera paternæ maiestatis agnoscimus. Vnde etiam, sicut Apostolus ait, expectamus saluatorem dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus nostræ humilitatis, conforme fieri corpori gloriæ suæ, qui viuuit, & regnat cum patre, & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

HILARII ARELATENSIS EPISCOPI IN EODEM FESTO, HOM. I.

Exulta cælum, & letare terra. Dies ista amplius Rex sepulchro radiauit, quam de sole resulsit. Oret infernus, quia resolutus est: gaudeat, quia visitatus est: exsultet, quia ignaram lucem post secula longa vidit, & in profundæ noctis caligine respirauit. O pulchra lux, quæ de candido cæli fastigio promicasti, & inter fluente purpurea sedentes in tenebris, & umbra mortis, subita claritate visitasti vel vestisti. Consectum igitur æterna nox inferorum Christo descendente, resplenduit: sicut stridor ille lugentium, sicut consectum stridorem lugentium, & catenarum disrupta ceciderunt vincula damnatorum: attonitæ mentis obstupuerunt tortores, omnis simul impia officina cõtremit, cum Christum repente in suis sedibus

vidit. Mox igitur ferruginei ianitores descendente Christo, talia inter vmbrosa silentia cæci metu incumbente submurmurant, Quisnam, inquit, est iste terribilis, & niueo splendore coruscus? nunquam noster talem excepit tartarus: nunquam in nostra cauerna talem euomuit mundus, inuasor est iste, non debitor, effractor est, vel distractor, nõ peccator, vel præuaricator: iudicem videmus, non supplicem. Venit iubere, non succumbere: eripere, non manere. Vbinam putatis ianitores nostri dormierunt, cum iste bellator claustra vexabat? hic si reus esset, superbus vel audax non esset. Si eum aliqua delicta fuscarent, nunquam nostras tartaros suo dissiparet fulgore, vel nunquam fulgore suo nostras tenebras dissiparet: sed si Deus est, quid in sepulchro facit? si homo, quid præsumptus? si Deus, ut quid venit? si homo, quare captiuos soluit? Nunquid nam iste cum auctore nostro cõposuit, aut forte & ipsum aggressus vicit, sic ad nostra regna transiuit? Certe mortuus erat, certe victus erat. Illusus est præliator noster in mundo, nesciuit quam hic stragem procuraret inferno. Crux illa fallens gaudia nostra, parturientiis damna nostra. Per lignum ditari sumus, per lignum euerituri. Perit potestas illa, semper populis formidata: nullus hic viuis intrauit, nemo carni fides teruit. Nunquam in hoc loco fuligine & nigra semper caligine cæcato iocundum lumen apparuit. An forte sol de mundo migravit? sed nec cælum nobis atraque parent, & tamen inferus lucet. Quid agimus? quo conuertimur? defendere contra istum cruentas domus, & obtinere nostri auerni custodiam non valeamus: male nigrati sumus, lumē obtenebrare nequimus: insuper & de nostro interitu formidamus.

EIVSDEM IN EODEM FESTO, HOMILIA 2.

Beneficia Dei nostri cum magna, atque mirifica sint, tamen nec noua probantur esse, nec subita, sed ab initio sæculi prædicta sunt oraculis, & præfigurata mysteriis. Sacram domini passionem ab ipsis mundi coalescentis exordiis veteris testamenti responsa cecinerunt: & ideo Christum dominum prædicatum atque annuntiatum suis aperte ipsorum libris ac voluminibus asserimus. Validis absque dubio nititur priuilegiis, qui causam de aduersarij asserit instrumentis. Speciosa victoria est, contrariam partem cartulis suis velut propriis laqueis irretire, & testimoniorum suorum vocibus confutari, & æmulis telis suis euincere, ut pugnantis tui argumenta tuis probentur vilitatibus militare. Itaque in domini nostri persona, dum ex Adæ primi hominis costa mater cunctorum videntium Eua producit, ex huius sacro latere ac salutari vulnere, ecclesia omnium patris reparanda monstratur. In eius typo Abel iustus occiditur, & innocens fraterna tanquam Iudaica pietate madatur. Hic idem dominus in nouissima mundi senescentis ætate per figuram beati Abrahamæ longæui patris offertur: quo tempore dum nouo sacrificio in vnicuique iugulum pius particeps surgit, ex improviso aries oculis eius apparuit: sicut loquitur sermo diuinus: Et vidit Abraham arietem inter vepres herentem cornibus. Inter vepres, inquit, Requiritur quæ ista

ista sit nouitas, id est, inter multitudinem circumstantium peccatorum: Hærentem cornibus, id est, ad crucis cornua clauorum confixione pendentem, sicut in alio loco legitur: Cornua in manibus eius sunt. Hoc ideo, quia venerandas manus eius patibuli brachia susceperunt. Inter spinas autem deputatus est: quando spineo seruo innocentiæ, & iustitiæ auctor illusus est. Sed alius introspicere debemus: quidnam sit quod Isaac à patre altaribus admoetur, ac subito aries pro eo, non mutata sed duplicata oblatione subponitur? Gemina hic adoranda substantia redemptoris ostenditur. Dei enim vnigenitus offertur, & virginis primogenitus immolatur. Hoc quoque dominicæ passionis præfigurabat insignia, quod legitur beatum Heliæm sepulchro conditum, ingesto à latroneulis cadauere intra tumulum suum corpus extincti tactu sacri corporis suscitasse. Quis hic alius præfigurabatur, nisi dominus noster Iesus Christus, qui resurrectionem de morte largitus, & vitam sepulchro operatur. In latrone reum mundum, in prophetæ virtutibus Christum dominum recognosce. Adhuc celeberrimè per scripturas sanctas, etiam in lonæ prophetæ laboribus & ærumnis Christi & passio & resurrectio præfiguratur. Hic Ionas, quod fidei vestræ non arbitramur incognitum, typum domini gessisse præscribitur. Ipse enim dominus dicit: Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus, ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Hic inquam Ionas ad prædicandam Ninivitibus iræ cælestis offensam domino iubente dirigitur: sed præcius tristem prophetiam populi conuersione vacuandam, nauim profugus quæ Tharsum petebat ingreditur: sed nauis exorta tempestate turbatis, forte fluctibus datur, & faucibus ceti piscis demersus excipitur: sed pisce illæsum eructante depositum, tertia die teris refunditur. Videte dominum etiam in veteri testamento in serui persona mirabiliter apparuisse. Videte quomodo se antea dicit sculis indicauit, sub seruilis formæ humilitate venturum. Ionas iram domini prædicaturus, ad magnam Ninivitarum destinatur urbem, dicitur: Post quadraginta dies & Ninive subuertetur. Et Christus ad mundi mittitur ciuitatem, ut diem salutis, & præfinitum iudicij tempus adnunciet. Ionas nauem expetit, Christus ecclesiam: Ionas fluctibus agitatur, & Christus mundi turbidibus exercetur. Nisi Ionas perditum detur, nauis periculum nõ sedatur: sic & non liberatur ecclesia, nisi Christi morte saluetur. Nauis dimissuri Ionas tamen veniunt, & dicunt, Domine ne des super nos sanguinem innocentem, nõne nobis videtur nauitarum improperatio Pilati esse confessio qui tradit Christum, & tamen lauat manus suas, & dicit; Mundus ego sum à sanguine iusti huius? Quam congruè per personam gentilem, fides gentium prædicatur? Dicit itaque Ionas in oratione sua, Tolle igitur domine animam meam, quia melior est mihi mors quam vita. Dicit hoc rebus dominus noster Iesus Christus, quia melior est mihi mors quam vita: id est, viuens vnam Iudeorum gentem, utpote incredulam, saluare non potuit: moriar ut vniuersus mundus vna morte saluetur. Ionas cetus piscis excepit immersum, sed non contigit denotatum, & quem malitia hominum perdidit, bestia

esuriens custodiuit: plenis visceribus famitatur, & in prædam quam absorbit nil se miratur. Quis est iste, qui intra auidos assumi potest, consumi non potest? Cibus eruptio non est: traditur perditionis profus seruatur ipsius mortis obsequio. Quis est i vastissimos sinus periculorum tutus ingru & sub altitudine conclusus immensa atque rificera, vitali aere pascitur, & demissus in al rerum naturam, in vitæ exilio cum vita patur, in absolutione & conseruatione vnus, & in Deum reconciliatione reparaculi gloriam naufragus præfert, & mortis f perites, adnunciat venturam mundi salutem quod hic est dominus noster Iesus Christus quem seua mors inexplebilis bellua in esc. rapuit, & prædam suam captiua cõtremit tremuit inquam: nam etsi nouerat crucifixum quem non meminerat reum, non tenere damnatum: quia culpam non facit sed causa. Quasi solitum largitum perdit mundi origine hominem deuorauit: seignam esse cibi ipsius dignitatem præfocagnouit. Atque ideo diuinus sermo comrat. Et præcepit dominus pisci, & euomui in aridam. Præcepit ergo bestia, præcepit semper esurienti, præcepit abyssi, & infemundo restituant saluatorem. Euomuit: hoc debemus accipere, quod ex imis bus mortis victrix vita remeauerit, atque ex imis præcordiis inferni perditio exu reddiderit. Videmus itaque in prophetæ ctionibus aperitissimè præfiguratum & n Christi pariter, & resurrectionem. Quæ quod impletum cernis in seruo, credere nõ ceteris in domino. Quæ cum ita sint per homo, quantum valeas, & perpende quibear. Perspice quantum valeas, ut tandem esse tibi definas: ut vel per hoc erubescend iacere vitiis dedigneris, dum generositate de creatoris, ac reparatoris dignitate i Habet causas, quibus se ipse homo concur indignis dominis victo corde subda gloria æterna promittitur. Ac sic genui uilegio qui dudum diuinæ imagnis patione videbaris honoratus, officis etiam: mercij nobilitate preciosus. Vide quam se possis contra hostem tuum: interroga statim quod tibi dominus ad bellandum in o tuis mundi principem, ac spirituales nequ perandas, liberam contulit facultatem. impossibile non putes ut transferri obt angelicas beatitudines, cum in hoc seculo cas deuiceris potestares. Nihil ergo te degespectum faciat vita, quem vel factura p illustrem protulisse vel gratia, sed cor fdeles Christi ad superna fiducialiter ex Nam qui se cælesti precio vident redemj cælestia non dubitent præparatos.

EIVSDEM IN EOI FESTO, HOMILIA 3.

Magnum & admirabile paschæ sacramentum iam dudum etiam in ge nouimus consecratum. Celebre à se cum beatus Moyses populum domini

Ægypti, & de iugo indignæ seruitutis educeret. Celebre est ad plebis transitum rubri maris profundum, natura rerum obtuscescente, patuisse. Hic primo loco diligentius inspiciamus, quid talis seruitus, vel quid talis transitus ædificationis possit adferre. Quia & beatus apostolus dicens: hæc omnia in figura facta sunt nostri, cælesti auctoritate confirmat illius temporis signa atque miracula, ad futuræ redemptionis pertinuisse mysteria. Sic enim ait: Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moysem baptizati sunt in nube & in mari. Noltris ergo iam tunc sub illius populi ducatu, nostris commodis militabat diuina virtus, prædiues in beneficiis, sed semper ditior in promissis. Dux quidem eis erat beatus Moyses, sed eos in columna lucis & nubis, filius & spiritus sanctus præcedebat. Hoc loco agnoscamus in primis, quod plebs quæ præpositos suos studeat audire, Deum sequitur: & per Dei hominem, peruenit ad salutem. Ergo filij Israël ad libertatis & quietis & regni sedem per difficiles ituri vias, dum Moysi ducis & sacerdotis sui non reluctantur imperio, Dei meruere comitatum. Nec immerito eos hostis non attingit, lux præcessit, fluctus expauit. Sic enim propheta testatur. Et increpauit, inquit, rubro mari & recessit, & iterum. Mare vidit, & fugit. Quid vidit? Hoc vitæ, quod in baptismo credi debet. Sine dubio illud terribile profundum, atque secretum adstantis inhorruit maiestatem, & ad præsentiam sui cessit auctoris. Et ideo filij Israël secuti vel inter vndas traeseunt, vel sub vndas: cum super eos præruptæ vastorum gurgitum moles pendens dextra lætæque fluctibus imminerent, cum creatura insensibilis elementi factoris suum sentiens transmeantibus circumfusa præberet vitam, & in persequentibus pararet refusa vindictam. Secundum hæc, si & nos vitia & crimina quasi Ægyptum relinquamus, & curat vnusquisque nostrum intento corde post Christum, auctorem peccati diabolum Christianus, id est, Hebræus, Ægyptum non timebit. Talis est enim natura & infirmitas inimicitie recedente, cedit, & post dorsum tuum, si legem domini tanquam Moysem sequaris, incedit. Ecce hostem, quem fugisse vicisse est: iam primum durissima illa Ægypti tyrannica seruitus, quid aliud præferbat quam diabolum supra humanum genus peccatorum exercere dominatum? Quid inquam aliud erant illa vitia, & horrenda in luto, & paleis Pharaonis imperia, nisi fecda, atque terrena diabolice voluptatis officia & vitiorum detestanda contagia: siquidem infructuosa, & inania vitæ huius opera, paleæ sunt. Paleæ inquam nimium flammis amica materia. Sed hoc ipsum quod Pharaon in paruulis Hebræorum pueros iubebat interfici, & feminas referuari, diaboli vitæque speciem præferens, inimicus spiritui; & amicus carni; inuidens virtuti, consentiens voluptati: fortitudinem præfocabat, concupiscentias nutrebat. Hæc itaque seruitus, quod peius est, non illius tantum temporis fuit, sed etiam nunc animas negligentium & infidelium; multo periculo suis nexibus blandæ captiuitatis inuoluit. A quo enim quis vincitur, sicut & apostolus testatur, eius & seruus est: iste obtemperat iniustitiæ, illi iræ: iste superbia, ille seruitus: iste malitiæ, ille iracundiæ: iste auaritiæ, ille luxuriæ. Nescio quomodo se inter hæc ingenium dicere audeat, quem

tor domini in partes suas distrahunt. Quid prodeit quod liber est in natura, qui seruus est in conscientia? Videmus nos extrinsecus generis claritate sublimes, intrinsecus mentis infirmitate degeneres: innocentium dominos, & criminum seruos. Iam melior est vernaculorum ratio, quos originis videtur inclinasse conditio. Habetis boni famuli vestram consolationem, pro libertate completimini honestam seruitutem. Intolerabile iugum, & fecda dominatio, & erubescenda subiectio. Aut quid spei relinquatur seruienti, vbi æterna mors iuncta est seruituti? sine causa est a foris vel genere vel honore conspicuus, qui non est intus ingenuus. Graui damnationi iterantur crimina, postquam Christi sanguine sunt redempta. Inexcusabile malum est, post mortem redemptoris domini, seruum peccatis hominem se subdere, si forte charissimi hominis cuiuscumque seruus datus domini sui vigeat imperiis, quocumque fugiendo aut latitando euadere & declinare iniquam dominum potest. Seruus peccati quo fugiet, qui secum trahit, quocumque fugerit? non fugit seipsum, non est quo eat: mala conscientia sequitur se, imò non recedit a se. Vix aliquod de foris potest esse remedium, quando intus est vulnus inclusum. Quid prodeit, quod homo sonantem fugit arcum, qui iaculum secum portat infixum? Serpens ille est reuocauit morsum, & reliquit venenum: fecit quisque peccatum, ut aliquam corporalem caperet voluptatem. Remanet quod damnat, præterit quod delectat: consummata iniquitas permanet, voluptas fugitiua pertranfit. De hac ergo seruitute, & de his hostibus, vsque ad baptismi litora Dei populum persequentibus, innumerata captiuorum millia per sacri fontis irriguum liberat Christus, & confringit super aquas caput draconis magni: ac sic ille seuissimus draco proprium venenum in necem sui refusum sentit exitu: ac dum nocere se credit, dum contra Deum suum cæcus impetum facit: dimque pondus tormenti sui illidit in solidamentum ictu suo repercutus, forte fuisse se doluit, & omnem nocendi potentiam se amisisse cognouit, quia noxios virulentorum dentium morsus sacro in corpore dereliquit: & ideo nunc infelices quosque, quos sibi ad sensum facilem accommodare præuiderit, ad fauces suas solis sollicitationis carminibus trahit: & voluntariam prædam inermis expectat: ac proinde prostratus a domino humanum genus non quasi fortiori impugnat, sed iniqua consilia quasi debilitatus sibilat. Cuius vos carmina ut possitis euadere, de eloquiis Dei vocem sacre incantationis libenter audite: hunc Christus non in sua dignitate, sed in nostra carne superauit: id est, ut etiam a nobis cum superari posse monstraret, hunc inquam per sanctos suos Christus interfecit. Et forè hic est ille in lege serpens quem beati Moysi virga in serpentem versa consumpsit. Quo genere iam tunc euidenter ostendit per virgam, id est, per Christi domini regiam potestatem, contereendum esse mortis auctorem. Moyses itaque contra maleficos desertante, modo conuertebatur virga in serpentem, modo serpens in virgam reuertebatur. Quid hoc est? In serpente personam maledicti hominis, qui crucifigendus maledicebatur, agnosce: in virga, septem regie dignitatis intellige. Quid est virga in serpentem red est, Deus in hominem commutatus. Quid est serpens in

*Sane in
genus in
suo nihil
mutatum
examinati
re, sed
Deus esse
permanens
vnius, sicut
est etiam
in*

in virgam id est, homo in Deum receptus. Ac sic in homine est exinanita diuinitas, ut in Deo glorificaretur humanitas. Habemus adhuc in extatico sub simplici & pari signo sacre redemptionis insignia. Cum in deserto filij Israel absque vlla misericordia venenatis serpentum morsibus stererentur, legitur beatus Moyses diuino communitus instinctu, serpentem æreum præfixum ligno, inter medias morientium erexisse turbas: & mandasse pereuntibus ut post exceptos virulentos ictus, ad præsentiam serpentis illius pro recipienda salute concurrerent: quo fugientibus rã prompta aderat salubritas medicandi, quam velox inerat facilitas intemedi. Sequebatur certum sub morticata contemplatione remedium, quia latebat in serpente mysterium. Si dixerimus hoc loco quoddam domini typum species refugienda præterit, quis non ad ipsum contremiscat auditum? Sed quis vel cogitare illud audeat, nisi ipse mysterij exposuisset figuram, qui figuræ ipse cepit iniuriam? qui proprio per euangelium testatur oraculo: Sicut (inquit) Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Videamus autem quid sibi velit contra serpentem virus serpentis aspectus. Serpens ab initio maledictus erat: & qui suspendendus fuisse in ligno, sicut & saluator, maledictionibus replebatur. Videamus quid est serpens contra serpentem, id est, damnatus contra damnatum, maledictus contra maledictum, sapientia contra calliditatem, bonitas contra malitiam, acetum & fel contra venenum, mors contra mortem, consumens deuorantem, & interficiens occidentem. Sic & ipse dominus loquitur per prophetam: O mors ero mors tua, ero morsus tuus, inferne. Sed etiam modo medela, si volumus, contra morsum serpentis, viso serpente confertur: quod tunc euidenter impletur quando peccatum ipsius peccati cognitione curatur, & criminis confessione aboletur. Ac sic homo, quando dixerit contra prophetam: Quoniam iniquitates meas ego cognosco, & delictum meum contra me est semper. Quando enim bene respicit peccatum suum, sanat serpentis morsum, per serpentis aspectum. Serpens itaque contra serpentem, hoc est, Christus persequens peccatum sub habitu peccatoris. Et ideo dixit apostolus: Et de peccato damnauit peccatum per carnem similem peccatrici: & de peccato peccat, id est mortem de morte contriuit. Recte peccati nomine appellauit mortem, quia eandem de peccato consistat esse generatam. Secundum hæc nihil est aliud procedens de serpente sanitas, quam latens quasi sub peccati carne diuinitas. Quæ cum ita sint, charissimi, introspectantes nosmetipsos si aliquid vulneris senserimus, statim refugietes peccatum, confugiamus ad Christum: ad illum spei nostre eleuamus obtutum, ad illum mentis oculos conferamus. Cuiusmodi autem sit iste morsus, debemus agnoscere. Qui alienum malum respicit: qui in alienam rem anxia cupiditate suspirat: qui alienam mulierem importunis oculis & mortem ad se trahentibus conspiciat: qui in alieno corpore sacrificat diabolo animam suam, hic toxicato spiculo in corde percussus est: hic quam debili mortu, tam exitiabili faucibus. Qui malitiam vel inuidiam tanquam vulnus inclusum in visceribus recinet, amarissimo atque mortifero dente laniatus est. Qui fide vacuus est, & odio plenus, totus

draconis illius deuoratus est morsibus. Sed & si ita sit, nullum conuenit desperare. Legimus in Iona propheta, quomodo bestia etiam deuoratum cogatur euomere. Ergo inter diuersos morsus respiciamus ad Christum, ut ad nos ille respiciat. Hic respiciamus ad sanatore nostrum: iam illic a peccatoribus, nisi forsitan in iudicio, non videndum. Aut quomodo videre quis poterit auctorem gloriæ, dicturus vale vltimum rerum nature? & ideo qui illum hic agnoscere noluerit admissus, iam cum illic non poterit videre damnatus. Nunc ergo cum fide, & operibus ante conspectum nostrum constituamus: & ad cælum oculos spectante iaculemur. Demonstrat in veteri testamento Moyses remedium, postquam serpens mordisset: Christus etiam istud ostendit quomodo si resistas, mordere non possit. Videte nomen Dei nostri quantum prodesse possit in gratia, quod tantum profuit in figura. Referuntur ad serpentem cum remedio aspexisse redimendi: quanto salubrius erit, si ad Christum aspiciant iam redempti.

EIVSDEM IN EODEM

Homilia 4.

DEne nouimus primam esse ab origine mundi hunc resurrectionis dominicum diem. Sicut enim in eodem noua tunc gaudia, ita dudum in hoc ipso tenera rerum fullere principia, Felix quidem dum ex se primam pareret lucem, sed nunc felicior dum ipsum extinxisse reddidit lucis auctorem, tunc est inchoatus ad rudem materiam, nunc est electus ad gloriam. Et ideo cum propheta exultemus & lætemur in eo: quia iocundiores sunt illi dies quibus renascimur vel reparamur, quam illi dies quibus nascimur. Hodie ergo nobis inestimabili munere apparuit sol cælestis ex abyssi, exortus est oriens sub occasu. Hodie nobis non splendor emicuit cæcæ noctis, sed fons luminis. Per conditionem quidem mortis traditus putabatur inferno, sed de inferis rediit cum sui triumpho, ut sic dixerim gladio percussoris armatus. Descendente ergo domino, trepidauerunt tenebræ ad subitum ignotæ lucis aspectum, & præcellsum, ac præfulgidum sydus cælorum tartareæ caliginis profunda viderunt. Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbre mortis, lux orta est eis. Mira & ineffabilis Dei nostri pietas. Irruperat quidem mors paradysum, sed vita expugnauit infernum: legemque mortalem suscepta mortalitatis conditione calcavit: implens illud quod propheta testatur. O mors ero mors tua, ac sic mortis iniquitas quæ se tanquam hominem vicisse gaudebat, expauit subito prædam suam, & in suo regno a suo vi parabat debitorum constricta est: a suo condemnata reor: a suo subiugata est captiuo, ideo suis laqueis illigata & irreuita perditio, dum deciperet supplantata est: dum interficeret, extincta est: dum deuoraret, absumpta est. Descendit ergo lux ad tenebras, sed tenebræ eam non comprehenderunt, deposito quidem corpore imas atque abditas tartari sedes filius hominis penetrauit: sed vbi retentus esse inter mortuos putabatur, ibi vincula mortuorum ligata morte laxauit: & vnde difficile vnquam vllus vel solus redierat, inde ille cum spo-

liis ad superna remeavit. Hodie ergo, domino resurgente, visa sunt multa sanctorum corpora resurrexisse, & apparuerunt in sanctam civitatem. Regrediens ergo dominus post diem tertium, fructus secum triduanæ peregrinationis viuentibus reportauit: & ut omnes eum de inferis regredi crederent, testes secum ad superos, & præcones subactæ mortis exhibuit. Ecce quantum agit illa immensa pietas pro salute ac reparatione nostræ: Propter nos sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut dicit, Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas velletibus, faciem meam ab increpatione non auerti, & confusione sputorū. De summa itaque throni sui arce descendens terrena visitat, inferna non despicit: suscepit mala nostra, ut tribueret bona sua. Estimemus in quantum suum seruum diligere potuit ante culpam, quem sic glorificat post ruinam. Quæ cum ita sint, lugeat, & ingemiscat confusa supplantatoris inuidia: cernat diabolus hominem, quem mortifero vulnere in primo parente protraxerat, penè feliciter, ac nobiliter resurgente. Ecce gratia penè maiora restituit, quam factura contulerat. Maximum quidem circa hominem diuini amoris insigne est, quod iacet ipsa mundi principia, imaginem, ac similitudinem Dei sui seruus accepit: sed penè amplius est, quod nunc personam, & formam serui Deus auctor assumpsit. Grandi quidem dignatione primo homini spiraculum vitæ de suo pius formator infudit: sed nunc penè maiori charitate pro eodem homine non iam sua dedit, sed seipsum impendit ac tradidit. Magnum quidem mihi est de Deo, quod esse me sentio opus suum: sed multo plus est, quod transisse ipsum video in pretium meum: quandoquidem tam copioso munere ipsa redemptio agitur, ut homo Deū valere videatur. Inter hæc multum quidem est, quod abstulit diaboli nequitia, sed multo plus est quod Dei reddidit misericordia. Postremo magna quidem fuit indulgentia conditoris, assumptum de limo hominem, inter paradisi amœna componere: sed penè maior est gratia, de profundo inferi ad cælorum regna sustollere. Suscepit ergo virtus excelsa humanitatem nostram, ut tribueret diuinitatē suam: suscepit & animam & corpus, & quia peccato obnoxius totus homo redimendus erat, totus homo adsumitur immolandus. Ac sic immensa illa maiestas de nostro obtulit sacrificium, de suo contulit præmium. Sed fortè hic aliquis in corde suo dicat: Quid hoc est quod semetipsum diuinitas humiliavit: non poterat per virtutem, & potentiam brachij sui liberare a potestate diaboli hominem suum, ut necesse non haberet humanum corpus adsumere, ut necesse non haberet vniuersæ miseræ, arque damnatæ conditionis iniurias experiri: ipsatis, ac flagellis, contumeliis, ac doloribus affici, patibulo crucis affigi? Hic nobis, fratres, ex multis causis aliq̄q̄ interim dicendæ sunt, & breuiter explicandæ, quibus necesse habuerit dominus hominem adsumere, & incarnationis sacramenta suscipere. Prima iustitiæ causa est, sicut ipse dominus dicit, Sine modo, sic enim decet nos implere omnē iustitiā. Peccauerat enim primus homo suo vitio, & inobedientiæ lapsu, & propriæ voluntatis impulsu: seductus à diabolo, non coactus: sicut ipse homo in Genesi dicit, Serpens, inquit, seduxit me, & ideo per misericordiam poterat quasi redimi reus, non debebat per potentiam

quasi innocens liberari, & conditio humana, quæ per totam originem hereditarium malum sparserat, ut in omnes se ramos vitium radicis effuderat. Conditio ergo humana, quæ per peccatum primi hominis tenebatur obnoxia, non imperio erat erucenda, sed precio. Potuit autem filius Dei hostem humani generis & in calis positus, nutu ipso suæ diuinitatis elidere: sed ne quid tale, ut superius diximus, diabolus conuenire posset, placuit Deo secundum iustitiam suam, pro humano genere offerre hominem purum & immaculatum, segregatum à peccatoribus, sed talem nostra regio non habet, quia non subuenire peccato poterat, simili peccato obnoxius: nec interuenire pro seruis, adstrictus legibus seruitutis. Ex alia ergo regione uerturus erat, ut posset offerri pro debitoribus absolutus, pro iniquis iustus, pro peccatoribus innocens, pro hædis agnus, qui esset exterius eiusdem generis, non eiusdem conditionis, ac longe alterius liberatus. Similis mihi equalitate substantiæ, vel naturæ, sed innocentia, ac iustitiæ puritate dissimilis: ut de meo haberet, unde pro me solueret, & de suo unde penitus in nullo debitor appareret. De meo ergo habuit, unde crucigeretur, de suo, unde glorificaretur: de meo, unde caderet, de suo, unde resurgeret, de nostro itaque dedit peccati hostiam, de suo indulgentiæ tribuit gratiam: de nostro est, quicquid in passione damnatur, de suo est, quicquid beatitudinis ex resurrectione confertur. Nullum ergo habuit saluator noster originale peccatum, quia nullum est vitilis generationis passus exordium, & ideo repulit mortem omnibus debitam, dum solus soluit in debitum: ac sic per indignissimam passionem, quia non habebat peccata propria, redemit aliena. Hac itaque iustitia victus est, & hoc vinculo victus est humani generis tantus inimicus. Nam cum se illi homo vendidisset, sicut ait, peccatis vestris venditi estis, & per peccati commercium solus illi homo deberetur, ille Deū consuetudinaria presumptione deceptus appetiit, & dum occidit liberum, amisit obnoxium: perdidit ius suum, dum inuadit hominem non suum. Totum ergo cum eo perdidit, quia nihil in eo, quod tenere posset, inuenit, sicut ipse dominus ait proximo passioni: Ecce venit princeps mundi huius, & in me nihil inuenit. Ac sic diabolus dum querit, quem occidere possit, inuenit, quæ damnare non possit.

EIVSDEM IN EODEM

Homilia s.

Dies hæc, fratres, si bene perspicimus, duplici nobis sanctificatione veneranda est. Ipsa enim iam in principio nascens mundi prima facta est, quæ nunc quoque in gloria beatæ resurrectionis electa est. Ipsa ab initio rudis sæculi profundæ caliginis, & vastæ noctis discussit horrorem. Ipsa prima iocundæ lucis nouum manus stupentibus intulit terris. Ipsa prima densissimas mundi tenebras infulso splendore dispersit. Ipsa nunc quoque iustitiæ solem tartarea de sede restituit. Ipsa ortus sui initio cæcam confusarum rerum faciem prima illuminauerat. Ipsa nunc quoque nobis sedentibus in tenebris & umbra mortis, spe resurrectionis illuxit. Protulerat quoddam

ex se

ex se lucem quæ irradiaret profunda tenebrarum, nunc quoque edidit iustitiæ solem qui referet excelsa cælorum. Prima viderat surgentem mundum, nunc quoque prima suscepit, ac protulit mundi dominum resurgentem, & ad cælos mortis spolia triumphatis inferis reportantem. Duplici ergo solennitate veneremur hanc diem, veneremur ut primam, veneremur ut tertiam. De hac enim scripturæ omnes clamant: tertia die resurrexit. Hic est ille, fratres, de quo propheta cecinit, Homo inter mortuos liber. Descenderat quidem lux ad tenebras, sed tenebræ eam non comprehenderunt. Sed quid dico, non comprehenderunt? imò splendidiore potius reddiderunt: nam quod corruptibile terra susceperat, incorruptibile reformauit, quod terrenum, & morale in sinu suo tenuerat, immortale, & celeste restituit. Obstupescit natura rerum, ecce contra leges suas hodie de inferis vita processit, & per vias, quæ reditum non habebant, inuita morte remeavit. Quinimò mors ipsa in sua regione captiua expauit subito talem mortuum: & quæ debitorem suum putabat, creditorem, atque exactorem esse cognoscit. Quid mirum si beata, & illustis anima tartaro non potuit coherere, quando nec monumento potuit corpus includi? Legimus beatum Ioseph carcerem, in quem ipse missus fuerat, in potestate habuisse, ex eo etiam alios liberasse. Ecce Ioseph noster, non solum illo inferni carcere quo conclusus fuerat, non tenetur, sed etiam aliis per eum mortis claustra laxantur. Legimus beatum Heliam curru igneo cum corpore ad superna præreptum: Hæc omnia implentur in Christo. Ecce iterum Helias noster igneo diuinitatis vehiculo corporeus ascendit ad cælum. Legimus beatum Helisæum, postquam sepultus fuerat, tactu sui corporis suscitasse defunctum. Ecce iterum Helisæus noster mortuis salutem sua morte largitur, & vitam sepultus operatur. Liber hoc loco piissimi redemptoris, & sacri ipsius baptismatis vel miracula vel innumera beneficia felici corde perspicere. Liber sollicita mente perpescere, quantum malorum numerum de conscientia libro, gratia superueniente, deleuerit: quantum multitudinem populi sui de inferni carcere eriperit: quantum in hac die peccatarum materiam incendia eterna perdidit. Ecce quicquid iniquitatum sempiternus gehennæ ignis excoquere, & expirare vix possit, subito sacro fonte sumersum est: & de æternis debitis breuissimo lauari compendio, cum indulgentissimo creditore transactum est. Veniant qui futuræ resurrectionis gloriam sitiunt, iam tunc de hac remissione peccatorum digno miraculo resciant fidem suam. Homo fonte tingitur, & momentaneo lauacro, ab inueterato malo primi parentis abluatur: sub aquis relinquatur, quicquid flammis debebatur: & sanctificatione secreta sub felici vnda pristini hominis vetustas exuitur, & quodammodo homo inter se alter efficitur: renascitur inuisibiliter, innotuat in melius: quantum oculis cernitur, non mutatur: & tamen, senectute deposita, iuuenis anima renouatur: tanquam trino partu fontis in adoptionem trinitatis effunditur: de cælo medicina dimittitur, sanantur vulnera, quæ non sentiuntur: & mala, quæ se ipsi conscientia insepara-

biliter immiscuerant, quodam diuinæ misericordie artificio separantur. Itaque, charissimi, quod suum equidem est, Deus noster operatur in nobis, Abstergit cordium nostrorum maculas, lauat culpas, & his, quæ malè facta sunt, ad infectum redactis, amissam (quia potest) reuocat innocentiam. Sed opus est ut ita elaboremus, ne quod ille elaborauit, nos iterum polluamus: ne scindamus vulnera, quæ ille sanauit: ne quod semel in nobis diluit vnda baptismi, rursum excoquere, necesse habeat ignis inferni. Si ergo, charissimi, per gratiam baptismi, & indulgentiam peccatorum agnouimus iam in præsentem quandam animarum resurrectionem, in futurum credamus etiam corporum. Mors quidem præteriti non potest, veniet, & in cognatam terram, de cuius limo processimus, reuertemur, & hanc carnem spiritui viduatam corruptio deuoratura suscipiet. Rursum cum liberit auctori reparare opus suum, rursum exinanita in vnum colligentur membra: reformabitur puluis in corpore: à tegmine, & amicti cutis arenia vestientur ossa, congregabuntur dispersa: humectabuntur arida, viuificabuntur exanima: & quasi post longum exilium redibunt animæ ad tabernacula sua. In momento, in ictu oculi, vniuersæ gentes de sepulchris suis ad nutum domini iubentis exilient: & populos quos diuersis temporibus latissimo sinu terra susceperat, vno (ut sic dixerim) partu refundet in lucem: ac sic noua de veteribus corpora vniuersa subito tanquam vnus homo ante conspectum piissimi redemptoris astabunt. Recipient ergo absque dubio pristinam societatem spiritus & caro: ut qui fuerunt in vitæ ratione consortes, sint in retributione participes. Manebit absque dubio hominem vita, aut in beatitudinis, aut in miseræ conditione perpetua. Nunc, charissimi, in potestate vitæ præsentis est, ut beatum sit, quicquid perpetuum erit. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: & qui hos dies male gubernauerint, velint nolint, erunt corpora recepturi, sed in pabulum ignis æterni. Sero tunc dolore clamabunt collibus, operite nos: & montibus, cadite super nos: desiderabunt mortem, sed non inuenient, qui vitam, dum inueniendi tempus fuit, desiderare noluerunt: optabunt morti, nec licebit: quia vitam cum liceret optare noluerunt. Iusti verò & gloriose incorruptionis veste præcincti, ita ut possint dicere illud: concidisti saccum meum, & præcinxisti me lætitiæ, fulgebunt sicut sol in conspectu patris eorum electi ad perpetua gaudia. Nulla illis vita exolefcerit: nullam sentiet felicitas mutationem: nullam sentiet ætas longissima retroacti sæculi vetustatem: iactata retro morte, quicquid posthac fuerit, vita erit, & participata cum illo, qui nos ex nihilo fecit beatitudine, sicut illius vita initium non habet, ita nostra terminum non habebit.

EIVSDEM IN EODEM

Homil. s.

Festiuitates istæ, charissimi, celebritates Dei domini, quas annua deuotione veneramus, sicut nobis in futurum vitam, & gloriam pollicentur, ita etiam in præteritum de salutis nostræ causa, & occasione nascuntur. Ac sic qui ideo co-

Bibl. Hom. tom. 2. G G g g g 2 litur

In baptismo
vere homo re-
nouatur con-
tra Lulhera-
nos.

De Antao id
fabulantur.

litur ut miseretur, iam miserus est, ut coleretur. Ab eo ergo facti, atque reparari nunc impensius exultemus in beneficiis suis, quia meliores sunt dies illi, quibus liberamur, quam illi, quibus in vitæ huius pericula nascendo producimur. Et ideo legimus, quia melior est misericordia tua super vitas. Meliores enim sunt dies, quibus ad æternam vitam renascimur, quam illi quibus in hæc tempora iam procreamur. Siquidem maiora sunt dona gratiæ, quam naturæ. In gemino Dei nostri opere, ibi res virtutis, hic muneris est: ibi potentia, hic misericordia continetur, prima natiuitate, terrenis ingredimur, secunda cælestibus præparamur. Sicut autem præsentis temporis festa nos admonent, hic est ille, qui pro mundi salute congressus (sicut de fortissimo illo Samson legimus) plures inimicorum mortuus interficit, quam vnus occiderat. Refert autem & traditio secularium literarum, habuisse quendam in exercitio, vsque certaminis hoc virtutis ac roboris: ut, quoties in luctamine succumbens virum suarum amicam, & nutricem terram impulsu aduersarij cõgisset, toties de solo surgens magis, ac magis in aduersarium præualeret: ac sic delectio prostrati, occasio fiebat triumphi. Dabat enim quodammodo infirmitas fortitudinem, lapsus palmam, ruina victoriam. Puto hæc illi cælesti athletæ, qui contra Iacob legitur fuisse luctatus, iustus aptari posse: æstimo hæc illius personæ verius cõuenire, qui hoc in tempore in arena mundi cum publico hoste conflixit? Qui ad hoc cessit, vt gloriosus surgeret: ad hoc cecidit, vt omnes eleuaret: quia aduersarium effusus obruit, prostratus elisit, ac tẽtẽq; hominẽ delectus erexit, mortẽque eius dum succumberet percussit, ac mortuum dum resurgeret suscitauit. Hic est ille angelus, qui cũ Iacob nocte luctatus est, sicut hanc in Genesi: Et ecce vir luctabatur cũ eo vsque mane: & cum præualuisset Iacob, dixit ei angelus, dimitte me, iam enim ascendit aurora respõdit Iacob: Non dimittis te, nisi benedixeris mihi, & benedixit ei angelus, & dixit: Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis cõtra hominem præualebis? & tetigit angelus latitudinem femoris eius, ipse verò claudicabat pede. Quid est hoc? qui vincitur benedicit, & claudicat qui se vicisse credebat. In Iacob ergo Iudæorum populus, in angelo Christus agnoscitur. Et vt sciamus in eodem angelo Deũ fuisse, ita dicit ipse beatus Iacob: Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Iacob ergo angelo succumbente præualuit. Præualuerunt ad tempus & in Christi passione Iudæi: in illa resurgentes die & nocte tota in eo impietate fruentes præualuerunt, quando crucifixi erunt: præualuerunt quando occiderunt. Ergo cum vicisset Iacob, benedicti tamen se à victo posse cognouit, dicens: Non dimittam te, nisi benedixeris me. Quale mysterium: in certamine inferior æstimatur, & ad cõferendam benedictionem idoneus inuenitur. Aperte ergo Christus aduersarios benedixit, quando & pro interficientibus supplicauit, dicens: Dimitte illis domine, quia nesciunt quid faciunt: benedixit victus, qui liberat passus: interuenit reus, absolutusque damnatus: quia & vt aduersarij respiscant, redemptionem tribuit interemptus. Quid etiam illud est, quod post illa collocatione Iacob benedictionem accipit, & claudus incedit? sic enim ait: Et tetigit angelus latitudinem femoris eius, & claudicabat pede. Latitudo femoris, Iudæici generis est multitudo. Quid est in quã quod vno pede claudicat? Hoc est quia de Iacob, id est, de Iudæorum genere Christo resurgente pars credit, pars in infidelitate remansit, & à iustitiæ ac vitæ semitis claudicauit. Quod autem dicit ipse angelus: dimitte me, iam enim ascendit aurora, hoc indicabat posse eum à morte vinci, non posse à se retineri: sed post illam fugata luce passionis nocte, promittit illic esse resurrectionis auroram. Itaque, charissimi, dominicæ passionis & resurrectionis celebrantes triũphum, fidem conuersatione decoremus: misericordiam in pauperes faciamus: imitemur Deum, cui nulla corporalium rerum forma consimilis est. Habeamus in cõctis imaginem bonitatis eius, & patientiæ: emendemus errores, oremus pro inimicis, pro detractoribus obsecremus, imitantes Moysen, qui fortis contra se loquentis culpam oratione deleuit: oleo elemosinæ peccatorum fordes lauemus: captiuorum vincula nos videantur astringere, & propitium illis imprecemur Deum: claudios carcere humanitas diurna sustentet, his quorum corpora morbus regius occupauit, & ingi labe membra soluuntur, propter repositam in cælis mercedẽ sollicito ministerio seruiamus: quãdo nobis iudicij potestas data fuerit, & ad nos causa delata est: non personarũ consideratio, sed rerum, sed iustitiæ stabilitatem incuruasque præualeat. Lex normam teneat veritatis: charitas prona sit ad misericordiam, non insultans peccatoribus, sed condolens, facilis enim est lapsus ad vitia: & fragilitas conditionis humanae quicquid cernit in alio, hoc in se debet pertimescere: cũque alius fuerit pro errore correptus, illius emendatio nostra sit cautio, & super omnia quasi culmen, & corona virtutum, pietas in Deum toto cordis timore seruetur.

EIVSDEM IN EODEM

Homilia 7.

Dignè, charissimi, piis studiis exultemus in Christo sub præsentis solemnitate, in qua nobis inferorum diues spoliis tertia dies reddita est, excelssitudo de profundis, lux de tenebris, vita de mortuis: Ecce quantum pro salute ouium perditatum benigna pij pastoris sollicitudo discurrit. Sub vno eodẽque tempore & hominem vsque ad paradysum reuocare dignatur, & mortem vsque ad inferna persequitur, gloriosius captiuandam in regno suo, & magnificentius in suis sedibus triumphandam. Ad descensum itaque cælestis domini profundum inferi panditur, peregrinum sibi lumẽ inferri nox æterna miratur. Expauit ergo nox subito non suum mortuum, imò expauit mortem suam. Aderat enim ille, qui dudum per prophetam suum dixerat, O mors, ero mors tua, ero mors tuus, inferne, & ideo nõ solum in eo inuenire non potuit quid teneret, sed etiam, quos antea retinebat, reuocari ad superos, se nolente, contempsit, & quem debitorem suum putabat, exactorem potius experta est, & quem quasi captiuum inferni vinculis adstringendum esse credebat, quasi liberatorem cum recepta captiuitate redire mirata est, ac sic quem descensione hominem iudicauerat, & Deum regressione cognouit.

cognouit. Potuerat quidem dominus noster, charissimi, hoste humani generis sola maiestate prosternere sine incarnationis humilitate, sine certamine passionis. Sed homo, qui proprio transgressionis crimine tenebatur obnoxius, qui per culpam suam incurrerat seruitutem, non violentia liberandus fuit, sed misericordia, & quia Deus æquitas, & iustitia est, ipse sibi lex est, & quia homo iudicij, & iuris sui, ac libeti arbitrij præditus voluntate erat, qui voluntarius ceciderat, inustum erat vt erigeretur inustus. Equius & salubrius fuit, vt qui per superbiam à diabolo persuasus fuerat ad mortem, à Deo per humilitatem suscitaretur ad vitam. Iusto ergo ordine qui per caliditatem maleuoli serpentis nõ impulsus, sed seductus fuerat ad perditionem, rursum per sapientiam beniuoli redemptoris non compellatur, sed ducatur ad salutem, & qui cum sua volũtate corruisse videbatur, cum sua rursus voluntate repararetur, vt esset virtuti, ac remunerationi locus. Non ergo eum præripit per violentiã, sed potius per iustam beneuolentiam sollicitat, & crudelitatem, quia benignitas prouocantis, etiam meritum desiderat ad quiescentis, & dignatissimi medici studium, infirmi sui requirit adscensum. Cuius ineffabilem ad erudiendos nos dignitatem, etiam præsentis euangelij lectio declarauit. Ait enim, sicut audistis: Cum esset sero die illo vna sabbatorum, venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio discipulorum. Quid mirum, si dominus ad discipulos glorificatum corpus clausis stupentibus introuisit, qui illeto materni pudoris signaculo, ianuã mundi huius intravit, cuius ortum natura nesciuit? Nõ dubites si potentiam exercere videas triumphan-tem, quem tam stupenda perspicis egisse nascen-tem. Quid hic respondebunt Iudæi, sepulto domino discedentes, & signantes lapidem eum custodimus? Quæ cum ita sint, quomodo eum repellere potuit obiectus repaguli, quem non coercuerat pondus sepulchri? Imò quomodo eum obsecrata domus excludere potuit, quem includere mortis porta non potuit? Quid mirum, si substantiam corporis nostri per clausa ostia transfudit, cui etiam penetralia supernorum, & solis angelis familiare secretum patere cõsuevit? Cum ergo dixissent alij discipuli, vidimus dominum: respondit Thomas, & dixit eis: Nisi videro, inquit, in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitem meum in locum clauorum, & mittam manus meas in latus eius, non credam. Quam bona infidelitas, que sæculorum fidei militauit: Nisi ego, inquit, videro in manibus fixuram clauorum, vox ista inquirentis est, non negantis: dum hoc dicit, docere voluit, confirmari desiderauit. Et ideo ad eum dominus ita ait: Inser digitem tuum huc, & vide manus meas, & offer manus tuas, & mitte in latus meum. Dum benignũ præbet veritas moderata responsum, in Apostolo suo non dubitationis virtutum; sed sollicitudinis instruxit affectum. Quia ergo illo tempore tanti mysterij nouitas versabatur, merito curiosæ persecutionis non est exclusa sedulitas. Accedit quod in his Apostoli verbis mundi utilitas agitur. Ostendit ergo manus, & latus. Necessarium enim erat vt manifestarum præsens expressio cicatricum crucifixi corporis faceret fidem, quia splendor nouæ lucis pristinam obduxerat veritatem, & agnitionem quodammodo claritas obscurauerat: visis ergo cicatricibus, respondit Tho-

mas, dicens: Dominus meus, & Deus meus. Noui genere vestigia vulnerum, diuinitati præbent testimonium, quia templum Dei, indumentum corporis vulnerati: duas hoc loco in Christo mirare substantias, fixuram perspicit corporis, & Deum prædicat maiestatis. Vbi sunt, qui dicunt animas nonis, in quibus antè non vixerint, corporibus induendas? Ecce in resurrectionis auctorem hoc ipsum video resurrexisse, quod cecidit, & ideo mortuus non adiicit, vt resurgat. Quare mortem somno adsimulauit: quia in vno, eodẽque homine nunquid alter est, qui in somno resouitur, alter verò qui eiusdem somni stupore ad vigilandi officia suscitatur: nõ vtique, sed ipsa absq; dubio membra euigilasse credenda sunt, quæ dormitionis stupore laxata sunt: ita mors corpus, quod in puluere confectum suscepit, idẽ ipsum discussa restituit, nec tude, sed redimium ius cognitus spiritus recognoscit, & propterea mysterium resurrectionis etiam de minimis exponens ita Apostolus loquitur, resurrectionem grano tritici comparans: Etenim quod tu seminās, non viuificatur, nisi prius moriatur. Si quando, vt mortis est, fruges patribus sulcis agricola scenerante, credantur, nunquid aliud est, quod sepelitur in semina, aliud quod virefcit in germinis? sed singula quæque corpora nõ de nihilo, sed de sui origine producantur, & recentia de veteribus innovantur. Cum autem de resurrectione loqueretur Apostolus, dicens: Quod seminās non viuificatur, nisi prius moriatur, & vniciquẽ, inquit, seminum proprium corpus, non vtique genere suo alienum, sed natura sua proprium, & de materiæ suæ qualitate reparatum. Renocabitur ergo in contubernium pristinum animæ, & corporis vnitatis, sed nullis vnquam sæculis discutienda germanitas. Nostrium est gratia auctoris & redemptoris inniti, vt ad illorum numerum pertinere videamur, de quibus Apostolus dicit: Simul rapiemur obuam Christo in aëra, & in nubibus, & sic semper cum domino erimus. Dignum enim esse iudicauit, vt germani corporis, animæq; substantia, cum Christo simul regeret in cælis, qui Christo seruiert in terris.

EIVSDEM IN EODEM

Homilia 8.

Resurrectio domini nostri, charissimi, cum qua vniversa generis humani conditio resurrexit, sicut ingentia beneficia, ita magna in se continet sacramenta, quæ quidem aperta miraculis, & operata mysterijs, credulitatem nostram sicut adimpleuit in præteritum, ita corroborat in futurum, vt ea, quæ similiter sunt prædicta, id est, sicut specialem, ita generalem omnium resurrectionem, ita iudicium credamus, & regnum. Qui ergo euidenter, quæ diu sunt expectata suscepimus, siudicialiter necesse est quæ sunt expectanda credamus. Si fortis fuit fides, quæ experimenta præcessit, fortior debet esse, quæ iam manifesta subsequitur. Audiuius euangelicæ lectionis oraculum: Cum esset sero, inquit, die vna sabbatorum, & fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati, venit Iesus & stetit in medio. Per obserata itaque ostia sacrum dominici hominis corpus in lapsum, & exposita terrena consuetudinis fragilitate, clausis

Bibl. Hom. tom. 2. G G g g g 3 ianuis.

iannis, influxit defœcata, & glorificata substantia. Nihil nouum est in virtutibus Christi. Hic est ille, qui inter ipsa adorandæ natiuitatis sacra primordia, ad nos inuoluto maternæ integritatis signaculo, natura stupente, processit: nec mirum si inuolutæ sinus matris non resoluera natus, quos magis probatur sanctificasse conceptus. Hic est ille, qui ex inferis remeans, carcerem noctis æternæ, nullo aperiente, transgressus, consequenter de monumento, hoc est de corruptionis loco, incorruptum corpus eduxit, & ad superna remeavit. Ait itaque sermo diuinus: *venit Iesus ianuis clausis, & dixit, pax vobis. Quid miramur, si pacis annunciat gratiam, post recentem de mundi hoste victoriam?* Tale primitus regi deferre decuit præmium, post triumphum. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Præfert piissimus liberator per vulnere signa, celebranda redemptionis insignia. Præfert clauorum confixione corpus infertur, & lanceæ illifione confossum. Quid hoc est? Expoliata est fragilitas, exinanita mortalitas, sola in cicatricibus permanent reuerendæ testimonia passionis. Nimirum illud solum resurrectio vnde erat credenda non abstulit. Ostendit ergo manus & latus, ne subito non eadem caro crederetur resurrectisse, quæ passa est, ne causam ipsam gloriæ, obscuraret fortasse lux gloriæ, ne splendor resurrectionis, fidem obduceret veritatis. Ostendit eis manus & latus, ut, qui paulo ante in tuo Deum corpore inspexeras, nunc in Dei lumine tuum corpus agnosceres, ut tantum de spe caperes gaudium, quantum de nouitate miraculum. Tangi itaque se, agnosceque voluit, ut sacra illa caro & vera appareret, & propria. Vbi sunt, qui per infidelitatis mortiferum errorem delapsi dicere audent, animas defunctorum in noua, & in aliena corpora reuersuras? qui dicere audent, animas in vasa extranea refundendas, & in tabernacula peregrina redituras? Excitet hoc loco fidem nostram sanctus Apostolus Thomas. Nobis enim ille & interrogauit, & credidit: nos illius erat eruditura dubitatio, nos illius roboratura confessio. Exploremus cum eo domini cicatrices cordis nostri manu, inspiciamus sensu, tangamus affectu, utrum in ipso corpore, quod mortuum est, sit resurgendum. Interrogemus vitæ nostræ corpus notis euictæ mortis inscriptum. Interrogemus ipsum domini tumulum, triduo honore vacuatum. O quicumque ille es, quid collatum substantiæ meæ beneficium, in corpus transcribis extraneum? Ecce illud ipsum video inferri cælo, quod iacuit in sepulchro. Quid tibi inter hæc iniquitas dolenda mentiris? Si te nõ de tuo puluere, non de tuis ossibus æstimas reparandū, sine causa dicis in symbolo: Credo carnis resurrectionem: quomodo potes de carne dicere, quod resurgat, si non est ipsa, quæ cecidit? nam sermo in se diuinus dum absolute pronunciat, quod resurgat, ipsam ostendit fuisse quæ iacuit. Si corporis, quæ ante non vixit, innouandam putas esse naturam, institutam dicere poteris, non poteris restitutam. Si noua nescias quia homines sunt carne formædi, tollitur & ratio, & appellatio resurgendi. Cum hæc ita sint, nihil erit pretiosus ille martyri sanguis, si non ipsa caro honoratur præmiis, quæ est probata supplicis, si non ipsa in muneribus gaudebit, quæ in doloribus triumphauit, quæ ideo tolerabiliter doluit se afflictam, qua fideliter cre-

didit reformandam. Secundum hæc, si non in ea, qua vixisti carne iudicandus es, non est quoddam timeas, alius pro te supponetur ad pœnam, non expauescas vetusta malitia, noua nescio quæ pro te natura damnatur. Si ita est quantum vi-deo nocentibus morte succurritur, cruciatus innocentibus præparatur. Patietur hoc illa cælestis sapientiæ plenitudo, ut exhibeatur ad ordinatum iustissimi cognitoris examen irrationabili, & inordinato modo vnus duorum corporum spiritus, & antiquo interiori, nouus iungatur exterior? Expectabunt vnã sententiam in ipso, eodẽque homine, vnus reus, alter innocuus? Caro proprio in puluere suo dormiens, vltra non sentiet delictum propriũ, & quæ ante non fuerat, subito nascetur ad crimen alienum? Sed non ita est, nam de nostris loquitur apostolica doctrina corporibus. Audi quomodo magister gentium Paulus digito substantiam corporis nostri, beati Thomæ morte contingit, & dicit: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam: hoc est dicere, mortale nostrum in quo nati sumus, ipsum de fauillis ita reparandum est, ne vltra possit morte dissolui. Ipsa itaque sumus exterioris nostri veste specialiter induendi, qua fueramus exiit: ut anima ad pristinum reuersura collegium, aut de recognitione indigni commilitonis erubescat, aut de confortij honorabilis societate congaudeat. Quæ cum ita sint, audiamus per prophetam resurrectionis præsentiam ante tot secula velut sub oculis depingentem: hæc dicit dominus Deus: Ossa arida audite verbum Domini, ecce ego mitto in vos spiritum, & viuetis, & accesserunt, inquit, ossa ad ossa, vnumquodque ad inniduram suam. Hoc propheta ante annorum millia facendum loquitur, quod resurrectione Christi factum euangelista testatur, dicens; Et multa, inquit, sanctorum corpora resurrexerunt, & vasa sunt sancta in ciuitate. Cum hæc ita sint, quæ iubebamur quondam secuturis temporibus implenda fiducialiter expectare, nefas est, ea cum iam sint impleta, non credere. Ait ergo: Ossa arida audite verbum Domini, immittam in vos spiritum, & viuetis. Vitam promittit, non ergo solum conditor, sed reparator eius materiæ esse cognoscitur, qui cineribus pollicetur, & in consequenti: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris. Aduerte quod non aliquid recens ex nihilo facit, qui vitam aridis ossibus re-promittit, aduerte quod viuificationem suam nõ nouis tribuit, sed vetustis, cui vita seruit in tumulis. Reparandum itaque me in corpore meo, & circumdandum me pelle mea, credo quidem sermonibus annunciantis, sed plus credo cicatricibus resurgētis, quas quidem in resurrectione Domini ad confirmandam vniuersitatis fidem speciales fuisse manifestum est, ut per testes crucifixi corporis plagas definitissimè nouerimus, omnes sub reparationis die animas ad corpus proprium reuersuras, in nostra verò resurrectione nulla alicuius remanebunt indicia læsura, nulla penitus apparebunt vestigia vlcera, aut debilitatis in carne, vtinam non inueniantur in corde. Elaborandum itaque est; ne sub illo tremendæ recognitionis examine multæ alię cicatrices manifestentur,

tur, ac reuelentur in medium vulneta flagitiorũ, ne plagæ conscientiarum, ne horrendæ homicidiorum maculæ, ne obsecranda fœdæ signa luxuriæ; in illa die deficientibus præ dolore oculis ingerantur; & ideo custodiamus totis viribus re-generationis dona, redemptionis munera, sacræ imaginis ornamenta, ut quandoque in conspectu iudicis nostri, non diaboli vlcera, sed Christi stigmata reparato in corpore præferamus, neque hostis noster aliquid suum in membris nostris, sed sua in nobis redemptor noster mēbra agnoscat. Quod autem dixit, *Quia vidisti me, & credidisti, beati, qui non viderunt, & crediderunt*, si beatitudo est credere quod annunciat, quanto maioris beatitudinis erit videre quod creditur? Ideo autem dixit: *Beati qui non viderunt, & crediderunt*: ut promissa cælestia non intelligendo, sed discutendo adquirenda tibi noueris, sed credendo ac promerendo. Itaque ea quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quantum erit illic in rei præsentia iocunditatis, tantum nunc est in fidei credulitate mercedis. Nulla autem virtus animi est ea credere, quæ videntur: & ideo dicit beatus Apostolus: Nam quod videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Magnus itaque ante Deum fructus est repromissa sua, quæ nondum possis vultu cernere, iam nunc spe prospicere atque animo possidere. Desideria præ oculis habere, & quæ insinuata sunt sensibus, tantumquam aspectibus subiecta diligere, & quasi iam reuelata munere facie, ita Deo fideiussore gaudere, & per fidem minime dubitare honore testimonij promittētis. Ac sic pro inquirentis studio, pro credentis affectu crescit futura dulcedinis magnitudo: & pro eo quod interim præmium sperantis absconditur, desiderium nutritur, & meritum dilatatur, & ideo dixit: quæ magna multitudo dulcedinis tuæ, Deus, quam abscondisti timentibus te, & perfectissimi sperantibus in te? quia beatitudo cælestium promissorum, sicut illic in rei possessione donatur, ita iam nunc in spei spectatione percipitur: tantòque diuor erit beneuolentia in remunerante vel gratia, quanto amplius fuerit in supplicante fiducia, illuminante, & accendente sensus nostros Deo nostro in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN EODEM Homilia 9.

Quodam loco sermo Hieremiæ prophete mysteria nostræ salutis annuncians, ita dicit: Perdix fouit, quæ non peperit: fecit diuitias non in iudicio: in nouissimo dierum suorum dereliqueretur. Perdix diabolus, pro nequitia vel multarum rerum comparatione perhibetur. Hæc autem quocumque casu vel fere alicuius incurfu priuata fuerit ouis propriis, insidiatur alienis, & nidi habitore depulso, partus inuadit extaneos: quos cum vsque ad spem factum genitili tepore confoverit, parentem eum præda efficit non natura: interea verus pater vocanti, ac lamæ tanti similis, syluas questibus replet: tunc adulta iam soboles voce proprij genitoris audita, curam queruli clamoris intelligit, atque ita ad originariam sedem læta peruolant nutritæ, generis sui conscia, &

adulteri nutritoris oblita. Quid ad hæc dicis, homo, preciosum vas sapientiæ, imago diuinitatis, & possessor generosæ rationis? Quid te creatori tuo subtrahis? ecce etiam bruta cognoscunt quid proprio debeatur auctori: & quæ non habent intellectum, habere probantur affectum. Callidum peruasorem captiua generatio derelinquit, remanet præda deceptus & raptor orbatus. Igitur & diabolus humanum genus quod non creauerat, occupauerat: quod non genuerat, mentito patris nomine possidebat, sed vbi vocem per prophetas vel per semetipsum pius auctor emisit, vbi perditis salutifera charitas inclamauit, dicens, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. Aduerte quod sub nomine oneris pondus indicat seruitutis. Ad paternos sinus confestim avidum cucurrit exame: tunc princeps mundi huius sub aduentu domini saluatoris in dimidio dierum suorum perdidit, quos se vsque in finem seculi possessurum esse credebat, & in gremium redemptionis captiuitatem perditio inuita transfudit. Sed dicis hoc loco: Doce me quomodo captiuus fuerit mundus: expone mihi captiuitatem, ut intelligere possim redemptionem. Iam primum si passiones nostras & prauas consuetudines interrogemus, quid sit animæ captiuitas euidenter agnosceamus: verbi gratia: Qui vinolentia delectatur, ebrietatis (quæ mater est vitiorum) captiuus efficitur: qui obsecris, & fœtidæ carnis illecebris occupatur, luxuriæ turpis domina iugo premitur: qui habitu alienæ rei audis, & elurientibus sumpserit faucibus inflammantur, in seruitium arfare cupiditatis abducitur: qui crudelitate pascitur bestialis iracundiæ, cruenti furoris dominio subiungatur, inde est quod dicit apostolus. A quo enim quis vincitur, eius & seruus est. Hoc ergo genere diabolus vniuersum addixerat mundum, cupiditatis deprauatio, mandati inimica transgressio, cibi interdita præsumptio, superstitionis dominatio, erroris impressio, veritatis oblitio, ignorantia confusio, stultitiæ longa persuasio, mortifera idololatriæ consuetudo, in tantum homines occæcauerat, ut solis, lunæ, Martis, atque Mercurij, Iouis, Veneris, vel Saturni, & diuersis elementorum, ac dæmonum appellationibus dies vocerent, & luci tenebrarum nomen imponerent, ut sub assidua dici commemoratione honoratorum deorum nunquam ab eorum ore discederet. Quis nostrum tantum habeat sollicitudinis circa memoriam redemptoris: secundum hæc quis grauissimam neget captiuitatem, tantum mentis errorem? & quod peius est, ista captiuitas magis animas occupauerat, consilium impleat, sensumque laqueauerat: & ideo quia deseruerant rationis auctorem, merito primi intellectus perdiderrant libertatem. Ac si diabolus vniuersam posteritatem in primo parente possessam, blanda seductione captiuam ad studia cultus sui traxerat: ceperat quos deceperat, & stirpem, quam in radice viciauerat, in fructibus possidebat: & propterea dominus de cælo in terram prospexit super filios hominum, & tanquam si redemptor ipse secum loqueretur & diceret, Videamus quibus debitis egenus homo à diabolo teneatur adstrictus: si aurum, vel argentum deberet, si ære esset oppressus alieno, pro ratione debiti, necessario summa pecuniæ penderetur. Sed quid agimus, quod hæreditario & antiquo primæ natiuitatis malo premi-

ur. Secunda natiuitate statum illius innotemus, ut qui per originis debitum diabolo nascebatur, per baptismatis institutum Deo renascebatur: dumque regeneratur spiritu operante per gratiam, nihil inimico debeat per naturam improbam dexteram vetitæ arbori importunus ingessit, extendamus pro illo innocentes in cruce manus: per lignum pœna est contracta, per lignum culpa redimatur: sed prohibiti gustus male blanda suauitate deceptus est: expietur delectationis esca, aceti, & fellis iniuria. Sed superbiæ culpa, quæ præceptum soluit, quæ in ambitum diuinitatis exarsit, obnoxius est in hominē; sed diuinitas nostra humiliet se pro superbo, tradat se ipsa maiestas pro crimine maiestatis. Sed mortis reus est, hoc reddi conuenit, quod debetur: mortalis est assumenda conditio, & mors est offerenda pro mortuo: & ne sit quod diabolus captiuo suo per arborem decepto ultra possit obicere, ipse nunc sacras dānandus extendat manus in arborem vitæ: ut duplici beneficio hominem nostrum sanguis crucifixi, & scelus crucifigentis absoluat: passio nostra dum illum damnat, hunc redimat. Hic si interrogas, & requiris, quare Deus sub habitu humanæ carnis absconditus descendendum sibi ad terrena iudicauerit: ob hoc vitæque, ut splendor ille diuinus, ut diuina illa potentia, & ab homine facilis sustineri, & à diabolo difficilis posset agnosci: & ut homo, cui parum legis, ac prophetarum præcepta profuerant, promptius salutem suam quaereret, cum ad eum salus ipsa venisset: ut quia missio toties de cælis non corrigebatur imperio, præsentia saltem instrueret exemplo. Quare inquam per se terrena Dei filius visitauit: ut fortius destrueretur tyranni dominium per imperatoris aduentum: sub abiectione formæ reueris latuit Deus, ut dolosum supplantatorem suis vicissim fraudibus irretiret, ut ille, qui pro crimine ambitionis illicitæ obnoxium tenebat hominem, dum dominum crucifigit, maioris reus criminis appareret: ac sic auctoritatem dominantis amitteret, dum vincit culpam decepti hominis immanitas deceptoris: nec possit ulterius obicere homini appetitæ diuinitatis iniuriam, postquam patricidæ in Deum Cæcus extendisset audaciam: ac sic captiua esse cepit impunita feri prædonis impietas. Sicut ergo mendacem quempiam non potest reum tenere falsarius, sicut nec adulterum accusare audeat incestus, nec homicidâ paterno sanguine cruentus: sic diabolus dominari in hominem sacrilegæ cupiditatis excessu sequentis sacrilegij prohibuit magnitudinis: sic inquam in homine diabolus cælestis regis offensam ultra exaggerare non potuit, postquam ipse cruci regem cæli per societatem carnis affixit. Et quid mirum si eum, quem non agnouerat in maiestate, agnoscere non meretur in corpore: ita magnis præiudiciis irretitus amisit ius suum, dum appetit hominē non suum. Nam sicut in negotiis gerendis quatuor modis homo causa cadere dicitur; id est quatuor modis plus petendo, subire periculum pro iuris ratione perhibetur, quibus quatuor id est, loco, tempore, genere, quæritate: Loco, si alibi forte sibi debitum solui improbus scenerator extorsit, quæ ubi causatio designabat. Tempore, si citius, Quantitate, si amplius petierit: genere, si alterius rei, ac melioris materiæ mercem, quam scriptura cōtinebat, exegerit. Videamus quo hic modo dia-

bolus causa cadit, Genere sine dubio: homo enim illi debebatur per inobedientiam, ille Deum appetit per superbiam. Sic ergo plus petendi periculum, humana specie seductus, & Deum in homine persecutus, incurrit: & dum impietate appetit innocentem, perdidit debitorem. Sed iterum dicitis: quare Deus hominem de potestate diaboli per infirmitatem carnis, & non magis per virtutem diuinitatis eripuit? quia humana conditio, quæ per transgressionis culpam obnoxia tenebatur inimico, nec imperio erat etuenda, sed precio, necesse erat ut pietati iustitia misceretur. Poterat miser per misericordiam redimi, non poterat reus per potentiam liberari. Innocētiū enim auctoritate, criminosis intercessione & humilitate succurritur, propterea homo si inobediētia lapsus, & liberæ mentis assensu, à diabolo seductus fuerat, in ipso coactus, à totius rationis aquiratque auctore inuitandus erat, nō attrahendus. Iniquissimum videtur siquidem, ut qui ceciderat voluntarius, erigeretur inuitus. Vides quia dignantissimi medici studium, infirmi sui requirit ad sensum? Per liberum arbitrium est excepta captiuitas, per liberum rursus arbitrium erat restituenda libertas. Dominus enim qui ianuam referat, etiam sollicitudinem pulsantis expectat: pulsantis inquam, nam ubi labore studuerit reparare quod perdidit, nec damnum rei perdidit, nec fructum sentiet restituta. Beneficium non potest custodire, qui necesse desiderare: periclitatur munerantis donum, si non inueniat suscipientis affectum, quod si homo Dei tantum nutu, & non etiam suo studio liberatur, nunquid offerenda erat gratia ingrato? non suffecerat quod offerebatur indigno? & ideo circa rationabile animal ut posset iustitia adhibere remedium, prius obediētia erat receptura consilium. Hoc enim elaborat diuina prouidentia, ut, quia consensus crimen intulit perditio, voluntas meritum conferat acquisitio, & deuoio reparati iustitiam reparatoris ostendat. Quæ cum ita sint, si homo de potestate diaboli per Dei potentiam, & (ut sic dictum sit) per violentiam tolleretur, poterat diabolus (qui hominem proprio vitio dediturum possidebat) aliquid rationis adferre, ac Deo dicere: Iuste reum arbiter, tuus quidem est homo per creaturam, sed meus cepit esse per culpam: tuus per naturam, meus per inobedientiam: qui maluit audire seductionem meam, quam legem tuam: tibi debetur iure, mihi crimine: tuus est opere, meus est voluntate: quia potuit præceptum tuum seruare, sed noluit. Ne ergo per potentiam Dei se iniquè opprimi posset diabolus calumniari, astutum callido Deus consilio implicat, & contra superbium humilitate configit: non ei captiuum præripit, sed precium, quod sanè captiuo præponderaret, & quod prædonem magis damnaret, appendit: incertorem peccati in formam peccatoris illaqueat, humanæ auidam perditionis inexplibilem bestiam per escam carnis illudit, homo in se prouocat esurientem, & Deus præfocat deuorantem. Sic Daniel maximus prophetarum horrendum draconem, id est, qui spiritum diaboli præferebat, solidiori sibi virtute conficit, faciēs de pice, & adipe, id est de duabus substantiis, vnam offam: quæ assumpta, quod putabatur cibus, interitus fuit. In pice, homo intelligitur. Deus adipo demonstratur, qui totius puritatis cador, & pinguedo est bonitatis. Sed dicitis, Quid tanto

Homo autem post peccatum præiudiciis generatur.

Ad Deum autem non est ingratum peritiam.

tantopere necesse fuit, ut splendida illa & sincera diuinitas humanæ carnis experiretur iniurias: quare non magis aliquod speciosum in lucis corpus assumpsit? Non ita est, non hoc recipiebat ratio redemptionis nostræ. Nunquid lux ista peccauerat, ut materiam lucis expiaturus indueret? Per hanc itaque materiam creaturæ, nec mortis conferre precium, nec resurrectionis præferre potuisset exemplum: nihil mihi contra hostem meum fiducia contulisset, si non in meo corpore triumphasset, cur lucem suscipere, hominem redempturus? Inordinatum medici appareret ingenium, si humeris suis imponeret illæsum, & negligenter vulneratum; illa necesse est sanitaris arboris mēbra contrectet, quæ grauibus morbis æstuate perspexerit: in quo corpore timeret ægitudinis causa, in ipso est exercenda medicina. Nunquid aliquid sollicitudo proficiet, si cum alium dolor teneat, alium cura confoueat? si cum iste crebris anhelæ sitis pulsibus vigeat, alius pro eo desideratis aquarum refrigerijs irrigetur? Itaque sicut ad infirmum corpus vel inopia confectum nihil omnino beneficij vel fomeni peruenire posse dignoscitur, si pro eo alteri robusto alicui corpori refectio vel curatio ministraret, ita dispensatio redemptoris nullam nobis contulerit utilitatem, si non in nostra peregerit carnis virtute: & ideo dū in corpore meo vincit, me contra hostem meum, pius propugnator erexit. Sed dicitis: Potuisset Deus per aliquem commodius angelorum redemptiois nostræ administrare militiam, non ita est. Nā inordinatum & indecens erat, ut, quod factor cōdiderat, factura repararet: simul persona vnus angeli valere non poterat totius mūdi salutem. Præterea ut diximus inimicus generis humani dum in necē domini agitur, captiuo sui amissione proficitur. Si ergo pro homine mortem angelus pertulisset, nec diabolus tantum incurrerat criminis, nec Deus tantum prætulerat charitatis. Cur, inquis, non per angelum? quia absolueret creaturam creatura non poterat: quia impossibile erat ut conferuus seruis tribueret libertatem, impossibile erat ut peccati capax peccata donaret, & Dei famulus Dei munus impleret: prodesse enim præteritis seculis, præsentibus, post futuris, soli vniuersorum seculorum domino competebat. Dei inquam solius erat, ut mortem persequeretur in tartarum, & ereptum morti hominem portaret in cœlum.

CAESARII EPISCOPI

Arelatenfis in eodem festo,

Homil. 1.

Hodierni diei sacrosancta solennitas, Hebraicè pasche, Græcè Pascha, Latinè transitus interpretatur. Hoc celebrauerunt Iudæi post longum captiuitatis iugum ex Ægypto recedentes. Ecce etiam nunc populum Dei liberat: ecce iterum pasche agitur, iterum transitus celebratur: Quomodo iterum transitus celebratur: idem de seruitute ad libertatem, de iniquitate ad iustitiam, de culpa ad gratiam, de morte ad vitam, per salutifera fluenta transitur. Potes iterum excelsum brachij antiqua rubri maris exercere miracula. Ingressur anima vitales vndas, velut rubras Christi sanguine consecratas. Ingressur

mortiferis plena debitis, paulo post felicibus peccatorum ditanda naufragiis. In vno eodemque vndæ salutatis elemento, tāquam Ægyptius peccator perit, tanquam Hebræus iustitia tota permanet. Reus diluitur, reatus aboletur. Mira Domini clementia, quæ irrenocabile scelus, & infectas criminum maculas, ad infectum renocat, & peccatorem, peccato moriente, viuificat. Ecce homo fonte demergitur, & sola secreto munere hominis culpa damnatur. Criminosus tingitur, & solum crimen extinguitur. Quo genere Propheticum illud impletur oraculum: Et operuit, inquit, aqua tribulantes eos, & vnus ex eis nō remansit. Vnus ex illis id vnicum ac primum illud originale debitum sacri fontis vnda vacuauit. Illud singulare delictum primi parentis interemit. Ostendit hoc in loco magnificentia tanti muneris beata præsentiam Trinitatis. Ecce mala innumera antiquis ac recentibus impressa vulneribus, perpetuis gehennæ vix expianda supplicij, terna submerione purgantur. Vno momento operante velociter Deo, inter aquarum sinus, flammatarum pabula consumuntur. Et ideo beatus Apostolus dicit: Consepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem. Demerguntur animæ sacro gurgite, veniant confinia mortis, & vitæ. Et quæ perditioni obnoxia fuerant, illo primæ natiuitatis exortu, salutifero renascuntur occasu. Exuuntur sceditate inuisibilis senectutis, & peccatorum deformitate contractæ induuntur pulchritudine cælestis infantie. Stupemus interdum ad magnitudinem nouitatis. Si quando audimus aut legimus dominum Iesum Christum ex sola femina cessante virilis consortij societate progenitum. Ecce nunc peregrinantibus naturæ legibus, innumera per omnem terram multitudines, de solo sinu fontis tanquam partu virginis procreantur. Gaudeat Christi Ecclesia, quæ ad similitudinem beatæ Mariæ sancto Spiritu operante ditatur, & mater diuinæ prolis efficitur. Cesset ergo infidelium cæcus error asserere, quod femina, quæ sine viro filium potuit parere, virgo non potuit permanere. Ecce quantos & quorum fratres sub vna nocte nobis edidit fecunda de sinu integritatis Ecclesia mater & sponsa. Mirabaris paulo ante de incorruptione nascentem hominem; mirare nunc quod non minus nouum est, etiam renascentem. Conferamus si placet has duas matres, & viriisque generatio fidem nostram in alterutra corroborabit. Mariam secreto impleuit à lapsu sancti Spiritus obumbratio, & Ecclesiam in fonte benedictos sancti Spiritus maritauit infusio. Maria filium sine peccato genuit, & Ecclesia in his quos generauit peccata consumpsit. Per Mariam natum est quod in principio erat, per Ecclesiam renatum quod in principio perierat. Illa plurimis generauit, hæc populos. Illa ut nouimus virgo permanens semel peperit filium, hæc semper parit per virginem sponsum. Quod ergo putabas à seculis singulare miraculum, iam munus annum recognosce. Si resurrendum esse te dubitas, mirare in te prolem, quem paulo ante noueras mortis hæredem. Vbi sunt, qui dicunt esse genitum, vel fatum, per quod in peccatum transire pars hominum violenta necessitate cogatur? Vbi sunt qui dicunt esse animas, quæ cum damnatione nate ad mortem cogente mala naturæ præiudicio rapian

rapiantur? Iam primum si ita est, quare malos & humana lex, & diuina condemnat, nisi quia vitium voluntatis in culpa est? Iustitia enim non punit, quod natura compellit. Sed esto, Aliquis deputatus fuerit perditioni, præiudicata sorte nascendi. Ecce descenditur in fontem tanquam in sepulchrum. Etiam si maculata fuisset natura, utique euauisset in nihilum. Accepisset deterior origo terminum, quia sumebat melior vita principium. Hic iam videmus quomodo nos Deus noster de manu redimit inimici. Totus homo diluitur, absoluitur, innouatur. Cum venerit diabolus iam non agnoscit suum, quem exinanita, & exposita natura in adoptionem Christi emancipauit, & in gremium Patris de mali persuasoris iure transfudit. Abstat sine dubio renascentis gratia libertatis. Nec iam obnoxij esse possunt primæ originis, secunda natiuitate nati. Quid mihi nunc quicunque es ille ingeris naturale Adæ vinculum, cum me in Christo agnoscas renatum? Quid mihi inquam peccatum opponis alienum, vbi mihi remitti profiteris & proprium? Quid opponis mihi veteris chirographi debitum, cum illud videas noua cautione vacuum? Cautionem enim & pactum cum Christo in baptismo fecimus, vt homo illi seruaret innocentiam, & ille homini redderet gloriam: famulus seruitium offerret, & Dominus regnum pararet. Quid agat inter hæc familie peruasor alienæ? Videt seruos quondam suos iniquè à se occupatos per agnitionem Christi ingenuitati traditos, & se causæ præiudicio cecidisse, & se plus petendi incurrisse discrimen. Quomodo plus petendi? Siquidem cum ei homo per peccati obedientiam deberetur, ille Deû specie hominis deceptus appetiit, & in ipsum cæli dominatorem patriciales manus inferre præsumpsit. Et subito per tantum nefas etiam crimen maiestatis incurrit: ac sic hominem, quem violētus tenebat, proscriptus amisit. Proscriptus inquam. Nam statim in ipso homine, quem redemptione in eius origine reuocauit, titulos suos Christus affixit. Hæc est illa crux, quam in postibus regis signatam in fronte gestamus, quam iustissime in possessione receptam dominus Cardinalis & Imperator legitimus impressit, vt nos verè dici domus Diuina possimus. Ad hominem enim per Apostolum suum Deus loquitur. Vos estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis: his de causis præpotes & superbus proscribi meruit: quia iam in seculo reus, vt dictum est, maiestatis apparuit. Nam in excelsis factori suo carus, tunc diuinitatis confortium factoris immemor concepit, nunc iam in auctorem rerum cruentas manus consuetudine impietatis extendit. Ac sic prædonis iusta damnatio, gratuita captiui facta est manumissio. Et ideo nunc genuit, inuidet, circuit, si fortè vel furto à nobis possit auferre instrumentum ipsius manumissionis, & adquisitæ tabulæ libertatis. Totis itaque viribus studet, si quomodo valeat hominem indulto nudare priuilegio, & operante peccato velut ingrato præiudicare liberto. Tabulæ autem nostræ, charissimi, fides nostra est, in paginis cordis inscripta libertas nostra, Dei gratia & conuersatio nostra est. Libertas in quâ, nostra est, cultus religionis, iustitia operis, puritas castitatis. Hanc omni mentis vigilia contra diabolus vindicemus: quia tanto infestior est ad expugnandum animæ thesaurum,

Exod. 12.

Crucis signum in fronte gestamus. Cardinalis significat pro prius, & quasi in cardine.

quanto magis cum nouit esse preciosum. Et ideo quia meminit exul cæli quid agatur in cælo, quanta homini trementi sermones Dei præparetur remuneratio, zeli indicat magnitudo. Prodit gloria, dum exercet inuidiam. Et inimicus est beneficiis illius, qui de terra assumptum hominem secum regnaturum esse promittit in cælo, vt fidelium beatitudinem mortalium in confusionem rebellium transeat angelorum.

EIVSDEM DE EODEM

Homil. 2.

Opportune & congruè sub die insignis solennitatis hodiernæ in vocem exultationis asurgimus, & cum Apostolo dicimus: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hodie, inquit, in cæcis Ægyptiis de luto, ac palcis Dei populus: id est de vilissimis & inanissimis operibus liberatur. Hodie agnus ille, qui tollit peccata mundi in redemptionem humanæ salutis offerret, quando postes domorum sanguine illius iubentur inscribi: id est, crucis titulo fons nostra depingi, ne locum Angelus exterminator inueniat. Sub hoc tempore excutitur Pharaon cū exercitu eius in mari rubro. Pereuntibus sacro in fonte peccatis, tanquam in rubras Ægyptij demerguntur vndas. Rubras, id est, Christi sanguine consecratas. Sub hoc tempore pro reditu filij iunioris qui perierat, & inuentus est pro salute gentilium, saginatus ille vitulus, immolatus est. Iunior autem filius nos sumus, qui seniore fratre, id est, Iudæis transiitibus, & intare nolentibus, ad creatorem nostrum reuertimur sub penitendine peccatorum. Euerteramus enim & prodideramus à Deo Patre substantiam. Videamus quam substantia: id est vniuersæ nature bona. Dei enim est substantia, omne quod viuimus, sapimus, cogitamus, intellectus & ratio ad discretionem boni & mali. Dei substantia est, etiam libertas arbitrii quam acceperamus, vel ad declinanda blandimenta peccati, vel ad incitandum liberæ voluntatis affectum in auctoris obsequium, vel ad custodiendam imaginem & similitudinem Dei. Has ergo datas nobis & intus insertas à creatore diuitias, in priuatis transtulimus vsus, & consumpsimus in exercitiis vitiorum derelicto fonte virtutum, peregrè & nimis longè à patre profecti, non locis ab eo & regionibus, sed cordibus & operibus discedentes. Qui enim sequitur proprias voluptates, & per passiones suas rapitur exili à Deo efficitur. Ad quem suscepta peccatorum agnitione redeuntibus nobis, & quidem redeuntibus non gressu corporis, sed mentis affectu cum immensa misericordia, cum ineffabili lætitia & consolatione obuiam venit inter festa conuiuij, ordinat choros atque symphonias: id est exultationes cælestium gaudiorum, quibus Angeli lætatur in cælis vno peccatore penitentiam agente. Redeuntibus itaque nobis ad emendationem, hoc conuiuium quotidie celebratur. Quotidie pater filium recipit. Semper Christus credentibus immolatur. Hic est ergo ille vitulus saginatus, quem in veteri Testamento docemur offerre. Vitulus ex bubus, id est, ex Patriarcharum, ex Prophetarum, ex Abraham generatione descendens, maculosus immaculatus. Maculosus, id est contra omne peccatum robustus

Habitu dem.

2. Cor. 4.

Exod. 12.

Crucis signum

frons regis

deproprie.

Luce 11.

Luce 9.

Num. 23.

hustus ac validus. Masculini enim & virilis est animi illecebram tepiditate peccati. Sicut feminæ fragilitatis ignauia est intus suscepisse lasciuam. Vnde & ille typum gerens diaboli Pharaon, premens populum Dei, inimicus spiritui, amicus carni, fortitudines præfocabat, concupiscentias inuentebat. Mortuus est ergo Christus propter iniquitates nostras, & sic ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. Hic est ille agnus quem in vna domo comedere ex lege præcipitur, succinctis lumbis nostris. Comedere autem caput cum pedibus? Quid est in vna domo? id est, in vnitae Ecclesiæ iubemur carnes eius assumere. Arriani ergo & diuersæ hereticorum peruersitates, non in vna illum comedunt domo. Quod ideo sicut in diluuium non saluatus est, nisi qui inter arcam Noe fuit inuentus: ita diuersæ fidei homines extra ecclesiæ domum non habentes agnum qui Christus, salui esse non possunt. Quod vero huius agni caput cum pedibus comedere nos debere scriptura commemorat, hoc est vt Deum, & hominem pari confessione veneremur. Caput accipimus de eo, quod dicit beatus Ioannes, In principio erat verbum. Pedes verò de eo quod Apostolus scribit: Semetipsum exinanuit formam serui accipiens, in similitudinem hominis factus, & habitu inuentus vt homo. Et factus ex muliere, factus sub lege, oportet ergo vt huius nostri agni carnibus succinctis lumbis, id est, mortificationis carnalibus passionibus, cum summa cordis & corporis puritate vescamur. Caput cum pedibus, id est, & ex Deo genitum credamus, & ex homine procreatum. Quod autem dixi & ex Deo genitum, forte sint aliqui de minus eruditis qui dicant in corde suo: Quomodo Deus filium genuit? Nihil hic corporeum cogitemus. Quid est enim Deus Deum genuit, nisi de igne ignis apparuit, lux de luce processit? Ergo propter aliquos qui tardi sunt ad intelligendum, aliquam iam speciem vel comparationem de terrenis ac visibilibus assumamus. Verbi gratia, si lampas accendatur ex lampade, si vna illuminatur ex alia, non tibi videtur flamma quodammodo flammam parturienti, splendorem de splendore genuisse? Non tibi videtur inextimabili ratione natum fuisse lumen ex lumine? Quod cum de lampade ad lampadè transferatur, licet duæ lampades adeant, tamen ille ignis ipse est vtique in secunda, qui splendebat in prima. Nunquid de nihilo, aut de aliquo nouo initio factus est ille ignis? Sed magis de natura sui splendore effusus est. Ergo illa illuminatio quæ de prima lampade videtur accensa non quasi ex nihilo in secunda esse cepit, sed de cognato splendore processit, qui in primi luminis origine iam manebat: & licet in vtraque lampade genuina & duplex micare videatur flamma, vtraque tamen vna substantia est. Ita & vnigenito Dei filio. Si species personæ propria est, generis tamen naturæ communis est, non de Patre incipiens, sed ex Patre cū Patre subsistens. Omnia de nihilo creata sunt, ille solus de Deo Deus: hic ergo cum in forma Dei esset, formam serui pro salute seruatorum suscepit, & in ligno crucis cum vitæ esset lignum, appensus est, quasi seipsum pensaret in pretium perditorum. Alapis cæsus est, spinis coronatus est. Quod verò coccinea indutus est chlamyde, indumenta Christi merita sanctorum sunt. Iam tunc itaque

Exod. 12.

Exod. 12.

Iuan. 7.

Crucis signum

frons regis

deproprie.

Luce 11.

Indumenta

sanctorum

martyrum sanguine in illo cocci colore perfunditur. Quod autem Iudæi purpurea chlamyde indutum fixo adorant genu, vellent, nolent, Regem illum & dominum confitentur. Quod autem in cruce dixit titio, fidem in suis requirebat. Sed quia in propria venit, & sui eum recipere noluerunt, pro suauitate fidei ei perfidia propinauerunt. Porrigitur acetum malicia quia vinum sapientie quod à Christo acceperat, peccandi perdidit. Poratur acerbitate malorum nostrorum, daturus dulcedinem bonorum suorum. Sed & nunc quotidie quando peccatis contristatur, exacerbatur, aceri quodammodo illi potus, & cibus fellis ingeritur. Velum templi scinditur. Velum ornamentum tabernaculi est. Coruscate igitur gratia, ecclesiæ edificatur, synagoga destruitur. Veli templum honore nudatur, remoto per aduentum Christi velamine litteræ, vt cum Paulo reuelata facie legis interiora pandantur. Resurgunt laxata sede tartarea cum Christo sancti, & quem superi non recipiunt, inferi Deum esse cognoscunt. Vnde nos agnoscentes erga nos diuinorum beneficiorum alta mysteria, respondeamus in quo possumus misericordie redemptoris. Demus illi compunctionem Dei peccatorum emendatione propis suis. Offeramus illi cor suo timore confixum pro clauis suis. Reddamus illi palmam perferentiae pro alapis suis.

Iuan. 19. Iuan. 1.

Mar. 27. Mar. 15.

1. Cor. 3.

Serm. 73.

2. Cor. 5.

Gen. 21.

1. Reg. 1.

PETRI CHRYSOL.
Episcopi Rauennensis Paschali solennitate, Sermo 1.

Hodierna festiuitas, fratres charissimi, nobis vetera non connectit, nec carnes agni seruat in crastinum: sed, dum præterita præsentibus solenni deuotione participat, & Pascha nostrum. Pascha redeunte, coniungit, nouæ regenerationis ablatat infantiam: quia iuxta Apostolum, Vetera transierunt: & ecce facta sunt omnia noua. Annus domini perficitur temporibus, non senescit, qui tandiu suo recurrit in circulo, quandiu nos ad diem retributionis adducat. Paschalis hodierna solennitas à lacte, quos ante genuit, nunc repellit, vt solidioris cibi pastu, perfectum Christi roborentur in virum. Fecisse Abraham epulum magnum, toriusque domus suæ lætitiæ suscitasse, ablatato Isaac, historia diuina referente, cognouimus. Et, si senectus soboles, si sterilis vnica, choris tripudiantibus, cithara, & tympano, & toto psalterij resonante concentu, vniuersæ familie corda traxit, & commouit in gaudium, quanta magis nos in hymnis spiritualibus cõuenit exultare, vel canticis, quando virginei gemitus ablatatur vniuersa fecunditas? Anna quoque Saræ consterilis, quæ lachrymis orationum suarum tandiu madefecit ariditatem sui corporis, & natura, quandiu fuerat longo vitæ tempore negata posteritas. Samuëlem diuino munere susceptum, ablatatum mox diuinum refundit in munus, & lætitiæ suam sacrificiorum victimis ad plenitudinem liberationis accumulatur: multo magis nos oportet laudis immolare sacrificium, vota soluere, suauitatis incensum adolere, & tota holocaustorum pinguedine Deo patri victimas immolare, quando virgo mater enutrita, & ablatata tot numero pignora, quot stellas cæli, patri toto orbe

repta

repræsentat, ut impleatur illud Propheticum; Benedices coronam anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vberitate. Nemo ergo otiosum credat istud festivitatis nostræ salutare mysteriū, nec existimet pannum novum veteri nos alluere vestimento, ubi nihil Iudaicæ vetustatis novitati coniungimus Christianæ: scientes, Apostolo dicente, novam totam in Christo nobis emerisise creaturam: sed agnitionem divinam supernæ virtutis euehimus ad profectum, ut, dum simul nuper nati quid facere debeant, imbuuntur, & ante geniti quantam Deo gratiam de perfectione sua debeant, instruuntur, appendantur collo ij, qui modo nati sunt: & pietate tota sub Ecclesiæ matris vberibus occupentur, trahant teneris faucibus innocentia pascuntur, in opere sancto brachia meditentur extendere, uitantur in cursu fidei tremula firmare vestigia. Nunquid sic relinquendi sunt iam nutriti, ut non patris cura, patris manu, patris regantur arbitrio? & ita matris consilio, matris fide muniantur, ut non humana solum, sed etiam diuina prudentia percipiant, & præripiant salutaria: Sic Iacob suo nimis timidus, matris consilio satis ausus, patris ut præriperet benedictionem, plus mysticus, quam dolosus incessit: nam primogenitum se mentitus non est, quia ille primus est, quem cælestis gratia generat, non natura mortalis: ille nos sub hircorum pellibus figurabat, qui, ut moriamur peccato hortatu matris Ecclesiæ mortificati corporis induimur vestimento, & odore agri continuis confessionum fructibus, & vberitate redolemus, donec cæcitati Israëliticæ salutariter illudentes, paternam benedictionem toto fidei præripiamus arcano: dicente Apostolo; Cæcitas in parte in Israël facta est, donec plenitudo gentium introiret.

EIVSDEM IN SVPERIUS EUANG. DE CHRISTI RESURRECTIONE, SERMO 2.

Quoniam Mathæus sanctus iam nobis, quæ de resurrectione domini cognouerat, salutariter indicauit: hodie quid etiam beatus referat Marcus, audiamus. *Et cum transisset, inquit, sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome, emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum.* Mulieres hoc loco fœminea deuotione discurrunt, quæ non ut viuenti fidem, sed ut mortuo vnguentu deferant ad sepulchrum, & sepulchro parant mœoris obsequia, non resurgenti diuinorum gaudia triumphorum. Mortem Christus, ut mors moreretur, accepit: Christus dum occiditur, illud, quod omnes occidebat, occidit: sepulchrum Christus infernam patefacturus intravit. Soluta ergo lege tartari, & inferni carcere destructo, & ipso mortis imperio preëmpto, iam Christus non est vngendus ut mortuus, sed adorandus ut victor. Mulieres pernoctant, vigilant, in somnes agunt, obscura penetrant erumpentis aurora: unde etiam lucem dubiam non minus cordis videntur sustinere, quam corporis. *Et valde mane, inquit, vna sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iam sole.* Si valde mane, quomodo, orto iam sole? Sic nescit Evangelista quid dicat: Evangelista quid dicat scit, sed quid audiat, qui non didicerit, nescit, non est erroris ista relatio: Veri-

tatis est: nec lapsum patitur sermone humani, sed rei gesta cælitus aperit veritatem, dixerat: Ab hora sexta, usque ad horam nonam tenebræ factæ sunt: ergo sol, qui præter horam ut domino compareretur, abscesserat, claritate cum resurgeret Dominus ante tempus occurrit: & qui, ut suo commoreretur auctori, ipsam meridianam suam mortificauerat claritatem, ut cõsurgeret auctori suo, cuius tenebris, anelucanus erupit. *Valde mane.* Quia tunc sol ut mane faceret, manicaui: & qui ante noctem fugerat, nunc ipse noctem præuenit fugaturus, ut reddat luci nox horas, quas terror dominicæ passionis inuaserat. *Dicebant, inquit, adinuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* Ab ostio monumenti, an cordis? à sepulchro, an ab oculis? Mulieres, obseratum est peccus, oculi sunt clausi: & ideo patefacti sepulchri gloriam non videtis, oleum non corpori dominico, sed lucernæ cordis vestri, si videre desideratis, infundite, ut luce fidei pateat, quod clauditur incredulitatis obscuro. *Et respicientes, inquit, viderunt lapidem reuolutum: erat quippe magnus valde.* Planè magnus, & magnus valde, & plus iam magnus merito, quam forma, qui creatoris mundi corpus & claudere, & aperire sufficit. *Et introeuntes monumentum, viderunt, &c.* Introierunt sepulchrum, ut conspulerent Christo, Christo confurgerent de sepulchro: & impleretur illud Apostoli: *Consepulti estis ei in baptismo, in quo & resurrexistis.* Vident iuuenem, ut cernerent nostræ resurrectionis ætatem: vident iuuenem, quia nescit resurrectio senectutem, neque ætates recipit æterna perfectio. Homo ubi nescit nasci, mori nescit: & ubi nasci, morique nescit, ibi ætatem nec admittit detrimentum, nec indiget incrementis. Vident iuuenem sedentem à dextris, quia resurrectio recipit nil sinistrum. *Vias, inquit, quæ à dextris sunt, nouit Dominus.* Et, Tunc statuet iustos ad dexteram suam. *Orate, fratres, ut & nos moriamur vitis, sepeliamur temporalibus pompis, ut æternitatem resurgamus in Christo, & à dextris positi mereamur audire: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Coopertum stola candida.* Stola ista non ex mortali vellere, sed ex virtute vitali: splendens cælesti lumine, non colore terreno: & clara creatoris munere, non arte fullonis, dicente Propheta; *Amictus lumen sicut vestimentum: & de iustis.* Tunc iusti fulgebunt sicut sol. Terreni terrenis velati sunt vestimentis: & ideo sicut nouitate splendent, ita vetustate sordescunt: cælestes verò amictu cælestis luminis ambiuntur: & à terreno squalore suspensi, nec sordantur vetustate vnquam, nec vllis sordibus obscurantur, sed vestes, quas semel dedit resurrectio, perpetuo lumine vestiuntur. *At illæ exenntes de monumento, fugerunt, &c.* Angelus sedet in monumento, de monumento fugiunt mulieres: quia ille de cælesti substantia condidit, turbantur istæ de conditione terrena. Sepulchrum, qui mori non potest, timere nescit: mulieres autem & de facto tremunt, & sepulchrum sicut mortales adhuc mortaliter expauescunt: hinc est, quod nemini quicquam dicunt. *Et nemini quicquam dixerunt.* Quia mulieribus audire, non loqui datum est: discere datum est, non docere; dicente Apostolo: *Mulieres in Ecclesia taceant. Denique eadem Maria postea & vadit, & nunciat; sed iam non fœmina,*

nam, sed Ecclesiam gestans: ut ibi sicut fœmina taceat: hic ut Ecclesia enunciet & loquatur.

S. GREGORII PAPAE in idem Euang. Homil.

Multis vobis lectionibus, fratres charissimi, per dictatum loqui cõsueui: sed quia lassescere itomacho ea, quæ dictaueram, legere ipse non possum, quosdam vestrum minus libenter audientes intueor. Unde nunc à memetipso extorere contra morem volo, ut inter sacra Missarum solennia, lectionem sancti Euangelij non dictando, sed colloquendo edisseram. Sicque excipitur ut loquimur: quia colloquutionis vox corda torpentia plus quam sermo lectionis excitat, & quasi quadam manu sollicitudinis ut euigilent, pulsat. Et quid ad hoc opus me sufficere posse non video: sed tamen vires, quas imperitia denegat, charitas ministrat. Scio nanque qui dixit; *Aperi os tuum, & ego implebo illud.* Bonum ergo opus nobis in voluntate sit: nam ex diuino adiutorio erit in perfectione. *Da loquendi animum etiam resurrectionis dominicæ tanta solennitas: quia & indignum valde est, ut hodie laudes debitas taceat lingua carnis, quo videlicet die caro resurrexit auctoris.* Audistis, fratres charissimi, quod sanctæ mulieres, quæ Dominum fuerat secuta, cum aromatibus ad monumentum venerunt: & ei quem viuentem dilexerant, etiam mortuo studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta, aliquid in sancta Ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est, ut audiamus, quæ facta sunt, quatenus cogitemus etiam, quæ nobis sint ex eorum imitatione faciendæ. Et nos igitur in eū, qui est mortuus, credentes, si odore virtutum referti, cum opinione honorum operum Dominum querimus, ad monumentum profecti illius cum aromatibus venimus. Illæ autem mulieres angelos vident, quæ cum aromatibus venerunt: quia videlicet illæ mentes supernos ciues aspiciunt, quæ cum virtutum odoribus ad Deum per sancta desideria proficiscuntur. Notandum verò nobis est, quidnam sit, quod in dextris sedere angelus cernitur. Quid nanque per sinistram, nisi vita præsens: quid verò per dexteram, nisi perpetua vita designatur? Unde scriptum est; *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Quia igitur redemptor noster iam præsentis vitæ corruptionem transierat, rectè angelus, qui nuncia- ter perennem eius vitam venerat, in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit: quia festiuitatis nostræ gaudia nuncianit. Candor enim vestis, splendorem nostræ denunciat solennitatis. Nostræ dicamus, an suæ? Sed ut fateamur verius, & sic dicamus, & nostræ. Illa quippe redemptoris nostri resurrectio, & nostra festiuitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit: & angelorum festiuitas exiit, quia nos reuocando ad cælestia, eorum numerum impleuit. In sua ergo, ac nostra festiuitate angelus albis vestitus apparuit, quia dum nos per resurrectionem dominicam ad superna redocimur, cælestis patriæ damna reparantur. Sed quid aduenientes fœminas affatur, audiamus; *Nolite expauescere.* Ac si aperte dicat; *Pauent illi, qui non amant aduentum supernorum ciuium: pertimescant, qui carnalibus desideriis*

pressi, ad eorum se societatem posse pertingere desperant. Vos autem cur pertimescitis, quæ vestros conciuēs videris? Unde & Mathæus angelum apparuisse describens, ait; *Erat aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix.* In fulgure enim terror timoris est, in nix autem blandimentum candoris. Quia verò omnipotens Deus & terribilis est peccatoribus, & blandus iustis, rectè testis resurrectionis eius angelus, & in fulgure vultus, & in candore habitus demonstratur: ut de ipsa sua specie & terretet reprobos, & mulcet pios. Unde rectè quoque populum per desertam gradientem, columna ignis in nocte, & columna nubis præibat in die. In igne enim terror est, in nube autem visionis lene blandimentum. Dies verò vita iusti, & nox accipitur vita peccatoris. Unde & conuersis peccatoribus Paulus dicit; *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* In die ergo per nubem columna monstrata est, & in nocte per ignem: quia omnipotens Deus & blandus iustis, & terribilis apparebit iustis. Istos in iudicio veniens, per lenitatis mansuetudinem demulcet: illos verò per iustitiæ distributionem terret. Sed iam quid angelus subiungat, audiamus; *Iesum quartis Nazarenum.* Iesus Latino eloquio salutatis, id est, saluator interpretatur. At verò multi tunc Iesus dici poterant, non tamen substantialiter, sed nuncupatiue. Ided & locus subiungitur, ut de quo Iesu dictum sit, manifestetur; *Nazarenum.* Et causam protinus subdidit; *Crucifixum.* Atque addidit; *Surrexit, non est hic.* Non est hic dicitur, per præsentiam carnis, qui tamen nusquam deerat per præsentiam maiestatis. *Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam.* Querendum nobis est, cur, nominatis discipulis, Petro designatur ex nomine. Sed si hunc angelus nominatum non exprimeret, qui magistrum negauerat, venire inter discipulos non aunderet. Vocatur ergo ex nomine, ne desperaret ex negatione. Quia in re considerandum nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cuncta Ecclesiæ præferre disposuerat, ancillæ vocem pertimescere, & seipsum negare permisit. Quod nimirum magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, ut is, qui futurus erat pastor Ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi, & tunc præposuit cæteris, ut ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret. Bene autem de redemptore nostro dicitur; *Præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.* Galilæa nanque, transmigration facta interpretatur. Iam quippe redemptor noster à passione ad resurrectionem, à morte ad vitam, à pœna ad gloriam, à corruptione ad incorruptionem transmigrationem. Et prius post resurrectionem in Galilæa benè à discipulis videtur: quia resurrectionis eius gloriâ post læti videbimus, si modò à vitis ad virtutum celsitudinē transmigrationem. Qui ergo in sepulchro nunciatur, in transmigratione ostenditur: quia is, qui in mortificatione carnis agnosceatur, in transmigratione mentis videtur. Hæc, fratres charissimi, pro tanta diei solennitate, de lectionis Evangelicæ expositione transcurramus: sed liber, ut de hac eadem solennitate aliquid subtilius loquamur. Dux etenim vitæ erant, quarum vnâ nunciuimus, alteram nesciebamus. Vna quippe mortalis est, altera immortalis: vna corruptionis, alia incorruptio. *Bibl. Hom. tom. 2. H h h h prio*

prionis: vna mortis, alia resurrectionis. Sed venit mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus: suscepit vnam, & ostendit alteram. Vnam pertulit moriendo, & ostendit alteram resurgendo. Si igitur nobis mortalem vitam scientibus, resurrexerit, non exhiberet, quis eius promissionibus crederet? Factus itaque homo, apparuit in carne, mori dignatus est ex voluntate, resurrexit ex potestate, & ostendit exemplum, quod nobis promisit in premio. Sed forsasse aliquis dicat: Iure ille surrexit, qui, cum Deus esset, teneri à morte non potuit. Ad instruendam ergo ignorantiam nostram, ad roborandam infirmitatem nostram, suæ tantum resurrectionis exemplum nobis sufficere noluit. Solus illo in tempore mortuus est, & tamen solus minimè surrexit, nam scriptum est; Multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Ablata ergo sunt omnia argumenta perfidiz. Ne quis enim dicat: Sperare de se non debet homo, quod in carne sua exhibuit homo Deus: ecce cum Deo homines resurrexerunt cognoscimus, & quos pueros fuisse homines non dubitamus. Si igitur membra nostri redemptoris sumus, præsumamus in nobis, quod gestum constat in capite. Si multum nos abiicimus, sperare in nobis debemus nos membra vltima, quod de membris eius superioribus audiuimus. Ecce verò ad memoriam redit, quod crucifixo Dei filio, Iudæi insultantes dicebant; Si rex Israel est, descendat de cruce, & credimus ei. Qui si tunc de cruce descenderet, nimirum insultantibus cedens, virtutem nobis patientiæ non demonstraret. Sed expectauit paululum, tolerauit probra, irrisiones sustinuit, seruauit patientiam, distulit admirationem, & qui de cruce descendere noluit, de sepulchro surrexit. Plus igitur fuit de sepulchro surgere, quam de cruce descendere: plus fuit mortem resurgendo destruere, quam vitam descendendo seruare. Sed cum Iudæi hunc ad insultationes suas de cruce descendere minimè cernerent, cum morientem viderent, cum se vicisse crederent, nomè illius se quasi extinxisse gauisi sunt. Sed ecce, clarificatum de morte nomen eius per mundum creuit, ex qua hoc infidelis turba extinxisse se credidit: & quem gaudebat occisum, dolet mortuum: quia hunc ad suam gloriam cognoscit peruenisse per penam. Quod bene in libro Iudicam Samsonis illius facta significat: qui cum Gazam ciuitatem Philistinorum fuisset ingressus, Philistæi ingressum eius protinus cognoscentes, ciuitatem repetè obsidionibus circumdederunt, custodes deputauerunt, & Samsonem fortissimum se iam comprehensisse gauisi sunt. Sed quid Samson fecit agnouimus. Media nocte portas ciuitatis abstulit, & montis verticem ascendit. Quem, fratres charissimi, hoc in facto, quem nisi redemptorem nostrum Samson ille significat? Quid Gaza ciuitas, nisi infernum designat? Quid per Philistæos, nisi Iudæorum perfidia demonstratur? Qui cum mortuum Dominum viderent, eiusque corpus in sepulchro iam positum, custodes illic deputauerunt, & eum, qui auctor vitæ claruerat, inferni claustris retentum, quasi Samsonem in Gaza se deprehensisse sunt lætati. Samson verò media nocte non solùm exiit, sed etiam portas ruit: quia videlicet redemptor noster ante lucem resurgens, non solùm liber de inferno exiit, sed ipsa etiam inferni claustra destru-

Math. 17.

Ibidem.

Jud. 16.

Math. 27.

xit: portas tulit, & montis verticem subiit: quia resurgendo claustra inferni abstulit, & ascendendo cælorum regna penetravit. Hanc ergo resurrectionis eius gloriam, fratres charissimi, quæ & prius demonstrabatur ex signo, & post patuit ex facto, tota mente diligamus, pro eius amore moriamur. Ecce enim in resurrectione auctoris nostri, ministros eius angelos conciuies nostros agnouimus. Ad horum ergo ciuium illum frequentem solennitatem festinemus: his, cum necdum visio- ne possumus, desiderio, ac mente iugamur. Transmigremus ad virtutes de vitis, vt in Galilæa redemptorem nostrum videre mereamur. Adiuuat omnipotens Deus ad vitam desiderium nostrum, qui pro nobis in mortem dedit vnicum filium suum, eundem Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum eo viuunt, & regnant in vnitæ spiritali sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amè.

BEDÆ VENERABILIS
presbyteri in superioribus Euang.
expositio.

Et cum transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, &c. In euangelio Luca scriptum est, quod reuertentes à monumento paraauerunt aromata, & vnguenta, & sabbato quidem siluerunt propter mandatum. Mandatum ergo legis erat vt sabbati silentium à vespere vsque ad vesperam seruaretur: ideoque religiose mulieres, sepulto domino, quamdiu licebat operari, id est, vsque ad solis occasum, in vnguentis præparandis erant occupatæ, vt Lucas scribit. Et quia tunc præ angustia temporis opus explere nequibat, festinauerunt mox transacto sabbato, id est, occidente sole, vbi operandi licentia remeauerat, emere aromata, sicut Marcus refert, vt venientes mane vngerent corpus eius. Neque enim vespere sabbati, præoccupante iam noctis articulo, monumentum adire valuerunt. Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam sole. Prima sabbatorum prima dies est à die sabbatorum, id est, requietionum, quam nunc diem dominicam propter resurrectionem domini saluatoris mos ecclesiasticus appellat. Id ipsum autem est cum vna sabbati, siue vna sabbatorum legimus, id est, vna dies à sabbatorum die, hoc est, requietionum, quæ in sabbatis custodiebantur. Sanctæ autem mulieres, quæ dominum fuerant secutæ, cum aromatibus ad monumentum venerunt, & ei quem viuentem dilexerant, etiam mortuo studio humanitatis obsequuntur. Et nos ergo in eum, qui est mortuus, credentes, si odore virtutum referti cum opinione bonorum operum dominum querimus, ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus. Quod autem valde mane mulieres venerunt ad monumentum, orto iam sole, id est, cum iam cælum ab orientis parte albesceret, quod non sit vti que nisi solis orientis vicinitate, iuxta historiam quidem magnus querendi, & inueniendi dominum feruor eharitatis ostendit. Iuxta intellectum vero myticum nobis datur exemplum illuminata facie, decussisque vitorum tenebris, odorem bonorum operum domino, & orationum suauitate offerre. Et dicebant adinuenit; Quis reuoluet, &c. Quomodo lapis per angelum reuolutus sit, Matthæus sufficienter exponit. Sed

Ex tunc in Adam.

Sed reuolutio lapidis mystice, refectione sacramentorum Christi, quæ vclamine literæ legalis tegebantur, insinuat. Lex enim in lapide scripta est, cuius ablato regimine, gloria resurrectionis ostensa, & abolitio mortis antiquæ, ac vita nobis speranda perpetua toto cœpi orbe prædicari. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem, &c. Introeuntes ab oriente in domum illam rotundam, quæ in petra est excisa, viderunt angelum sedentem ad meridiana partem loci illius, vbi positum fuerat corpus Iesu, hoc enim erat in dextris. Quia nimirum corpus, quod supinum iacens caput habebat ad occasum, dexteram necesse est haberet ad austrum. Scribit autem Matthæus, quod angelum, qui reuoluet lapidem ab ostio monumenti, primo viderunt super ipsum lapidem sedentem, qui eas intrare in locum, vbi dominus erat positus, iusserit, & videre quod iam resurrexisset à mortuis. Scribit Lucas, quod intrantes in monumentum, duos angelos inibi stantes inuenierunt. Illæ ergo mulieres angelos vident, quæ cum aromatibus venerunt, quia videlicet illæ mentes supernos ciues aspiciunt, quæ cum virtutibus ad Deum per sancta desideria proficiscuntur. Notandum vero nobis est, quidnam sit, quod in dextris sedere angelus cernitur. Quid namque per sinistra nisi vita præsens? Quid vero per dexteram nisi perpetua vita signatur? Vnde scriptum est. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Sinistram namque Dei ecclesia prosperitatem videlicet vitæ præsentis: quasi sub capite posuit, quam intentione summi amoris premit. Dextera vero Dei eam amplectitur, quia sub æterna eius beatitudine tota deuotione continetur. Quia ergo redemptor noster iam præsentis vitæ corruptionem transierat, recte angelus, qui nunciare perennem eius vitam venerat, in dextera sedebat. Qui stola candida cooperatus apparuit, quia festiuitatis nostræ gaudia nunciavit. Candor etenim vestis splendorem nostræ denunciat festiuitatis. Nostræ dicamus, an suæ? Sed vt faciamus verius, & suæ dicamus, & nostræ. Illa quippe redemptoris nostri resurrectio, & nostra festiuitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit, & angelorum festiuitas extitit, quia nos reuocando ad cælestia eorum numerum impleuit. In sua ergo, ac nostra festiuitate angelus in albis vestibus apparuit, quia, dum nos per resurrectionem dominicam ad superna reducimur, cælestis patriæ damna reparantur. Sed iam qui venientes feminas affatur, audiamus. Nolite expauescere. Iesum queritis Nazarenum, &c. Ac si aperte dicat. Paueant illi, qui non amant aduentum supernorum ciuium. Pertimescant, qui carnalibus desideriis preffi, ad eorum se societatem pertingere posse desperant. Vos autem cur pertimescitis, quæ vestros conciuies videtis? Vnde & Matthæus angelum apparuisse describens ait. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestiméta eius sicut nix. In fulgure etenim terror timoris est, in niue autem blandimentum candoris. Quia vero omnipotens Deus & terribilis est peccatoribus, & blandus iustis, recte testis resurrectionis eius angelus, & in fulgore vultus, & in candore habitus demonstratur, vt de ipsa sua specie & terretur reprobos, & mulceret pios. Iesum queritis Nazarenum. Iesus Latino eloquio salutatis, id est, saluator interpretatur. At vero multi hoc nomine dici poterant tunc,

non tamen substantialiter, sed nicipatiue. Ideoque locus subiungitur, vt de quo Iesu dictum sit, manifestetur. Nazarenus: & causam protinus subdit, crucifixum, atque ad Iudæam, resurrexit, non est hic. Non est hic, dicitur per præsentiam carnis, qui tamè nusquam deerat per præsentiam maiestatis. Sed ite & dicite discipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam. Quærendum nobis est, cur nominatis discipulis, Petrus designatur ex nomine. Sed, si hunc angelus nominatim non exprimeret, qui magistrum negauerat, venire inter discipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine, ne desperaret ex negatione. Quia in re cõsiderandum nobis est, cur omnipotens Deus cum, quem cunctæ ecclesiæ præferre disposuerat, ancillæ vocem pertimescere, & seipsum negare permisit. Quod nimirum magnæ actum pietatis dispensatione cognoscimus, vt is, qui futurus erat pastor ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi, & tunc præposuit cæteris, vt ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret. Bene autem de redemptore nostro dicitur; Præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis, sicut dixi vobis. Galilæa namque transmigratio facta interpretatur. Iam quippe redemptor noster à passione ad resurrectionem, à morte ad vitam, à pœna ad gloriam, à corruptione ad incorruptionem, transmigrauerat. Et primum post resurrectionem in Galilæa à discipulis viderit, quia resurrectionis eius gloriam post læti videbimus, si modo à vitis ad virtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo in sepulchro nunciatur, in transmigracione ostenditur, quia is, qui in mortificatione carnis agnoscitur, in transmigracione mentis videtur.

Petrus ostendit ecclesiæ præferre disposuerat, ancillæ vocem pertimescere, & seipsum negare permisit.

HAYMONIS EPISCOPI
Halberst. superioris Euang.
expositio.

Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome, Memerunt aromata, &c. Quatuor Marias legimus in euangelio fuisse, ex quibus tres fuerunt sorores, Mariam matrem Domini saluatoris, & Mariam matrem Iacobi minoris quæ fuit mater tera domini, & Mariam matrem filiorum Zebedæi, quæ appellatur Salome, fororem matris Domini, & Mariæ Magdalene, quæ dicta est à Magdalon castello vel vico vbi fuit orta & nutrita, de qua eiecit Dominus septem dzemonia, id est, vniuersa vitia. Fuit consuetudo vetus apud Iudæos, vt mulieres nobiles & diuites, prædicatoribus suis victum & vestitum præberent ex facultatibus suis. Secundum hanc consuetudinem istæ sanctæ mulieres, quæ dominum secutæ fuerat à Galilæa in Iudæam, victum dignum erat, vt à quo accipiebant dona cælestia, ei tribuerent terrena commoda. Emerunt aromata. Aromata Græcè, Latine dicuntur odoramenta pigmentorum. Fuit etiam consuetudo antiquorum Iudæorum, vt corpora nobilium Iudæorum mortuorum post mortem variis odoramentis condirentur, vt multo tempore potuissent seruari illæsa & incorrupta: incorrupta à putredine, illæsa à vermibus. Secundum hanc consuetudinem hæ mulieres religiose emerunt aromata, & parauerunt ea, volentes cor-

Luce. 8. Math. 27.

pus Domini vngere, vt multo tempore potuisset seruari illatum & incorruptum, incorruptum à putredine, & illatum à vermibus. *Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam sole.* Siue dicas primam sabbati, siue vnam sabbati, siue vnam sabbatorum, diem dominicum significas, in quo factus est mundus, & in quo Dominus resurrexit à mortuis. Secundum literam fertur animi illarum mulierum demonstratur in hoc quod valde mane ad sepulchrum Domini veniunt, vt vngerent corpus eius. Nisi enim eum valde dilexissent, nequaquam tam mane ad monumentum venissent. Quem namque dilexerant in vita, etiam mortuum diligebant. Quantum attinet ad spirituales intellectum, istæ mulieres innuntiant nobis: vt, discussis tenebris vitiorum, & orto iam sole iustitiæ, id est, domino nostro Iesu Christo in cordibus nostris (de quo dicit Propheta, Vobis timentibus nomen meum ostendetur sol iustitiæ) cum aromatibus, id est, cum bonis operibus, & mundis orationibus queramus dominum virtutum: quem resurrexisse credimus à mortuis. Veniamus itaque ad sepulchrum eius, id est, imitemur passionem eius: vt, sicut ille mortuus est propter delicta nostra, ita & nos moriamur peccato: vt inter illos annumeremur, de quibus dicit Apostolus. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixuerunt cum vitis, & concupiscentiis. Aromata bonum odorem de se reddunt, sic & nos debemus bonum odorem, id est, bonam famam de nobis reddere. Quod per bonum odorem designetur fama bona, manifestat Paulus apostolus qui dicit: Christi bonus odor sumus Deo, id est, bonam famam de nobis reddimus Deo in his, qui pereunt, & in his, qui salui sunt, & dicebant ad inuicem, id est, inter se, quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Sexus foemineus fragilis est, ideo hæ mulieres considerantes fragilitatem suam, non videntes se concomitari virum aliquem, qui eis reuolueret lapidem, dicebant mutuo, quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Qualiter ille lapis reuolutus sit, Matthæus Evangelista euidenter exponit dicens: Angelus autem Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Non debemus credere, quod ideo angelus reuolueret lapidem ab ostio monumenti, vt domino egressuro de monumento viam faceret, qui iam resurrexerat. Sed vt veram resurrectionem eius ostenderet mulieribus celebratam. Quid mirum est, si dominus Iesus Christus iam immortalis, & incorruptibilis, & in æternū iam victarus, clauso monumento iam exiit, cum antea mortalis passibilis, & corruptibilis, clauso ostio, seu vtero virginis, exiit, salua eius virginitate? Non est mirum, erat quippe magnus valde, ille lapis, qui appositus est ostio monumenti, & introitus in monumentum, illud monumentum domuncula erat rotunda, in petra excisa, tam alta, vt homo consistens in medio, vix culmen eius potuisset attingere erecto brachio. Et ille locus, vbi dominus iacuerat, tribus palmis eminebat à pavimento. Palmus est à minimo digito vsque ad pollicem. Habebat autem corpus dominicum caput ad occidentem, pedes ad orientem, dexteram verò ad meridiam, sinistram ad aquilonem. Intra barum autem in illud monumentum ab orientali parte, & habebat duos colores,

candidum, & rubicundum, Iesumque dominum nostrum signabat, qui est candidus castitate mentis, & corporis, & rubens effusione sanguinis, de quo Ecclesiastes in canticò amoris. Dilectus meus candidus, & rubicundus candidus castitate, rubicundus passione, viderunt inuenem, id est, angelum, qui in habitu iuuenis apparuit, sedentem in dextris. Per dexteram designatur vita perpetua, seu vita immortalis, per sinistram vita præfens. Vnde dicit Ecclesiastes in Canticis canticorum. Leua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Quia dominus Iesus Christus iam immortalis erat, iuxta quod Paulus dicit: Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Rectè angelus, qui perennem eius vitam nunciare venerat, in dextris sedebat, cooperatum stola candida. Per stolam designatur totum vestimentum. In candore vestis designatur læticia solennitatis, quoniam solent homines diebus festis pretiosis, & candidis vestimentis indui. Domini nostri Iesu Christi resurrectio festiuitas hominum fuit, & angelorum festiuitas. Hominum fuit, quia resurgendo à mortuis, ad immortalitatem nos perduxit iam in spe. Festiuitas angelorum fuit, quia dum nos per fidem resurrectio eius ad superos reuocamur, numerus illorum, qui quondam fuit minoratus peccantibus angelis, restauratur quotidie, dum ad patriam caelestem ducimur, & obstupuerunt, id est, timuerunt. Stupor dicitur admiratio, sed non ponitur pro admiratione, sed pro timore. Obstupuerunt, id est, timuerunt, & dixit illis angelus: Nolite timere, quasi diceret, Isti reprobi milites pertimescant, qui aduentum superiorum ciuium non diligunt. Vos autem, o sanctæ mulieres, cur pertimescitis, qui vestros conciuies angelos videtis? Nolite timere, dixit: Scio quod Iesum, qui crucifixus est, queritis. Iesus Hebraicè, Latine saluator dicitur, eo quod saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Nazarenus. Nazarenus dicitur est dominus à Nazareth ciuitate, vbi fuit conceptus, & nutritus, vnde dicit Propheta: Quoniam Nazareus vocabitur, crucifixum. Multi tunc temporis poterant in populo Iudæorum Iesu nomine nuncupari, ideo subiunxit angelus crucifixum, vt de quo Iesu dixerit, manifestetur: quoniam nullum Iesum legimus crucifixum pro salute humani generis, nisi dominum Iesum Christum, surrexit, à mortuis, non est hic. Non est hic per præsentiam carnis, qui vbiq; est per plenitudinem deitatis. Ecce locus, vbi posuerunt eum, ac si diceret: Si verbis meis non creditis, saltem vacuo monumento credite. Sed ite, dicite discipulis vris, & Petro. Querendum est, quare, generaliter discipulis nominatis, Petrus specialiter designatur ex nomine? Quoniam qui dominum negauerat, inter discipulos coram eo venire non auderet, nisi nominatum ab angelo exprimeretur. Licet enim ceteri apostoli culpabiles fuissent in passione Domini, tamen minoris culpæ erant quam ille, qui dominum negauerat. Vocatur ergo ex nomine, ne desperaret ex negatione. Merito etiã queritur, quare dominus eum, quem cunctæ suæ ecclesiæ præpositurus erat, ad vnius ancillæ vocem pertimescere, & seipsum negare permisit? Causa pietatis, & misericordiæ concessum est hoc, vt ille, qui futurus erat pastor ecclesiæ, in culpa sua diceret, qualiter aliorum infirmita toleraret. Prius ergo ostendit enim sibi quam fragilis,

fragilis, deinde præposuit ceteris. Vt si verbi gratia, veniens ad eum aliquis peccator, aut idololatra, aut periurus, aut homicida, aut ceteris vitis capitalibus maculatus, & diceret: se ob vitiorum suorum magnitudinem non posse pertingere ad patriam caelestem, non desperaret eum de salute, sed potius salubriter reuocaret eum ad penitentiam dicens: Certè, si Deus omnipotens mihi maiora peccanti pepercit, non solum veniam concedendo, verum etiam dignitatem apostolatus habere permittendo, multo magis tibi minora indulgebit, si fructum dignæ penitentiae egeris, sicut ego feci, ecce præcedet vos in Galilæam. Querendum est etiam nobis, quare dominus & per semetipsum ante passionem suam se videndum esse in Galilæa, & post passionem per angelum promissit, cum ibi nec primum visus fuit à discipulis. Sciendum quod Galilæa interpretatur transmigrationis facta. Quia ergo iam transmigrasset à morte ad vitam, de passione ad resurrectionem, de pena ad gloriam, dignum erat, vt ille locus, in quo videndus erat à discipulis, Galilæa vocaretur. Vel aliter, Galilæa interpretatur rota, vel volutatio, & significat multitudinè gentium. Præcessit dominus discipulos in Galilæam, hoc est, in volutabrum gentium & secuti sunt eum discipuli sui. Quia, nisi dominus illuminasset corda gentium, nequaquam prædicationem apostolorum percepissent, ibi enim videbitis, id est, ibi eum reperitis in membris suis, hoc est in electis, quia ipse est caput electorum, & omnes electi sunt membra eius. Potest & aliter intelligi. Galilæa, quæ interpretatur reuelatio, signat beatitudinem regni caelestis, vbi se reuelat dominus cum patre, & spiritu sancto discipulis suis. Præcessit dominus discipulos suos in Galilæa, id est, in æternam beatitudinè: & sequuti sunt eum sancti apostoli, & sequuntur quotidie electi: ibi est vera reuelatio, id est, manifestatio quia ibi reuelat se electis suis, sicut dixit: De hac reuelatione dixit ipse dominus alibi: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et Ioan. Charissimi nunc filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus. Cum autem apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est. Vel etiam in die iudicij erit vera reuelatio: quando reprobi separabuntur ab electis, dicitur domino: Discedite à me maledicti in ignem æternum. Electis autem: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi, id est, gloriam æternam. Ad quam nos Deus introducere dignetur, cui est honor, & gloria in secula seculorum, Amen.

INCERTI SVB NOMINE

*Eusebij Episcopi Emiffeni superioris
Euangelij expositio.*

Sabbato enim neque vendere, neque emere saliquid licebat, quoniam tale aliquid in Sabbato fieri lex interdixerat. Veniunt autem hæ sanctæ mulieres vngere Iesum. Sed quomodo veniunt cum aromatibus. Aliter enim ad Iesum venire non licet. Sunt autem hæ aromata: fides, spes, charitas, pax, patientia, humilitas, mansuetudo, concordia, misericordia, & similia. Hæ enim ideo sanauit redolent, sicut & è contrario vitia ferent. Vnde Psalmista, Putruerunt & cor-

ruptæ sunt (inquit) cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Beatæ igitur illæ mulieres, beatæ illæ animæ, quæ sicut Maria Magdalene, semper cum vnguentis, semper cum aromatibus ad dominum veniunt. Hæc enim est, quæ alibi ait, Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Hæc autem significabat ecclesiam gentium, de qua dominus septem dæmonia eiecit: quæ quidem, quoniam dilexit multum, dimissa sunt ei peccata multa. Maria verò Iacobi, quæ Christi matertera fuit, plebem Iudaicam figurabat, de qua secundum humanitatem saluator noster originem duxit. At verò Salome, quæ interpretatur pacifica, tota ex vtroque populo sanctorum collecta multitudo intelligitur. In hac igitur tota ecclesia, in illis verò ecclesiæ partes figurantur. Possunt tamen hæ tres mulieres tres mundi partes significare. Asiam videlicet, Africam, & Europam, in quibus ecclesia tota consistit. Et istæ quidem vngunt Iesum, istæ eum delectant, istæ eius passionem prædicant, & odorem notitiæ illius cunctis gentibus manifestant. Ecce autem mulieres, quæ vsque ad hunc diem erubescunt, & se mortis ianuam, totius humani generis ruinam esse dolebant, hodie lætantur, hodie prædicant, hodie originale peccatum deletum affirmant, & ipsis quoque Apostolis resurrectionis gloriam annuntiant. *Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam sole.* Non est autem sibi contrarium hoc quod ait. *Et valde mane, & orto iam sole.* Vnde & alius euangelista dicit, Cum adhuc tenebræ essent. Solis itaque ortum intelligere oportet, ex quo eius splendore cælum illustratur, quantum nondum terris appareat, raris adhuc tenebris existentibus. Quid est igitur, valde mane, nisi iam rubescere aurora? Neque enim sine causa euangelista non manè simpliciter, sed valde mane dixit. *Et dicebant ad inuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem.* Erat quippe magnus valde. Narrat enim Matthæus euangelista, quod Christo resurgente, angelus domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Et euntes in ciuitatè, nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia, quæ facta fuerant. At illi dederunt eis copiosam pecuniam, dicentes, Dicite, quod vobis dormientibus, nocte venerunt discipuli eius, & furati sunt eum. Sequitur: *Et introeuntes in monumentum viderunt inuenem sedentem in dextris, cooperatum stola candida, & obstupuerunt.* Sedet angelus in dextris, stola candida cooperatus, quoniam, & lætitiarum, & prosperitatem prædicat, gloriam resurrectionis, & carnis inuolutionem annuntiat. Considera modò quo dilectionis igne interior ardebat, quæ femine timoris, & fragilitatis obliuæ non solum in nocte veniunt, verum etiam confidenter in monumentum ingrediuntur. Vnde & consolationis verba audire meruerunt dicente angelo, *Nolite expauescere: Iesum queritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic, ecce locus, vbi posuerunt eum.* Locum (inquit) videre potestis, ipsum autem modò videre non potestis. Surrexit enim, non est hic, sed expectate paulisper, & videbitis eum. Non enim ibi erat præsentia corporis, qui vbiq; est potentia diuinitatis. Sed vbi tunc eum fuisse putamus? Ego quidem dicere timeo, quod euangelista

Nota Christi
prima omnia
matri visum
fuisse post re-
surrectionem.

gelista non dicunt. Et fortasse ad matrem iuerat, quæ eius amoris desiderio plus omnibus afficiebatur. Quod autem ipsa inter omnes mulieres beatissima virgo simul cum aliis ad monumentum non venit, hæc (vt opinor) causa fuit: quia ex quo vnigenitum filium suum teneri, flagellari, & crucifigi vidit, delicatis manibus delicata pectora tundens, & se dolore nimio, vigilijs, ieiunijsq; affligens, iam viribus pariter & spiritu attenuata, alicubi sola in secreto sedebat, & de his, quæ sibi acciderat, calamitatibus lamentabatur, & flebat. Sed nos hæc verba, pietate plena & cogitatione digna interim relinquamus, & quid angelus dixerit audiamus. *Ite* (inquit) *dicite discipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galileam; ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.* Nisi enim beatum Petrum ex nomine vocasset, fortasse cum cæteris venire timuisset, eo quod ter dominum, & magistrum negasset. Quod enim in Galilæa, quæ Apostolorum patria fuit, à discipulis dominus videtur, quid aliud significat nisi quia eum quem nunc videmus per speculum & in ænigmate, cum nos ad antiquam patriam nostram reduxerit, tunc facie ad faciem videbimus? Vnde & Galilæa transmigratio perpetrata interpretatur. Nulla enim post illam transmigratiõem alia ulterius transmigratio fiet. Scien dum est autem, quod illa hora, qua saluator noster inclinato capite emisit spiritum, corpore in cruce derelicto, anima simul cum diuinitate ad inferna spolianda descendit. Et tunc quidem illud Psalmistæ adimpletum est, Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quibus interrogantibus, Quis est iste rex gloriæ? Responsum est eis, Dominus fortis, & potens, dominus potens in prælio. Ingressus igitur dominus loca tenebrarum, omnia circumquaque suo splendore illuminauit. Fit clamor permixtus bonis præ lætitiæ exultantibus, malis verò præ timore fugere cupientibus. Tunc primi parentes occurrerunt, & videntes creatorem suum, lætis vocibus clamant, Tandem, Christe, venis magnis nos soluere pœnis. Tunc patriarchæ, & prophætæ obuiam ruunt: tunc omnis sanctorum exercitus eius pedibus se prosternit. O (inquiunt) diu desiderate, ò tanto tempore expectate, quæ te tantæ tenuere moræ? Tunc citharista Dauid. Hoc est (inquit) quod dicere solebam, Auditui nostro dabis gaudium & lætitiã, & exaltabunt ossa humiliata. Ecce nunc vident, ecce nunc audiunt, quod eos & videre & audire desiderasse dominus ipse dicebat. Ait enim, Multi prophætæ, & reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Tunc & Ioannes Baptista, Ecce (inquit) de quo dicebam vobis: videtis illum, cuius aduentum nuntiabam vobis. Sed quis per singula dicere valeat, quanta ibi lætitiã fuerit, cum Christus sol iustitiæ eis apparuit? Tunc alligato diabolo, magno sanctorum exercitu comitante, cum gloria, & triumpho lætus dominus ad superos rediit, dicens, Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitiã cum vultu tuo, delectationes mihi pater in dextera tua, vbi tecum sedeo, & viuo, & regno in secula seculorum, Amen.

THEOPHYL. EPISCOPI

Bulgar. superioris Euang. expositio.

ET quum præterisset sabbatum, Maria Magdalena, &c. Nihil magnum, neque dignum deitate Iesu sapientes mulieres ille faciunt: assident sepulchro, & vnguenta emunt, vt secundum consuetudinem vnguentum corpus, vt fragrans maneat, & ne quid foetidum ex corruptione oriatur, & vt vnguenta, & alia, quæ virtutem siccandi habent, humorẽque corporis absorbent, incorruptum illud seruent. Et talia quidem sentiebant mulieres. *Et valde mane, id est Mattheus vespere sabbatorum, & Lucas profundum diluculum dicit.* Vnius autem sabbatorum, hoc est primæ ex diebus hebdomadis. Sabbata enim dies hebdomadæ nominabant, vnam autem primam. Surrexerunt & veniunt ad monumentum, & disceptabant, quis reuoluet nobis lapidem? Quumque illæ cogitarent, angelus reuoluit lapidem, non sentientibus mulieribus. Id quod & Mattheus dicit, quod quum irent mulieres, angelus reuoluit lapidem. Hoc autem Marcus sinit, quod Mattheus dixisset à quo reuolutus esset lapis. Quod autem Mattheus dicit, angelum sedere super lapidem, Marcus verò postquam ingressæ sunt in monumentum, vidisse ipsas mulieres intro sedere, non est mirandum. Potest enim fieri, quod quem viderunt foris sedere, sicut Mattheus dicit, super lapidem, illum iterum viderint intus in monumento, qui præuenit mulieres, & ingressus sit. Quidam autem dicunt, quod alia quidem fuerint mulieres, quæ apud Mattheum, alia autem, quæ apud Marcum. Magdalena vero omniũ comes fuerit, nimirum quod alacris esset, flagransque, ac officiosa. Dixit igitur mulieribus ille, qui apparuerat, *Ne expauescatis.* Principio à metu liberat, deinde bonum illud de resurrectione nuntium affert. Crucifixum autem ipsum nominat. Non enim pudet crucis, quæ salus est hominũ, & bonorum caput. Surrexit. Vnde manifestum? Non est enim hic. Et vultis fide confirmari? Ecce locus, vbi posuerunt illum. Ad hoc enim & lapidem reuoluerat, vt ostenderet locum. *Sed ite, dicite discipulis, & Petro.* Petrum ab aliis discipulis vt præcipuum segregat, ac ob excellentiam nominat illum præ aliis: vel quia negauerat Petrus: si venissent mulieres & dixissent quod præceptum esset eis, vt annuntiarent discipulis, dixisset Petrus: Ego negavi eum, iam non sum illius discipulus, abiecit igitur me, abominatus est me. Illius igitur gratia apponit, & Petro, vt ne offendantur Petrus, quod ipse non meruerit verbum, vt pote qui negarit, & propterea indignus sit qui aliis discipulis connumeretur, Porro in Galilæam illos mittit, eripiẽs à tumultu, & metu Iudeorum.

E V T H Y M I I Z I G A B O N I

in superioris Euang. expositio, desumpta ex Matth. cap. 28.

Maria Magdalena & altera Maria vt viderent sepulchrum. Hebræi sabbatum honorantes, septimum videlicet hebdomadæ diem, etiam sex dies ipsum præcedentes in honorem eius sabbata appellabant, nominantes diem dominicũ, vnum siue primum sabbatorum: secundum autem sab-

barorum, & tertium sabbatorum, secundum ac tertium septimanæ diẽ & similiter alios sequentes. Dicẽs ergo Mattheus vespere sabbatorum, finem significauit omnium sabbatorum, siue septem hebdomadæ dierum. Nam & nos vespere aut serum diei dicentes siue serum noctis, vltima ipsorum significamus. Finis autem septem dierum hebdomadæ non solum ipsum proprie dicitur sabbatum, sed & ipsius sabbati finis. Ne autem putes, quod in fine ipsius sabbati venerint prædicatæ mulieres ad monumentum, sed in principio diluculi, addit: Quæ lucefcit, hoc est, appetente iam die, prospiciente & oriente. Et sermone magis adhuc explicat, adiecit, In vnum sabbatorum. Vnus autẽ sabbatorum, siue primus septem dierum, dominicus est, sicut prædiximus, Quum autem ita scripsit Mattheus, principium dominici diei manifestauit. Omne vero diluculum post sextam noctis horam incipitur, quando primum galli canunt. Idem quoque tempus scripsit & Marcus dicens, Et valde mane vno sabbatorum veniunt ad monumentum orto sole. Valde mane enim principium est diluculi. Verum si valde mane erat, quomodo dixit orto sole? Quia tunc proprie sol oritur etiam nobis nondum appareat, demoratur adhuc circa profundissimas extremasque orientis partes, & paulatim exurgens, cuius testimonium est gallicinium. Nam galli primi inter omnia animalia sentientes illius calorem, repente clamant, eiusque præsentiam hominibus prænuntiant. Idem quoque tempus significauit & Lucas dicens: Sabbato quidem quieuerunt secundum præceptum. Vno autem sabbatorum profundo diluculo venerunt ad monumentum ferentes quæ parauerunt aromata. De Maria autem Magdalena, cuius meminit Ioannes infrequentibus suo loco dicemus. *Et ecce terræmotus factus est magnus: angelus enim domini qui descenderat de celo, quum accessisset, reuoluit lapidem ab ostio, & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & indumentum eius candidum tanquam nix.* Christus quidem surrexerat priusquam angelus descenderet. Quem admodum enim natus est seruatis integris claustris virginis, ita quoque resurrexit seruatis integris monumenti signaculis. Terræmotus autem factus est propter assidentes sepulchro custodes, vt timore terræmotus erecti, & horrore aspectus eius qui lapidem reuoluerat confternati, fugerent & hæc Iudæis nunciarent, ac testes ipsi heret veritatis: hæc enim maxime fulgere solet, quando ab inimicis suis prædicata fuerit. Lapidem vero reuoluit angelus propter mulieres, vt sepulchrum viderent vacuum, ac surrexisse crederent. Marcus autem de his mulieribus ait, quod dicebant inter sese. Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti? quumque respexissent, vident quod reuolutus esset lapis: erat enim grandis valde. Dum itaque venirent, ita dicebant inter sese: interim vero dum hæc colloqueretur, factus est terræmotus: quumque accessisset angelus reuoluit lapidem: & iam ad monumentum respicientes, vident quod reuolutus esset lapis. Marcus sane breuitati studens, neque terræmotum scripsit, neque quis lapidem reuoluerit docuit. Similiter & Lucas narrationem de his abbreviauit, dicens, Inuenerunt lapidem à monumento reuolutum. Itaque quando ad monumentum venerint mulieres significauit

runt euangelistæ, quando vero resurrexerit Christus, nullus eorum indicauit: solus enim hoc nouit, qui solus surrexit vt nouit. Omnes autem vnanimiter sancti patres & doctores tempus resurrectionis eius fuisse dicunt circa primum gallicinium, qui iam dominici diei lucem præferebat. Ideo quoque post sextam noctis horam virtutis sectatores, soluto ieiunio lætitiã auspicantur. Surrexit autem tertio die prout dixerat. Ex quo enim hora nona parasceues mortuus est, numeratur primus dies parasceue: secundus sabbatum: tertius dies dominicus, in quo incipiente diluculo, surrexit, paulo antequam mulieres accederent: & connumerantur ipsius finis parasceues, & dominici principium. Quod autem in exemplo de Iona dixit, Ita erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus: de diebus quidem non est quod hæsitemus: iam enim enumerati sunt de noctibus vero dicemus, quod Iudæi ad tertium vsque diem sepulchrum munierant, videlicet ab ipsa parasceue vsque ad diem dominicum occidente sole: ita enim decreuerant. Tertiam vero noctem absque munitione relinquebant: nam si etiam hanc expectasset, suspecta habita fuisset resurrectio: respondissent enim, quod ex quo intra tempus munitionis non resurrexerat: hæc soluta, fide carebat resurrectio: furto enim sublatum erat, nullo custodiẽte. Itaque quum adhuc custodirent resurrectionis non resurrexerat: hæc soluta, fide carebat resurrectio: furto enim sublatum erat, nullo custodiẽte. Itaque quum adhuc custodirent resurrectionis non resurrexerat, argui non poterat: quod si id postmodum faceret, suspectum erat. Nam quod citius quàm sit constitutum efficitur, potentia est: quod autem tardius, imbecillitatis. Etenim rex quoque qui ad certum diem beneficium quibusdam conferre promisit, si ante statutum diem beneficium eis conferat: non solum promissum compleuit, sed & aliam gratiam velocitatis addidit. Nihil autem aliud Iudæi appositis signaculis ac custodibus apparabant, quàm vt resurrectio publicaretur, sumeretque ab ipsis custodibus testimonium. Sed rursum ad dictorum enarrationis ordinem reuertendum est. *Præ timore autem eius concussi sunt custodes, & facti sunt velut mortui.* Præ timore terræmotus, fuit enim magnus: aut angelus, fuit enim aspectu terribilis. Concussi sunt autem, hoc est tremuerunt, deinde ad se reuersi fugerunt, & ita mulieribus data est securitas. *Respondens autem angelus dixit mulieribus: Ne timueritis vos.* Ne, inquit, timueritis vos, sed hi putate custodes, omnesque inimici domini. Primum itaque timore illas liberauit & sermone & habitu, deinde de resurrectione disserit. *Scio enim quod Iesum crucifixum queritis.* Non confunditur dicere dominum suum crucifixum: quia his quidem qui ante ipsum crucifixi sunt, crux ignominia erat, quum argumentum esset maleficij eorũ: huic vero potius gloria, quum fuerit demonstratio beneficij in homines collati, propter quod ad crucem condẽnatus est. *Non est hic, surrexit enim sicut dixit: accedite, videte locum vbi positus erat dominus.* Dicens, accedite, videte locum vbi positus erat dominus, significauit quod propter eas vt viderent, lapidem reuoluerat. *Et cito euntes dicite discipulis eius, quod surrexit à mortuis, & ecce præcedet vos in Galileam: ibi eum videbitis.* Præcedet: hoc est, præueniet vos. Iubet au-

rem abire eos in Galilæam, in qua sine Iudeorum timore ad eum accessuri erant, & cum eo colloquuturi. *Ecce dixi vobis.* De omnibus videlicet. Vel aliter, *Ecce admonui vos de discipulis.* Nolite itaque ad monitionem negligere. Hic ergo angelus extra sepulchrum super lapidem sedens, prædicta dixit mulieribus. Quia vero non ausus appropinquare præcepit, ut sepulchrum ingrederentur. (Nam hoc significat, Accedite, videte locum ubi positus erat dominus) ingressæ sunt. Sed Marthaus quidem usque ad ingressum sepulchri narravit, reliqua præteriens: cæteri vero relicti his, quæ usque ad sepulchri ingressum acciderat, quæ in eo facta sunt conscripserunt. Et hoc est quod maximam præbet non aduertentibus hæstrationem. Ait enim Marcus. Et ingressæ in monumentum viderunt adolescentulum sedentem in dextris amicum stola candida, & obstupuerunt. Ille autem dicit eis, Ne obstupescatis Iesum quæritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Sed abite: dicit disci-

pulis eius & Petro, quod præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. Quia enim is qui foris sedebat angelus præceperat eis ingredi, ingressæ in monumentum viderunt alterum angelum sedentem à dextra ipsius parte: & ut verisimile est, viso repente eo obstupuerunt. At ille dicit eis, Ne obstupescatis, &c. Et sicut exterior angelus, ita & interior, primum quidem stupore eas liberauit: deinde ea quæ de resurrectione erant, disserit. Et certe exterior timendus erat, propter custodes: interior vero talis non erat, propter mulieres. Ideo illo quidem viso, ita timuerunt. Hoc autem viso, obstupuerunt. Nominatim autem Petrum addidit: ut sciret remissum sibi esse trinae negationis lapsum, propter feruentem penitentiam, & respiraret: absorptus quidem erat immenso mœrore. Addens autem, Sicut dixit vobis, reduxit eis ad memoriam id quod in monte Oliuarum dixerat. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam, sicut dixit Marth. 64. cap.

Supra.



FERIA II. POST PASCHA.

L V C. 24.



In illo tempore, duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus. Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ipse dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes, & principes nostros in damnationem mortis, & crucifixerunt eum: Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super hæc omnia tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum verò non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello, quo ibant & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiscum domine quoniam aduersa sperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum

^a Promissam resurrectionem tacuit, timentes eum cui loquebantur.

factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum, & ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt adinuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem. Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes, quod surrexit dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.



Stadio sexagin. Stadium est octaua pars milliarij, & ideo sexaginta stadiis septima millia passuum & quadringentas significat. Quod spacium eis congruit qui de morte & sepultura domini certi gradiebantur, de resurrectione dubij: Nam resurrectionem, quæ post septimam sabbati facta est, octauo numero continere nullus ambigit. Discipuli ergo qui de Deo loquentes incedunt, sextum milliarium cœpti itineris compleuerunt, quia illum sine querela viuentem usque ad mortem, quam sexta sabbati subiit, peruenisse dolebant. Compleuerant & septimam, quia hunc in sepulchro quiescente non dubitabant. Sed de octauo dimidium tantum peregerunt, quia gloriam iam celebratæ resurrectionis perfectè non credebant. *Nomine Em.* Emaus ipsa est metropolis ciuitas insignis Palæstinæ, quæ post expugnationem Iudææ sub Marco Aurelio Antonino principe restaurata, cum statu mutauit & nomen. *Dum fabul.* Loquentes de se dominus appropinquans comitatur, ut & fidem resurrectionis eorum mentibus incendat, & quod se promiserat facturum, impleat. Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. *Appropin.* Apparuit quidem in specie propria, sed speciem quam recognoscerent, non ostendit. Sicut & ipsi intus amabant: & tamen dubitabant: sic ipse foris & præfens adest, & quis sit, non ostendit. De se ergo loquentibus præsentiam exhibet, sed de se dubitantibus speciem cognitionis aufert. *Peregrinus es.* Peregrinum putant, quem non agnoscent. Et verè peregrinus erat eis, à quorum fragilitate per gloriam resurrectionis iam longè stabat, à quorum fide resurrectionis nescia extraneus manebat. *Vir propheta.* Prophetam & magnum fatetur, filium Dei tacent, vel quia nondum perfectè credunt, vel si credunt timent tradi in manus Iudeorum, nescientes cum quo loquuntur. *Nos autem spera.* Quodammodo redarguunt seiplos, quod in illum redemptionem sperauerint, quem mortuum viderant, nec resurrecturum credebant, & maxime dolent eum sine culpa occisum, quem innocentem nouerant: & ex hoc tristis incedebant. *Terruerunt nos.* Merito dicuntur terruisse eos quibus de non inuento corpore plus mœsticiam addiderunt, quam de nunciata resurrectione gaudium quo reoracerentur, auferunt. *Abierunt quidam.* Cum supra dixerit Petrum cucurrisse ad monumentum, & modo dicat Cleophas: *Quidam*

ex nostris abierunt ad mo. etc. Intelligendū est, quod duo simul ierunt. Sed Petrum solum primò commemorauit, quia primitus illi nunciauit Maria. *O stult. & tardi. cor.* Hic gemina humilitati necessitas incumbit, qui nec in scripturis quantum oportet edocti, nec adimplenda quæ nouimus quantum decet, sumus intenti. Nam si Moyses & prophetae de Christo locuti sunt, & eum per passionem & gloriam intraturum prædixerant, quomodo gloriatur se esse Christianum, qui neque in scripturis qualiter ad Christum pertinent inuestigat, neque ad gloriam quam cum Christo habere cupit, per passionem attingere desiderat. *Et ipse se finxit lon.* Talem se exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. Probandi erant, si hunc quæ nondum ut Deum diligebant, saltem ut peregrinum diligerent. Sed quia extranei à charitate esse non possunt, cum quibus veritas gradiebatur ad hospitium vocantur: immo cogunt. Quo exemplo colligitur: quia peregrini non solum ad hospitium sunt vocandi, sed etiam trahendi. *Fregit, & porrigebat.* Quem in expositione scripturæ non cognouerunt, in fractione panis nouerunt: quia non auditores legis, sed factores iustificabuntur, & veritas melius operando quam audiendo intelligitur. *Aperti sunt oculi.* Subtrahitur carnalibus oculis species infirmitatis, ut mentibus incipiat apparere gloria resurrectionis: vnde subditur. *Et dixerunt adinuicem:* Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, etc. d. ylticè. Ideo in Christo illis ostensa est alia effigies, ne eum nisi in fractione panis cognoscerent, ut omnes intelligant se Christum non agnoscere, nisi fiant participes corporis eius, id est, ecclesiæ, cuius unitatem commendat Apostolus in sacramto panis, dicens: Vnus panis, vnum corpus multi sumus. Cum ergo panem benedictum porrigit, aperiantur oculi ut eum cognoscant, & remoquantur impedimentum quod à salute in oculis erat: ne agnosceretur Iesus. Et hoc impedimentum permittit inesse dominus, donec ad sacramentum panis veniat. Sed participata unitate corporis aufertur, impedimentum inimici, ut possit Christus agnosci. *Ardens erat.* Ex audito sermone, cor prius torpore incredulitatis & timoris frigidum igne sancti spiritus est accensum: ut iam supermo desiderio ardeat: & ad credendam veritatem se extendat. Quor præceptis instruitur homo: quasi torfacibus inflammat. *Surrexit domine.* iam fama erat quod resurrexerat. Iesus ab illis mulieribus facta: & à Simone Petro cum appareret: hæc loquentes inuenerant isti duo: sed & ipsi prius audierant quod resurrexerat: sed timuerunt dicere in via: quando tantummodo angelos dixerunt visos mulieribus. Ignorantes enim eum cum quo

Math. 16.

Rom. 1.

1. Cor. 10.

quo loquebantur: poterant timere ne inciderent in manus Iudeorum: sed quid passim dicerent de Christi resurrectione.

CATENA AVREA in idem Euang.

ET ecce duo ex illis. Glo. Post manifestationem resurrectionis Christi per angelos mulieribus factam, manifestatur ulterius eadem resurrectione per ipsius Christi apparitionem discipulis. vnde dicitur: *Et ecce duo ex illis ibat, &c.* Theo. Quidam alterum horum duorum Lucam inquit esse, & ob hoc suum nomen occultasse. Amb. Vel duobus discipulis seorsum dominus iam se vesperare demonstrat, scilicet Ammaoni, & Cleophæ. Aug. de con. euan. Castellum autem illud non absurdè accipimus, etiam villam secundum Marcum potuisse appellari. Deinde castellum describit, dicens: *Quod erat in spatio stadium sexaginta ab Hierusalem, nomine Emmaus.* Bed. Ipsa est Nicopolis ciuitas insignis Palæstinæ, quæ post expugnationem Iudeæ sub Marco Aurelio Antonino principe restaurata, cum statu mutauit & nomen. Stadium autem, quod aurore, vt Græci dicunt, Hercule, viarum spatia mensurat, octaua est pars milliarij. Et ideo sexaginta stadia septem millia passuum & quinquaginta significat, quod spatium itineris eis qui de morte & sepultura domini certi gradiebantur de resurrectione domini dubij. Nam resurrectionem quæ post septimam sabbati facta est octauo numero contineri nullus ambigit. Discipuli ergo qui de domino loquentes incedunt, sextum milliarium cepti itineris compleuerant, quia illum sine querela viuentem vsque ad mortem quam in sexta sabbati subiit peruenerunt. Compleuerant & septimum quia hunc in sepulchro non dubitabant quicuisse. Sed de octauo dimidium tantum peregerant, quia gloriam iam celebratæ resurrectionis non credebant perfectè. Theo. Prædicti autem discipuli loquebantur de his adinuicem quæ acciderant, non quasi credentes, sed sicut stupentes in rebus extraneis. vnde sequitur: *Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus quæ acciderant.* Bed. Loquentes autem de se dominus appropinquans comitatur, vt & fidem resurrectionis mentibus eorum incedat, & quod se facturum promiserat impleat, scilicet vt vbi sunt duo vel tres in nomine meo congregati, ibi sum in medio eorum. vnde sequitur: *Et factum est dum fabularentur, &c.* Theo. Obtentio enim iam spiritali corpore non obstat loci distantia quin adesset quibus volebat, nec ulterius naturalibus legibus corpus suum regebat, sed spiritaliter & supra naturam: vnde vt Marcus dicit, sub alia forma eis videbatur, in qua non concedebatur eis eius cognitio. Sequitur enim: *Oculi autem eorum tenebantur ne illum agnoscerent;* vt scilicet totam suam dubiam intentionem reuoluerent, & vulnus derogentes recipiant medicinam, vt cognoscerent quod quantum corpus ipsum quod passum fuerat resurrexerat, non tamen amplius tale erat vt esset omnibus visibile, sed tantum ab his à quibus vellet videti, & vt non dubitent quare de cætero non conuersatur inter plebem, quia scilicet post resurrectionem conuersatio eius non esset digna omnibus, sed diuina magis, quod etiam est for-

ma resurrectionis futuræ, in qua sicut angeli conuersabimur & filij Dei. Greg. in ho. Conuenienter etiam eis speciem quæ recognosceret, non ostendit, hoc agens foris in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis, ipsi nanque apud seipos intus, & amabant, & dubitabant. De se ergo loquentibus præsentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis suæ speciem abscondit, verba quidem eis contulit. Nam sequitur, *Et ait illis: Qui sunt hi sermones, &c.* Græcus, Conferebant quidè inter se quasi non amplius expectantes Christum viuentem, sed dolorosi quasi perempto saluatore. vnde sequitur: *Et respondens vnus, &c.* Theoph. quasi dicat, Tu solus peregrinus, & extra confinia Hierusalem habitans, & expertus es eorum quæ in medio eius contigerunt, & hæc ignoras: Beda, Vel hoc dicit, quia peregrinum putabant eum, cuius vultum non agnoscebant: sed reuera peregrinus erat eis, à quorum naturæ fragilitate percepta iam resurrectionis gloria longè distabat, & à quorum fide vt potè resurrectionis eius nescia manebat extraneus. Sed adhuc dominus interrogat. Nam sequitur: *Quibus ille dixit, Quæ? Et ponitur eorum responso, cum subditur: Et dixerunt ei, De Iesu Nazareno qui dicitur propheta.* Prophetam fatentur, filium Dei tacent. Vel nondum perfectè credentes, vel solliciti ne inciderent in manus Iudeorum persequentium, quia nesciebant quis esset quod verum credebant celantes. Ad cuius commendationem subditur: *Potens in opere & sermone.* Theoph. Primum quidem est opus, secundò sermo: nullus enim doctrinæ sermo approbatur, nisi prius is qui docet, se ostendat auctorem: præcedit enim opus aspectum: nam nisi mundaueris intellectus speculum per opera, non emicat decor operatus. Adhuc autem subditur: *Coram Deo & omni populo.* Nam primum complacendum est Deo, deinde curandum quantum possibile est de innocentia apud homines, vt præcedente diuino cultu viuamus sine scandalo plurimorum. Græcus, Deinde assignatur causa tristitiæ, traditio & passio Christi, cum sequitur: *Et quomodo tradiderunt, &c.* Subditur autem expectantium vox, cum dicitur, *Nos autem sperabamus quod ipse esset redempturus Israel.* Sperabamus, inquit, non speramus, ac si mors domini similis esset mortibus aliorum. Theo. Expectabant enim Christum saluaturum & redempturum populum Israel ab insurgentibus malis & à seruitute Romanorum; ipsum quoque credebant terrenum regem fieri, quem putabant promulgatam in se mortis sententiam cauere potuisse. Bed. Merito ergo tristes incedebant, quia & seipos quodammodo arguebant, quod in illo redemptionem sperauerint, quem iam mortuum viderant, nec resurrectionem credebant: & maximè dolebant eum sine causa occisum, quem nouerant innocentem. Theo. Videntur tamen hi viri non omnino increduli esse per hoc quod subditur: *Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt.* In quo videntur habere memoriam eius, quod eis dominus dixerat se tertia die resurrecturum. Græcus, Porro relata à mulieribus resurrectionis famam commemorat, cum subditur: *Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, &c.* Dicunt quidem hoc, quasi non credentes, propter quod referunt se territos, id est stupefactos. Non enim quod erat eis relatum, firmum æstimabant, aut angelicam illuminationem

nationem fuisse, sed stuporis & turbidinis causam inde sumebant. Testimonium quoque Petri non certum æstimabant, dum diceret se non vidisse dominum, sed resurrectionem eius conuicere ex eo quod corpus ipsius in sepulchro non iacebat. vnde sequitur: *Et abierunt quidam, &c.* Aug. de con. euang. Cum autem Lucas dixerit Petrum accurrisse ad monumentum, & Cleopham dixisse ipse retulerit, quod quidam eorum ierant ad monumentum, intelligitur attestari Ioanni quod duo ierint ad monumentum, sed Petrum primò solum commemorauit, quia illi primitus Maria nuntiauerat. *Et ipse dixit ad eos, O stulti & tardi corde ad credendum, &c.* Theo. Quia prædicti discipuli nimia dubietate laborabant, dominus eos redarguit, vnde dicitur: *Et ipse dixit ad eos, O stulti, Fere enim eadem dixerant, quæ & astantes cruci: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Et tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt propheta,* particulatim quædam, & non vniuersaliter omnia: puta si aliquis credat quæ de cruce Christi dicuntur, à prophetis, sicut est illud: *Foderunt manus meas, & pedes meos: quæ verò spectant ad resurrectionem non credant, sicut est illud: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Decet autem in gloriois quæ de Christo prædixerunt, quam in gloriis, quia ex passione malorum est ingressus in gloriam. vnde sequitur: *Nomme hæc oportuit pati Christum, &c.* Scilicet, secundum humanitatem Ipsi. Sed & si oportebat Christum pati, tamen qui crucifixi erant, rei sunt pœnæ: non enim satagebat perficere quod Deus disponebat: vnde & eorum executio fuit impia: Dei verò dispensatio prudentissima, qui nequitiam eorum in beneficia generis humani conuertit, quasi vtens viperis carnibus ad antidoti salutiferi confectionem. Chry. Er ideo dominus ostendit consequenter hæc omnia non euenisse simpliciter, sed ex Dei proposito antè prædestinato. vnde sequitur: *Et incipit Moyses, &c.* Quasi dicat, Postquam cecis tardi ergo promptos vos reddam, mysteria scripturarum vobis exponendo. Nam sacrificium Abraham, cum Isaac dimisso immolatus est aries, hoc præfigurauit. Sed & in alijs scripturis prophetis parum iacent mysteria crucis & resurrectionis Christi. Beda. Si autem Moyses & propheta in Christo locuti sunt, & eum per passionem in gloriam intratum prædixerunt, quomodo gloriatur se esse Christianum, qui neque qualiter scripturæ ad Christum pertineat, inuestigat, neque ad gloriam quam cum Christo habere cupit, per passionem attingere desiderat? Græc. Quia verò prædixit euangelista. *Tenebantur oculi eorum ne eum agnoscerent, donec sermo domini mentem eorum moueret ad fidem, conuenienter opportunum aspectum sui auditui subiungit.* vnde sequitur. *Et appro. cast. &c.* Aug. de quæ. euan. Quod nō ad mendacium pertinet: non enim omne quod fingimus mendacium est, sed quando id fingimus quod nihil est, significat, tūc mendacium est: cum autem fictio nostra referatur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis: alioquin omnia quæ à sapientibus & sanctis viris, vel etiam ab ipso domino figuratè dicta sunt, mendacia deputabuntur, quia secundū vltimum intellectum nō consistit veritas in talibus dictis. Sicut autem dicta, ita etiam finguntur facta sine

mendacio ad aliquam rem significandam. Greg. in ho. Quia ergo adhuc in eorum cordibus peregrinus erat à fide, ire se longius finxit. Fingere namque componere dicimus, vnde & compositores luti, figulos vocamus. Nihil ergo simplex veritas per duplicitatem fecit, sed talem se exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. Sed quia esse extranei à charitate nō poterant, hi cum quibus charitas gradiebatur, eum ad hospitium quasi peregrinum vocat. vnde sequitur. *Et coegerunt illum.* Ex quo exemplo colligitur, quia peregrini ad hospitium non solum inuitandi sunt, sed etiam trahendi. Glo. Nec solum factis eum cogit, sed etiam verbis inducunt. Sequitur enim: *Dicentes, mane nobiscum, &c.* Greg. in ho. Ecce autem cum per membra sua Christus suscipitur, susceptores suos etiam per semetipsum requirit. Sequitur enim: *Et intra. cum illis.* Mensam ponunt, cibos afferunt, & Deum quem in scripturæ sacræ expositione non cognouerant, in panis fractione cognoscent. Sequitur enim: *Et factum est dum recumberet, &c.* Chry. Quod non de sensibilibus oculis dictum est, sed de sensu mentali. Aug. de con. Eu. Neque enim clausis oculis ambulabant, sed inerat aliquid quo non inuenitur agnoscere quod videbant, quod, scilicet, caligo & aliquis humor efficere solet: non quia dominus nō poterat transformare carnem suam, & alia reuera esset effigies, quam solebant intueri: quandoquidem & ante passionem transformatus est in monte, vt facies eius claresceret sicut sol. Sed non ita nunc factum est: non enim incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à satana fuisse ne agnosceretur Iesus, sed tantum à Christo facta est permissio vsque ad sacramentum panis, vt veritate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum iniurie: vt Christus possit agnosci. Theo. Sed & aliud innuit: quod scilicet, sumentibus sacrum panem aperuntur oculi, vt eum agnoscant: magnam enim & ineffabilem vim habebat domini caro. Aug. de quæ. euang. Vel quod dominus se ipse longius finxit, cum comitaretur discipulos exponens sacras scripturas, vtrum ipse esset ignorantibus, significat: quia hospitalitatis officio ad suam cognitionem peruenire posse homines intimaui, vt cum longius ipse ab hominibus abscesserit, super omnes caelos cum eis transiret, qui hæc exhibet seruis eius. Tenet ergo Christum ne longius ab eo eat, quisquis catechizatur verbo in omnibus bonis ei qui se catechizat, communicat. Etenim isti catechizati erant verbo, cum exponeret eis scripturas. Et quia hospitalitatem sectati sunt, eum quem in ipsa expositione scripturarum non cognouerunt, in panis fractione cognoscent: non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Greg. in ho. Quisquis ergo audita vult intelligere, festinet ea quæ iam intelligere potuit opere implere. Ecce dominus non est cognitus dum loqueretur, & dignatus est cognosci dum pasceretur. Sequitur enim: *Et ipse eua. ex oculis eo.* Theo. Non enim tale corpus habebat, vt diutius cum eis commorari deberet: & hoc pariter auget affectum eorum. vnde sequitur, *Et dixerunt adinuicem, Nomme cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?* Orig. Per quod innuit quod prolati sermones à saluatore accendebant audientium cor ad amorem diuinum.

vinum. Greg. in ho. Penteco. Exaudito enim sermone inardescit animus, corporis frigus recedit, mens in superno desiderio fit anxia. Audire libet præcepta cælestia, & quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur. Theop. Ardebat ergo cor eorum, vel igne verborum domini quibus intendebant tanquam veritas. Vel quia eo differente scripturas, percelleratur intrinsecus cor eorū, quod dille qui diserebat dominus esset. Aded ergo lætati sunt, vt nullam moram passi, mox reuersi sunt in Hierusalem, & hoc est quod sequitur. *Et surgentes ea. ho. re. sunt in Hieru.* Surrexerunt quidem eadem hora: petuenerunt autem per plures horas, sicut oportebat 60. stadia transeuntes. August. de con. euā. Iam autem fama erat quod surrexerat Iesus à mulieribus facta, & à Simone Petro, cui iam apparuerat. Etenim isti duo hæc inuenerunt loquentes illos ad quos in Hierusalem venerunt. Sequitur enim: *Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erāt dicentes, quod surrexit dominus verè, & apparuit Simoni.* Beda. Omnium enim virorum primo dominus apparuisse videtur Petro, ex his quos euangelizata quatuor & Paulus apostolus commemorauerunt. Chryl. Non enim simul omnibus se manifesta- bat, vt sereret fidei semina: nam qui primò viderat & certus erat, aliis referebat. Deinde sermo prodiens, præparabat animum auditoris visioni, & ideo primò digniori & fideliori omnibus apparuit. Erat enim opus animæ fidelissimæ, quæ prius acciperet hunc aspectum, vt minimè turbaretur inopinata visione. Et ideo primò videtur à Petro: vt qui primò confessus est eum Christum, primò resurrectionem videre mereatur: & etiam quia eum negauerat, prius ei voluit apparere, cõsolans eum ne desperaret. Post Petrum verò aliis apparuit, quandoque paucioribus, quandoque pluribus, quod duo discipuli confitentur. Sequitur enim: *Et ipsi narra. &c.* August. de con. euā. Quod autem ait Marcus annuntiauerunt ceteris, nec illis crediderunt: cum Lucas dicat, quod iam inde loquebantur verè resurrectisse dominum, quid intelligendum est, nisi aliquos ibi fuisse qui hoc credere nollent?

S. AMBROSII MEDIO-
lanensis Episcopi superioris Euang.
expositio.

ET ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emmaus. Sed & mulieres quadam ex nostris, *Gen. 3. &c.* Sicut in principio mulier auctor culpa viro fuit, vir executor erroris: ita nunc quæ mortem prior gustauerat, resurrectionem prior vidit, culpæ ordine, & remedio prior. Et ne perpetui reatus apud viros opprobrium sustineret: quæ culpam viro transfuderat, transfudit & gratiam; veterisque lapsus cõpensat ærumnam resurrectionis indicio. Per os mulieris mors antè processerat, per os mulieris vita reparatur. Sed quia constantia ad prædicandum inferior sexus, ad exequendum infirmior, viris euangelizandi mandatur officium. Nam sicut mulierum per Iesum non solum culpa soluitur, sed etiã multiplicatur gratia, vt pluribus suadeat quæ vnum antè deceperat: ita & vir, qui temerè antè crediderat, fœneratum munus recuperare debuit: vt qui sibi ipse

fuerat ad credendum lubricus, fietet aliis ad prædicandum idoneus. Sed ad Ioannem reuertamur, & aduertamus ipsa verba mandati. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum. Quomodo non ascenderas Domine Iesu? Quemadmodum aberas, qui in manus patris cõmendaueras spiritum? Aut quomodo abesse potes, qui semper in patre es, cum patre semper? Denique ipse dixisti, Si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas ante lucem, & habitem in extremo maris: etenim illuc manus tua deducet me. Aut quomodo ascendis, qui vbique semper es? Descendisti quidem filius hominis, nec patri cum descenderes, abfuiti: sed descendisti nobis, vt te oculis ac mentibus videremus, vt te crederemus. Ergo & ascendisti nobis, vt te sequamur mentibus, quem oculis videre non possumus. Ascendisti Apostolis, quibus dixisti, Qui me videt, videt & patrem. Denique Ioannes vbi te quæreret, sciuit. Aut patrem quæsiuit & reperit: & ideo ait, Et verbum erat apud Deum. Ascendisti & Paulo, qui non contentus solus te sequi, nos quoque docuit, quemadmodum te sequamur, & vbi te reperire possumus, dicens: Si ergo confurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est ad dexteram Dei sedens. Et ne oculorum magis hoc quam animorum putarem officium, addidit, Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Ergo non supra terram, nec in terra, nec secundum carnem te quætere debemus, si volumus inuenire. Nunc enim secundum carnem iam non nouimus Christum. Denique Stephanus non supra terram quæsiuit, qui stantem te ad dexteram Dei vidit: Maria autem quæ quærebat in terra, tangere nõ potuit; Stephanus tetigit, quia quæsiuit in celo. Stephanus inter Iudeos vidit absentem, Maria inter angulos nõ vidit præsentem. Sed quare non potuerit illa tangere, Euangelista ipse nos docuit: quia cum te videret, nesciebat quia tu esses. Sic enim habes, Conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & nesciebat quia Iesus est. Meritò tangere non potuit, quæ videre non poterat: nam qui videt, tangit. Itaque quid interlit inter illam & hanc Mariam, scriptura distinguit. Illa occurrit, vt Iesum videat, hæc retrorsum conuertitur: illa salutatur, hæc redarguitur. Denique sic habes, Dicit ei Iesus, Mulier. Quæ non credit, mulier est, & adhuc corporei sexus appellatione signatur. Nam quæ credit, occurrit in virum perfectam, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, carens iam nomine sæculi, corporis sexus, lubrico iuuentutis, multiloquio senectutis. Dicit ergo Iesus, Mulier, quid ploras? Quasi dicat, Non lachrymas nundas Deus, sed fidem exigit. Bonæ lachrymæ, si Christum agnoscas. Quem quæris? inquit. Molimina enim fera Dominus damnat. Sed benè addidit, Quem quæris? non quod iste dubitet quem requirit, sed quia illa quem quærat, ignoret. Non enim Christum quæris, quem putat raptum. Adest Christus quemadmodum quæritur. Nescitur ergo qui quæritur, quando non agnoscitur cum videret. Denique Christum videbat, & hortulanum putabat. Sic enim habes, Illa existimans quia hortulanus esset, dixit ei; Domine, si tu sustulisti eum, dicitote mihi

Ioan. 20.
Luc. 24.
Ioan. 14.
Psal. 139.
Colof. 2.
Math. 28.
Iuan. 1.
Colof. 3.
Ibidem.
2. Cor. 13.
Act. 7.
Ioan. 20.
Ibidem.
Math. 23.
Ioan. 20.
Eph. 4.
Ioan. 20.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.

S. TITI BOSTRORVM
Episcopi eiusdem euang. expositio.

mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Et si fide incerta, tamè sermone non lubrica: & si hortulanum putauit, tamen Dei filium designauit: & si adhuc nõ credat, tamen affectat vt credat. Ipse enim corpus tulit, qui suscitauit. Ergo veniabilis error mulieris, quæ licet dubitare non debuit Christi corpus per gloriam resurrectionis assumptum, doceri tamen gessit à Christo, & fidem suã iam deuota promittit, vt & ipsa illud iam tollat è terris, & ad dexteram Dei quærat. Denique post hæc verba non mulier, sed iam Maria vocatur. Aliud est enim commune vulgi nomē, aliud speciale personæ Christum sequentis. Et ad discipulos, licet nondum arbitra, plenè tamè fidei nuntia destinatur. Prohibetur autem tangere, quia nondum inhabitare in Christo corporaliter plenitudinem diuinitatis, sicut Paulus acceperat: nondum euacuauerat lubrici sæculi, carnis ambiguum: nondum vitam vixerat Christi. Denique ista nec adorat Dominum, nec pedes tenet, sicut illa Maria: in qua vtique non tam obsequiū corporale, quam plenè fidei designatur affectus, quod Christum & hominem & Deum credat. Deus est enim qui adoratur, homo autem qui tenetur. Non igitur tangi Dominus fastidit à femina, cuius & Maria pedes vnxit unguento: nec tactum dedignatur, sed profectum docet: quia non omnes Christum possunt tangere resurgentem, quem tetigerit in hac vita & corpore comorantem. Qui vult Christum tangere, sua membra mortificet, & resurrexerit similis induat viscera misericordie: non ambigat renuciare terrenis. Quid est igitur, Noli me tangere? Noli manū adhibere maioribus: sed vade ad fratres meos, hoc est ad perfectiores. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus & frater, & foror, & mater est. Quia resurrectio non facile nisi à perfectioribus capi potest, fundatoribus huius fidei prærogatiua seruatur. Mulieribus autem docere in Ecclesia non permitto; domi viros suos interroget. Ad eos ergo mittitur, qui domestici sunt: & acceptis præscripta mandata: Nec fugit hoc loco sensisse quosdam ideo Christum noluisse tangi, quia nondam receperat typum quem commendauerat patri, quasi adhuc eum tangere non deberet. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum. Benè distinxit, quia mulieri loquebatur. Non enim communis nobis natura cum Christo, nisi conditionis humane. Illi pater generatione propria, nobis adoptione voluntaria: illi per naturam, nobis per gratiam: illi Deus vnitate mysterij, nobis potestate cælesti. Dicit aliquis, Quomodo ergo I homas cum adhuc non crederet, tetigit tamen Christum? Sed ille non de resurrectione Domini, sed de resurrectionis videretur qualitate dubitasse: & tactu suo debuit me docere, sicut docuit & Paulus. Oportet enim hoc corruptibile induere incorruptelam, & hoc mortale induere immortalitatem, vt incredulus credat, & cunctator dubitare non possit. Facilius enim credimus quod videmus. Habet autem admirandi causam Thomas, cum videret clausis omnibus per inuia septa corporibus inoffensa compage corpus insertum. Et ideo mirum quomodo se natura corporea per impenetrabile corpus infuderit, inuisibili aditu, visibili conspectu; tangi facili, difficilis æstimari.

ET ecce duo ex illis ibant. Quandoquidem discipuli illi, qui castellum Emaus versum iter faciebant, mœsti de Christo tanquam de eo, qui amplius in viuis non ageret, inter se diserebant, (huc enim tendit hæc illorum oratio: *Et nos sperabamus, &c.*) Propterea Dominus illis se adiungens, ipsos stupidos, cordæque & mente tardos appellat; hac ratione animos illorum ad resurrectionis fidem paulatim excitans. Nam et si resurrectionis famam, cum per mulieres, tū per Petrum & Ioannem quoque ad se petuuisse non dissimulant; attamen quæ ea de re referunt, tanquã fide adhuc destituti referunt, aiunt enim: *Sed & mulieres quadam ex nostris, terruerunt nos;* neque enim feminas illas aliquã omnino veritatis lucem in medium attulisse putabant: Quod autem de resurrectione coram exposuerant, hoc totum ex quadam animi perturbatione, sensuumque illusione ortum credebant. Sed neque illud quoque, quod Petrus & Ioannes de solis linteaminibus in monumento repertis testati fuerant, certum satis veræ resurrectionis argumentum censebant; idque cum ob alia, rum ob id maximè, quod se illum nõ vidisse affirmarent; subdunt enim: *& abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt; ipsum verò non inuenerunt.* Et ipse dixit ad eos, *o stulti.* Christus Dominus, à tanta illa cæcitate, discipulos modis omnibus liberos esse volens, veterum oracula, & vaticinia in memoriam reuocat, Moysèque & aliis sacris vaticiniis in testimonium adscitis, ea edisserit & explanat, quæ in illorum didis obstrusa iacebãt, hoc est, dignis ea reddit clara & liquida, quæ apud indignos sunt, manentque semper obscura. *Et appropinquauerunt castello.* Quia verò, vt Euangelista exponit, eorum oculi tantisper tenebantur, ne eum agnoscerent, dum Seruatoris nostri doctrina in illorum corda recepta, viam ad fidem ipsis aperuisset; ob id, vbi primum eò adductos animaduertit, vt verbis illius acquiescerent, absoluteque crederent, statim nativum vultum illis patefecit; atamè apud eos nõn mansit: *Et ipse,* scribit Lucas, *euamit ex oculis eorum;* neque enim Domino post resurrectionem eiusmodi cum discipulis cõuersatio, & vsus erat, cuiusmodi antè. Nam quòd maius sui desiderium, maiorèque amorem in illorum pectore excitaret, rarè admodum cum illis agebat. *Et surgentes eadem hora, reuersi sunt in Hierusalem.* Hoc est, eodem illo tempore, quo Dominus è conspectu illorum sese subduxit, nihil cunctari, statim Hierosolymã rediëre. Veruntamen, neque eadem illa hora, vndecim simul congregatos compererunt; neque eodem illo temporis momento, quæ de Domino Iesu comperita habebant, retulerunt: sed post aliquot horas, intra quas nimirum, sexaginta stadiorum interuallum, quod inter Emaus & Hierusalem interiacebat, eos conficere potuisse, probabile erat. Inter quod etiam temporis spacium Dominus Simoni visus est. Vndecim igitur duobus indicantur, Dominum verè resurrectisse, & apparuisse Simoni; duo vicissim ea vndecim discipulis exposuerunt, quæ acciderant in via; tam quomodo eum in fractione panis cognouissent. *Bibl. Hom. tom. 2. Iiii S. AVG*

Ioan. 20.
Luc. 24.
Ioan. 14.
Psal. 139.
Colof. 2.
Math. 28.
Iuan. 1.
Colof. 3.
Ibidem.
2. Cor. 13.
Act. 7.
Ioan. 20.
Ibidem.
Math. 23.
Ioan. 20.
Eph. 4.
Ioan. 20.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hippon. in superius Euang. Hom. 1.

Serm. 140. de
femp.
Matth. 2. 8.

Hesternio die, id est, nocte, lecta est ex Euange-
lio resurrectio saluatoris. Lecta est autem ex
Euangelio secundum Matthæum. Hodie vero, si-
cut audistis pronuntiare lectorem, recitata est no-
bis domini resurrectio, sicut Lucas Euangelista
conscribit. Quod sepe admonendi estis, & memo-
riter tenere deberis. Non vos debet mouere, quod
alius Euangelista dicit, si quid alius prætermittit,
quia & ille, qui prætermittit quod alius dicit, di-
cit aliquid quod ille prætermiserit. Aliqua vero
singuli dicunt, alij tres non dicunt: aliqua duo di-
cunt, alij non dicunt, aliqua tres dicunt, & vnus
non dicit. Autoritas autem tanta est Euangelij san-
cti, vt, quia in eis loquebatur spiritus vnus, verum
sit etiam, quod dixerit vnus. Hoc ergo quomodo
audistis, quia dominus Iesus, posteaquam resur-
rexit à mortuis, inuenit duos in via ex discipulis
suis colloquentes inuicem de his, quæ contige-
rant, & dixit illis, *Qui sunt sermones isti quos loquimini
vobiscum, &c.* solus dicit Lucas euangelista: Breui-
ter hoc attingit Marcus, quia apparuit duobus in
via: sed quid illi dixerit domino, vel quid eis di-
xerit dominus prætermisit. Quid ergo ista lectio
contulit nobis? Magnum aliquid, si intelligamus.
Apparuit Iesus, videbatur oculis, & non agnosce-
batur. Magister ambulabat cum illis in via, & nõ-
dũ illi ambulabant in via. Inuenit enim eos exor-
bitale de via. Quando enim cum illis fuerat ante
passionem, omnia prædixerat passurum se fuisse:
moriturum, tertia die resurrecturum. Omnia præ-
dixerat, sed sermo illius illorum obliuio fuit, sicut
perturbati sunt, quando eum viderunt in ligno
pendentem. Nos, inquit, sperabamus quia ipse erat
redempturus Israel. O discipuli, sperabatis ergo, iam
non speratis? Ecce Christus viuit, spes mortua est
in vobis. Profusus viuuit Christus. Mortua discipu-
lorum corda inuenit, quorum oculis apparuit &
non apparuit, & videbatur, & abscondebatur. Nã,
si non videbatur, quomodo illum interrogantem
audiebant, interroganti respondebant? In via cum
illis tanquam comes ambulabat, & ipse dixit erat.
Vtique videbant, sed non agnoscebant. Tenebantur
oculis eorum, sicut audiuius, ne eum agnoscerent. Eia,
fratres, vbi voluit dominus agnosci? In fractione
panis. Secuti sumus, panem frangimus, & domi-
num agnosimus. Noluit agnosci, nisi ibi propter
nos, qui non cum visuri eramus in carne, & tamẽ
manducaturi eius carnem. Quisquis ergo fidelis
es, quisquis non inaniter Christianus vocaris,
quisquis ecclesiam nõ sine causa ingrederis, quis-
quis verbum Dei cum timore & spe audis, conso-
latur te fractio panis, absentia domini non est ab-
sens. Habeco fidem, & tecum est quem non vides.
Illi, quando cum eis dominus loquebatur, nec fi-
dem habebant, quia eum resurrectisse non crede-
bant, nec resurgere posse sperabant. Perdiderant
fidem, perdidit spem, ambulabant mortui cum
viuente, ambulabant cum ipsa vita. Cum illis am-
bulabat vita, sed in eorum cordibus nondum erat
vita. Tu vero si vis habere vitam, fac quod fece-
runt vt agnoscas dominum, hospicio susceperunt.
Similis enim erat dominus tanquam in longin-
qua pergenti, illi vero tenuerunt eum. Posteaquam
venerunt ad locum, quod tendebant, dixerunt, *Iam*

Matth. 16.

Matth. 20.

hic nobiscum mane, declinauit in vesperam dies. Tene
hospitem, si vis agnoscere saluatorem. Quod tu-
lerat infidelitas, reddidit hospitalitas. Dominus
ergo presentabit seipsum in fractione panis. Di-
scite vbi dominum queratis, discite vbi habeatis,
discite vbi agnoscat, quando manducatis. No-
runt enim fideles aliquid quod melius intelligit
in ista lectione quam illi non nouerunt. Domi-
nus his cognitus est, & postea quam cognitus est,
nusquam comparuit ab eis. Assuit corpore, dum
tenebatur fide. Ideo enim dominus noster absen-
tauit se corpore ab omni ecclesia, & ascendit in
cælum, vt fides ædificetur. Si enim non nosti nisi
quod vides, vbi est fides; Si autem credis & quod
non vides, cum videris gaudebis. Ædificatur fi-
des, quia redditur species, veniet quod videmus.
Veniet, fratres, veniet, vide quomodo te inueniat.
Nam veniet quod dicunt homines, vbi est, quan-
do est, quomodo est, quando erit, quando ventu-
rum est. Certus esto, veniet, non solum veniet: sed
& si nolis veniet. Væ qui non crediderunt, & ma-
gnam gaudium eis qui crediderunt. Gaudebunt
fideles, confundentur infideles. Fideles dicturi
sunt, Gratias tibi, domine, vera audiuius, vera
credidimus, vera sperauimus, vera cernimus. Infide-
les autem dicturi sunt. Vbi est, quod non cre-
debamus, vbi est quod illa quæ legebantur men-
dacia putabamus? Ita fiet, vt confusio reddatur
supplicium. Ibunt enim illi in combustionem
æternam; iusti autem in vitam æternam.

Matth. 13.

Matth. 26.

EIVSDEM IN EODEM
die, Homilia 2.

Resurrectio domini nostri Iesu Christi, & ho-
die recitata est: sed de altero libro Euangelij,
qui est secundum Lucam. Primo enim lecta est
secundum Matthæum, hesternam autem die secun-
dum Marcum, hodie, secundum Lucam. Sic ha-
bet ordo Euangelistarum. Sicut enim passio ipse
ex omnibus Euangelistis conscripta est, sic dies
isti septem, vel octo durat spaciū, vt secundum
omnes Euangelistas resurrectio recitur. Passio
autem, quia vno die legitur, non solet legi nisi
secundum Matthæum. Volueram aliquando, vt per
singulos annos secundum omnes Euangelistas
etiam passio legeretur, factum est, non audierunt
homines, quod consueuerunt, & perturbati sunt.
Qui autem amat literas, & non vult semper esse
idiota, omnia nouit, & omnia diligenter inquiri.
Sed sicut cuique à Deo parata est mensura fidei,
sic quisque proficit. Nunc attendamus, quod hodie
cum legeretur, audiuius. Nam quod heri
commendauit charitati vestra expressimus, hodie
audierimus infidelitatem discipulorum, vt intel-
ligamus quatum eius beneficio nobis præstitum
est. Si credamus quod nos audiuius, vocauit
eos, instruxit eos, vixit cum eis in terra, fecit ante
oculos eorum tanta mirabilia vsque ad mortuos
suscitandos. Mortuos resuscitauit, carnem suam
non credebatur resuscitare: Venerunt mulieres ad
monumentum, corpus in monumento non inuen-
erunt, resurrexisset dominum ab angelis audierunt,
feminae vitis nunciauerunt. Er quid scriptum est,
quid audistis? Visa sunt ista ante oculos eorum
quasi deliramenta. Magna infidelitas conditionis hu-
manæ. Quando locuta est Eua quod dixerat ser-
pens

Serm. 144.
temp.

Matth. 13.

Mar. 16.

Luc. 24.

Rom. 11.

Matth. 16.

Luc. 24.

Gen. 3.

pens

pēs, audita est, cito mulieri creditum est, sceminis
vera dicentibus vt viueret Christus, minus credi-
tũ est. Nã hoc est, quod egit dominus Iesus Chri-
stus, vt prius illud sexus sceminis nũtiaret. Quia
ergo per sexum sceminum cecidit homo, per
sexum sceminum reparatus est homo: quia vir-
gineum peperit, femina resurrexisset nũ-
tiabat: per sceminam mors, per sceminã vita. Sed
non crediderunt discipuli, quod dixerant scemi-
næ, delirare putauerunt, quando veritatem nũ-
tiabant. Ecce alibi, *Duo ambulabant in via, & loque-
bantur secum de his qua acciderant in Hierusalem,* de
iniquitate Iudæorum, de morte Christi, ambula-
bant fabulantes, & quasi mortuum dolentes, re-
surrexisset nescientes. Apparuit & ipsis, factus est
tertius viator, miscuit cum eis amica colloquia,
oculi eorum tenebantur, ne agnoscerent eum.
Oportebat enim vt amplius cor instrueretur. Co-
gnitio distertur, querit ab eis quid inter se lo-
querentur, vt quod ipse sciebat illi faterentur. Et
quod audistis, mirari ceperunt, quia de re clara,
& tam manifesta velut à nesciente interrogaban-
tur, *Tu solus, inquit, peregrinus es in Hierusalem,*
*& nescis qua ibi gesta sunt? At ille dixit. Quæ? De Iesu
Nazareno qui fuit propheta potens factus & dictus.* O
discipuli, propheta erat Christus dominus prophe-
tarum, iudici nomen præconis imponunt, ad
alienigenarum verba deuenerant. Quid est quod
dixi? Recolite quod quando ipse Iesus ait disci-
pulis suis: *Quem dicunt homines esse filium ho-
minis? Responderunt opinioniones alienas. Alij di-
xerunt quod Helias es, alij quia Ioannes Bap-
tista, alij quia Hieremias, aut vnus ex Prophetis.*
Verba ista alienorum erant, non discipulorum.
Ecce ad ista verba discipuli venerunt. Nunc ergo
vos quem me esse dicitis? Respondistis mihi opi-
niones alienas, fidem vestram volo audire. Tunc
Petrus vnus pro omnibus, Tu es Christus filius
Dei viui, Non quicumque vnus ex prophetis, sed
filius Dei viui, adimpletor prophetarum, crea-
tor angelorum. Tu es Christus filius Dei viui.
Audiuit quod decuit eum audire ex hac voce &
tali voce, Beatus es Simõ bar-jona, quia non tibi
reuelauit caro, & sanguis, sed pater meus, qui in
cælis est. Et ego dico tibi, Tu es Petrus, & super
hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ
inferi non præualebunt aduersus eam. Tibi dabo
clauas regni cælorum, & quæcunque solueris su-
per terram, soluta erunt & in cælo: & quæcunque
ligaueris super terram, ligata erunt & in cælo. Fi-
des hoc meruit audire, non homo. Nam ipse ho-
mo quid erat, nisi quod ait Psalmista, Omnis ho-
mo mendax. Denique continuo post hæc verba
denuntiavit eis passionem suam & mortem. Ex-
pauit Petrus & ait, Absit à te, domine, non fiet
istud. Tũc dominus. Redi post me satanas. Petrus
satanas, vbi sunt illa verba, Beatus es, Simon bar-
jona? Nã quid beatus satanas? Beatus de Deo, sa-
tanus de homine. Denique ipse dominus exposuit
quate illum dixerit satanam. Non enim sapis, quæ
Dei sunt, sed quæ sunt hominis. Vnde tunc bea-
tus? Quia non tibi reuelauit caro, & sanguis, sed
pater meus qui est in cælis. Vnde postea satanas?
Non sapis quæ Dei sunt, quæ quando sapueras
beatus eras, sed sapis quæ hominis sunt. Ecce
quomodo alternabat anima discipulorum quasi
ex ortu & occasu, modo stabat, modo iacebat,
modo illuminabatur, modo tenebatur, quia

de Deo illuminabatur, de suo tenebatur. Vnde
illuminabatur? Accedite ad eum, & illuminami-
ni. Vnde tenebatur? Qui loquitur mendacium
de suo loquitur. Filium Dei eum dixerat, & time-
bat ne moretetur cum filius Dei esset. Nisi ille ve-
nisset vt moretetur, nos vnde viueremus? Vnde
nos habemus vitam, inde ille habuit mortem.
Ipsam Euangelium attẽde. In principio erat ver-
bum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat
verbum. Quære ibi mortem? Vbi? Vnde? Quo-
modo? Erat verbum, verbum apud Deum, Deus
verbum. Si inuenis ibi carnem, & sanguinem, in-
uenis mortem: ergo ille verbum. Vnde illi mors?
A nobis hominibus in terra positus, mortalibus,
corruptibilibus, peccatoribus. Vnde vita? Non
erat illi vnde haberet mortem, non eramus nos
vnde haberemus vitam. Accepit ille mortem de
nostro, vt daret nobis vitam de suo. Quomodo il-
le mortem de nostro? Verbum caro factum est, &
habitauit in nobis. Accepit hinc à nobis, quod
offerret pro nobis. Vita autem vnde nobis? Et vi-
ta erat lux hominũ. Ipse nobis vita, nos illi mors.
Sed qualis mors? Dignatione, non conditione,
quia dignatus est, quia voluit, quia misertus est.
Potestatem habeo ponendi animam meam, &
iterum sumẽdi eam. Hæc Petrus nesciebat, quan-
do audita morte domini expauit. Sed ecce iam
dixerat dominus moriturum se, & resurrecturum
tertia die. Factum est quod prædicabat, & nõ cre-
debant quod audierant. *Ecce iam triduum est ex eo
quo ista facta sunt, & nos putabamus quod ipse erat re-
dempturus Israel.* Sperabatis, iam desperatis, de spe
cecidistis, leuat vos, qui vobiscum ambulat. Di-
scipuli erant, ipsum audierant magistrum, nouer-
ant ipsum, ab illo instructi erant, & non potue-
runt imitari, & habere fidem latronis pendentis
in cruce. Sed forte aliqui vestrum nesciunt, quid
dixi de latrone, non audiendo passionem secun-
dum omnes Euangelistas. Ille enim euangelista
Lucas narrauit quod dico, quia duo latrones cru-
cifixi sunt cum Christo: dixit & hoc Matthæus,
Sed vnus eorum latronum, qui insultauit domi-
no, & alter eorum, qui credidit Christum: Mat-
thæus non dixit, Lucas dixit. Recolamus fidem
latronis quam non inuenit Christus post resurre-
ctionem in discipulis suis. Pedebar in cruce Chri-
stus, pedebar & latro. In medio ille, illi à lateribus.
Insultat vnus, credit alter: iudicat melius ille. Ille
enim, qui insultabat hoc dixit, Si filius Dei es li-
bera te. Et alius ad illum, Tu non times Deum?
Si nos propter facta nostra merito patimur, ipse
quid fecit? Er conuersus ad eum, Memeto, inquit,
mei, domine, dum veneris in regnum tuum. Ma-
gna fides, huic fidei quid addi possit, ignoro. Ti-
tabauerunt qui viderunt Christum mortuos sus-
citantem, credidit ille, quem videbat secum in li-
gno pendentem. Quando illi titubauerunt, tunc
ille credidit. Qualem fructum Christus de arido
ligno percepit? Quid eum dominus dixerat,
Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso,
Tu disters te, ego agnosco te. Quando hoc spera-
ret latro, adductus de latrocinio ad iudicem, à iu-
dice ad crucem, de cruce ad paradysum. Deus de
ipso attendens merita sua non dixit, Memento
mei, vt liberet me hodie, sed cum veneris in re-
gnum tuum, tunc memor mei esto: si mihi tor-
menta debentur, vel quousque veneris in regnum
tuum. Et ille, non sic inuasi regnum cælorum,
Bibl. Hom. tom. 2. Illi 2 vim

Esai. 55.

Ioan. 8.

Ioan. 1.

Ioan. 10.

Luc. 23.

Matth. 27.

Luc. 23.

vim fecisti, credidisti, rapuisti, hodie mecum eris in paradiso. Non te differo. Tantæ fidei hodie reddo quod debeo. Latro dicit, Memento mei, domine, cum veneris in regnum tuum. Non solum credebatur resurrectorum, sed etiam regnatorum. Pendenti crucifixo, crucis ligno hortenti, cum veneris, inquit, in regnum tuum: & illi, nos sperabamus. Vbi latro inuenit, discipulus perdidit. Deinde iam, charissimi, magnum sacramentum quod cognouimus, audite, Ambulabat cum illis, suscipitur hospitio, panem frangit, & cognoscitur. Et nos non dicamus, quia Christum non cognouimus; nouimus si credimus. Verum est, Nouimus si credimus, habemus si credimus. Habebant illi Christum conuincio, nos intus in animo. Plus est Christum habere in corde, quam in domo. Cor enim nostrum interius nobis est, quam sit domus nostra. Iam vero ubi debet eum fidelis agnoscere? Agnoscit qui fidelis est, qui autem catechumenus est, ignorat. Sed ianuam contra eum nemo claudat, ut nouerit, Hesternæ die admonui charitatem vestram, quia resurrectio Christi est in nobis, si bene viuamus. Si vita nostra mala moriatur, & quotidie noua proficiat. Abundant hic poenitentes. Quando illis imponitur manus, sit ordo longissimus. Orate poenitentes, & eunt orate poenitentes. Quomodo poenitet quod sit, si poenitet non fiat: Si autem sit, non nomen erat, crimen manet. Aliqui ipsi sibi poenitentiae locum petierunt, aliqui excommunicati à nobis in poenitentiae locum redacti sunt, nolunt inde surgere, quasi electus sit locus poenitentium. Qui debet esse locus humilitatis, sit locus humilitatis. Vobis dico, qui uogamini poenitentes, & non estis: Vobis dico, Quid uobis dicam? Laudo uos, in hoc non laudo, sed gemo, & plango: Et quid faciam, fratres, immutate uitam in melius. Mutare, quia finis inecetus est. Omnis homo cum casu suo ambulat. Quid differis bene viuere, cum putatis quia longa erit uita? Longam uitam putatis, & mortem subitanam non timetis. Sed ecce longa sit: & quæro uiam poenitentem, & non inuenio. Quanto melius bona longa quam mala uita erit? Longam uiam malam ferre nemo, longam uiam malam omnes habere uolunt. Vtique si grande quod uiuimus, bonum sit ipsum grande. Quid enim uis mali, dic mihi in omnibus actibus tuis, cogitationibus, cupiditatibus? In terram non uis fegetem malam, non uis utique malam, sed bonam arborem, equum, feruum, bonum amicum, bonum filium, uxorem bonam. Et quid hæc magna commorem, quando non uis uestem malam habere, sed bonam, caligam postremo ipsam non uis nisi bonam? Aur da mihi aliquid te uelle, quod malum est, nec te uelle aliquid bonum: puto uillam, malam non uis, sed bonam, solam animam malam uis? Quid te offendisti? Quid de te tuipse male meruisti? Inter bona tua non uis esse malum, nisi te loquor. Puto, quia dico quod soleo, & facitis quod loquor. Ego coram Deo excoctio uestimenta mea. Timco, ne mihi imputetur, quia non dico officium meum impleo, fructum uestrum quaere, de bonis operibus uestris gaudium habere uolo, non pecuniam. Non enim qui bene uigit, diuitem me facit: & tamen diuitia mea non nisi spes uestra est, in Christo gaudium meum, solatium meum, & respiramentum periculorum in his tentationibus nullum est nisi bo-

Luc. 24.

Manus imposito erga poenitentes olim adhibita.

De uerbis domini serm. 16.

na uita uestra. Obsecro uos, fratres, si oblitus estis uestri, miseremini tamen mei.

B. GREGORII PAPAE in eadem Euang. Homil.

IN quotidiana uobis solennitate laborantibus pauca loquenda sunt, & fortasse hæc uilius proderunt: quia sæpe & alimenta, quæ minus sufficiunt, auidius sumuntur. Lectio ergo Euangelicæ summationem sensum statim, non per singula uerba discutere, ne dilectionem uestram valeat sermo proluxior expositionis operare. Ecce audistis, fratres charissimi, quia duobus discipulis Iesu ambulatibus in ea, non quidem credentibus, sed tamen de se loquentibus Dominus apparuit, sed iis speciem, quam recognoscerent, non ostendit. Hoc ergo egit foris Dominus in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namque apud semetipsos intus & amabant, & dubitabant. Eis autem Dominus & foris præsens aderat, & quis esset non ostendebat. De se ergo loquentibus præsentiam exhibuit: sed de se dubitantibus cognitionis suæ speciem abscondit. Verba quidem contulit, sed ueritatem intellectus increpauit, scripturæ sacræ mysteria, quæ de seipso erant, aperuit: & tamen quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat à fide, ire se longius finxit. Fingere namque componere dicimus, unde & copulatores luti, figulos uocamus. Nihil ergo simplex ueritas per duplicitatem fecit, sed talem se eis exhibuit in corpore, qualis apud ipsos erat in mente. Probandi autem erant si ij, qui eum, & si necdum ut Deum diligerent, saltem ut peregrinum amare potuissent. Sed quia extranei esse à charitate non poterant ij, cum quibus ueritas gradiebatur, eum ad hospitium quasi peregrinum uocant. Cur autem dicimus, uocant, cum illic scriptum sit: *Et coegerunt illum?* Ex quo nimirum exemplo colligitur, quia peregrini ad hospitium non solum inuitandi sunt, sed etiam trahendi. Mensam ponunt, panes, cibosque offerunt, & eum, quem in sacra scriptura expositione non cognouerant, in panis fractione cognoscunt. Audiendo ergo præcepta Dei, illuminati non sunt, faciendo illuminati sunt, quia scriptum est: Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Quisquis ergo uult audita intelligere, festinet ea, quæ iam intelligere potuit, opere implere. Ecce Dominus non est cognitus, dum loqueretur: & dignatus est cognosci, dum pascitur. Hospitalitatem ergo, fratres charissimi, diligite, charitatis opera amate. Hinc enim per Paulum dicitur: Charitas fraternitatis maneat in uobis, & hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc enim quidam placuerunt angelis hospitio receptis. Hinc Petrus ait: Hospitales inuicem sine murmuratione. Hinc ipsa ueritas dicit: Hospes fui, & suscepistis me. Opinata res est ualde, & seniorum nostrorum nobis relatione tradita. Quidam paterfamilias cum tota domo sua, magno hospitalitatis studio seruiebat. Cùmque quoridie ad mensam suam peregrinos susciperet, quorundam die peregrinus quidam inter alios aduenit, ad mensam ductus est. Dumque paterfamilias ex humilitatis consuetudine aquam ueller in eius manibus fundere, conuersus uicem accepit, sed repentè

Rom. 2.

Heb. 13.

1. Pet. 4. Math. 23.

repentè eum, in cuius manibus aquam fundere uolebat, non inuenit. Cùmque hoc factum secum ipse miraretur, eadem nocte ei Dominus per uisionem dixit: Ceteris diebus me in membris meis, hesternò autem die me in memetipso suscepisti. Ecce in iudicium ueniens, dices, Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ecce ante iudicium dum per membra sua suscipitur, susceptores suos etiam per semetipsum requirit, & tamen nos ad hospitalitatis gratiam pigri sumus. Penfate, fratres, quanta hospitalitatis uirtus sit. Ad mēlas uestras Christum suscipite, ut uos ab eo suscipi ad conuiuia æterna ualeatis. Præbere modò peregrino Christo hospitium, ut uos in iudicio non quasi peregrinos nescias, sed ut prius recipiat ad regnum, ipso adiuvante, qui uiuit, & regnat Deus in seculum.

BEDAE VENERABILIS presbyteri in superius Euang. expositio.

ET ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, &c. Stadium, quo Græci auctore (ut dicunt) Hercule uiarum spatia mensuratur, octaua est pars miliarij, & ideo sexaginta stadia, septem millia passuum, & quingentos significant. Quod bene spatium itineris congruit eis, qui de morte, ac sepultura saluatoris certi, dubij de resurrectione gradiebantur. Nam resurrectionem, quæ post septimam sabbati facta est, octauo numero concipere quis ambiget? Discipuli ergo, qui de domino loquentes incedebant, & sextum coepti itineris miliarium compleuerunt, quia illum sine querela uiuentem uisusque dolebant, compleuerunt & septimum, quia hunc in sepulchro quiescente non dubitabant. Verum de octauo dimiduum tantum peregerunt, quia gloriam celebratam iam resurrectionis nondum perfecte credebant. Emmaus autem ipsa est Nicopolis ciuitas insignis Palaestinae, quæ post expugnationem Iudææ sub Marco Aurelio Antonino Principe restaurata, cum statu mutauit & nomen. *Et factum est dum fabularentur, &c.* Loquentes de se dominus appropinquans comitatur, ut & fidem suæ resurrectionis eorum mentibus incendat, & occultæ præsentia maiestatis semper se quod promisit impleretur designet. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi (ait) sum in medio eorum. *Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent, &c.* Apparuit quidem discipulis dominus, sed eis speciem, quam recognoscerent, non ostendit. Hoc ergo egit foris dominus in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namque apud semetipsos intus & amabant, & dubitabant: eis autem dominus foris & præsens aderat, & quis esset, non ostendebat. De se ergo loquentibus præsentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis suæ speciem abscondit. *Et respondens unus, cui nomen Cleophas, &c.* Peregrinum putabant eum, cuius uultum non agnoscebant. Sed & reuera peregrinus erat eis, à quorum natura fragilitate percepta iam resurrectionis gloria, longe distabat. Peregrinus erat eis, à quorum adhuc fide, utpote resurrectionis eius nescia manebat extraneus. *Quibus ille dixit. Quæ? &c.* Prophetam, & magnum fatentur,

filium Dei tacent, ut scilicet nondum perfecte credentes, uel solliciti ne incidere in manus Iudeorum persequentium, quia nesciebant quis esset, cum quo loquebantur, quod uerum crediderent celantes. *Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes, &c.* Merito tristes incedebat, quia & seipsum quodammodo arguebant, quod in illo redemptionem sperauerint, quem iam mortuum uiderant, nec resurrectorum credebant. Et maxime dolebant eum sine culpa occisum, quia nouerant innocentem. *Et nunc super hæc omnia tertia dies est, &c.* Terruisse dicuntur merito eos, quorum mentibus plus de non inuenio corpore dominico multatiam, qua dolebant addere, quam de nunciata per angelos eius resurrectione gaudium, quo recrearentur, uidere potuerunt. *Et abierunt quidam ex nostris, &c.* Cum ipse Lucas supra Petrum dixerit eucurrisse ad monumentum, & nunc Cleophas dixisse ipse retulerit quod quidam eorum serant ad monumentum, intelligitur adtestari, quod duo irerint ad monumentum. Sed Petrum solum primo commemorauit, quia illi primitus Maria nunciauerit. *Et ipse dixit ad eos. O stulti, &c.* Hoc nobis in loco non ulla scripturam interpretandi, sed gemina nos ipsos humiliandi necessitas incumbit, qui neque in scripturis, quantum oportet, edocti, neque ad implenda, quæ discere forte potuimus, quantum decet, sumus intenti. Nam, si Moyses, & omnes prophetae Christum locuti sunt, & hunc per angustiam passionis in gloriam suam intraturum, qua ratione se gloriatur esse Christianos, qui iuxta uirum suarum modulum neque scripturas qualiter ad Christum pertineant investigare, neque ad gloriam quam cum Christo habere cupiunt, per passiones tribulationum desiderant attingere? *Et appropinquauerunt castello, quo ibant, &c.* Nihil simplex ueritas per duplicitatem fecit, sed quod dicitur, *Finxit se longius ire,* talem se exhibuit discipulis in corpore, qualis apud illos in mente erat. Probandi autem erant si ij, qui eum & si necdum ut Deum diligerent, saltem ut peregrinum amare potuissent. Sed quia esse extranei à charitate non poterant ij, cum quibus ueritas gradiebatur, eum ad hospitium quasi peregrinum uocant. Cur autem dicimus uocant, cum illic scriptum sit: *Et coegerunt illum?* Ex quo nimirum exemplo colligitur, quia peregrini non solum ad hospitium inuitandi sunt, sed etiam trahendi. *Et factum est dum recumberet cum illis, &c.* Quem in scripturae sacræ expositione non cognouerunt, in panis fractione cognoscunt. Audiendo præcepta Dei illuminati non sunt, faciendo illuminati sunt. Quia scriptum est: Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Quisquis ergo uult audita intelligere, festinet ea, quæ iam intelligere potuit, opere implere. *Et ipse enauit ex oculis eorum, &c.* Ignem (inquit) ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat? Ignem quippe dominus in terram misit, cum afflatu spiritus sancti cor carnalium incendit. Et terra ardet, cum cor carnalium in suis prius uoluptatibus frigidum relinquit concupiscentiæ præsentis sæculi, & incenditur ad amorem Dei. *Nonne eorum nostrum (inquiunt) ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in uia, & aperiret nobis scripturas?* Exaudito quippe sermone inardescit animus, torporis frigus recedit, sic mens in superno desiderio anxia, à concupiscentiis terrenis aliena. Amor

verus, qui hanc repleverit, in fletibus cruciat. Sed dum tali ardore cruciatur, ipsius suis cruciatus pasceatur, audire ei liber præcepta celestia, & quor mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammat. *Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierusalem, &c.* Iam erat fama, quod resurrexerat Iesus, ab illis mulieribus facta, & a Simone Petro, cui iam apparuerat. Hoc enim isti duo inuenerunt loquentes, ad quos in Hierusalem venerunt. Pater itaque potest, ut timore prius in via noluerint dicere, quod eum audierant resurrexisse, quando tantummodo angelos dixerunt visos esse mulieribus. Ignorantes enim, cum quo loquerentur, merito possent esse solliciti, ne quid passim de Christi resurrectione iactantes, in manus incidere iudeorum. Omnium ergo virorum primo dominus apparuisse intelligitur Petro, ex his quætaxat omnibus, quos euangelista quatuor, & Paulus Apostolus commemorauerunt. Loquitur enim ad Corinthios de domino Paulus, quia sebullus est, & quia resurrexerit tertia die secundum scripturas, & quia apparuit Cepha, & postea undecim. *Et ipsi uocabantur quæ gesta erant in uia, &c.* Præter hoc, quod pro merito mentis eorum adhuc ignorantis, quod oportebat Christum mori, & resurgere, simile aliquid eorum oculi passi sunt non ueritate fallente, sed ipsi ueritatem percipere non ualentibus, & aliud quam res est opinantibus, certi enim mysterij causa factum est, ut eis in illo alia ostenderetur effigies, & sic eum non nisi in fractione panis agnoscerent, ne quisquam se Christum agnouisse arderet, si eius corporis participans non est, id est, ecclesie, cuius unitatem in sacramento panis commemorat Apostolus, dicens: *Unus panis, unum corpus multi sumus, ut cum eis benedictum panem portigeret, aperirentur oculi eorum, & agnoscerent eum.* Aperirentur utique, ad eius cognitionem, remoto scilicet impedimento, quo tenebantur, ne agnoscerent. Non autem incongrue accipiamus, hoc impedimentum in oculis eorum à latana fuisse, ne agnosceretur Iesus, sed tamen à Christo facta est permissio usque ad sacramentum panis, ut ueritate corporis eius participata, remoueretur intelligatur impedimentum inimici, ut Christus possit agnosci.

HAYMONIS EPISCOPI
Halberst. superioris Euang. expositio.

Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadorum sexaginta ab Hierusalem, &c. In exordio huius lectionis solet mouere nonnullos ad querendum, quoniam isti duo discipuli fuerint, qui ipsa die resurrectionis ab Hierusalem recedentes, ad castellum Emmaus properauerint. Quod enim ex duodecim Apostolis non fuerint, in huius lectionis Euangelista comprobatur, cum dicit eos reuersos in Hierusalem & ihesu fuisse congregatos undecim. Vnde apparet eos ex septuaginta fuisse discipulis, non ex duodecim Apostolis. Et uitas nomen quidem infra declaratur, cui nomen Cleophas fuisse dicitur, alterum uero nonnulli putant uocatum fuisse Emmaus, sicut & castellum quo ibant, & ideo superfluum visum fuisse Euangelista, ut uho breui uersiculo unum nomen geminaret. Alij etiam ar-

bitantur hunc fuisse Lucam Euangelistam, qui hoc scripsit euangelium, & humilitatis causa suum nomen siluisse. Consuetudo enim est sanctorum, ut eum de se m. r. a & magna loquantur, propter custodiam humilitatis, sic de sua persona quasi de aliena loquantur, sicut Moyses fecisse innuitur, qui sic de se, quasi de alio loquebatur, dicens: *Et erat Moyses uir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* Similiter & beatus Iob de se, quasi de alio ait: *Vir erat in terra Hus, nomine Iob.* Qui enim Lucam uisum ex his duobus discipulis fuisse putant, secundum hoc exemplum suum nomen siluisse dicunt. Sed qui liber hominum fuerit, sciendum est, quia de Domini resurrectione dubij ab Hierusalem recedebant, quod non solum uerbum, sed etiam factus demonstrant. Qui enim usque in tertium diem in Hierusalem expectauerant, & stimantes eum tertia die resurrexerunt, sicut ipse promiserat, quia sponsonem non uiderant, dubitantes ab Hierusalem recedebant. Sed ignoscendum est eorum fragilitati, quoniam sicut dicit Euangelista, nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Vnde bene Isaacus reuerens, quib tendebant, eorum mentibus congregare uidebat. Sexaginta enim stadia ab Hierusalem usque Emmaus iuuerantur. Stadia uero à stadiis dicitur est, uel statuendo, sed quod minus aliquod in certis locis statueretur ad certitudinem currendam. Et cum apud ueteres stadia non mensura diuersa haberetur, legitimi tamen stadia paucorum Hierosolem tradunt, qui sub uho assestus centum uiginti quinque passus cucurrisse dicitur, & per hoc (si recte computetur) sexaginta stadia septimum milliariū & dimidium complet. Et sex qui dicitur ad bona opera pertinent, quia sex dies sunt in quibus licet operari, septem autem ad requiem animarum, quia septimo die requieuit Deus ab omnibus operibus suis, octo ad resurrectionem, quia octauo die Dominus resurrexit. Et per Salomonem dicitur: *Da partes septem, nec non & octo.* Quia enim discipuli isti sextum milliariū cum Domino cucurrerant, quando eum in presenti uita in bonis operibus conuersantem uiderant. Quasi uero ad septimum milliariū peruenerant, quando illum in sepulchro collocatū didicerant. Verum octauum dimidium perfecerant, quia eum prius resurrexerunt crediderant, sed de eius resurrectione dubij ab Hierusalem recedebant. Sed quamuis de Domini resurrectione dubij ab Hierusalem recederent, ab eius tamen amore funditus non recederant. Vnde & bene subditur. *Et ipsi loquebantur aduicem, de his omnibus quæ acciderant.* Notandum autem, quia non de superfluis, non de uacuis, neque ea quæ ad detractionem pertinent, neque risum mouentia loquebantur, sed adiuuatum de his omnibus quæ acciderant, scilicet qualiter conuersatus esset innocens & sine querela in mundis, qualiter signa & miracula operatus sit, quomodo uideret Iudæos & calumniis traditus sit ad cruciandum, qualiter se resurrectionem prædixerat, quod nondum uidebat. Quia ergo hæc & similia de illo loquebantur, conuenit ut etiam illum, quem absentem uidebant, corporaliter uiderent, & in his etiam ad litteram suam promissionem Dominus adimplet, in qua dicit: *Ubi fuerit duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum, &c.* Vnde & subditur.

Iob. 1.

Mar. 16.

Iuan. 16.

I. Pet. 2.

Heb. 13.

I. Pet. 119.

M. Ath. 13.

subditur. *Et factum est, dum fabularentur & secum quærent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis.* Vbi notandum quia iuxta mentes illorum qualitatem, Dominus suam formauit apparitionem. Illi enim in corde dominum amabant, sed de eius resurrectione dubitabant. Dominus autem eis in corpore apparebat, sed quis esset non demonstrabat. Quia ergo amabant, uidebant: quia uero de eius resurrectione dubitabant, eam quem uidebant, non agnoscebant. Sed quia ipsa dubitatio in illorum mentibus ex antiqui hostis insidias nata fuerat, recte subiungitur. *Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent.* Tenebantur enim eorum oculi, sicut ab ipsa dubitatione, sicut ab antiqui hostis tentatione, ut eum quem uidebant cognosceat possent. Qui enim propria uirtute a mortuis resurrexit, in qua specie uoluit, discipulis apparuit. Vnde bene alius Euangelista dicit: *Post hæc apparuit duobus ex illis in alia effigie. Et ait ad illos. Quis sum hi sermone, quos confertis aduicem ambulantes, & istis tristis? Non ignoras Dominus interrogauit quid discipuli loquerentur, sed ex eorum locutione cordis requirit confessio nem, ut impletur in illis quod alibi dicit: *Aur ex opere tuo iustificaberis, aut ex ore tuo condemnaaberis.* Merito autem tristes ambulabant, quos fides resurrectionis nondum iustificauerat. Nondum enim erat impletum in illis, quos Dominus repromiserat, dicens: *Iustitia uestra uertetur in gaudium, sed adhuc in illa sententia tenebantur, quæ ait: *Mundus autem gaudebit, uos uero contristabitur.* Nam cuius rei gratia tristes incidere uisus eorum cui nomen Cleophas ostendit, cum ait: *Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa diebus?* Ac si diceret, *Quomodo ex omnibus, tu solus remanere potuisti, ut ignorares, quæ facta sunt his diebus in Hierusalem, maxime autem, cum propter magnitudinem suam nulli esse in cognita possint?* Sed illud prætermittendum non est, quod in peregrini specie Dominus post suam resurrectionem discipulis apparere uoluit. Peregrinus enim erat illis, a eorum mortalitate lege distabat. Sine certe in peregrini specie apparuit, ut eorum mentes ad misericordiam prouocaret, & eum quem Deum nondum cognoscebant saltem ut peregrinum amarent. In peregrini specie quoque apparuit, ut nos qui membra eius sumus, in hac uita peregrinos & aduenas nos esse sentiamus. Peregrinus enim dicitur est quasi peregrinus longius siue peragrans aliena. Quo nomine illi censetur, qui a proprio solo expulsi, reditum cum gemitu suspirant. Et nos quoque qui paradisi gaudia amissimus, quando in hac uita sumus in aliena patria consistimus. Vnde necesse est ut quotidie cum gemitu ad propriam patriam redire festinemus, dicentes cum Apostolo: *Dum sumus in corpore, peregrinamur a domino: quoniam non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.* In hac peregrinatione se esse sentiebat Dauid, cum dicebat, *Quoniam aduenæ & peregrini sumus apud te sicut omnes patres nostri.* Et iterum. *Hæc mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitans cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea.* Sed adhuc causas memoris dominus diligentius inquirat, dicens: *Quæ? At illi uide tristes essent aperuerunt, dicentes: De Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in opere &***

*sermone, coram Deo & omni populo. Virtum & prophetam testantur, & filium Dei tacent, uel quia dubij de eius resurrectione ab Hierusalem recedebant, uel quia insidias Iudæorum metuebant. Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis eum confiteretur, palam extra synagogam fieret. Quia ergo Iesus Hebræo sermone, Latine saluator dicitur, recte hoc nomine censetur, cuius resurrectio salutaris ostenditur contulit, sicut ait Apostolus Petrus: *Nō enim est in alio aliquo salus, neque aliud nomen sub celo datum est hominibus, in quo oporteat nos saluari.* Quia uero Nazareus interpretatur sanctus, hoc nomen illi congruit, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus, in ore eius, De quo scriptum est: *Scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum.* Et item: *Non dabis sanctum tuum uide corruptionem.* Bene autem a discipulis licet queri uidebant ignorantibus, saluator uir appellatur. Vir namque a uiribus dicitur est, & illi specialiter hoc nomen aptum est, qui solus diaboli uires resurgendo a mortuis potuit confringere, de quo scriptum est: *Ego uir oriens nomen eius.* Discamus ergo & nos ab illo confortari uiri esse, ut diaboli tentationibus fortiter resistamus, & cuncta aduersa uiriliter toleremus, sicut fecit ille cui dictum est: *Accinge scutem uiribus tuis, & sicut fortis restringe luxuriam.* Hinc & in Ioseph dictum est: *Adiit ante eos uirum, hinc etiam Palamita nos admoneri dicit: *Uiriliter agite, & confortetur cor uestrum, omnes qui speratis in Domino.* Sed licet de eius resurrectione dubij non ex toto discipuli erant cum Dominum prophetarum prophetam uocabant. Nam & ipse de se ipso ait: *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua.* Et iterum, *Non oportet prophetam occidi extra Hierusalem.* Et in eius persona per Moysen dicitur, *Prophetam uobis suscitabit Deus de fratribus uestris, & quam me ipsum audieris.* Potens primum in opere, deinde in sermone dicitur, quia quod docuit uerbis, ostendit exemplis, sicut scriptum est: *Quia cepit Iesus facere & docere.* Ordinata enim prædicatio est, ut primum opere impleas, quod postea uerbis doceas, iuxta exemplum Domini, qui ait, *Discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis, &c.* Bene quidam primum coram Deo, deinde coram omni populo potens esse dicitur ut in omni opere ante omnia Deo placere studeamus. Non enim primum placendum est hominibus, sed primum placere debemus Deo, deinde hominibus, non ob nostram gloriam, sed ut ipsi homines placeant Deo, cui nos placere uiderunt, iuxta quod dominus nos admonet, dicens: *Luceat lux uestra coram hominibus ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum, qui in cælis est.* Et Apostolo. *Proidentes bona, non tantum coram Deo sed etiam coram omnibus hominibus.* Et iterum *Placete omnibus, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi est uile, sed quod multis, ut salui fiant.* Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Hic illud discipuli commemorat, quod superius textus euangelij declarat, qualiter scilicet, a summis sacerdotibus propter inuidiam traditus sit ad cruciandum. Sed illud quærendum est, quare dicant eum a principibus sacerdotum traditum, eum legamus quod eum Iudas tradiderit, dicens: *Quid uultis***

M. Ath. 4.

I. Pet. 13.

I. Pet. 104.

M. Ath. 11.

M. Ath. 4.

mihi dare, & ego vobis eum tradam? Sed ex hac quaestione iterum alia oritur quaestio, quomodo Iudas vel Iudaei eum tradidisse dicantur, cum legamus quod Pater eum tradiderit, dicente Apostolo: Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Nam & ipse filius semetipsum tradidit, sicut idem Apostolus alibi ait, Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Et iterum: Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Si ergo pater tradidit filium, & filius semetipsum, nunquid Iudaei & Iudas inculpabiles sunt, si hoc fecerunt quod Pater & Filius? Non. Sed vno traditionis verbo, diuersae voluntates, expressae sunt. Tradidit eum Iudas propter auaritiam: tradiderunt eum Iudaei, sed propter inuidiam, tradidisse eum dicitur Pilatus, cum eum crucifigi permisit. Tradidit eum Pater, sed propter nostram liberationem. Tradidit semetipsum Filius, sed propter nostram dilectionem. Ergo Pater & Filius non solum sunt amandi, sed etiam glorificandi, Iudas autem & Iudaei non solum detestandi, sed etiam condemnandi: quia quod Pater & Filius fecerunt charitate, illi cupiditate fecerunt. Quod autem dubitantes, ab Hierusalem isti discipuli recederent, suis verbis aperuerunt, cum dixerunt. Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel. Sperabamus quippe praeteriti imperfecti temporis verbum est. Et qui non speramus, sed sperabamus dixerunt, de eius resurrectione dubitare se ostenderunt. Minus enim Spiritus sancti gratia instructi sperauere, quod resurgens a mortuis, Saluator redempturus esset Israel, id est, regnum Israel corporaliter, multo nobilium quam quondam David regeter reparaturus. Hac suspitione permoti fuerant illi duo, qui suaserunt matri, ut peteret ab eo, dicens: Domine, dic ut sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alter ad sinistram tua, in regno tuo. Hac etiam dubitatione tenebantur illi, qui post resurrectionem interrogabant eum, dicentes: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel: (Et nunc super hac omnia, tertia dies est hodie, quod hac facta sunt. Sed & mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos. Quod discipuli commemorant breuiter superior textus euangelij narrat sufficienter, scilicet, quomodo mulieres quae secuta Dominum fuerant a Galilaea, cum praeparatis aromatibus ad monumentum venerunt & responso ab angelo accepto de eius resurrectione, discipulis nunciauerunt. Tunc quoque duo ex illis, Petrus & Ioannes scilicet, cucurrerunt ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerunt. Et ait ad illos: O stulti & tardi corde ad credendum, in omnibus quae locuti sunt propheta. Merito non solum discipulorum stulticia redarguitur, sed etiam tarditas increpatur: quia cum omnia in domini doctrina, in miraculis, in passione, sicut de illo prophetae praedixerant, completa cernerent, de eius resurrectione dubitare non debuerant: & maxime, cum omnia quae in eo ventura erant, antequam pareretur, ab ipso domino prius praedicta recolerent. Et non solum illorum, verum etiam & nostra ignauia atque tepiditas redarguitur, qui nec praecleara discere volentes, nec ea quae discimus opere implere satagimus: & ideo ad discendum tardi, & ad opus pigri inuenimur. Quibus recte dicitur. Nonne hoc oportuit pati

Rom. 8.

Matt. 20.

Act. 1.

Christum & ita intrare in gloriam suam? Quod interrogatiue legendum est vt subaudiatur, oportuit. Oportuit enim Christum pati, non pro se, sed pro nobis. Dicitur autem intrare in gloriam suam, a qua nunquam discessit, eo quod nos intrare fecerit, qui longe per peccatum ab illa expulsi fueramus. Sicut enim videre & confiteri dicitur, eo quod nos aliquid videre & confiteri faciat: ita quoque in gloriam sua dicitur intrare per passionem, igitur Dominus in gloriam suam intrauit ostendens nos per multas tribulationes intrare debere in regnum Dei. Tantum enim caput nostrum, qui est Christus membra sua diligit, vt frequenter ipse agere dicatur, ad quod faciendum nos idoneos efficit. Sed quia ad intelligendum scripturas fasti & tardi erant, post increpationem piam dominus adiungit expositionem. Vnde & subditur: Incipiens a Moysse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quae de ipso erant. Anterpretabatur in omnibus scripturis, maxime ea quae ad passionem pertinebant & resurrectionem, vt omnem dubitationem ab eorum mentibus auferret, & ad credendum resurrectionem animos eorum confirmaret, quale est istud. Benedixit manibus meas, & pedes meos. Et diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et insurrexerunt in me testes iniqui & mentita est iniquitas sibi. Sed forte mouet aliquem, quare dominus cum interpretabatur scripturas discipulis, a Moysse cepisse dicitur, cum plures patres ante Moysen fuisse legamus, qui & verbis & exemplis eius passionem resurrectionem prophetauerunt. Quid enim mores Abel, nisi passionem Christi significat? Sicut enim ipse a fratre iniuste occisus est. Ita quoque & dominus innocenter a Iudaeis occisus est. Quid enim per translationem Enoch, nisi ascensio domini significat? Quid per Noe, qui arcam in diluuiorexit, nisi dominus intellegitur qui caput est Ecclesiae? Et quid per Abraham, qui filium immolauit, nisi Deus pater accipitur, qui proprio filio suo non pepercit? Sic quoque immolatio Isaac, passionis Christi typum tenuit. Nam & Iacob pastor omnium dominum nostrum Iesum Christum significat, qui ait in euangelio: Ego sum pastor bonus. Similiter venditio Ioseph, venditionem praefigurauit Christi. Sed forte mouet aliquem (vt diximus) quare dominus cum interpretabatur scripturas discipulis, a Moysse cepisse dicitur, cum plures patres ante Moysen fuisse legamus, qui & verbis & exemplis eius passionem ac resurrectionem prophetauerunt? Sed ad hoc dicendum est, quia licet ante Moysen plures patres fuerint, tamen eorum actionem Moysse scribente cognouimus, quem veracis historiae scriptorem primum fuisse non dubitamus. A quo libro ergo illorum Dominus scripturas interpretari cepit? A Moysse cepit, quia illorum actiones (vt diximus) primum Moysse scripsit. Inde enim scripsit homo, quando non erat homo. Et appropinquauerunt castello quo ibant, & ipse se finxit longius ire. Cum fingere soleat esse hypocritarum, quid est quod dominus se finxisse dicitur. Ad quod rationabilis patet responso quia non semper fingere simulare dicimus, sed aliquando etiam componere. Vnde & compositores luti sigulos vocamus, & eos qui carmina dicunt, fictores, id est, compositores carminum. Quibus exemplis discimus, quia simplex veritas

Pal. 11.

Pal. 11.

Rom. 7.

Luc. 11.

Ioan. 10.

veritas nihil per dupliciter egit, sed talem se coram discipulorum oculis, composuit vel exhibuit, vt manifestum fieret, si discipuli eum, quem Deum non cognoscebant, saltem vt peregrinum diligenter. Sed absit vt eos a charitatis visceribus alienos esse credamus, quibus auctore misericordiae gradiebatur. Na subditur. Et cognouit illi discipulos. Mox enim quonia aduersariis & inclinata est ia dies. Quoru exeplo discimus, quia peregrini & hospites non solum cum adiuuati recipiendi sunt, sed etiam cum desunt vocandi arg; cogendi. Nam quantum hospitalitatis virtus valeat, & ipse comprobatur, qui se in iudicio fidelibus dictorum reprobat: Hospes fui, & collegistis me. Et quam diu fecistis vni de minoribus meis, mihi fecistis. Quod etiam in opere Abrahae & Lot discimus, qui sicqueque hospites suscipiendo, aliquando angelos susceperunt. Vnde nos Apostolus admonet, dicens. Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nonite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio susceptis. Hinc & Petrus Apostolus nos hortatur, dicens. Hospitaliter inuicem, sicut murmuracione. Hinc etiam beatus Job de seipso testatur, inquis. Fortis non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Et intravit cum illis, Et factum est, dum resumberet cum eis, accepit panem, benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt illum: quia fides sine operibus mortua est. Hinc agnoscere possumus, quia Deum, quem discipuli nec ex visione, nec scripturarum interpretatione cognouerant, mox vt opere, quod scripturae praecipunt, persequerentur, cognouerunt cum in fractione panis. Quoniam sicut Apostolus ait. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Et sicut dominus dicit. Beati qui audiunt ver. Dei, &c. Nos quoque promouulo nostro in fractione panis dominum cognoscimus, si mundo corde, & casto corpore mysterium corporis & sanguinis eius cum digna reuerentia suscipimus. Et ipse emanat ab oculis eorum. Et dixerunt adiuuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Quia sicut ait Apostolus, Deus noster ignis consumens est. Posteaquam dominus ab oculis discipulorum euasit quod adde in via eius locutione accensum se declarat, dicentes. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur in via? &c. Illo enim igne succensum fuerant de quo Dominus ait, Ignem enim veni mittere in terram & quid volo, nisi vt ardeat? Hoc igne accensum se nouerat, qui dicebat. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardecet ignis. Sed quia omnis qui Deo docete bonum dicit per charitatis mysterium, aliis annuaciare debet. Probant hoc isti discipuli, de quibus subditur. Et resurgentes eadem hora, regressi sunt in Hierusalem. No enim fatigatione itineris prohibiti sunt, non vespertinae horae impedimentu timuerunt, sed eadem hora surgentes regressi sunt in Hierusalem nunciare Apostolis quod de domini resurrectione in via compererant. Vnde bene subiungitur. Et inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant dicentes: quod surrexit dominus verè, & apparuit Simon. Et ipsi narrabant quae gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Quod si vbi vel quando factu sit euangelista no declarat, tamen quia factum sit no tacet, dicens,

quia surrexit dominus verè, & apparuit Simon, id est, Hieronimo teste Apostolo, qui ait: Quia visus est Cepha, & post hoc undecim. Primum enim omnium viderunt Petrus apparuisse Dominus post resurrectionem creditur, non solum vt Apostolus eius ordinem consolidaret, sed etiam vt mentem eius quae in possessione titubauerat, reformaret.

1. Cor. 15.

INCERTI SVB NOMINE Eusebii episcopi Emisseni superioris euang. expositio.

Vnus autem istorum, qui haec scribit, beatus Lucas fuisse putatur. Mos enim fuit antiquorum, vt in suis scriptis sic de se quasi de aliis loquerentur. Vnde & Moyses frequenter dicit, Loquutus est dominus ad Moysen, dicens. Et Matthaeus. Praetereans Iesus (inquit) vidit hominem sedentem in teloneo, Matthaeum nomine: & multa alia. Et factum est, dum fabularentur, & secom quererent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Bonum est igitur loqui de Iesu, bonum est eum semper in mente habere: quia nec ipse eorum obliuiscitur, qui eius memores sunt. Sicut & hic, quia isti quo de eo loquebantur, ipse appropinquans ibat cum eis. Beati cum quibus ambulat Iesus, beati cum quibus ambulat salus, & vita: qui quoniam cum luce vadunt, diu errare non possunt. Sequitur. Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Quia enim dubitabant, quia nondum perfecte credebant, ideo eum videntes non agnoscebant: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quae facta sunt in illa his diebus? A chi dicit, Tantum scelus nouiter in Hierusalem perpetratum est, vt praesua magnitudine omnino celari non possit: & quomodo tu solus ea quae his diebus ibi facta sunt non cognouisti? Quibus ille dixit, Quae? Et dixerunt de Iesu Nazareno, &c. Nos autem sperabamus quod ipse esset redempturus Israel. Multum agrotabant isti, multumque eis necesse fuerat, vt eis medicus, & saluator apparuisset. Quod enim dicunt. Nos sperabamus. Se iam a spe quodammodo decidisse ostendunt. Et nunc super hac omnia, tertia dies est hodie, quo hac facta sunt. Hodie igitur secundum promissionem suam resurrexisset debuerat. Qui tamen vtrum resurrexerit ignoramus. Sed & mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos, &c. His auditis, secretorum omnium cognitor, & videns eos amare, & dubitare, eorum infidelitati respondens ait, Et incipiens a Moysse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant. Et merito quidem a Moysse dominus incipit, quoniam & inter alios prophetas maior est, & pluribus in locis Christi passionem & resurrectionem plenissime significat. Quale est illud de vacca rufa, quae in libro Numeri immolari iubetur. Quale est & illud de agno & haedo Paschali, quorum alter per domos comedebatur, alter vero ab omni populo circa vesperam immolabatur. De quibus ad Moysen & Aaron dominus in Aegypto loquutus est, dicens. Loquimini ad vnuerum ceterum filiorum Israel, & dicite eis, vt sumat vnusquisque agnam per familias & domos suas, secundum numerum animarum, quae sufficere possint ad vescendum agni. Sin autem minor est numerus ad esum agni, assumat vicinum, qui coniunctus est domo eius. Erunt autem agnus absque

absque macula, masculus, anniculus. Iuxta quem ritum tollitis hœdum, immolabitque eum uniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperum. Christus enim & agnus est, propter innocentiam: & hœdus dicitur; propter similitudinem carnis peccati. De hoc enim dicitur, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. De hoc similiter dicitur, Ne coquas hœdum in lacte matris suæ. Ad hunc autem vescendum vicinos, & propinquos inuitare debemus, ut qua charitate omnium salutem desideramus, innotescat. Vicinus etenim omnis Christianus est noster, & quicumque ab ecclesia longe non est. Est autem agnus iste absque macula, quoniam (sicut scriptum est) peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Est autem & masculus, anniculus, quia nihil habet femineum, nihil corruptioni obnoxium, nihil carnalis sentiens titillationis. Et agnus quidem per domos comeditur, hœdus verò ab omni multitudine immolatur. Per quod apertissime designatur & hoc sacrificium, quod modo in ecclesia sumitur, & illud quod à ludæis insipientibus in ara crucis est immolatum. Quamuis enim & hoc & illud vnum idemque sit, tamen aliter & aliter fit. Vnde illi hœdum occidit, inter iniquos & peccatores mundi saluatorem deputantes. Sicut scriptum est, Et inter iniquos deputatus est. Itemque, Nisi esset hic malefactor, non tibi tradidisset eum. Nos autem, quia innocentem, sanctum, & iustum, & sine omni contagione peccati, Dei filium esse credimus, agnum absque macula & immolamus & sumimus. Ideoque quamuis agnus, & hœdus immolatur, solus tamen agnus à populo manducatur. Illud enim sacrificium in isto sumitur, quia hoc in illud verissime conuertitur. Nunquam eum illud comederetur, nisi hoc in illud conuerteretur. Est autem hæc mutatio dexteræ excelsi. Omnis enim multitudo filiorum Israel hœdum immolauit. Sed quando? ad vesperam: quoniam proditor Iudas circa hanc horam cum ludæis locutus, Christum vendidit, nummos accepit, atque altera die circa horam vespertinam, id est post nonam, saluator noster spiritum emisit. Vnde Psalmista ait, Eleuatio manuum mearum, sacrificium vespertinum. Sequitur: Et sument de sanguine agni, & ponent super vtrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comederunt illum. Super vtrumque etenim postem agni sanguinem ponunt, qui & ore, & corde illum suscipiunt. Qui verò vel indignè suscipiunt, vel etiam suscipientes, Christi sanguinem esse non credunt, isti in vnum tantummodò postem sanguinè ponunt. De quibus Apostolus ait, Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Nos igitur & ore fumentes, & corde Christi sanguinem esse credentes, in vtrumque postem eum ponamus, & corpore, & mente suscipiamus. Cum autem crucis lignum, quæ Christi sanguine cruenta est, in nostris frontibus facimus, tunc in superliminaribus domorum Christi sanguinem ponimus. Sequitur: Et edent carnes nocte illa aspas agni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Idem enim hoc in loco & per carnes, & per panes azymos intelligimus. Et bene vtrumque posuit, quoniam de panibus hæc carnes sunt. Has autem cum lactucis agrestibus comedunt, qui corde compuncto, & humiliato eas suscipiunt, & crucis amaritudinem,

Ecclesia sacrificium vnum est, & idem cum eo, quod Christus in cruce obtulit.

Nota transfusionalis in Ecclesia.

Christo compatientes, in cordis palato quodammodo sentiunt. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni. Non sunt enim hæc carnes crudæ, quia passus est Christus: neque in aqua coctæ, quia non occultè, sed palam, & cunctis videntibus est crucifixus. Latent enim carnes, quæ in aqua coquuntur, apparent autem quæ assantur. Talis igitur fuit passio Christi, quia cunctis videntibus, est crucifixus. Redolet caro cum assatur, redolet & passio Christi. Caput cum pedibus, & intestinis vorabit, nec remanebit ex eo quicquid usque mane. Caput enim Christi (sicut Apostolus ait) Deus est. Pedes verò, qui terram tangunt, eius carnem significant, quæ de terra assupta est. Quid verò eius intestina, nisi occulta omnia, & profunda mysteria? Caput igitur illius cum pedibus, & intestinis vorant, qui & Deum, & hominem esse credunt eum, & quæcunque de eo scripta sunt, dignè fideliterque suscipiunt. Non enim sufficit, si & Deum & hominem eum esse credamus, nisi intestina quoque eius suscipientes, & de virgine natum, & circumcisum, & veraciter passum, & die tertia resurrexisse, & cætera quæ de eo scripta sunt, indubitanter crediderimus. Vnde & subditur, Nec remanebit ex eo quicquam usque mane. Omnia sumantur, omnia credantur: nihil de hoc agno remaneat, quod in fidei peccore non claudatur. Manet autem, vitæ huius finis intelligitur, quando Christus sol iustitiæ apparebit: & fugatis tenebris, nox ulterius non erit. Tunc autem non erit tempus conuertendi, vel agni carnes comedendi: quia tunc credere incipient, quando cum fatuis virginibus audient, Amen dico vobis, nescio vos. Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Residua enim sunt quæ comedi nequeunt, ut est pellis, & ossa. Pellis etenim agni, caro Christi est, quæ quidem qualiter Deo vnita, qualiter verbum caro factum est, neque dici, neque intelligi potest. Sed quis illa ossa comedere, vel (ut ita dixerim) corrodere valeat, ut qualiter ante omnia tempora sit à patre genitus, diuinitatis si licuerit, semperque inuestigando intelligat? Sunt autem & alia multa, quæ quoniam comedi, & intelligi non possunt, charitatis igne, fideique ardore comburantur. Sufficit enim credere, si non datur intelligere. Plures enim credendo, quàm intelligendo has carnes comedunt. Comedant igitur qui possunt: qui verò non possunt, credant, & charitatis igne comburant. Sequitur: Sic autem comedetis illum, renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes. Renes quidem accingere, est castitatis, & continentie cingulo luxuriam refrænare. Vnde & ipse dominus ait, Sint lumbi vestri præcincti. Calceamenta verò in pedibus habet, qui quasi aliàs peregere parati, peregrinos se in hoc mundo esse cognoscunt, Et isti quidem viam mandatorum Dei currentes, securè & sine timore (ut pote bene calceati) super serpentes calcant & scorpiones. Baculos autem in manibus teneant, ut se ab incurrentibus aduersariis defendere valeant. Habes humilitatem, baculus est tibi. Hoc enim superbiam vincis. Habes castitatem, & hic baculus est quo luxuria superatur. Sed quid multa? quot virtutes, tot baculos habes. Sic igitur præparetur, sic muniat, sic armetur, qui has carnes comedere venit. Citò autem & festinantes comedetis eas, ut cum

cum dominus venerit, iam pleni & saturi sitis, nec tunc credere incipiat, quando per fidem liberari debetis. In fide namque suscipienda nulla mora debet esse. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. Christi præterea passionem, & resurrectionem alibi quoque significat Moyses. Scribit qualiter Iacob Iudam filium suum benedixit, de cuius progenie dominus natus est, dicens ei, Iuda, te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, catulus Leonis Iuda, ad prædam, fili mi, ascendisti, accubisti ut leo, & quasi leonaris quis suscitabit eum? Ad prædam enim Christus in crucem ascendit, quia de diaboli potestate morte sua mundum eripuit. Sed quasi leo accubuit, quia nec ipsa morte fortitudinem amisit. Quis autem suscitauit eum, nisi Deus pater, & diuinitas ipsa, quæ in eo erat? Similiter autem & David, Christi passionem & resurrectionem significans, ait, Ego dormiui, & somnum cepi, & resurrexi, quoniam dominus suscepit me. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: & dimiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et in Esaia, Corpus (inquit) meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpatis, & conspuentibus in me. Et alibi: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Oblatus est, quia ipse voluit, & peccata nostra ipse portauit. Propter scelus populi mei percussit eum, & dabit impium pro sepultura, & diuitem pro morte sua. Quæris fortasse quis sit iste diues, & impius, quem pro morte & sepultura sua dominus dedit. Diues iste & impius, populus Iudaicus intelligitur: diues quidem, quia legis & prophetarum diuitiis spiritualibus abundabat, & terram lacte & melle manantem possidebat. Impius autem, quia dominum & creatorem suum damnare non timuit. Hunc autem dedit dominus pro morte sua, quia eum occidit: & pro sepultura, quia etiam sepultum ne resurgeret custodiuit. Sed quibus dedit? Romanis vique: ut adimpleretur quod scriptum est, Quod timet impius, veniet super eum. His enim in perpetuam seruitutem, & in vltimam infelicitatem, propter Christi mortem Iudæi traditi sunt. Dum hæc, & his similia dominus loqueretur, & prophetarum illis testimonia interpretaretur, appropinquabant castello, quò ibant. Et tunc quidem non solum corporis habitudine, sed & ipsa facie, quamuis longius ire noluissent, longius se tamen ire ostendit. Sic enim & superius dicitur, quòd Samaritani noluerunt recipere eum, quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Hoc agitur modo probat eos dominus, quo affectu & qua charitate peregrinos suscipiebant, quatenus & nos ab eis discamus qualiter eos suscipiamus. Si enim aliter eos tenere non possumus, piam eis violentiam inferre debemus. Vnde & hic dicitur, Et coegerunt illum, dicentes, Mune nobiscum, quoniam aduersariis, & inclinata est iam dies, Et intravit cum illis. Et factum est, dum recumberet cum illis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Sic enim facere solebat, quando adhuc inter eos cõuersabatur. Et apertis oculis eorum, assuetam eius cõsuetudinem videntes, cognouerunt illum: & ipse euauit ex oculis eorum. At illi gaudio pariter, & mœnore commoti, dixerunt adinuicem, Nõne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & ape-

riret nobis scripturas? Quare enim non tenebamus: quare vel ad pedes eius non corruimus: quare nobis ipsis, & cordibus nostris non credidimus? Vbi enim quaeremus: vbi eum inueniemus? Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Considera modò, quanta ibi lætitia fuerit, dum illi & illi vicissim sibi sua gaudia nuntiarent. Nunquam autem tam bene cognoscitur Iesus, sicut in fractione panis. Panis iste spiritualis est, non carnalis: panis iste, cibus animæ est. Hoc pane nutritur anima, & pinguescit intelligentia. De hoc pane scriptum est, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo. quod procedit de ore Dei. De hoc pane per prophetam dicitur, Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Miseri Iudæi, qui panem quidem habet, sed qui panem eis frangat non habent. Nobis autem panem fregit, nobis scripturas exposuit, & sensum aperuit Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

THEOPHYLACTI EPI-
sopi Bulg. superioris Ewang. expositio.

ET ecce duo ex illis ibant eadem die in Castellum, &c. ENONnulli vnum ex duobus illis Lucam ipsum fuisse dicunt: idcirco & abscondit nomen suum Evangelista. Loquebantur autem inter se isti de omnibus, quæ acciderant, non ut credentes, sed ut dubitantes, & de rebus mirabilibus stupescentes, nec statim rei tam admirandæ sententia sua accedentes. Iesus autem, quum appropinquasset, simul inuit cum eis, spirituale, & diuinum corpus nunc habens, non impediatur locorum interuallis, quo minus adesset, quibus volebat. Idcirco ex lineamentis corporis, in quibus tunc apparebat, non permittebantur agnoscere illum. Nam, sicut Marcus inquit, in alia forma apparuit, & in aliis lineamentis, non vltra enim naturalibus legibus regebat corpus, sed spiritualiter, & super naturam: vnde oculi illorum tenebantur, ne agnoscerent eum. Quare autem in altera forma apparuit, & tenebantur oculi eorum? Nempe, ut ambignam suam sententiam reuelarent, ut vlcus detegerent, ac pharmacum susciperent, ut dulcior eis post multam conuersationem esset: ut doceret ex Mose, & prophetis, ac tunc agnosceretur, & magis credant, quòd corpus suum vltra non sit tale, quale solet ab omnibus videri: quamuis illud ipsum, quod passum est, surrexerit: artamen quibus vult, apparet. Magnū autem quiddam ex hoc lucrificiunt, quod non vltra dubitant, quare non iterum in medijs populis versetur, considerantes, quod conuersatio post resurrectionem suam longè alia sit, & non cõmunis: non qualis hominum, sed diuinior, in typum futuræ resurrectionis, in qua sicut angeli, & filij Dei versabimur, propter hoc igitur tenebantur oculi eorum, ne agnoscerent eum, à quibus enim volebat, videbatur. Cleophas vero comiti itineris, ut apparebat, obiicit: Tu solus, inquit, peregrinus es in Hierusalem, hoc est, tu solus ex iis, qui habitant in Hierusalem, ignoras, quæ facta sunt? Alij autem, peregrinus es, sic intelligunt: Tu, inquit, solus peregrinus, & extra fines Hierusalem domiciliū habens, non es particeps eorum, quæ in media Hierusalem

Cap. 16.

Isem contigerunt, vt hæc ignores? Vide autem quomodo paruum omnino de domino opinioné habebant. Verum enim prophetam eum existimabant, qualis Helias fuerat, vel Iesus Naue, vel Moses. Potentem in opere, & sermone. Primum opus, & deinde sermo. Nullus enim sermo doctoris firmus est, nisi prius docens se factorem declareret. Potens igitur esto primum in opere, deinde & verbi sollicitudinem habeto. sic & Deus cooperabitur tibi. Prius enim opus, & deinde contemplatio, ac illustratio. Nisi speculum purificaueris in labore, & sudore, nequam concupitam pulchritudinem in speculo suspicies. Beati enim mundo corde (hoc fit per opera) quia ipsi Deum videbunt. hic cōtemplationis est finis. Oportet autem esse potentem in opere, & sermone coram Deo, & tunc coram omni populo. Prius enim placere debemus Deo, deinde danda opera, vt etiam inter nos sine macula viuamus, quantum fieri potest: & neque quomodo hominibus placeas, sed quomodo seruias Deo, studendum: neque viuendum, vt multis sis scandalo, sed & hoc post illud prouidendum, quod & Sapiens dicit, Prouide bona coram Deo, deinde & corā hominibus. Et Paulus istud ipsum dicit. *Nos autem sperabamus*, inquit, *quod ipse esset redempturus Israel*. Quasi frustrari spe dicunt, nos sperabamus, quod ipse & alios saluaturus esset: & ecce neque seipsum seruauit. ita parum nostræ expectationi respondit, ita imbellis fuit. Et prope eadem dicebant, quæ latro in cruce: Alios seruauit, seipsum non potest seruare. Ideo & insipientes eos vocat, & tardos ad credendum. Quid autem est redimi Israel? Diximus, quod Christum expectabant vulgares, & minus exercitati saluatorem, & redemptorem à malis, quæ eis imminabant, & à iugo seruitutis Romanorum, sperabantque eum regnaturum vt regem terrenum: ideo & dicunt; *Nos sperabamus quod ipse redempturus esset Israel*, videlicet à gentilibus Romanis, & ipse neque iniustam sententiam contra se latam effugit. *Et hodie tertius dies est, & mulieres terruerunt nos, &c.* Hæc quasi dubitantes dicunt: & videntur mihi viri in valde ambigua esse sententia, & neque valde discredere, neque recte credere. Etenim dicendo, *sperabamus, quod redempturus sit Israel*, incredulitatem indicant: quod autem dicunt esse diem tertium, hominum est, qui prope recordentur, quod dixerit eis, die tertia resurgam. Et quod dicit, *exterruerunt nos*, hoc signat, quod incredulitas eorum concutiatur. Et omnino si considerentur sermones, humani sunt, & magnam dubitationem habent, & hominū perplexorum, & ignorantium quid agant propter resurrectionis miraculum. *Abierunt autem*, inquit, *quidam ex iis, qui sunt nobiscum, vel Petrum solum dicit: vel Petrum, & Ioannem*. Et hinc manifestum, quod quæ alij late dicunt, alij compendio tradunt, & transiitū transeunt. Abitionem enim Petri, & Ioannis ad sepulchrum, Ioannes pluribus complexus est, hic autem parca mentionem faciens, etiam nomina præterit. *Et ipse dixit ad eos, O stulti & tardi corde, &c.* Quoniam mente humano more affecti erant, multa que dubitatione laborabant, stultos vocat, & tardos ad credendam in omnibus, quæ loquuti fuerant propheta: Credere enim possumus & ex parte, & in totum: vt, si quis speret in salutem populi venturum, non in salutem animarum, sed restitutionem, & liberationem populi

Matth. 5.

Proph. 20. 2. Cor. 8.

Ioan. 20.

Iudaicis non quantum oportet credere, credit, & rursus, si quis credat Dauidi dicenti, Foderunt manus meas, & pedes meos, & c. quæ de cruce, & aliis, quæ in cruce facta sunt, tanquam ex persona domini prædicta: & recipit ea, quæ de passione dicuntur, ea autem, quæ de resurrectione, non curat, vt est hoc, Quia non dabis sanctū tuū videre corruptionem: & illud, Non derelinques animam meam in inferno: & iterū, Inter mortuos liber: & illud; Educens vinētos, & habitates in sepulchris, & similia non habet perfectam fidem, sed ex parte. Oportet autem in omnibus, tam iis, quæ gloriæ sunt, quàm quæ ignominia, credere prophetis. Oportebat enim & Christum pari, quod est ignominia: & intrare in gloriam suam, quod est gloriæ. Vos autem sic stulti estis, vt quum Esaiam vtraque dicentem audiatis, & quod ad occisionem ductus sit, & quod dominus velit ei ostendere lumen: illud quod recipitis, hoc autem respicitis. Et quod vulneratus quidem sit, creditis: quod autem dominus velit eum purificare à plaga, animo non perpenditis. Sed quod dicit, Vos stulti estis, signat tardi estis. nam, si stulti fuisset, neque ipse eis fuisset locutus: at quia tardi estis vos, ego metem vestram acutius videre faciam. Vnde & à Mose, & ab omnibus prophetis interpretatur eis, nempe mysterium sacrificij Abraham, quando, dimisso Isaac, aries immolatus est. Hæc enim res dominicis præfigurabant. Sicut etiam ipse dominus dicit vidisse Abraham diem suum, & exultasse: & visam esse vitam nostram pendentem: in quo & crucifixionem significat, suspendium dicendo, & resurrectionem vitam nostram nominando. In reliquis autem prophetis sparsum sita sunt, quæ de cruce, & resurrectione dicuntur, præsertim in clarioribus. Et possent ex illis ea recenserī. At tu quæso attendas quomodo per afflictionem eatur in gloriam Dei. Simulat autem se longius iturum, iuxta humanā naturam. Et quando permittit, tunc aperiuntur oculi eorum, & agnoscūt eum. Insinuat autem & aliud quiddam, nempe, quod oculi eorum, qui benedictum panem assument, aperiuntur, vt agnoscant illum. Magnam enim, & indicibilem vim habet caro domini. Euanuit autem ab eis: neque enim adhuc habebat corpus, quod multū corporali modo cum eis conuersaretur, vt ex hoc illorum cresceret desiderium. Nam ita exhilarati fuerunt, vt illa ipsa hora surgerent, & reuertentur in Hierusalem: non eadem quidem hora, sed surrexerunt quidem hora illa: reuersi autem sunt post multos dies, secundum quod verisimile est iter fecisse euntē spatium sexaginta stadiorum, in quibus omnino & dominus visus est Simoni, dum illi interim reuertuntur Hierusalem. Ardens autem erat cor eorum, vel dum igni eloquiorum domini, illo interpretante, intrinsecus succenderentur, & illis, quæ dicebantur, assentirentur vt veris: vel dum illo interpretante scripturas, tangeretur cor eorum intrinsecus. Talis enim interpretatio nobis est Christus.

Psalm. 134. Ibidem. Psal. 67. Psal. 87.

Esa. 55.

Genes. 22. Ioan. 2.

Magnam indicibilem vim habet caro Christi.

Immo longissimo tempore spatium iter fecerunt: ac enim non octo millibus passuum.

EVTHYMII ZIGABONI superioris Euang. expositio.

Et ecce duo ex illis ibant eodem die in castellum, &c. Dixit autem, Ex illis, hoc est, simpliciter ex omnibus illis. Et ipsi loquebantur inter se de omnibus quæ

quæ contigerat. De cruce, signisque horrendis, quæ tunc facta erant, de sepulchro, & iis, quæ à mulieribus renunciata fuerant, ac de resurrectione domini. Et accidit dum confabularentur, ac conquirerent, &c. Conquisitionem vocat indaginem: patet, quomodo, quum talis esset, huiusmodi palus esset: & quomodo, quum mortuus, ac sepultus esset resurrexit: Oculi vero illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. In hoc solum tenebatur, ne eum agnoscerent. Dixit autem ad eos. Qui sunt hi sermones, quos confertis inter vos ambulantes, & estis tristes: Contertis, siue obicitis, & inquitis. Tu solus diuersaris in Hierusalem, &c. Cognito ex voce, & habitu, quod & ipse Iudæus esset, improperant non quod solus ipse diuersaretur Ierosolymis, sed quod solus ignoraret, quæ omnibus ibi diuersantibus nota erant: & increpando dicunt, Tu solus ex omnibus, qui Ierosolymis habitant, diuersaris in Hierusalem ignorans, quæ in ea facta sunt his diebus? Et ait illis, Quæ ignorantia fingit, vt etiam ex ore illorum audiat, quæ de corde eorum cognoscebat, & ita obiurgat, ac increpet illos. At illi dixerunt ei, de Iesu Nazareno qui fuit vir propheta, potes opere ac sermone, coram Deo & omni populo. Vitum prophetam illum fuisse opinabantur imperfecta adhuc fide. Per opus itaque signa intellige: per sermonem vero, doctrinas. Quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, &c. Hoc in loco regna iudicium, capitur pro condemnatione. Nos autem sperabamus, ipsum esse, qui redempturus erat Israel. Sperabamus, quod ipse esset redemptor noster, qui à scripturis annunciabatur. Atqui cum his omnibus tertius dies est hodie, &c. Cum his omnibus, hoc est, factis his omnibus. Sed & mulieres quædam ex nobis attonitos nos reddiderunt, &c. Mulieres quædam ex nobis siue nostræ, aut fideles sicut & nos. Dicit autem illas, quæ cum Maria Magdalene erant, & ipsam Magdalenen. Attonitos, inquit, nos reddiderunt, vt pore incredibilia asseuerantes. Et abierunt quidam ex his qui nobiscum erant ad monumentum. Petrus videlicet, & Ioannes, vt prædiximus. Et ita inueniunt

quemadmodum, &c. Ita inueniunt, hoc est, non inueniunt corpus eius. O insensati, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ loquuti sunt propheta: Insensatos illos dixit, tacite ad sui cognitionem excitans. Tardos vero corde, vt pote tardos ad credendum ea, quæ propheta loquuti fuerant de morte, & resurrectione ipsius. Nomen hæc oportuit pati Christum, & intrare in gloriam suam? Hæc, quæ videlicet loquuti fuerant propheta: Gloriam suam, quæ videlicet suæ erat diuinitatis. Est autem interrogatorius sermo. Quis inceptisset à Mose, &c. A Mose, siue à Moisaicis libris. Ipse præ se ferebat se longius ire. Simulabat se longius ire, tanquam vulgaris comes fuisset itineris. Quoniam aduerseratis, & inclinatus est dies. Inclinatus est ad occasum. Quum freuisset, porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum, agnoueruntque eum. Quum vidissent affuetam, ac cognitam panis benedictionem: nam tunc permitti sunt, vt eum agnoscerent. Et ipse euauit à conspectu illorum. Ne amplius tardarent, sed citius ad discipulos reuertentur: volebat namque eodem die omnibus simul apparere. Nomen cor nostrum ardebat in nobis, &c. Incendebat, saliebat, mouebatur ac vibrabat. Quumque surrexissent eadem hora, reuersi sunt in Hierusalem. Surrexerunt eadem hora, non tamen reuersi sunt eadem hora: nam erat via sexaginta stadiorum. Verisimile est autem, quod, declinante sole, cucurrerint præ nimio gaudio totum intervallum ad noctem vsque, septem videlicet millia, & dimidium, quæ in prædictis erant stadiis. Et inueniunt congregatos vndecim, eosque qui cum illis erant. Qui cum illis erant, Puta, septuaginta, aut simpliciter omnes. Sed quomodo dixit quod inueniunt congregatos vndecim; siquidē Iudas Iscariotes iam abiectus erat, & Thomas tunc præsens non erat: ait enim Ioannes, Thomas autem vnus ex duodecim, qui cognominabatur Didymus, non erat cum illis, quando venit Iesus. Dicedum est ergo; quod, ex quo Mathias aderat, qui loco Iscariotis forte electus est, etiam ipsum iam connumeravit, tanquam cum vndecim Apostolis coopatum.

Ioan. 20.



FERIA III. POST PASCHA.

L V C. 24.



N illo tempore, stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis: Pax vobis. Ego sum, nolite timere. Conturbati verò & contriti, existimabant se à spiritu videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem piscis asii & fauum mellis.

Bibl. Hom. tom. 2.

KKkkk

mellis.

mellis. Et cum manducasset coram eis, fumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ loquutus sum ad vos, cum adhuc essem ^b vobiscum, quoniam necesse est impleri ^c omnia quæ scripta sunt in lege Moyfi & prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis die tertia: & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in ^d omnes gentes.

GLOSSA ORDINARIA
in superius Euang.

S T. I. in me. Hæc ostensio est illa, de qua Ioannes ait: Cum sero esset die illa vna sab. & c. venit Iesus & stetit in medio eorum & dixit eis Pax vobis: Quod verò dicit Ioannes Thomam non fuisse cum illis: cum Lucas dicat istos duos inuenisse vndecim congregatos: & eos qui cum eis erant: intelligendum est quòd Thomas inde exisset antequam dominus eis hoc loquutus appareret. *Spir. vi.* Nouerunt discipuli fuisse verum hominem: sed postquam mortuus est: non credunt tertio die potuisse veram carnem de sepulchro resurgere: Putant ergo se videre spiritum quem emisit in passione: sed hunc errorem auferit dominus: *Quid tur. e.* Credebant apostoli: sed tamen turbantur. Primo quia paucorum opinionem sententia maioris partis excludit. Denique quia Petrus etiam crederet resuscitatum: turbati potuit quòd clausis ianuis dominus cum corpore suo se impronitus infuderit. *Cogi. asten.* Falsæ: non desuper descendentes: seu sicut mala herba in corde ascendentes: fidem quam in vobis plantavi exigo: quod ex vobis ortum est condemnatio: si non est veritas resurrectionis: perditus est fructus passionis. *Pal. & vi.* Multis documentis persuadet resurrectionem præbendo se: & oculis videndum: & manibus conrectandum: qui dum palpando ossa carnemque monstrat: statum suæ vel nostræ resurrectionis signat in qua corpus nostrum, & subtile erit per effectum spiritualis potentie: & palpabile per veritatem naturæ. Post resurrectionem dominus in corpore suo duo contraria ostendit: & palpabile eiusdem naturæ: ut informet ad fidem: & incorruptibile alterius gloriæ: ut inuitet ad præmium. *Osten. eis ma.* Ut ostensa vulnerum cicatrice infidelitatis vulnus sanaret, quas cicatrices & tunc seruauit: & in iudicio seruaturus est. Primo ad fidem resurrectionis instruendam. Deinde ut patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro homine petulerit semper ostendat. Tertio: ut sua morte redemptus quam misericorditer sint adiuti: propositis eiusdem mortis infuget indicia. Sed postremo: ut in iudicio quam iuste damnentur impij denunciet: offensa quam ab illis accepit cicatrice. Non ergo ex impotentia curandi cicatrices seruauit: sed ut perpetuam victoriæ suæ circumferat triumphum. *Habe. hic ali.* Ad instruendam veritatem resurrectionis: non solum tangi, sed conuesci volumit: non quòd vel ipse vel nos post resurrectionem cibo debeamus indigere: sed ut corpus, non spiritum esse manifestaret: manducavit potestate:

non necessitate. Aliter absorbet aquam terra faciens: aliter solis radius calens: illa indigentia: iste potentia. *Pi. affi.* Piscis assus, ipse mediator passus: in aquis humani generis captus laqueo mortis: assatus tempore passionis: Ipse & fauus mellis nobis est in resurrectione. Fauus mellis in cera, id est, diuinitas in humanitate. In huius mellis comestione signatur: quia illos in corpore suo ad æternam quietem suscipit: qui cum tribulationes pro Deo sentiunt: ab amore internæ dulcedinis non recedunt. Qui hic assantur illic vera dulcedine satiabuntur. *Et cum man.* Omnes ambages auferit: Visus est: tactus est: manducavit: & ne in aliquo sensu humanos ludificasse videretur: mittit manus ad scripturas: ut etiam magicis artibus videatur potuisse quod voluit: sicut dicunt pagani: saltem videant propheta non potuisse antequam natus fuit. *Tunc aperuit.* Post visum, post contactum, post commemoratam legem aperuit sensum: ut quod vident & legunt, intelligant: deinde post sui corporis commendatam veritatem commendat ecclesie vnitatem. *Et pra. in no. eius. Opor. Chri. pa. & c. inc. ab se.* Oportebat ut ministri qui penitentiam & remissionem erant prædicaturi in omnes gentes, inciperent ab Hierosolymis. Non solum quia illis credita sunt eloquia Dei, & quia eorum est adoptio filiorum, & gloria, & testamenta, & legislatio: sed ideo etiam ut gentes variis erroribus & facinoribus implicatæ, hoc maxime indicio diuinæ pietatis ad spem venie pronocetur: quòd eis qui filium Dei crucifixerunt, venia relaxatur. *Vos au. sc.* Postquam discipulos de virtute prædicationis perfecte instruxit, cum repente si vellet posset eos roborare, distulit, dicens: *Vos autem sed. in ciuitate.* ut exemplum sequentibus daret, ne imperfecti prædicare ante tempus præsumant. In ciuitate seder, qui intra mentis claustra se constringit, ne loquendo exterius euagetur, ut cum diuina virtute perfecte fuerit indutus, tunc quasi à seipso foras exeat, alios instruendo.

CATENA AVREA
in idem Euang.

Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & c. Cyril. Vndique resurrectionis fama per apostolos diuulgata, & affectu discipulorum erecto ad Christi visionem venit desideratus, & querentibus, & expectantibus reuelatur, nec discepat ut de alio, sed euidenter se offert. vnde dicitur: *Dum au. lo. & c.* Aug. de con. euan. Hanc ostensionem domini post resurrectionem & Ioan. commemorat. Sed quòd dicit Ioan. nō cum illis fuisse Apostolum Thomam: cum secundum Lucam duo illi

illi regressi in Hierusalem, inuenerunt congregatos vndecim, proculdubio intelligendum est quòd inde Thomas exierit, antequam dominus hæc loquentibus appareret. Dar enim Lucas locū in sua narratione quomodo possit intelligi, dum hæc loquerentur, prius inde exisse Thomam, & postea dominum intrasse: nisi quis dicat non illos vndecim qui iam tunc apostoli vocabantur, sed discipulos suos vndecim fuisse ex multo numero discipulorum. Sed cum aduinxit Lucas: Et eos qui cum ipsis erant. Satis vtrique declarauit euidentius illos vndecim apostolos qui vocabantur apostoli, cum quibus ceteri erant. Sed videamus cuius mysterij gratia secundum Mattheum & Marcum resurgens ita mandauerit: Præcedam vos in Galilæam, ibi me videbitis. Quod etsi completum est, tamen post multa completum est, cum sic mandatum sit, ut aut hoc solum, aut hoc primum expectaretur fieri debuisset. Amb. Vnde hoc conuenientius arbitror quòd dominus quidem mandauerit discipulis, ut in Galilæa eum viderent: sed illis ob metum intra conclaua residentibus primum se obtulisse. Græc. Nec hoc est promissi transgressio, sed potius festinata ex benignitate imperio propter pusillanimitatem discipulorum. Ambros. Postea verò confirmatis animis, vndecim illos Galilæam petisse. Vel nihil obstat, si dicantur pauciores intra conclaua, & in monte quamplures fuisse. Euseb. Duo enim euangelistæ, scilicet Lucas & Ioannes, solis vndecim hunc scribunt apparuisse in Hierusalem, ceteri verò duo in Galilæam properare, non solum vndecim, sed etiam vniuersis discipulis & fratribus dixerunt angelum & saluatorem vidisse: de quibus & Paulus meminit, dicens: Deinde apparuit plusquam quingentis fratribus simul. Est autem verior solutio quòd priusquam in Hierusalem latitantibus semel aut bis visus est ad eorum consolationem, in Galilæa verò non in conclaua, aut semel aut bis, sed cum multa potestate ostensionem sui fecit, præbens se eis viuentem post passionem in signis multis, ut Lucas testatur in Acti. Aug. de con. euan. Vel quòd ab angelo, hoc est à domino dictum est, prophetice accipiendum est. In Galilæa enim secundum transmigratōnis significationem intelligendum occurrit, quia de populo Israel transmigraturi erant ad gentes, quibus apostoli prædicantes non crederent, nisi ipse dominus viam in cordibus hominum præpararet: & hoc intelligitur, Præcedet vos in Galilæam. Secundum autem illud quòd Galilæa interpretatur reuelatio, non iam in forma serui intelligendum est, sed in qua æqualis patri, quam promisit electis suis, illa erit reuelatio tanquam vera Galilæa, cum videbimus eum sicuti est. Ipsa etiam erat beatorum transmigratio ex isto seculo in illam eternitatem: vnde ad nos veniens non recessit, & quo nos precedens non deseruit. Theoph. Primum igitur dominus in medio discipulorum stans solito pacis affectu eorum turbinem sedat, ostendens quòd ipse idem est magister eorum qui hoc verbo gaudebat, quo etiam eos munivit, cum ad prædicandum misit, vnde sequitur: *Et dixit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere.* Cyril. Pudeat ergo nos pacis munus deserere, quam nobis hinc discedens Christus reliquit. Pax & res & nomen dulce, quam & Dei esse accepimus: iuxta illud, Pax Dei: & eius esse Deum: iuxta illud, Ipse est pax nostra. Pax bonum

commendatum ab omnibus, obseruatum autem à paucis. Quæ autem est causa? Fortassis ambitio dominij, aut facultatum, aut linor, aut odium, aut contemptus, aut aliquid huiusmodi ex his quæ Dei ignaros videmus incurtere. Dei quippe præcipue pax est, quæ confederat omnia: cuius nihil est ad eum proprium sicut vnitas naturæ, & pacificus status. Translucitur verò ab angelis & diuinis potestatibus, quæ ad Deum & ad invicem pacifice se habent. Diffunditur verò per totam creaturam, cuius est decor tranquillitas: in nobis autem manat, secundum animam quidem per inuestigationem virtutum & communicationem, secundum corpus verò in membrorum & elementorum commensuratione: quorum alterum pulchritudo, alterum sanitas appellatur. Bed. Discipuli autem nouerant Christum verum hominem, cum quo tanto tempore fuerant conuersati, sed postquam mortuus est, non credunt tertio die potuisse veram carnem de sepulchro resurgere. Putant ergo se videre spiritum, quem emisit in passione: vnde sequitur: *Conuerti verò conuertiti existimabant se spiritum videre.* Error ille apostolorum, se facta est Manichæorum. Ambros. Adducti autem virtutum exemplis, Petrus & Ioannes non credimus potuisse dubitare. Cur ergo Lucas inducit fuisse turbatos? Primum omnium, quia paucorum opinionem, sententia maioris partis includit. Deinde quia etiam Petrus de resurrectione crederet, turbati tamen potuit, quòd se dominus cum corpore vechibus obseratis impronitus infunderet. Theoph. Verum quia per verbum pacis non est sedatus turbo in animabus discipulorum, aliud indicat eis se filium Dei esse, qui mentis cognoscebat arcana: vnde sequitur: *Et dixit eis, Quid turbati estis, & c.* Beda. Quales vtrique cogitationes nisi falsæ & perniciose? Perdidit enim Christus fructum passionis, si non esset veritas resurrectionis: tanquam bonus agricola diceret, quod ibi plantauit, inueniam, id est, fidem quæ in cor descendit, quia desuper est. Cogitationes autem istæ non desuper descenderunt, sed de imo in cor, sicut herba mala ascenderunt. Cyril. Hoc autem fuit euidentissimum signum, quod non alius est qui videtur, sed ille idem quæ viderant in ligno mortuum, & positum in sepulchro: quem non latebat aliquid eorum quæ erant in homine. Ambros. Consideremus autem qua gratia secundum Ioannem apostoli crediderunt, & gauisi sunt: secundum Lucam, qui increduli redarguuntur: Et videtur mihi Ioannes quasi apostolus maiora & altiora retigisse, hæc sequentia & humanis proxima: hic historicos vsus circuit, ille compendioso: quia & de illo dubitari non potest, quia testimoniū perhibet de his quibus ipse interfuit: & ideo vtrunque verum putamus. Nam etsi in primo Lucas eos non credidisse dicat, postea tamen credidisse demonstrat. Cyril. Comprobans autem dominus deuitam esse mortem, & humanam naturam iam in Christo corruptionem exuisse, primum ostendit eius manus & pedes & clauorum foramina: vnde sequitur, *Videte manus meas, & c.* Theop. Sed & aliud subiungit, palpationem scilicet manuum atque pedum, cum dicit: *Palpate & videte, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere,* quasi dicat: Vos putatis me esse spiritum, id est phantasma, sicut plures defunctorum circa sepulchra videri sunt soliti. Sed scitote quòd spiritus neque

carne habet, neque ossa: ego autem carne & ossa habeo. Anbr. Hoc autem dominus ideo dixit, ut speciem nobis suae resurrectionis ostenderet: nam quod palpatur, corpus est. In corpore autem resurgemus, sed illud subtilius, hoc crassius, utpote adhuc terrenae labis qualitate concrevit. Non ergo per incorpoream naturam, sed per resurrectionis corporeae qualitatem Christus clausa penetravit. Greg. 13. mo. Non enim in illa resurrectionis gloria corpus nostrum erit impalpabile, & venis aëreque subtilius, ut Eutyechius dixit: sed subtile quidem per affectum spiritualis potentiae, palpabile autem per veritatem naturae. Sequitur: *Et cum haec dixisset, &c.* Beda, Quibus scilicet indicata clauorum vestigia claruere: sed secundum Ioannem etiam latus eis ostēdit, cum fuerit lancea perforatum, ut scilicet ostensa vulnerum cicatrice dubietatis eorum vulnus sanaret. Solent autem in hoc loco gentes calumniam struere, quasi non valeret dominus vulnera sibi inflicta curare. Quibus respondendum est, quia non est consequens, ut qui maiora fecisse probatur, minora facere nequiverit: sed certe dispensationis gratia qui mortem destruxit, signa mortis delere noluit. Primum quidem, ut per hoc discipulis fidem suae resurrectionis astrueret: deinde, ut patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit, semper ostendat: tertio, ut sua morte redemptis quam misericorditer sunt adiuti, propositis eiusdem mortis indicia insinuet: postremo ut in iudicio quam iuste damnentur impij, denuntiet. *Adhuc autem illis non credentibus, &c.* Cyril. Ostenderat dominus discipulis manus & pedes, ut certificaret discipulos quod corpus; quod passum fuerat resurrexit. Ut adhuc autem magis certificaret, aliquid manducabile petiit: unde dicitur, *Adhuc autem il. &c.* Greg. Nil. Et iussu quidem legis pascha cum amaricibus edebatur, quia adhuc amaritudo manebat: post resurrectionem verò cibus fauo mellis dulcoratur: unde sequitur, *At il. obtui, &c.* Beda, Ad insinuandum ergo resurrectionis suae veritatem, nō solum tangi à discipulis, sed etiam conuerti cum illis dignatur: ne arbitrentur eum non solidè, sed imaginabiliter sibi apparere: unde sequitur, *Et cum manducasset, &c.* Manducavit quidem potestatem, non ex necessitate. Aliter enim absorbet aqua terra sitiens, aliter sol calens: illa indigentia, iste potentia. Greg. Si damus dominum verè comedisse, demus & omnes homines post resurrectionem ut ciborum fomentis. Sed quae ex quadam dispensatione sunt à saluatore, non sunt regula & norma naturae, quoniam in quibusdam alij dispensauit. Refuscitabit nostra corpora incorrupta, qui tamen dereliquit proprii corporis foramina, quae clauis forauerant, & lateris cicatricem, ut ostēdat quod mansit post resurrectionem natura corporis, nec est in aliam mutatus substantiam. Beda, Manducavit ergo post resurrectionem, non quasi cibo indigens, nec quasi resurrectionem quam expectamus cibus egere significans, sed ut eo modo naturam corporis resurgens astrueret. Mystice autem piscis assus quem Christus comedit, significat Christum passum: ipse enim latere dignatur in aquis generis humani. Capi voluit laqueo mortis nostrae, & quasi tribulatione assatus est tempore passionis suae: sed fauus mellis nobis extitit in resurrectione. In fauo quidem mel-

lis vranque naturam exprimere voluit personae suae. Fauus quippe mellis in cera est: mel verò in cera, est diuinitas in humanitate. Theoph. Videntur autem & co: cista aliud habere mysterium, quod enim manducavit partem piscis assi, significauit quod naturam nostram in huius vitae mari natantem assans eam igne proprii deitatis, & exiccans eius humanitatem quam à profundis vndis contraxerat, escam fecit diuinam: & eam quae prius erat abominabilis, preparauit Deo cibum suauem, quod significat fauus mellis, vel per piscem assum significat vitam actiuam, consumentem nostram humiditatem laborum prunis: contemplationem verò significat per fauum mellis, propter dulcedinem eloquiorū Dei. Bed. Postquam autem visus est, & tactus manducavit, ne in aliquos sensus humanos ludificasse videretur, misit manus ad scripturas: unde sequitur, *Et dixit ad illos, Haec sunt verba quae locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, id est, cum adhuc essem in carne mortali, in qua estis & vos: tunc quidem in eadem carne suscitatus erat, sed cum illis in eadem mortalitate non erat: & subdit, Quoniam necesse est impleri omnia, &c.* Augu. de conc. euang. Illud attendant qui magicis artibus Christum tanta potuisse, & nomen suum ad apostolos in se conuertendos arte ipsa consecrassē delirant: utrum potuit magicis artibus prophetas diuino spiritu antequam in terra naceretur implere? Neque enim si magicis artibus fecit, ut coleretur & mortuus, magnus erat antequam natus, cui propheta dicitur venturo gens vna deputata est. *Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, &c.* Bed. Postquam praebuit se videndum oculis, manibus contrectandum, legis commemorauit scripturas: consequēter aperuit sensum, ut intelligatur quod legitur: unde dicitur, *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas.* Theoph. Alioquin quomodo eorum anima turbata, & vacillans circa Christi mysterium studuisset: sed & verbis eos docuit. Sequitur enim: *Et dixit eis: quoniam sic scriptum est: & sic oportebat Christum pati.* Scilicet per lignum crucis. Bed. Perdidit autem Christus fructum passionis, si non esset veritas resurrectionis: unde subdit, *Et resurgere à mortuis, &c.* Deinde post commendatam sui corporis veritatem, commendat ecclesiae vnitatem, cum subdit: *Et praedicare in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.* Euseb. Dicitur enim erat, Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Oportebat autem conuersos ex gentibus expiari à quolibet contagio & macula ipsius virtute, quasi contaminatos ab errore demonum, idololatriae, & quasi nuper conuersos à vita execrabili & impudica: & ideo dicit, quod oportet praedicari prius quidem penitentiam, consequenter remissionem peccatorum in omnes gentes. Eius enim qui prius quam veram ostenderūt malorum penitentiam, salubri gratia veniam commissorum donauit, pro quibus & mortem subiit. Theoph. In hoc verò quod dicit: *Penitentiam & remissionem peccatorum*, etiam de baptismo meminit, in quo per depositionem priorum scelerum subsequitur venia peccatorum. Sed quo pacto intelligatur in solo Christi nomine baptisma fieri, cum alibi mandet hoc fieri in nomine patris & filij & spiritus sancti? Et primò quidem dicimus quod nō intelligitur: quod in solo Christi

sti nomine fiat baptisma, sed quod Christi baptismo aliquis baptizetur, id est, spiritualiter non Iudaicè, nec tali quali Ioannes baptizabat ad solam penitentiam, sed ad spiritus almi participationem: sicut & Christus in Iordane baptizatus ostendit spiritum sanctum in specie columbina. Porro baptisma in Christi nomine, id est, morte Christi intelligas: sicut enim ipse post mortem triduo resurrexit, sic & nos ter in aquam mergimur, & conuenienter emergimur incorruptibilitatis spiritus arram recipientes. Hoc etiam Christus nomen continet in se, & patrem quasi vntorem, & spiritum quasi vntionem, & filium quasi vntum, scilicet secundum humanam naturam.

S. AMBROSII MEDIO-
lanensis Episcopi superioris Euang.
expositio.

Stetit Iesus in medio eorum, &c. Conturbati discipuli, aestimabant se spiritum videre. Et ideo dominus, ut speciem nobis resurrectionis ostēderet, *Palpate* (inquit) *& videte, quia spiritus carne, & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Non ergo per incorpoream naturam, sed per resurrectionis corporeae qualitate imperuia, visu clausa penetrat. Nā quod tangitur corpus est: quod palpatur corpus est: in corpore autem resurgemus. Seminatur enim corpus animale, surgit corpus spiritale. Sed illud subtilius, hoc crassius, ut putā adhuc terrenae labis qualitate concreuit. Nam quomodo nō corpus, in quo manebat insignia vulnerum, vestigia cicatricum, quae dominus palpanda obtulit: in quo non solum fidem firmitat, sed etiam deuotionem acuit: quod vulnera suscepta pro nobis caelo inferre maluit, abolere noluit, ut Deo patri nostrae precia libertatis ostenderet. Talem sibi pater ad dexteram locat, trophaeum nostrae salutis amplectens: tales illic martyres nobis cicatricis suae corona monstrauit. Et quoniam sermo huc noster vsque euasit: consideremus, qua gratia secundum Ioānem crediderint apostoli, quia gauisi sunt, secundum Lucam quasi increduli redarguantur: ubi spiritum sanctum acceperint; hic federe in ciuitate iubeantur, quoad vsque induantur virtute ex alto. Et videtur mihi ille quasi apostolus maiora, & altiora tetigisse; hic sequentia, & humanis proxima; hic historico vsu circintu; ille compendio: quia & de illo dubitari non potest, qui testimonium perhibet de iis, quibus ipse interfuit; & verum est testimonium eius. Et ab hoc quoque, qui euangelista esse meruit, vel negligentia, vel mendacij suspitionem æquum est propulsari. Et ideo putamus verum vtrumque, non sententiarum varietate nec personarum diuersitate distinctum. Nam, etsi in primo Lucas eos nō credidisse dicat, postea tamen credidisse demonstrat; & si prima consideremus, contraria sunt; si sequentia, certum est conuenire. Ipsa igitur scripturae verba consideremus. Sic ait Ioannes; Et gauisi sunt discipuli, viso domino. Dicit ergo his iterū; Pax vobiscum, sicut misit me pater; & ego mitto vos. Et, cum hoc dixisset, insufflauit his, & dixit: Accipite spiritum sanctum; quorum remisistis peccata, remittuntur his; & quorum retinueritis, retenta sunt. Lucas autem dicit; *Et quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Cum haec autem loquuntur, ipse stetit in*

medio eorum, &c. Possent videri hic plures fuisse; sed, quia & resurrectionis die & sero (nam aduersperalcente iam die, qui fuerant ingressi manere cum domino, ubi ille se repente subtraxit, eadem hora ad discipulos hi duo remeasse produntur quando palpandum se obtulit.) Et secundum Ioannem sero die illa vna sabbatorum inducit apparuisse discipulis, & vulnera obtulisse palpanda. Ne quid ambiguitatis afferret, putauimus diligentius requirendum. Videtur enim separatim se istis vndecim demonstrasse, sicut se Ananiam, & Cleophæ seorsum iam vespere demonstraerunt: & quemadmodum isti duo, ita etiam & illi vident vndecim ad confirmandos reliquos conuenire potuisse. Denique, *Conturbati sunt*, ut habes secundum Lucam: & ideo *Aperuit eis sensum ut intelligerent ea quae scripta sunt.* Hunc autem sensum, illum succinctius scripsisse, non dubium est. Quomodo enim soli Cepha visum diceret, si ab omnibus erat visus? Sed, sicut ex mulieribus Mariae, & alij Mariae Magdalenae, ita & vitis Petto visus est primo mane. Et Paulus sic ait; Tradidi enim vobis in primis, quia Christus mortuus est secundum scripturas, & quoniam sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturam, & visus est Cephae. Et ideo Marcus specialiter induxit iuuenem mandantem ut Petro & discipulis dicerent mulieres, quia surrexit dominus. Petrus ergo vidit solus dominum. Deuotio enim parata semper & propta credebat, & ideo studebat frequentiora fidei signa colligere. Alibi, cū Ioanne, alibi solus, ubique tamē impiger currit, ubique primus aut solus, non contentus vidisse, quae viderat, repetit intuenda: & querendi domini amore succensus, non satiatur videndo. Vidit eum solus: vidit cum vndecim: vidit cum septuaginta, vidit & quādo Thomas credidit, vidit cum piscaretur: sed non vidisse contentus, impatiens desiderij, neglignens captionis, immemor periculi, nō tamen immemor reuerentiae, ubi dominum vidit in litore, veste se texit: serum aestimans, si cum ceteris nauigio perueniret. Sic cum in mare dominus ambularet, super vndas maris naturae suae oblitus occurrit: Sic cū à Iudeis dominus teneretur, aduersum turbas gladium solus exeruit: Sic & nunc, cum dominus stetit in litore, periculoso compendio religiosum maturauit obsequium. Non est igitur dubium credidisse Petrum, & credidisse, quoniam dilexit, dilexisse, quoniam credidit. Ioannem quoque credidisse, manifestum est, dum saluatorem videret, qui iam tunc credidit, postquam vacuum corporis vidit sepulchrum. Cum ergo Lucas inducit fuisse turbatos, primo omnium, quia paucorum opinione sententiam maioris partis includit: Deinde quia etsi Petrus de resurrectione crediderat; turbati tamen potuit, cum videret, quod se dominus cum corpore in ea, quae vestibus obseratis, & obstrictis erant septa parietibus, improuisus infunderet. Lucas vero historice singula prosecutus est. Ille finem spectauit, hic feriem. Nam utique dicendo; *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent ea, quae scripta sunt*: etiam ipse discipulos credidisse profitetur. Spiritum autem sanctum vel illis vndecim quasi perfectioribus insufflauit, & reliquis postea tribuendum esse promittit, vel iisdem ibi insufflauit; hic spondet. Nec videtur esse cōtrarium, cum diuisiones gratiarum sint. Alij enim darur sermo sapientiae; alij autem

Nomen alterius discipuli ex aliqua traditione didicerat.

1. Cor. 15.

1. Cor. 12.

fermo sciētia secundū eundem spiritū: alteri fides in eodem spiritū; alteri gratia curationū; alij genera linguarum. Ergo aliam insufflauit ibi operationem; hic aliam pollicetur. Ibi enim remittendorum gratia tributa est peccatorum; quod esse videtur angustius: & ideo insufflatur à Christo, vt credas spiritū Christi, & credas de Deo spiritum.

Supr. 1. Deus enim solus peccata dimittit. Lucas autem linguarum gratiā descripsit effulam. Denique ibi habes; Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remissa erūt. At vero in actibus apostolorum sic habes; & repleti sunt omnes spiritu sancto, & cōperūt loqui variis linguis, quomodo spiritus dabat loqui iis. Diuersitas autē visionum frequentia famulorū significat angelorum: iuxta quod dominus ipse promiserat dicens, Et videbitis angelos descendētes & ascendentes ad filium hominis. Atque vtinam cum euāgelij sine nos ter quoque sermo claudatur: Cum secundum Matthæum, & Marcum mandat discipulis: Præcedam vos in Galilæam: ibi me videbitis: secundum Lucam vero, & Ioannem etiam intra cōclauem obtulit se videndum. Et quidem quod se videndum frequenter obrulerit, & plusquam quingentis fratribus, & Petro, & Iacobo, etiam apostoli comprobauimus testimonio. Et Lucas in actibus apostolorum docuit: quod discipulis manifestaerit se viuere post passionem suam in multis argumentis apprensus, & disputas de regnō Dei. Ergo, quia sepius, & diuersis apparuit, cum in Galilæa, quando sit visus, nequaquam præscriptum, ac definitum tempus scriptura signauerit, in Hierusalem quando se obtulerit, & diem, & horam expresserit; timidiore intra conclaue visitatur, fortiores ad montē conueniunt. Denique intra conclaue ostiis clausis inducit Ioānes discipulos congregatos propter metum Iudeorum, quos non vndecim Lucas, sed plures scripsit fuisse. Istos autem Matthæus vndecim solos in Galilæa conuenisse non siluit. Denique sic habes: Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam in montem, vbi constituerat illis Iesus, & videntes eum, adorauerunt, quidam autem dubitauerunt: Quibus docendi, & baptizandi tribuit potestatem. Vndecim quoque discumbentibus discipulis, & Marcus in fine apparuisse scribit; quando similiter prædicandi iis per totum orbem mādāt officium. Vnde hoc conueniētius arbitror; quod dominus quidem mandauerit discipulis, vt in Galilæa se viderent: sed illis metu intra conclaue residentibus primo se obtulisse; postea vero confirmatis animis, vndecim illos Galilæam petisse: Vel certe (hoc quoque diligentibus scriptoribus placuisse reperio) nihil obstat, si dicamus, pauciores intra conclaue, in monte complures fuisse.

S. TITI BOSTRORVM
Episcopi eiusdem Euang. expositio.

Dum autem hac loquerentur, stetit Iesus medio eorum. Oculis eorum ab omni nube iam liberis, apparet illis Iesus; neque de se tunc loquitur, tanquam de altero, sed seipsum manifestum exhibet, omnesque bono animo esse iubet. Illi autem præ admiratione vsque ad exterriti & confertati sunt, vt pro Iesu spectum aliquod, aut vmbra aliquam, sese conspici existimarent: Do-

minus autem eiusmodi cogitationum fluctus sedare volens, verbum cōfuetum & apud illos protitum mox depromit: ait enim; *Pax vobis.* Quo autem firmiter, citra illam hæsitacionem, se illum ipsum esse credant, qui mortem perpessus fuerat, ostendit statim, se tanquam verum Deum (huic enim soli occulta cordium sensa patent) internam illorum conturbacionem minimè ignorare. *Quid,* inquit, *turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra, videte manus meas, &c.* Commonstrat illis manus, & pedes, & clauorum vestigia, & hæc ipsa contrectare iubet, quod certè exploratèque hinc cognoscant, illud ipsum corpus, quod mortem subierat, resurrexisse. Nemo proinde communem carnis resurrectionem, tanquam vanam calumnietur, neque turbetur, aut corporum de mortalitate ad immortalitatem transitum inficietur, si de humano corpore scriptū audiat: Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale: Quemadmodum id enim animale dicitur, quod animali, hoc est, carnali concupiscentiæ obsecundat, ita spiritale illud vocatur, quod spiritus sancti impulsui ad nutū obsequitur. Atqui post generale mortalium omnium ex mortuis resurrectionem, nullus amplius carnalibus illecebris, aut voluptatiuis locus erit; Verum omnis omnino carnis, peccatiq̄ stimulus iam tum profusus extinguetur, & eneruabitur. Illud ipsum nihilominus, quod fertur in terram, exultatorem inducit immortalitatem. Locus hic autem admonere videtur, vt paucis expendamus, per quot argumenta, modos, & rationes Christus Dominus discipulis suam resurrectionem probauit. Primo ergo per hoc verè se resurrexisse ostendit, quod seipsum palpandum & spectandum, manifestum, & pedes suos contrectandos sponte obtulit: *Palpate, aiebat, & videte.* Item: *Videte manus meas, & pedes meos.* Mox verò per hoc, quod d' eam ab Apostolis peritam, in omnium conspectu comedit; et si nulla alia de causa istud fecerit, quam vt illum ipsum à mortuis resurrexisse, omnibus planum feret, qui ante crucem toto œconomiæ suæ tempore humano more cum illis manducabat, & bibebat, & versabatur. Neque enim post resurrectionē comedebat, quasi caro illius aliquo adhuc alimento indigisset. Postremo autem per hoc, quod mentem illorum illustrauit, quod scripturas, quæ de illo diserebant, intelligerent, & inter cætera, oportere, vt ea omnia, quæ à prophetis de ipso prædicta fuerant, implerentur, prænitentiæque & peccatorum remissionis, inter omnes gētes, in nomine ipsius prædicaretur.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hippon. in superius Euang. Homil. 1.

Apparuit dominus post resurrectionem discipulis suis, sicut audistis, & salutauit eos dicens, *Pax vobis.* Hæc est pax salutatio salutis. Nam & ipsa salutatio à salute nomen accepit. Sed quid melius quam vt ipsa saluter hominem? Salus enim nostra, Christus est. Ipse est enim salus nostra, qui vulneratus est pro nobis, & confixus est clauis in ligno. Et depositus de ligno, positus in sepulchro. De sepulchro autem surrexit sanatis vulneribus, seruat cicatricibus. Hoc enim discipulis suis expedire iudicauit, vt cicatrices eius seruarentur, vnde cordis vulnera sanarentur. Quæ vulnera?

Serm. 4. lib. 18. Homil.

Vulnera infidelitatis. Apparuit enim oculis eorum veram exhibens carnem, & putauerūt se spiritum videre. Non leue vulnus hoc cordis est. Denique hæresim malignam fecerunt, qui in isto vulnere remanserunt. Sed non putamus vulneratos fuisse discipulos, quia cito sanati sunt: Cogitet charitas vestra, si in isto vulnere remansissent, vt putarent corpus sepulchro non resurrexisse, sed spiritum imagine corporis humanos oculos illustrasse: si in ista fide, imò in ista perfidia remansissent, nō eorū vulnera, sed mors plāgi deberet. Sed quid ait dominus Iesus? *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cor vestrum?* Si ascendūt in cor vestrum cogitationes, de terra veniunt cogitationes. Bonū est homini non vt cogitatio ascendat in cor eius, sed, vt sursum ascendat ipsum cor eius, vbi volebat Apostolus ponere corda credentium, quibus dicebat, Si confurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, sapite, vbi Christus est ad dexteram Dei sedens. Quæ sursum sunt, quærite, non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quomodo Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria. In qua gloria? Resurrectionis. In qua gloria? Audi Apostolus dicentem de hoc corpore, Seminatur in ignominia, resurget in gloria. Istam gloriam Apostoli magistro suo, Christo suo, domino suo dare volebant, resuscitate eum potuisse corpus suum de sepulchro non credebant, Spiritum suum putabāt, & carnem videbant nec ipsis oculis suis fidem habebant, Et credimus eis nos annuntiantibus, & non ostendentibus. Ecce ipsi Christo seipsum ostendenti non credebant. Malum vulnus. Prodeant medicamenta cicatricum. *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cor vestrum? Videte manus meas, & pedes meos, vbi clausi confixi sui. Palpate & videte.* Sed videtis & non videtis. *Palpate & videte. Quid? Quia spiritus ossa, & carnem non habet, sicut me videtis habere. Hæc dicens, sic recitatur est, ostendit eis manus & pedes. Et adhuc trepidantibus & mirantibus præ gaudio:* Iam gaudium erat, & adhuc trepidatio permanebat. Res enim incredibilis erat facta, sed tamen facta. Nunquid nunc incredibile est quia resurrexit caro domini de sepulchro? Totus hoc credidit mundus. Qui non credidit, remansit immundus. Tunc tamen incredibile erat, & persuadebatur non solum oculis, sed & manibus, vt per sensum corporis fides in cor descenderet. Et in cor fides descendens posset prædicari per mundum non videntibus aut tangentibus, & tamen sine dubitatione credentibus. *Habetis hic, inquit, aliquid quod manducetur?* Quanta addit ad ædificium fidei instructor bonus. Non esuriebat, & manducare quærebat. Et manducauit potestatem, non necessitate. Agnoscent ergo discipuli verum corpus, quod agnouit ipsis prædicantibus mundus. Si forte aliqui hæretici sunt, qui adhuc habent in corde quod exhiberit se oculis Christus, & vera caro non erat Christi, iam ponant illud, persuadeat illis Euāgelium, Non eos reprehendimus, quia hoc sapiunt: damnabit ille, si hoc sapere perseuerant. Tu quis es, qui non credis corpus in sepulchro positum resurgere potuisse? Si Manicheus es, qui nec crucifixum credis, quia nec natū credis, omnia cum falsa ostendisse prædicas. Ille falsa ostendit, & tu verum dicis. Tu non mentiris ore, sed ille mentitus est corpore. Ecce arbitraris apparuisse oculis,

quod non erat spiritum fuisse non carnem. Audi illum, Amat te, ne damnet te. Audi illum dicentem, Ecce tibi dicit, infelix, tibi loquitur. *Quid turbatus es, & cogitationes ascendunt in cor tuum? Videte, inquit, manus meas & pedes meos. Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere.* Hæc dicebat veritas, & fellebat? Corpus erat, caro erat, quod sepultum fuerat apparebat. Pererat dubitatio, sequatur digna laudatio. Ostendit ergo discipulis se. *Quid est se? Caput ecclesiæ suæ. Ecclesia futura per mundum ab ipso prævidebatur, à discipulis nondum videbatur. Caput ostendebat, corpus promittebat. Quid enim sequutus adiunxit? Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, dum adhuc essem vobiscum. Quid est hoc, dum adhuc essem vobiscum? Nunquid non tunc cum illis erat, eū illis loquebatur? Quid est, quomodo adhuc essem vobiscum? Vobiscum eram, quādo moriturus eram. Quid est, vobiscum? Cum moriturus moriturus. Modo iam nō vobiscum, quia cum moriturus, nunquā vterius moriturus. Hoc ergo dicebam vobis: *Quid? Quia oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege, & prophetis, & psalmis de me. Dixi vobis, quia oportebat omnia impleri. Tunc aperuit illis sensum. Veni ergo, domine, fac clauas, aperi vt intelligamus. Ecce omnia dicis, & non crederis. Putatis spiritus, rangers, pulsaris, & adhuc trepidant qui te tangunt. De scripturis admones, & adhuc nō intelligunt. Clausa sunt corda, aperi, & intra, fecit, Tunc aperuit illis sensum. Aperi, domine, & dubitanti de Christo aperi cor. Aperi ei sensum qui phantasma fuisse credit Christum. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit eis. Quid? Quoniam sic oportebat, quoniam sic scriptum est, & sic oportebat. Quid? Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die. Viderunt hoc, viderunt patientem, viderunt pendentem, videbant post resurrectionem præsentem videntem. Quid ergo non videbant? Corpus, id est, Ecclesiam. Illum videbant, illam non videbant. Sponsus videbant, sponsa adhuc latebat. Promittat & ipsam. Sic scriptum est, Et sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die. Hoc sponsus est. Quid de sponsa? Et prædicari in nomine eius penitentiam, & remissionem peccatorum, per omnes gētes, incipientibus ab Hierusalem. Hoc nondum videbant discipuli Ecclesiam per omnes gētes, incipientibus ab Hierusalem nondum videbāt. Caput videbant & de corpore capiti credebant. Per hoc quod videbant, quod nō videbant credebāt. Similes illis sumus & nos, Videmus aliquid quod ipsi non videbant, & nō videmus aliquid quod ipsi videbāt. Quid nos videmus quod ipsi nō videbāt? Ecclesiā per omnes gētes. Quid non videmus quod ipsi videbant? Christum in carne constitutum. Quo modo illi illum videbāt, & de corpore credebant: sic nos corpus videmus, de capite credamus. Inuicem nos adiuuent visa nostra. A diuinitate eos visus Christus vt futuram Ecclesiam crederent, adiuuat nos visa Ecclesia vt Christum resurrexisse credamus. Impleta est fides illorum impletur & nostra. Impleta est illorū de capite impletur nostra de corpore. Totus Christus & illis innotuit, & nobis innotuit. Sed totus ab eis non est visus, nec à nobis totus est visus. Ab eis caput est visum, corpus creditum. A nobis corpus visum, caput creditū. Nulli tamen deest Christus, In omnibus plenus est, & adhuc ei restat corpus. Crediderunt ipsi, crediderunt**

rūt per illos Hierosolymitani multi. Credidit Iudea, credidit Samaria: Accedant membra, accedat ædificium fundamenti. Fundamentum enim nemo potest ponere, ait Apostolus, nisi quod est positum, quod est Christus Iesus. Infaniant Iudei, implicantur zelo. Lapidetur Stephanus, Seruet lapidantium vestimenta Paulus, Saulus futurus Paulus Apostolus. Occidatur Stephanus, perturbetur Ecclesia Hierosolymitana, discedat inde ligna ardentia, accendant & incendiant. Ligna enim quodam modo in Ecclesia Hierosolymitana ardebant spiritu sancto quando erat illis in Deum anima vna & cor vnum. Lapidato Stephano passa est illa congeries persecutionem, sparsa sunt ligna, & accensus est mundus. Denique hæc secutus furens Saulus ille accepit epistolas à principibus sacerdotum, & cepit ire sæuiens, anhelans egedem, sicis sanguinem vndeunque posset quos posset victos trahere, ad supplicium rapere, se diffuso sanguine satiare. Sed vbi Deus? Vbi Christus? Vbi Stephani coronator? Vbi nisi in celo? Videat & Saulus, irriteat sæuientem, clamet de celo: Saul, tu in terra, & tam persequeris me. Caput non tangis, sed membra mea calcas. Sed quid facis, quid proficis? Durum tibi est contra stimulum calcitrare. Quantuncunq; calces mittas, te veras. Pone ergo furorem, cape sanitatem. Pone malum consilium, appete bonum auxilium. Voce illa prostratus est. Quid est prostratus? Persecutor. Ecce victus est vna voce. Quid ibas quid sæuiebas? quos quærebas? modo lequeris: quos persequebaris, modo pro illis persecutionem pateris. Surgit prædicator qui prostratus est persecutor. Audiuit domini vocem, Excæcatus est, sed in corpore, vt illuminaretur in corde. Perductus ad Anania de pluribus catechizatus baptizatus processit Apostolus. Dic, prædica, Prædica Christum, dissemina, o bone aries, iam dudum lupus. Vide illum, attende illum, qui sæuiebat. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: funde Euangelium, Quod corde conceptisti, ore dissemina. Audiant gentes, credant gentes. Pullulent gentes, nascatur de sanguine martyrum spissa domino purpurata. Et ex illa quam multi acceperunt, quam multa membra capiti cohaeserunt & cohaerent nunc, & credunt. Et baptizati sunt isti, & baptizabuntur alij. Et post nos venient alteri, Tunc inquam, in fine seculi accedent lapides fundamenti, lapides viui, lapides sancti, vt in fine ædificetur totum ædificium ab illa ecclesia, immod ab ipsa ecclesia, quæ modo cantat canticum nouum, dum domus ædificatur. Sic enim habet ipse Psalmus, Quando domus ædificabatur post captiuitatem. Et quid? Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Quam magna domus. Sed quando cantat canticum nouum? quum ædificatur. Quando dedicatur? in fine seculi. Fundamentum ipsius iam dedicatum est, quando & nos surrexerimus, vt nunquam moriamur, tunc dedicabimur.

1. Cor. 3.

Acto. 7.

Acto. 4.

Acto. 8.

Actuum 9.

Galat. 6.

Psal. 95.

DE resurrectione domini quod sequebatur in Euangelio secundum Lucam, hodie terminatum est, vbi audiuius apparuisse dominum in medio discipulorum suorum discrepantium, & non credentium. Tam vero inopinatum fuit, & incredibile, vt nec videntes videret. Videbant enim viuum, quem planxerant mortuum, videbant in medio sustantem, quem doluerant in cruce pendentem. Videbant ergo & quia suis oculis non credebant, vt verum viderent, fallum putabant. Altimabant, sicut audistis, se spiritum videre, quod postea crediderunt de Christo pessimi hæretici, prius hoc crediderunt titubantes Apostoli. Sunt enim hodie, qui non credunt carnem habuisse Christum, quia & partum virginis destruant, & nolunt eum natum ex femina credere. Verbum caro factum est: prorsus à sua fide, vel potius à sua infidelitate, totam istam dispensationem salutis nostræ, quod factus est homo pro inueniendo homine qui Deus fecerat hominem: totum hoc quod Christus in remissionem peccatorum nostrorum verum non falsum sanguinem fudit, & de vero suo sanguine chirographum peccatorum nostrorum deleuit: hoc totum hæretici damnabiles euacuarere conantur, totum hoc Manichæi non credunt. Ecce loquitur & Euangelium, Stabat dominus inter discipulos suos, nondum credentes quod resurrexerat. Videbant eum & putabant se spiritum videre. Si nihil mali est credere Christum fuisse, non carnem: si nihil mali est, dimittantur in ista opinione discipuli, Attendite vt intelligatis quod volo dicere, Deus autem donec vt dicam, vt sic dicam, quomodo vos audire expedit. Ecce hoc ipsum repeto. Aliquando ipsi detestabiles carnem detestantes, & secundum carnem viuentes: aliquando hoc dicunt, & sic decipiunt. Qui melius credunt de Christo, illi, qui dicunt, quia carnem habuit, annos qui dicimus, Deus erat spiritus, & oculis hominum non corpus, sed Deus apparuit: Quid est melius, caro, an spiritus? Quid responsum sumus, nisi spiritum carne esse meliorem? Si ergo dicis, Confiteris quia spiritus melior est quam caro. Melius ergo de spiritu sentio, qui eum spiritum fuisse dico, non carnem. O infelix error. Quare ergo spiritum, & carnem dico fuisse Christum? Tu dicis spiritum, ego spiritum, & carnem. Non tu melius dicis, sed minus dicis, Audi ergo totum quod dico ego, id est, catholica fides, & quod dicit fundatissima fides, & serenissima veritas. Tu quid dicis spiritum tantum fuisse Christum quod est, & spiritus noster, id est, anima nostra, hoc dicis tantum fuisse Christum. Audi quid dicas, Dico quod dicas. Erat ipse spiritus ex ea natura & substantia vnde & noster est spiritus. Quæto minus dicas, attende. Erat ibi verbum, tu dicis humanus spiritus solus. Ego dico verbum, spiritus, corpus, Deus & homo. Si duo nolo dicere, isto vtor compendio, Deus, & homo, & verus Deus, & verus homo. Sed de ipso hominem si quæris à me, duo iterum dico, Anima humana, caro humana. Tu homo es propter animam, & carnem, ille Christus propter Deum, & hominem. Ecce quod dico. Sed tu melius te dicere putas, quia dicis, spiritus erat, spiritus apparuit, spiritus videbatur, spiritus

Sermo 149. de temp.

Luc. 24.

Ioan. 1.

Colos. 1.

spiritus in homine conuertebatur. Hoc dicis, hoc dixi, hoc putabant & discipuli. Si nihil malum dicis, si bonum est, quod dicis, bonum erat, quod discipuli putabant. Si dominus eos dimittit vt sic putent, dimittendus es & tu. Hoc enim credebant quod & tu: si bonum est quod tu credis, bonum erat quod illi credebant. Sed non erat bonum. Ait illis dominus, Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cor vestrum? Cogitationes istæ terrene sunt. Si enim caelestes essent, descenderent in cor, non ascenderent. Quare enim dicitur nobis. Sursum cor vestrum, nisi vt terrenæ cogitationes non auferant se inueniant cor nostrum, quod sursum posueramus? Ergo quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cor vestrum? Videte manus meas & pedes meos, palpate, & videte. Parum est vobis attendere. Manus mittite, si parum est, attendite. Nec sufficiat attendere, palpate. Nec tangere solum dixit, sed palpate, & contrectate. Probenit ibi manus vestras, si mentiuntur oculi vestri, palpate, & videte, oculos, & manus habete. Quid palpate, & quid videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Errabas cum discipulis, corrigere cum discipulis. Humanum est, concedo. Putatis spiritum Christum hoc & Petrus, hoc & ceteri, qui spiritum putauerunt se videre, sed in isto errore non remanserunt, vt scias prorsus hoc fuisse in cordibus eorum: medicus non dimisit, accessit, medicamentum adhibuit, vulnera in cordibus videbat, & vnde vulnera cordium curaret in corpore cicatrices ferebat. Sic ergo credamus, scio quia creditis sic: sed ne forte in agro isto domini sit herba mala, etiã eos alloquor, quos non video. Nemo credat de Christo, nisi quod de se credi voluit Christus. Antequam nobis expedit vt credamus quod credi de se voluit, qui nos redemit, qui salutem nostram quæruit, qui pro nobis sanguinem suum fudit, qui pro nobis quod nobis non debebat, attulit: hoc credamus quod Christus est filius Dei, verbum Dei. Quid est verbum Dei? Quod dicere non potest verbum hominis, hoc est verbum Dei: Quæris à me, quid sit verbum Dei? Si tibi vellem dicere quid sit verbum hominis, non explicio, fatigor, hæsitio, sicumbo, non possum explicare vim verbi humani. Ecce antequam dicam vobis, quod volo dicere iam verbum est in corde meo, nondum à me dictum est, & apud me est: dicitur à me & peruenit ad te, & non recedit à me. Intenditis vt audiat verbum à me, mentes vestras pascio, cum loquor. Diuidetis inter vos cibum, si afferrem vetricibus, nec totus perueniret ad singulos. Sed quæto plures estis, tanto in plura frustra quod ponere diuideretis, & tanto minus quisque acciperet, quanto maior esset multitudo accipientium. Modo autem cibum atuli mentibus. Dico accipite, sumite, & comedite. Accepistis, comedistis, & non diuisistis. Quicquid loquor, & omnibus totum est, & singulis totum est. Ecce quomodo non potest satis explicari quantam vim habet hominis verbum, & dicitis mihi, quid est verbum Dei? Verbum Dei pascit angelorum tot millia. Mente enim pascuntur, mente replentur. Implet angelos, implet mundum, implet virginis vterum, nec ibi spariatur, nec hic angustatur. Quid est verbum Dei? Ipse breuiter de se dicit, sed magnus est quod dicit, Ego, & pater vnum sumus. Nolo murmurare, verba appende. Quid ergo? Plura verba de vno verbo non sufficiunt explicando verbum. Ergo

quod non potest explicari, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Suscepit totum quasi plenum hominem, animam, & corpus hominis. Et si aliquid scrupulosius vis, animam, & carnem habet, & pecus. Cui dico animam humanam, & carnem humanam, totam animam humanam accepit. Fuerunt enim, qui hinc hæresin facerent, & dicerent, quia anima Christi non habuit mentem, non habuit intellectum, non habuit rationem, sed verbum Dei illi fuit pro mente, & pro intellectu, & pro ratione. Nolo sic credas. Totum redemit, qui totum creauit, totum suscepit, totum liberauit. Verbum. Vbi mens hominis, & intellectus, ibi anima viuificans carnem. Caro vera, & integra erat ibi, peccatum solum non erat ibi.

EIVSDEM IN IDEM
Homilia 3.

Quantum domino donante possumus, de carnis resurrectione tractemus. Hæc est enim fides nostra, hoc donum domini nostri Iesu Christi nobis in carne promissum est, & in ipso processit exemplum. Voluit enim nobis quod promisit in fine non solum pronunciare, sed etiam demonstrare. Illi quidem, qui tunc fuerunt, cum illum viderent, & cum expauescerent, & spiritum se videre crederent soliditatem corporis tenuerunt. Locutus est enim non solum verbis ad aures eorum, sed etiam specie ad oculos eorum. Parumque erat se præbere cernendum, nisi etiam offerret pertractandum, atque palpandum. Ait enim, Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? putauerunt enim se spiritum videre. Quid turbati estis, inquit, & cogitationes ascendunt in cor vestrum? Videte manus meas & pedes meos, palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Contra istam euidentiam disputabant homines. Quid enim aliud facerent homines, qui ea, quæ sunt hominum sapiunt, quam sic disputare de Deo contra Deum? Ille enim Deus est, isti homines sunt. Sed dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. In homine carnali tota regula est intelligendi, consuetudo cernendi. Quod solent videre credunt, quod non solent non credunt. Præter consuetudinem facit Deus mirabilia, quia Deus est. Maiora quidem mirabilia sunt, tot quotidie homines nasci, qui non erant, quam paucos resurrexisse qui erant. Et tamen ista mirabilia non consideratione comprehensa sunt, sed assiduitate viderunt. Resurrexit Christus, absoluta res est. Corpus erat, caro erat, pependit in cruce, emisit animam, politus est in sepulchro, exhibuit illam viam, qui vivebat in illa. Quare miramur? Quare non credimus? Deus est, qui fecit. Considera authorem, & tolle dubitationem. Querunt ergo homines, vtrum corruptio ista corporis, quæ sentiunt in carne sua, futura sit in resurrectione mortuorum. Dicimus non futuram. Respondent nobis, Si corruptio non erit, quare manducabitur? Aut, si non manducabitur, quare post resurrectionem dominus manducauit? Modo cum Euangelium legeretur audiuius, quia cum exhiberet se viuam oculis, manibusque discipulorum suorum, parum illi visum est ad demonstrandam euidentiam corporalem, sed addidit, Habetis hic aliquid quod manducetur? Et obtulerunt

Ser. 158. de temp.

1. Gal. 95.

rumt

rum ei partem piscis assi, & suum mellis. Manducavit & reliquias dedit eis. Dicitur enim nobis, Si corruptio corporis non refurgit, quare manducavit dominus Christus? Legitis quia manducavit, nunquid legitis, quia esuriuit? Quod manducavit Iesus potestatis fuit, non egestatis. Si desideraret manducare, egeret: rursus si manducare non posset, minus valeret. Nunquid & angeli quando suscepti sunt hospitio à partibus nostris non manducaverunt? Et tamen corruptibiles non fuerunt. Rursus dicunt, resurgunt vitia? Et respondetur à nobis. Non. Quare ergo, inquiunt, dominus cum suorū vulnerum cicatricibus resurrexerit? Quid adhuc dicimus, nisi quia & hoc potestatis fuit non necessitatis? Sic resurgere voluit, ut quibusdam dubitantibus exhiberet in illa carne cicatrices vulneris, & sanaret vulnus incredulitatis.

PETRI CHRYSOL.

Episcopi Raven. in Superius Euang. De quinta Christi manifestatione facta discipulis, cum Thomas abesset, Sermo.

Dum rebellis Iudæa creatorem suum debellate contendit, & in authoris sui necem leuat impias manus, terribiliter abstulit pacem, concordiam rerum soluit, elementorum sic fœdus rupit, ut mundum totum ad chaos reuocaret antiquum: denique diem fugat, noctem invadit, lucem tenebris, cælum rebus aufert, facit tremere terrā, miscet mortuos vivis, inferos, superosque confundit, & dissipato ordine, in creatoris iniuriam pacificum nil penitus, amicum penitus nil reliquit. Hinc est, quod reuertus ab inferis Christus, ut rebus pacem reddat, exclamat; Pax vobis. Dum hæc loquuntur, inquit, discipuli, Iesus stetit in medio eorum, & dixit eis, Pax vobis. Bene addidit vobis, quia iam terra stererat, dies redierat, Sol recurrerat, & ordinem suum compago mundi reditum iam tenebat. Discipuli autem manebat adhuc bellum: & collidebat eos acriter fidei, perfidiaque confictus: non sic terram, sicut discipulorum corda turbo concusserat passionis: & ideo animos eorum credulitatis, & incredulitatis acies pertinacitatem vastabat: insistebant mentibus eorum cogitationum cateruæ: & excursibus desperationis, ac spei, robusta licet pectora, rumpebantur. Inter miracula innumerosa signorum Christi, & multimoda passionis eius genera inter deitatis insignia, & imbecilla carnis, inter mortis damna, & dona vitæ, discipulorum sensus, mentesque ferebantur: nunc spiritus eorum tollebarur ad cælum, nunc eorum animæ collidebantur in terram, & in intimis eorum tali procella saeviente, portum quietis nullum, nullam stationem pacis poterant inuenire. Hoc videns scrutator peccatorum Christus, qui iubet ventis, procellis imperat, & solo nutu tempestates tranquillitate commutat, mox eos sua pace confirmat, dicens, Pax vobis, ego sum nolite timere. Ego sum crucifixus ille, mortuus, sepultus. Ego sum. Per me Deus, per vos homo. Ego sum. Non Ipiritus in figura carnis, sed ipsa veritas in carne. Ego sum. Ego ex mortuis sum vivus: ex inferis sum supernus. Ego sum. Quem mors fugit, inferna tremuerunt: tartarus Deum

Genes. 18. & 19.

Ser. 81.

confessus est cum pauescit. Nolite timere. Petre, quod negaveris, quod fugeris tu, Ioannes, quod deteruistis omnes, quod infidelibus de me totis cogitationibus iudicatis, quod adhuc non creditis, me videntes. Nolite timere ego sum. Qui vos per gratiam vocavi, elegi per veniam pietate sustinui, charitate portavi, & modo vos sola bonitate suscipio: quia culpas videre nescit pater, cum filium recipit, suos affectu cum resumit. Conturbati, inquit, & conterriti existimabant se spiritum videre. Quare? quia, clausis ostiis, intrauerat Dominus. Discipuli ergo consternati morroris somno, dabant Christo non quod potest diuina virtus, sed quod natura recipit humana. Putabant se spiritum videre. Namque spiritus hominis in vero septa transit, penetrat muros, ut clauso corpore, intret corpus inclusum: sic anima, quando dat vitæ finem, à corporis dulci cõubernio cum recedit, domorum claustris, mundanis obstaculis non tenetur: substantia cælestis terrenis ergastulis nescit includi, iuxta illud, Spiritus nescis vnde veniat, aut quod vadat. Discipuli ergo post resurrectionem, clausis ostiis, Domino ingresso, reportasse eum soliditatem corporis non credebant: in imaginem carnis solam rediisse animam suspicantes, ut dormientibus solent corporeæ imagines apparere. Existimabant se, inquit, spiritum videre. Ergo sicut diximus, in discipulis non sedabantur cogitationum bella, non sedabantur, sed magis magisque cogitationum bella crescebant, & tumultus mentium ipsis etiam visionibus augebatur: & vnde resurrectionis assereretur fides, inde totius cunctationis scrupulus nascebatur. Quod venerat, erat res: quod, clausis ostiis, intrauerat, fides non erat, non erat fides, sed virtus erat: humanum non erat, sed homo erat: ut esset verum corpus in deitatis potestatis, non inanis carnis species in resurrectionis iniuriâ. Ergo ad cõprimendos ex hoc nascentes conflictus cogitationum, respondit Christus, Quid turbati estis? & cogitationes ascendunt in corda vestra? Bene ascendunt, non descendunt: quia depressæ carnis ponderere cogitationes humanæ ad altum Dei mysterium conantur ascendere, & conatibus in ipsis franguntur, ruunt, deponuntur ad terram, nisi ille iuuerit, qui donat homini cogitare diuina. Videte manus meas, & pedes. Videte, hoc est, dicere, vigilate: quare? quia non est hominum, quod videtis. Videte manus meas, & pedes. Quia grauatibus oculis caput adhuc respicere non potestis, videte carnis vulnera, quia Dei opera non videtis: considerate inimicorum titulos, quia Dei adhuc non consideratis insignia: palpate, ut vel manus fidem faciat, quia videns oculus sic cæcatur: oculus non videt, videat tactus: digiti vestri intrent vestigia clauorum; manus vestrae alta vulneris exquirant, aperite manuum foramina, succate latus, renouate vulnera, quia negare non possum discipulis ad fidem, quod inimicis in pœnam saeuientibus non negavi: palpate, palpate, & vsq; ad ossa inquisitores ardui peruenite: ut vel ossa carnis astruant veritatem, & me esse ipsum vel vulnera seruata testentur. Rogo quare me resurrexisse non creditis, qui innumeros mortuos sub vestris oculis suscitauit? Nisi forte virtus, quæ aliis affuit, mihi defuit: iuxta illam vocem, quæ mihi pendenti insulstant in cruce, dicens; Alios saluos fecit, se ipsum saluum facere non potest: si rex Israël est, descendat de cruce, & credemus ei. Et quid est

Matth. 16. Marc. 14.

Joan. 1.

Sed tunc: ma non caro, creator: vel manducavit per se: sibi ante quod: porri: vnde: gatur.

Matth. 28.

maius, excussis clavis descendere de cruce, aut ab inferis, calcata morte, conscendere? Ecce & ipsum saluum feci, & ruptis inferni vinculis, ad superna conscendi: & tamen neque apud vos fidem meæ deitatis inueni. Aut forte tridua mors abnegat fidem credendi. Nonne quadriduanus Lazarus iam scetentem vobis coram vocauit ab inferis vox mea? mea iussio reuocauit ad vitam? Et, si seruus quadriduanus surgit, cur triuanus dominus non resurgit? Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio, & mirantibus. Votiuæ gaudia, & cum data fuerint, vix creduntur: optata eum perueniant, dant stuporem: hinc est, quod Apostoli resurrectionem Christi celeriorē quam sperauerant, admirantur, & quod credūt tardius, non est perfidia, sed amoris, scrutantes enim taliter fidem non abnegant, sed requirunt: & dum inveniunt alius verum esse, quod inveniunt, exoptant. Fratres, discipulos ad ista tardos, stupidos ad tanta, non perfidia timor, sed causæ præstitit magnitudo, vix non videre, nescire, scita, credita non credere, non incredulitas facit, sed miraculum singulare. Fratres, ad virtutes natura est nimis infans, quæ nisi per Deum creuerit, capere maturam non potest, non valet perfecta sentire. Deus ergo quod per nos non possumus, ipse nos capere per se, & sentire concedat.

Joan. 11.

Sed tunc: ma non caro, creator: vel manducavit per se: sibi ante quod: porri: vnde: gatur.

BEDAE VENERABILIS
presbyteri in Superius Euang. expositio.

Dum hæc autem loquuntur, Iesus stetit in medio eorum, &c. Hanc ostensionem Domini post resurrectionem, intelligitur & Ioannes commemorare se loquens; Cum esset ergo sero die illo vna sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli propter metum Iudæorum, venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis; Pax vobis, &c. Quod autem dicit Ioannes, non cum illis fuisse tunc Apostolum Thomam, cum secūdm Lucam duo illi, quorū erat vnus Cleophas, & regredi Hierusalem inuenerunt congregato: vnde eum, & eos, qui cum ipsis erant, proculdubio intelligendum est, quod inde Thomas exierit, antequam eis dominus hæc loquentibus appareret. Conturbati vero & conterriti existimabant se spiritum videre. Quod hæretici Manichæi de Christo suspicantur, & credunt, quod non erat vera caro, sed spiritus erat, hæc prima cogitatio surrexit in cordibus Apostolorum. Et illi quidem Manichæi, nunquam credunt Iesum fuisse hominem, Discipuli autem nouerant hominem, cum quo tanto tempore fuerant conuersati. Sed, posteaquam mortuus est, quod nouerant, quando crederent hoc potuisse resuscitari, quod potuit mori? Apparuit ergo oculis ipsorum talis, qualem illum nouerant. Et non credentes tertio die potuisse veram carnem de sepulchro resurgere, putauerunt se spiritum videre. Error iste Apostolorum secta est Manichæorum. Soluti autem quando illis hæc obijciuntur, ita respondere; Quid mali credimus? quia Christum Deum credimus, spiritum fuisse credimus, carnem non credimus. Melior est spiritus quam caro. Quod melius est credimus, quod deterius est credere nolumus. Si nihil mali est in isto sermone, dimittat Iesus discipulos suos in

isto errore. Quid mali crediderunt & discipuli? Christum spiritum crediderunt. Non enim esse putauerunt nullum, sed spiritum. Paruo morbo te putas periclitari, audi sententiam medici; Et dixit eis. Quid turbati estis, &c. Quales vtique cogitationes, nisi falsæ, morbida, perniciose? Perdidisset enim Christus fructum passionis, si non esset veritas resurrectionis. Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Tanquam bonus agricola diceret; Quod ibi plantauit, ibi inueniam, non spinas, quas non plantauit. In cor vestrum descendat, quia desuper est. Cogitationes autem istæ non desuper descenderunt, sed in ipso corde sicut herba mala ascenderunt. Videte manus meas & pedes, &c. Resurrectionem suam certam, & veram multis, & variis documentis persuadere dignatus est, propter ædificandam fidem, & fugandam de corde perfidiam, omnemque dubitationem de sua resurrectione tollendam. Parum fuit oculis se videndum præbere, si non præberet etiam manibus contræctandum. Qui dum palpanda discipulis ossa, carnemque præmonstrat, aperte statum veræ resurrectionis, quæ in se facta, & in nobis est futura, significat. Quia non sicut Eutychius Constantinopolitanae vrbs episcopus scripsit, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria erit impalpabile, ventis, aëreque subtilius. In illa enim resurrectionis gloria erit corpus nostrum subtile quidem per effectum spiritualis potentie, sed palpabile per veritatem naturæ. Neque huic assertioni putetur Apostoli sermo repugnare, Quia caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt. Hoc enim loco Apostolus carnis, & sanguinis nomine, non substantiam veri corporis, sed corruptionem mortalitatis significat. Sicut ipse consequenter exposuit dicens; Neque corruptio incorruptelam possidebit. Aliter namque caro in scriptura sacra iuxta naturam, aliter iuxta culpam, aliter iuxta corruptelam mortalitatis, quæ ex culpa contigit, appellatur. Iuxta naturam quidem cum dictum est; hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Iuxta culpam vero cum dicitur, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Iuxta corruptibilitatem autem, cum scriptum est; Et memoratus est, quia caro sunt, id est fragiles, & moribundi. hoc enim se carnis nomine designasse manifestat ipse Psalmista, qui protinus addit; Spiritus vadens, & non rediens. Regnum itaque Dei caro non possidebit, id est, caro iuxta culpam, vel mortalitatem. Et tamen caro possidebit regnum Dei, id est, caro iuxta naturam. Quam & dominus post resurrectionem videndam, palpandamque discipulis exhibuit. Et de qua beatus Iob, cum gloriam resurrectionis describeret, ait; Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Lege epistolam sancti Augustini ad Cōsentium de corpore domini post resurrectionem. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes. Non solum manus, & pedes quibus indita clauorum claruere vestigia, sed attestante Ioanne, etiam latus, quod lancea foratum fuerat, ostendit. Ut videlicet ostensa vulnerum suorum cicatrice, dubietatis, atque infidelitatis eorum vulnus sanaret. Verum quomodo post resurrectionem clauorum, vel lanceæ loca pandendo discipulorum dignatus est fidem, spemque roborare, ita in die iudicij & eadem suæ passionis

passionis indicia, & ipsam pariter crucem monstrando venturus est impietatem superbiorum, infidelitatemque confundere. Scilicet ut ipsum se esse, qui ab impiis, & pro impiis mortuus est, cunctis palam angelis, & hominibus ostendat, videanturque (ut scriptum est) in quem pupugerunt, & plangant se super eum omnes tribus terræ. Sane norandum, quod solent in hoc loco gentiles calumniam struere, & fidem speratam a nobis resurrectionis stulta garrulitate deridere. Si enim ipse Deus vester (inquiunt) nec sibi inflata à Iudæis vulnera curare prævaluit, sed cicatricum vestigia celo secum (ut dicitis) iniecit, qua temeritate putatis eum vestra de pulvere membra ad integrum esse restauraturum? Quibus respondendum, quia Deus noster, qui suam perpetua iam immortalitate glorificatam de sepulchro carnem resuscitare quædam voluit, & quomodo voluit, potuit, etiam qualem voluit, suscitavit. Neque enim consequens est, ut qui maiora fecisse probatur, minora facere nequiverit. Sed certe dispensationis gratia, qui maius fecit, minus facere supersevit, hoc est, qui mortis regna destruxit, signa mortis obliterare noluit. Primo videlicet, ut per hæc discipulis fidem suam resurrectionis adstrueret. Deinde ut patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro mortalium vita pertulerit semper ostendat. Tertio ut sua morte redemptis quam misericorditer sint adiuti propositis semper eiusdem mortis innotuerit indicia, ideoque misericordias domini in æternam cantare non cessent, sed dicant, qui redempti sunt à domino, quoniam bonus, quoniam in æternam misericordia eius. Postremo ut etiam per hunc in iudicio quam iuste damnentur, ostensa inter alia flagitia etiam vulnerum, quæ ab eis suscepta, cicatrice denunciet. Veluti si miles aliquis fortissimus iubente suo rege, pro totius gentis salute singulari certamine desudans, multis quidem vulneribus exceptis, hoste tamen interficiat, spolia eius diripiat, victoriam suæ genti reportet, & interrogatus à medico, cui curandus committitur, itane velit curari ut nec vestigia vulnerum vlla resideant, an magis ita ut cicatrices quidem remaneant, deformitas vero proflus omnis, & sceleritas ablit, respondeat se potius ita velle sanari, ut toto salutis, decorisque pristini statu recuperato, perpetua secum tanti circumferat signa triumphis; Sic profecto dominus perceptis ob signum victoriæ non excepta pro nobis vulnera passionis, sed ipsorum cicatrices celo inferre, quam abolere maluit. Nec tamen ex his quippiam fidei nostræ resurrectionis præiudicat, de qua veraci promissione prædicitur; Et capillus de capite vestro non peribit. *At huc autem illis non credentibus, &c.* Ad insinuandam resurrectionis suæ veritatem, non solum tangi à discipulis, sed etiam convesciscum illis dignatur. Non quidem quasi post resurrectionem cibo indigens, nec quasi nos in resurrectione, quam expectamus, cibus egere significans, sed ut eo modo naturam corporis resurgentis adstrueret, ne illud non corpus, sed spiritum esse arbitrentur, & sibi non solide, sed inaginataliter apparere. Manducavit potestate, non necessitate. Aliter enim absorberet aquam terra sitiens, aliter solis radius candens. Illa indigentia, iste potentia. *At illi obtulerunt ei partem piscis assi, &c.* Quid signare credimus piscem assum, nisi ipsum mediatorem Dei, & hominum, hominem passum?

Ipse enim latere dignatus in aquis generis humani, capi voluit laqueo mortis nostræ, & quasi tribulatione affatus est tempore passionis suæ. Sed qui piscis afflus fieri dignatus est in passione, fauus mellis nobis extitit in resurrectione. An qui in pisce alio figurari voluit tribulationem passionis suæ, in fauo mellis vtranque naturam exprimeret voluit personam suam? Fauus quippe, mel in cera est. Mel vero in cera est diuinitas in humanitate. Sic autem sua redemptor indicat, ut imitationem viam nobis sequentibus sternat. Ecce enim in cibo suo pisci alio coniungere fauam voluit, quia videlicet illos in suo corpore ad æternam quietem suscipit, qui cum hic tribulationes pro Deo sentiunt, ab amore internæ dulcedinis non recedunt. Cum alio pisce fauus sumitur, quia qui hic adfectione pro veritate suscipiunt, illic dulcedine vera satiantur. *Et dixit ad illos. Hæc sunt verba quæ locutus, &c.* Id est, cum adhuc essem in carne mortali, in qua estis & vos. Tunc enim in eadem carne resuscitatus erat, sed cum illis in eadem mortalitate non erat. Et cum illis quidem posteaquam resurrexit fuit quadraginta diebus (ut legitur) exhibitione corporalis presentie, sed non cum illis fuit consortio inimitatis humanæ. *Quoniam necesse est impleri omnia, &c.* Vide quomodo tulit omnes ambages. Visus est, tactus est, manducavit, ipse certe erat. Tamen ne aliquo sensu humanos ludificasse videretur, misit manus ad scripturas. Dicant pagani, quicquid volunt, magus fuit, potuit se sic ostendere. Nunquid magus, antequam natus, potuit se prophetare? Da scripturas, quia quod videtis, ante proutum est; quod cernitis, ante prædictum est. Audi filia, & vide, audi prædicta, vide completa. *Tunc aperuit illis sensum, &c.* Præbet se videndum oculis, præbet manibus contrectandum. Parum est, lege, commemorat scripturas. Et hoc parum est, aperit sensum, ut quod legis intelligas. Deinde post commendatam sui corporis veritatem, commendat Ecclesiæ vnitatem. *Et prædicari in nomine eius penitentiam, &c.* Non latet rabies hæreticorum de angulo, toto terrarum orbe ecclesia diffusa est, omnes gentes habent Ecclesiam, nemo nos fallat, ipsa est vera, ipsa est catholica, cepit ab Hierusalem, peruenit ad nos, & ibi est & hic. Non enim ut huc veniret, inde discessit. Creuit, non migravit. Et merito sic scriptum est inter cætera dominicæ pietatis sacramenta, & sic oportebat, ut ministri sermonis, qui in nomine Christi crucifixi, & resuscitati à mortuis penitentiam erant, & remissionem peccatorum in omnes gentes prædicaturi, ab Hierosolymis inciperent, non solum quia credita sunt illis eloquia Dei, quia eorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamenta, & legislatio, & obsequium, & promissa, quia eorum patres, & ex his Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula, verum etiam ut gentes, quæ variis erant erroribus, & facinoribus implicatæ, hoc maxime diuinæ pietatis indicium ad spem impetrande veniæ prouocaret, quod eis quoque, qui filium Dei crucifixerunt, non tantum veniam reatus à patre, sed & vitæ æternæ gaudium viderent esse donatum.

EIVS

FERIA III. POST PASCHA.
EIVSDEM IN IDEM
Homilia.

Gloriam suæ resurrectionis dominus & redemptor noster paulatim discipulis & per incrementum temporis ostendit, quia nimirum tanta erat virtus miraculi, ut hanc repente totam capere fragilia mortalium pectora non possent. Consulens igitur ipse imbecillitati quæretium, primo venientibus ad monumentum & feminis suo amore feruentibus, & vitis renolutum lapidem, & ablato suo corpore linteamina, quibus inuolutum erat, sola posita monstravit: deinde curiosus inquiringentibus feminis, & de eo quod inueniente mente confertentis angelorum visionem ostendit, qui illum resurrexisse certa manifestatione patefaceret, ac sic præcurrente fama patratæ resurrectionis tandem ipse dominus virtutum & rex gloriæ apparet, quanta potentia mortem quam ad horam gustauerat deuicisset aperuit. Et quidem quantum ex euangelicæ serie lectionis inuenimus, quinquies ipsa qua resurrexit die visus est hominibus. Primo Mariæ Magdalene ad monumentum, quando ei desideranti pedes eius amplecti dictum est: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Deinde duabus à monumento currentibus nunciare discipulis quæ ab angelis de perfecta eius resurrectione didicerant, de quibus scriptum est: quia accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. *Math. 28.* Apparuit, ipso die ad uesperascente, duobus euntibus in castellum Emaus, qui eum ad hospitium vocantes in panis fractione cognouerunt: apparuit & Petro. *Luc. 24.* Quod si Euangelista quando vel ubi factum sit minime designauerit, tamen quia factum sit non taceret, scribens quia cum præfati duo discipuli cognito domino, in Emaus statim redissent Hierusalem, inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes: quia surrexit dominus verè, & apparuit Simoni. Ac deinde subiungit: Et ipsi narrabant, quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Statimque annexit quintam eius apparitionem, de qua modo cum legeretur audiuius, ita incipiens. *Dum hæc autem loquuntur, Iesus stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis, ego sum, nolite timere.* Vbi primo notandum, & diligenter memoriam commendandum est, quod de se loquentibus discipulis dominus stare in medio & presentiam suæ visionis reuelare dignatus est. Hoc est enim quod fidelibus cunctis alibi promissit, dicens: Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Ad confirmandam namque fidei nostræ constantiam, quod semper agit presentia diuinæ pietatis, aliquando etiam presentia voluit corporalis ostendere visionis. Nam & de nobis quamuis potro infra apostolorum pedes iacentibus hoc ipsum eius misericordia fieri confidere debemus, ipsum videlicet esse in medio nostri, quotiescunque conuenientes in nomine illius congregamur. Nomen quippe illius Iesus, id est, saluator est. Et cum de acquisitione perpetuæ salutis locuturi conuenimus, constat nimirum, quia in nomine Iesu congregamur. Nec dubitare fas est de his, quæ ipse amat conferentibus nobis eum esse presentem, & tanto utique verius quanto ea, quæ ore proferimus, perfectiori corde

retinemus. Deinde videndum, quod apparet saluator discipulis pacis statim eis gaudia mādā, id ipsum celebrata immortalitatis gloria iterans, quod ad passionem iturus motis quasi pignus eis speciale salutis accurate commendauerat, dicens: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* *Ioan. 14.* Cuius gratiam muneris eo quoque nato vili mox pastoribus angeli prædicabant laudantes Deum, & dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: quia nimirum tota redemptoris nostri in carne dispensatio, mundi est reconciliatio. Ad hoc quippe incarnatus, ad hoc passus, ad hoc est resuscitatus à mortuis, ut nos qui peccando iram Dei incidimus, ipse reconciliando ad Dei pacem reduceret. Vnde recte & à propheta pater futuri seculi, princeps pacis nominatur. Et Apostolus de eo scribens his qui ex gentibus crediderant, ait: Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem his qui prope, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Apparente autem sibi domino. *Conturbati & conterriti discipuli, existimabant se spiritum videre.* Agnoscentes quidem dominum esse qui apparuit, sed putantes quia non in corpore eum sed in spiritu sui substantia viderunt, id est, quia non corpus ipsius quod defunctum & sepultum mouerant, iam resuscitatum à morte conspicerent, sed spiritum potius quem relicto corpore in manus patris commendauerat, præ oculis haberent. Sed hunc eorum errorem simul & paorem, quo ad nouam incognitamque visionem fuerant percussi, benigna magister piissimus gratia consolationis & admonitionis abstergere curauit. *Quid, inquiens, turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum.* Non autem sine causa manus suas potius ac pedes, quam vultum quem æque nouerat eos videre ac recognoscere iubet, sed ut visis clariorum signis quibus cruci erat affixus, non solum corpus esse quod videbant, sed ut ipsum domini sui corpus quod crucifixum nouerat, intelligere possent. Vnde bene Ioannes dominicæ apparitionis memoriam faciens, latus quoque suum, quod à milite fuerat vulneratum discipulis eum ostendisse perhibet: ut quo plura notissimæ passionis ac susceptæ mortis indicia cognoscerent, eo certiori patratæ iam resurrectionis ac dirutæ mortis fide gauderent. Qui ut illos per omnia de fide resurrectionis certos redderet, non tantum oculis intendum, sed atrectandum quoque manibus corpus quod immortale illis ostendebat, exhibuit, dicens: *Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Quatenus gloriam resurrectionis prædicaturi, modum quoque nobis resuscitati corporis qualis esset sperandus absque omni valeret ambiguitate monstrare. Vnde cum magna fiducia beatus Ioannes apostolus auditores suos ad sequenda fidei, & veritatis, quam didicit, arcana prouocat dicens: *Quod fuit ab initio, quod audiuius & vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ tentauerunt de verbo vitæ. Solent autem gentiles hoc in loco simplicitati fidei nostræ deceptionum laqueos tendere dicendo: quia temeritate confiditis, quia Christus quem colitis, vestra de pulvere corpora possit incorrupta reducere, qui nec suorum vulnerum, quæ in cruce suscepit, potuit cicatrices* *Bibl. Hom. tom. 2. L L l l l obducere,*

obducere, sed resuscitavit ut dicitis suo corpore à mortuis signa adhuc mortis inesse non celavit. Quibus respondemus, quia Christus cum omnipotens sit Deus, & nostra ut promisit corpora de corruptione ad incorruptionem, de morte ad vitam, de terræ pulvere cælestem suscitavit ad gloriam, & suum quod moriendo exuerat corpus quale voluit reuocavit ad vitam. Quod cum abolitis passionis indicitiis, ostendere discipulis posset, certe utique dispensationis gratia passionis in eo maluit indicia referuare. Primo videlicet ut discipuli, qui hæc videbant, manifeste possent agnoscere non spiritum sine corpore, sed corpus esse spiritale quod videbatur, certamque fidem peractæ resurrectionis eius, certam spem futuræ omnium hominum resurrectionis mundo prædicarent. Deinde ut ipse dominus & Deus noster Iesus Christus qui in humilitate patrem interpellat pro nobis, ostensis vulnerum suorum cicatricibus, quantum pro humana salute laboraverit, ei perpetuo demonstraret, miròque & ineffabili nobis ordine eum, qui nihil unquam potest obliuisci, qui semper misereri paratus est, absque intermissione admonere quam congrue hominibus miseretur, quorum particeps naturæ, doloris, & passionis ipse Dei filius effectus sit, pro quibus ipse colligens, mortis imperium moriendo protrahit. Tertio ut omnes electi perpetua beatitudine suscepti, videntes in Deo ac domino suo signa passionis, nunquam illi gratias agere desistant, per cuius mortem se vivere cognoscunt, sicque fieri valeat quod voce totius ecclesiæ cantat propheta in psalmis: Misericordias domini in æternum cantabo. Ad extremum ut etiam reprobi in iudicio signa eiusdem passionis aspiciant, sicut scriptum est: Videbunt in quem transfixerunt, ac se iustissimè damnandos intelligant, non solum hi qui ei impias intulere manus, sed & illi qui vel suscepta eius mytheria pro nihilo contemnunt, vel sibi oblata nunquam suscipere curarunt, vel etiam maiore impietate in eos qui susceperant odiis ac persecutionibus extinguere aut corrumpere laborant. Non ergo fallit fides resurrectionis Christi, non decipit nos spes resurrectionis nostræ, quia Deus pater & dominum suscitavit & nos suscitabit per virtutem suam. Et sicut alibi idem Apostolus ait: Quod si spiritus eius, inquit, qui suscitavit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Iesum Christum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in vobis. Quod de electis specialiter dictum constat, quoniam quidem omnes resurgemus, non autem omnes immutabimur: sed soli qui nunc spiritu sancti inhabitazione reguntur, tunc in æternæ vitæ beatitudine maiori eiusdem spiritus gratia subleuantur. Igitur dominus ad confirmandam resurrectionis fidem seipsum vivum discipulis præbuit, verba exhortationis atulit, vestigia passionis non solù intranda, sed & palpanda demonstravit. Sed infirma adhuc eorum præcordia novitate tantæ potentie capere nequeunt, magisque mirari præ gaudio quod videbant, quam credere quod docebantur incipiunt. Verum dominus ne quid in eorum mente resideret ambigui, sumptis etiam epulis, comedit coram eis, ut si visibus oculorum, si suorum tactibus non crederent digitorum, vel alimenterum carnalium perceptione carnem esse quæ apparuit co-

gnoscerent. Quia in resuscitatis, cavenda est hæresis stulta Cherintianorum, ne quis videlicet pueriliter desipiens æstimet vel mediatoris Dei & domini nostri corpus excitatum à mortuis, sustentaculo eguisse ciborum, vel nostra post resurrectionem corpora in vita & cōservatione spiritali escis reficienda carnalibus, ubi diuinæ contemplatio claritatis elurire & sitire, sicut & bonorum cæterorum penuriam pati nullatenus sinit. Unde ardentissimus vitæ illius amator de sua certus devotione, Deo spe lætabundus loquitur: Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo, factior dum manifestabitur gloria tua. Et Philippus eodem feruens amore domine, inquit, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Simpliciter itaque & pie sentiendum est resuscitatum à morte, & immortale iam factum corpus dominicum, nullam quidem necessitatem, atamque facultatem habuisse vescendi: ideoque ubi opportunitas probandæ substantiæ naturalis exigebat cibis esse refectum, qui nimirum cibi nullum saginæ adiumentum ut mortaliū corporibus solat illi præbuerint, sed quomodo in igne missa aqua, ita mox comesti spiritali eius sint virtute absumpti. Sed & nostra post resurrectionem corpora cælesti gloria prædita, credendum est ad quicquid voluerit agendum esse potentia, ad perueniendum vbiunque libuerit esse promptissima: sed quia tunc nullam inducendi necessitas vel vilitas aliunde potest incurtere, nullatenus immortale seculi cibis mortalibus esse fruiturum, ubi filiis resurrectionis non aliud esca & potus, quam vita & salus, gaudium, pax, & omnia bona quam illud nimirum sit, quod in Psalmo canitur: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Et iterum: Videbitur Deus Æonum in Sion. Unde & Apostolus illius seculi æreana scribens, ait: Quando erit Deus omnia in omnibus. Expleta autem refectione dominus adhuc exhortationis monita subiunxit, dicens: *Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum.* Id est, cum mortali adhuc & passibili carne vestri essem similis. *Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & Psalms de me.* Omnem magister veritatis tollit scrupulum simulationis, vndeque veritatis iura confirmat. Videtur, palpatur, reficitur, sermo exhortationis per singula præbetur, & ne solum eius testimonium minus sufficere putaretur, etiam Moysi & prophetarum auctoritas, qui eius incarnationem, passionem, & resurrectionem suis præsignauerunt scriptis, ad medium producit. Ne vero ad intelligenda hominum mystica dicta, tardi forte remaneant, sensum quoque illis quo hæc intelligere possent, aperuit: Quo facto nihil ultra præca dubietatis in eorum mente residere permisit, nec tamen illis adhuc rationem passionis, ac resurrectionis suæ reddere desistit. Nam sequitur: *Et dixit illis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat, Christum pati, & resurgere à mortuis die tertia: & prædicari in nomine eius penitentiam, & remissionem peccatorum in omnibus gentes.* Ideo autem Christum pati & resurgere oportebat à mortuis, quia impossibile erat mundum saluari nisi Deus homo veniret qui in hominis habitu apparens, & homines quæ essent diuina instrueret, & mortem ut homo, suscipiens diuinam virtute reuinceret, sicque in se credentes, & ad contemptum subeunda mortis accederet, & certitudi-

I. sal. 16.

1. Cor. 15.

I. sal. 83. Ibidem.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

itudine speranda resurrectionis ac vitæ perpetuam animaret. Quo enim aptius exemplo poterat homines ad fidem participandæ gloriæ & promerendæ vitæ immortalis erigi, quam cum ipsum Deum cognoscerent humanitatis ac mortalitatis suæ factam participem? Quo efficacius ordine ad tolerandam pro sua salute aduersa quæque prouocarentur, quam cum autore suum didicissent pro eorum salute innumera ab impiis genera probro- rum, & ipsam mortis subisse sententiam? Quia ratione congruentius spem resurrectionis acciperent, quam cum eius se sacramentis ablutos, & sanctificatos, ipsi corpori adunatos esse meminissent, qui pro eius morte gustata, citius exemplum resurgendi à morte præberet: *Oportebat itaque pati Christum & resurgere à mortuis die tertia: & prædicari, inquit, in nomine eius penitentiam, & remissionem in omnes gentes.* Qui nimirum ordo erat necessarius, ut prius pro salute mundi sanguis fundere- tur Christi, postque per eius resurrectionem & ascensionem patefieret hominibus cælestis ianua regni, & sic demum mitterentur, qui cunctis per orbem nationibus verbum vitæ prædicarent ac sacramenta fidei, quibus saluari, atque ad gaudia supernæ patriæ possent attingere ministrarent, cooperante ipso mediatore Dei & hominum homine Iesu Christo, qui vivit & regnat cum patre, in vnitate spiritus: sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

HAYMONIS EPISCOPI
Halberst. superioris Euang. expositio.

Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit: Pax vobis. Superius textus euangelicus narrat, quod reuertentes duo discipuli in Hierusalem de castello Emaus inuenerunt cōgregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant dicentes: quia surrexit dominus verè, id est, veraciter, & apparuit Simoni. Et nisi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Dum hæc loquuntur, stetit Iesus in medio discipulorum suorum. Hanc manifestationem & Ioannes commemorat dicens: Cum esset sero die illa, & fores essent clausæ: ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus ianuis clausis, & dixit eis: Pax vobis. Quid est, quod domini natiuitate angeli pacem mundo offerunt, dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et ipse dominus pergens ad passionem, pacem commendauit discipulis suis, dicens: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Post resurrectionem etiam per semetipsum pacem obrulit discipulis, sicut præfens lectio narrat. Pax reconciliatis conuenit. Peccante primo homine Adam in paradiso offendimus Deum, sed dominus Iesus Christus nolens genus humanum æternaliter perire: venit in mundum per incarnationis suæ mysterium, Natus est, passus est, resurrexit à mortuis, ut per suam natiuitatem, passionem, resurrectionem à mortuis, nos reconciliaret Deo patri, à cuius pace, & familiaritate recesseramus peccando. *Conturbati, & contristati*, id est, simul territi de domini visione, *Æstimabant se spiritum videre.* Putabant se non corpus, quod positum fuerat in sepulchro, videre, sed animam, quam depo-

suerat in ligno, & in manus patris commendauerat, dicens: Patet, in manus tuas commendo spiritum meum. Spiritus ponitur pro anima, ut hic: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, id est, animam meam. Error discipulorum secta est Manichæorum. Manes perfidus hæreticus fuit, & diabolus, & à Manes, vel à Manum appellati sunt Manichæi, qui dixerunt dominum Iesum Christum non verum corpus habuisse, sed diuinitatem pro anima assumpsisse. Ille error Manichæorum surrexit in cordibus discipulorum, quia putauerunt dominum non corpus sed spiritum esse. *Et dixit eis: Quid turbati estis modice fidei, & cogitationes variæ, id est, fallæ, ascendunt in corda vestra? Quia spiritum putatis esse, & non corpus.* Tanquam bonus agricola diceret: Quod ibi plantaui ibi inueniam, id est, fidem non spinas, quas non plantaui in cor vestrum. Descendat quæ de super est, cogitationes autem istæ non de super descenderunt, sed in ipso corde, velut herba mala ascenderunt. *Videte manus, & pedes meos. Quare ostendit eis manus & pedes: Require in euangelio. Quum sero esset. Ac si diceret: Certè ego sum ipse, qui ante passionem, commoratus sum vobiscum in vera carne. Palpate, id est, tangite & videte, id est, intelligite, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et quare non creditis. Adhuc illis non credentibus: quod dominus verè corpore illis appareret, & mirantibus præ gaudio: quia dominum videbant: quem mortuum nouerant, dixit: *Habetis aliquid, quod manducetur?* Non ideo manducant dominum post resurrectionem, quasi cibo corporali indigeret, aut quasi nos post generalem resurrectionem cibis indigere signaret: sed ut demonstraret veritatem sui corporis. Manducauit non necessitate, sed propria voluntate. Aliter enim absorbet terra aquam, aliter sol: Sol potestate, terra necessitate, quia arida est. Fortitan quærit aliquis, quid factum sit de cibo & potu, quem dominus sumpsit post resurrectionem, qui non iuit postmodum ad secessum emittenti causa, sicut ante passionem solebat agere: dabo tibi exemplum. Sicut verbi gratia. Si immiseris igni ardenti paululum aquæ, aqua statim consumitur ab igne, ut nihil sit: sic ille cibus, & potus, quem dominus post resurrectionem sumpsit: consumptus est à virtute diuinitatis illius, ut nihil esset. *At illi obtulerunt ei partem piscis assati, & fauum mellis.* Per piscem assum intelligitur dominus passus. Piscis in aquis latitat, & dominus Iesus Christus latere dignatus est in aquis generis humani. Multò tempore conuersatus est cum hominibus corporali præsentia; capi voluit laqueo mortis nostræ, per osculum traditus est, assatus est tempore passionis suæ. Sed qui piscis assus factus est nobis in passione, fauus mellis extitit nobis in resurrectione, quia lætificauit nos de sua præsentia & resurrectione gloriosa. Aliter, qui in pisce assu voluit signare suam passionem, in fauo mellis voluit demòstrare vtramque suam naturam, diuinam scilicet, & humanam. Fauus quippe mel in cera est. Mel in cera est diuinitas in humanitate. Vel certè per piscem assum designantur electi, qui in præsentis seculo passiones sustinent pro amore omnipotentis Dei. In cōmestione sua filius Dei pisci assu coniungere voluit mellis fauum, ut demonstraret: quia, qui hic pro vita æterna dolores, & tormenta tribulationum, ac passionum sustinent, illic, id est, in eccle-*

Luce 23.

sti beatitudine, vera dulcedine satiantur, de qua satietate dicit Psalmista 6. Satiabor, dum manifestabitur gloria tua. Et cum comediisset, sumens reliquias: dedit illis. Ideo dedit illis reliquias cibi, quæ manducauit, ut reservarent eas, & demonstrarent aliis, ac dicerent. Hæc sunt reliquias cibi, quem manducauit dominus post resurrectionem. *Hæc sunt verba, quæ loquutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum.* Nanquid non tunc cum illis erat, quando ista loquebatur? Erat utique corpore, sed non erat cum illis mortalitate: quia illi erant adhuc mortales, ille immortalis, iuxta quod Paulus dicit: Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Hæc sunt verba quæ loquutus sum ad vos, quoniam moriturus eram, & resurrecturus, & vobiscum manducaturus quum adhuc essem vobiscum, id est, similis vobis mortalis. *Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege, & prophetis, & Psalmis de me.* Non fuit satis domino Iesu Christo ostendere discipulis suis cicatrices corporis sui, & manducare cum illis: sed dar testimonium de scripturis, ut, cum viderent in illo esse completa, quæ prophetæ prædixerant, veracius crederent in eum. Hic convenit illud Psalmistæ Psalmo quadagesimo quarto. Audi filia, & vide, audi prædicta, vide completa. Quasi diceret illis: Certè quicquid ego egi in carne, quod passus sum, quod sepultus, quod tertia die resurrexi à mortuis, totum prædictum est à prophetis: ideo nolite dubitare de me. Fuerant pagani qui dixerunt dominum Iesum Christum magum fuisse, sed mentiti sunt, quoniam magus non potest se ante prophetare, quàm nascatur. Dominus ergo Iesus Christus, ante quàm nasceretur secundum carnem, ante quàm pateretur, ante quàm resurgeret à mortuis ante prophetatus est. *Tunc aperuit illis sensum.* Parum fuit oculis se videntem præbere, parum fuit se manibus tangi: sed aperuit illis sensum. *Ut intelligerent: spiritualiter: Omnia quæ de eo scripta sunt in lege, & prophetis, & Psalmis. Et dixit eis: quoniam sic scriptum est, sicut à me impletum carnitis. Passus sum, resurrexi, totum est scriptum. Et sic oportet Christum pati & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius penitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab Hierosolymis.* Quare præcepit dominus apostolis incipere ab Hierosolymis prædicare verbum Dei? Ut daret gètibus variis erroribus implicatis spem adipiscendæ veniæ. Quasi diceret: Si Iudæis perfidis, qui me morti tradiderunt, nõ solum veniam reatus his, qui in me credere voluerunt concessi, verum etiam & gaudium vitæ æternæ contuli: multo magis vobis parcam si in me credideritis, & fidem vestram bonis operibus adornaucritis.

INCERTI AVTHORIS
sub nomine Eusebij Episcopi Emisseni
superioris Euangelij expositio.

Loquebantur discipuli de Iesu, & ea quæ viderant, in commune referebant, cum statim ipse adfuit, & sua eos præsentia reddidit certos. Semper enim in medio illorum est Iesus, qui piè loquuntur de eo: & qui congregantur in nomine eius. Vnde ipse ait, Vbi duo, vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Pacem autem eis commendat, pacem eos habere persuadet, quia sine pace impossibile est

placere Deo. In eis enim habitat dominus, qui pacem, & concordiam diligunt. Vnde Psalmista, Et factus est (inquit) in pace locus eius, Sequitur *Ego sum, nolite timere.* Ego (inquit) sum, cognoscite vocem meam: non in spiritu, ut putatis, sed corporaliter me videtis. Conturbati enim & contenti, non ipsum dominum quem videbant, sed spiritum se videre putabant. *Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra. Nihil est quod cogitatis: quia non phantasticum aliquid, sed veritatem videris.* Et protinus eis manus, & pedes ostendens, ait, *Videte manus meas, & pedes, quia ipse ego sum.* Cognoscite vel vulnerum cicatrices, si me nec in persona, nec in voce cognoscitis. *Palpare, & videte, quia spiritus carnis, & ossa non habet sicut me videtis habere.* Ideo enim suorum vulnerum cicatrices dominus referuavit, ut in eis discipulorum suorum corda sanaret, & in seipso ostendens vulnera carnis, sanaret in eis vulnera mentis. Sciebat enim quod Apostolus Thomas aliquando dicturus esset, Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus eius, nõ credam. Propter hoc igitur cicatrices delere noluit, quas si voluisset, omnimodo delere potuisset. Nemo autem hinc argumentando, nos cum omnibus nostri corporis cicatricibus resurgere arbitretur: quoniam nihil in sanctorum resurgere corporibus, quod inconueniens, vel indecens videatur. *Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio dixit, Habetis hic aliquid, quod manducetur? An illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis.* Hoc igitur offeramus & nos, semper hæc oblatio inueniatur in nobis. Hoc enim cibo ipse delectatur, quia in hoc cibo nostra fides continetur. In quo Christi passio & resurrectio, in quo & vitæ nostræ perfecta forma significantur. Quia enim & de ipsius passione dolemus, & iterum de eiusdem resurrectione gaudemus, utique offeramus ei & piscem assum pro passione, & fauum mellis pro resurrectione. Nam & beatus Paulus piscem assum ei offererebat, cum diceret, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte, cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Itèmq; *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vrer?* Multum enim ille piscis assatur, qui pro omnibus vrut. Omnes enim pisces sumus, quicumque in baptismo natauimus. Offerimus autem & domino fauum mellis, quado eius amoris dulcedine pleni, simul cum Psalmista dicimus, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & fauum ori meo. Hoc enim cibo nobiscum refecit Iesus, quo & ipse delectatur, & mentes nostræ pinguescunt. Vnde & subditur. *Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit eis.* Christi nanque reliquias sumimus, si eum imitamur, & eius sermonem. Eius nanque reliquias sunt hæc euangelia, quæ ad comedendum, & agendum ipse nobis reliquit. His enim mens nutritur, reficitur anima, pinguescit intellectus. Vnde & subditur. *Hæc sunt verba, quæ loquutus sum ad vos, &c.* Dedit igitur eis reliquias, dedit & dentes quibus eas comedere possunt. Has enim comedere nequeunt, quibus sensus diuinitus non aperitur. *Et dixit eis, Quoniam sic scriptum est, Quod vos quidem, quia vsque nunc scripturas non intelligebatis, sicut scriptum est, esse nesciebatis. Vos autem estis testes*

testes horum. Vobis prædicantibus restantibus, vbi nunc omnia firmabuntur. *Et ego mittam promissum patris mei in vos.* De quo propheta, *Exit (inquit) in diebus illis, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt. Vos autem sedete in ciuitate, quoad usque induamini virtute ex alto.* Nemo igitur ab ecclesia recedat, quicumque hac virtute indui desiderat. Hæc enim virtus nulli datur, qui extra hæc ciuitatem inuenitur. Vnde & sacri canones negant hæreticos dare posse spiritum sanctum. Ideoque à catholicis consignari præcipiunt, qui ab eis baptizati sunt.

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

Dum hæc loquuntur, stetit Iesus ipse in medio eorum, &c. Dominus propter salutem nostram omnia faciens, stat in medio discipulorum, volens illis resurrectionem credibiliorum fieri, & primum solita interpretatione perturbationem illorum sedat. Et iterum ostendit, quod ipse sit ille ipsorum magister, qui ita alloqui gaudeat, & eos ad prædicationem mittens, animet. Verum, quia animum illorum perturbatio verbis non sedatur, monstrat eis etiam aliunde filium Dei se esse, corda agnoscerent. *Quare (inquit) cogitationes ascendunt in corda vestra? Etenim in confesso est, solius Dei esse, cognoscere corda.* Subiicit autè & aliud argumentum, palpationem manuum, & pedum eius. Vos enim, inquit, spiritum putatis me esse: vel phantasma qualia multa circa mortuorum sepulchra apparere solent: sed scitis, quod spiritus quidem neque carnem, neque ossa habet: ego autem ossa, & carnem habeo, tamen spiritualem, & diuiniorum. Domini enim corpus, spiritus quidem non erat, sed spirituale, hoc est, absque omni crassitudine à spiritu gubernatum. Etenim corpus, quod nunc habemus animale est, hoc est, ab anima regitur, & à naturalibus & animalibus qualitatibus, ac vitibus viuificatur. Quod autem post resurrectionem habebimus, spirituale nominauit Paulus, hoc est, quod à diuino spiritu viuificetur, & gubernetur, modòque indicibili, & spiritali ad incorruptionem alteratum sit per resurrectionem, spirituale, & subtile, & alienum ab omni ineptitudine, neque sibi, neque alterius cuiusque indigens, quamuis ad confirmationem illorum comederit comedens. Quod enim comedit, non secundum naturam comedit, sed secundum dispensationem ad docendum, quod illud ipsum corpus, quod passum est, surrexerit. Naturale autem huic corpori erat clausis ianuis ingredi, & absque labore è loco in locum transire. Itaque, quum discipuli adhuc non crederent, neque per palpationem persuaderentur, addit & aliud indicium, comedens, diuina quadam virtute consumendo, quod edebat. Omnis enim cibus natura per os sumptus, ad secessum vadit: verum hæc non naturaliter, sed (ut diximus) secundum dispensationem comedit. Habet autem ænigma quoddam, quod partem piscis comederit: significat enim, quod naturam nostram, quæ in sanguinosa hoc mari natat, igni suæ deitatis assari, & exiccatit omnem humorem, quæ ex profundis fluctibus habebat, ut fieret diuinus cibus, & quæ prius erat abominabilis, fieret nunc dulcis Deo. Vel (ut opinor) significat

per piscem assatum, actiuam vitam, quæ tollit nostram humiditatem, & ineptitudinem auxilio carbonum solitiorum, & quietem amplectantur: per fauum autem apiarium, scientiam, vel contemplationem: siquidem dulcia eloquia Dei. Est & alius fauus agreitior, nempe gentiliū sapientia: hic autem est apiarius fauus, diuina inquam sapientia: siquidem Christus parua apis est magnitudine. Abbreuiatum enim est verbum, & infirmum robore. Non enim in virtute sermonis Paulus prædicat, ut ne crucem euacuet: verum tamen regibus, & idiotis est amabilis, afferens labores suos in sanitatem animarum. *Tunc aperuit mentem illorum, ut intelligerent scripturas, &c.* Postquam corda illorum pacificauit, & dubitationes, loquendo, palpabilemque se exhibendo, ac comedendo sedauit, confirmata veritate resurrectionis corporis sui, tunc aperuit illorum mentem ad intelligendum scripturas. Nisi enim quieta fuisset illorum anima, quomodo, intenta turbatione, & inquietudine cognouissent? Vacare, enim, inquit, & cognoscite idcirco, & docet eos, quod necessarium fuerit Christum sic pati. *Quomodo sic? per lignum crucis: quia enim per lignum interitus, ideo necessarium fuit per lignum corruptionem tolli: & aboleri voluptates, quæ in ligno, per dolores quos in ligno pertulit inimicus dominus. Et deinde resurgere, inquit, tertio die, & prædicari in nomine eius penitentiam, & remissionem peccatorum.* De baptismo autem hoc loco dicit. Nam & in eo penitentia fit per confessionem, & depositionem pristinorum malorum, & impietatum, & simul comitatur remissio peccatorum. Quomodo autem baptisma in nomine solius Christi fieri intelligemus, præsertim cum aliàs doceamur baptizari in nomine patris, & filij, & spiritus sancti? Igitur primum quidem dicimus, quod quando dicimus baptisma fieri in nomine Christi, non dicimus, quod oporteat in solius Christi nomine fieri, sed quod Christi baptisma, quo Christus baptizatus est, spirituale sit, non Iudaicum: neque quale Ioannis, quod penitentiam solum, sed & communionem spiritus sancti, & remissionem peccatorum conferat: ut ipse nobis ostendit, quum baptizaretur in Iordane, monstrato in columbæ specie spiritu sancto. Insuper baptisma in nomine Christi, intellige in morte Christi. Nam, sicut ille mortuus triduanus resurrexit, ita & nos figuratè in aqua sepulti, incorruptibilitatem animæ induimus, & archæ bonem incorruptibilitatis corporis accipimus. Et aliter: Christi nomen in seipso continet, & patrem inungentem, & vnctionem spiritum, & vnctum filium. In nomine Domini, remissio peccatorum. Vbi igitur fertulenta linguæ baptizantium in Montanum, & Priscillam, & Maximillam? Verè nulli iis, qui sic baptizantur, remissio, sed peccatorum augmentatio est: & hi quidem male peribunt. In omnes autem gentes sermo exiit, à Hierusalem sumpto initio. Oportebat enim humanam naturam, quæ tota in Christo vnita est, & assumpta, non vltra in duas diuinas sectiones Iudaorum, & Gentiliū, sed incipere sermonem à Hierusalem, & in gentibus requiescere: vnitis gentibus.


EVTHYMII ZIGABONI

Superioris Euang. expositio.

Joan. 14. P. An vobis, &c. Considera autem quod & discedens pacem illis reliquerit, sicut scripsit Ioannes: rursumque rediens pacem tribuit: pacem inquam, quae & rem, & nomen dulce habet. Expansus est vero & contrivis existimabant spiritum se videre, &c. Expansus est, id est turbati. Cogitationes autem de hoc ascendebant, vtrum videlicet spiritus esset id, quod videbatur, siue spectru. Ostendit ergo, quod cordium esset cognitor. Deinde aliud quoque dat signum; Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Et quomodo ab his cum cognoscere poterant? Quia clavorum adhuc ferebant foramina. Contrectate me, & videte, &c. Contrectate per tactum. Et hoc disse demonstravit eis manus, & pedes. Ioannes vero ait: Ostendit eis manus, & latus suum. Primum siquidem


ostendit eis manus, & latus, deinde etiam pedes. Nam vterque Euangelistarum ex iis, quae dixit, ostendit etiam id, quod tacuit, veluti iam cognitum. Adhuc autem illis non credentibus pra gaudio, & admirandibus. Id enim saepe numero fieri solet. Et accepit, ac in conspectu eorum comedit. Non quod deinceps indigeret, sed ad maiorem fidem, maioremque confirmationem, ne spectrum videretur. Sicut autem supernaturaliter comedit, ita supernaturaliter, quae comederat, digessit. Scire vero oportet, quod quaedam a saluatore dispensatorie facta, non sunt regula, ac praescriptio naturae: nullus siquidem alius post corporis immortalitatem cicatrices habebit, aut cibum sumet. Suggestio quoque illis ea, quae praedixerat de seipso, ut etiam hinc agnoscant, quod ipse sit. Hi sunt, inquit, sermones, quos locutus sum ad vos, quom adhuc esse vobis sciam. Hi, quales? Quod oporteret impleri cuncta quae scripta sunt in lege Moysis, &c.

Alqui tunc affirmare videntur, iacobum ad se riam dicitur, ces permissuras.



FERIA IIII POST PASCHA.

IOAN. 21.



In illo tempore manifestavit se iterum Iesus discipulis suis ad mare Tyberiadis. Manifestavit autem sic. Erant autem simul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat a Chana Galilaeae, & filij Zebedaei, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado pescari. Dicunt ei: venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauem, & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam facto, stetit Iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere pra multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia dominus est, tunica succinxit se, (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt: Non enim longe erat a terra, sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem super positum, & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quingaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite,

^a Idem est quod mare Galilaeae & stagnum Genesareth. ^b Ioannes & Iacobus maior. ^c Quorum nomina taceantur. ^d Id est praedicationem ad colligendos solos dexteros. ^e Et ideo licet nobis providere. ^f Ex dilectione, in fluus seculi. ^g Id est in ecclesia fluus mundi calcantis. ^h Quibus significatur calor charitatis. ⁱ Fidem. ^k Prunas. ^l Verbum Dei. ^m Scilicet viderunt, non super prunas. ⁿ Dum his qui in fluctibus seculi sunt stabilitatem aeternitatis ostendit. ^o Id est litus, quod est finis mundi. ^p Numero & quantitate.

Tanta erat evidentia veritatis, quod Iesus erat, ut nullus eorum auderet non solum negare, sed nec dubitare, & ideo non interrogare Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare: Tu quis es? scientes, quia dominus est. Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum surrexisset a mortuis.

GLOSSA ORDINARIA

in superioris Euang.



OSTEA ma. Relictis omnibus sequuti fuerunt Iesum. Quod si post mortem Iesu antequam redderetur eis viuis, repetissent priorem artem, possent videri ex desperatione hoc fecisse, sed post redditum viuum, post acceptum eius insufflationis spiritum, post verba eius. Sicut misit me pater, & ergo mit vos: subitum sunt quod fuerunt: piscatores non hominum, sed piscium. Sed sciendum est non prohibitos fuisse sua arte licita victu querere apostolatus integritate seruata, cum vnde viuerent non haberent: & sic illis laborantibus adiecit Deus necessaria quae promisit: hic autem penuria eorum disposita est, ut in piscatione tanta exhiberentur sacramenta. Et illa no. Nox ante aduentum Christi, in qua nullus ad perfectionem per legem venit. Mane aduentus stetit iam post resurrectionem extra fluctus in solido, nec primo agnoscitur. In hac narratione magni est sacramentum, & ut vehementius commendaretur ultimo loco est scriptum, Quod septem fuerunt in piscatione discipuli, significat finem temporis, quod septem diebus voluit. Litus etiam quia est finis maris, significat finem seculi in quo Petrus recte extraxit in initio praedicationis Christi. Est alia piscatio hic alia post resurrectionem. Ibi & boni & mali capti sunt, sicut nunc habet ecclesia: hic tantum boni, qui erunt in aeternum, impleta in fine resurrectione mortuorum. Ibi Iesus non stat in littore, sicut hic, sed ascendit in nauem Simonis. Ibi pisces in nauiculis, hic rete in terra. Ibi ergo ecclesia in hoc seculo, hic in fine seculi. Ibi vocati, hic resuscitati. Ibi retia non solum in dextera vel in sinistra, ne soli boni vel soli mali, sed indifferenter, ut permixti habeantur boni & mali: hic in dextera ut soli boni. Ibi rumpitur rete per schismata, hic in summa pace sanctorum non est scissum. Ibi tanta multitudo quae naues mergit, id est, in submersione premit: non enim sunt merse. hic non valent trahere a multitudinem piscium, ut in nauem captos refundere sicut ibi: quia hi qui pertinent ad resurrectionem vitae, sunt post finem huius vitae in somno pacis vel in profundo latentes: nec apparebunt, nisi cum in littore, id est, in fine seculi surrexerint, quod ibi figuratur duabus nauiculis propter circumsionem, & praeprium. hoc isto loco ducentis cubitis propter electos vtriusque generis, quasi centum & centum: quia hic numerus ad dexteram transit. Ibi non exprimitur numerus, quia multiplicati super numerum, hic est certus numerus 153. Decem legem significat, quae occidit: septem spiritum qui viuificat. Accedat ergo spiritus ad legem, ut impleatur: id est septenario ad denarium, & sunt decem & septem, qui numerus ab vno ad seipsum

computatis omnibus crescens ad 153. peruenit, quo signantur omnes ad gratiam spiritus pertinentes, quae gratia cum lege Dei tanquam cum aduersario concordantur, ut viuificante spiritu litera non occidat, sed compleatur: & si quid minus sit, remittatur. Hic numerus habet 150. & insuper tres, propter mysterium trinitatis. Quingaginta autem sunt 7. multiplicatis per septem, & ex adiectione vnus. Vno significantur esse vnus qui demonstrantur per septem propter operationem septenariam: & eo die missus est apostolis spiritus. In prima captura quae est praesentis ecclesiae magni & parui: in illo regno nulli nisi magni. Venit. Hic dicitur manducasse Iesus cum pisce panem. In alio euangelio cum pisce factum mellis. Piscis allus, Christus passus. Piscis, quia lauit in aquis humani generis, captus laqueo mortis. In fauo mellis notatur dulcedo diuinitatis, vel vtraque natura Christi, quia fauus est mel in cera, id est, diuinitas in humanitate. Idem significat panis. vnde: Ego sum panis, qui de caelo descendi. Christus ergo piscis allus in passione: fauus vel panis in resurrectione. Comedit autem piscem allum vel panem, ut suo cibo nobis ostenderet, quia & passionem ex nostra humilitate pertulit, & resurrectionem nostram ex sua diuinitate procurauit. Hic vltimum conuiuium cum septem discipulis habuit, inuens illos solos secum futuros in aeterna refectione qui septiformi spiritu sancto pleni in amorem eius anhelant. Prandium fecit illis septem de pisce, quem viderunt super prunas, & de pane addens, & de piscibus quos eo iubente attrulerunt. Piscis allus, Christus est passus. Ipse etiam panis qui de caelo descendit. Huic comparatur ecclesia ad participandam beatitudinem, quae per pisces designatur. Eadem etiam per septem discipulos signatur, quae cum eo in aeternum epulatur. Hoc iam. Non quod ter tantum manifestatus sit, sed ad dies refert. primo die quo surrexit, post octo dies, hoc die quando hoc fecit de piscibus. Secundum dies ergo manifestationes numerantur. Prima, quotiescunque sit facta, vno die resurrectionis. Secunda, post octo dies: & haec est tertia. In hac tertia manifestatione hoc euangelium terminatur.

CATENA AVREA

in idem Euang.

August. Quod immediate euangelista praemisit, veluti huius libri indicat finem: sed narratur hic deinde quemadmodum se manifestauerit dominus ad mare Tyberiadis. vnde dicitur: Postea manifestavit, &c. Chrysol. Dicit autem postea, quia non continue cum eis ambulabat, ut antea. Dicit etiam: Manifestavit se: quia non videretur, nisi condescenderet, quia incorruptibile erat corpus. Loci autem meminit, ostendens quoniam pluri

plurimum timoris eis dominus abstulerat, vt de reliquo ipsi longe à domo procedant non vltra in domo cœclati, sed in Galilæam ierant, periculum declinantes Iudaicum. Bed. Morte autem solico euangelista prius retulit causam: deinde quemadmodum res gesta sit, enarrat: vnde sequitur: *Manifestauit autem sic*. Chryl. Quia verò neque dominus cum eis continuè erat: neque spiritus datus erat: neque aliquid tunc erat ei commissum, neque aliquid habebant agere, artem piscatoriam tractabant: vnde sequitur: *Manifestauit autem sic. Erant si. Si. Pe. & Tho. qui di. Did. & Na. qui erat à Cha. Ga. qui, scilicet vocatus est à Philippo: & filij Zebedei, scilicet Iacobus & Ioannes, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Si. Pe. Nado piscari.* Greg. in hom. Quæri potest cur Petrus qui piscator ante conuersionem fuit, post conuersionem ad piscationem rediit, cum veritas dicat: Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò aptus est regno Dei. Aug. Quod si fecissent discipuli defuncto Iesu priusquam resurrexisset à mortuis putarem eos illa quæ animos eorum occuparat desperatione fecisse. Nunc verò post eum sibi de sepulchro reditum viuum: post inspecta vulnerum loca, post acceptum eius in sufflatione spiritum sanctum subito sunt sicut fuerant non hominum, sed piscium piscatores. Respondendum est ergo non eos fuisse prohibitos ex arte sua licita victum necessarium querere, sui apostolatus integritate seruata, sic quando vnde viuere aliud non haberent. Sic enim beatus Paulus ea potestate quam profectò cum cæteris euangelij prædicatoribus habebat, non cum cæteris vteretur sed stipendio suo militaret, ne gentes à nomine Christi positas alienas, doctrina eius quasi venalis ostenderet, aliter educatus artem quam non nouerat, didicit, si ad præsens illud tempus aliud vnde viveret non inuenit. Sed respondebit quispiam. Et cur non inuenit cum dominus promiserit dicēs: *Querite primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur vobis.* Prorsus etiam dominus quod promiserit, impleuit: nam quis alius pisces qui caperentur, apposuit, qui non ob aliud credēdus est eis ingessisse penuriam qua cohererent ire in piscatum nisi dispositū volens exhibere miraculū? Greg. in hom. Negotiū ergo quod ante conuersionem sine peccato exitit, hoc etiam post conuersionem repetere culpa non fuit, vnde post conuersionem suam ad piscationem Petrus rediit: Matthæus verò ad telonij negotium nō rediit. Sunt enim pleraque negotia quæ sine peccatis exhiberi, aut vix, aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum implicat ad hæc necesse est, vt post conuersionem animus non reuertat. Chryl. Alij autem discipuli sequebatur Petrum, vnde dicitur: *Dicunt ei: venimus & nos tecum.* Colligati enim de reliquo sibi inuicem erant. Simul volebant piscationem videre. Sequitur: *Et exiit. & ascendit in nauim.* In nocte autem piscabatur, quia adhuc formidolosi erant. Greg. Facta est autem discipulis piscationis magna difficultas, vt veniente magistro fieret admirationis magna sublimitas. vnde sequitur: *Et illa no. ni. preuiderunt.* Chryl. Laborantibus autem & afflictis discipulis assistit Iesus. vnde sequitur: *Mane autem facto, &c.* Non enim seipsum innox eis ostendit: sed voluit &

alloutionem cum eis iure. Et primò loquitur eis humanus: nam sequitur: *Dic. eis Ie. Pue. num. pul. ha.* Hoc autem dicit, quasi ab eis aliquid emere vellet: vt autem timuerunt, eis signum ostendit per quod cognoscerent. Sequitur enim, *Dixit eis: Mitt. in de. na. re. & imenietis.* Multa autem consequenter facta sunt: quorum primum est multos pisces esse comprehensos. vnde sequitur. *Mise. er. re. & iam non vale. illud tra. præ. mul. piscium.* Sed in Christi cognitione Petrus & Ioannes suos proprios modos ostenderunt. Ioannes enim perspicacior erat: & ideo primò cognouit Christum. vnde sequitur: *Dicit ergo discipulus, &c.* Bed. Hoc indicio sicut sapientia & hic suam demonstrat personam. Cognouit autem primus dominum siue miraculo istius piscationis, siue sono præcognitæ vocis, siue primæ reminiscens piscationis. Chry. Petrus autem fequentior erat: & ideo promptius venit ad Christum. Sequitur: *Simon Petrus cum audisset, &c.* Bed. Dicitur autem Petrus nudus fuisse ad comparationem ceterorum vestimentorum quibus vti solebat, sicut solemus dicere cum aliquem simplici vestimēto videmus indutum: quare nudus incedis? Siue potest intelligi quòd more piscatorum studio piscandi nudus incederet. Theo. Quod verò se præcinxit Petrus pudoris est signum. præcinxit autem se lineo amictu quem Phœnices & Tiriij piscatores circumuoluunt sibi, cum nudi sint etiam cæteris indumentis apponunt. Bed. Eodem autem ardore quo & multa alia fecerat: venit ad Iesum. vnde sequitur: *Et mi. se in mare. alij autem dis. na. venerunt.* Non tamen intelligendum est Petrum super fluctus venisse, sed aut natando aut pedibus propriis, quia erant prope terram. sequitur enim: *Non longe enim, &c.* Glof. Interpositio est. sequitur enim: *Trahentes rete pisciū, vt sit ordo literæ. Alij discipuli nauigio venerunt trahentes rete piscium. Nō longe enim, &c.* Chr. Deinde aliud signum ponitur, cum subditur: *Et ergo descenderunt, &c.* Non enim adhuc ex materia superposita operatur, sed ad id quod est mirabilius ducit signa ostendens, quoniā & ex subiecta materia ante crucē miracula faciebat propter quandam dispensationem. Aug. Non est autem hic intelligēdum & panem fuisse prunis superpositum, sed quasi diceret: Viderunt prunas positas & piscem superpositum prunis, & viderunt panem. Chry. Vt autem ostenderet non esse phantasma quod factum est, iubet ex piscibus ab eis captis afferri. sequitur enim: *Dicit ei Ie. Affer. ex pis. quos prendi. nunc.* Deinde & aliud signum fuit quòd ex multitudine piscium rete non est scissum. vnde sequitur: *Ascen. Si. Pe. & traxit re. ad ter. ple. ma. pis. centum quinquaginta tribus. Et cum tanti, &c.* Aug. Misticè autem in captura piscium commendant ecclesiæ sacramentum, qualis futura est in vltima resurrectione mortuorum. Et ad hoc commēdandum valet quòd tanquam finis est interpositus libri, quòd esset etiam secuturæ narrationis quasi proœmium. Quod autem septem discipuli fuerunt in illa piscatione, suo septenario numero finem significat temporis, vniuersum quippe septem diebus voluit tempus. Theop. Cum autem nox erat, ante solis Christi præsentiam prophetæ nihil coeperunt, quia est vnā nationem Istaël corrigere conarentur, illa tamen frequenter in idololatriam habebatur. Greg. in ho. Quæri autem potest, cur discipulis in mare laborantibus,

post

post resurrectionem suam coram discipulis in fluctibus maris ambulauit. Sed mare præsens seculum significat quòd se causarum tumultibus, & vndis vitæ corruptibilis illidit: per soliditatem autem littoris perpetuitas quietis æternæ figuratur. Quia igitur discipuli adhuc fluctibus mortalitatis vitæ inerat, in mari laborabant, quia autem redemptor noster iam corruptionem carnis excellerat, post resurrectionem suam in littore stabat. Aug. Littus etiam finis est maris: & ideo finem significat seculi. Sicut enim in hoc loco qualiter in fine seculi futura sit, ita dominus alia piscatione significauit ecclesiam qualiter nunc sit. vnde ibi Iesus non stabat in littore, sed ascendens in vnā nauim quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pussillum. In alia piscatione non mittuntur retia in dexteram, ne solos significet bonos, nec in sinistra ne solos malos: sed indifferenter. Laxate (inquit) retia vestra in capturam, vt permixtos intelligamus bonos & malos. Hic autem (inquit) mitite in dexteram nauigij rete, vt significaret eos qui stabant ad dexteram solos bonos. Illud fecit in initio prædicationis suæ: hoc post resurrectionem suam, hinc ostendens illam capturam piscium bonos & malos significare quos nunc habet ecclesia, ista verò tantummodo bonos, quos habebit in æternum, completā in fine huius seculi resurrectione mortuorum. Illi autem qui pertinent ad resurrectionem vitæ, id est ad dexteram: & inter Christiani nominis retia designantur, non nisi in littore, id est in fine seculi cum resurrexerint, apparebunt. Ideo non valuerunt sic trahere retia, vt in nauem resunderent quos cæperat pisces sicut de aliis dictum est. Habebat autem istos dexteres ecclesia post finem huius vitæ in somno pacis, velut in profundo latent donec ad littus rete perueniat, quod in prima piscatione duabus nauiculis hoc isto loco ducentis cubitis tantum: centum & centum existimo figuratū propter vtriusque generis electos & circuncisionis & præputij. Bed. Vel per ducentos cubitos gemina charitatis virtus exprimitur, per dilectionem enim Dei & proximi Christo appropinquamus. Piscis autē assus est Christus passus. Ipse latere dignatus est in aquis generis humani. Capi voluit laqueo nostræ noctis & qui nobis factus est piscis humanitate, extitit nobis panis nos reficiens sua diuinitate. Greg. Petro autem sancta ecclesia est commissa, ipsi specialiter dicitur: *Pasce oues meas.* quod ergo postmodū aperitur in voce, nunc significatur in opere. Ipse enim pisces ad soliditatem littoris pertrahit, quia stabilitatem æternæ patriæ fidelibus ostendit, hoc egit verbis, hoc apostolis, hoc agit quotidie miraculorum signis, sed cum rete magnis piscibus plenum dicitur, additur & quantis: & hoc est quod subditur: *Plenum magnis, &c.* Aug. In alia piscatione numerus piscium non exprimitur tanquam illud ibi fiat quod prædictum est per prophetam. Annuntiaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerū. Hic verò certus est numerus cuius reddenda est ratio. Numerus enim qui legem significat, decem est propter decalogum. Cum autem accedit ad legem gratia, id est ad literam spiritus, quodammodo denario numero additur septenarius: septenario quippe numero significatur spiritus sanctus, ad quem significatio proprie pertinet. Primum enim in lege sonuit sanctificatio in

die septimo. Elaias etiā propheta cum commendat opere vel munere septenario. Cum itaque legis denario spiritus sanctus per septenarium numerum accedit sunt 10. & 7. qui numerus ab vno vsque ad seipsum computatis omnibus crescens ad centum quinquaginta tres peruenit. Gregor. Ducamus etiam per trigonum. 10. & 7. veniunt quinquaginta vnū. In quinquagesimo autē annu cūctus populus ab omni operatione quiescebat, sed vera requies in vnitatem est: vbi enim scissura diuisionis est, vera requies non est. Aug. Non ergo tantummodo centum quinquaginta tres sancti ad vitam resurrexerunt significatur æternam, sed omnes ad gratiam spiritus pertinentes hoc numero figurantur, qui etiam numerus ter habet quinquagenarium numerum: & insuper ipsa tria propter mysterium trinitatis. Quinquagenarius autem multiplicatis septem per septem & vnus adiectione completur: vnus autem additur, vt eos significet esse vnū. Non autem frustra dictum est quòd erant magni. Cum enim dixisset dominus, Non veni soluere legem sed implere, daturus spiritum vtique per quem lex posset impleri paucis verbis interpositis, ait: *Qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cælorum.* In prima autem piscatione rete propter significanda schismata rumpebatur: hæc verò quoniam in illa summa pace sanctorum nulla erunt schismata, pertinuit ad euangelistam consequenter dicere: *Et cum iam essent, id est, iam magni non est scissum rete,* tanquam illud respiceret vbi scissum est: & in illius mali comparatione commendaret hoc bonum, *Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentū, &c.* Aug. Peracta piscatione dominus eos ad prandium vocat. vnde dicitur: *Di. eis Ie. ve. pran.* Chry. Hic quidem non dicit quòd comedit cum eis, sed Lucas hoc dicit. Hoc autem fiebat, non vt natura indigente cibis de reliquo sed condescensione ad demonstrationem resurrectionis facta. Aug. 13. de ciui. Dei, Corpora autem iustorum quæ in resurrectione futura sunt, neque ligno vitæ indigebunt, quo fiat vt nullo morbo vel senectute inueterata moriantur, neque vllis aliis corporalibus nutrimentis: quibus esuriendi atque sitiendi qualiscunque molestia deuitetur: quoniā certo & inuolubili munere immortalitatis induentur: vt non nisi velint possibilitate non necessitate vescantur, non enim potestas sed egestas edendi & bibendi talibus corporibus auferetur, sicut & saluator noster post resurrectionem iam quidem in spiritali carne sed tamen vera, cibum ac potum cum discipulis sumpsit, non alimentorum indulgentia, sed ea qua hoc poterat potestate. Sequitur: *Et nemo audebat, &c.* Ac si dice. Aug. super Ioan. Nemo audebat dubitare quòd ipse esset. Tanta enim erat euidentia veritatis, vt eorum non solum negare sed nec dubitare quidem vllus aunderet, quoniam si quisquam dubitaret vtique interrogaret. Chryl. Vel hoc dicit: quia de reliquo non similiter confidebant ei loqui vt prius, sed cum silentio & reuerentia multa sedebant attendentes in eum & formam quidem alteratam videntes & multa admiratione plenam valde stupefacti volebant interrogare. Sed formido in hoc quòd sciebant quòd dominus est detinebat interrogationem: & solum comedebant quæ eis dabat cum priori potestate: hic autem non respicit in cælum, neque humana illa facit ostendens quoniam conde

condescensionis gratia fiebant. vnde subditur: *Et venit Iesus, &c.* Aug. Mylticè autem piscis afflus Christus est passus. Ipse est & panis qui de celo descendit: hic incorporatur ecclesia ad participandum beatitudinem sempiternam, propter hoc dictum est, *Afferte de piscibus quos apprehendistis mnc,* vt omnes qui hanc spem gerimus per illum septenarium numerum discipulorum per quem potest in hoc loco nostra vniuersitas intelligi figurata tanto sacramento nos communicare nossemus & eidem beatitudini sociari. Grego. Per hoc etiam quod septem discipulis vltimum conuiuium celebrat, eos tantummodo qui septiformi gratia sancti spiritus pleni sunt futuros secundum æternam refectioe denuntiat: septem quoque diebus omne hoc tempus enoluitur: & læpe septenario numero perfectio designatur. Illi ergo vltimo conuiuium de pte sentia veritatis epulatur: qui nunc perfectionis studio terrena transcendunt. Chry. Quia verò non continuè cum eis conuersabatur neque similiter vt prius, subdit euangelista, dicens: *Hoc iam tertio* manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset à mortuis. Aug. Quod non ad ipsas demonstrationes, sed ad dies referre debemus, id est, primo die cum resurrexisset: & post dies octo quando Thomas vidit & credidit & hoc die quòd hoc de piscibus fecit: & deinde & quoties voluit vsque ad diem quadragesimum quo ascendit in cælum. Aug. de con. euan. Inuenimus autem apud quatuor euangelistas decies commemoratum dominum visum esse post resurrectionem, semel ad monumetum à mulieribus, iterum eisdem regredientibus à monumento in itinere, tertio Petro, quarto duobus ceteris in castellum, quinto pluribus in Hierusalem vbi erat Thomas, sexto vbi vidit eum Thomas, septimo ad mare Tyberiadis, octauo omnibus vnde decim in monte Galilææ secundum Matthæum. Nonò vt dicit Marcus nouissimè recumbentibus, quia iam non erant in terra cum illo coniuuaturi, decimo ipso die ascensionis non iam in terra sed eleuatum in nube.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superius
Euang. Homil.

De Hom. 36.
in Ioan.

Postea manifestauit se iterum discipulis ad mare Tyberiadis. Vides non semper cum eis esse, vt ante passionem? Apparuit vesperi, & abiit, & post octo dies iterum, inde ad mare, & iterum cum multo timore. Quid autem significat, manifestauit? vt ostendat, quòd non nisi ex permissione videbatur propterea quòd incorruptibile corpus erat, & immortale: Sed cur meminit loci? Vt iam metum eos deposuisse ostenderet, quòd iam conuersarentur. Non enim amplius domi se continebant, sed in Galilæam iterant, ad declinandum ludæorum periculum. Venit ergo Simon piscatum. Cum enim non frequenter Iesus cum eis versaretur, neque adhuc spiritus datus esset: neque haberent quid facerent, ad artem suam redierant. Et erant simul Petrus, & Thomas, & Nathanaël, qui à Philippo vocatus erat, & filij Zebedæi, & alij duo. Cum ergo nihil haberent quid facerent, piscatum se contulerunt, & noctu, quoniam formidabant. Lucas non hoc, sed aliud meminit. Alij autem discipuli vnà sequebantur: volebant enim si-

mul & esse, & videre veritatem, & ocium suum bene disponere. Laborant ergo, & laborantibus additit Iesus, neque continuè cognitus est, vt in sermonem prorumperent. Dicit ergo eis: *Nunquid pulmentarium habetis?* Adhuc more hominis loquitur, ac si empturus esset aliquid ab eis. Cum illi abnuerent, iussit vt in dextram rete iacerent, iecerunt, & ceperunt. Cum autem eum cognouissent, proprios mores referunt Petrus, & Ioannes: ille feruentior, hic altior erat: ille vehementior, hic perspicacior: ideo Ioannes prior agnouit Iesum. Petrus prior ad eum properauit, neq; enim parua erant signa. Quænam? Primum, quòd multos cepissent pices, inde quòd non scinderetur rete: præterea quòd, priusquam descenderent, prunas viderint, & piscem impositum, & panem, quæ nox ex subiecta materia fecerat, vt propter quandam dispensationem fecit ante crucem. Vt ergo cognouit eum, omnibus reiecit, & piscibus, & reti, succinxit se Petrus. Vides & reuerentiam, & desiderium? Atqui ducentis quasi cubitis aberant, non tamen nauis appellere expectauit, sed natando ad Iesum venit. Quid ergo Iesus? Venite, & prandete (inquit.) Et nemo audebat eum interrogare. Iam enim solitam fiduciam habebant, neque ad eum loqui audebant, sed silentio, metusque, & reuerentia in eum intenti, discubuerunt: norant enim dominum esse, ideo non interrogarunt quisnam esset. Et cum formam mutatam, & horrorem plenam viderent, admodum erant perterriti, volebantque de ea interrogare: sed & metus, & quòd norant non alium esse, eos ab interrogando cohibuerunt, & tantum comederunt, quæ ipse immensa potentia sua parauerat. Hic non amplius in cælum suspicuit, neq; hominem agit, ostendens illa permissionis gratia fecisse: & quòd non frequenter cum discipulis esset, neque similiter dicit. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus cum discipulis, cum resurrexisset à mortuis. Et iubet vt reliquias accipiant, vt id imaginationem non esse demonstraret: sed hoc in loco dicit Christum cum discipulis manducasse, Lucas autem simul manducasse dicit. Quomodo autem nostrum est dicere. Modo quodam per quam mirabili hæc facta sunt, non quòd natura cibis amplius indigeret, sed ad resurrectionis veritatem demonstrandam, ita permisit fortasse. His verbis confagrat, & qui cum Iesu tunc fuerunt, & qui futuri sunt, in communi resurrectione beatos ducitis, Adnitamur ergo pro viribus, vt faciem eius admirabilem intueamur: nam, si nunc hæc audiendo ita flagramus, & illis temporibus quibus in terra versatus est fuisse, vocem audisse, faciem vidisse, allocutum esse, tetigisse, ei ministrasse desideramus: considera qualis visu futurus sit, non in corpore amplius mortali, neque humana disponens, sed angelis constipatus, cum nos quoq; immortali corpore eum videbimus, & summa fruemur felicitate, quæ omnem sermonem exuperat. Quare adnitamur, ne tanta excidamus gloria: neque enim difficile est, modò velimus, neque onerosum, si attendimus. Nam, si sustinebimus, & conregnabimus, hoc est, si tribulationes feremus, si persecutiones, si arcta via ambulabimus, arcta enim natura, & laboriosa est, nostra autem electione leuis, spe futurorum. Id enim, quod in presenti momentaneum est, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitatem æternam gloriæ pondus operatur in nobis, non contem-

Luc. 24.

1. Tit.

plantibus nobis, quæ videntur, sed ea, quæ non videntur. Dirigamus ergo oculos in cælum, & illa semper imaginemur bona, atque inspiciamus: in quibus si semper versabimur, neque bona huius mundi nos allicient, neque mala moleste feremus, sed & hæc, & similia omnia deridebimus, & nihil nos aut feruos, aut superbia elatos facere poterit, modò hoc semper desiderium propagemus, si illam dilectionem intuebimur. Et quid dico presentibus malis nos dolituros? Imò ne vifuros quidem ea putamus. Tantus enim est amor, vt non presentes tantum, sed absentes, quos diligimus, quotidie cernere videamur: magna nanque dilectionis vis. Omnia negligit, vt dilecto animo colligeret: si ita Christum diligeremus, humana omnia vmbra, omnia imago, omnia nobis somnium videntur: dicemus & nos; Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia? Non dixit pecunias, aut diuitias, aut formam: hæc enim vilissima sunt, & ridicula: sed, quæ gratia videntur, posuit. Fames, persecutiones, mortes, quæ ille vt nullius momenti contempfit. Nos autem propter pecunias vitam contemnimus, & lucem reculamus. Et Paulus: quidem, non mortem, non vitam, non presentia, non futura, non aliam creaturam, diuinæ præponit dilectioni: nos, si vel parum auti videmus, eius cupiditatibus incendimur, & diuinas leges pessundamus. Quod si hæc dictu non ferenda sunt, longè minus factu; & quod graue est auditu horrescimus, re ipsa minime: sed facile iuramus, peieramus, rapimus, vsuras exigimus, concinnetiam negligimus, à vera oratione desistimus, plurima præceptorum transgredimur, & pecuniarum gratia membra nostra omnino contemnimus. Nam, qui pecunias amat, innumeris malis proximum, & seipsum cum illo afficit, etenim irascetur facile, maledicet, stultum appellabit, peierabit, neque veteris legis modum seruabit. Non enim diligit proximum, qui aurum diligit. Atqui nos & inimicos propter cælorum regnum amare iubemur. Quomodo ergo id consequi poterimus? Nam, si vetera præcepta implentes, nõ erit nobis ad regnum aditus, nisi abudauerit iustitia nostra plusquam illorum: si illa transgredimur, quis nobis erit excusationi locus? Amator pecuniarum non modò inimicos non diligit, sed amicos inimicorum loco habebit. Et quid amicos dico? Ipsam læpenumero naturam ignorat amator pecuniarum, neque cognationem nouit, neque consuetudinis recordatur, non reuertetur ætatem, nullam habet amicum, sed omnes odit, & in primis seipsum: non tantum, quoniam perdit animam suam, sed quoniam innumeris sollicitudinibus, laboribusque, atque miseris distrahitur. Etenim peregrinationes, odia, pericula, insidias, & alias huiusmodi subit calamitates, hac duntaxat gratia, vt malorum radicem secum habeat, & multas numeret pecunias. Quid hoc morbo grauius? omnibus priuatur deliciis, omni voluptate: multum gloriæ, multum honoris amittit. amator pecuniarum multos formidat, multos habet accusatores, inuidos, calumniatores, insidiatores: qui ab eo iniuriam acceptant, oderunt, vt pote offensi, qui minus, timore ne offendantur, & offensorum misericordia illum vt hostem obseruant, & cauent. Maiores, potentioresque indignantes, & pauperum misericordia, & liuore similiter, vt inimicos odio habent. Et quid homi-

Rom. 8.

Matth. 5.

nes dico? Quum Deum inimicum habeat, quid spei reliquum ei fuerit? quid consolationis? Amator pecuniarum his vt minime potest, sed feruus, & cunctis est, nõ dominus: augere eas semper contendit, nunquam erogare velle. Enim contemplate, & omnium pauperum pauperiorem iudicatus, nulla cupiditate contentus est. Atqui pecuniæ non vt custodiamus, sed vt vtamur, inuenta sunt. Quòd si eas alijs defoluri sumus, quid nobis est miserius, qui vndique congregare inhiamus, vt clausas teneamus, & communem vsum auferamus? Est & alter morbus, neque hoc minor: hi certe defodiunt illi in ventrem, voluptatem, atque ebrietatem iniuste omnia conferunt, & sibi ipsi luxuriæ supplicium parant: alij parasitis, & adulatoribus largiuntur: hi in ludis, & meretricibus, hi aliis huiusmodi dispendiis profundunt: hoc pacto innumeras sibi ad gehennam vias sternunt: recta ad cælum delectata, quæ non lucrum tantum, sed & voluptatem prædicis longè maiorem affert. Qui meretricibus dat, ridiculus, & infamis est, & multos sibi inimicos parat, & breuè voluptatem, vel nullam potius. Quæcunque det alienis mulieribus, ex his nulla gratia habebit. Vas enim contritum est domus aliena. Præterea muliebri genus temerarium est, & inferno eius similatur cupiditas: illi enim mulieris amorem Salomon cõparauit: tunc cessat, quum omnibus rebus amantem spoliatur: imò nec tunc quidem, sed magis cõuiciatur, & insultat iacenti, cumque maiorem in modum ridet, & tot eum malis circumuenit: quæ nullo pacto narrari possent. At sanorum voluptas minime talis est: nullum riualem habet, sed omnes congratulantur, & plaudunt: & qui beneficia acceperunt, & qui collata videntur, nulla ira, nulla tristitia, nullus pudor, aut ignominia eius animi expugnat: sed multa conscientia lætitia, multa futurorum spes, clara gloria & splendor, & quod maximum est, Dei beneuolentia, & securitas: nullum præcipitium, nulla suspicio, sed tranquillissimus portus. Quibus omnibus cognititis, voluptatem voluptati comparates, meliora eligamus, vt futura consquamur, gratia, & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria simul, & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Præterb. 30.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hippon. in superius Euang. Homil. 1.

Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis, manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Chana Galilææ, & filij Zebedæi: & alij ex discipulis eius duo. Dicit Simon Petrus: Vado piscari: discipuli ei, Venimus & nos tecum. Quæri solet de hac piscatione discipulorum, cur redierint Petrus, & filij Zebedæi ad id, quod fuerunt priuquam à domino vocarentur, erant enim piscatores quando eis dixit, Venite post me, & faciam vos facti piscatores hominum. Tunc cum quippe illi secuti sunt, vt magisterio eius relicto omnibus ad hærent, intantum vt cum ab eo dices ille tristis abscederet, cui ipse dixerat, Vade, vnde quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me: diceret ei Petrus, Ecce nos dimissimus omnia, & secuti sumus te. Quid est ergo, quòd

Ex tract. 128.
in Ioan.

Matth. 4.

Matth. 19.

go, quod nūc quasi apostolatu relicto, sunt quod fuerunt, & quod dimiserant, repetunt, tanquam obliti quod audierant: Nemo mittens manum super aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cælorum? Quod si fecissent defuncto Iesu, priusquam resurrexisset à mortuis, quod quidem non poterant, quoniam dies quo crucifixus est, totos eos tenebat attonitos, vsque ad eius sepulturam, quæ ante vesperam facta est. Sequens autem dies erat sabbati, quando eis morem patrium seruantibus operari vti que non licebat. Tertio verò die dominus resurrexit, eosque renouauit ad spem, quam de illo non habere iam cœperant: tamen si tunc fecissent, putarem eos illa, quæ animos eorum occupauerat desperatione fecisse: nunc vero post eum sibi de sepulchro reddidit viuum, post oblatam suis oculis & manibus, non solum videndam, verum etiam tangendam, atque palpandam rediuit carnem euidentissimam veritatem, post inspecta vulnerum loca, vsque ad Apostoli Thomæ confessionem, qui se aliter crediturum non esse prædixerat, post acceptum eius insufflatione spiritum sanctum, post verba in suas aures eius ore prolata. Sicut misit me pater, & ego mitto vos, quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt: subito sicut fuerant, non hominum, sed piscium piscatores. His ergo quos hoc mouet respondendum est, non eos fuisse prohibitos arte sua, licita scilicet atque concessa victum necessarium querere, sui apostolatus integritate seruata, si quando vnde viuerent aliud non haberent: nisi forte quispiam putare audebit, aut dicere, Apostolum Paulum non pertinuisse ad eorum perfectionem qui relicti omnibus, Christum secuti sunt, quoniam ne quenquam eorum grauaret quibus Euangelium prædicabat, suum victum suis manibus transigebat, vbi magis impletum est, quod ait: Plus omnibus illis laboraui: & adiunxit: Non autem ego, sed gratia Dei mecum: vt hoc quoque appareat Dei gratiæ deputandum, quod & animo & corpore poterat vsque adeo plus illis omnibus laborare, vt neque cessaret ab Euangelio prædicando, neque tam ex Euangelio sicut illi sustentaret hanc vitam, cum id per tot gentes, in quibus Christi nomen non fuerat prophetarum, multo latius atque fertilius seminaret. Vbi ostendit ex Euangelio viuendi, hoc est victum habendi, non necessitatem Apostolis impositam, sed potestatem datam. Quam potestatem commemorat idem Apostolus dicens: Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est, si vestra carnalia metamus? Si alij potestatis vestræ participes sunt, non magis nos? Sed non sumus, inquit, vsi hac potestate. Et paulo post: Qui altario seruiunt, inquit, altario participantur: sic & dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciant de Euangelio viuere: ego autem nullo horum vsus sum. Satis igitur apertum est, non imperatum, sed in potestate Apostolis positum, vt aliunde non viuerent, nisi ex Euangelio, & ab eis quibus Euangelium prædicando spiritalia seminabant, carnalia metarent, hoc est carnis huius sustentaculum sumerent, & tanquam milites Christi, stipendium debitum acciperent, sicut à pronincialibus Christi: vnde idem ipse miles egregius paulo superius de hac re dixerat: Quis militat suis stipendiis vnamquam? Quod tamen ipse faciebat, quia plus illis

omnibus laborauit. Si ergo beatus Paulus vt ea potestate, quam profecto cum cæteris Euangelij prædicatoribus habebat, non cum cæteris vteretur, sed suo stipendio militaret, ne gentes à nomine Christi penitus alienas doctrina eius quasi venalis offenderet, aliter educatus, artem, quam nõ nouerat, didicit, vt dum suis manibus transigitur doctor, nullus grauaretur auditor: quanto magis beatus Petrus, qui iam piscator fuerat, quod nouerat fecit, si ad præsens illud tempus aliud vnde viueret, non inuenit? Sed respondebit quispiam: Et cur non inuenit, cum dominus promiserit dicens: Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur vobis. Prorsus etiam sic dominus quod promisit impleuit: nam quis alius pisces, qui caperentur, apposuit, qui nõ ob aliud credendus est eis ingessisse penuriam, qua compellerentur ire piscatum, nisi dispositum volens exhibere miraculum, vt simul & prædicatores Euangelij sui palceret, & ipsum Euangelium tanto sacramento, quod erat de numero piscium, commendaturus augeter? De qua re etiam nos quod ipse apposuerit, dicere iam debemus, Dicit ergo Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei, qui cum illo erant, venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil preceperunt. Mane autem iam factus stetit Iesus in littore, &c. Hoc est magnum sacramentum in magno Ioannis Euangelio, & vt vehementius commendatur, loco vltimo scriptum. Quod ergo septem discipuli fuerunt in ista piscatione, Petrus & Thomas, & Nathanael, & duo filij Zebedæi, & alij discipuli eius duo, quorum nomina tacentur, isti suo septenario numero finem significant temporis: vniuersum quippe septem diebus voluit tempus. Ad hoc pertinet quod mane factus Iesus stetit in littore, quia etiam littus finis est maris, & ideo finem significat seculi. Eundem finem seculi ostendit, & quod Petrus rete traxit in terram, hoc est in littus. Quod ipse dominus aperuit, vbi alio quodam loco de sagena in mare nulla similitudinem dedit, & eam trahunt, inquit, ad littus. Quod littus quid esset, exponens ait: Sic erit in consummatione seculi. Sed illa verbi est, non rei gesta parabola. Re autem gesta sicut hoc loco qualiter in seculi fine futura sit, ita dominus alia piscatione significauit Ecclesiam qualiter nunc sit. Quod autem illud fecit in initio prædicationis suæ, hoc vero post resurrectionem suam, hic ostendit illam capturam piscium, bonos & malos significare, quos nunc habet Ecclesia: istam vero tantummodo bonos, quos habebit in æternum, completa in fine huius seculi resurrectione mortuorum: denique ibi Iesus non sicut hic in littore stabat, quando iussit pisces capi: sed ascendens in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum vt à terra reduceret passillam, & in ea sedens docebat turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et illic quod captum est piscium in nauiculis fuit, non sicut hic rete extraxerunt in terram. His signis & si qua alia poterunt reperiri, ibi Ecclesia in hoc seculo, hic vero in fine seculi figurata est: ideo illud ante, hoc autem post resurrectionem Domini factum est, quia ibi nos Christus significauit vocatos, hic resuscitatos. Ibi retia non mittuntur in dexteram, ne solos significant bonos, nec in sinistram, ne solos malos, sed indifferenter, laxate,

laxate, inquit, retia vestra in capturam, vt permixtos intelligamus bonos & malos: hic autem, inquit, mittite in dexteram nauigij rete, vt significaret eos qui stabant ad dexteram solos bonos. Ibi rete propter significanda schismata rumpatur: hic vero quoniam tunc in illa summa pace sanctorum nulla erunt schismata, pertinuit ad Euangelistam dicere, & cum tanti essent, id est, tam magni, non est fissum rete, tanquam illud respiceret, vbi scissum est, & in illius mali comparatione commendaret hoc bonum. Ibi capta est multitudo piscium tanta, vt impleta duo nanigia mergerentur, id est, in submersionem premerentur: non enim merfa sunt, sed tantum periclitata. Vnde enim existit in Ecclesia tanta, quæ gemimus, nisi cum tantæ multitudini obisti non potest, quæ ad submergendam propemodum disciplinam intrat, cum moribus suis à sanctorum itinere penitus alienis? Hic autem miserunt rete in dexteram partem, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Quid est, iam non valebant illud trahere, nisi quia illi qui pertinent ad resurrectionem vitæ, id est, ad dexteram, & intra Christiani nominis retia defunguntur, non nisi in littore, id est, in fine seculi cum resurrexerint, apparebunt: Ideo non valuerit sic trahere retia, vt in nauem resunderent quos ceperat pisces, sicut de illis omnibus factum est, quibus rete diruptum, & nauicula pressæ sunt. Habet autem istos dextros ecclesia post finem vitæ huius in somno pacis, velut in profundo latentes, donec ad littus rete perueniat quod traheretur, quasi à cubitis decentis. Quod autem illic duabus nauiculis propter circumfessionem & præputium, hoc isto loco decentis cubitis existimo figuratum, propter vtriusque generis electos, & circumfessionis & præputij, tanquam centum ad centum, quia in summa centenarij numerus ad dexteram transit. Postremo in illa piscatione numerus piscium non exprimitur, tanquam illud ibi fiat quod prædictum est per Prophetam: Annunciaui, & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Hic vero non sunt aliqui super numerum, sed certus est numerus centum quinquagintatres: cuius numeri ratio domino adiuuante reddenda est, si enim numerum constituamus, qui legem significet, quid erunt nisi decem? Decalogum quippe legis, id est, decem notissima illa præcepta digito Dei duabus lapideis tabulis primum fuisse conscripta, certissimum nobis est. Sed lex quando non adiuuat, gratia præuicacitatem facit, & tantummodo in litera est. Propter hoc enim maxime ait Apostolus: Litera occidit, spiritus autem viuificat. Accedit ergo ad literam spiritus, ne occidat litera, quem non viuificat spiritus, sed vt operemur præcepta legis, non viribus nostris, sed munere saluatoris. Cum autem accedit ad legem gratia, id est, ad literam spiritus, quodammodo denario numero additur septenarius. Isto quippe numero, id est, septenario, significari spiritum sanctum, aduertenda literarum sacrarum documenta testantur. Nempe enim sanctitas vel sanctificatio ad sanctum proprie pertinet spiritum: vnde cum & pater spiritus sit, & filius spiritus sit, quoniam Deus spiritus est, & pater sanctus, & filius sanctus sit, proprio tamen nomine ambotum spiritus vocatur spiritus sanctus. Vbi ergo primum in lege sonuit sanctificatio, nisi in die septimo?

Non enim sanctificauit Deus diem primum in quo fecit lucem, aut secundum in quo firmamentum, aut tertium in quo disceuit mare à terra, & terra herbas, lignumque produxit, aut quartum in quo sydera sunt creata, aut quintum in quo animalia, quæ in aquis viuunt, & in aëre volant, aut sextum, in quo terrestri anima viua & ipse homo: sed sanctificauit diem septimum, in quo requieuit ab operibus suis. Conuenienter igitur septenario numero significatur spiritus sanctus. Esaias etiam Propheta: Requiescet, inquit, in eo spiritus Dei, eumque deinceps commendans opere, vel numero septenario: Spiritus, inquit, sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, impleuit illum spiritu timoris Dei. Quid in Apocalypsi? Nonne septem spiritus Dei dicuntur, cum sit vnus, atque idem spiritus, diuidens propria vnicuique prout vult? Sed operatio septenaria vnus spiritus sic appellata est ab eodem spiritu, qui scribenti affuit, vt septem spiritus dicerentur. Cum itaque legis denario spiritus sanctus per septenarij numerum accedit sunt decem, & septem, qui numerus ab vno vsque ad seipsum computatis omnibus crescens, ad centum quinquagintatres peruenit. Ad vnum enim si adicias duo, sunt vtrique tres, his si adicias tres & quatuor, sunt decem: deinde si adicias omnes numeros qui sequuntur vsque ad decem & septem, ad prædictum numerum summa perducitur, id est, si ad decem, quod ab vno vsque ad quatuor perueneras, addas quinque, sunt quindecim. His addas sex, & sunt viginti vnum: his addas septem, & sunt vigintiocto: his addas octo, & nouem, decem, & sunt quinquagintaquinque: his addas vndecim & duodecim & tredecim, & sunt nonaginta vnum: his rursus quatuordecim & quindecim & sedecim, & sunt centum trigintafex: huic numero adde illum qui restat de quo agitur, id est, decem & septem, & piscium numerus ille complebitur. Non ergo tantummodo centum quinquagintatres sancti ad vitam resurrectionis significantur a ternam, sed millia sanctorum ad gratiam spiritus pertinentium, qua gratia cum lege Dei tanquam cum aduersario concordatur, vt viuificante spiritu litera non occidat: sed quod per literam iubetur, spiritu adiuuante compleatur, & si quid minus sit, remittatur. Omnes ergo ad istam gratiam pertinentes, hoc numero figurantur, hoc est, figurati significantur. Qui numerus ter habet etiam quinquagenarium numerum, & in super ipsa tria propter mysterij trinitatis. Quinquagenarius autem multiplicatis septem per septem, & vnus adiectione completur: nam septies septē sunt quadragintanouem. Vnus autem additur, vt eo significetur vnū esse, qui per septem propter operationem septenarij demonstratur: & nouimus spiritum sanctum post ascensionem Domini quinquagesimo die missum, quem discipuli iussi sunt expectare promissum. Non igitur frustra dicti sunt hi pisces, & tot & tanti, id est, & centum quinquagintatres, & magni: sic enim scriptum est: Et traxit rete in terram plenum magnis piscibus centū quinquaginta tribus. Cum enim dixisset dominus: Non veni soluere legem, sed implere, daturus vti que spiritum, per quem lex posset impleri, tanquam septem additurus ad decem, paucissimis verbis interpositis ait: Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, &

Matth. 19.

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

1. Cor. 11.

Matth. 5.

Matth. 19. 2. Thef. 4. 1. Cor. 15.

Matth. 5.

Matth. 9.

1. Cor. 9.

Luc. 5.

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

Gen. 1.

Esai. 11.

Apocal. 1. 1. Cor. 11.

Act. 1.

Matth. 5.

Bibl. Hom. tom. 2. M M m m m docuerit

docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno caelorum: iste ergo poterit pertinere ad numerum piscium magnorum. Minimus autem ille qui soluit factis quod docet verbis, in tali Ecclesia potest esse, qualem significat piscium prima illa captura, habentem bonos, & malos, quia & ipsa dicitur regnum caelorum, propter quod ait: Simile est regnum caelorum sae-
^{Matth. 13.} genae missae in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Vbi vult intelligi etiam bonos & malos, quos dicit in litore, id est, sine seculi separandos: denique ut ostenderet istos minimos reprobos esse qui docet bona loquendo, quae soluit male viuendo, nec quasi minimos in vita aeterna futuros, sed omnino ibi non futuros, cum dixisset minimus vocabitur in regno caelorum, continuo subiicit: Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum, & pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. Isti sunt certe scribae, & pharisaei, qui super cathedram Moysi sedent, & de quibus ait: Quae dicunt facite, quae autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt, docent sermonibus quod soluant moribus. Consequens est ergo, ut qui minimus est in regno caelorum, qualis nunc est ecclesia, non intret in regnum caelorum, qualis tunc erit ecclesia: quoniam docendo quod soluit, ad eorum societatem qui faciunt quod docent non pertinebit. Et ideo non erit in numero piscium magnorum, quoniam qui fecerit, & docerit, magnus vocabitur in regno caelorum. Et quia hic magnus erit, ideo ibi erit ubi minimus ille non erit, vique adeo quippe ibi magni erunt, ut qui minor ibi est, maior sit eo quo hic nemo maior est: sed tamen qui hic magni sunt, id est, qui in regno caelorum ubi sae-
^{Matth. 23.} genae congregat bonos & malos, faciunt bona quae docent, ipsi erunt in illa regni caelorum aeternitate maiores, quos isti ad dexteram & ad resurrectionem vitae pertinentes indicant pisces. Sequitur de prandio domini cum istis septem discipulis, & de his quae post prandium locutus est, ac de ipsius euangelij termino, ut Deus quod donauerit differamus: sed hoc non est isto sermone coartandum.

EIVSDEM IN IDEM
Homilia 2.

^{Ex iud. 13. in ioh.} **I**N eo quod tertio dominus post resurrectionem manifestauit se discipulis suis, beati Ioannis Apostoli Euangelium terminatur, in quo iam pertractauimus ut valuimus partem priorem, vique ad eum locum ubi narratum est captos fuisse pisces centum quinquaginta tres a discipulis, quibus se demonstrauit, & cum magni essent, retia non esse rupta: deinde quae sequuntur, consideranda sunt, & quantum adiuuat dominus, sicut res postulare videbitur, differenda. Peracta quippe illa piscatione, dicit eis Iesus; Venite prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, tu quis es, scientes quia dominus est. Si ergo sciebant, quid opus erat ut interrogarent? Si autem non opus erat, quare dictum est, non audebant, quasi opus esset, sed timore aliquo non auderent? Sensus ergo hic est, tanta erat euidencia veritatis, quae Iesus illis discipulis apparebat, ut eorum non so-

lum negare, sed ne dubitare quidem vllus aude-
 ret: quoniam si quisquam dubitaret, vique in-
 terrogare deberet: sic ergo dictum est, nemo aude-
 bat eum interrogare, tu quis es. Ac si diceretur, nemo
 audebat dubitare quod ipse esset. Et venit Iesus
 & accepit panem, & dat eis, & piscem similiter. Ecce
 dictum est etiam quid pranderent, de quo prandio
 aliquod suauae ac salubre dicemus & nos, si pas-
 cat & nos. Superius narratum est quod isti disci-
 puli quando descenderunt in terram, viderunt
 prunas positas, & piscem superpositum, & panem.
 Vbi non est intelligendum etiam superpositum
 panem fuisse prunis, sed tantum subaudiendum
 viderunt. Quod verbum si repetamus eo loco,
 ubi subaudiendum est, ita totum dici potest: viderunt
 prunas positas, & piscem superpositum, &
 viderunt panem. Vel ita potius, viderunt prunas
 positas, & piscem superpositum, viderunt & pa-
 nem. Iubente etiam domino, atulerunt & de
 piscibus, quos ipsi ceperant, quod eos fecisse,
 quamuis a narrante Ioanne non esset expressum,
 tamen dominum fuisse non tacitum est: ait enim,
 Asserte de piscibus, quos prendidistis nunc. Et vique
 iubente illo, eos non fecisse quis credat? Hinc ergo
 fecit prandium dominus illis septem discipu-
 lis suis, de pisce scilicet, quem prunis superpositum
 viderant, huic adiungens ex illis quos ceperant,
 & de pane quem nihilominus eos vidisse narra-
 tum est. Piscis illius, Christus est passus. Ipse est &
 panis viuus, qui de caelo descendit: huic incorpo-
 rat Ecclesia ad participandam beatitudinem
 sempiternam, propter quod dictum est. Asserte de
 piscibus quos prendidistis nunc. Ut omnes, qui hanc
 spem gerimus, per illum septenarium numerum
 discipulorum, per quem potest hoc loco nostra
 vniuersitas intelligi figurata, tanto sacramento
 nos communicare nossemus, & eidem beatitudi-
 dini sociari. Hoc domini prandium est cum disci-
 pulis suis, ad quod Ioannes Euangelium suum
 cum haberet de Christo alia multa, quae diceret
 magna, ut existimo, ex rerum magnarum con-
 templatione concludit. Hic enim Ecclesia qualis
 in solis bonis futura est, significatur per captum
 centum quinquaginta tres piscium, & eis, qui
 haec credunt, sperant, diligunt, participatio tantae
 beatitudinis per hoc prandium demonstratur.
 Hoc iam tertio, inquit, manifestatus est Iesus discipulis
 suis, cum surrexisset a mortuis. Quod non ad ipsas
 demonstrationes, sed ad dies referre debemus, id
 est, primo die cum surrexerit, & post dies octo
 quando discipulus Thomas vidit & credidit, &
 hodie quando hoc de piscibus fecit. Post quot
 autem dies id fecerit, dictum non est: nam ipso
 primo die non est visus semel, sicut Euangelista-
 rum omnium testimonia collata demonstrant:
 sed sicut dictum est: secundum dies numerandae
 sunt manifestationes eius ut ista sit tertia. Prima
 quippe habenda est, eademque vna propter vnum
 diem, quotiescunque se & quibuscunque die illo
 quo surrexerit ostendit: secunda post dies octo,
 & haec tertia, & deinde quoties voluit v-
 que ad diem quadragesimum, quo
 ascendit in caelum, quamuis
 non scripta sunt
 omnia.

EIVS

EIVSDEM IN IDEM
euang. Homil. 3.

^{Matth. 12.2. Ioh. 2.1.} **E**T hodie lectio recitata est de his quae facta
 sunt post resurrectionem domini, secundum
 Euangelistam Ioannem. Audiuit nobiscum cha-
 ritas vestra dominum Iesum Christum ad mare
 Tyberiadis ostendisse se discipulis suis: & qui eos
 iam fecerat piscatores hominum, inuenit eos ad-
 huc piscatores piscium. Per totam noctem nihil
 ceperunt, viso autem domino, & eo iubente, retia
 mittentes ceperunt quantum numerum audistis.
 Nunquam hoc dominus iuberet, nisi aliquid si-
 gnificare vellet, quod nobis nosse expediret.
 Quid ergo pro magno potuit ad Iesum Christum
 pertinere, si pisces caperentur, aut si non cape-
 rentur? Sed illa piscatio, significatio nostra erat.
 Recolamus ergo vobiscum duas istas piscationes
 discipulorum factas esse iubente domino Iesu
 Christo, vnam autem ipso facto, aliquid nobis post re-
 surrectionem, in his ergo duabus piscationibus
 tota figuratur Ecclesia, & qualis modo, & qualis
 erit in resurrectione mortuorum. Modo habet
 enim sine numero multos bonos, & malos, post
 resurrectionem autem habebit certo numero so-
 los bonos. Recordamini ergo primam piscationem,
 ubi videamus Ecclesiam qualis est, isto tempore.
 Dominus Iesus inuenit discipulos suos piscantes
 quando primum eos vocauit, ut sequeretur eum.
 Tunc tota nocte nihil ceperunt: Eo autem viso,
 audierunt ab illo, mitte retia. Domine, inquit,
 per totam noctem nihil cepimus, sed ecce in ver-
 bo tuo mittimus. Miserunt, iubente omnipoten-
 te. Quid potuit aliud fieri, nisi quod ille voluisset?
 Sed tamen eodem ipso facto, aliquid nobis ut di-
 xi quod nosse expediat significare dignatus est.
 Missa sunt retia. Adhuc dominus nondum erat
 passus, nondum surrexerat, missa sunt retia, ce-
 perunt tantum piscium, ut duo nauigia imple-
 rentur, & ipsa retia eadem piscium multitudine scin-
 derentur. Tunc illis dixit, Venite, & faciam vos
 piscatores hominum. Acceperunt ab illo retia
 verbi Dei, miserunt in mundum tanquam in ma-
 re profundum, ceperunt quantum multitudinem
 Christianorum cernimus, & miramur. Duo autem
 illa nauigia, duos populos significabant, iudaeorum,
 & gentium, synagoga, & Ecclesia, circum-
 cisionis, & praepitij. Illorum enim duorum na-
 uigiorum tanquam duorum parietum de diuerso
 venientium, lapis angularis est Christus. Sed quid
 audiuiimus? Ibi premebantur nauigia praeter mul-
 tudinem, sic fit modo, multi Christiani, qui male
 viuunt, Ecclesiam premunt. Parum est quia pre-
 munt, & retia dirumpunt. Nam, si non essent re-
 tia scissa, schismata non essent commissa. Tran-
 seamus ergo ad ista piscationem quam toleramus,
 & ad illam veniamus. Ardentem optamus, & fide-
 liter exoptamus. Ecce dominus mortuus est, sed
 surrexit, apparuit ad mare discipulis suis, iubet
 eos retia mittere. Non quomocunque inten-
 dite. Nam in prima piscatione non illis dixit, Mit-
 tite retia in dexteram aut sinistram. Ne soli mali
 vel soli boni significarentur si diceret, in dexteram
 ideo non dixit, vel in sinistram, quia permixti erant
 capiendi boni cum malis. Iam modo post resur-
 rectionem qualis erit Ecclesia audite, discernite,
 gaudete, sperate, comprehendite. Mittite, inquit;

retia in dexteram partem. Iam dexteri capiuntur, nulli
 mali timeatur. Scitis enim qui dixit se separatu-
 rum esse oues a dexteris, dixerunt: Accipite re-
 gnum: Ecce vnde mittit retia? In dexteram partem
 miserunt, ceperunt, certus est numerus, nemo est
 ibi super numerum. Modo autem quanti super
 numerum accedunt ad altare, qui in populo Dei
 videntur, & in libro vitae non scribuntur. Ibi ergo
 certus numerus est. De quibus piscibus & vos
 esse affectate, non audiendo tantum, & laudando:
 sed intelligendo, & bene viuendo. Mittuntur
 ergo retia, capiuntur pisces magni. Quis est enim
 ibi tunc paruus, quando erunt aequales angelis
 Dei? Capiuntur ergo pisces magni, centum quin-
 quaginta & tres. Dicit mihi aliquis. Et tot erunt
 sancti? Absit a nobis, ut tantam paucitatem esse
 sanctorum, & in illo regno futurorum etiam de
 sola ista Ecclesia suspicemur. Certus numerus
 erit: sed millia millium erunt de populo Israelitico.
 Ioannes sanctus in Apocalypsi de solo populo
 Israel duodecies duodena millia dicit futuros,
 qui se cum mulieribus non conuinauerunt, virgi-
 nes enim permanerunt. At vero de caeteris gen-
 tibus vere dicit cum stolis albis tanta millia ho-
 minum, quae numerare nemo potest. Aliquod
 ergo signum vult iste numerus, & anniuersaria
 solennitate sermonis huius commemorare vobis
 debeo, quod omni anno soletis audire. Centum
 quinquaginta & tres pisces, numerus est signifi-
 cans millia millium sanctorum, atque fidelium.
 Quare ergo isto numero tot millia, quae futura
 sunt in regno caelorum, dominus significare di-
 gnatus est? Audite quare. Scitis legem dariam esse
 per Moysen populo Dei, & in ipsa lege praecipuum
 commemorari decalogum, id est, decem praecpta
 legis. Quorum est vnum praecptum de colendo
 vno Deo, secundum praecptum de obseruatione
 sabbati, quod Christiani spiritaliter obseruant,
 Iudaei carnaliter violant. Ista tria praecpta ad
 Deum pertinent, reliqua septem ad homines,
 propter illa duo principalia, Diliges dominum
 Deum tuum in toto corde tuo, & ex tota anima
 tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum
 tuum tanquam teipsum. In his duobus mandatis,
 tota lex pendet, & propheta. Quia ergo duo sunt
 ista praecpta in illo decalogo, tria pertinent ad
 dilectionem Dei, & septem ad dilectionem pro-
 ximi. Quae sunt septem pertinentia ad hominem?
 Honora patrem tuum, & matrem, non macta-
 beris, non occides, non furaberis, non falsum te-
 stimonium dixeris, non concupisces vxorem pro-
 ximi tui, non concupisces rem proximi tui. Haec
 decem praecpta nemo implet viribus suis, nisi
 adiuuetur gratia Dei. Si ergo legem nemo implet
 viribus suis, nisi Deus adiuuet spiritu suo, iam
 recolite quemadmodum spiritus sanctus septen-
 nario numero commendatur sicuti sanctus Pro-
 pheta dicit, implendum hominem spiritu Dei
 sapientiae, & intellectus, consilij, & fortitudinis,
 scientiae, & pietatis, spiritu timoris Dei. Ista septem
 operationes commendant septenario numero spi-
 ritum sanctum, qui quasi descendens ad nos inci-
 pit a sapientia, finit ad timorem. Nos autem ascen-
 dentes incipimus a timore, perficimur in sapientia:
 Initium enim sapientiae timor domini. Si ergo
 spiritu opus est, vel lex possit impleri, accedant
 septem ad decem, sit numerus decem & septem.
 Si computes ab vno vique ad decem, & septem,
 Bibl. Hom. tom. 2. MM m m 2 sunt

Supra illud 122.

Ioh. 6.

Luc. 5.

Mar. Luc. 5.

Matth. 12.2. Ioh. 2.1.

Apoc. 14.

Exo. 1.10.

Matth. 2.3.

Esa. 1.

Ecclesi. 1.

fiunt centum quinquaginta & tres. Non opus est omnia annuere, apud vos numerate, sic computate, vnum & duo & tria & quatuor sunt decem. Quomodo decem sunt vnum & duo & tria & quatuor, sic adde ceteros numeros vsque ad decem & septem, & inuenis numerum sacramentum fidelium, atque sanctorum in caelestibus cum domino futurorum.

S. CYRILLI EPISCOPI

Alexand. superioris Euang. expositio.

Postea manifestauit Iesus se, &c. Tertio iam dominus libere discipulis appareret, vt fidem eorum inuicta firmitate roboreret. Nam, qui saepius viderunt, quomodo ab omni ambiguitate remoti, veri etiam aliis pietatis doctores non efficiunt? Exiit ergo Petrus piscatum, concurrunt autem etiam ceteri, Christo forsitan ita dispensante, qui, quando ad apostolatam eos vocauit, venite, inquit, post me, & faciam vos piscatores hominum: quod modo ex hac re quasi a signo quodam cito futurum significauit. Nam discipuli quidam tota nocte laborantes nihil comprehendunt: sole autem iam oriente, stetit Iesus in littore, interrogauitque nunquid ceperint, quibus nihil omnino cepisse respondentibus, iussit in dexteram nauis partem retia mittere. Illi vero, quamuis tota nocte frustra laborassent, quamuis ignoraret dominum ipsum esse, in tuo tamen nomine, responderunt, id faciemus. Quo facto, mirabilis quaedam piscium multitudo capta est. Hac euangelista. Verum, quoniam modo dicebamus hac re significatum a domino fuisse, cito iam futurum, quod illis praedixit, quia piscatores hominum erunt, age, inuestigatis singulis, nonnullas spiritualis speculationis causas legentibus praebemus: da enim, inquit, sapienti causam, & sapientior erit. Ea igitur ex re, quod tota nocte frustra laborassent, significari putamus, quia praedicatione piscorum nemo persuasus omnino Deo adhaesit, aut adeo pauci vt neminem id fecisse non iniuria dicere possimus: nulli enim paucissimi ad vniuersum orbem collati videntur. Quid igitur prohibuit, aut quid faciebat, vt praedicatione illorum fructu non afferret: nox erat, mentalisque (vt ita dicam) tenebrae animi oculos obfuscabant, & error demoniacus a veritatis cognitione abducebat, nemo enim erat, qui faceret bonum, nemo vsque ad vnum: sed omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Nam ipse quoque Israel, quem Moses fuit piscatus, vmbra, & figuris institutus, ad perfectionem venire non poterat, Cultus enim Dei, qui per figuras erat, non fuit Deo acceptus: quod facile intelligitur, quia sacrificia, & sanguinem, & omne oblationis genus terrestre, ac corporeum repulit dicens. Ad quid mihi cinnamomum, & incensum a longinqua terra offertis? holocausta vestra non sunt mihi grata, & sacrificia vestra non delectant me. Hac dicimus, no legem acculantes, sed significantes, quia cum creator omnium Deus ad solam euangelicam pulchritudinem discipline respiceret, etiam qui per legem vmbra, atque figuris Deum colebant, longe a veritate aberant. Christus enim est veritas. Praeterea, qui ad legalem cultum per legem Moysi vocati fuerunt, spreta le-

Matth. 4.

Prouer. 9.

Psal. 13.

Hiere. 6.

1. Ioan. 5.

ge, ad hominum mandata couersi, adeo induruerunt, vt prophetarum apud eos doctrina nihil potuerit. Vnde alius clamabat, domine, quis credit auditui nostro: alius; va mihi, mater, cur me peperisti virum rixam, atque discordiam in vniuersa terra: nec mihi quisquam, nec ego alicui vnquam profui. Cur igitur non similes Iudaeos putabimus eis, qui legem non habebant, cum legem darum contemnerent? Nam de gentibus quidem nullus vnquam dubitabit, quin erroribus inuolutae, a disciplina Dei procul abessent. Nox ergo, profundaque tenebrae faciebant, ne verae pietatis homines lucem inspicerent, quas ob res, qui ante Christi aduentum piscari homines conati sunt, per totam noctem laborarunt, & nihil ceperunt. Mane autem facto, & depulsis diaboli tenebris a vera luce, Iesu Christo oriente, quaerentque a laborantibus, nunquid habeant, quod saluatori Deo salutem hominum esurienti, cibis fieri possit: quia nihil se cepisse respondent, ad dexteram nauis partem, retia mittere iubentur: dextera enim beatus Moses retia, per mandata scilicet legis, sed in sinistra quodammodo parte, facta piscatio est. Dextera enim pars saluatoris doctrinae attribuitur, quae vltra omnem comparationem maior, atque gloriosior Moisaica est. Figuris enim veritas multo sublimior, & seruo dominus superior, & damnanter littera iustificans spiritus gratia. Dextera igitur pars excellentiam, praestantiamque significat. Sed retibus in dexteram partem iactis, magna multitudo piscium capta est. Iussu autem domini hoc factum est; quia non rapuerunt gratiam, sed imperio Christi paruerunt dicentis, euntes docete omnes gentes. Vnde ab ipsis etiam dicitur; quia in nomine tuo rete mittemus. Non enim aliter quam in nomine saluatoris, & verbis, atque doctrina eius apostoli piscantur. Magna vero multitudo piscium capta est; adeo vt discipuli trahere non possent. Innumeri enim fideles sunt, & vires apostolorum tanta res omnino excedit. Christi ergo haec operatio est: qui multitudinem hominum sua virtute ad terrestrem hanc ecclesiam, quasi ad retia colligit. Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, &c. Se ipsum cursum dilectum appellat discipulum, qui hoc nobis euangelium conscripsit. Diligebatur autem maxime, quia propter mentis puritatem, & cordis oculorum acumen, ad intelligendum erat aptissimus. Vnde solus signum statim intellexit, & Christum adesse cognouit, ac aliis nihil dubitans significauit: firmo enim animo exclamauit; dominus est. Et Petrus quidem feruens amore Christi, vt solebat, exiit, tardius terrae applicaturam nauim intelligens; ceteri vero nauigio veniunt, rete trahentes: prius autem vident positas, & piscem superpositum: quem miraculose Christus fuit piscatus. No enim ab apostolis spiritualis incepit piscatio, sed saluator noster primus manum imposuit. Locoque primitiarum vnum piscatus est; nec vnum simpliciter intelligimus, sed paucitatem ita significari arbitramur. Postea vero ingentem discipuli multitudinem nuntii ipsius roborati piscati sunt. Trahit autem Petrus rete; per quem labor apostolorum non esse inanis intelligitur: attulerunt enim piscationis auctori, id est, illi, qui mittere iussit rete, pisces numero centum quinquaginta. tres. Significat autem ceterarius (vt mihi videtur) numerus gentium plenitudinem, plenissimus enim numerus est,

Psal. 13.

Matth. 1.

est, qui decem decibus constat. Quare dominus noster quoque Iesus Christus modo centum se habere oues dicebat, plenitudinem rationalium creaturarum hoc numero significans, modo fertilissimum agrum centum producturum affirmabat, plenitudinem fertilitatis probare animae subostendens. Quinquagenario autem numero eos significari putamus, qui e Iudaeis crediderunt, crediturique sunt. Subduplus enim hic numerus ad centenarium est, & longe abest a plenitudine: ternarius vero, qui relinquitur, sanctissimae trinitatis significationem habere mihi videtur: ad gloriam cuius fidelium vita describitur. Coniunctum autem scriptus numerus est; quia coniunctim intelligitur: Deus enim sanctificationis modo in omnibus esse fidelibus intelligitur. Verum, postquam rete iam tractum est, venite, ad discipulos, & prandete, dominus ait. Vnde significatur, quia post multos labores, quibus vocati vehementer sudabant, tandem cum domino recumbent, spirituali cibo sibi proposito, qui mentem ac rationem excedit humanae naturae: ita enim etiam in psalmo dicitur, fructus labiorum tuorum comedes. Nec ipsi capiunt, quod manducant, sed Christus eis distribuit, vt hinc quoque figura intelligamus, Christum etiam in futuro saeculo gratiarum nobis largitorem futurum.

Matth. 28.

Matth. 22.

Psal. 127.

PETRI CHRYSOL.

Episcopi Rauenn. in superius Euang. De septima Christi manifestatione facta discipulis ad mare Tiberiadis, Sermo.

En. 78.

Post illam terris in expertem, tremendam caelis, inauditam saeculis, inferis non ferendam tempestatem dominicae passionis, venit ad mare dominus, & discipulos suos nocturnis in tenebris reperit fluctuantes: fugiente enim Sole, quid de splendore lunari? quid de stellis ad noctis potuit solatium remanere? Erat enim vna terra, & confusa caligo, quae no solum visum corporis, sed ipsum mentis caecabat obtutum; nec sinebat litris fidei, portum salutis petere, vel repetere nauigantes. Mandi, inquit euangelista, iam facta, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Creaturis iniuria tota fugerat creatura: necem domini sui mundus euitare contendit: sciens ad totam domum vindictam pertendere, in qua fuerit seruatorum scelere dominator occisus. Hinc est, quod, suis se deserentibus fundamentis, terra tremuit: Sol, ne videret, aufugit: dies, ne interesset, abscessit; petrae, quia non valebant discedere per naturam, nouum scinduntur per vulnus: facinus tantum sono, quia voce non poterant, accusantes: infernus, vbi ad se penetrare ipsum iudicem vidit, victus, & euilum, quos corbebat, amittit: hinc est, quod reddita corporibus suis animae resurrecturos mortuos, quos mundus putauerat deperxisse, viuentibus nunciatur. Ergo taliter cum mundi compago tota confuso ordine fluctuaret, & ad primordiales tenebras, atque antiquum chaos crederet se auctoris sui morte deuolutam, subito resurrectionis suae lumine dominus diem reducit, & orbem totum pristinum reformat in corpus, vt, quem sibi taliter viderat esse compa-

sum, suam secum suscitaret ad gloriam, dicente euangelista. Mandi iam facta. Id est, transacta nocte dominicae passionis. Stetit Iesus in littore. Vt in antiquum terminum reuocaret vniuersa, firmaret dubia, iactata compesceret, turbata componeret, & statione sua ipsa fundamenta orbis, quae sic commota fuerant, stabiliret, quo mox mundus ad sui recurreret auctoris obsequium, qui ad sui diffugerat auctoris iniuriam. Mandi autem facta, stetit Iesus in littore. Vt ecclesiam praecipue, in qua discipuli a maris tunc fluctibus iactabantur, ad fidem suam reduceret stationem: denique, quia eos fidei virtute repererat destitutos, & a virili robore inuenerat praedictos, arguit tales, pueros nuncupando, cum dicit; Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Ibi enim erat Petrus, qui negauerat; Thomas, qui dubitauerat; Ioannes, qui fugerat: non ergo vt fortissimos milites, sed pueros compellat vt timidos: & quos idoneos necdum deprehendit ad praedium, vt teneros inuitat ad mensam, dicendo; Pueri, nunquid habetis pulmentarium? Vt humanitas ad gratiam, panis ad fiduciam, pulmentum reuocaret ad fidem: corpus enim resurrexisset non crederent, nisi eum toto hominis ordine cernerent manducantem. Hinc est, quod petit escas saturitas tota rerum: panis ipse manducat: quia non ille cibum, sed suorum semper esurit charitatem. Pueri, nunquid habetis pulmentarium? responderunt ei, non. Et quid habebant, qui Christum iam secum positum non habebant, qui coram stantem dominum suis adhuc oculis non videbant? Non enim cognouerunt discipuli, quod Iesus est. Dicit eis, mitte in dexteram partem nauis rete, & inuenietis. Reuocat ad dexteram, quos turbo passionis egerat, & redegerat ad sinistram. Miserunt, inquit, & non poterant illud trahere a multitudine piscium. Miserant in dexteram, miserant in virilem partem, sed vt pueri adhuc trahere non valebant, senserunt tamen ex ipso pondere, senserunt pisces venisse ad iubentis imperium, non humanae artis incurrisse capturam. Discipulus autem ille, qui diligebatur ab Iesu, ait, Dominus est. Primus, qui diligitur, videt, quia semper amoris oculus acutius intuetur, & semper viuacius, qui diligitur, sentit. Petrus vt audiuit. Quae res illam Petri sic tardauerat mentem, vt ab alio audiret dominum, qui ceteris consueuerat nunciare? Vbi est illud ipsius singulare? Tu es Christus filius Dei viui: vbi est illud domum aufugerat Cayphae Principis Iudaeorum, tardius suum dominum videbat, qui vocem facile ancillae susurrantis audiuit. Vt audiuit, inquit, quia dominus est, tunica se praecinxit: erat enim nudus. Mirum, fratres, cum comprehenderetur dominus, Ioannes abiecit sindonem, & Petrus inuentus est nudus; quia Ioannem texit fuga: Petrum negatio sic nudauit. Mirum, fratres, & vere mirum, quia, qui in navi nudatus est, in mare se demergit indutus: quia innocentia nunquam nuda est, & reatus semper refugit ad velamen, denique, sicut Adam, ita & nunt Petrus post culpam suam gessit tege re nuditatem, qui fuerant ambo utique ante culpam sancta nuditate vestiti. Tunica se praecinxit, & misit se in mare. Vt mare dilueret, quod negatio taliter sordidauerat. Misit se in mare. Vt esset primus in reditu, qui acceperat in ordine principatum. Et tunica se praecinxit. Qui praecingendus erat martyrii passione, dicente domino: Alius te praecinet, & ducet, quod tu non vis. Alij autem discipuli na-

Matth. 26.

Ioan. 20.

Mar. 14.

Matth. 16.

26.

Mar. 14.

Genes. 3.

Ioan. 21.

uigio uenerunt: Alij nauigio perueniunt, & captu-
ram piscium trahunt, vt Ecclesiam sæculi iacta-
tam procellis, & eos, quos euangelico reti ad su-
pernam lucem rapiunt, & eleuant de profundo,
ad dominum secum fideli labore perducant. Non,
inquit, longè erant à terra. Non erant longè à terra
uiuentium, quos præsentium finis proximos esse
fecerat iam futurus. Sed quasi cubitis ducentis. Ex Iu-
deis, & gentibus cõtenarium numerum duplicat,
qui duorum vitam, salutemque iungit populo-
rum. Reliquam partem lectionis sequenti ser-
mone, Domino iuuante, tractabimus.

B. GREGORII PAPÆ
in idem Euang. Homil.

Est Hom. 14.
in Euang.

Lectio sancti euangelij, quæ modò in auribus
uestris lecta est, fratres mei, quæstione animi
pulsat, sed pulsatione sua vim discretionis
inducit. Quærit etenim potest, cur Petrus, qui pesca-
tor ante conuersionem fuit, post conuersionem
ad piscationem rediit: & cum ueritas dicat, Nemo
mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retrò,
aptus est regno Dei: cur repetiit, quod dereliquit?
Sed si uirtus discretionis inspiciatur, citò uideatur,
quia nimirum negocium, quod ante conuersionem
sine peccato exitit, hoc etiam post conuersionem
repetere culpa non fuit. Nam piscatorem
Petrum, Matthæum uero telonarium scimus. Et
post conuersionem suam ad piscationem Petrus
rediit: Matthæus uero ad telonei negocium non
restitit: quia aliud est uictum per piscationem quaere-
re aliud telonei lucris pecunias augere. Sunt enim
pleraque negocia, quæ sine peccatis exhiberi aut
vix, aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum
implicant, ad hæc necesse est ut post conuersionem
animus nõ recurrat. Quærit etiam potest,
cur discipulis in mari laborantibus, post resurre-
ctionem suã dominus in litore stetit, qui ante resur-
rectionem suã corã discipulis in fluctibus maris
ambulauit. Cuius reiratio festinè cognoscitur,
si ipsa quæ tunc inerat, causa pensetur. Quid enim
mare, nisi præsens sæculi designat, quod se
tumultibus, & uindis uitæ corruptibilis illidit?
Quid per soliditatem litoris, nisi illa perpetuitas
quietis æternæ figuratur? Quia igitur discipuli ad-
huc fluctibus mortalitatis uitæ inerat, in mari labo-
rabant. Quia autem redemptor noster iam corrup-
tionem carnis excesserat, post resurrectionem
suam in litore stabat: ac si ipsum resurrectionis
suæ mysterium rebus discipulis loqueretur, dicens:
Iam uobis in mari non appareo, quia uobiscum
in perturbationis fluctibus non sum. Hinc est,
quod in alio loco post resurrectionem suam eisdem
discipulis dicit; Hæc sunt uerba, quæ locutus
sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum. Neque
enim cum ipsis non erat, quibus præsens corpo-
raliter apparebat: Sed tamen iam secum ipsis esse
denegat, à quorũ mortali corpore carnis immor-
talitate distabat. Quod illic cum ipsis positus fa-
teretur, non se esse cum ipsis, hoc quoque hic situ
corporis indicat, cum adhuc eis nauigantibus esse
se iam in litore demonstrat. Facta est autem disci-
pulis piscationis magna difficultas, ut magistro
ueniente fieret admirationis magna sublimitas.
Qui protinus dixit: Mittite in dexterã nauigij rete, &
inuenietis. Bis in sancto euangelio legitur, quia do-

Luc. 9.

* casu seruum.

Luc. 24.

minus iussit ut ad piscandum retia mitterentur,
ante passionem uidelicet, & post resurrectionem.
Sed, priusquam redemptor noster pateretur & re-
surgere, mitti quidem rete ad piscandum iubet,
sed utrum in dexteram, an in sinistram mitti de-
buisse, non iubet. Post resurrectionem uero disci-
pulis apparet, mitti rete in dexteram iubet. In il-
la piscatione tanti capti sunt, ut retia rumpere-
ntur: in ista autem & multi capti sunt, & retia ta-
men rupta non sunt. Quis uero nesciat bonos in
dexteram, ac malos in sinistra figurari? Illa igitur pi-
scatio, in qua specialiter in quã partem mitti rete
debeat non iubetur, præsentem Ecclesiam desi-
gnat, quæ bonos simul, & malos colligit, nec eli-
git quos trahat, quia quos eligere possit, ignorat.
Hæc autem piscatio post domini resurrectionem
facta, in solam dexteram missa est: quia ad uiden-
dum claritatis ipsius gloriam sola electorum Ec-
clesia pertingit, quæ de sinistro opere nihil habe-
bit. In illa piscatione præ multitudine piscium re-
te rumpitur: quia nunc ad fidei confessionem,
etiam cum electis reprobis intrant, qui ipsam
quoque Ecclesiam hæresibus scindant. In illa uero
piscatione, & multi pisces & magni capiuntur,
& rete non rumpitur: quia sancta electorum Ec-
clesia in continua auctoritate sui pascere requiescens,
nullis iam dissensionibus dilaniatur. Capti autem
tam magnis piscibus, ascendit Simon Petrus, & traxit
rete in terram. Iam credo, quod uelut charitas ad-
uertat, quid est, quod Petrus rete ad terram trahit.
Ipsi quippe sancta Ecclesia est commissa: ipsi spe-
cialiter dicitur: Simon Ioannis, amas me? pascere
oues meas. Quod ergo postmodum aperitur in
uoce, hoc modo signatur in opere. Quia igitur
prædicator Ecclesiæ nos à mundi huius fluctibus
separat, nimirum necesse est, ut rete plenum pi-
scibus Petrus ad terram ducat. Ipse enim pisces
ad soliditatem litoris petra trahit, quia sanctæ præ-
dicationis uoce stabilitatem æternæ patriæ fide-
libus ostendit. Hoc egit uerbis, hoc epistolis, hoc
agit quotidie miraculorum signis. Quoties enim
per eum ad amorem quietis æternæ conuertimur,
quoties à terrenarũ rerũ tumultibus separamur,
quid aliud quam missi intra rete fidei, ut pisces, ad
litus trahimur? Sed, cum rete magnis piscibus ple-
nũ dicitur, additur & quantitas, scilicet centũ quin-
quaginta tribus. A magno mysterio numerus non
vacat, sed intentos uos tanti mysterij profunditas
expectat. Neque etenim quantitatis summam so-
lenter euangelista exprimeret, nisi hæc sacramen-
to plenam esse iudicasset. Scitis namque, quod in
testamento ueteri omnis operatio per decalogi
mandata præcipitur. In nouo autem eiusdem ope-
rationis uirtus per septiformem gratiam spiritus
sancti multiplicatis fidelibus datur: quem pro-
pheta denunciãns, dicit; Spiritus sapientiæ, &
intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spi-
ritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spi-
ritus timoris Domini. Sed ille in hoc spiritu ope-
rationem percipit, qui fidem Trinitatis agno-
scit, ut & patrem, & filium, & eundem spiritum
sanctum unius uirtutis credat, unius substantiæ
esse fateatur. Quia igitur septem, quæ supe-
rius diximus, per nouum testamentum latius data
sunt, decem uero per uetus præcepta, omnis no-
stra uirtus, & operatio per decem, & septem po-
test plenè comprehendi. Ducamus ergo per tri-
gonum decem & septem, & ueniunt quinquaginta &

Luc. 5.

Petro Ede-
fia comedi,
Ioan. 21.

Esai. 11.

Leuit. 15.

Ioan. 6.

ta & unum. Qui profectò numerus à magno my-
sterio non uacat, quia in testamento ueteri legi-
mus, quod à annis quinquagesimis Iubileus uo-
cari iussus est, in quo uidelicet cunctus populus
ab omni operatione quiesceret. Sed uera requies
in uinitate est, diuidi quippe unum nõ potest. Vbi
enim scissura diuisionis est, uera requies non est.
Ducamus igitur per trigonum quinquaginta &
unum, & sunt centum quinquaginta tres. Quia
igitur omnis nostra operatio in fide Trinitatis, ex-
hibita, ad requiem tedit, decem & septem ter du-
cimus, ut ad quinquaginta & unum uenire debeamus.
Et quia uera nostra requies tunc est, cum
ipsam iam claritatè Trinitatis agnoscimus, quam
in uinitate diuinitatis esse certum tenemus quin-
quaginta & unum ter ducimus, & electorum
summam in superna patria, quasi centum quin-
quaginta tres piscium, numerum tenemus. Post
resurrectionem ergo domini missum rete dignum
fuit, ut tot pisces caperet, quor solummodò elec-
tos ciues supernæ patriæ designarent. Inter hæc
uero, & hesternam sancti euangelij lectio, & hodie-
ram nos admonet, ut uigilanter debeamus inspicere,
cur dominus, & redemptor noster post resur-
rectionem suam piscem assum legitur comedisse.
Non enim uacat à mysterio, quod iteratur in fa-
cto. In hac etenim lectione panem, & assum pi-
scem: in illa uero, quæ hesternam die lecta est, cum
asfo pisce etiam fauum mellis comedit. Quid au-
tem signare piscem assum credimus, nisi ipsum
mediatorem Dei, & hominum passum? Ipse enim
latere dignatus est in aquis generis humani, ca-
pi uoluit laqueo mortis nostræ, & quasi tribu-
latione affatus est tempore passionis suæ. Sed qui
piscis affus fieri dignatus est in passione, fauus
mellis nobis exitit in resurrectione: & qui in pi-
sces asfo figurari uoluit tribulationem passionis
suæ, in fauo mellis utraq; naturæ exprimere uo-
luit personæ suæ. Fausus quippe, mel in cera est: mel
uero in cera, est diuinitas in humanitate. Quod
ab hac quoque lectione nõ discrepat: nam piscem
comedit & panem. Qui enim affatus est diuinitate,
uit ex humanitate, pane nos reficit ex diuinitate,
qui ait: Ego sum panis uiuus, qui de caelo descen-
di. Assum ergo piscem comedit & panem, ut ipso
suo cibo nobis ostenderet, quia & passionem ex
nostra humanitate pertulit, & resurrectionem nostram
ex sua diuinitate procurauit. Quod si uigilanter
inspicimus, nobis quoque qualiter ad imitandum
congruit uideamus. Sic enim sua facta redemptor
indicat, ut imitationis uiam nobis sequentibus
sternat. Ecce in cibo suo Dominus noster pisci as-
fo coniungere fauum uoluit: quia uidelicet illos
in suo corpore ad æternam quietem suscipit, qui
cum hic tribulationes pro Deo sentiunt, ab amo-
re internæ dulcedinis non recedunt. Cum asfo
piscis fauus sumitur, quia qui hic afflictionem pro
ueritate suscipiunt, illic dulcedine uera satiantur.
Notandum quoque, quod ultimum conuiuium
Dominus cum septem discipulis habuisse descri-
bitur. Petrus namque & Thomas, Nathanaël, filij
Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo, in eo fuisse
memorantur. Cur autem cum septem discipulis
ultimum conuiuium celebrat, nisi quod eos tan-
tũmodò, qui septiformi gratia spiritus sancti ple-
ni sunt, futuros secum in æterna refectione denũ-
tiat? Septem quoque diebus omne hoc tempus
euoluitur, & sæpè septenario numero perfectio

designatur, illi ergo ultimo conuiuium de præsen-
tia ueritatis epulatur, qui nunc perfectionis stu-
dio terrena transcendit, quos mundi huius amor
non ligat, quibus & si utunquæ per tentamenta
obstrepit, excepta tamen eorum desideria non re-
tundit. De hoc extremo conuiuium aliàs per Ioan-
nem dicitur; Beati qui ad cœnam nuptiarum
agni uocati sunt. Idcirco enim non ad prandium,
sed ad cœnam uocatos narrat, quia nimirum in fi-
ne dici conuiuium, cœna est. Qui ergo finito præ-
sentis uitæ tempore, ad refectionem æternæ con-
templationis ueniunt, non ad agni prandium, sed
ad cœnam uocantur. Quæ uidelicet cœna hoc ul-
timo conuiuium exprimitur, cui septem discipuli
adesse memorantur: quia illos, ut diximus, tunc
interna resectio reparat, qui pleni nunc septifor-
mi gratia, in amore spiritus anhelant. Hæc ergo
uobiscum, fratres, agite, huius spiritus repleti præ-
sentia desiderate: quid uos sequi in futurum pos-
sit, ex præsentibus perpendite. Pensate si hoc spiritu
pleni estis, & nolitis, si ad illud conuiuium perue-
nire ualeatis. Quisquis namque ille est, quem nũc
spiritus iste non reparat, profectò ab illa æterni
conuiuij refectione ieiunat. Mementote quid de
eodem spiritu Paulus dicat: Si quis spiritum Chri-
sti non habet, hic non est eius. Quasi quidam ti-
tulus diuinæ possessionis, est iste spiritus amoris.
Nunquidnam spiritum Christi habet is, cuius
mentem odia dissipant, elatio inflat, ira usque ad
diuisionem mentis exasperat, auaritia cruciat, lu-
xuria eneruat? Pensate quis sit spiritus Christi. Pro-
fectò ille, qui facit amicos & inimicos diligi, ter-
rena despici, pro cœlestibus æstuat, carnem pro-
pter uitia conterit, mentem à concupiscentiis res-
tinet. Si ergo uultis ius cognoscere possessionis
Dei, personam perpendite possessoris uestri. Ecce
enim quod diximus, uoce ueridica Paulus clamat:
Si quis spiritum Christi non habet, hic non est
eius. Ac si aperte dicat: Qui nunc Deo inhabitante
non regitur, de diuinæ claritatis specie pos-
simum non lætatur. Sed nos tamen, si ad hæc quæ
dicta sunt infirmamur, necdum coluic perfectionis
atingimus, in uia Dei quotidie sancti deside-
rij gressus ponamus. Consolatur nos ueritas, quæ
per Psalmistam dicit: Imperfectum meum uide-
rent oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur.
Non omnino erit nobis noxia nostra imperfectio,
si in Dei itinere constituti, & ad transacta non re-
spicimus, & ea quæ restant, transire festinamus.
Nam qui imperfectorum desideria dignanter in-
flamat, hæc quandoque ad perfectionem robo-
rat, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui
cum eo uiuit, & regnat Deus in uinitate spiritus
sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

Apo. 19.

Rom. 8.

Rom. 8.

Psal. 138.

BEDÆ VENERABILIS
presbyteri superioris Euang.
expositio.

Quari solet de hac piscatione discipulorum,
utrum redierint Petrus, & filij Zebedæi
ad id, quod prius fuerant quàm à domino uo-
carentur. Erant enim piscatores, quando eis
dixit, Venite post me, & faciam uos fieri pesca-
tores hominum. tunc eum quippe illi secuti sunt, ut
magisterio eius, relictis omnibus, adhærent, in-
tantum, ut cum ab eo diues ille tristis abscederet,
M M m m m 4 cui

Mat. 14.

Matth. 19. cui dixerat; Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me: dixerat ei Petrus; Ecce nos dimisimus omnia, & sequuti sumus te. Quid est ergo, quod nunc quasi apostolatu relicto, sicut quod fuerant, & quod dimiserant repetunt, tanquam obliti, quod audierant; Nemo ponens manum super aratrum, respiciens retro, aptus est regno cælorum. Quod si fecissent, defuncto Iesu, prius quam resurrexisset à mortuis, (quod quidem non poterat, quoniam dies, quo crucifixus est, totos eos tenebat attentos usque ad eius sepulturam, quæ ante vesperam facta est: sequens autem dies erat sabbati, quando eis patrium morem servatibus operari utique licebat: tertio vero die dominus resurrexit, eosque reuocavit ad spem, quam de illo non habere iam cœperant) tamen si tunc fecissent, putarem eos illa, quæ animos eorum occupaverat desperatione fecisse: tunc vero post eum sibi de sepulchro redditum vivum, post oblatam suis oculis & manibus non solum videndam verumetiam tangendam, atque palpandam rediuitæ carnis evidentissimam veritatem, post inspecta vulnerum loca, usque ad Apostoli Thomæ confessionem: qui se aliter crediturum non esse prædixerat, post acceptum eius insufflatione spiritum sanctum, post verba in suas aures eius ore prolata; Sicut misit me pater, & ego mitto vos: quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt: sicut fuerant, sicut fuerant, non hominum, sed piscium piscatores. His ergo quos hoc mouet, respondendum est, non fuisse eos prohibitos arte sua, licita scilicet, atque concessa, victum necessarium querere, sui apostolatus integritate seruata, si quando vnde viuerent, aliud non haberent, nisi forte quispiam putare audebit, aut dicere Apostolum Paulum non pertinuisse ad eorum perfectionem, qui, relictis omnibus, Christum secuti sunt: quoniam ne quemquam eorum grauaret, quibus Euangelium prædicabat, suum victum suis manibus transigebat: ubi magis impletum est, quod ait, plus omnibus illis laboravi, & adiunxit; Non ego autem, sed gratia Dei mecum. ut hoc quoque appareat Dei gratiæ deputandum, quod & animo, & corpore poterat usque adeo plus omnibus illis laborare, ut neque cessaret ab euangelio prædicando, neque tamen ex Euangelio, sicut illi, sustentaret hanc vitam, cum id per tot gentes, in quibus Christi nomen non fuerunt prophetatum, multo latius, atque fertilius seminaret. Vbi ostendit, ex euangelio viuendi, hoc est, victum habendi, non necessitatem Apostolis impositam, sed potestatem datam: quam potestatem commemorat idem Apostolus dicens, Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si vestra carnalia metamus. Si alij potestatis vestræ participant, non magis nos? Sed non sumus vsi, inquit, hac potestate, & paulo post; Qui altari seruiunt, inquit, altari compatiuntur. Sic & dominus ordinauit iis, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Ego autem nullius horum vsus sum. Satis igitur apertum est, non imperatum, sed in potestate apostolis positum, ut aliunde non viuerent, nisi ex euangelio, & ab eis, quibus Euangelium prædicando, spiritualia seminabant, carnalia meterent, hoc est, carnis huius sustentaculum sumerent, & tanquam milites Christi stipendium debitum acciperent,

Luc. 9.

1. The. 2.

1. Cor. 15.

1. Cor. 9.

sicut à provincialibus Christi. Vnde idem ipse miles egregius paulo superius de hac re dixerat; Quis militat suis stipendiis nunquam: quod tamen ipse faciebat, quia plus illis omnibus laborabat. Si ergo beatus Paulus ut ea potestate, quam profecto cum cæteris Euangelij prædicatores habebat, non cum cæteris vteretur, sed suo stipendio militaret, ne gètes à nomine Christi penitus alienas, doctrina eius quasi venalis offenderet, aliter educatus, artem, quam non nouerat fecit, si ad præsens illud tempus aliud, vnde viueret, non inuenit: Sed respondebit quispiam. Et cur non inuenit, cum dominus promiserat dicens; Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur vobis: proorsus etiam sicut dominus quod promissit impleuit. Nam quis alius pisces, qui caperentur, apposuit? qui non ob aliud credendus est eis ingressisse penuriam, qua compellerentur ut piscatum, nisi dispositum volens exhibere miraculum, ut simul & prædicatores Euangelij sui pasceret, & ipsum euangelium tanto sacramento quod erat de numero piscium commendaturus, augeter. *Cum tanti essent, non est scissum rete.* Hoc est magnum sacramentum in magno Ioannis Euangelio, & ut vehementius commendaretur, loco vltimo scriptum. Quod ergo septem discipuli fuerint in ista piscatione, Petrus, & Thomas, & Nathanael, & duo filij Zebedæi, & alij duo, quorum nomina tacentur, isto suo septenario numero fidem significat temporis. Vniuersum quippe septem diebus voluit tempus. Ad hoc pertinet, quod mane factus Iesus stetit in litore: quia etiam litus finis est maris, & ideo finem significat seculi. Eundem finem seculi ostendit & quod Petrus rete extraxit in terrâ, hoc est, in litus: quod ipse dominus aperuit ubi alio loco de sagena in mare missa similitudinem dedit, & eam trahunt, inquit, ad litus. Quod litus quid esset exponens ait; Sic erit in consummatione seculi. Sed illa verbi est non rei gesta parabola. Re autem gesta, sicut hoc loco, qualiter in seculi fine futura sit, ita dominus alia piscatione significat Ecclesiam qualiter nunc sit. Quod autem illud fecit initio prædicationis suæ, hoc vero post resurrectionem suam, hinc ostendit illam capturam piscium bonos, & malos significare quos nunc habet ecclesia, istam vero tantummodo bonos, quos habebit in æternum completa in fine huius seculi resurrectionem mortuorum. Denique ibi dominus non sicut hic, in litore stabat, quando iussit pisces capi, sed ascendens in vnâ nauem quæ erat Simons, rogauit eum à terra reducere pusillum: & in ea sedens docebat turbas. Ut cessauit autem loqui, dixit ad Simonem; Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam, & illic quod captum est piscium, in nauiculis fuit, non sicut hic, rete traxerunt in terram. His signis, & si qua aliqua potuerunt reperiri, ibi ecclesia in hoc seculo, hic vero in fine seculi figurata est. ideo illud ante, hoc autem post resurrectionem domini factum est: quia ibi nos Christus significauit vocatos, hic resuscitados. Ibi retia non mittuntur in dexteram, ne solos significant bonos: nec in sinistram, ne solos malos, sed indifferenter, laxate, inquit, retia vestra in capturam, ut permixtos intel-

1. Cor. 9.

Matth. 5.

Matth. 13.

Luc. 5.

Intelligitur numerus annorum apud regnes. Ibid.

Exod. 31.

1. Cor. 3.

1. Ian. 4.

ligamus bonos, & malos. Hic autem, *Mittite, inquit, in dexteram nauigij rete.* ut significaret eos, qui stabant ad dexteram, solos bonos. Ibi rete propter significanda schismata rumpebatur: hic vero quoniam tunc iam in illa summa pace sanctorum nulla erunt schismata, pertinet ad Euangelistam dicere; *Et cum tanti essent, id est tam magni, non est scissum rete.* tanquam illud respiceret ubi scissum est, & in illius mali comparatione commendaret hoc bonum. Ibi capta est multitudo piscium tanta, ut impleta duo nauigia mergerentur, id est in submergionem premerentur. Non enim mersa sunt, sed tamen periclitata. Vnde enim existunt in ecclesia tanta, quæ geminus, nisi cum tantæ multitudinis obfisti non potest, quæ ad submergendam propemodum disciplinam iurata cum moribus suis à sanctorum itinere penitus alienis: Hic autem miserunt rete in dexteram partem, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Quid est, & iam non valebant illud trahere? nisi quia illi, qui pertinent ad resurrectionem vite, id est, ad dexteram, & intra Christiani nominis retia defunguntur, non nisi in litore, id est, in fine seculi cum resurrexerint, apparebunt. Ideo non valuerunt sic trahere retia, ut in nauem refundèrent quos cepertant pisces, sicut de illis factum est, quibus rete diruptum, & nauicula pressa sunt. Habet istos dextros ecclesia post finem vite huius in somno pacis, velut in profundo latentes, donec ad litus rete perueniat, quod traheretur quasi à cubitis ducentis. Quod autem illis duabus nauiculis, propter circuncisionem, & præputium, hoc isto loco ducentis cubitis existimo figuratum propter vtriusque generis electos, & circuncisionis, & præputij, tanquam centum, & centum: quia in summa centenaria numerus ad dexteram transit. Postremo in illa piscatione numerus non exprimitur, tanquam illud ibi fiat, quod prædictum est per prophetam, Annuntiaui, & locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Hic vero non sunt aliqui super numerum, sed certus est numerus centum quinquaginta tres. Cuius numeri ratio, domino adiuuante, reddenda est. Si enim numerum constituamus, qui legem significet, quid erunt nisi decem: Decalogum quippe legis, id est decem notissima illa præcepta digito Dei in duabus lapideis tabulis primum fuisse conscripta certissimum est nobis. Sed lex, quando non adiunxit gratia, præuaricatoris facit, & tantummodo in litera est. Propter hoc enim maxime ait Apostolus; Litera occidit, spiritus autem viuificat. Accedat ergo ad literam spiritus, ne occidat litera, quam non viuificat spiritus: sed ut operemur præcepta legis non viribus nostris, sed gratia saluatoris. Cum autem accedit ad legem gratia, id est ad literam spiritus, quodammodo denario numero additur septenarius. Isto quippe numero, id est septenario, significari spiritum sanctum, aduertenda literarum sacrarum documenta testantur. Nempe enim sanctitas, vel sanctificatio ad sanctum proprie pertinet spiritum. Vnde cum & pater spiritus sit, & filius spiritus sit, quoniam Deus spiritus est: & pater sanctus, & filius sanctus sit: proprio tamen nomine amborum spiritus vocatur spiritus sanctus. Vbi ergo primum in lege sonuit: sanctificatio, nisi in die septimo? Non enim sanctificauit Deus diem septimum? Non enim sanctificauit secundum, in quo fecit firmamentum: aut tertium, in quo discreuit

mate à terra, & terra herbam, lignumque produxit: aut quartum, in quo sidera sunt creata: aut quintum, in quo animalia, quæ in aquis viuunt, & in aëre volitant: aut sextum, in quo terrestris anima viuat, & ipse homo: sed sanctificauit diem septimum, in quo requieuit ab operibus suis. Conuenienter igitur septenario numero significatur spiritus sanctus. Elias autem propheta; Requiescēt in eo, inquit, spiritus domini, eumque deinceps commendans ab opere, vel munere septenario; Spiritus, inquit, sapientiæ, & intellectus spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis: & implebit illū spiritus timoris domini. Quid in Apocalypsi nonne septem spiritus Dei dicuntur, cum sit vnus atque idem spiritus diuidens propria vniciuque, prout vult? Sed operatio septenaria vnus spiritus sic appellata est ab eodem spiritu qui scribenti adfuit, ut septem spiritus dicerentur. Cum itaque legis denario spiritus sanctus per septenarium numerum accedit, sunt decem & septem: qui numerus ab vno usque ad centum quinquaginta tres peruenit. Ad vnum enim si adicias duo, sunt utique tres: his si adicias tres, & quatuor, sunt omnes decem. Deinde si addas omnes numeros qui sequuntur, usque ad decem & septem, ad supradictum numerum summa perducitur, id est, si ad decem, quo ab vno usque quatuor peruenias, addas quinque, & fiant quindecim: his si addas sex, & fiant viginti vnus: his si addas septem, & fiant viginti octo: his si addas octo, & nonem & decem, & fiant quinquaginta quinque: his si addas vndecim, & duodecim, & tredecim, & fiant nonaginta vnus: his rursus quatuordecim, & quindecim: & sedecim, & fiant centum triginta sex: huic numero adde illum, qui restat, de quo agitur, id est decem, & septem, & piscium numerus ille complebitur. Non ergo tantummodo centum quinquaginta tres sancti ad vitam resurrecturi significantur æternam: qui numerus ter habet etiam quinquagenarium numerum: & insuper ipsa tria propter mysterium Trinitatis. Quinquagenarius autem multiplicatis septem per septem, & vnus adiectione, completur. Nam septies septem sunt quadraginta nouem. Vnus autem additur, ut eo significetur vnus esse, qui per septem propter operatione septenariam demonstratur, & nouimus spiritum sanctum post ascensionem domini quinquagesimo die missum, quem discipuli iussi sunt expectare promissum. Non igitur frustra dicti sunt hi pisces & tot, & tanti, id est, & centum quinquaginta tres, & magni. Sic enim scriptum est; *Et traxerunt rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus.* Cum enim dixisset dominus; Non veni legem soluere, sed adimplere: daturus utique spiritum, per quem lex possit impleri: tanquam septem additurus ad decem, paucissimis verbis interpretis ait; Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Iste ergo poterit pertinere ad numerum piscium magnotum: minimus autem ille, qui soluit factis, quod docet verbis, in tali Ecclesia potest esse, qualem significat piscium prima illa captura, habentem bonos, & malos: quia & ipsa dicitur regnum cælorum, propter quod ait; Simile est regnum cælorum sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congreganti: ubi vult

Gen. 2.
Esa. 11.

Apoc. 1.
1. Cor. 12.

Act. 2.
Luc. 24.
Act. 1.

Matth. 5.

Matth. 5.

vult intelligi etiam bonos, & malos, quos dicit in littore, vel in fine seculi separandos. Denique ut ostenderet illos minimos reprobos esse, qui doceat bona loquendo, quæ soluunt male viuendo, nec quasi minimos in vita æterna futuros, sed omnino ibi non futuros: cum dixisset, minimus vocabitur in regno cælorum, continuo subiicit; Dico autem vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Consequens est ergo, ut qui minimus est in regno cælorum, qualis nunc est Ecclesia, non intret in regnum cælorum, qualis tunc erit Ecclesia: quoniam docendo, quod soluit, ad eorum societatem, qui faciunt, quod docent, non pertinebit: & ideo non erit in numero piscium magnorum: quoniam qui fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno cælorum: & quia hic magnus erit, ideo ibi erit, ubi minimus ille non erit. Vique adeo quippe ibi magni erunt, ut qui ibi minor est, maior sit eo, quo hic nemo maior est. Sed tamen hi, qui magni sunt, id est, qui in hoc regno cælorum ubi sagena congregat bonos, & malos, faciunt bona, quæ docent, ipsi erunt in illa regni cælorum æternitate maiores: quos isti ad dexteram, & ad resurrectionem vitæ pertinentes indicant pisces. Potest etiam si numerus iste consideretur, occurrere ad Ecclesiæ sanctitatem, quæ per dominum nostrum Iesum Christum facta est: ut quoniam septenario numero creatura constat, cum ternarius animæ, & quaternarius corpori tribuitur, susceptio ipsa hominis significetur, ducanturque tria septies, quia pater misit filium, & pater in filio est, & dono spiritus sancti de virgine natus est: hæc sunt tria: pater, & filius, & spiritus sanctus. Septies autem ipse homo temporali dispensatione susceptus, ut heret sempiternus. Sit ergo summa numeri viginti unum, vel tria septies. Hæc autem hominis susceptio, ad liberationem valuit Ecclesiæ, cui ille caput est. At ipsa Ecclesia propter animam, & corpus in eodem septenario numero reperitur. Ducantur itaque xxj. item septies propter eos, qui per hominem dominicum liberantur: & sunt simul cxlvj. cui additur senarius numerus signum perfectionis, quia partibus suis, quæ illum metiuntur, constat ita ut nihil minus nihil amplius inueniatur. Meritur quippe illum, vnum, quod habes sexies, & duo quæ habet ter, & tria quæ habet bis: quæ simul ducta, vnum & duo & tria, sex fiunt. Quod fortassis ad illud etiam sacramentum pertineat, quod Deus sexta die perfecit omnia opera sua. Ad centum igitur, & 47. cum 6. addideris, quod signum perfectionis est, sunt 153. qui numerus piscium inuenitur postquam iussu domini in dexteram partem missa sunt retia, ubi peccatores, qui ad sinistram pertinent, non inueniuntur. Peractis ergo dominus quadraginta diebus post resurrectionem cum discipulis suis, id est commendans eis, quod pro nobis temporaliter gestum est, ascendit in cælum, & post alios quadraginta dies misit spiritum sanctum, quo perciperentur spiritualiter ad inuisibilia capienda, qui visibilibus temporalibusque crediderant, ipsi videlicet decem diebus post quos misit spiritum sanctum, eandem perfectionem, quæ per spiritum sanctum confertur, denario indicans. Ergo quoniam perfectio quæ fit per spiritum sanctum, quæ diu adhuc in carne ambulamus, quam-

nis non viuamus carnaliter, cum ipsa temporali dispensatione copuletur, recte videtur quinquagenarius numerus ad Ecclesiæ pertinere, sed iam purgatam, atque perfectam, quæ temporalis dispensationis fidem, atque æternitatis futuræ spem charitate amplectitur, id est, quasi quadragenarium numero denario copulat. Hæc autem ecclesia, ad quam pertinet quinquagenarius numerus, quia ex tribus generibus hominum eligitur, Iudæis, gentibus, & carnalibus Christianis, siue quia sacramento Trinitatis imbutur: numero quo significatur, ad centenarium & quinquagenarium peruenit, quinquaginta enim ter ducta sunt centum quinquaginta: quod cum addideris ipsa tria, quia insigne, & eminens debet esse quod in nomine patris, & filij, & spiritus sancti laucro regenerationis abluitur, sunt centum quinquaginta tria: qui numerus piscium inuenitur, quia in dexteram partem missa sunt retia, & ideo magnos, id est perfectos, & regno cælorum aptos habet: ubi iam conualescente dispensatione, quæ quadragenario numero significatur, denarius remanet: quam mercedem sancti, qui operantur in vinea, percepturi sunt. Peracta quippe illa piscatione, dixit eis Iesus; Venite prandete, & nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? & scientes quia dominus est. Si ergo sciebant, quid opus erat ut interrogarent? Si autem non opus erat, quare dictum est, non audebant, quasi opus esset, sed timore aliquo non auderent? Sensus ergo hic est; Tanta erat euidentia veritatis, qua Iesus illis discipulis apparebat, ut eorum non solum negare, sed ne dubitare quidem nullus auderet: quoniam si quicquam dubitaret, utique interrogare deberet: sic ergo dictum est; Nemo audebat interrogare, tu quis es? ac si diceretur; Nemo audebat dubitare, quin ipse esset. Et venit Iesus, & accepit panem, & dedit eis, & piscem similiter. Ecce dictum est etiam quid prandiderint: de quo prandio aliquid suauis, ac salubre dicemus & nos, h. pascat & nos: Superius narratum est, quod isti discipuli quando descendunt in terram, viderunt prunas positas & piscem superpositum, & panem. Vbi non est intelligendum etiam panem fuisse superpositum prunis, sed tantum subaudiendum, viderunt: quod verbum si reperamus eo loco, ubi subaudiendum est, ita totum dici potest, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem viderunt. Vel ita potius, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, viderunt & panem. Iubente etiam domino attulerunt & de piscibus, quos ipsi ceperant. Quod eos fecisse, quamuis à narrante non est expressum, tamen dominum iussisse non tacitum est, ait enim; Asserte de piscibus quos nunc prendidistis: & utique inbere illo eos non fecisse quis credat? Hinc ergo fecit prandium dominus illis septem discipulis suis, de pisce scilicet, quem prunis superpositum viderant: huic adiungens ex illis, quos ceperant. De pane quidem nihilominus eos vidisse narratum est. Piscis assus, Christus est passus: ipse & panis, qui de cælo descendit. Huic concorporatur ecclesia ad participandum beatitudinem sempiternam. Propter quod dictum est; Asserte de piscibus quos prendidistis nunc: ut omnes, qui hanc spem gerimus, per illum septenarium numerum discipulorum, per quem potest hoc loco nostra vniuersitas intelligi figurata, tanto sacramento nos communicare nossemus, & eidem beatitudini participari.

ciari. Hoc domini prandium est cum discipulis suis, quo Iohannes Euangelium suum, cum habere de Christo alia multa, quæ diceret, magna, ut existimo, & rerum magnarum contemplatione concludit. Hic enim ecclesia qualis in solis bonis futura est, significatur per capturam cætum quinquagintarium piscium: & eis, qui hæc credunt, sperant, diligunt, participatio tantæ beatitudinis per hoc prandium. Hoc iam tertio, inquit, manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset à mortuis. Quod non ad ipsas demonstrationes, sed ad dies referre debemus: id est, primo die cum resurrexit: & post dies octo, quando discipulus Thomas vidit, & credidit: & hodie quando hoc de piscibus fecit. Post quor autem dies id fecerit, dictum non est. Nam ipso primo die non semel visus est, sicut euangelistarum omnium testimonia collata demonstrant: sed, sicut dictum est, numerandæ sunt manifestationes eius, ut ista sit tertia. Prima quippe habenda est, eademque vna, propter vnum diem, quotiescunque se, & quibuscunque & die illo, quo resurrexit, ostendit. Secunda post dies octo: & hæc tertia: & deinde quoties voluit, vsq; ad diem quadagesimum, quo ascendit in cælum: quamuis non scripta sint omnia.

HAYMONIS EPISCOPI

Halberst. superioris Euang. expositio.

Manifestauit se Iesus ad mare Tyberiadis, &c. M. C. memorem dominicæ resurrectionis semper animo retinere, & ore recitare debeamus, maxime tamen istis diebus de illa loquendum est, in quibus facta creditur & veneratur. Et non debet onerosum videri ad audiendum, quod sanctis euangelistis vtile visum fuit ad scribendum. Non solum enim gloriosum est, quod discipulis post resurrectionem apparuit, sed etiam numerus eorum quibus apparuit, vel loca in quibus visus est mysterii plena sunt. Quod in huius lectio nis serie euangelista manifestare curauit, cum tam sollicitè modum apparitionis eius expressit, dicēs, Manifestauit se Iesus ad mare Tyberiadis. Manifestauit autem sic, &c. Et pulchre septima apparitione septem discipulis apparuit, quia illi ad eius visionem perueniuntur sunt, qui septiformi Spiritus sancti gratia illuminati, fluctus præsentis seculi diuino amore calcant, & lucrandis animabus inuigilant. Septenarius enim numerus, qui constat ex ternario & quaternario, id est, ex primo impari, & primo pari, dona Spiritus sancti significat, per cuius gratiam & fides Trinitatis cognoscitur, & quatuor Euangeliorum doctrina custoditur. Sed quærit aliquis quare Petrus post conuersionem ad piscationem rediit, cum veritas dicat: Nemo mittens manum in aratum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei? Ad quod breuis quidem, sed facilis patet responsio: quia illud opus post conuersionem sine culpa repetitur, quod ante conuersionem absque culpa exercebatur. Quod facilius cognoscimus, si cum officio Petri & Matthei euangelistæ & cooperatorum opera conferamus. Nam piscatorem fuisse Petrum, Mattheum vero telonarium nouimus. Et Petrum, quidem post conuersionem ad piscationem rediisse, Mattheum ad telonei lucra resedisse non legimus, quia aliud est

viuere cum iustitia quærere in piscando, & aliud iurgando telonei lucris insistere. Et exierunt & ascenderunt in nauem, & illa nocte nihil prendiderunt. Sicut nauis seculum significat, sic nox illa pro ignorantia ponitur, ut est illud: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Omnes enim ante aduentum domini quotquot laborauerunt quasi in nocte laborauerunt, quia spem resurgendi, vel vitam æternam possidendi perfectè habere non poterant, sicut modo habent. Tota ergo nocte nihil prendiderunt, quia nisi dominus sua gratia cor illustrauerit auditoris, quasi in nocte laborat sermo doctoris, teste Psal. qui ait: Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborant qui ædificant eam. Ut autem & doctores rectè docere & auditores dignè valeant audire, illius flagitanda est misericordia, de quo subditur. Mane autem iam facto, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Vbi forte mouet aliquem, quare Dominus post resurrectionem in littore stetit, cum ante passionem non solum coram discipulis super fluctus maris ambulauerit, sed etiam Petro, supra mare ut ambulare posset, dederit manum. Ad quod dicendum est, quia non hoc Dominus propter impossibilitatem, sed propter mysterium fecit. Per mare ergo (ut diximus) seculum significatur. Discipuli ergo in mari erant, quia inter fluctus seculi huius adhuc laborabant. Dominus autem in littore stetit, quia ab eorum corruptione & mortalitate alienus erat. Ac si verbis diceretur, iam vobis in mari non apparet, quia inter fluctus seculi vobiscum communiter non viuo. Et hoc est quod alibi ait. Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum. Dicit ergo eis Iesus, Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei, Non. Non ignorans dominus interrogauit discipulos, sed ut ex communi locutione suam demonstraret cognitionem. Et pulchre suos discipulos pueros vocauit. Puer enim à puritate dicitur. Rectè & hoc nomen discipulis conuenit, quia absque dolo & simulatione purissimo cordis amore Domino adherabant. In quorū olim persona per Isaiam dictum fuerat, Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus. Tales enim paruulos omnes credentes esse volebat, cum alibi dicebat; Nisi conuerſi fueritis, & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum cælorum. Et iterum, Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cælorum. Dicit eis Iesus, Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Bis in sancto euangelio legimus, quod ad Domini iussione retia laxata sint in piscationem. Primum ante passionem, & nunc secundo post resurrectionem. Hoc tamen inter vtranque piscationem distat, quia in illa priori piscatione retia laxari iubentur, in qua tamen parte mitterentur non demonstratur, in hac autem specialiter in dexteram mitti iubentur. In illa præ multitudine piscium rete rumpitur, in hac autem multi pisces capti sunt, & retia rupta non sunt. Vnde apparet, quia per illam priorem piscationem significatur Ecclesia, qualis est in præſenti vita: per hanc autem, post resurrectionem factam, qualis erit in futuro. Boni enim soli nunquam sunt nisi in cælo, mali soli nunquam sunt nisi in inferno. In præſenti enim Ecclesia vtriusque partis ciues inueniuntur, quia multi per fidem in ecclesiâ intrant, qui per bona opera ad regnum cælorum perueniunt

ruri non sunt de quibus per Psalmistam dicitur: Annunziaui & locutus sum, multiplicati sunt super numeram. In hac ergo piscatione, quæ post resurrectionem facta est, decebat, ut soli boni pisces caperentur, per quos electorum numerus significaretur. *Miserunt ergo rete, etiam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Quod exteriora miracula interiorè fidei frequenter instruant, in præfenti loco demonstratur, quando dominum, quem ex visione & colloquutione non cognouerant, ex captura piscium cognouerunt. Cum ergo rota nocte laborantes nihil cepissent, mox ad eius iussionem tantam multitudinem piscium ceperunt, ut rete trahere non valerent. Dicit ille discipulus quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Et quia inter omnes virtutes virginales integritas quodam privilegio præcellit, rectè incorruptibile Domini corpus incorruptus virgo prior recognouit, Ioannes scilicet, cuius est hoc euangelium. Sed cum omnes audissent, quia Dominus est, qui eum præ cæteris amavit, prior venire festinauit. Vnde & subditur. Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare, & peruenit ad Iesum. In multis locis euangelij demonstratur: quod præ cæteris discipulis Petrus dominum dilexit: Nam cum se passurum Hierosolymam, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, & condemnabunt eum morti, Petrus assumpsit eum secretò, & ait illi: Absit à te domine non fiat istud. Non enim decet, ut Filius Dei gustet mortem. Et cum eiusdem passionis articulo imminente dominus diceret: omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte, ille præ multitudine amoris confusus dicebat: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Cumq; Dominus quod futurum erat prosequeretur, dicens; Amen dico tibi, antequam gallus cantet, ter me negabis, ille contra dicebat: Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Et ut in hac lectione refertur, cum dominum stantem in littore vidisset, tunica succinxit se, & misit se in mare. Spiritualiter verò hoc dicere possumus quia postquam eum resurrexisset cognouit, tunica fidei vel amoris, qua in negando se nudauerat, reinduet, & misit se in mare, id est, inter tumentes mundi potestates, eius nomen prædicare cepit, quem ad vnus mulieris vocè ter prius negauit. Ait enim: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Alij autem discipuli nauigio venerunt, id est, eadè fide vel amore flagrant, qua Petrus Apostolus accensus erat, secuti sunt. Vnde & bene dicitur. Non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis, trabentes rete piscium. Quia in ducentis cubitis centenarius numerus duplicatur, perfectam numerus iste charitatem insinuat, quæ ex dilectione Dei & proximi constat. Qui enim perfectè Deum & proximum diligit, non longè est à terra viuentium. Præ autem ascenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Vbi ad litteram quasi sonare videtur quod pisces & panis prunis superpositus esset. Sed sciendum est, quia ille qui necessarius erat, id est piscis prunis erat superpositus, panis vero seorsum positus erat. Notandum etiã, quod ipsa qualitas ciborum à mysterio non vacat. Nam sicut in alia euangelij lectione legimus cum pisce, alio fauum mellis discipuli Domino*

obtulerunt: hic autem, panis & piscis memoratur fuisse. Ipse enim quasi piscis allatus est tempore passionis, sed dulcedinem panis exhibuit tempore resurrectionis, qui de seipso ait: Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Et iterum: Panis quem ego dederò caro mea est, pro seculi vita. Dicit eis Iesus: Asserte de piscibus quos prendidistis nunc. Manifestum est, nec expositione indiget, quid sit quod Petrus prior omnibus rete cum piscibus traxit in terram. Ipsi enim specialiter Ecclesia commendata est, illi ligandi & soluendi data est potestas, quando ei à Domino dictum est. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauas regni caelorum. Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Nam & post resurrectionem ei à Domino dictum est. Simon Ioannis diligis me plus his: Pisce ones meas. Sed illud sollicitè considerandum est, quia nūquam euangelista ipsorum piscium numerum tam sollicitè expressisset, si in ipso numero mysterium desuile crederet. Ait enim. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. Numerus iste ab vno incipit, sed vsque ad decem & septem crescendò multiplicatur, si enim decem & septem ter duxeris, quinquaginta vnus inuenies. Iterum, si quinquaginta vnus ter multiplicaberis, centum quinquaginta tria inuenies. Decem vero ad decalogum legis numerum pertinent, quia decem præcepta Moysi data sunt. Septem vero ad spirituales gratias noui testamenti, propter septem dona Spiritus sancti, vel propter fidem sanctæ Trinitatis, & doctrinam quatuor Euangeliorum. Quinquagesimus autem numerus ad requiem pertinet, quia quinquagesimus annus iubilus, id est, annus remissionis est dictus. Quia ergo illi ad veram requiem pertenturi sunt, qui decalogum legis per gratiã Spiritus sancti spiritualiter implent, quasi decem & septem ter ducimus, ut ad quinquagesimum numerum perueniamus. Et quia vera requies in vnitate est, rectè ad quinquagesimum additur vnus. Quoniam sicut de primitiua Ecclesia dictum est, Multitudinis autem credentium erat cor vnus, & anima vna. Et quoniam custodia legis & gratia spiritualis in fide sanctæ Trinitatis constat, quasi quinquaginta vnus ter ducimus, ut ad centum quinquaginta tria perueniamus. Quia enim (sicut supra dictum est) per hanc piscationem Ecclesia, qualis in futuro erit significatur, dignum fuit, ut tot pisces caperentur, per quos electorum summa quæ cum domino regnatura est, significaretur. Vt autem dominus de sua resurrectione omnem dubitationem à discipulorum mentibus auferret, non solum eis dignatus est apparere, sed etiam coram eis comedere. Vnde & subditur. Dicit eis Iesus, Venite prandete. Et pulchre vltimum conuiuium cum septem discipulis voluit celebrare, quia illi post vniuersale iudicium cum Domino æternum conuiuium celebraturi sunt, qui in præfenti seculo sepriformi gratia Spiritus sancti repleti fuerint. Quod vero subditur. Et nemo audebat discumbentium eum interrogare, quis es: scientes quia dominus est, tale est ac si diceret, Nemo præsumebat quis esset interrogare, quia quod ipse Christus esset nemo poterat dubitare,

Tam

Tam enim manifesta & præclara erat eius cognitio, ut omnibus se videntibus, manifestum esset, quis esset, & ideo superfluum erat, quis esset, interrogare, de cuius cognitione nemo discumbentium poterat dubitare. Et venit Iesus & accepit panem & dat eis, & piscem similiter. Dedit ergo Dominus discipulis piscem, quia suam passionem imitandam esse ostendit. Dedit & cum pisce panem, quia post tolerantiam passionis gaudia repromittit æternæ satietatis. Quod vero dicitur, Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset à mortuis. Nō ad numerum apparitionum, sed potius ad diem pertinet. Nam primo die quo resurrexit à mortuis, quinquies ab hominibus visus est. Iterum autem alia die, quando post dies octo apparuit discipulis in conclau, ubi erat Thomas. Tertio vero, quando piscantibus ad mare Tyberiadis, septima vice apparuit discipulis.

INCERTI AVTHORIS

sub nomine Eusebii Episcopi Emisiani superioris Euangelij expositio.

Quid est enim quod Apostolus Petrus de piscatione à domino vocatus, ad piscationem iterum redit? similiter autem & filij Zebedæi? Ipsi enim sunt, quibus dominus dixerat, Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. In hoc igitur ostenditur, in his & similibus victum quotidianum, non esse peccatum. Vnde & Apostolus propriis manibus laborans, vnde viuat, ceteros quoque ad laborandum inuit, dicens; Laboret vnusquisque operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatē patientibus. Exierunt, & ascenderunt nauem, & illa nocte nihil prendiderunt. Quia in nocte nihil laborabant, & nondum ad eos venerat Iesus. Insuper quia per se ad piscandum venerant, & ab alio missi non fuerant. Eos enim adhuc significabant, qui non ex præcepto canonum, sed proprio arbitrio ecclesiam prædicare, & regere veniunt. Tales enim pisces Dei fugiunt, & eorum retia intrare, eorumque prædicationes audire dedignantur. Mane autem iam factò, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Ecce iam aliud significare incipiunt: quia iam non in nocte laborant, ad diem veniunt, & dominum vident. Dicit ergo eis Iesus, Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei, Non. Dicit eis, Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Ac si diceret, ego hac vice non misi vos, in nocte venistis, sinistrorsum laborastis, nihil prendidistis: nunc ergo mittite in dexteram nauigij rete, ex meo præcepto laborate, meam doctrinam prædicare, nesciat sinistra vestra quid faciat dextera vestra, & inuenietis. In dextra igitur piscari, est veram, & catholicam doctrinam sincere affectu, & mundo corde prædicare. Piscatores enim Apostoli sunt, prædicatores, & doctores: retia verò hæc, euangelista, omnisque sermo diuinus. Pisces autem omnes fideles intelliguntur. Tales enim pisces in baptisimatis flumine natant, tales retibus Euangelij & amore fidei rapiuntur. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Magnum miraculum: per totam noctem laborantes nihil ceperunt, & tam subito ad Domini iussionem

tanta piscium conuenit multitudo. Possimus autem per hanc primam, & nocturnam piscationem, intelligere eam, quam tunc apud Iudæos apostoli habuerunt, quædo eis nolentibus credere apostolus ait, Vobis primum oportuit prædicari verbum Dei: sed quia repulistis illud, & indignos vos fecistis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Quid est enim, Ecce conuertimur ad gentes, nisi quod hic dicitur, Mittite in dextram nauigij rete? Quia enim pisces Iudaici fluminis, apostolorum retia intrare noluerunt, ad flumina gentium apostoli missi sunt. Et tunc quidem doctores piscantur in nocte, quando auditores interioris excæcati veritatem non intelligunt. Miserunt ergo in dextram nauigij rete, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Hoc est enim quod Psalmista ait, Annunziaui, & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Quo viso miraculo, Discipulus ille quem diligebat Iesus dixit Petro, dominus est. Simon ergo Petrus, cum audisset quia dominus est, tunica succinxit se, (erat enim nudus) & misit se in mare. Vbi que Petrus feruentioris fidei, & maioris dilectionis inuenitur. Alij autem discipuli nauigio venerunt, non enim longe erant à terra. Quid enim per hanc terram, nisi terram viuentium intelligimus? à qua isti non longè erant, quia corporeis vinculis resoluti, citò illuc ituri erant. Quasi cubitis ducentis trabentes rete piscium. Centenarius numerus perfectus est, qui tunc quidem duplicatur, quando sermone & opere adimpletur. Trahunt igitur doctores rete piscium cubitis ducentis, quando & sermone, & opere post se ad æternam vitam ducunt audientes. Præ ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & pisces superpositos, & panem. Hoc enim cibo Christi piscatores, & prædicatores semper recreantur, & vires suscipiunt, quotiescunque fatigati ab hoc opere redeunt. Quoties enim prunas, & piscem super prunis positum, & panem vident, quoties Christi passionis recordantur, roties laboris, & fatigationis, & omnium suarum angustiarum obliuiscuntur. Quid est enim piscis prunis assus, nisi Christi in cruce passus? quid est panis, nisi Euangelica prædicatio, qua eos dominus reficere solebat, dicens: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere? His enim apostoli recreantur, his animantur, & satiantur, & ad laborem iterum incitantur. Dicit eis Iesus, Asserte de piscibus, quos prendidistis nunc. Semper enim apostoli & doctores pisces domino offerunt, semper exemplo & doctrina fidelium animas ad eum ducunt. Vnde & subditur: Ascendit ergo Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Boni pisces erant isti, à quibus rete scissum non est. Mali pisces, hæretici, & schismatici, qui euangeliorum retia quotidie scindunt. Sed quid per centum quinquaginta & tres pisces, nisi omnes baptizatos, & fideles intelligimus? Hoc enim significant tres, quod centum quinquaginta. Si enim in æquas partes centum quinquaginta diuidamus, tres & non amplius quinquaginta sunt. Tres enim sunt mundi partes, quæ per tres pisces, & tres quinquagenas significantur. Asia videlicet, Africa, & Europa. Inde est, quod mulier abscondit fermentum in tribus satis farinae, donec fermentaretur. Inde est, quod in cruce titulus Hebraicè, Græcè, & Latine scribitur. Capiunt

Bibl. Hom. tom. 2. NN n n n igitur

igitur Apostoli tres pisces, & centum quinquaginta, quoniam eorum exemplo, & sermone ducuntur, quicunque ex his tribus mundi partibus ad ecclesiam veniunt, Merito denique centum quinquaginta & tres pisces capti referuntur, quoniam in huius numeri sacramento, id est in fide Trinitatis, omnes Christiani in baptisate fidei retibus rapiuntur. *Dicit eis Iesus, Venite prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, Tu quis es? scientes quia dominus est. Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis. Et piscem similiter. Quotidie nos dominus ad prandium inuitat, quotidie nobis & panem, & piscem apponit, quotidie cibum euangelicum & sui corporis, & sanguinis administrat. Dum hæc enim euangelia legimus, sui panis cibo nos interius reficit. Hic & piscem illum nobis tribuit, quia qualiter pro nobis passus est, hic inuenimus. Nec bene Christi retia trahere possunt, qui his cibis assidue non reficiuntur. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset à mortuis. De illis hoc manifestationibus loquitur, quæ vel omnibus vel pluribus in vnum collectis factæ sunt.*

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis, &c. Quum dicit, manifestauit semetipsum dominus, significat Euangelista, quod, nisi voluisset ipse per seipsum illis condescendens, manifeste non fuisset visus in corpore incorruptibili. Quare & loci meminit maris Tyberiadis: Ostendit, quod non iam ultra timebant Iudæos, ut antea, sed magnam partem timoris abiecerant. Ideo & non inclusi erant, sed & prosperebant à domo, quod prius non audebant, & vbique ambulabant, ibantque vsque ad Tyberiadem, quæ distat à Hierosolymis, & est mare Galilææ. Piscabantur autem discipuli, quia nihil aliud habebant, quod facerent: neque enim ipse semper cum eis conuertebatur, neque spiritus datus erat, neque doctrina perfecte concessa, ideo suam artem sectabantur. Petrus enim, quum actuosissimus esset, non ferebat ocium, sed in opere feruebat, & sequebantur ceteri, eo quod coniuncti erant. Et, quum adesset eis laborantibus, & miseris, non statim se ostendit, vult enim prius loqui cum eis: unde & dicit, *Pueri, num quid obsonij habetis?* quasi empturus ab eis quiddam. Ut autem negarunt, & quum iussisset eos mittere in dextram, cõsequuti sunt quiddam: dicit discipulus, quem diligebat Iesus, *Petro, Dominus est.* Iterum hoc loco discipulorum proprietates ostendit. Nam perspicacissimus quidem Ioannes, Petrus autem feruētior: ea propter Ioannes quidem agnoscit dominum: Petrus verò prior venit ad eum. Succingendo enim se, reuerentiam ostendit. Mittendo autem se in mare, declarant desiderij magnitudinem: non enim expectat ut alij, sed natans aduenit, quamuis ducentis cubitis abessent à terra. Est igitur *lindeus* lintheum quoddam quo Phœnices, & Syri piscatores se amiciebant, siue nudi essent, siue vestiti, hoc superimponentes, simpliciter autem dicendum, quod sicut pictores pingunt Apostolos super vestibus rechos: igitur quia nudus erat Petrus, & piscando laborabat, in reuerentiam se induit epen-

dyten (hoc est enim succingit) & prior vadit ad dominum. Non enim parua quedam erant, quæ fiebant sed magna. Nam primum quod multi pisces capti sunt, deinde quod rete non est scissum. *Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, &c.* Et hoc est miraculum, quod nunc videtur, prunam dico, & piscem, atque panem. Non enim fiebat ex materia proposita, sicut, quum satiaret de duobus piscibus, ac panibus quinque, tot millia, sed simpliciter ex nihilo. Quum dixisset autem dominus; *Venite prandete*, nullus exquirat, neque audeat interrogare. Non enim ultra tantam habebant fiduciam, sed cum silentio, ac timore admirabantur: sciebant enim, quod dominus esset. Ideo neque interrogabat uti figuram alienam videntes, sed multo pleni stupore valde stupecebant. Et voluissent quidem de eo interrogare aliquid, sed metus, & manifesta aspectio, quod non esset alius, sed ille ipse, non permittebant interrogare, sed solum comedebant ea, quæ eis creauerat. Quomodo autem creauit: sua potestate. Non enim iam in cœlum suspicit, & patrem inuocat, illa enim fiebant, ut se nobis attemperaret. Iubet autem de piscibus afferre, ut ostenderet non esse phantasma, quod videbatur. Sed hoc loco quidem non dicit, quod comederit cum eis. Lucas autem dicit, quod comederit. Quomodo autem comederit, non est nostrum dicere. More enim admirabili facta sunt hæc, non quod natura eius cibo habeat opus, sed nostri causa ad confirmationem resurrectionis fiebant. Ostendens quoque non illum continuo apud eos fuisse, neque similiter ut prius, dicit. *Hoc iam tertio manifestatus est.* Intellige insuper hæc & per allegoriam. Nox enim erat, quando tenebræ idololatriæ inualuerunt, ante solis Christi aduentum, quando prophætæ laborauerunt, & nihil ceperunt. Nam, quamuis vnâ gentem Israeliticam conclusisse in sagena videbantur, tamen quia & hæc subinde ad idololatriam redibat, nihil forte apprehenderunt. Vbi autem diluculum solis iustitiæ infulsit, & apostolicum rete eiectum est.

Pauca quadam desiderantur.

EVTHYMII ZIGABONI
superioris Euang. expositio.

Postea manifestauit se iterum, &c. Neque enim continuo cū eis versabatur, ut prius, sed per temporum interualla accedebat. Quod autem dicitur, *manifestauit, & apparuit, & visus est*, ac similia, ostendunt, quod iuxta naturam incorruptibilitatis corporis, inuisibilis erat corruptibilibus oculis: verum dimittendo se, & dispensatorie manifestabatur. Hoc autem mare in Galilæa erat: animo siquidem resumpto, eo profecti sunt. *Manifestauit autem sic.* Ut nunc dicitur est. *Erant simul Simo Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, &c.* Nā, cū neque semper cū eis esset Saluator, ut dictum est, neque alius aduenisset paraclerus, neque perfectè eis esset commissa prædicatio, quum nihil esset, quod agerent, reliquo tempore piscabantur, priorē exercentes artem: quanquam non amore lucri, ut prius. *Exierunt ergo, statimque ingressi sunt nauim.* Quæ Petri erat, aut filiorum Zebedæi, aut alicuius eorum, quos nouerant. *Et nocte illa nihil ceperunt.* Dispensatorie hoc factum

factum est, veluti in sequentibus dicemus. Verisimile est autem alios quoque discipulos terrestri itinere fuisse sequutos, sicut ait Chrysostomus, amoris gratia, ut quæ spectatores essent, ac probe ocium collocarent, & simul cum eis pernoctarent. *Mare autem iam scisso stetit Iesus in littore, non tamenu cognouerunt discipuli, quod Iesus esset.* Fortassis, quod splendidiore appareret specie, propter immortalitatem, aut dispensatorie ab eis cognitus non est. *Pueri, num quid obsonij habetis? id est, id est, pueros illos vocauit iuxta consuetudinem. Moris siquidem erat ita operarios appellare: propter illorum robur, ac strenuitatem ad labores. Loquitur autem cum eis, quasi volens aliquid ab eis emere. *Lacite in dexteram partem nauigij rete, & inuenietis.* Nec adhuc cognouerunt cum esse, quod tamen eos intelligere oportuit. Nam quomodo vulgaris homo, aut focus id nosse potuisset, quod iacentes in dexteram nauigij partem, inuenturi essent? Expresse autem ad dexteram iacere præcepit, ne fortuita videretur captura. *Iceerunt itaque.* Simpliciter obtemperantes: aut arbitrari signum quopiam illum nosse pisces aliquos ibi natare. *Et iam illud trahere non poterant præ multitudine piscum.* Absente quidem Saluatore, nihil ceperunt: præfente vero, multitudinem cõcluserunt, ut cognoscamus, quod sine illo nihil, quod vile sit, perficimus: cū eo autem, plurima. Oportet ergo, ut præceptis eius obediētes laboremur, & ad dexteram iaciamus: nam hæc pars laudi datur. *Dominus est.* A prospero id euentu intelligens, & quod tanquā ex illius iussu conclusi essent pisces. *Simon itaque Petrus, quum audisset, quod dominus esset, &c.* Petri pascior quidem erat Ioannes magnitudine puritatis: Petrus vero feruētior vehementia amoris: ideo agnoscit quidem eum Ioannes ante Petrum, sed egreditor ad eum Petrus ante Ioannem. Vbi enim solum audisset esse dominum confestim, quæ in manibus erant, proicit, nec sustinens, ut nauigio ad eum perueniret, scilicet in mare iacit, quocirca accederet. *Et venimus autem* (pro quo Tunicam vertimus) vocant tuniculam quandam manicis carentem, quæ corpus ad genua vsque contegat: & hac utebantur, qui in mari degebant: Nam simul & agilitatem eis tribuebat, & inter aquas ornatum. Erat quippe nudus, alia carens veste: nam hac sola ad corpus distincta indutus erat: neque enim conueniebat, ut omnino nudus esset propter turpitudinem: succinxit autem illam, pudore domini. *Ceteri vero discipuli nauigio venerunt, &c.* Venerunt attrahendo funes, quibus rete*

trahabatur. *Et ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, &c.* Piscem quidem pennis superpositum, panem verò scotism positum: utique producta ex iis, quæ non erant: ut hinc quoque suam ostendat potentiam, ac beneuole eos per cibum à labore refocillet. *Auferte de piscibus, quos nunc comprehendistis.* Ut pote sciens, quod cõprehendissent. Nam & prius tanquam sciens, quod comprehensuri essent, dixerat: *lacite in dexteram partem nauigij, & inuenietis.* Et, ne phantasticum videretur negotium: ut quæ vidētes piscium multitudinem, ac magnitudinem, & quomodo non esset scissum rete, magis etiam admirarentur. *Ascendit Simon Petrus.* Ascendit in nauim, tanquam artis peritior, sequentibus videlicet eum etiam ceteris. *Numero centum quinquaginta tribus.* Dicant aliqui per centum quidem eos designari, qui ex Gentibus saginandi erant: per quinquaginta autem, eos qui de Iudæis: plures siquidem ex Gentibus credituri erant, quam ex Iudæis: per tres vero, sanctam Trinitatem, in quam crederent. *Et, quum tot, ac tanti essent, non est scissum rete.* Non quod esset forte, sed quod dominus etiam illud fortificaret. *Venite, prandete.* Hora prandij iam appetere: nam illorum laboribus successura erat requies. Verisimile est autem quosdam ex comprehēsis piscibus affatos fuisse ad omnium refecionem discipulorum: reliquos vero pauperibus fuisse distributos. *Et nemo discipulorum audebat interrogare eum, &c.* Faciē quidem videntes immutatam, & quæ in maximum eos induceret stuporem, volebant eum interrogare, verum non audebant, quum à signis, quæ dicta sunt, scirent quod Dominus esset. *Venit itaque Iesus sumitque panem, &c.* Iam in cœlum nõ suspicit, neque humana illa facit: ostendens, quod etiam ipsa dispensatorie faciebat. *Hac iam tertio vice manifestatus est Iesus, &c.* Prima quidem, quum esset vespera diei illius, quo resurrexit, secunda autem post dies octo, tertia vero hoc die. Apparuit itaque, quod post hoc tempus ascenderint in montem, in quo constituerat eis, quando videlicet rursus admoniti sunt à domino. Manifestatus est autem & mulieribus, quæ discipulæ erant: & duobus illis, de quibus apud Marcum, & Petrum, ac Cleophæ cū focio ipsius. Verum discipulis simul, hac iam tertia vice manifestatus est. Neque enim continue cum eis versabatur. Hic autem nõ dixit, quod & ipse comederit: ideo sane, ut opinor, quod hoc etiam significauerit Lucas libro Actorum, vbi ait Petrus; *Comedimus, & bibimus cum eo, postquam surrexit à mortuis.*

*Matth. 28
Marc. 16
Luc. 24*



FERIA V. POST PASCHA.

I O A N. 20.



UN illo tempore: ^a Maria stabat ad monumentum foris ^b plorans. Dum ergo fletet, inclinavit se & prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum erat corpus Iesu. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras?


Dicit eis: Quia tulerunt dominum meum, & nescio vbi ^c posuerunt eum. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & non sciebat

^d Redatguens eam. ^e Quæ non credit adhuc est mulier, adhuc corporei sexus appellatione signatur. ^f Quasi non lachrymas nudas, sed fidem exigebat: lachrymæ si Iesum agnoscat. ^g Interrogatur causa doloris: vt augetur desiderium. ^h Non penitus falso, quia in eius mente seminabat.

quia Iesus est. ^d Dicit ei Iesus. ^e Mulier, quid ^f ploras? ^g Quæ ^h quæris? Illa ⁱ existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum dicit mihi,

vbi posuisti eum: & ego eum tollam? Dicit ei Iesus: Maria. ⁱ Conuersa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus: Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad ^k patrem ^l meum & patrem ^m vestrum: ⁿ Deum meum & Deum ^o vestrum. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis, quia vidit dominum, & dixit mihi hæc.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.



RLORANS. Iam plus de sublato quam de occiso plorat, quia tanti magistri cuius vita subtrahata fuerat, nec memoria remanebat, & iste dolor ibi eam tenebat. Dum ergo, &c. pro. in mo. Cum eum sciret ibi non esse, sed quia nimis dolet, nec suis oculis, nec oculis illorum duorum credentium putauit. Vel potius diuino instinctu hoc factum est. Vidit duos an. Angeli, id est, nuntij significant euangelium Christi, à capite vsque ad pedes, id est, ab initio vsque ad finem esse nuntiandum. Et ille ex passione sua erat nuntiandus: quia Deus est ante secula, & homo in fine seculi. Sedet ergo angelus ad caput, cum dicit: In principio erat verbum. Ad pedes, cum dicit: Verbum caro factum est. Vel duo angeli duo ^{Subp. 1.} testamenta, vnum prius, aliud sequens. Coniuncta, dum pari sensu incarnatum, mortuum, resuscitatum nuntiant. Quid plo. Quasi dicat, Noli peccare. Prohibent lachrymas quodammodo nuntiantes gaudium. At illa putans eos interrogare nescientes, prodit causam lachrymarum: quia tulerunt dominum meum, id est, corpus domini rati. Et non scie. quia tergum ad eum habebat, quem non resurrexisset credebat: quia amabat, & dubitabat: videbat & non cognoscebat. Quem qua. non quod dubitet quem requireret: sed quia illa quem que-

rit ignoret: non enim querit Christum, sed quem putat raptum. Domine. Quem putat hortulanum dicit dominum, vt honorificaret hominem à quo rogabat beneficium. Nec sic dicit eum dominum, sicut illum quem querit sublato: Iesum verò agnoscat vocat magistrum: quia recolit eum à quo discernere humana & diuina discerebat. Si tu sustulisti. Nō dicit quem, quia hoc in animo agit vis amoris, vt quem semper cogitat nullum alium ignorare credat. Maria. Postquam communi nomine vocauit, & non est agnitus. vocat ex nomine, ac si dicat recognosce eum à quo recognosceris. Noli me tan. Hic innuit, quod pedes eius amplecti voluit. Merito non tangit, quæ non videt: nam qui videt, tangit. Dicit ei. Ie. No. Fidem docēs, & in corde eius, vt hortulanus seminat dicit: Noli me tan. non quod nollet tangi nisi cum ascēdisset, cum & mulieres & alij in terra eum tetigisse legantur, & non sendentem in celo. Vult ergo sic se spiritualiter tangi, id est, sic se credi, vt sit æqualis patri. Et quia ista adhuc carnaliter in eū credebat, quem sicut hominem stebat, audit: Noli me tangere. Id est, sic credere, quia in corde tuo nondum credis me æqualem: ascendi ad patrem. id est, nondum credis me æqualem patri, tunc tanges, cum non imparem credes. In hac figuratur ecclesia de gentibus, quæ in Christum non credit, nisi cum ad patrem ascendit. Mysticè, noli me tangere: Noli manum maioribus adhibere, sed vade ad perfectiores, qui faciliè resurrectionem credant. Mulieribus

ribus enim in ecclesia docere non permittitur. Venit Mar. Ibi culpa absconditur, vnde processit. Mulier mortem viro propinavit: modo mulier vitam nunciat viris: & quæ tunc verba serpentis, modo narrat verba viuificatoris: ac si ipsis rebus dicat Deus, de qua manu illatus est potus mortis, de ipsa suscipite potum vitæ.

CATENA AVREA in idem Euang.

Maria autem stabat, &c. Aug. de con. euan. Id est ante illum laxei sepulchri locum, sed tamen intra illud spacium quo iam ingressa fuerat, hortus quippe illic erat. Chry. Non mireris autem quod Maria amarè stebat ad sepulchrum. Petrus verò nihil tale passus est. compassibile enim est muliebri genus & natura flebile. August. Oculi igitur qui dominum quæserant, & non inueniant lachrymis vacabant, amplius dolentes quod fuerit ablatas de monumento, quàm quod fuerat occisus in ligno: quoniam magistri tanti cuius vita subtrahata fuerat, nec memoria remanebat. August. de con. euan. Viderat autem cum aliis mulieribus angelum sedentem à dextris super lapidem reuolutum à monumento, ad cuius verba cum fletet prospexit in monumentum. Chry. Magnum enim ad mitigationem est ad monumentum apprensus, vide denique eam vt plus requiesceret, & inclinatem se & volentem locum videre vbi iacuit corpus. vnde sequitur: Dum ergo fletet, &c. Greg. Amanti enim semel aspexisse non sufficit: quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. August. Nimium enim dolebat nec suis nec discipulorū oculis facile putabat esse credendum, an potius diuino instinctu in animo eius effectum est vt prospiceret. Gre. Quæsiuit enim corpus & minimè inuenit: perseverauit vt quæreret. vnde & contingit vt inueniret, adūmque est vt desideria dilatata crescerent, & crescentia causarent quod inuenissent. Sancta enim desideria dilacione crescunt. Si autem dilacione deficiunt, desideria non fuerūt. Ista itaque quæ sic amat: quæ se ad monumentum quod prospexerat iterū inclināt, videamus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquisitionis. Sequitur enim: Et vidit duos angelos, &c. Chry. Quia enim non erat excelsa mulieris mens vt ex sudariis perciperet resurrectionem, angelos videt in lato habitu, vt & ipsa à passione mitigetur. Angu. Quid est autem quod vnus ad caput & alter ad pedes sedebat, an quoniam qui Græcè angeli dicuntur, Latine sunt nuntij. Isto modo Christi euangelium velut à capite vsque pedes, ab initio vsque in finem signabant esse nuntiandum. Greg. Vel ad caput sedet angelus cum per apostolos prædicatur: quia in principio erat verbum, & quasi ad pedes sedet cum dicitur: Verbum caro factum est. Possimus etiam per duos angelos duo testamenta agnoscere, quæ dum pari sensu incarnatum, & mortuum, ac resurrexisset dominum nuntiant, quasi testamentum prius ad caput, & testamentum posterius ad pedes sedet. Chry. Angeli autem apparentes nihil de resurrectione dicunt: sed paulatim in eum qui de resurrectione est intrant sermonem. Quia enim mulier vltra consuetudinem præclarum habitum videbat, ne turbetur audiuit compassionis vocem. vnde

de sequitur: Dicunt illi. quid ploras? Angeli lachrymas prohibebant, & futurum quodammodo gaudium nuntiabant. Ita enim dixerunt: Quid ploras? ac si dicerent, plorare noli. Greg. Ipsa enim sacra eloquia quæ nos in lachrymas amoris excitant, eisdem lachrymas consolantur dum nobis redemptoris nostri spem reprobmittunt. Augu. At illa eos putant interrogasse nescientes causas prodit lachrymarum. vnde sequitur, Dicit eis, quia tulerunt dominum meum. Dominum suum vocat domini sui corpus exanime, à toto partem significans: sicut omnes confitemur Iesum Christum filium Dei sepultum, cum sola eius sepulta sit caro. Sequitur. Et nescio vbi posuerunt eum. Hæc erat causa maioris doloris quia nesciebat quod iret ad consolandum dolorem. Chry. Nondum autem de resurrectione aliquid nouerat, sed adhuc translationem imaginabatur. Aug. de con. euan. Hic intelligendi sunt iuxerisse angeli, vt etiam stantes viderentur, sicut Lucas eos vivos esse commemorat. Aug. super Io. Sed hora iam venerat, quæ id quod nuntiatum quodammodo fuerat ab angelis flere prohibentibus, gaudium succederet flentibus. vnde sequitur: Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum. Chr. Sed quare ad angelos loquens & nondum ab eis aliquid audiens conuertatur retrorsum? Mihi videtur quod hæc ea dicente: Christus post eam apparuit, & angeli considerantes dominatorem: & figura & inspectione, & motu confestim ostenderunt, quoniam dominum viderūt, & hoc est quod mulierem conuertit retrorsum fecit. Gre. notandum etiam quod Maria quæ adhuc de domini resurrectione dubitabat conuersa retrorsum est vt videret Iesum, quia videlicet per eandem dubitationem suam quasi tergum in domini faciem miserat, quæ resurrexisset minimè credebat. Sed quia amabat & dubitabat, videbat & non cognoscebat eum. vnde sequitur: Et vidit Ie. stantem, &c. Chry. Angelis enim vt dominator apparuit, mulieri verò non ita, ne eam ex prima visione stupefaceret: non enim oportebat eam repente ad excelsa reducere: sed paulatim. Sequitur: Di. ei. Ie. Mul. quid, &c. Greg. Interrogatur doloris causa, vt augetur desiderium quatenus cum nominaret quem quæreret, in amorem eius ardentius assuetaret. Chry. Et quia in communi figura apparuit: æstimauit eum hortulanum esse. vnde sequitur: Illa est. quia hortula. est. di. ei. Domine si tu sustulisti eum dicit mi. vbi pos. eum. & ego eum tol. hoc est, si propter timorem ludæorum leuasti eum, dicit mihi, & ego eum accipiam. The. Timēbat enim ne iudei etiam corpori insæuierēt exanimi, & ideo volebat in alio loco incognito illud transponere. Greg. Forsitam autem nec errando hæc mulier errauit quæ Iesum hortulanum credidit: annō ei spiritualiter hortulanus erat qui in eius pectore per amoris suum vim summa virtutum vitæ plantabat: Sed quid est quod viso eo quem hortulanum credidit, cui necdum dixerat quem quærebat, ait: Domine si tu sustulisti eum? Sed vis amoris hoc agere solet in animo, vt quem ipse semper cogitat, nullum aliū credat ignorare. Postquam autem eam dominus communi vocabulo appellauit ex sexu & agnitus non est: vocat ex nomine. vnde sequitur: Dicit ei Iesus: Maria, ac si diceret. Recognosce eū à quo recognosceris. Maria ergo quia vocatur ex nomine recognoscebat auctore, quia & ipse erat quærebatur exterius, & ipse qui eam interius vt quæreret docebat. Bibl. Hom. tom. 2. N N n n n 3 vnde

unde sequitur: *Conuersa illa di. Rabboni, quod dicitur magister*. Chry. Sicut enim Iudæis quandoque immanifestus erat: & præsens, ita & loquens cum volebat seipsum notum faciebat. Qualiter autem conuersa dicit cum Christus ad eam loqueretur? Mihi videtur quoddam dicente ea: *Vbi posuisti eum: conuersa est ad angelos vt interrogaretur cur stupefacti essent: deinde Christus vocas eam, conuertit eam ad seipsum: & per vocem manifestum seipsum fecit. Aug. Vel quia prius conuersa corpore quod non erat, putauit, nunc corde conuersa, quod erat, agnouit. Nemo autem calumniatur mulierem quod hortulanum dixerit dominum, & Iesum magistrum, ibi enim honorabat hominem à quo beneficium postalabat, hic recolebat doctorem à quo discere humana & diuina discerebat. Aliter ergo dum dixit: *Sustulerunt dominum magdalenam*: aliter autem, *Domine, si tu sustulisti eum*. Greg. Iam verò ab euangelista non subditur quid mulier fecit, sed ex eo innuitur quod audiuit. Sequitur: *Dicit Ie. Nomen tuum*. In his namque verbis ostenditur quod Maria amplecti voluit eius vestigia quæ recognouit. Sed cur tangi non debeat, ratio quoque additur eum subiungitur: *Nondum enim ascendi ad patrem meum*. Aug. Sed si stans in terra non tangitur, sedens in celo, quomodo ab homine tangitur? qui certè antequam ascenderet discipulis suis se obtulit tangendum, dicens: *Palpate & videte, quia spiritus carnis & ossa non habet, vt Lucas testatur. Quis autem tam sit absurdus vt dicat eum à discipulis quidem antequam ascendisset ad patrem se voluisse tangi, à mulieribus autem noluisse, nisi cum ascendisset ad patrem? Sed leguntur etiam femina post resurrectionem antequam ad patrem ascenderet tetigisse Iesum, in quibus erat etiam ipsa Maria Magdalena, narrante Matth. Aut ergo hoc sic dictum est, vt in illa femina figuraretur ecclesia de gentibus, quæ in Christum non credidit: nisi cum ascendisset ad patrem, aut sic in se credi voluit Iesus, hoc est sic spiritualiter tangi quod ipse & pater vnum sunt. Eius quippe intimis sensibus quodammodo ascendit ad patrem, qui sic in eo profecerit vt patri agnoscat equalem. Quomodo hæc non carnaliter adhuc in eum credebat, quem sicut hominem flebat? August. 1. de Tri. Factus autem tanquam sine facie notionis. Ideoque nolebat in eo esse finem intenti cordis in se, vt hoc quod videbatur tantummodo putaretur. Chry. Vel aliter: Volebat hæc mulier adhuc cum Christo esse, sicut & ante passionem, & præ gaudio nihil magnum excogitabat, quauis caro Christi multò melior facta fuerit resurgendo. Ab hac ergo intelligentia eam abducens dixit: *Noli me tangere*, vt cum multa reuerentia ei loquatur. vnde nec discipulis apparet de reliquo cum eis conuersans: vt reuerentius ei attendant, dicens: *Nondum enim ascendi*: ostendit quoniam illuc properat & festinat. Eum autem qui illuc debet abire, & non ultra cum hominibus conuersari non oportebat eum eadem videre mente qua & antè: & hoc manifestat consequenter dicens. *Vade ad fratres meos & dic eis. Ascendit ad patrem meum & pater meus & pater meus & Deum vestrum*. Hila. 1. de Tri. Inter ceteras impietates suas etiam hoc dicto domini vt solent hæretici, vt per id quod pater eius pater eorum est, & Deus eius, Deus eorum est in natura Dei non sic, sed in forma Dei manens formam serui assumpit. Et cum hoc ad homines in serui forma**

Christus Iesus loquatur, non ambigitur quin pater sibi vt ceteris sit ex ea parte qua homo est, & Deus sibi vt cunctis sit ex ea natura qua seruus est. Denique hunc eundem sermonem cepit dicens, *Vade ad fratres meos*. Fratres autem ex carne sunt Deo. Cæterum vnigenitus Deus sine fratribus est. Aug. Vel aliter: Non ait patrem nostrum, sed *patrem meum & patrem vestrum*: aliter ergo meum, aliter vestrum: natura meum, gratia vestrum. Neque dixit Deum nostrum, sed *Deum meum* sub quo ego homo: & *Deum vestrum*, inter quos & ipsum mediator sum. Aug. de con. euan. Tunc ergo egressa est à monumento, hoc est ab illo loco vbi erat horri spatium ante lapidem effossum: & cum illa alia quas secundum Marcum inuaserat tremor & pavor, & nemini, scilicet aliorum quicquam dicebant. vnde & hic dicitur: *Venit Maria Magdalena, &c.* Greg. Ecce humani generis culpa ibi absconditur vnde processit: quia enim in paradiso mulier viro propinauit mortem, à sepulchro mulier viris annuntiauit vitam, & dicta sui viuificatoris narrat, quæ mortiferi serpentis verba narrauerat. Aug. de cõ. euan. Dum autem cum aliis veniret, tunc secundum Matth. occurrit illis Iesus dicens. Auerte. Sic ergo colligimus angelorum colloquutionem bis numero eas habuisse venientes ad monumentum & etiam ipsius domini, semel, scilicet, quando Maria hortulanum putauit, & iterum cum eis occurrit in via vt eas repetitione firmaret, & sic venit Maria Magdalena annuntians discipulis, non solum ipsa, sed & alia quas Lucas commemorat. Beda, Mystice autem Maria quæ interpretatur domina illuminata, illuminatrix, seu stella maris: significat ecclesiam quæ Magdalena, id est, turrensis dicitur, Nam magdalon Græcè, Latine turris dicitur, propter illud quod dicitur in Psal. Factus est mihi turris fortitudinis. In eo autè quoddam hæc mulier discipulis Christum resurrexisse nuntiavit, omnes monentur, maxime quibus est commissum prædicandi officium, vt si quid eis cœlitus reuelatum fuerit, studiosè proximis propinent.

ORIGENIS PRESBYTERI in idem Euang. Homilia.

IN præsentem solennitate locuturi auribus vestrae charitatis, dilectissimi: adducimur ad memoriã, quomodo beata Maria Magdalena Dominum nostrum super omnia diligendo, discipulis fugientibus, eum ad mortem euntem sequebatur: ac veri amoris igni succensa nimio ardens desiderio indefinenter plorans à monumento non recedebat. *Maria enim* (vt ait Euangelista) *stabat ad monumentum foris plorans*. Audiuius, fratres, Mariã ad monumentum foris stantem, audiuius & plorantem: videamus si possumus cur staret, videamus & cur ploraret. Prosit nobis & illius stare, & illius plorare. Amor faciebat eam stare, & dolor coegebat eam plorare. Stabat, & circumspiciebat, si forte videret quæ diligebat. Plorabat vero, quia sublatum existimabat quem quærebatur. Dolor renouatus erat, quia prius doluerat defunctum, & nunc dolebat sublatum. Et iste dolor maior erat, quia nullam consolationem habebat. Prima fuit causa doloris, quia viuum perdidit: sed de hoc dolore aliquantulum consolationem

Multis dicitur de hoc thore. Epi. rima in dno. for.

tionem habebat, quia mortuum se retinere credebatur: Nunc autem de isto dolore consolari non poterat, quia corpus defuncti non inueniebat. Metuebat ne amor magistri sui in pectore suo frigeret, si corpus eius non inueniret, quo viso recalesceret. Venerat autem Maria ad monumentum, deferens secum aromata & vnguenta quæ parauerat: vt sicut antea pedes viuentis vnguento pretioso vnixerat, sic & nunc totum corpus defuncti, & vnguento vngeret, & aromatis condiret: & sicut prius ad pedes eius lachrymas fuderat, fleuerat prius, & lachrymis suis pedes eius rigauerat pro morte animæ suæ, veniebat nunc ad monumentum lachrymis rigare pro morte magistri sui. Cum autem non inuenisset corpus in monumento, labor vngendi petiit, sed dolor lugendi creuit, defuit obsequio, qui non defuit dolori: defuit quem condiret, sed non defuit quem ploraret: eoque magis plorabat, quo magis ille deceret. Plorabat enim vehementer Maria, quoniam additus erat dolor super dolorè eius, duobus dolores eximios vno gestabat in corde: quos mitigare lachrymis volebat, sed non valebat. Et ideo tota posita in dolore, mente & corpore deficiebat, & quid ageret ignorabat. Quid enim mulier ista poterat agere nisi plorare, quæ & intolerabilem habebat dolorem, & nullum inueniebat consolatorem? Petrus quidem & Ioannes venerant cum ea ad monumentum, sed non inuenit corpore, abierunt ad semetipsos: *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans*, & quasi desperando sperans, & sperando perseverans. Petrus & Ioannes timuerunt, & ideo non steterunt: Maria autem non timebat, quia nihil suspicabatur sibi superesse, quod timere deberet. Perdidit enim magistrum suum, quem ita singulariter diligebat, vt præter ipsum nihil posset diligere, nihil posset sperare. Perdidit vitam animæ suæ, & iam sibi melius arbitrabatur fore mori quam viuere: quia forsitan inueniret mortens, quem inuenire non poterat viuens, sine quo tamen viuere non valebat. Fortis est vt mors dilectio. Quid enim aliud faceret mors in Maria? Facta erat exanimis, facta insensibilis: sentiens non sentiebat, videns non videbat, audiens non audiebat: sed neque ibi erat vbi erat: quia tota ibi erat vbi magister erat, de quo tamen vbi esset nesciebat. Quærebatur eum, & non inueniebat: & ideo stabat ad monumentum, & plorabat, tota lachrymabilis, tota miserabilis. O Maria quid spei, quid consilij, aut quid cordis erat tibi, vt sola itares ad monumentum, discipulis abeuntibus? Tu ante illos venisti, & cum illis redijisti, & post illos remansisti. Cur hoc fecisti? Sapiebas plus illis, aut diligebas plus quam illi, quia non timebas vt illi: Certe nihil modo sapiebat Maria nisi diligere, & pro dilecto dolere. Oblita erat timere, oblita erat gaudere, oblita erat se ipsam, oblita erat denique omnia, præter illum quem diligebat super omnia: & quod mirabile est; sic erat oblita vt etiam ipsum non cognosceret. Credite mihi, si ipsum cognosceret, in monumento non quæreret: & si verba illius corde retineret, non de mortuo doleret, sed de viuente gauderet: nec de sublato ploraret, sed de resurgente exultaret. Dixerat enim Iesus quoddam sic moreretur & quoddam ille die tertia resurgeret, sed pro dolor nimis dolor cor illius repleuerat, & memoriam horum verborum deleuerat: sensus nullus

in ea remanserat, omne consilium in ea perierat, spes omnis defecerat: solummodo flere supererat. Flebat ergo quia flere poterat: & dum fleret inclinavit se, & prospexit in monumentum, & vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad pedes, & vnum ad caput: qui dicunt ei, *Mulier quid ploras? O Maria, ecce magnam consolationem inuenisti, & forsitan melius tibi contigit quam sperasti. Nam tu quærebas vnum, & duos inuenisti. Quærebas mortuum, & viuentis reperisti. Reperisti eos qui de te curam videntur habere, & qui volunt, dolorem tuum lenire: ille vero quem quæris dolorem tuum videtur negligere, lachrymas tuas non videtur respicere. Vocas eum, & non audit: oras, & non exaudit: quæris illum, & non inuenis: pulsas, & non aperit: tu sequeris illum, & fugit. Heu quid est hoc? Heu quam magna mutatio? Heu quomodo mutatum est in contrarium? Ille enim est Iesus, qui modo recessit à te. Et quomodo? Forte nescis an diligat te. Olim te diligebat, olim à Pharisæo te defendebat, & à sorore tua diligenter excusabat: Olim laudabat te, quando vnguento pedes ipsius vngebatur, lachrymis rigabas, & capillis tergebatur, dolorem tuum mulebat, peccata dimittebat: Olim quærebatur te cum non adesses, vocabatur te cum abesses, mandabat tibi per sororem tuam vt ad se venires. Magister adest & vocat te. O quam cito surrexit Maria vt audiuit: quam sollicitè venit, & solito more cecidit ad pedes tuos: O bone Iesu. Tu quoque cum vidisti eam lachrymantem, lachrymatus es. O quam pie consolando eam, dixisti: *Vbi posuisti eum? Denique pro dilectione eius quæ multum dilexit te: fratrem eius Lazarum suscitasti, & planctum huius dilectricis tui in gaudium conuertisti. Et o dulcissime magister, quid post hæc peccauit in te hæc discipula tua, aut in quo postea offendit dulcedinè cordis tui hæc amatrix tua, quia sic recedis ab ea? Nos post hæc nullum aliud peccatum de ea audiuimus: nisi quia quando sepultus fuisti, ante omnes valde mane venit ad monumentum tuum ferens vnguenta, quibus vngeret corpus tuum: & cum non inuenisset te in monumento, cucurrit, & nunciauit hæc discipulis tuis. Illi venerunt, viderunt, & abierunt: hæc autè staret & ploraret. Si hoc peccatum est, negare non possumus quin ipsa hoc faciat: si autem peccatum non est, sed est amor tui, & desiderium quod habet de te: quare sic recedis ab ea, & abscondis te, tu qui diligis omnes diligentes te, & qui inuenitis ab omnibus quæ: entibus te? Tu enim dicis, Ego diligentes me diligam, & qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Ergo mulier ista quæ valde mane vigilat ad te, cur non inuenit te? Quare non consolaris lachrymas, quas fundit pro te domino suo, sicut consolatus es lachrymas, quas fudit pro fratre suo? Si enim solito more eam diligis, cur desiderium eius tandiu protrahis? O verax magister, & fidelis, recordare testimonij, quod olim reddidisti Marthæ sorori eius. Dixisti enim, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Vere optimam partem elegit Maria, quia elegit stare ad pedes tuos, & audire sermones tuos. Vere optimam partem elegit, quia te elegit. Sed quomodo verum est, quæ non auferetur ab ea, si tu es ablatas ab ea? Quod si ab ea non est ablata optima pars quam elegit: vt quid plorat? aut quid quærit? Certe Maria nihil aliud quærit nisi quod elegit: NNnnn 4 & pro**

At Origenes fuit hæc Mariam distinetam ab hac.

& propter hoc solum plorare non desinit, quia quod elegit nunc perdidit. Ergo, o custos hominum, aut tu partem, quā elegit, custodi in ea: aut ego nescio quomodo verum est, Quæ non auferretur ab ea. Nisi & hoc ita intelligatur, quod licet tu sis ablatas ab oculis eius, tamen non es ablatas à corde eius. Sed, o Maria quid iam amplius moraris? Quid turbaris? quid ploras? Ecce habes angelos, sufficit tibi angelorum visio: quia forsitan ille quem quæris, quem ploras, sentit aliquid in te propter quod non vult videri à te. Pone iam finem dolori tuo, sit modus lachrymis tuis. Recordare quid ipse dixerit tibi & aliis mulieribus, Nolite flere super me. Ergo quid est hoc quod facis? Ipse prohibuit flere, & tamen tu non desinis flere. Timeo ne plorando ipsum offendas, pro quo sic incessanter ploras. Nam si ipse amaret lachrymas tuas: non posset forsitan, ut olim, tenere lachrymas suas. Nunc audi consilium meum. Sufficiat tibi angelorum consolatio, mane cum illis, interroga illos, & forte scient quid factum sit de eo quem quæris, & quem ploras. Ego certe credo quod ipsi ad hoc venerunt, ut testimonium de ipso perhiberent: & credo quod ille quem ploras, misit eos pro se, & pro te, ut annūciant resurrectionem suam, & consolentur deplorationem tuam. Dicunt enim ei, *Mulier quid ploras?* quæ est causa tanti doloris tui? Non abscondas à nobis lachrymas tuas: aperit nobis animum tuum, & nos indicabimus tibi desiderium tuum. Maria nimio dolore confecta: tota in excessu mentis posita nullam recipit consolationem, & ad nullum tendit consolatorum: sed intra se cogitat dicens, Proh dolor qualis est ista consolatio? qualis est ista visitatio? Onerosi sunt mihi omnes consolatores, grauant me, & non consolantur. Ego autem quæro creatorem: & ideo mihi gravis est ad videndum omnis creatura. Nolo angelos videre: nolo cum angelis manere: quia possunt dolorem augete, & non possunt penitus delere. Si cœperint mihi multa narrare, & si vulnero illis ad omnia respondere: timeo ne amorem meum magis impediant quam expédiant. Denique ego non quæro angelos, sed eum qui fecit me & angelos. Non quæro angelos, sed meum & angelorum dominum. Tulerunt dominum meum, ipsum solum quæram: ipse solus me potest consolari. Sed nescio vbi posuerunt eum. Circumspicio si viderem illum, & nō video: vellem inuenire locum in quo positus est, & non inuenio. Heu me miseram quid agam? quo ibo? quo enim abiit dilectus meus? Quæsiui eum in monumento, & non inueni: vocaui eum, & nō respondit mihi. Heu me vbi eum quæram? vbi eum inueniam? Surgam certe, & circumibo omnia loca, quæ potero: nō dabo somnum oculis meis, nō dabo requiem pedibus meis, donec inueniam illum, quem diligit anima mea. Effundite lachrymas oculi mei, plorate & nolite desicere. Ambulate pedes mei, discurrete, & nolite quiescere. Heu heu quo abiit gaudiū meum? vbi latet amor meus? vbi est dulcedo mea? Cur dereliquisti me salus mea? O dolores, o angustie intolerabiles! Angustie sunt mihi vndique: & quid eligam ignoro. Si iuxta monumentum maneo, ego illum non inuenio: si à monumento recessero, nescio infelix quo vadam, nescio vbi eum quæram. Discedere à monumento, mors mihi est: stare ad monumentum, irremediabilis dolor est. Melius est

autem mihi sepulchrum domini mei custodire, quam ab eo longius ire. Si enim longius abiero, forte cum rediero ipsum sublatum inueniam, & sepulchrum destructum. Stabo igitur, & hic moriar, ut saltem iuxta sepulchrum domini mei sepeliar. O quam beatum corpus meum, si fuerit sepultum prope magistrum meum! O quam felix anima mea, quæ egrediens de vase fragili corporis mei, mox poterit ingredi in gloriosum sepulchrum domini mei? Corpus meum semper fuit animæ meæ labor, & dolor, sepulchrum domini mei erit mihi requies & honor. Hoc ergo sepulchrum non deseram, quia ita mori erit consolatio mea, & in morte mea erit requies mea. Vivens iuxta illud manebo, moriens illi adharere: nec viva, nec mortua ab illo separabor. Heu me infelicem. Quare hæc tunc ego non prospexi, quando dominum meum sepeliri contempseri? quare cum eo non steti? quare monumentum tunc perseveranter non custodiui? Nunc certe non plorarem sublatum, quoniam aut prohibuissem, aut sublatores subsecuta fuisset. Sed proh dolor ego volui observare legem, & dimisi dominum legis. Legi obedivi, & eum, cui lex obedit, non custodiui, quamvis cum Christo manere non fuisset legem transgredi, sed adimplere. Pascha enim ab isto defuncto non contaminatur, sed renouatur. Mortuus iste non polluit mundos, sed mundat immundos. Sanat omnes ragentes se, & illuminat ad se accedentes, Sed quid recolo dolorem meum? Abij, redij, monumentum apertum inueni: ipsum autem quem quærebam non inueni. Stabo itaque & expectabo, si forte alicubi appareat. Sed quomodo stabo sola? Abierunt discipuli, & me solum plorantem reliquerunt. Nusquam apparet qui mecum doleat, nusquam apparet qui mecum magistrum requirat. Apparuerunt angeli, sed nescio pro qua causa apparuerunt. Si me consolari debet, causam pro qua ploro non ignorarent: si enim causam non ignorant pro qua ploro, cur dicunt mihi, quid ploras? An ideo interrogant ut me plorare prohibeant? Quæso non hoc mihi suadeant, non hoc moneant, alioquin interficiant. Quid plura? Ego illis non obediam, & dum vivo plorare non desinam, donec dominum meum inueniam. Sed quid faciam ut illum inueniam? Quo me vertam? ad quem ibo? à quo consilium petam? Quem percundabor? Quis mei miseretur? Quis me consolabitur? Quis indicabit mihi quem diligit anima mea, vbi positus sit, vbi cubet in meridie, vbi quiescat? Quæso nunciare illi quia amore languo, & dolore deficio, nec est dolor sicut dolor meus. Reuertere dilecte mi, reuertere dilecte votorum meorum. O amabilis, o desiderabilis, redde mihi lætitiā salutatis præsentis tuæ. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. O spes mea, ne confundas me ab expectatione mea. Demonstra mihi faciem tuam, & sufficit animæ meæ. Dum Maria sic doleat, & sic fleret, cum hæc dixisset, *Conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & nesciebat quia Iesus est. Dixit ei Iesus, Mulier quid ploras? & quem quæris?* O desiderium animæ eius, cur interrogas eam, quid ploras, & quem quæris? Ipsa paulo ante coram oculis suis cum magno dolore cordis sui viderat spem suam suspendi in ligno: & tu nunc dicis, *Quid ploras?* Ipsa die tertia viderat manus tuas, quibus

quibus sæpe benedicta fuerat, pedes tuos, quos deosculata fuerat, & quos lachrymis rigauerat, erant clavis affixi: & tu dolor eius nunc dicis, *Quid ploras?* Viderat te expiratam spiritum suum, videbat spiritum tuum: & tu dicis, *Quid ploras?* Nunc insuper corpus tuum sublatum existimat, ad quod vngendum, ut Iesum quoquo modo consolaretur, veniebat: & tu dicis, *Quid ploras?* quem quæris? Tu scis quia te solum quærit, te solum diligit, pro te omnia contemnit: & tu dicis, *quid quæris?* Dulcis magister, ad quid quæso prouocas spiritum huius mulieris? ad quid commoues animam eius? Tota pendet in te, tota manet in te, tota sperat de te, & tota desperat de se. Ita quærit te, ut quærens nihil quærat, nihil cogitet præter te. Ideo que forsitan non cognoscit te, quia non est in se, sed propter te est extra se. Cur ergo dicis, *quid ploras? quem quæris?* An putas quod ipsa dicat, te ploro, te quæro, nisi tu prius inspiraueris, & dixeris in corde eius, Ego sum quæ ploras, & quem quæris? An putas quod ipsa cognoscat te quando volueris calare te? *At illa existimans quia hortulanus esset, dixit ad eum, Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam.* O dolor miserabilis, amor inenarrabilis. Mulier ista, quia densa nubis doloris obtecta non videbat solem, qui mane surgens radiabat per fenestras eius, & per aures corporis eius, iam intrabat domum cordis eius: sed quoniam amore langueret, isto languore sic oculi cordis eius caligabant, ut non videret quem videbat. Videbat enim Iesum, sed nesciebat an esset Iesus. O Maria, si quæris Iesum, cur non cognosce Iesum? Et si cognosce Iesum, quid quæris Iesum? Ecce Iesus venit ad te, & quæ quæris, quæritat te, *Mulier quid ploras?* Et tu eum hortulanum existimas, ut ipsum non cognoscas. Etenim Iesus est & hortulanus: quia ipse seminat omne semen bonum in hortu animæ tuæ, & in cordibus fidelium suorum: ipse omne olus plantat bonum, & rigat in animabus sanctorum: & ipse est Iesus qui tecum loquitur. Sed forsitan eum ideo non cognosce, quia tecum loquitur: mortuum tu quæris, & ideo videntem non agnosce. Nōne in veritate comperi hanc esse causam pro qua à te recedebat, & pro qua tibi non apparebat? Cur enim tibi appareret quem non quærebas? Tu certe quærebas quod nō erat, & non quærebas quod erat. Tu quærebas Iesum, & non quærebas Iesum. Ideoque videns Iesum, nesciebas Iesum. O pie, & dulcis magister, non possum omnino exultare hanc discipulam tuam, non possum libere defendere hunc errorem eius: & tamen errabat: quia talem te requirebat, qualem te viderat, & qualem in monumento positam reliquerat. Viderat quippe defunctum corpus tuum de cruce deponi, & in monumento reponi: tantusque dolor inuaserat eam de morte tua, ut non posset sperare de vita tua: & tantus dolor inuaserat eam de sepultura tua, ut nihil posset cogitare de resurrectione tua. Denique Ioseph posuit in monumento corpus tuum, Maria sepeliuit ibi pariter spiritum suum, & ita indissolubiliter iunxit, & quodam modo vniuit eam eam corpore tuo: ut facilius posset separare animam se viuificantem à viuificato corpore suo, quam spiritum suum te diligentem à defuncto corpore tuo. Spiritus enim Mariæ magis erat in corpore tuo quam in corpore suo: cumque requirebat corpus

tuum, requirebat pariter spiritum suum & vbi perdidit corpus tuum, perdidit cum eo spiritum suum. Quid igitur mirum si sensum non habebat, quæ spiritum amiserat? Quid mirum, si te nesciebat, quæ non habebat spiritum quo scire debebat? Redde ei itaque spiritum suum, quem habet in se corpus tuum, & mox recuperabit sensum suum, & relinquet errorem suum. Sed quomodo errabat, quæ sic pro te dolebat, & sic te amabat? Certe si errabat, indubitanter dico quod ipsa errare se ignorabat: & sic error non procedebat ab errore, sed ab amore & dolore. Igitur misericors, & iuste iudex, amor, quem habebat in te, & dolor, quem habebat pro te, & exulset eam apud te, si forte erret de te: nec attendas ad mulieris errorem, sed ad discipulæ amorem: quæ non pro errore, sed pro dolore, & amore plorabat: & dixit tibi, *Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum: & ego eum tollam.* O quam scienter nescit, & quam docte errat! Angelis dixit tulerunt, & posuerunt: & non dixit, tulistis, & posuistis, quoniam angeli nec de monumento te tulerunt, neque te in aliquo loco posuerunt. Tibi vero dixit, *Si sustulisti eum, & vbi posuisti, quia tu re vera te ipsum de monumento sustulisti, & in loco vbi es, posuisti.* Angelis non dixit, dicite mihi: quoniam angeli non poterant ex toto dicere quod de te factum fuerat, & ut factum fuerat. Tibi vero dicit, *dicito mihi:* quia non est impossibile tibi dicere, quod possibile tibi fuit facere. Tu enim virtute tua surrexeris, & quod de te factum fuerat tu ipse feceris. Quid est autem hoc domine, quod Maria tam crebro dicit & repetit verbum istud, *vbi posuisti eum?* Dixerat autem Apostolis primo vbi posuerunt eum; hoc idem postmodum dixit angelis, vbi posuerunt eum: & nunc tibi dixit de te, vbi posuisti eum. Multum dulcescit verbum hoc in corde eius quod si abundat in ore eius. Certe dulces magis hoc facit dulcedo tua, facit & hoc ipsa pro amore tuo, quoniam meminit te dixisse de fratre suo, vbi posuisti eum? Ex quo enim audiuit verbum hoc ab ore tuo, conseruauit illud diligenter in corde suo, & delectata est vti eo in sermone suo. O quantum diligit personam tuam, quæ sic diligit vocem tuam. O quantum desiderat videre vultum tuum, quæ tam desideranter pronunciat verbum tuum: & quàm libenter oscularetur pedes tuos, quæ tam libenter loquitur sermones tuos? Quid est hoc etiā, o bone Iesu quod dicit ad te de te, *Et ego eum tollam?* Ioseph timuit, & non fuit ausus tollere corpus tuum de cruce, nisi de nocte, & nisi hoc peteret à Pilato: Maria vero noctem non præsolatur, nec Pilatum reuertitur, sed audacter promittit dicens, *Et ego eum tollam:* O Maria, si corpus Iesu forte positum est in atrio principis sacerdotum, in quo princeps Apostolorum calefaciebat se ad ignem: quid factura est? *Ego eum tollam.* O mirabilis mulieris audacia! O mulier non mulier! Etsi ancilla hostiaria interrogauerit te, quid factura es? *Ego eum tollam.* O ineffabilis huius mulieris amor! o mirabilis mulieris audacia! o mulier nō mulier! nullū locū excipit, nullam anteponit, sine timore dicit, absolute promittit, *dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam.* O mulier, magna est fides tua, magna est constantia tua. Tu ergo bone domine, cur oblitus es dicere? Fiat tibi sicut vis, & confide, quia fides tua te saluam fecit: Nunquid oblitus est miserum?

Cur

Cut igitur non dicis ei ubi posuisti te, vt ipsa tollat te super cor suum, & portet in corpore suo, & annunciet te discipulis tuis? Noli quæso dulcis magister illius vitra protrahere desiderium quia ecce iam triduo sustinet te, nec habet quid manducet, neque habet unde satiet animam suam esurientem, nisi te manifestando, porrigas illi panem corporis tui & de fragmentis tui repleas cophinum cordis sui. Si ergo non vis vt deficiat in via: refrigera & conforta viscera animæ eius dulcedine saporis tui. Tu es enim panis viuus, qui habes in te delectamentum, & omnem saporem suauitatis. Non enim diu poterit retineri vita corporis eius, nisi tu cito manifestes te vitam animæ eius. Dicit ei Iesus, *Maria. Conuersa dixit ei, Rabboni: quod dicitur magister. Dicit ei Iesus, Noli me tangere.* O mutatio dexteræ excelli! Conuersus est dolor magnus in gaudium magnum: mutata sunt lachrymæ doloris in lachrymas amoris. Vbi Maria audiuit, *Maria:* (Sic etenim consueuerat eam vocare magister suus) presensit in nomine quandam singularem vocationis dulcedinem, & per eam cognouit ipsum aquo vocabatur esse magistrum suum. Tunc reuixit spiritus eius, & reuersus est sensus eius. Cumque Iesus veller adhuc adiungere, non potuit hæc Maria patienter expectare: sed præ nimio gaudio interrupit ea dicens, *Rabboni.* Non enim arbitrabatur se indigere verbo quæ inuenerat verbum, & longe vilius arbitrabatur tangere verbum, quàm audire quælibet verba. O amor fortis, & impatiens! Non sufficiebat illi videre Iesum, & loqui cum Iesu, nisi etiam tangere Iesum. Sciebat enim quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. O piissime domine, & dulcissime magister, quàm bonus es his qui recto sunt corde, quàm suavis es qui recto sunt corde, & humiles sunt spiritu! O quàm beati qui in simplicitate cordis querunt te, & quàm felices qui sperant in te! Verum certe est, & indubitanter verum, quòd tu diligis omnes diligentes te, & nunquam derelinquis sperantes in te. Ecce enim dilectrix tui simpliciter quærebat te, & veraciter inuenit te: sperabat in te, & non est derelicta à te: sed plus est consecuta per te, quàm expectauerat à te. Sequamur igitur, fratres, huius mulieris affectum, vt perueniamus ad effectum: Ploret vnusquisque ad Iesum, & quærat fideliter Iesum, quia non celauit se quærenti peccatrici. Discet peccator homo, à peccatrice muliere, cui tamè dimissa sunt peccata sua: discet plorare Dei absentiam, & desiderare eius presentiam. Discet à Maria Iesum amare, & in Iesum sperare: & quærendo Iesum inuestigare, nulla aduersa formidare, nullam consolationem extra Iesum accipere, omnia propter Iesum continere. Discet à Maria quære Iesum in monumento cordis tui. Reuolue lapidem ab ostio monumenti Dei, amoue omnem duritiam, & repelle omne obstaculum à fide tua. Tolle omnem concupiscentiam mundi à corde tuo, & diligenter perscrutare si sit Iesus in eo. Si autem non inuenieris in eo Iesum, sta fortis & plora, permanc in fide, & respice foris ad alios si forte in aliquo videris eum, & plorando ora Iesum vt dignetur intrare ad te, & inhabitare in te. Et ne forte erecta cervice repellas eum à te, humiliando inclina te. Et iterum respice in monumentum Dei quod est in te: quòd si videris ibi angelos, vnum ad caput, & vnum ad pedes, id est, si cognoueris in cor-

de tuo quasi cælestia desideria, tam ad actiuam, quam ad contemplatiuam pertinentia, per quæ tamen adhuc non possis videre & habere Iesum, noli his contentus esse, noli adhuc deficiendo quiescere, sed plora, & quære Iesum in te donec inuenias. Et si forte aliquando tibi apparuerit, & desiderio tuo se presentauerit, noli te præsumere tanquam tu eum cognoscas, sed interroga illum, & ora vt indicet tibi seipsum. Audeo tibi confidenter promittere, si in fide ad monumentum cordis tui steteris, si plorando Iesum quæseris, & quærendo perseueraueris, si te cum humilitate inclinaueris, si exemplo Mariæ nullam consolationem de Iesu nisi Iesum recipere volueris: ipso reuelante ipsum inuenies, & ipsum cognoscas: ita vt non sit necesse ab aliis quæreere ubi est Iesus, sed tu magis iudicabis eum, nuncians aliis. Quia vidi dominum, & hæc dixit mihi: Cui est honor, & gloria cum patre, & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

S. AMBROSII MEDIO-
lanensis Episcopi superioris Euang.
expositio.

Maria autem stabat ad monumentum, &c. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, & ad Deum meum, & Deum vestrum. Quomodo nõ ascenderas, domine Iesu? Quemadmodum aberas qui in manibus patris commendaueras spiritum? Aut quando abesse potes, qui semper cum patre es, cum patre semper? Denique ipse dixit: Si descendero in infernum, tu ades. Si sumptero pennas meas ante lucem, & habitem in extremo maris. Etenim illic manus tua deducet me. Aut quomodo ascendens abesse potes, qui vbique semper es? Descendisti quidem filius hominis, nec patri, eum descenderas, abuisti: sed descendisti nobis, vt te oculis, ac mentibus videremus, vt in te crederemus. Ergo & ascende nobis, vt te sequamur mentibus, & quem oculis videre non possumus. Ascendisti apostolis, quibus dixisti; Qui me vider, vider & patrem. Denique Ioannes, ubi te quæreret, sciuit. Apud patrem quæsiuit, & reperit. Et ideo ait; Et verbum erat apud Deum. Ascendisti & Paulo, qui non contentus solus te sequi, nos quoq; docuit, quemadmodum te sequamur, & ubi te reperite possumus dicens; Si ergo confurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens. Et, ne oculorum magis hoc quam animorũ putaremus officium, addidit; Quæ sursum sunt, sapite, & non quæ super terram. Ergo non supra terram, nec in terra, nec secundum carnem te quæreere debemus, si volumus inuenire. Nunc enim secundũ carnem iam non nouimus Christum. Denique Stephanus nõ supra terram quæsiuit, qui stantem te ad dexteram Dei vidit. Maria autem, quæ quærebat in terra, tangere non potuit: Stephanus terigit: quia quæsiuit in celo: Stephanus inter Iudæos vidit absentem; Maria inter Angelos non vidit presentem. Sed, quare non potuerat illa tangere, Euangelista ipse nos docuit, dicens; quia, cum te videret, nesciebat, quia tu es. Sic enim habes; *Conuersa est retrorsum, & viuit, &c.* Merito tangere non potuit, quæ videre non poterat. Nam, qui videt, tangit. Itaque quid interit inter illam, & hanc Mariam, scriptura distinguit. Illa occurrit, vt Iesum videat,

Psal. 138.

Ioan. 14.

Ioan. 1.

Col. 3.

2. Cor. 5.

Act. 7.

1. Cor. 14.

1. Tim. 2.

videat, hæc retrorsum conuertitur: Illa saluatur, hæc redarguitur. Denique sic habes; *Dicit ei Iesus, mulier.* Mulier, quæ nõ credit, Mulier est, & adhuc corporei sexus appellatione signatur. Nam, quæ credit, occurrit in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, carens iam nomine sæculi, corporis sexu, lubrico iuuentutis, multiloquio senectutis. *Dicit ergo Iesus, Mulier, quid ploras?* Quasi dicat; nõ lachrymas nudas Deus, sed fidem exigit. Bonæ lachrymæ, si Christum agnoscas. *Quem quæris?* inquit. Molimina enim domini secula condemnat. Sed bene addidit; *Quem:* non quo iste dubitet, quem requirat: sed quia illa, quem quærebat, ignoret. Non enim Christum quærit, quem putat raptum. Adest Christus, quemadmodum quæritur: nescitur ergo, qui queritur, quando non agnoscutur, cum videtur. Denique Christum videbat; & hortulanum putabat. Sic enim habes; *illa existimans, quia hortulanus esset, &c.* Et si fide incerta, tamen sermone nõ lubrica. Et si hortulanum putauit, tamen Dei filium designauit. Et si adhuc non credit, tamen affectat, vt credat. Ipse enim corpus tulit, qui suscitauit. Ergo venialis error mulieris; quæ licet dubitare non debuit Christi corpus per gloriam resurrectionis assumptum, doceri tamen sermone in Christo, & fidem suam iam deuota promittit: vt & ipsa illud iam tollat te terris, & ad dexteram Dei quærat. Denique post hæc verba non mulier, sed Maria vocatur. Aliud est enim commune vulgi nomen, aliud speciale personæ Christum sequentis: Et ad discipulos licet nondum arbitra, penes fidei tamen nuncia destinatur. Prohibetur autem tangere, quia nondum inhabitare in Christo corporaliter plenitudinem diuinitatis sicut Paulus acceperat: nondum euacuauerat lubricum sæculi, carnis ambiguum, nondum vitam vixerat Christi. Denique ista nec adoratur dominum, nec pedes rener; sicut illa Maria. In quibus utique non tam obsequium corporale, quam plenæ fidei designatur affectus: quòd Christũ & hominem, & Deum credat. Deus est enim, qui adoratur; homo autem, qui tenetur. Non igitur tangi dominus fallidit à femina, cuius & Maria pedes vnxit vnguento, nec tactum dedignatur, sed profectum docet: quia nõ omnes Christum possunt tangere resurgentem, quem terigerunt in hac vita & corpore commorantem. Qui vult Christum tangere, sua membra mortificet, & resurrectio similis, induat viscera misericordie, & non ambigat renuciare terrenis. Quid est igitur; *Noli me tangere?* Noli manũ adhibere maioribus; sed vade ad fratres meos, hoc est ad perfectiores. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus & frater, & soror, & mater est. Quia resurrectio non facile nisi à perfectioribus capi potest: fundationibus huius fidei prærogatiua seruatur. Mulieribus autem docere in ecclesia non permitto: domi viros suos interrogent. Ad eos ergo mittitur, qui domestici sunt, & accipit prescripta mandata. Nec fugit, hoc loco sensisse quosdam Ioannem Christum nõ uisisse tangi, quia nondum receperat typum, quem commedauerat patri, quæsi adhuc eum tangere non deberet. *Ascendo ad patrem meum, & vestrum, Deum meum, & Deum vestrum.* Bene distinxit, quia mulieri loquebatur. Non enim communis nobis natura cum Christo, nisi conditionis humanæ: Illi pater generatione propria;

nobis adoptione voluntaria; Illi per naturam, nobis per gratiam, illi Deus vnitate mysterij, nobis pietate cælesti. Dicit aliquis. Quomodo ergo Thomas, cum adhuc non crederet, tetigit tamè Christum? Sed ille non de resurrectione domini, sed de resurrectionis videtur qualitate dubitasse: & tactu suo debuit me docere, sicut docuit & Paulus. Oportet enim hoc corruptibile induere incorruptionem, & hoc mortale induere immortalitatem vt incredulus credat, & cunctator dubitare non possit: facilius enim credimus, quod videmus: habuit autem admirandi causam Thomas, cum videret clausis omnibus per inuia septa corporibus inoffensa compage corpus inserere. Et ideo mirum, quomodo se natura corporea per impenetrabile corpus infuderit, inuisibili aditu visibili conspectu, tangi facilis, difficiis æstimari.

Nimis clemens expositio.

EIVSDEM DE MARIA
Magdalena, Sermo.

Hæret adhuc sensibus vestris, fratres, hoc nos ante dies paucissimos prædicasse: quòd Maria Magdalena, non leuiter fuerit obiurgata, cur post resurrectionem Dominum quæreret in sepulchro: & non reminiscens verborum eius, quibus se ab inferis tertia die rotidurum esse dixerat, putaret eum inferni legibus detineri. Arguitur enim non leuiter, cur non memoraretur resurrectionis promissum: ac mortis scrutaretur indicium. Fides enim humilior & ignota quærit, quod nescit, obliuiscitur quod docetur: festina quidem est ad obsequium, sed nõ perfecta est ad credendum: anxia enim est de dominicæ carnis iniuria, sed incerta est de resurrectionis gloria: plorat quidem amore Christi, sed morer desperatione corporis non reperti: petiisse putat, quem iam regnare constabat: scrutatur enim in tumulo, quem vocare potius deberet è celo. Increpatur igitur sancta Maria tanquam pigrior ad credendum, & cum fera licet Dominum cognouisset: dicitur ei à Salvatore; *Noli me tangere.* quia nondum ascendit ad patrem. *Noli me tangere,* increpationis verbum est: hoc est, noli me tangere manibus, quoniam resurrectionem meam mentis obliuione non retines. Non potes me corporeis tenere complexibus, quoniam fidei perfectione non tangis. Prohibetur tactu, quæ amissit auditum. Noli me, inquit, tangere: quia nondum ascendi ad patrem. Videamus quomodo nondum ad patrem ascendit Christus: cum ipse dicat, quia pater in me, & ego in patre: A quo per indiscretam diuinitatis substantiam nunquã est separatus. Dum enim vnus in vno manet, semper patrem, filiumque similes esse significat. Aut nunquid illuc ascendere se dicit filius: ubi ante habitat quàm ascendat? Dixit enim idem dominus; Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælis, filius hominis, qui est in cælo. Si ergo cum descendit saluator, in cælo est, multo magis etiam priusquam ascendat, in cælo est. Sed vide ne forte ad obiurgationem Maria: vox ista pertineat: cui paulo ante inter sepulchra quærenti dominum dicitur; *Quid quæris uiuentem cum mortuis?* Nunc addatur; *noli me tangere,* quia nondum ascendi ad patrem: hoc est, quid me contingere cupis, quæ me dum inter tumulos quæris: adhuc ad patrem ascen-

Est serm. 59.

Ioan. 20.

Ibidem 14.

Ioan. 3.

Ibidem 20.

ascendisse non credis: quæ dum me inter inferna-
 scrutaris, ad cælestia rediisse diffidis: dum inter
 mortuos quæris, viuere cum Deo patre meo non
 speras. Nondum, inquit, ascendit ad patrem, hoc
 est, tibi nondum ascendit ad patrem: quia apud fi-
 dem tuam adhuc detineor in sepulchro. Quan-
 tum in te est enim, adhuc humilibus immoror,
 adhuc inhæreo terrenis: quia nondum me fides
 tua eleuauit ad cælum. Quid ergo me festinas
 contingere ut Dei filium, quem redeuntem ad
 patrem mentis deuotione non sequeris: Quisquis
 igitur vult contingere Dominum saluatorem, prius
 illum debet fide sua ad dexteram diuinitatis im-
 ponere, & credulitate cordis collocare in cæle-
 stibus potius quam inter defunctos inquirere. Illi
 autem ascendit dominus in patrem, qui eum sem-
 per esse credit in patre. Ascendit beatis Aposto-
 lis ad patrem, quibus ait: *Qui me videt, videt &*
patrem. Ascendit Ioanni Euangelistæ, qui apud
 patrem eum quæsiuit, & reperit: atque ideo ait,
 Et verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū.
 Ascendit etiam beato Paulo, qui non contentus
 solum se scire, quod nouerat: nos quoque docuit
 quemadmodum saluatorem in cælestibus quæ-
 rere, dicens: *Quæ sursum sunt, quærite: vbi*
Christus est, in dextera Dei sedens. Et ut nos ab
 hac humili, vel terrena inquisitione Mariæ peni-
 tus submoueret, addidit dicens: *Quæ sursum sunt,*
sapite: non quæ super terram. Ergo iam non su-
 per terram, nec in terra, nec secundum carnem de-
 bemus quætere saluatorem, si volumus eum in-
 uenire, atque contingere: sed secundum diuinæ
 maiestatis gloriam, ut dicamus cum apostolo Pau-
 lo: *Nunc autem secundum carnem non nouimus*
Christum. Igitur & Stephanus beatus fide sua non
 super terram quæsiuit Christum, sed stantem il-
 lum ad Dei dexteram recognouit: ibi illum repe-
 rit, vbi mentis deuotione quæsiuit. Non solum
 autem Stephanus in cælo videt Christum, sed
 eum & martyrio suo tangit. Tangit enim Do-
 minum, cum pro inimicis suis orans velut fide
 sua tenens illum dicit: *Domine, ne statuas illis*
hoc peccatum. Intelligite ergo quanta deuotio-
 nis est gloria: Maria iuxta Dominum constituta
 eum tangere non meretur: Stephanus in terris
 positus Christum tangit in cælo. Illa inter ange-
 los præsentem non videt saluatorem: Stephanus
 intra cælos Dominum cernit absentem.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superius
Euang. Homil.

Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. Maria
autem stabat ad monumentum foris plorans. Pro-
 cliue est, & ad misericordiam facile muliebre ge-
 nus: quod dico ne admireris: cur Maria tam amarè
 fletet ad sepulchrum, non autem Petrus. *Discipuli,*
inquit, abierunt ad semetipsos: Maria autem stabat ad
monumentum. Imbecillis enim naturæ erat, & de re-
 surrectione nondum norat: quemadmodum illi,
 visis lintheaminibus, credentes resurrexisse, spe
 abierunt bona. Et qua gratia non statim abiit in
 Galilæam, ut cum his cõstituerat ante passionem?
 Reliquos fortasse expectauit, præterea maximè
 perturbati erant, hi ergo abierunt, illa autem ad-
 huc perstabat. Multum enim, ut dixi, eam cõsola-
 batur monumentum. Videtne ut ad dolorem le-

Ioan. 14.

Ioan. 1.

Colof. 3.

Ibidem.

2. Cor. 5.

Mat. 7.

niendum se inclinat, & vult locum videre, vbi se-
 pulchrum fuerat? propterea non paruam inde
 mercedè accepit: quod enim nõ viderat discipuli,
 ipsa prior vidit, sedentes angelos: vnũ ad caput &
 vnũ ad pedes in albis, plenos splendoris, & lætitiæ.
 Nã, cum mulieris mens humilis esset, & rudis, nec
 ex sudario resurrectionem cõiectari, videt ange-
 los sedentes speciosos, ut iam merorem depone-
 ret, & consolaretur: sed nihil primum de resurre-
 ctione dicit, sed paulatim ad id docendum ve-
 niunt. Vidit eorum splendorem, & supra consue-
 tudinem vidit speciem, audiuit commiserantium
 vocem. Dixerunt enim: *Mulier, quid ploras?* Quibus
 omnibus tanquam apertis ianuis paulatim ad re-
 surrectionem ostendendam venitur, & sessio ipsa
 ad interrogandum eam adduxit: præferebat enim
 se rem omnè scire, ideo non simul sedebat. Cum
 enim non par esset, eam per se a se iuram interroga-
 re, ipsi ad rogandum trahunt, Tum illa & seruoere
 quodã, & amore percita: *Tulerunt, inquit, dominum*
meum, & nescio vbi posuerunt eum. Quid inquit?
 Nondum resurrectionem concipis? Vides non-
 dum animum in altum erexisse? *Hæc cum dixisset,*
conuersa est retrorsum. Et quænam hæc consequen-
 tia, cum illos alioqueretur, & nihil adhuc respon-
 dissent, respicere? Ut sentio, loquente Maria cum
 Christis repente appareret, obstupuerunt angeli:
 & vultu, & motu, & gestu fe dominũ vidisse signi-
 ficarunt, ideo mulier respexit: illis ergo Deus appar-
 uit: Mariæ autem ne primo eam aspectu perter-
 reret, vili, & communis specie, hoc vel ex eo con-
 stat, quod hortulanus ei visus est. Nam, cum ad e-
 humi iaceret, non erat repente ad alta erigenda
 sed paulatim: rogat ergo eam Iesus; *Mulier, quid*
ploras? Quem quæris? Ostendit se intelligere, quod
 velle interrogare, & vt responderet, adduxit, quod
 mulier intelligens, non amplius Iesum nominat,
 sed tanquam ille sciret, de quo interrogaret, ait: *Si*
tu sustulisti eum, dicit mihi, vbi posuisti eum, &
ego eum tollam. Iterum & positum, & sublatum,
 ac si mortuus esset, dicit, quasi dicat, si propter Iu-
 dæorum metum tulisti eum, dicit mihi, & ego
 accipiam. Magna amor, & beneuolentia mulieris,
 sed nihil altum cogitat, propterea iam non vultu,
 sed voce se notum facit: quemadmodum enim Iu-
 dæis nunc notus, nunc ignotus, etiam præsens erat:
 ita loquedo, cum volebat, cognoscebatur. Et cum
 Iudæis inquit: *Quem quæritis, neque vultu, ne-*
que voce notus est, quo ad voluit: quod & nunc
contigit. Et nomine eam tantum appellauit, expro-
 brans quod de viuo id imaginaretur. Quomodo
 autem conuersa responderet, si ad ipsum loqueba-
 tur? Mihi videtur cum dixisset, *vbi posuisti eum?* rur-
 sum ad angelos respexisse tanquam rogatura, quod
 obstupuerint, & ab his ad Christum se vocatam,
 & voce quis esset, ostendentes, conuertisse. Cum
 enim dixit, *Maria, tunc cognouit: ita non visus, sed*
vocis fuit cognitio. Quod si quis diceret, Vnde
 constat angelos obstupuisse, & propterea Mariam
 respexisset? etiam dicit, vnde constat terigisse eum,
 & prociidisse? sed quemadmodum hoc constat,
 quod dixit, *Noli me tangere:* ita illud quod con-
 uersa sit. Sed cur inquit, *Noli me tangere?* Qui-
 dam dicunt spiritalem gratiam petere, cum eum
 discipulis dicentem audisset, Si vadam ad patrem,
 rogabo eum, & dabit vobis alium paraclerum.
 Sed quomodo absens hæc audiuit, Præterea lon-
 gè est à sententia hæc imaginatio. Quomodo pe-

Sup. 14.

tit, cum nondum ad patrem irerit? Quid ergo est?
 Mihi videtur velle eam adhuc cum eo versari, vt
 solebat: & ex lætitia nihil de eo magnum cogita-
 se. Siquidem longe melior factus erat secundum
 carnem, quare hac eam sententia abducens, & vt
 reuerteret se alloquatur admonens: neque enim
 cum discipulis similiter versari deinceps appa-
 ruit: sic & eius mentem erigit, vt reuertens adeat.
 Nam, si dixisset, *Noli vt prius ad me accedere, non*
enim eadem sum conditione, neque simul vobi-
scum conuersaturus sum amplius, elatius, & su-
perbius dictum videri potuisset: sed dicendo; Non-
dum ascendi ad patrem: Et lenius, idem tamen si-
 gnificauit. Ostendit enim illuc maturare, & cum
 illic abiturus, nec amplius cum hominibus con-
 uersaturus esset, non erat eodem quo prius animò
 aspiciendus. Et quod hic sensus sit, ex sequenti-
 bus significatur: addidit enim: *Vade ad fratres meos,*
& dic eis, Ascendo ad patrem meum, & c. At qui non
 continuò ascensus erat, sed post quadraginta
 dies. Quomodo ergo hoc dicit? Ut eius mentem
 excitaret, & se in cælum abire persuaderet. Illa au-
 tem particula: *Patrem meum, & patrem vestrum:*
Deum meum, & Deum vestrum, dispensationem spe-
 ciat. Ascendere enim carnis est, hæc enim ad eam,
 quæ nihil magnum imaginabatur, loquitur. An
 aliter noster pater est? Sanè quidem. Nam, si aliter
 iustorum, aliter aliorum hominum Deus est, lon-
 gè magis & filij secundum carnem Deus est, &
 iustus. Et cum dixisset, *Dic fratribus meis, ne ex hoc*
equalem arbitrareris, ostendit differentiam. Ipse
 enim seorsum erat in throno patris, illi autem af-
 futuri. Itaque licet secundum carnis substantiam
 frater noster factus sit, honorè tamè multum dif-
 fert, quantum autem ne dici quidem potest. *Abijt*
ergo Maria Magdalena, hæc nuntiatura discipulis. Tanti
 est sedulitas, & tolerantia. Illi autem quare non
 doluerunt magistri absentiam, neque vt antea
 locuti sunt? Tunc vt moriturus desiderio afficie-
 bantur, nunc cum resurrexerit, cur erat dolendum?
 Nuntiatur itaque Maria se vidisse Iesum, & allo-
 cutam, quæ factis eos cõsolari poterant.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hippon. in superius Euang. Homil.

Ex Thom. 85. in Ioan.

Maria autem stabat ad monumentum foris plorans.
 Viris enim recedentibus, infirmiore sexũ
 in eodem loco fortiori figebat affectus: & oculi,
 qui dominum quæsierant, & non inuenerant, la-
 chrymas iam vacabant, amplius dolentes quod
 fuerat de monumento sublatum, quam quod fue-
 rat in ligno occisus, quoniam magistri tanti, cuius
 eis vita subtrahita fuerat nec memoria remanebat.
 Tenebat itaque ad monumentum iam dolor iste
 mulierem: *Cum ergo fletet, inclinauit se, & prospexit in*
monumentum. Cur hoc fecerit nescio, non enim ne-
 sciebat non ibi esse, iam quem quærebatur, quando
 quidem inde sublatum discipulis ipsa nuntiaue-
 rat, & illi ad monumentum venerant, & nõ solum
 intueo, sed etiam intrando, corpus domini quæ-
 sierant, nec inuenerant. Quid sibi ergo vult quod
 ista cum fletet, rursus in monumentum inclina-
 ta prospexit? Vtrum quod nimium dolebat, nec
 suis nec illorum oculis facile putabat esse creden-
 dum: an potius diuino instinctu in animo eius ef-
 fectum est: vt prospiceret? Prospexit enim, *Et vidit*

duos angelos in albis sedentes, vnũ ad caput, & vnũ
ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. quid est quod
 vnus ad caput, & ad pedes alter sedebat? An quo-
 nam qui Græce angeli dicuntur, Latine sunt nu-
 tij isto modo Christi Euangelium velut à capite
 vsque ad pedes, ab initio vsque in finem signifi-
 cabant esse nuntiandum: *Dicunt ei illi, Mulier, quid plo-*
ras? Dicit eis: quia tulerunt dominum meum, & nescio
vbi posuerunt eum. Angeli lachrymas prohibebant,
 vbi quid aliud quam futurũ quodammodo gau-
 dium nuntiabant? Ita enim dixerunt, quid ploras?
 Ac si dicerent, noli plorare. At illa eos putans in-
 terrogasse nescientes, causas prodidit lachryma-
 rum. *Qua tulerunt, inquit, dominum meum.* Dominum
 suum vocans corpus exanime domini sui, à toto
 partem significans, sicut omnes cõsitemur Iesum
 Christum filium Dei vnicum dominum nostrum,
 quod vtique simul est & verbum, & anima, & ca-
 ro: crucifixum tamen, & sepulchrum, cum sola eius
 sepulta sit caro. *Et nescio, inquit, vbi posuerunt eum.*
 Hæc erat causa maior doloris, quia nesciebat quod
 iret ad consolandam dolorem. Sed hora iam ve-
 nerat, vt id quod nuntiatum quodammodo fue-
 rat ab angelis flere prohibentibus, gaudium suc-
 cederet fletibus. Denique cum hæc dixisset, *conuersa est*
retrorsum; & vidit Iesum stantem, & nesciebat quia
Iesus est. *Dicit ei Iesus, Mulier quid ploras? Quem quæ-*
ris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Do-
mine si tu sustulisti eum, dicit mihi vbi posuisti eum, &
ego eum tollam: Dicit ei Iesus, Maria: Conuersa illa dicit
ei: Rabboni, quod dicitur magister. Nemo calumnietur
 mulieri quod hortulanum dixerit dominum, &
 Iesum magistrum. Ibi enim rogabat, hic agnosce-
 bat: Ibi honorabat hominem, à quo beneficium
 postulabat, hic recolebat doctorem, à quo discer-
 nere humana & diuina discerebat, Appellabat do-
 minum, cuius ancilla non erat, vt per eum perue-
 niret ad dominum, cuius ancilla erat. Aliter ergo
 dominum dicit, *sustulisti dominum meum:* aliter au-
 tem, *domine, si tu sustulisti eum:* nam & Propheta
 appellauerunt dominos eos, qui homines erant,
 sed aliter illum de quo scriptum est, Dominus no-
 men ei. Sed ista mulier, quæ iam fuerat conuersa
 retrorsum, vt videret Iesum, quando eum puta-
 uit esse hortulanum, & cum illo vtrique loqueba-
 tur, quomodo rursus conuersa dicitur, vt ei dice-
 ret, *rabboni,* nisi quia tunc conuersa corpore, quod
 non erat putauit: nunc corde conuersa, quod erat
 agnouit? *Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim*
ascendi ad patrem meum: vade autem ad fratres meos &
dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum,
Deum meum, & Deum vestrum. Est in his verbis quod
 breuiter quidem sed tamen attentius pertractare
 debemus. Iesus quippe mulierem, quæ illum ma-
 gistrum agnouit & appellauit, cum hæc ei respon-
 deret, fidem docebat, & hortulanus ille in eius
 corde, tanquam in horto suo granum sinapis se-
 minabat. Quid est ergo, *noli me tangere?* Et tanquam
 huius prohibitionis causa quæreretur, adiunxit
 nondum enim ascendi ad patrem meum. Quid est hoc? si
 stans in terra non tangitur, sedens in cælo quo-
 modo ab hominibus tangitur? Qui certe ante-
 quam ascenderet, discipulis se tangendum obtu-
 lit dicens, sicut Lucas Euangelista restatur: *Palpa-*
re, & videte, quia spiritus carnis, & ossa non ha-
bet, sicut me videtis habere, vel quando dixit di-
scipulo Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide
manus meas, & offer manum tuam, & mitte in la-
Bibl. Hom. tom. 2. O O O O tus

Luc. 24.

tus meum. Quis autem tam sit absurdus, ut dicat eum à discipulis quidem antequam ad patrem ascendisset, voluisse se tangi: à mulieribus autem non, nisi cum ascendisset ad patrem? Sed nec sic qui vellet, desipere sineretur. Leguntur enim etià femina post resurrectionem antequam ad patrem ascenderet, tetigisse Iesum, in quibus erat etià ipsa Maria Magdalena narante Matthæo, quod occurrit illis Iesus dicens: Auete. Illæ autem accesserunt, inquit, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Hoc à Ioâne prætermisum est, sed à Matthæo verum dictum est: Restat ergo ut ali- quod in his verbis lateat sacramentum, quod sine inueniamus, siue inuenire minime valeamus, in- esse tamè nullo modo dubitare debemus. Aut est- go sic dictum est, *noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum*, ut in illa femina figuraretur ecclesia de gèntibus, quæ in Christum non credidit nisi cum ascendit ad patrem: aut sic in se credi voluit Iesus, hoc est, sic se spiritaliter tangi, quod ipse & pater vnum sunt. Eius quippe intus sensibus quodam modo ascendit ad patrem, qui sic in eo profecerit, ut patri agnoscat æqualem: aliter non recte tan- gitur, id est, aliter non recte in eum creditur. Po- terat autem sic credere Mariæ, ut eum putaret im- patrem patri, quod utique prohibetur cum ei di- xerit, *Noli me tangere* est, noli in me sic credere, quemadmodum adhuc sapis. Noli tuum sensum hucufque protendere, quod pro te factus sum, nec transire illud per quod facta es. *Quomodo enim non carnaliter adhuc in eum credebat, quem sic- ut hominem se habet? Nondum enim ascendi, in- quit, ad patrem meum. Ibi me tanges, quando me credideris patri non imparem Deum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum: non ait patrem nostrum: aliter ergo meum, aliter vestrum: natura meum, gratia ve- strum. Et Deum meum. & Deum vestrum: neque hic dixit, Deum nostrum, ergo & hic aliter meum, aliter vestrum: Deum meum sub quo & ego ho- mo sum: Deum vestrum, inter quos & ipse me- diator sum.*

EIVSDEM IN IDEM
Homilia.

Sermo 152. de temp.

Narratione resurrectionis domini nostri Iesu Christi secundum Euangelistam Ioannem hodie lectam scitis, & commendaueram vobis secundum omnes quatuor Euangelistas istis die- bus resurrectionem domini recitari. De his ergo quæ audistis illud tantum solet moueri, quare di- xerit dominus Iesus mulieri quærenti corpus eius, & eum iam viuum agnoscenti, *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum*. Dixi autem vobis, & meminisse debetis, non omnia omnes dicere, sed dici ab aliis, quæ ab aliis prætermissa sunt: non tamen ita ut inter se repugnare creden- di essent, sed absit contentio, & adsit pietas intel- ligentis. Nam sicut legitur apud Euangelistam Matthæum, posteaquam resurrexit, occurrit dua- bus mulieribus, in quibus & ista erat: & dixit eis, Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Et utique ad patrem nondum ascenderat. Quomodo huic dicitur: *No- li me tangere, Nondum enim ascendi ad patrem meum?* Sic enim verba ista videntur sonare quasi tunc

Matthæo 28.

cum posset tangere Maria, quando ascendisset in cælum. Si in terra positum non tangit, in cælo sedentem quis mortalium potest tangere? Sed ille tactus fidem significat. Tangit Christum, qui credidit in Christum. Nam & illa mulier, quæ fluxu sanguinis patiebatur, apud seipsam ait: Si tetige- ro simbriam vestimenti eius salua ero. Fide teti- git, & sanitas subsecuta est, quam præsumpsit. Denique ut nos sciamus, quid sit verè tangere, dominus continuo dixit discipulis suis: *Quis me tetigit?* Et dixerunt discipuli: Turbæ te compri- munt, & dicis quis me tetigit? Et ille: Tetigit me aliquis. Quasi diceret: Turba premit, fides me ta- git. Videtur ergo ista Maria cui dixit dominus: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum*: Ecclesiæ gestare personam, quæ tunc in Christum credidit, cum ascendisset ad patrem. Ecce vos in- terrogo, quando credidistis, interrogo Ecclesiam toto orbe terrarum diffusam, cuius persona erat in vna femina: & vna voce mihi respondet, Tunc credidi, cum Iesus ascendisset ad patrem. Quid est, tunc credidi, nisi tunc tetigi? Multi carnales Christum tantummodo hominem putauerunt, diuinitatem in illo latentem non intellexerunt, & ideo bene non tetigerunt, quia non bene cre- diderunt. Vis bene tangere? Intellige Christum, vbi est patri coæternus, & tetigisti. Si autem ho- minem putas, & nihil amplius putas, tibi nōdum ascendit ad patrem. Adhibuit ergo dominus Iesus speciem corporis hominis sensibus, ad confirman- dam carnis resurrectionem. Nihil nos docere vo- luit ostendendo se viuum in corpore post resur- rectionem suam, nisi ut crederet ad nobis resurre- ctio mortuorum, donec veniat dominus, & illu- minet abscondita tenebrarum. Quid est hoc? Audi quod sequitur: Et manifestabit cogitationes cordis. Cor videre Dei est, hominum autem non est, nisi de his quæ manifesta sunt iudicare. Modo ergo cogitationes nostræ nobis ipsi singulis qui- busque in luce sunt, quia nouimus eas, sed proximi nostris in tenebris sunt, quia non vident eas. Ibi quod nostri te cogitare, & alter sciturus est. Quid times? Modo vis abscondere, modo times publicare cogitationes tuas. Fortè enim aliquid mali aliquando cogitas, fortè aliquid turpe, fortè aliquid vanum. Nihil ibi nisi bonum, nihil ibi nisi honestum, nihil ibi nisi verum, nihil ibi nisi purum, nihil ibi nisi sincerum. Quando ibi fueris quid cogitabis? Quo modo vis videri modo faciè tuam si tunc voles videri conscientiam tuam. Nam & ipsa agnitio, charissimam, nōne omnium nostrum erit. Ibi erit inuicem agnitio. Sic vide- bunt omnes, & multò excellentius, quo modo hic solent videre Prophetæ. Diuine videbunt, quando de Deo pleni erunt, nec quod offendant erit, nec quod lateat cognitorem. Erunt ergo ibi membra integra, etiam, quæ hic pudenda, ibi ta- men pudenda non erunt. Non ibi erit sollicitum integritatis decus, vbi nō erit libidinis dedecus. Ecce etiam hic vbi omnium nostrorum operum necessitas mater est, quæ necessitas tunc non erit: tamen inuenimus aliqua, quæ Deus posuit in corporibus ad nullos vsus, sed ad solum decus. Nulla ibi erit corruptio, nulla deformis prauitas, nulla ærumnosa necessitas, sed interminatæ æter- nitatis pulchra veritas summa felicitas. Sed dicis mihi: Quid acturus sum? Nulla actio tibi videt stare, videre, amare, laudare: Ecce dies sunt sancti qui

Luc. 8.

1. Cor. 4.

Sermo 155. de temp.

Ioan. 10.

qui post resurrectionem domini celebrantur, si- gnificant futuram vitam post resurrectionem no- stram. Sicut enim quadragesima dies ante pascha significauerit laboriosam vitam in hæc ærumna mortali, sic isti dies læti significant futuram vi- tam vbi erimus sine fine cum domino regnaturi. Vita quæ significatur quadragesima ante pascha, modo habetur: vita quæ significatur quinqua- ginta diebus post resurrectionem, non habetur sed speratur, & sperando amatur. Et in isto amore Deus qui promisit ista laudat, & ipse laudes hallelu-ja sunt. Quid est enim hallelu-ja? Verbū est Hebræum. Hallelu-ja, laudate dominum: Hal- lelu-ja: laudate Deum. Canamus & inuicem nos excitemus ad laudandum Deum, nec non cordi- bus melius quam cithara cordis dicimus laudes. Deo canamus hallelu-ja, & cum cantauerimus, propter infirmitatem recedimus, ut corpora reficiamus. Quare reficimus nisi quia deficiamus: De- inde tanta est infirmitas carnis, tanta huius vitæ molestia, ut quælibet magna res veniat in fastidio. Quo modo desideramus istos dies ad annū ven- turos, cum modo abierit, & quanta auuiditate ad illos venimus per temporis interuallum? Si dice- retur nobis sine cessatione dicite hallelu-ja, exci- saremus. Quare excusaremus? Quia lassus non pos- sumus, quia & ad ipsum bonum fastidio fatigat- mur, vbi nullus est defectus, nulla fastidia. Stare, laudate, qui statis in domo domini, in atrijs do- mus Dei nostri. Quid quæris, quid ibi facturus sis? Beati ait, qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te.

Psal. 133. Psal. 85.

EIVSDEM IN IDEM
Homilia.

Et hodie resurrectio Domini recitata est de sancto Euangelio, Lectum est enim Euan- gelium secundum Ioannem, audiuiimus, quæ in aliis libris Euangelij nō audieramus. Omnibus qui- dem cōmunis est prædicatio veritatis, & de fon- te vno omnes biberūt. Sed in prædicatione Euan- gelij, sicut sæpe commonui charitatem vestram, alia omnes, alia tres, alia duo, alia singuli posue- runt. Modo ergo quod audiuiimus secundum Ioan- nem Euangelium, quia Maria vidit dominum, & dixit ad eam dominus, *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem*, solus Euangelista Ioannes commemorat. Hinc ergo loquendum est sancti- tati vestræ: Visus inuicem? in se pulchro, dominum non resurrexisse crederant, sed abla- tum esse. Ipse Ioannes, seipsum enim dicit, quem diligebat Iesus, cum audisset denūciantibus mu- lieribus, & dicentibus; Tulerunt dominum meum de monumento, cucurrit eum Petro, & attendit in monumentum, vidit sola lineamenta, & credi- dit non quia resurrexerat, hoc sequenti verba tes- tantur. Sic enim scriptum est; quod modo audi- uimus. Attendit, vidit & credidit, nondum enim sciebat scripturas, quia oportebat eum à mortuis resurgere. Ergo qui credidit, quod fidei non erat hoc credidit: credidit, sed falsum credidit. Appa- ruit ei postea dominus, fugauit Petrus, inseruit verum. Tamè illud quod solet mouere lectorem, & auditorem non incuriosum, neque negligem- tem, quomodo sit dictum, *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem*: hic videamus, domino ipso

adiuante, quid dictum sit. Mouet enim hoc qui- dem, *Noli tangere, nondum enim ascendi ad patrem*. Quando enim ascendit ad patrem? Sicut indicat actus Apostolorum, quadragesimo die post resur- rectionem suam, quem diem in nomine ipsius ce- lebratur sumus: tunc ascendit ad patrem, tunc eum discipuli qui manibus tetigerant, oculis de- duxerunt. Tunc sonuit angelica vox, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus, qui as- sumptus est à vobis, sic veniet, quomodo eum vi- distis euntem in cælum. Si ergo tunc ascendit ad patrem, quid dicimus, fratres mei? Maria non poterat eum tangere in terra stantem: & poterat tangere in cælo sedentem? Si hic non poterat, quanto minus poterat ibi? Quid est ergo, *Noli me tangere, non enim ascendi ad patrem?* Sic enim son- nant verba, tanquam diceret, tunc me tange, cum ascendero, antequam ascendam, noli me tangere. O domine, hic es, & non tango, cum ascenderis, tangam? Deinde, si, antequam ad patrem ascen- deret, tactum horrebat humanum, quomodo se discipulis non solum videndum, sed etiam con- tractandum præbuit, quando dixit, Quid cogita- tis in cordibus vestris? Videte manus meas, & pe- des meos, palpate, & videte, quia spiritus carnis non habet, sicut me videtis habere. Incredulus etiam ille discipulus Thomas tetigit latus perfora- rum, & exclamauit. Dominus meus, & Deus meus. An fortè aliquis insipiens dixerit, antequam ad patrem ascenderet, viri eum poterant tangere, mulieres autem non poterat, nisi cum ad patrem ascenderet. Absurda est ista cogitatio, & peruersa sententia. Prorsus quod audiuit Maria, audiat ec- clesia. Hoc omnes audiant, Deum intelligat, om- nes faciant. Quid ergo est, *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem?* Quod me vides, hominem solum putas, patri æqualem esse adhuc nescis: no- li me tangere talem, noli in hominem solum cre- dere, sed verbum æquale genitori intellige. Quid ergo est, *Noli me tangere?* Noli credere. Quid no- li credere? Quia hoc solum sum quod vides. As- cendam ad patrem, & tunc tange. Tibi ascendo, quando intellexeris æqualem. Quando me pu- tas minorem, nondum ascendo tibi. Tangere au- tem, credere esse puto: quia facile possumus in- telligere de illa muliere quæ tetigit simbriam ve- stimenti Christi, & salua facta est. Recordamini Euangelium, Dominus Iesus Christus ibat ad vi- sitandam archisynagogi filiam, quæ primò nun- ciata fuit infirma, postea mortua. Illo pergente, ecce mulier de transuerso venit, quæ fluxum san- guinis patiebatur per duodecim annos, & in me- dicis frustra curantibus, & non sanantibus, om- nia sua consumperat; dixitque in corde suo, Si tetigero simbriam vestimenti eius, salua ero. Hoc ipsum dicere, iam tangere fuit. Denique audi sen- tentiam, cum salua facta esset secundum fidem suam, ait dominus Iesus Christus, Tetigit me aliquis. Et discipuli, Turbæ te comprimunt, & dicis, quis me tetigit? Et ille, Tetigit me aliquis, nam ego scio virtutem exiisse de me. Gratia præcessit, ut illa sanaretur, non ut ille minueretur. Dicitur ergo di- scipuli, Premunt te turbæ, & tu vnum aut vnam sensisti. Et ille, Tetigit me aliquis, illæ premunt, ista tetigit. Quid est, illæ premunt, ista tetigit? Iu- dæi affligunt, Ecclesia credit. Secundum hunc ergo intellectum: quoniam videmus mulierem tetigisse, quod est, credidisse, secundum hoc ergo Bibl. Hom. tom. 2. O O o o o 2 dictum

Act. 1.

Luc. 24.

Luc. 8.

Joan. 1.

dictum est ad Mariam, *Noli me tangere*, ascendam & tange. Tunc enim tange, quando cognoveris. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Verbum quidem caro factum est, verbum incontaminatum, immaculatum, immutabile manet, integrum. Sed quia tu hominem solum vides, verbum non vides, nolo credas in carne, & relinquis verbum, totus Christus tibi appareat, quia æqualis est patri in verbo. Noli ergo, inquit, modo tangere, scio quia nondum vides quid sim. Ecclesia ergo, cuius figuram Maria gerebat, audiat quod audiuit Maria. Tangamus omnes, si credamus, iam ascendit ad patrem, sedet ad dexteram patris. Confitetur hoc hodie vniuersa Ecclesia, Ascendit in cælum, sedet ad dexteram patris. Hoc audiunt, qui baptizantur, hoc credunt, antequam baptizentur. Quando ergo credunt, Maria tangit Christum. Intellectus obscurus, & sanus, incredulis clausus, fide pulsanti est apertus. Ipse ergo dominus Iesus Christus, & ibi est, & nobiscum est, & cum patre est, & in nobis est, & ab illo non recedit, & nos non deserit, & orare docet vt magister, & cum patre exaudit vt filius.

S. CYRILLI EPISCOPI
*Alexand. superioris Euang.
expositio.*

Joan. 17.

Act. 1.

Act. 2.

A Bierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos, & c. Firma iam fide resurrectionis Ioanes, & Petrus roborati, domum rursus ingrediuntur, prædicaturi discipulis, deliberaturque, quid sibi sit faciendum. Citius autem arbitror reuersos fuisse, quoniam Iudæorum iram aduersus discipulos Christi non ignorabant. Vnde nec sibi tutum putabant, ad diem vsque circa monumentum immorari nec formidine pressos fuisse dicemus, sed periculum ante tempus subire noluerunt, Christo animos eorum ita monente, qui ad patrem de ipsis dicebat; pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus, quando eram cum ipsis, ego serua-bam eos in nomine, quod dedisti mihi & nemo de ipsis perit nisi perditionis filius. Citius ergo inde recedentes ad seipsos reuertit, præcepta saluatoris seruabant, qui iussit eis, ne à Hierosolymis abirent, sed expectarent promissionem patris, quam ab eo audierunt, quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem non post multos hos dies baptizabimini in spiritu sancto, quæ res in die Pentecostes exitum habuit, cum apparuissent ipsis dispartita lingue tanquam ignis, sedissetque supra singulos eorum. Tunc enim ex infirmitate humana ad maius quoddam robur reformati Iudæorum parumpendebant insidias. Sed discipuli quidem, vt diximus, ad secretiora loca se receperunt, Maria vero ab omni metu libera quia nihil de Iudæorum ira suspicabatur, circa monumentum versatur, & vt foeminarum genus solet, fletum fletui addidit: nec quia mortuus esset solum plorabat, verum etiam, quoniam alio à monumento translatus videbatur. Dum ergo fletet, inclinauit se, & c. Vide rursus non frustra illam plorasse, nec amoris erga Christum mercede caruisse. Nam, cum circa monumentum perseveraret plorans, voce angelorum ad cognoscendum Christum iuuatur: quos

in albis vestibus vidit, vt vestimetorum candore, pulchritudo puritatis eorum significaretur. Qui repellentes illam à fletu, dicunt; *Mulier quid ploras?* non enim lachrymarum causam querunt, quam certe non ignorabant, sed vt re ipsa pater, ne lachrymetur, admonent. Nam morte iam, & interitu destructo, lachrymarum tempus inquit non est. Cumque dominus resurrectione sua humanum genus ad vitam reuocauerit, cur tibi plorandum est, o mulier? nam terum exitus, ad contrarium potius inuitat. Quid igitur ploras, quæ lætari, gaudereque modo debes? Apparuerunt autem sedentes alter ad caput, alter ad pedes, vbi positum erat corpus Iesu; vt mulieri corpus domini translatum putanti significarent, neminem potuisse vim sanctissimo illi corpori asserere, quod ab angelis defendebatur. Ambigere autem aliquis non iniuria poterit; quam ob rem discipulis (Petra dico, atque Ioanni) angeli non apparuerunt; mulieri autem & apparent, & loquuntur: Dicimus igitur mysterium domini, sic ipso disponente, atque volente, multis, diuersis que modis in animis hominum certius insedisse, cum vnicuique conueniens manifestationis modus sit accommodatus. Discipulos enim rerum exitus, scripturæ, Christi que prædicationibus cõueniens, ad firmissimam fidem induxit. Superuacaneum igitur erat firmiter credentes voce angelorum doceri: mulieri autem penitus necessarium, quæ nec literas sciret, nec alio modo sublime resurrectionis mysterium percipere posset. *Dicit eis: quia tulerunt dominum meum, & c.* Tarda hæc est ad intelligendum mulier; imo vero vniuersum genus foeminarum; nõdum enim intellexit, quid visio illa significaret, fletus autem causam explicat. Verum, quoniam Christum semper dominum appellaret, & seruentem erga ipsum amorem hoc modo ostenderet, propterea etiam ipsum videre digna iudicata est. Videt igitur Iesum, sed non cognoscit, aut quia diuina se potestate diuinis cognosci non permitteret, aut quia, cum tenebræ adhuc essent, certius discernere non poterat. *Dicit ei Iesus: mulier, quid ploras, & c.* Cum propter noctis tenebras non cognouisset dominum Magdalena, suspicata est aliquem eorum esse, ad quos horti cura pertineret. Audiuit autem ab eo: *mulier, quid ploras?* non, quia plorandi causam dominus quæreret, sed, quia reuocare ipsam à fletu volebat: quod & per angelos in superioribus fecit. Ipse namque in illis etiam loquebatur. Quid igitur ploras; o mulier? quem quæris? id est, absterge lachrymas: habes iã, quem quærebas; ego tibi causa sum lachrymarum, quasi mortuus, & à monumento sublatus. Verum, quoniam viuo, & adsum, omisso fletu, atque mæstitia, gaude iam, atque triumphas. Interrogatio igitur hæc ploratum, mærorumque aufert. Oportebat certe, vt mulieres etiam à mæstitia per dominum liberarentur, Nam, cum propter præuocationem Adæ, ad vniuersum genus in eo primo dictum sit, terra es, & in terram reuerteris; tunc ad mulierem etiam, in doloribus paries filios dictum est, qui dolores punitionis loco foeminis impendebant. Sed dominus noster Iesus Christus in Maria prima foeminarum lachrymas absterxit. Prima enim hæc à dolore fletus voce domini reuocata est: quæ per ipsam ad vniuersum mulierum genus pertransiit, si Christi fide munite illud psalmistæ canunt; *Nõdne, qui oderunt te, domine, oderam,*

Genes. 3.

Psal. 138.

11)

Matth. 9.

Matth. 9.

Matth. 9.

Exod. 12.

Rom. 2.

oderam, & super inimicos tuos tabescebam; perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Sed dominus quidè à ploratu, & dolore illam reuocabat, illa vero quasi hortulanus esset, rogat, vt, si ab eo sublatur forte corpus domini esset, ostendat vbi posuerit, vt inde ipsa tollere possit. Nondum enim resurrectionis intellecto mysterio, variis suspicionibus agitatur: tardior vt mulier ad intelligenda ea, quæ rationem omnem excidunt. *Dicit ei Iesus, Maria, & c.* Ad certioram iam cognitionem mentem mulieris conuertit, nominèque appellans, tarditatis quasi accusat. Illa vero statim adaperis oculis suis, cognouit eum, & ab omni suspitione remota, magistri vocabulo, vt consecuit, ipsum honorat; gaudique plena ad tactum eius festinat, vt benedictionem ab eo consequatur. *Dicit ei Iesus, noli me tangere, & c.* Reconditus huius sermonis sensus est, latetque in eo nõdum paruum mysterium, sed ope domini freti in medium proferre, quæ dicuntur, incipiamus. Accurrebat mulier domino, & pedes eius tangere festinabat; prohibetur autem ab illo ea de causa, quia nondum, inquit, *ascendi ad patrem meum*, Quam autem factis actionem asserit hæc ratio, ne à diligentibus eum tangeretur? An, quia maculari tactu hominum nolebat, vt ad patrem mundus ascenderet? Sed quis mentis compos hoc vnquam cogitabit? Nulla enim re inquinari deitas potest. Nam, quæma dmo dum radij solares à sorditie terrarum nullo modo maculantur, nec putredinis fetor villo officere illis potest; sic sanctissima illa natura, nullam maculam suscipit. Quid igitur sibi voluit dominus dicens; *nondum enim ascendi ad patrem meum?* Inter multas, variisque saluatoris aduentus causas, illa præcipua fuit, quam ipse voce sua declarauit. Non enim, inquit, veni vocare iustos, sed peccatores in penitentiam. Propterea autem passionem, resurrectionemque suam cum probis simul, atque improbis conuersabatur, ita vt libere vnusquisque publicanus etiam, & peccator ad eum accedere posset, quod faciebat, vt omnes sanctificaret, reuocaretque à peccati morbo ad veritatis cognitionem, nõ enim indiget fami medico, sed qui male valet. Idcirco, cum in domum Pharisæi diuertisset, peccatricem foeminam lachrymis pedes eius lavantem, & crinibus abstergentem suis aspernatam non est: nec mulierem fluxu sanguinis laborantem repulit: imo etiam cleuenter allocutus est; filia, dicens, fides tua saluam te fecit. Sic igitur ante crucem, ac resurrectionem suam omnibus vel peccatoribus tagendum ad benedictionem scriptum permittebat. Dispensatione autem incarnationis iam cõsummata, post resurrectionem suam non facile id vnicuique concedit, vt eam nobis regulam traderet, quæ lex quoque Moisaica immolatione agni significauit, de quo in figura Christi scribitur; Omnis incircuncisus non comedet de eo. Incircuncisus porro appellat omnem impurum; impura vero secundum naturam, si ad naturam Dei confertur, natura hominum est. Quare oportet non incircuncisos, sed mundos homines, spiritaliterque, circuncisos sanctissimum domini corpus tangere? Circuncisio enim cordis in spiritu sit secundum Paulum, quam nullus vnquam habet, nisi spiritus in eo sanctus fide, atque baptismo habitaerit. Nam, quamuis Christus à mortuis resurrexerit, nondum tamen per ipsum ex patre spiritus ad

homines missus fuit: quem misit, postquam ad patrem ascendit: propterea dicit; Conducit vobis, vt abeam; nam, nisi abiero, paraclerus nõ veniet ad vos: sin autem abiero, mittam eum ad vos. Quia ergo nondum spiritum miserat, ideo à tactu suo Mariam prohibebat dicens; *nondum enim ascendi ad patrem meum*, id est, nondum pater per me spiritum sanctum ad vos misit, Hinc ecclesia regulam accepit; prohibemus enim à sacra mensa catechuminos, quamuis veritatem iam cognouerint, & fidem magna voce confiteantur; quia nondum locupletati spiritu sancto sunt, qui non habitant nisi in iis, qui baptismate consummati sunt. Vnde, cum baptismum receperint, quia spiritus sanctus habitare in illis creditur, à tactu, & communione salutaris Christi corporis non prohibentur. Idcirco & accedentibus ad benedictionem mysticam, ministri mysterij magna voce clamant, sancta sanctis, solis sanctificatis spiritu, tactum, & sanctificationem corporis Christi congruere significantes. *Vade autem ad fratres meos, & c.* Non concessit corporis sui tactum mulieri, quamuis cupienti, mercedem autem perseuerantie, lachrymarumque; suarum duplicem illico reddidit. Nam in ea prima, vniuersum mulierum genus (vt in superioribus etiã diximus) à mærore, ac lachrymis ad latitiam reuocatur. Et, quemadmodum in paradiso, quoniam diabolo mulier ministravit, in doloribus parituram se filios audiuit, ita nunc in horto à maledictione liberata plorare prohibetur. Hæc igitur vna merces est. Altera, quia mitritur ad discipulos nuncia, vt eis hoc euangelium asserat, quod Christus iam surrexerit, & ascendat ad patrem: vt veluti prima mulier, quia diabolo ministravit, & se, & mulierum genus vna perdidit: sic & hæc mulier, quia Christo ministraverit, muliebri genus à maledictione in se prima liberet. Largitur ergo illi dominus primum, ne ploret, neve dolori animum subiciat, deinde mirabilem quãdam pedum pulchritudinem: pulcherrimi enim sunt (vt propheta dicit) pedes euangelizantium bonum. Sed, quàm mirabilis hæc foemina fuerit, inde quoque intelliges, quod propheta mentionem de ipsa fecerint. Scribitur enim de ipsa, & de aliis, quæ vna cum ea surrexerit Christus discipulis nunciatur; Accedite mulieres, quæ à visione venitis; populus enim intellectum non habet. Nam his verbis & mulieres sermo propheticus hortatur, vt nuncient, quæ viderunt, & Iudæorum imperitiam accusat, quia resurrectionem etiam saluatoris derideant. Non discrepat autem Ioannes ab aliis, quod solius Magdalene mentionem fecerit, cum illi alias cum ista fuisse asserent. Multo enim feruentior hæc cæteris fuerat, præcedebatque alias, eratque quasi dux, atque princeps illarum. Non ignoramus autem, euentus rerum principalioribus plerumque attribui. Ad honorem igitur, & gloriam Magdalene à saluatore concessum est, vt hæc posset ad discipulos euangelium deferre, quia Christus surrexerit, & ad patrem, ac Deum suum, & discipulorum ascendat. Tu autem profundum id quoque mysterium suscipe, nec à recta diuinorum dogmatum regula relinquis. Crede igitur, quod vnigenitus Dei filius factus homo est, vt nos quoque, quantum fieri potest, per gratiam renouati, ad diuinitatem conscendamus. Humiliauit seipsum, vt natura humiles ad suam sublimitatem assumeret.

Joan. 16.

Nota anti-
quissimi ritus in perceptione Eucha-
ristie, de quibus Clemens in doctrina Apostolorum.

Genes. 3.

Exod. 12.

Hier. 9.

Serui formam indutus est, cum sit natura dominus, vt nos naturaliter seruos ad adoptionem filiorum Dei, & ad seipsum reduceret. Quoniam ergo vere homo est, vt nos deos, & filios Dei per gratiam faceret, idcirco nostra ipse suscipit, & rursus sua nobis concedit. Quomodo, inquit, hoc fecit? Dicam vt poterō; primum enim nos, qui serui natura sumus (omnis enim creatura naturaliter creatori suo seruire creditur) & suos appellauit fratres, patrem vero & suum, & nostrum communiter Deum vocat; deinde nostram sibi propter humanitatem, quam assumpsit, attribuens, Deum nostrum, quamuis Dei secundum naturam sit filius, Deum tamen suum nuncupauit, vt quemadmodum nos ad supernaturalem dignitatem per ipsum ascendimus (clamat enim in nobis per spiritum suum, abba pater) sic & ipse, quoniam homo factus est, Deum nostrum in Deum suum habeat, licet vere, ac secundum naturam filius sit. Non ergo conturberis, cum patrem Deum nominet suum, sed diligenter considera, patrem quidem suum esse natura, Deum autem nostrum vt creatorem, & dominum, sed, quod sibi natura inest, nobis largitur, vt (quemadmodum diximus) cōmuniter patrem appellemus, & quod nostrum est, quoniam naturam nostram assumpsit, sibi rursus accommodat, cum Deum nominet suum. Si quis ergo ex imperitia has voces, vt diximus, non suscipit, is dispensationem propter nos factam acculat. Cūque gratias agere deberet, ex imprudentia benefactorem calumniabitur. Si enim humiliavit se propter nos, crimen quidem nostrum est, qui ab erroribus sumus reuocandi: illi autem, qui hoc voluit propter nos facere, magnæ profectō agendæ gratiæ sunt. Vehementer autem miror, quomodo nonnulli exinanitionem, atque humilitatem audientes, plenitudinem, sublimitatēque eius non recordantur. Si enim Deum non esse intelligunt, si sublime deitatis eius non cogitant, quomodo dicent, quia exinanitiuit se, quia plenissimus sit, & humiliavit, ab altissima deitatis gloria ad naturam nostram descendens? Ita cum Deus simul, & homo sit, propter alterum sublimis, propter alterum humilis natura est. Nō conturberis igitur, cum dicentem audias, *ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum.* Nam vt natura filius, patrem, vt autem vere homo, Deum suum appellat. *Veniit Maria Magdalena, &c.* Curatur mulierum infirmitas misericordia domini, qui Magdalenam resurrectionis nunciā fecit, & verba vitæ, ac primitias euangelij discipulis prædicare misit.

S. MAXIMI EPISCOPI
Taurinensis in idem Euang. Homil.

Hæret adhuc sensibus vestris, fratres, hoc nos ante dies paucissimos prædicasse, quod Maria Magdalena, nō leuiter fuit obiurgata, cur post resurrectionem dominum quæreret in sepulchro, & non remaniens verborum, eius, quibus se ab inferis tertia die rediturum esse dixerat, putaret cum inferni legibus detineri. Arguitur enim non leuiter cur memoraretur resurrectionis promissum, ac mortis scrutaretur indicium. Fides enim humilis, & ignara quærīt, quod nescit, obliuiscitur quod docetur, Festina quidem est ad obse-

quium, sed non perfecta est ad credendum: Anxia est de dominicæ carnis iniuria, sed incerta de resurrectionis gloria; Plorat quidem amore Christi, sed meret desperatione corporis non reperti, peritisse putat, quem iam regnare constabat, scrutatur eum in tumulo, quem vocare potius deberet è celo. Increpatur igitur sancta Maria tãquam pigrior ad credendum, & cum sera licet dominum cognouisset, dicitur ei à saluatore: *Noli me tangere, quia nondum ascendi ad patrem. Noli me tangere, increpationis verbum est. Hoc est. Noli me tangere manibus quoniam resurrectionem meam mentis obliuione non retines. Non potes me corporis tenere complexibus, quoniam fidei perfectione nō tangis. Prohibetur tactu, quæ amittit auditum. Noli me, inquit, tangere, quia nondum ascendi ad patrem. Videamus quomodo nondum ad patrem ascenderit Christus, quum ipse dicat, quia pater in me, & ego in patre, à quo per indiscretam diuinitatis substantiam nunquam est separatus. Dum enim vnus in vno manet, semper patrem filiumque simul esse significat. Aut nunquid illuc ascendere se dicit filius, vbi ante habitat quàm ascendat? Dixit enim idem dominus: Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo filius hominis, qui est in celo. Si ergo cū descendit saluator, in celo est, multo magis etiam priuquam ascendat, in celo est. Sed vide, ne forte ad obiurgationem Mariæ vox ista pertineat, cui paulo ante inter sepulchra quærenti dominum, dicitur. Quid quæris viuentem cum mortuis? Nunc addatur: *noli me tangere, quia nondum ascendi ad patrem.* Hoc est, quid me contingere cupis, quæ me dum inter tumulos quæris, adhuc ad patrem ascendisse non credis, quæ dum me inter inferna scrutaris, ad caelestia rediisse diffidis, dum inter mortuos quæris, viuere cum Deo patre meo non speras. *Nondum, inquit, ascendi ad patrem,* hoc est, tibi nondum ascendi ad patrem, quia apud fidem tuam adhuc detineor in sepulchro. Quantum in te est enim adhuc humilibus immoror, adhuc inhæreo terrenis, quia nondum me fides tua eleuauit ad celum. Quid ergo me festinas contingere vt Dei filium, quem redeuntem ad patrem mentis deuotione non sequeris? Quisquis igitur vult cōtingere dominum saluatorem, prius illud debet fide sua ad dexteram diuinitatis imponere, & credulitate cordis collocare in celestibus potius quàm inter defunctos inquirere. Illi autem ascendit dominus ad patrem, qui eum semper esse credit in patre. Ascendit beatis Apostolis ad patrem, quibus ait. *Qui me videt, videt & patrem.* Ascendit Ioanni Euangelistæ, qui apud patrem eum quæsiuit & reperit, atque ideo ait. Et verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Ascendit etiam beato Paulo qui non contentus solum se scire quod nouerat, nos quoque docuit quemadmodum saluatorem in caelestibus quæreremus, dicens. *Quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens.* Et vt nos ab hac humili, vel terrena inquisitione Mariæ penitus submoueret, addidit dicens: *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* Ergo iam non super terram, nec in terra, nec secundum carnem debemus quærere saluatorem si volumus eum inuenire atque contingere, sed secundum diuinam maiestatis gloriam, vt dicamus cum apostolo Paulo. Nunc autem secundum carnem non nouimus Christum. Igitur & Stephanus beatus fide sua non*

non super terram quæsiuit Christum, sed stantem illum ad Dei dexteram recognouit, ibi illū reperit vbi mentis deuotione quæsiuit. Nō solum autem Stephanus in celo videt Christū, sed eum & martyrio suo tangit. Tangit enim dominum, cum pro inimicis suis orans velut fide sua tenens illum dicit: *domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Intelligite ergo, quanta deuotionis est gloria. Maria iuxta dominum constituta eum tangere nō meretur. Stephanus in terris posuit Christum tangit in celo. Illa inter angelos præsentem non videt saluatorem. Stephanus intra celos dominum certnit absentem.

B. GREGORII PAPAE
in idem Euang. Homil.

Maria Magdalene, quæ fuerat in ciuitate peccatrix, amando veritatem lauit lachrymis maculas criminis, & vox veritatis impletur, quæ dicitur: *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Quæ enim prius frigida peccando remanserat, postmodum amando fortiter ardebat. Nam, postquam venit ad monumentum, ibique corpus Dominicum nō inuenit, sublaturum credidit, atque discipulis nunciauit. *Qui venientes viderit atque ita esse vt mulier dixerat, crediderūt.* Et de eis protinus scriptum est: *Abierunt ergo discipuli ad semetipsos.* Ac deinde subiungitur: *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans.* Qua in re pensandum est, quæ huius mulieris mentem quanta vis amoris accenderat, quæ à monumento domini etiam discipulis recedentibus non recedebat. Exquirebat quem non inuenerat, flebat inquirendo, & amoris sui igne succensa, eum quem sublaturum credidit, ardebat desiderio. Vnde contigit vt eum sola tunc videret, quæ remanserat, vt quæreret: quia nimirum virtus boni operis, perseverantia est. Et vox veritatis dicitur: *Qui autem perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Et præcepto legis, cauda hostiæ in sacrificio iubetur offerri. In cauda quippe finis est corporis. Et ille bene immolat, qui sacrificium boni operis vsque ad finem debita perducit actionis. Hinc Ioseph inter reliquos fratres talarem tunicam habuisse describitur. Tunica quippe vsque ad talum, est opus bonum vsque ad consummationem. *Sed Mariam dum fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum.* Certè monumentum iam vacuum viderat, iam sublaturum Dominum nunciauerat. Quid est, quodd se iterum inclinat, iterum videre desiderat? Sed amanti semel aspexisse non sufficit, quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. Quæsiuit ergo prius, & minimè inuenit: perseverauit vt quæreret, vnde & contigit, vt inueniret. Actumque est, vt desideria dilata crescerent, & crescentia caperent quod inuenissent. Hinc est enim, quodd de eodē sponso Ecclesia in Canticis canticorum dicit: *In lectulo meo per noctem quæsiui, quæ diligit anima mea.* Quæsiui illū, & nō inueni. Surgā, & circuibō ciuitates per vicos, & plateas quæram, quem diligit anima mea. Quæ defectū quoque inuentionis ingeminat, dicens: *Quæsiui illū, & nō inueni.* Sed quia diu intentio se non elongat, si inquisitio non desistat, adiungit: *Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem.* Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum dum pettran-

fissem eos, inueni quem diligit anima mea. Dilectum nauque in lecto quærimus, quando in præsentis vitæ aliquantula requie redemptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctem quærimus, quia etsi iam in illo mens vigilat, tamen adhuc oculus caligat. Sed qui dilectum suum non inuenit, restat vt surgat, ciuitatem circumueat, id est, sanctam electorum ecclesiam mente & inquisitione percurrat: per vicos eum & plateas quærat, id est, per angusta & lata gradientes aspiciat, vt si qua inuenite in eis valeat, eius vestigia exquirat: quia sunt nonnulli etiam vitæ secularis, qui imitandum aliquid habeant de actione virtutis. Quærentes autem nos vigiles inueniunt, qui custodiunt ciuitatem, quia sancti patres, qui ecclesiæ statum custodiunt, bonis nostris studiis occurrunt, vt suo vel verbo, vel scripto nos doceant. Quos cū paululum petrasimus, inuenimus, quem diligimus: quia redemptor noster etsi humilitate homo inter homines, diuinitate tamen super homines fuit. Cum ergo transeunt vigiles, dilectus inuenitur: quia cū prophetas, & apostolos infra ipsum esse conspiciamus, illum, qui naturā Deus est, esse supra homines consideramus. Prius ergo non inuentus quæratur, vt post inuentus strictius teneatur. Sancta enim desideria, vt prædiximus, dilatione cresunt: si autem dilatione deficiunt, desideria non fuerūt. Hoc amore arsit, quisquis ad veritatem pertingere potuit. Hinc nanque Dauid ait: *Sitiuit anima mea ad Deum viuum, quando veniam, & apparebo ante faciē Dei.* Hinc nos admonet, dicens: *Quærite faciē eius semper.* Hinc propheta ait: *Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te.* Hinc iterum ecclesia in Canticis canticorum dicit, *Vulnerata charitate ego sum.* Insum quippe est, vt ex visione medici pertingat ad salutem, quæ per ætium eius desiderij vulnus amoris portat in peccatore. Hinc rursus ait: *Anima mea liquefacta est,* vt dilectus locutus est. Mens nanque hominis, conditoris sui speciem non quærentis, malè dura est, quia in semetipsa remanet frigida: at si iam ardere ex desiderio cōperit, ad sequendum, quem diligit, liquefacta per ignem amoris currit. Fir desiderio anxia, vilescunt in seculo cuncta, quæ placebant, nihil est, quod extra conditorem libeat: & quæ prius delectabant animum, sunt postmodum vehementer onerosa. Nihil eius mœstitiā cōsolatur, quousque adhuc qui desideratur, non aspicitur. Mæret mens, lux ipsa fastidio est talique igne in mente decoquitur rubigo culpæ, & succensus animus quasi auri more, quia per vium speciem perdidit, per incendium clarescit. Ista itaque, quæ sic amat, quæ se ad monumentum, quod perspexerat, iterum inclinat, videamus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquisitionis. Sequitur: *Vidit duos angelos in albis sedentes vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positus fuerat corpus Iesu.* Quid est, quodd in loco Domini corporis duo angeli videntur, vnus ad caput, atque alius ad pedes sedens, nisi quodd Latina lingua angelus vocatur nūtius, & ille ex passione sua nuntiandus erat, qui & Deus ante secula est, & homo in fine seculorum? Quasi ad caput sedet angelus, cū per Apostolum Ioānem prædicatur, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et quasi ad pedes sedet angelus, cū dicit: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Possumus

etiam per duos angelos, duo testamenta cognoscere, vnum prius, & aliud sequens. Qui videlicet angeli per locum Dominici corporis habimur sunt cōiuncti: quia nimirum vtraque testamenta dum pari sensu incarnatum, & mortuum, ac resurrexisset Dominum denuntiant, quasi testamentum prius ad caput, & testamentum posterius ad pedes sederet. Vnde & duo Cherubin, quæ propiciatorium tegunt, sese inuicem aspiciunt, versis vultibus in propiciatorium. Cherubin quippe, plenitudo scientiæ dicitur. Et quid per duo Cherubin, nisi vtraque testamenta signantur? Quid verò per propiciatorium, nisi incarnatus Dominus figuratur? de quo

1. Ioh. 2. Ioannes ait: Ipse est enim propiciatio pro peccatis nostris. Et dum testamentum vetus hoc faciendum denuntiat, quod testamentum nouum de Domino factum clamat, quasi vtraque Cherubin se inuicem aspiciunt, dum vultus in propiciatorium vertunt: quia dum inter se positum incarnatum Dominum vident, à suo aspectu non discrepant, quæ dispensationis eius mysterium concorditer narrat. Requirunt angeli Mariam, dicentes: *Mulier, quid ploras? Et dicit eis: Quia tulit Dominum meum, & nescio vbi posuerint eum.* Ipsa nanque sacra eloquia, quæ in nobis lachrymas amoris excitant, easdem lachrymas consolantur, dum nobis redemptoris nostri speciem promittunt. Sed notandum iuxta historiam est, quod mulier non ait: *Tulit corpus Domini mei, sed, Tulit Dominum meum.* Vnus nanque sacri eloquij est, vt aliquando ex parte totum, aliquando verò ex toto partem significet. Ex parte enim totum significat, sicut de Iacob filijs scriptum est, *Quia descendit Iacob in Aegyptum in animabus septuaginta.* Neque enim in Aegyptum animæ sine corporibus descendunt, sed per solam animam totus homo signatur, quia ex parte totum exprimitur. Et solum Dominicum corpus in monumento iacuerat, & Maria non corpus Domini, sed sublarum Dominum quærebat, videlicet ex toto designans partem. *Hæc cum dixisset, conversa retrorsum, vidit Iesum stantem, & nesciebat quia Iesus esset.* Notandum, quod Maria, quæ adhuc de Domini resurrectione dubitabat, retrorsum conuersa est, vt videret Iesum: quia videlicet per eandem dubitationem suam quasi tergum in Domini faciem miserat, quem resurrexisse minime credebat. Sed quia amabat, & dubitabat, videbat, & non agnoscebat, eumque illi & amor ostendebat, & dubietas abscondebatur. Cuius adhuc ignorantia exprimitur, cum infertur. *Et nesciebat, quia Iesus esset, Qui dicit ei: Mulier, quid ploras? Quem quæris? Interrogatur doloris causa vt augetur desiderium: quatenus cum nominaret quem quæreret, in amore eius ardentius quæret. Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: *Domine, si tu sustulisti eum, dicit mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam.* Fortitan nec errando hæc mulier errauit, quæ Iesum hortulanum credidit. An non ei spiritaliter hortulanus erat, qui in eius pectore per amoris sui semina, virtutum virentia plantabat? Sed quid est, quod viso eo, quem hortulanum credidit, cui necdum dixerat, quem quærebat, ait: *Domine, si tu sustulisti eum? Quasi enim iam dixisset, ex cuius desiderio plangeret, eum dicit, quem non dixerat. Sed vis amoris hoc agere solet in animo, vt quem ipse semper cogitat, nullum alium ignorare credat. Rectè, & hæc mulier quem quærit, non dicit, & tamen dicit: *Si tu sustulisti eum:* quia alteri non putat inco-**

Exod. 25.

1. Ioh. 2.

Genes. 46.

gnitum, quem sic ipsa continuo plangit desiderio: *Dicit ei Iesus: Maria.* Postquam eam communi vocabulo appellauit, ex se, & agnitus non est, vocat eam ex nomine, ac si aperit dicit, *Recognosce eum, à quo recognosceris.* Perfecto quoque viro dicitur: *Nomi te ex nomine:* quia homo commune omnium nostrum vocabulum est, *Moyfes* verò proprium: cui rectè dicitur, quia ex nomine scitur, ac si Dominus aperte dicit: *Non te generaliter vt cæteros, sed specialiter scio.* Maria ergo quia vocatur ex nomine, recognoscit authorem: atque eum protinus rabboni, id est, magistrum vocat: quia & ipse erat, qui quærebat exterior, & ipse, qui eam interiori vt quæreret docebat. Iam verò ab Evangelista non subditur quid mulier fecit, sed ex eo innuitur, quod audiuit: cui dicitur. *Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum.* In his nanque verbis ostenditur, quod Maria amplecti voluit eius vestigia, quem recognouit: sed ei magister dicit, *Noli me tangere:* non quia post resurrectionem Dominus tactum tenuit pedes eius: sed cur tangi non debeat, ratio quoque additur, cum subiicitur: *Nondum enim ascendi ad patrem meum.* In corde etenim nostro tunc Iesus ascendit ad patrem, cum æqualis creditur patri. Nā quisquis eum æqualem patri non credit, adhuc in eius pectore ad patrem Iesus non ascendit. Ille ergo Iesum veraciter tangit, qui patri filii cœterni credit. In corde etenim Pauli iam ad patrem Iesus ascendebat, cum idē Paulus dicebat: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est esse se equalē Deo.* vnde Ioannes quoque redemptorem nostrum manu fidei tetigit, qui ait: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum.* Omnia per ipsum facta sunt. Tangit ergo Dominum, qui eum patri æternitate substantiæ æqualem credit. Sed fortasse aliquis tacita quæstione pulsatur, quomodo dō filius patri esse æqualis possit. Quia in re humana natura quod admirando comprehendere non valet, restat vt hoc sibi esse credibile ex admiratione alia sciat. Habet nanque quid ad hæc sibi sub breuitate respondeat. Constat enim, quia ipse creauit matrem, in cuius virgineo vtero ex humanitate crearetur. Quid ergo mirum, si æqualis est patri, qui prior est matre? Paulo quoque attestante didicimus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Qui ergo filium minore putat, patri specialiter derogat, cuius sapientiam esse ei inæqualem fatetur. Quis etenim homo potens æquanimiter ferret, si quis ei diceret: *Magnus quidem es, sed tamen sapientia tua te minor est?* Ipse quoque Dominus dicit: *Ego, & Pater vnum sumus.* Sed rursus ait: *Pater maior me est.* De quo etiam scriptum est, quia subditus erat parentibus suis. Quid ergo mirum, si ex humanitate sua minorem se patre asserit in cælo, ex qua subiectus erat etiam parentibus in terra? Ex qua humanitate nunc Mariæ dicitur, *Vade ad fratres meos, & dic eis: ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum.* Cum meum dicat, & vestrum, cur non communitur dicit, nostrum? Sed distinctè loquens indicat, quia eundem patrem, & Deum dissimiliter habeat ipse, quam nos. *Ascendo ad patrem meum,* videlicet per naturam: *& patrem vestrum,* per gratiam: *ad Deum meum,*

Exod. 33.

Matth. 12.

Philip. 3.

Ioh. 1.

1. Cor. 1.

Ioh. 10.

Ioh. 14.

Luc. 2.

mentum, quia descendit: *ad Deum vestrum,* quia ascendetis. Quia enim & ego homo, Deus mihi est: quia vos ab errore liberati, Deus est vobis. Distinctè ergo mihi pater, & Deus est: quia quem ante secula Deum genuit, hominem in fine seculorum me mecum creauit. *Veni Maria Magdalene annuncians discipulis, quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi:* Ecce humani generis culpa ibi absconditur, vnde processit. Quia enim in paradiso mulier viro propinavit mortem, à sepulchro mulier viris annunciauit vitam, & dicta sui viuificatoris narrat, quæ mortiferi serpentis verba narrauerat: ac si humano generi non verbis Dominus, sed rebus dicat: *De qua manu vobis illatus est potus mortis, de ipsa suscipite poculum vitæ.* Hæc de expositione lectionis Evangelicæ succinctè transcurrimus, nunc opitulante eodem, de quo loquimur, Domino, & resurrectionis eius gloriam, & pietatis eius viscera cōsideremus. Citius enim à morte voluit resurgere, ne nostra diu anima in infidelitatis morte remaneret. Vnde bene quoque per Psalmistam dicitur: *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* In humano quippe genere, ab ipso mundi initio torrens mortis effluerat. Sed de hoc torrente Dominus in via bibit, quia mortem in transitu gustauit: atque ideo exaltauit caput: quia hoc quod moriendo in sepulchro posuit, resurgendo super angelos eleuaui: & inde antiquum hostem in æternū percussit, vnde sauire contra se manus persecutorum temporaliter permisit. Quod aperte Dominus beato Iob indicat, dicens: *Nunquid capies Leuiathan hamo? Per Leuiathan quippe, quod additamentum eorum dicitur, verus ille deuorator humani generis designatur: qui dum se diuinitati homini adedere spopondit, immortalitatem sustulit. Qui præuaricationis quoque culpam, quam primo homini propinavit, dum se sequentibus pessima persuasione multiplicat, penas eis sine cessatione coaceruat. In hamo autem esca ostenditur, aculeus occultatur. Hunc ergo pater omnipotens hamo cepit, quia ad mortem illius vnigenitū filium incarnatum misit, in quo & caro passibilis videri posset, & diuinitas impassibilis videri non posset. Cūque in eo sepe iste per manus perfectiorum escam corporis momordit, diuinitatis illum aculeus perforauit. Prius verò eum in miraculis Deum cognouerat: sed de cognitione sua ad dubitationem cecidit, quando hunc passibilem vidit. Quasi hamus ergo fauces glutientis tenuit, dum in illo esca carnis patuit, quam deuorator appeteret: & diuinitas passionis tempore latuit, quæ necaret. In hamo eius incarnationis captus est: quia, dum in illo appetiit escam corporis, transfixus est aculeo diuinitatis. Ibi quippe inerat humanitas, quæ ad se deuoratorum duceret: ibi diuinitas, quæ perforaret: ibi aperta infirmitas, quæ prouocaret: ibi occulta virtus, quæ raptoris faucem transfigeret. In hamo igitur captus est, quia inde interit, vnde momordit: & quæ tenebat mortales, iure perdidit: quia eum, in quo ius non habuit, morte appetere immortalē præsumpsit. Hinc est etiam, quod hæc ipsa, de qua loquimur, Maria viuuit: quia ille pro humano genere, qui morti nil debebat, occubuit. Hinc est, quod nos quotidie ad vitam post culpam reuertimur, quia ad penam nostram conditor sine culpa descendit. Ecce iam antiquus ho-*

stis ea, quæ de humano genere ceperat, spoliatus, supplantationis suæ victoriam perdidit: quotidie peccatores ad vitam redeunt, quotidie de eius faucibus redemptoris manu rapiuntur. Vnde bene quoque ad beatum Iob voce dominica iterum dicitur: *Aut armilla perforabis maxillam eius? Armilla vbi ponitur, ambiendo constringit. Quid igitur per armillam, nisi circumplectens nos diuina misericordia designatur? Quæ Leuiathan istius maxillam perforat, dum nobis post perpetrata vitia, quæ prohibuit, adhuc penitentiam remedium ostendit. Armilla Dominus Leuiathan maxillam perforat, quando ipse ineffabili misericordie suæ potentia sic malitiæ antiqui hostis obuiat, vt aliquando etiam eos, quos iam cepit, amittat. Et quasi ab ore illius cadunt, qui post perpetratas culpas ad innocentiam redeunt. Quis enim ore illius semel raptus, maxillam eius euaderet, si perforata non esset? An non in ore Dauid tenuit, cum in tām se luxuriæ voraginem immisit? An non in ore Petri tenuit, cum negauit? Sed dum ad vitam vterque per penitentiam rediit, Leuiathan iste eos aliquo modo quasi per maxillam suam foramen amisit. Per foramen ergo maxillæ ab eius ore subtrahit sunt, qui post peccationem tantæ nequitie penitendo redierunt. Quis autem hominū Leuiathan istius eos euadat, vt illicita nulla committat? Sed hinc cognoscimus quantum redemptori humani generis debitores simus, qui non solum nos in ore Leuiathan ire prohibuit, sed ab ore eius etiam redire concessit: qui spem peccatori non abstulit, quia maxillam eius, vt euadendi viam tribueret, perforauit: vt saltem post morsum fugiat, qui incautus prius cauere noluit, ne morderetur. Vbiq; ergo nobis occurrit superna medicina: quia & dedit homini præcepta ne peccet, & tamen peccanti dedit remedia, ne desperet. Vnde cauendum summo perè est: ne quis delectatione peccati Leuiathan istius ore rapiatur: & tamen si raptus fuerit, non desperet: quia si peccatum perfectè lugeat, adhuc foramen in maxilla eius inuenit, per quod euadat. Ad testis diuinæ misericordie hæc ipsa, de qua loquimur, Maria: de qua Pharisæus, dum perferat fontem vellet obstruere, dicebat: *Hic si esset propheta sciret vti que & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est.* Sed lauit lachrymas maculas cordis, & corporis, & redemptoris sui vestigia terxit, quæ sua itinera praua dereliquit. Sedebat ad pedes Iesu, verbumque de ore illius audiebat: viuenti adhæserat, mortuum quærebat: viuentem repetit, quem mortuum quæserat: tantumque apud eum locum gratie inuenit, vt hunc; ipsis quoque Apostolis, eius videlicet nuncijs; ipsa nunciaret. Quid igitur fratres, quid in hac re debemus aspicere; nisi immensam misericordiam conditoris nostri, qui nobis velut in signo ad exemplum penitentiae posuit eos; quos per penitentiam viuere post lapsum fecit? Perpèdo etenim Petrum, cōsidero latronem, aspicio Zachæum, intueor Mariam: & nihil in his aliud video, nisi ante oculos nostros posita spei & penitentiae exempla. Fortasse enim in fide lapsus est aliquis: aspiciat Petrum, qui amarus fuit, quod timide negauerat. Alius contra proximum suum in malitia crudelitatis exarsit: aspiciat latronem, quæ & in ipso mortis articulo ad vitam præmia penitendo peruenit. Alius auaritiæ æstibus anhelans, aliena*

Iob. 40.

2. Reg. 11.

Matth. 26.

Luc. 7.

*Ictig.

Matth. 26.

Luc. 23.

Luc. 19.

aliena diripuit: aspiciat Zachæum, qui si quid alicui abstulit, quadruplum reddidit. Alius libidinibus igne succensus, carnis munditiam perdidit; aspiciat Mariam, quæ in se amorem carnis, igne diuini amoris excoxit. Ecce omnipotens Deus vbique oculis nostris, quos imitari debeamus, obicit, vbique exempla suæ misericordiæ opponit. Mala ergo iam displiceant vel experta. Libenter obliuiscitur omnipotens Deus, quod nocentes fuimus: paratus est pœnitentiam nostram nobis ad innocentiam deputare. Inquinati post aquas salutis, renascamur ex lachrymis. Itaque iuxta primi pastoris vocem, sicut modò geniti infantes lac concupiscite. Redite ergo, paruuli filij, ad sinum matris vestræ æternæ sapientiæ, fugite larga vbera pietatis Dei: transacta plangite, iminentia vitæ. Redemptor noster momentaneos fletus vestros æterno consolabitur gaudio, qui viuunt, & regnat cum Deo patre in vnitatis spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

1. Pet. 2.

BEDÆ VENERABILIS
presbyteri in Superiori Euang.
expositio.

Ex comment. in Ioan.

Abiertur ergo iterum ad semetiplos discipuli, id est, vbi habitabant, & vnde ad monumentum cucurrerant. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Viris enim redeuntibus, infirmiorum leuam in eodem loco fortior figebat affectus: & oculi, qui dominum quaesierant, & non inuenerant, lachrymis iam vacabāt, amplius dolentes quod fuerat sublatus de monumento, quā quòd fuerat occisus in ligno, quoniam magistri tantij, cuius eis vita subtrahita fuerat, nec memoria remanebat. Tenebat itaque ad monumentum iam dolor iste mulierem. Dum ergo fletet, inclinauit se, & prospexit in monumentum. Cur hoc fecerit, nescio: non enim nesciebat non ibi esse iam quem quaerebat, quando quidem inde sublatus & discipulis ipsa nunciauerat, & illi ad monumentum venerant, & non solum intucendo, sed etiam intrando corpus Domini quaesierant, nec inuenerant. Quid ergo sibi vult quòd ista cum fletet, rursus in monumentum inclinata prospexit? Vtrum quod nimium dolebat, nec suis nec illorum oculis facile putabat esse credendum? An potius diuino instinctu in animo eius effectum est, vt prospiceret? Prospexit enim, Et vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. Quid est quod vnus ad caput, ad pedes alter sedebat? An quoniam qui Græcè angeli dicuntur, Latine sunt nuncij: isto modo Christi Euangelium velut à capite vsque ad pedes, ab initio vsque ad finem significabant esse nunciandum? Dicunt ei illi, Mulier, quid ploras? &c. Angeli lachrymas prohibebant: vbi quid aliud quam futuram quodammodo gaudiū nunciabant? Ita enim dixerunt, quid ploras? ac si dicerent, plorare noli. At illa eos putans interrogasse nescientes, causas prodidit lachrymarum: quia tulerunt, inquit, dominum meum: dominum suum vocans domini sui corpus exanime, à toto patrem significans: sicut omnes consentunt Iesum Christum, filium Dei vnicum consentunt nostrum, quod vtique est simul & verbum, & ani-

ma, & caro, crucifixum tamen, & sepultum, cum sola eius sepulta sit caro. Et nescio, inquit, vbi posuerunt eum. Hac erat causa maior doloris, quia nesciebat, quo iret ad consolandum dolorem. Sed hora iam venerat, qua id, quod nunciatum quodammodo fuerat ab Angelis flere prohibētibus, gaudium succederet fletibus. Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei; Domine, si tu sustulisti, &c. Nemo calumniatur mulieri, quod hortulanum dixerit dominum, & Iesum magistrum. Ibi enim rogabat, hic agnoscebat. Ibi honorabat hominē, à quo beneficium postulabat: appellabat dominum, cuius ancilla non erat, vt per eum perueniret ad dominū cuius erat. Aliter ergo dominum dixit; Sustulerunt dominum meum: aliter autem; Domine, si tu sustulisti eum: nam & propheta appellauerunt dominos eos, qui homines erant, sed alter illum, de quo scriptum est; Dominus nomen ei. Sed ista mulier, quæ iam fuerat conuersa retrorsum, vt videret Iesum, quando eum putauit esse hortulanum, & cum illo vtique loquebatur, quomodo rursus conuersa dicitur, vt ei diceret; Rabboni? nisi quia tunc conuersa corpore, quod non erat putauit: nunc corde conuersa, quod erat agnouit. Dicit ei Iesus, Noli me tangere, &c. Est in his verbis quod breuiter quidem, sed tamen attentius pertractare debeamus. Iesus quippe mulierem quæ illum magistrum agnouit, & appellauit, cum hac ei responderet, fidem docebat: & hortulanus ille in eius corde tanquam in hortu suo granum sinapis seminabat. Quid est ergo, Noli me tangere? & tanquam huius prohibitionis causa quaeretur, adiungit; Nondum enim ascendit ad patrem meum. Quid est hoc? Si stans in terra non tangitur, sedens in celo quomodo ab homine tangetur? qui certe antequam ascenderet, discipulis se tangendum obtulit, dicens, sicut Lucas Euangelista testatur; Palpate, & videte, quia spiritus ossa, & carnem non habet, sicut me videris habere. Vel quando dixit discipulo Thomæ; Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum. Quis autem sit tam absurdus, vt dicat eum à discipulis quidem antequam ad patrem ascendisset, voluisse se tangi, à mulieribus autem noluisse, nisi cum ascendisset ad patrem? Sed ne qui sic vellet desperare fineretur, leguntur etiam scemina post resurrectionem, antequam ad patrem ascenderet, tetigisse Christum, in quibus erat etiam ipsa Maria Magdalene, narrante Mattheo, quod occurrit illis Iesus dicens; Aue. Illæ autem accesserunt, inquit, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum: hoc à Ioanne prætermisum est, sed à Mattheo verum dictum. Restat ergo, vt aliquod in his verbis lateat sacramentum: quod siue inueniamus, siue inuenire minime valeamus, inesse tamen nullo modo dubitare debemus. Aut ergo sic dictum est; Noli me tangere, nondum enim ascendit ad patrem meum: vt in illa scemina figuraretur ecclesia de gentibus, quæ in Christum non credit, nisi cum ascendisset ad patrem: aut sic in se credi voluisse Iesum, hoc est sic se spiritualiter tangi, quod ipse & patet vnum sunt. Eius quippe intus sensibus quodammodo ascendit ad patrem, qui sic in eo profecerit, vt patri agnoscat æqualem. Aliter non recte tangitur, id est, aliter in eum non recte creditur. Poterat autem sic credere Maria, vt eum putaret imparem patri, quod vtique pro

Amos 9.

Luc. 24.

Matth. 18.

prohibetur cum dicitur ei; Noli me tangere, id est, noli in me sic credere, quemadmodum adhuc sapias. Noli tuū sensum hucusque pendere, quod pro te factus sum, nec transire ad illud per quod facta es. Quomodo enim non carnaliter adhuc in eum credebat, quem sicut hominem flebat? Nondum enim, inquit, ascendit ad patrem meum. Ibi meranges, quando me credideris patri non imparum Deum. Vnde autem ad fratres meos, & dic eis; Ascendo ad patrem meum, & ad patrem vestrum. Non ait, patrem nostrum. Aliter ergo meum, aliter vestrum. Natura meum, gratia vestrum. Et Deum meum, & Deum vestrum. Neque hic dixit Deum nostrum. Ergo & hic aliter meum, aliter vestrum. Deum meum, sub quo & homo sum. Deum vestrum, inter quos & ipsum mediator sum.

HAYMONIS EPISCOPI
Halberst. superioris Euang.
expositio.

Maria stabat ad monumentum foris plorans, &c. In multis locis scriptæ virtus perseverantiæ laudabilis ostenditur, nō minus tamen in huius exordio lectionis, quam præcipua virtus sit cognoscimus si huius euāgelij superiora parumper attendamus. Supra enim retulit Euangelista, quia cum adhuc tenebræ essent, Maria Magdalene venit ad monumentum, & vidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem amabat Iesus, & dicit eis; Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posterunt eum. At illi currentes introierunt in monumentum, & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt. Et de illis prout scriptum est; Abierunt ergo iterum discipuli apud semetiplos. De illa autem subditur: Maria stabat ad monumentum foris plorans. Vbi considerandum est, mulieris huius mentem quantum amor Domini accenderat, quæ etiam discipulis à monumento didicentibus, non discedebat. Et quia ab inquisitione non cessauit, prima eum videre meruit. Vnde cognouimus, quia in omni bono opere perseverantia necessaria est, Domino dicente. Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hinc est quod per legem cauda hostiæ in sacrificio offerri præcipitur. In cauda quippe finis est corporis, & ille Deo sacrificium accepit immolat, qui opus bonum vsque in finem consummat. Hinc est etiam quod Ioseph inter reliquos fratres tunica talari indutus esse memoratur. In talo quippe finis, id est, corporis: & ille talari tunica spiritaliter induitur qui boni opus vsque in finem perducit. Hinc nos Psalmista admonet, dicens; Constituite diem solennem in condensis vsque ad cornu altaris. In cornu namque altaris finis est. Et ille diem solennem mente celebrat, qui in bono opere vsque in finem perseverat. Quanto autem merore de domino mulier hæc affligeretur, manifestatur cum dicitur: Maria stabat ad monumentum foris plorans. Plorabat enim, quia eum quem multum desiderabat non videbat. Plorabat quia de monumento corpus furatum putabat. Dum ergo fletet, inclinavit se & prospexit in monumentum. Iam enim monumentum vacuum viderat, quia & Dominum de monumento furatum discipulis nunciauerat. Qu id,

Matth. 24.

Gen. 37.

Psal. 117.

id est, quod iterum se inclinavit nisi quia iterum videre desiderat. Valde enim amanti semetipsum rem perdimis, quamuis huc illucque quaerendo discutramus, tamen ad eum locum sæpius respicimus, vbi eam habuisse meminimus, ita & hæc mulier, quamuis huc illucque Domini corpus quaereret, anxia tamen de eius absentia frequentius monumētum aspicebat, vbi eum passim noverat. Vnde & si dominum statim videre nō meruit, tamen angelorum visione priuata non est: Vnde & subditur. Et vidit duos angelos in albis sedentes, &c. Vbi forte mouet aliquem, quare Ioannes in Domini resurrectione sedentes describat, cum Lucas eiusdem resurrectionis modum describens, cōmemoraret quòd iuxta mulieris steterint? Ad quod respondendum, quia sicut sedere regis dignitatis est, sic stare adiuvantis vel pugnantis, Et quia idem mediator Dei & hominū Rex nobis pariter & sacerdos effectus est, alios sedentes, & alios stantes describit, Et quia hic cuius resurrectionem testificari venerat, Deus & homo credendus est, rectè vnus ad caput, & vnus ad pedes sedisse memorantur. Per caput enim altitudo diuinitatis designatur, sicut dicit Apostolus, Caput Christi Deus per pedes humanitas exprimitur, sicut per Moysen dicitur, Et quia appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Quasi ergo ad caput sedet Angelus, cum euangelista prædicat. In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & cætera. Quasi ad pedes sedet angelus cum idem Euangelista subiugit: Et verbum caro factum est & habitauit in nobis. Et quia consuetudo est Palestinis, vt dies festos celebrantes albis vestibus induantur, cū in vestibus albis angeli apparuerunt, festiuitatē se celebrare ostēderūt. Vbi si quis querat vtrum suam an nostram, respōdendū est, quia & suam, & nostram. Illa enim Domini resurrectio angelorum festiuitas fuit, quia eorū numerū per apostatam angelum imminutum ex hominibus recuperauit. Nostra quoque festiuitas fuit, quia nos de tenebris & vmbra mortis liberatos, ad angelorum dignitatem reuocauit. Dicunt ei illi, Mulier quid ploras? Interrogabant angeli non solum causas, sed etiam inquisitiones non vt quaerendi desiderium minuerent, sed vt augerēt. Sicut enim nos, cum propter charorum amissionem flemus si quis nos fletus causas inquirat, fletum magis accumulat ita & illi causas doloris interrogabant, vt fletus desiderium augerent sciētes beatos esse lugentes, quoniam ipsi consolabūtur, sed mulier cuius rei gratia fletet, manifestat cum adiungit. Quia tulerunt dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum. Vbi notandum, quia non dixit tulerunt corpus Domini mei, sed tulerunt Dominum meum, cum solum corpus Domini in monumētum positum nouerat. Scriptura enim sacra aliquando totum pro parte ponere consuevit, & ideo cum solum Domini corpus quaereret, Dominum sublatum de monumento commemorauit. Hæc cum dixisset, conuersa retrorsum vidit Iesum stantem & non sciebat quia Iesus est. Pulchrè vt Deum mereret, videre Maria, conuersa retrorsum dicitur, qui enim retrorsum conuertitur, illic oculos dirigit, vbi prius terga habebat. Quasi ergo retrorsum conuersa est, quando dubitationes nebulas postponens, Christi resurrectionem ex parte credere cepit.

Luc. 24.

Ioan. 10.

pit. Cui tamen dominus ita suam visionem temperavit, ut, quia amabat, sed eum resurrexisse non crederet, illum & videret, & non cognosceret. Unde & subditur, *illa estimans quia hortulanus esset, dicit ei, Domine, &c.* In quibus verbis etiam considerandum, quantum amotis ardore mentem mulieris imbuerat, quae antequam personam eius significasset quem querebat, quasi scienti loquebatur dicens, *si tu sustulisti eum, dicit mihi ubi posuisti eum, & ego eum tollam.* Habet enim * ius amoris hoc proprium, ut quem quisque multum amat, omnes amare putet. Sed non in toto mulier extravit, eum Dominum hortulanum estimavit. Sicut enim ad hortulani officium pertinet noxias herbas eradere, ut bonae quoque possint proficere: ita Dominus Iesus Christus de hortu suo, id est, de ecclesia sua, quotidie vitia eradicat, ut virtutes proficere valeant. Cum vero sexus foemineus fragilis sit ad opera deferenda, & pauidus ad mortuorum cadauera haurienda, quicquid aliis impossibile est, haec propter magnitudinem amoris leue & possibile arbitratur, dicens, *si tu sustulisti eum, dicit mihi ubi posuisti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus, Maria.* Quia dominus superius mulierem communi sexu appellauerat, & cognitus non est, vocavit etiam proprio nomine ut saltem cognoscentem se recognosceret. Ait enim *Maria.* Cum enim apud Deum certus sit numerus electorum, magna gratia aliquibus datur, quando propriis nominibus Deo noti esse memorantur, qualis erat Moyses, cui dictum est, *Novi te ex nomine.* Et invenisti gratiam coram me. Unde mulier postquam proprio nomine a dno vocata est, statim cognoscentem se recognovit, dicens: *Rabboni, quod dicitur magister.* Ia vero post haec quid mulier fecerit, evangelista no declarat, tam ex eo quod dominu dixisse adiugit. *Noli me tangere.* declarat, quia mox ut mulier dominu recognovit, vestigia eius adorando tenere voluit. Cui a domino dicitur. *Noli me tangere.* Vbi non est putandum, quod post resurrectionem tantum tenuerit tactum foeminarum, cum de duabus a monumento illius recedentibus dictum sit, quia accesserunt & tenuerunt pedes eius: sed illam a suo contactu prohibuit, cuius mentem rectam in fide no sensit. Sed quare a muliere se tangi noluerit, manifestatur cum subditur. *Nondum enim ascendi ad patrem meum.* Nunquid enim post ascensionem cum corporaliter tangere valebat? Non. In eius quippe mentem nondu ad Patrem ascenderat, quae cum mortuum inter mortuos requirebat, aequalem Patri eum non credebat. *Vade autem ad fratres meos, & dic eis.* *Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.* Magna dignatio redemptoris erga Apostolos declaratur. Qui enim serui no fuerant digni, fratres vocantur, iuxta illud quod in eius persona per Psal. dicitur: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te.* Nec ab hac dignitate nos alieni erimus, si mortuo sanctitate participes fuerimus, domino ipso dicente; Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse meus frater & soror & mater. Quam ergo maiorem remunerationem potest habere adoptatus seruus, quam ut appelletur frater illius, qui est vnicus filius? Et ideo qui digni non fuimus serui vocari, fratres appellamur. Sed cum diceret, ascendo ad patrem meum, & reliquar: quare communiter non dixit nostrum: Nimirum,

* ul. vii.

Math. 11.

quia aliter illi pater est, & aliter nobis. Quoniam quod ille habet per naturam, nos accepimus per adoptionis gratiam. Deus illius, quia descendit ad nos, & minoratus est paulo minus ab angelis humanitatem nostram assumens, Deus vero illorum, quia per illum ad Patrem ascendere meruerunt. *Veniit Maria Magdalena nuntians discipulis, quia vidit dominum, & haec dixit mihi.* Misericordissima Dei pietas in hoc loco erga sexum foemineum declarat. Quia enim per foeminam mors munda illata fuerat, ne semper in opprobrium sexus foemineus haberetur, per sexum foemineum voluit nunciare vitis gaudia resurrectionis, per quem nuntiata fuerat tristitia mortis. Ac si diceret hominibus, De cuius manu sumpsistis poculum mortis, ab eius ore audite gaudia resurrectionis. Postquam autem mulier audivit, vade, dic fratribus meis, &c. recte subintellum est, *Veniit Maria nuntians discipulis.* Quia, omnis qui recte intelligit, aliis nunciare debet, iuxta illud quod in Apocalypsi legitur, Qui audit, dicat veni.

AUTHORIS INCERTI
sub nomine Eusebij episcopi Emisseni superioris euang. expositio.

Recedunt discipuli statim mulier, & plorat. Adest Iesus merentium consolator, & pius mulieris lacrymas intuetur. Expectat quid mulier agat, neque in loco se manifestat. Inclinat se illa, nec semel vidisse sufficit. Nihil est satis amanti, prospicit in monumentum, & videt duos angelos, qui nihil melius quam duo testamenta significabant. Quibus nuntiam Christi natiuitatem, passionem, & resurrectionem, & quaeuincq; de eo sunt plenissime instruitur & docemur. Qui quoniam gaudium, & resurrectionem modo specialiter nunciare venerant, non immerito, sed dignè satis in albis apparent. Stat vnus duorum testamentorum, quae per angelos figurantur, ad caput dominici monumenti, & vnus ad pedes, quia nunc de diuinitate, nunc de humanitate nobis loquuntur. Per Christi enim caput, diuinitatem: & per pedes, eius humanitatem intelligimus. Hoc enim significauit Moyses: qui cum de agno illo Paschali & significatio loqueretur, ait, Et comedetis carnes agni nocte illa, cum azymis, & lactucis agrestibus, caput & pedes cum intestinis vorabitis. Sed audiamus quid fletu mulieri angeli dicant: *Mulier (inquit) quid ploras? Non est plorandum, sed plaudendum: hic dies laetitiae, non mortis: laeta venimus nunciare tibi.* Sed potius ad illum respice, què tanto amore videre desideras. *Dicit eis, Quia tulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum.* Magnus (inquit) dolor me flere compellit, magna tristitia coarctat viscera mea, quia tulerunt mihi dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. *Hoc cum dixisset, conuersa est retrorsum, vidit Iesum stantem: & nesciebat quia Iesus est.* *Dicit ei Iesus, Mulier quid ploras? quem quaeris?* Sciebat enim dominus, quid illa querebat, nec ignorando, sed consolando, eam interrogabat, & ideo interrogationem duplicauit, ut audita voce eum agnosceret. *Illa estimans, quia hortulanus esset dicit ei, Domine si tu sustulisti eum, dicit mihi ubi posuisti eum, & ego eum tollam.* Quasi de cognito loquitur: & quem ipsa diligebat, omnes scire cogitabat. *Dicit ei Iesus, Maria.* At illa ut se suo nomine vocari audiuit,

audiuit, mox eum cognouit, & a monumento (a quo pra nimio amore oculos auertere non poterat) ad illum conuersa, ait, *Rabboni.* Quid autem significet *Rabboni*, euangelista exposuit: quod dicitur magister. Statim autem ut eum cognouit, corruit ad pedes eius. Cui dominus, *Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum.* Ac si dicat, noli me manibus tangere, quem nondum fide tetigisti: crede quia surrexi, & quia inferno expoliato iam secundum animam caelos ascendi: nec me quaeras in monumento, qui vbique sum, & loco actari non possum. Nondum me credis ascendisse ad patrem, nondum me credis aequalem patri. Quid est enim ad patrem ascendere, nisi patri aequalem esse: non altius extenditur pater quam filius: vbique est pater, ibi est & filius. Non igitur eum tangat, neque ad eum accedere praesumat, quicumque talem & tantum eum esse non credit. Tenuit tamen illa pedes eius, sicut & aliae mulieres, de quibus alij euangelistae scribunt, *Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, ad Deum meum & Deum vestrum.* Notissima verba, & quae per seipsum saepe eis praedixerat, illis mandati: quatenus ea audientes, facilius crederent verum esse quod mulier nunciabat. *Veniit Maria Magdalena, annuncians discipulis, quia vidit dominum, & haec dixit mihi.*

THEOPHYLACTI EPI-
scopi Bulg. superioris Euang. expositio.

Maria autem stabat ad monumentum, &c. At Maria (muliebri enim genus affectionibus magis obnoxium, & ad lacrymas propensum) ante sepulchrum stat, & plorat. Quia enim non habebat Iesum, vel locum videns in quo fuerat positum desiderabile corpus, ex hoc solo consolationem inuenit: vnde & maiorem meretur visionem quam discipuli. Quae enim illi non viderunt, ea haec conpiciata est, duos angelos, inquam. Maxime consolationi ei erant angelorum conspectus, & fulgidas illorum habitus. Sedere autem vnus ad caput, & alterum ad pedes. manifestans, quod sciant, quid amplius et si rogentur posse docere. Porro dicendo, *Cur ploras?* magna compassione plenum est. Nam, ut ne turbetur mulier interrogatione hac, perturbationem mulieris reprimunt, mansuete, ac placide dicendo; *Quid ploras?* Illa autem magna affectione, & amore dicit, *Sustulerunt dominum, propterea quod ploro, nescio enim, quo translulerint eum, ut eo vadens inungam corpus, vel mediocrem ex eo consolationem inueniam.* Tu vero discere hic, Petrum practicum, & Iudaicum, Joannem autem contemplatiuum, & ad diuinorum cognitionem idoneum. Sepius igitur contemplatiuus cognitione, & ingenio prauenit, practicus autem detrimendum habet, atramentum feruore, ac studio illius vincit alacritatem. Et videt prior diuinum quoddam mysterium practicus. An non tale quidem contigit in disciplinis? Etenim, cum duo pueri sunt, vnus ingenio acutior, alter tardior, praecipue hic suo studio velocitate naturae alterius. Etenim in spiritualibus saepe practicus & sermone idiota, sensu quiddam sublimius percipit contemplatiuo. Sed & omnis anima, quae dominatur affectionibus, Maria dicitur. Purgata igitur per affectionu depositionem,

videt Iesum simul Deum, & hominem. Nam angelorum vnus, qui ad caput sedet, deitatis symbolum est: alter autem ad pedes, incarnationis verbi, quae est extrema. *Haec quum dixisset, conuersa est retrorsum, &c.* Quare conuersa est retrorsum Maria, quum loqueretur cum angelis? quid accidit ei, quod conuersa est retrorsum? Videtur igitur, dum illa colloqueretur cum angelis, Iesus stetit post eam, & illos territos, quia spectauerant dominum, & habitu, & forma, & aspectu, statim dixisse, quod viderint dominum: quumque hoc audiuisset, mulierem conuersam esse, retrorsum. Nam angelis quidem in habitu, quo terrebat, apparuit Mariae autem non item, sed in simplici, & communi. Ideo & illum putauit esse hortulanum, hortu videlicet illius, in quo sepulchrum erat: vnde & dicit, *Domine, si asportasti eum:* hoc est, si tu furatus es: & non dicit Iesum, sed eum, quasi ad eum, qui sciret, faciens sermonem. Si igitur tu portasti, & abstulisti, ac furatus es eum ex hoc loco, dic mihi, quod posuisti eum: & ego illum tollam, & transferam in locum suum, ubi magnifice se pelietur. Fortassis enim metuebat, ne forte Iudaei & in mortuum corpus desuarent: & propterea volebat in alium incognitum locum eum transferte. Plena enim affectionum erat mens mulieris, non valens sublimem quiddam cogitare: ideo & dominus, quia a se ipsa sublimem quiddam intelligere nequibat, sua voce se illi notum reddit. Quum enim solo nomine vocasset eam, dicens, *Maria:* sui notitiam illi concessit. Nam, sicut Iudaeis aliquando innotescibat, aliquando etiam praesens incognitus erat: ita etiam loquens quando voluit seipsum illis notum faciebat, sicut & nunc, quando voluit, cognoscibilem se fecit Mariae per vocem: qui etiam si loquutus dixisset, *Mulier, cur ploras?* non agnouisset eum mulier: non enim volebat Iesus. At quando voluit, tunc per vocem agnitus fuit. *Conuersa mulier, dicit ei.* Cur hoc illi loquuta est, ac dicit, *Dic mihi, quod posuisti eum?* & nunc euangelista dicit, quod conuersa. Videtur itaque, quod, postquam ipsa dixit, quo posuisti eum: conuersam esse, ad angelos, & interrogatam forsitan, quare exhaesefacti fuisset, deinde vocatam a Christo, percussam per vocem, & conuersam ad illum ab istis, & ita agnouisse, ac dixisse, *Rabboni:* & voluisse quidem accedere ad eum, & esse eum: sicut fuit prius, & fortassis ut desiderabilem vnguento perfundere. At ille, enexit eius mentem, ut melius quiddam de se sentiret, maiori que reuerentia se obseruaret, dicens, *Ne tetigeris me:* hoc est, non vltra se se habeat ut olim, neque similiter vobiscum conuersari volo. Nam, quamuis nec verbis hoc dixerit, sic tamen intelligitur. Ascendo enim ad patrem meum, & illuc festino: illac enim festinasti, & non iam tale habenti corpus, quale dum conuersaretur cum hominibus, maiori iam reuerentia operae precium fuerit attendere; & ut praestantiore quam communis tactus, & colloquium, & conuersatio fuerat. Vide autem, quantum sententiam, breuiter loquutus fuerit euangelista. Dixit enim, *ne tangas.* Deinde quasi interrogasset quispiam, *Quare, inquit, eo quod non iam tale mihi corpus est, quale, quum in terra versarer, sed quale in caelo, & sursum.* Et deinde quasi iterum subinferebat: *Quare igitur nunc in terra ambulas, si tale habes corpus? Nondum enim, inquit, ascendi ad patrem meum, ascensus autem*

tem sum. Hoc enim per sequentia manifestat, dicens, *Vade autem ad fratres meos, & dic eis; Ascende ad patrem meum, & patrem vestrum*: quamvis non statim ascendit, sed post quadraginta dies. Quomodo igitur hoc dicit? Mentem eius erigere volebat, & persuadere, quod in celos iret, & per hoc solacium caperet. Quia autem dixerat, *fratres* subdit, *Et patrem vestrum*. Pater enim, & nos Deus, sed gratia, domini autem pater natura. Sic Deus quoque modo diverso, nos enim natura, Christi autem iuxta humanitatem: Deus enim eius fuit secundum quod humanam assumpsit naturam. Abit igitur Maria, quum ei dominus ita loqui dignatus esset, & annunciat ea discipulis. Tantum bonum est perseverantia, & assiduitas. Assiduitas igitur & tu sis, & discas forsitan quiddam, & discipulorum verbi futurus es doctor.

EVTHYMII ZIGABONI superioris Euang. expositio.

Maria autem stabat, &c. Veneratne post Petrum & Ioannem, quum non potuisset simul cum eis currere, & nec revertentibus occurrit, ut quippiam firmius etiam ipsa disceret. Et videt duos angelos albos. Pallii videlicet: hi autem erant, qui etiam prius ei apparuerant, & iis, quae cum ea erant. Quomodo ergo hi non apparuerunt Petro & Ioanni? Quia futurus erat, ut illis tanquam prudentioribus ad fidem sufficerent ea, quae viderant. Sedentes tamen ad caput, &c. Sedebant quidem propter eam; splendidi vero alacriter propter gaudium.

Christi sepulchro adstant angeli ad credulitatem permanentes, utque surrexisse docerent, & non furto sublatum esse.

Mulier, quid ploras? Cum ipsa non auderet eos interrogare, illi ei loquuntur. Et nescio ubi posuerunt, &c. Putabat enim ab iis, qui sepeliverant eum fuisse transpositum. Quisquam haec dixisset, conuersa est retrorsum, &c. Et quomodo, priusquam vllum accepisset responsum ab iis, qui eam interrogauerant, repente conuersa est retrorsum? Quia, subito apparente Christo post eam, angeli, viso domino suo, statim surrexerunt, cum tremore more feruorum in eum intuentes. Conuersa est ergo, ut videret quis illis apparuisset. Et non sciebat, quod Iesus esset. Apparuit enim ei alla specie, & violori, ac communiori habitu, ne repente consterneretur. Illa existimans quod hortulanus esset, & ait ei, &c. A communi habitu, & quia in orto erat, arbitrata est hortulanum esse. Neque enim vocem eius agnouit, more insaeto prolata. Putabat autem, ut dictum est, transpositum eum esse in tutiorem alium locum, & ab hortulano asportatum. Die mihi, inquit, ubi posueris eum, & ego eum tollam, in alium repositura locum, ab insidiis tutiorem.

Quis geminabilem tantum, & corruptibilem creaturam, ac protus forem putat dominum, hic pro hortulano eum cognoscit. Idcirco etiam huius contactum fugit dominus, &c.

minus, quod apud illum nondum ascendit ad dignitatem, ac aequalitatem patris: siquidem eo indigni sunt, qui cum huiusmodi opinione ad eum accedunt.

Maria. Conuersa illa ait ei, &c. Nunc, composita voce, specie, & habitu, ut facilius cognosceretur, dedit ei horum notitiam, statimque illum agnouit, clamans praerleritia, *Magister*. Sed quomodo conuersa dicit, si iam cum eo loquebatur? Quia, quum id dixisset, quod loquebatur, conuersa est ad angelos, ut videret, an adessent: vel ut interrogaret, quid illos in stuporem adduxisset: statimque, Christo eam vocante, rursus ad ipsum conuersa est. *Noli me tangere*. Nam se ad tangendum pedes eius aptabat, sicut solebat. Prohibet autem, ne deinceps accedat ad eum modo, quo prius, quum iam diuinius facta sit caro eius. *Nondum enim ascendi ad patrem meum*. Hoc ad nullum alium dixit suum, ut ait Chrysostomus, nisi ut solu intelligeret, quod sublimior sit, magisque venerandus. Nam, qui nititur cum corpore ad Deum, ac patrem ascendere, manifestum est, quod corporis fragilitatem abiecerat. Atqui paulo ante ipsa, & altera Maria tenuerant pedes eius, sicut scripsit Mattheus: sed tunc quidem non prohibuit, permittens, ut fierent tactu certiores, non esse phantasma. Nunc autem non permittit, quia & visionis, & tactus oblita erat, nec crederetur. *Ascendo ad patrem meum, patremque vestrum, &c.* Atqui non statim ascensusus erat, sed post quadraginta dies, quomodo ergo dicit, *Ascendo*? Vtique ut amplius mentem eius in sublime erigeret: & adhuc confirmans se subliorem, ac diuiniorem esse, ac studens ut deinceps maiori cum veneratione animum ei intenderet, & auscultaret. Praeterea verbum *Ascendo*, significat Ascendere volo, quod tamen ad longius tempus extendi potest. Discipulis autem ad memoriam reuocat id, quod frequenter, priusquam traditus esset, illis dixerat. Fratres vero suos nominauit, tanquam & ipse homo, & cognatus eorum iuxta humanitatem. Alio tamen modo patrem dixit patrem suum, & alio discipulorum: suum quidem natura tanquam eiusdem substantiae: discipulorum vero, ratione creationis, ac prouidentiae tanquam creaturarum, & prouidentiae dignorum. Deum autem & suum, & discipulorum, ut potest hominum. Et quare non simpliciter dixit; Et Deum nostrum, sed etiam hic distinxit? Quia licet homo factus est, & frater eorum natura humanitatis: honore tamen plurimum ab eis differebat, & diuinitatis ratione, ac impeccabilitate. *Veni Maria Magdalena, renuncians discipulis, &c.* Et quod ea sibi dixisset, quae videlicet ei locutus fuerat. Et quia verisimile erat discipulos, quum haec audissent, aut non crederet mulieri, sicut nec prius: aut credentes, nempe, quum narret conformia iis, quae viderat Petrus & Ioannes) dolere quod ipsi huiusmodi aspectu digni habitum non fuissent: eodem die etiam illis apparet. Primo namque desiderium eorum exauit: deinde eis desiderabilis sese praebuit iam videre concupiscentibus.

FERIA

FERIA VI. POST PASCHA.

MATTH. 28.



In illo tempore: Vndecim discipuli abierunt in Galileam in montem, vbi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adorauerunt,

quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus loquutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quaecumque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.

a Credentes, se ante eum humiliauerunt. *b* Dubitatio eorum nostram auget fidem. *c* Vt qui ante regnabat in caelo, per fidem regnet in caelis. *d* Id est, primum catechizare: quia sine fide impossibile est placere Deo. *e* Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum caelorum. *f* In inuocatione nominis: In processione trinitatis. *g* Quia fides sine operibus mortua est. *h* Quae quidem non sunt pauca vel leuia. *i* Diuinitate. *k* Com finis laboribus mecum regnabit.

GLOSSA ORDINARIA in superioris Euang.



ABIERVNT, A Hierusalem, in Galileam: quia corpus de communi terra susceptum iam super omnia terrena erat eleuatum. Et monet nos, ut si eum videre volumus, ad superna de infimis eleuamur. Praecessit Christus primitiae dormientium, sequuntur alij in suo ordine, & videntes eum adorant, id est, sine fine laudant. *Quidam autem*. Dubitauerunt ut Lucas ait: existimantes se spiritum videre, quem moriendo tradidit. *Et ecce*. Et ideo pius magister & illos ad fidem confortat, & dubios ad fidem vocat, intimans ad quantum peruenit gloriam. *Data est*. Hoc no de coeterna patris diuinitate, sed de assumpta dicit humanitate, in qua minor angelis, in qua etiam gloria, & honore coronatus est, & omnibus superpositus. *Euntes*; quia iam in lucem venit, quod haecenus quibusdam de causis dubium hominibus fuerat. *Docete*. Congruus ordo. Primum enim docendus est auditor. Deinde fidei sacramentis imbuedus, tunc ad seruanda mandata instruendus. Quia nisi prius anima fidem recipiat, non est datus baptismus, nec valet mundari, si post non insitit bonis operibus. *Et ecce ego vobiscum sum*. Quae autem merces pie conuersationis, quodve pignus futurae beatitudinis etiam in praesenti sit fidelibus, subdit: *Ecce ego vobiscum sum, &c.* Quod apostolis, per successiones vniuersali ecclesiae promittit. Nota quod usque in finem saeculi non sunt destituri, qui diuina maiestate sunt digni.

CATENA AVREA in idem Euang.

Vndecim autem discipuli abierunt in Galileam, in montem vbi constituerat illis Iesus, &c. Beda in

ho. Postquam dominicam resurrectionem ab angelo nuntiatam beatus Mattheus asseruit, visionem domini etiam a discipulis impletam refert, dicens: *Vndecim autem discipuli abierunt in Galileam, in montem vbi constituerat illis Iesus*: nam pergens dominus ad passionem ait discipulis, postquam resurrexero, praecedam vos in Galileam. Angelus quoque mulieribus ait, *Dicite discipulis eius, quia praecedet vos in Galileam*. Quapropter iussioni magistrum, obedientia discipulorum obsequitur. Recte autem vndecim discipuli ad adorandum pergunt: iam enim vnus perierat, qui dominum, ac magistrum suum tradiderat. Hier. Post resurrectionem ergo Iesus in Galileam monte conspicitur, ibique adoratur: licet quidam dubitent, & dubitatio eorum nostram auget fidem. Sequitur. *Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt*. Remi. Hoc autem Lucas euangelista plenius manifestat. Refert enim quia cum dominus resurgens a mortuis ipse apparuisset discipulis, ipsi turbati & exterriti, existimabant se spiritum videre. Raba. In monte quidem apparuit eis dominus, significaret quoniam corpus, quod de communi generis humani terra nascendo susceperat, resurgendo iam super terrena omnia subleuaret: & ut admoneret fideles sic illic celsitudinem resurrectionis eius cupiunt videre, hic ab infimis voluntatibus ad superna studeant desideria transire. Iesus autem discipulos in Galileam praecedit, quia Christus resurrexit a mortuis primitiae dormientium. Sequuntur autem hi qui sunt Christi, & suo ordine ad vitam de morte transmigrant in sua specie diuinitatem contemplantes, & huic congruit quod Galilea reuelatio interpretatur. Aug. de co. euan. Sed considerandum est quomodo corporaliter in Galilea dominus videri potuerit: quia enim non ipso die quo resurrexit visus est, manifestum est. Nam in Hierusalem visus est eo die in initio noctis, ut Lucas & Ioannes apertissime consonant, neque etiam in sequentibus octo diebus, Bibl. Hom. rom. 2. P P P P P 2 post

post quos dicit Ioannes discipulis apparuisse dominum: vbi primo die vidit eum Thomas, qui non viderat die resurrectionis eius, nisi quis dicat non illos undecim qui iam tunc Apostoli vocabantur, sed discipulorum undecim illic fuisse ex multo numero discipulorum. Sed occurrit aliud quod obstat: Ioannes enim quando commemoravit non in monte ab undecim, sed ad mare Tyberiadis ad septem piscatibus visum esse dominum: Hoc iam terribiliter manifestavit se Iesus discipulis suis: quod intelligendum est ad numerum dierum retulisse: non ad numerum manifestationum. Si autem accepimus intra illos octo dies antequam Thomas eum vidisset ab undecim discipulis quibusque dominum visum, non erit ad mare Tyberiadis terribiliter manifestum esse, sed quartum. Ac per hoc cogimur intelligere post omnia factum esse, quod eum in monte Galilææ discipuli undecim viderunt. Inuenimus itaque apud quatuor euangelistas decies commemoratum dominum visum ab hominibus esse post resurrectionem. Semel ad monumentum à mulieribus, iterum eisdem egredientibus à monumento in itinere. Tertio Petro. Quarto duobus euntibus in castellum. Quinto pluribus in Hierusalem, vbi non erat Thomas. Sexto vbi vidit eum Thomas. Septimo ad amare Tyberiadis. Octavo in monte Galilææ secundum Marthæum. Nono quod dicit Marcus, nouissime recumbentibus, quia iam non erant in terra cum illo conuiuaturi. Decimo in ipso die non iam in terra sed cleuatum in nube, cum in cælum ascenderat, quod Marcus & Lucas commemorant: sed non omnia scripta sunt, sicut Ioannes fatetur: crebra enim erat eius cum illis cõuersatio per dies 40. priusquam ascendisset in cælum. Rem. Videntes ergo discipuli dominum cognouerunt, & idcirco demissis in terram vultibus adorabant: & ideo pius & clemens magister vt omnem dubietatem auferret à cordibus eorum accedens ad eos corroborauit in fide. vnde sequitur: *Et accedens Iesus locutus est eis dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Hier. Illi autem potestas data est qui paulo ante crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui postea resurrexit. Rab. Non enim hoc de coeterna patri diuinitate, sed de assumpta loquor humanitate secundum quam minoratus est paulo minus ab angelis. Seue. Filius quippe Dei virginis filio, Deus homini, diuinitas carni contulit, quod semper ipse cum patre possedit. Hier. In cælo autem & in terra potestas data est: vt qui ante regnabat in cælo, per fidem credentium regnet in terris. Remi. Quod ergo Psalmista de resurgente domino dicit: Constituisi eum super opera manuum tuarum, hoc nunc dominus dicit: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Et hic sciendum quia antequam dominus surrexisset à mortuis, nouerant angeli se subiectos homini Christo. Volens ergo Christus etiã hominibus notum fieri quod data esset sibi omnis potestas in cælo & terra, prædicatores misit, qui verbum vitæ cunctis nationibus prædicarent. Vnde sequitur, *Emtes ergo docete omnes gentes.* Beda in hom. Qui enim ante passionem suam dixerat, In viam gentium ne abieritis: surgens à mortuis dicit, *Ite docete omnes gentes.* Quapropter confundantur Iudæi qui dicunt Christum tantummodo ad suam salutem esse venturum. Et uescant & Donatistæ, qui localiter Christum concludere cupientes dixerunt tantummodo

in Aphrica esse, non in aliis regionibus. Hic. Primum ergo docent omnes gentes, deinde docetas intingant in aqua. non enim potest fieri vt corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fidei susceperit veritatem, *baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti:* vt quorum est vna diuinitas, sit vna largitio, nomenque trinitatis vnus Deus. Seue. Omnes ergo gentes potestas vna eademque recreat ad salutem, quas creauit ad vitam. Didy. in lib. de spiritu sancto. Licet autem quis possit existere mentis alienæ qui ita baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus præmittat, videlicet contrarius Christo legislatori, tamen sine perfectione baptizabit: imò penitus à peccatis liberare non poterit, quos à se existimauerit baptizatos. Ex his autem colligitur quam indiuisa sit substantia trinitatis, & patrem verè filij esse patrem, & filium verè patris filium, & spiritum sanctum verè patris & Dei filij esse spiritum, & insuper sapientiæ & veritatis, id est, filij Dei. Hæc est salus credentium, & dispensatio ecclesiasticæ disciplinæ in hac trinitate perficitur. Hila. Quid enim in hoc sacramento salutis humanæ non continetur? plena sunt omnia, vt à pleno & perfecto prolata. Habet enim naturæ suæ nomen in patre, sed pater tantum est. Non enim humano modo habet aliunde quod pater est. Ipse ingentus, æternus, habens in se semper, vt semper sit soli filio notus. Filius autem est progenies ingentis, vnus ex vno, verus à vero, viuus à viuo, perfectus à perfecto: virtutis virtus, sapientiæ sapientia, gloriæ gloria: imago indiuisibilis Dei forma patris ingentis. Spiritus autem sanctus non potest à confessione patris & filij separari: & quidem vbiq; non deest hoc expectationis nostræ solatium. Hic in bonorum operationibus futuræ spei pignus est, hic mentium lumen, hic splendor animorum est. Hæc igitur licet mutare non possint hæretici, afferunt tamen humana commenta: vt Sabellius patrem ex quo tendat in filium, idque nominibus potius contendunt putat esse quàm rebus, cum ipsis filiū proponat & patrem: vt Ebion omne initium ex Maria concedens, nõ ex Deo hominem, sed ex homine Deum proferat: vt Arriani, qui ex nihilo atque ex tẽpore formam & sapientiam, & virtutem Dei procedunt. Quid autem mirum est, vt de spiritu sancto diuersa sentiant, qui in filio largitore eius tam temerarij sunt authores? Hier. Consideratur autem hic ordo præcipuus: Iussit apostolos vt primum docerent vniuersas gentes, deinde fidei ringerent sacramento, & post fidem ac baptismum quæ essent obseruanda præciperent. vnde sequitur, *Docentes eos seruare omnia quæcumque mandauit vobis.* Rab. Quia sicut corpus sine spiritu mortuum est: ita & fides sine operibus mortua est. Chr. in ho. Quia verò eis magna iniunxerat, erigens eorum sensus dicit: *Et ecce ego vo. sum omnibus di. vsque ad cons. sec.* quasi dicat, ne dicatis difficile esse iniunctum negotium ego sum vobiscum qui omnia facio leuia. Non autem cum illis solum dixit se futurum esse, sed & cum omnibus qui post illos crediderunt: nõ enim vsq; ad consummationem seculi apostoli mansuri erant, sed sicut vni corpori fidelibus loquitur. Rab. Ex hoc autem intelligitur quod vsque ad finem seculi nõ sunt defuturi in mundo, qui diuina mansionem & in habitationem sunt digni. Chry. Rememoratur autem eis & consummationem, vt eos magis attrahat: & ne præsentia

BEDAË VENERABILIS presbyteri in idem Euang. Homil.

præsentia solū inspiciat, sed & futura bona & sine fine manentia. quasi dicat, Trinitaria quam sustinebitis simul cum præsentia vita cõsumetur & totum seculum in consummationem deueniet: bona autem quibus potiemini, sunt in æternum permanens. Beda in ho. Quæritur autem quare hic dicat: *Ecce ego vo. sum,* cum alibi dixisse legatur: *Vado ad eum qui me misit:* sed alia sunt quæ humanitati ascribuntur, & alia quæ diuinitati. Ibit ad patrem per humanitatem, manet autem cum discipulis in forma, qua est patri æqualis. Quod autem dicit, *vsque ad cons. sec.* finitum pro infinito ponitur: nam qui in præsentia seculo manet cum electis eos protegendo: ipse post finem cum eis manebit, eos remunerando. Hic. Qui ergo vsque ad consummationem seculi cum discipulis se esse promittit, & illos ostendit semper esse victuros, & se nunquam à credentibus recessurum. Leo. pa. in ser. de pal. Qui enim ascendit in cælos, non deserit adoptatos: & ipse deorsum confortat ad patientiam, qui sursum inuitat ad gloriam. Cuius gloriæ participes nos faciat ipse Christus rex gloriæ, qui est Deus benedictus in secula, Amen.

S. HIERONYMI PRES- byteri in idem Euang. expositio.

Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus. Post resurrectionem Iesus in monte Galilææ conspicitur, ibique adoratur: licet quidam dubitent, & dubitatio eorum nostram augeat fidem. Tunc manifestius ostenditur Thomæ, & latus lancea vulneratum, & manus fixas demonstrat clausi. *Accedens Iesus, loquutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Illi potestas data est, qui paulo ante crucifixus: qui sepultus in tumulo: qui mortuus iacuerat: qui postea resurrexit: in cælo autem & in terra potestas data est: vt qui ante regnabat in cælo, per fidem credentium regnet in terris. *Emtes autem docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti.* Primum docent omnes gentes, deinde docetas intingunt aqua. Non enim potest fieri vt corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fidei susceperit veritatem. Baptizatur autem in nomine patris & filij & spiritus sancti: vt quorum vna est diuinitas, vna sit largitio nomenque trinitatis, vnus Deus est. *Docentes eos seruare omnia quæcumque mandauit vobis.* Ordo præcipuus: Iussit apostolis vt primum docerent vniuersas gentes: deinde fidei intingerent sacramento: & post fidem ac baptismum quæ essent obseruanda præciperent. Ac ne putemus leuia esse quæ iussa sunt & pauca, addidit: *Omnia quæcumque mandauit vobis.* Vt quicumque crediderint, qui in trinitate fuerint baptizati, omnia faciant quæ præcepta sunt. *Et ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* Qui vsque ad consummationem seculi cum discipulis se futurum esse promittit, & illos ostendit semper esse victuros, & se nunquam à credentibus recessurum. Qui autem vsque ad consummationem mundi sui præsentiam pollicetur, non ignorat eam diem in qua se scit futurum cum apostolis

Evangelica lectio, fratres charissimi, quam modo audiimus, & iuxta literam gaudio plena refulget, quia triumphum redemptoris nostri, simul & redemptionis nostræ dona plano sermone describit. Et si hanc enucleatius pertractare velimus, gratiorem in littera fructum spiritualis sensus inditum esse cõperimus. Sermo etenim Dei aromatum more, quo subtilius quasi terendo & cernendo discutitur, eo maiorem internæ suæ virtutis fragrantiam reddit. Planè nanque est, dulces audiendum piis, quod discipuli abierunt in Galilæam in montem vbi constituerat illis Iesus: Et videntes eum adorauerunt. Sed non vocat à mysterio quod dominus in Galilæa post resurrectionem, vel quod in monte discipulis apparuit. In monte etenim apparuit, vt significaret quia corpus quod de communi humani generis terra nascendo suscepit, resurgendo iam super terrena omnia subleuatum cælesti virtute induerit. In monte apparuit, vt admoneret fideles, si illic celsitudinem resurrectionis eius cupiant videre, hic ab infimis cupiditatibus ad superna studeant desideria trãfire. Nomen vero Galilææ quid mysterij salutatis contineat, crebra patrum expositione notissimum est. Sed non ab re est sapius verbo repetere, quod semper necesse est animo retinere. Galilæa quippe transmigratione facta, reuelatio dicitur. Vtraque autem interpretatio nominis ad vnum finem respicit. Siquidem supra legimus, dixisse angelum mulieribus: *Ite, dicite discipulis eius quia surrexit, & ecce præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis.* Et nunc euangelista narrante cognouimus, quia abierunt discipuli in Galilæam, & videntes eum adorauerunt. Quid est ergo quod dominus Iesus præcedit discipulos in Galilæam, vt videatur ab eis, sequuntur illi & videntes eum adorant, nisi quia surrexit Christus à mortuis, primitiæ dormientium? Sequuntur autem hi qui sunt Christi, & ipsi in suo ordine ad vitam de morte transmigrant: ibique eum videntes adorant, quia in specie suæ diuinitatis contemplantes sine fine collaudant. Cui visioni congruit illud, quod Galilæa etiam reuelatio interpretatur. Tunc etenim reuelata facie, sicut Apostolus testatur, gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, quicumque modo reuelamus ad eum viam nostram, cuiusque vestigia fide sequimur nõ ficta. *Et videntes, inquit, eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt.* Si quærimus vnde dubitauerint qui videntes dominum adorauerunt, nulla magis causa occurrit, quàm ea cuius Lucas meminit, cum ipso resurrectionis suæ die discipulis eum apparuisse narraret, conturbati vero & contritissimi, existimabant se spiritum videre. Videntes ergo dominum cognoscunt, & quia hunc Deum esse didicerant, dimissis in terram vultibus adorant. Sed inerat mentibus eorum non contemnenda dubietas, quia se non corpus in quo passus est, resuscitatum, sed spiritum, quem finita passione tradidit, solum videre putabant. Vnde confessim magister pius & eos qui iam crediderunt, in fide confortat, & illos qui adhuc dubitauerunt, ad fidei gratiam conuocat: omnibus scilicet intmans, ad quantam gloriæ magnificentiam assum-

pta pro hominibus & morti data humanitas resurgendo pervenerit. *Data est mihi*, inquit, *omnis potestas in celo & in terra.* Non enim hoc de coæterna patri diuinitate, sed de assumpta loquitur humanitate, quam suscipiendo minoratus est paulo minus ab angelis, & in qua resurgendo à mortuis, gloria & honore coronatus est, & constitutus super opera manuum patris, omniâque subiecta sub pedibus eius. Intérque omnia etiam mors ipsa quæ ei ad tempus prævalere visa est, eius pedibus substrata est. Quod ergo Psalmista de domino resurgente à mortuis ait patri, omnia subiecisti sub pedibus eius, hoc est vti que quod resurgens ipse dominus, ait discipulis: *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Et quidem etiam priusquam à morte resurgeret, nouerant angelicæ in celo virtutes iure subditas homini, quem à suo conditore specialiter assumptum esse videbāt. Sed cæci in terra homines dedignabantur ei subijci, quem communi secum mortalitate cognouerant indutum. Contemnebant eius virtutem in miraculis intelligere diuinam, cui infirmitatem in passionibus inesse cernebant humanam. Propter quod benignus mediator ipse Dei & hominum, etiam hominibus in terra notum fieri volens, quia data sit ei omnis potestas in celo & in terra, quatenus & ipsi cum angelis in celo vitam possent habere perennem, misit doctores, qui cunctis per orbem nationibus verbū vitæ prædicarent. *Et tunc, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcumque mandauimus vobis.* Rectissimus autem ordo prædicandi & modernis quoque prædicatoribus ecclesiæ diligentissime sectandus, vt primo quidem doceatur auditor, deinde fidei sacramentis imbuatur, deinde seruandis Domini mandatis ex tempore liberius instruat. Quia neque indoctus quisque & ignarus Christianæ fidei, potest eiusdem fidei sacramentis abluī, neque lauacro baptismi à peccatis emundari sufficit, si non post baptismum studeat quisque bonis operibus insistere. Prius ergo docere gentes, id est, scientia veritatis instruere, ac sic baptizare præcipit, quia & sine fide impossibile est placere Deo, & nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Ad extremum vero subiungit: *Docentes eos seruare omnia quæcumque mandauimus vobis.* Quia sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Quanta autē merces piæ conuersionis, quale pignus futuræ beatitudinis etiam in præsentī fideiibus maneat, subsequenter insinuat, dicens: *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Libet autem conferre huic testimonio, quod Marcus ait: Et dominus quidem postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. Quia enim ipse Deus & homo est, assumptus est in cælum humanitate quam de terra suscepit: manet cum sanctis in terra diuinitate, qua terram pariter implet & cælum, manet autem omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Ex quo intelligitur, quod vsque ad finem seculi non sunt defuturi in mundo, qui diuina mansionē & in habitatione sint digni. Nec dubitandum eos post huius seculi certamina manere cum Christo in regno, qui in seculo certantes Christum in sui cordis hospitio meruerūt habere manforem. No-

tandum interea, quod præsens vbique diuina maiestas aliter electis suis, aliter adest reprobis. Ad est enim reprobis potētia naturæ incomprehensibilis, qua omnia cognoscit nouissima & antiqua, intelligit cogitationes à longe, & omnes vias singulorum præuidet. Ad est electis gratia piæ protectionis, qua illos specialiter per præsentia dona vel flagella quasi filios patris erudit, atque ad possessionem futuræ hereditatis erudiendo prouehit. Ad est electis, vt scriptum est: *Iuxta est dominus his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit.* Ad est reprobis vt præmissum est: *Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Vnde necesse est, vt semper in operibus nequam pauca mali, quorum etiam cogitationes singulæ conspectui districti iudicis patent, semper in operatione iustitiæ & in his quæ propter iusticiam patiuntur gaudeant boni, quibus Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum, & in quacunque tribulatione positus nunquam eius pietas abest, cui canitur in psalmo: *Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor.* Contere brachium peccatoris & maligni. Quam pietatis suæ præsentiam non tantum nobis verbo promisit, sed & euentibus designauit indicis, cum post resurrectionem suam discipulis sæpius vsque ad diem quo cælum petiit, apparuit, eorumque animos admonendo, increpando, spiritus sancti donum tribuendo roborauit. E quibus quidem apparitionibus decem solummodo in euangelistarum scriptis inuenimus, sed plures fuisse docet Apostolus, dicens: *Et resurrexit tertia die secundum scripturas, & visus est Cephæ, & post hæc vndecim.* Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul, deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus: nouissime autem omnium tæquam abortiuo, visus est & mihi. Quibus enim locis vel temporibus factæ sint visiones, quas commemorat, ignoramus, tætum scimus quia quoddam sibi nouissime visum esse dominum confirmat post ascensionem eius factum est, vel quando illum de cælo alloquens de persecutore doctorem ecclesiæ fecit, vel quando in paradisum & tertium cælum raptus audiuit arcana verba, quæ non licebat homini loqui. Et sicut alibi dicit: *Mysterium euangelij, quod ab homine non accepit, per reuelationem Iesu Christi didicit.* Decies vero visum vt diximus post resurrectionem dominum, euangeliorum nobis & actuum apostolorum prodit historia, vbi ipso resurrectionis suæ die quinquies apparuisse legitur. Primo quidē Mariæ Magdalene stetit ad monumentum: De inde eidē Mariæ, & alteri eiusdē nominis femine regredientibus à monumento nunciare discipulis, quæ ibi peroperant occurrerunt apparuit: Tertio Simoni Petro: Quarto Cleophæ & socio eius, cum quibus ipse gradens in Emaus ibidem in panis fractione cognitus est. Qui mox reuersi Hierosolymam, inuenerunt discipulos loquentes: *Quia surrexit dominus vere, & apparuit Simoni.* Nam plenius alibi quando Simoni apparuerit, non legitur. Quinto apparuit eis in eodem loco ianuis clausis, vbi non erat Thomas. Sexto post dies octo quando erat cum eis & Thomas. Septimo piscantibus ad mare Tyberiadis: Octauo in monte Galilææ, quod hodierna lectione audipimus. Nono recumbentibus illis vndecim apparuit, die quo ascendit in cælum. Decimo viderūt

Psal. 138. Psal. 33. Ibidem. Rom. 8. Psal. 9. 1. Cor. 11. Act. 9. 2. Cor. 12. Galat. 1. Marc. 16. Ioan. 20. Math. 28. Luc. 24. Ioan. 20. Ibidem. Ioan. 21. Marc. 16. Act. 1. Apocal. 8. Ioan. 20. Ibidem. Ioan. 21. Math. 28. Marc. 16. Act. 1. Marc. 16.

Psal. 8. Math. 28. Marc. 16. Fides sine operibus bonus non saluat. Hebr. 11. Ioan. 3. Marc. 16.

CHRISTIANI DRUTH-
mari eiusdem Euan. expositio.

eam ipsa die non jam in terra possum, sed eleuatum in aëra, cælisque petentem dicentibus sibi angelis: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Hac ergo frequentia corporalis suæ manifestationis ostēdere voluit dominus, vt diximus, in omni loco se bonorum desiderijs diuinitus esse præsentem. Apparuit namque ad monumentum lugentibus, adertit & nobis absentis eius recordatione salubriter contristatis. Occurrit reuertentibus à monumento, vt agnita resurrectionis gaudia prædicarent, adertit & nobis, dum bona quæ nouimus proximis fideliter adnunciare gaudemus. Apparuit in fractione panis huius, qui se peregrinum esse putates ad hospitium vocauerunt, adertit & nobis cum peregrinis & pauperibus, quæcūque possumus bona libenter impendimus. Adertit & nobis in fractione panis, cum sacramenta corporis eius, videlicet panis viui, casta ac simplicis conscientia sumimus. Apparuit in abdito de sua resurrectione loquentibus, adertit & nobis modo eius dono idem agentibus. Adertit nobis semper cum ab externis operibus ad tempus vacantes, de eius gratia locuturi conuenimus. Apparuit, cum foribus clausis intus Indæorum metu residentem. Apparuit cum minorato eodem metu apertis eum gressibus in montis vertice quærentem. Adertit quendam confortaturus suo spiritu ecclesiam, quom ab infidelibus premeretur, & ad publici venire ac dilatari prohiberetur. Adertit eidem & nunc cum inclinato ad fidem culmine regali terror quieuit persecutio- nis, & omnis mundi sublimitas apostolicis est subdita vestigijs. Apparuit piscantibus, eisque apprensus diuinitus adiuit beneficiis, adertit & nobis, cum necessaria vitæ temporalis recta intentione curamus, iustitias nostris laboribus subsidium suæ pietatis adiungit. Apparuit recumbentibus, adertit & nobis, cum iuxta Apostoli monita, siue māducamus, siue bibimus, siue aliud quid agamus, omnia in gloriâ Dei facimus. Apparuit primo in Iudæa, deinde in Galilæa, post hæc rursum in Iudæa, die quo ascendit in cælum. Aderat ecclesiæ, cum primo solius Iudææ terminis clauderetur, adertit modo, cum Iudæis ob culpam perfidie derelictis transmigravit ad gentes. Adertit in futuro, cum ante finem seculi reuertetur ad Iudæam, & sicut Apostolus ait, intrante gentium multitudine, sic omnis Israel saluus erit. Nouissime illis apparuit ascendens in cælum. Adertit & nobis, vt eum post mortem sequi mereamur ad cælos, si ante mortem eum in Bethaniam vnde ascendit, id est, in domum obedientiæ sequi curamus. Ipse etenim cælos ascensus, Bethaniā venit: quia sicut Apostolus ait: Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus illum exaltauit. Venimus ibidem & nos, si quod ille monet agimus, quod promisit intendimus. Esto, ait, fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Fitque ipse gratia largiente, vt qui nobiscum vsque ad vitæ huius terminum manet, post hanc nos vitam ad videnda seculum vitæ cælestis præmia subleuet, in qua viuunt & regnant cum patre Deus, in vnitare spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

Vndecim discipuli abierunt in Galilæam. Vndecim abierunt: quia duodecimus occisus est. Et de apostolis propter dignitatem solummodo euangelij ita dicit. Nam & alij discipuli, & femina abierunt in montem vbi constituerat eis Iesus. In montē id est Thabor: quem & ad secreta loquēda elegerat: & ad orandum. Constituerat autem ante resurrectionem, quando prædixerat de sua passione, & post resurrectionem per feminas. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Vnde dubitauerunt Lucas ostendit dicens, Existimantes se spiritum videre. Parabant enim quod solummodo spiritum eius viderint: quia corpus, quod viderant, subtilius alijs corporibus erat: quod iam immortale & impassibile erat. Existimabant se spiritum videre. *Quidam autem dubitauerunt.* Dubitatio eorum nostram auxit fidem dum manifestius latus ostensum est Thomæ & loca clauorum in manibus ac pedibus. *Et accedens Iesus, locutus est eis dicens.* Et accedendo propius & loquendo dubitationem auferit: quod & corpus, esset qui videretur, & qui loqueretur. *Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra.* Et data est potestas ei qui paulo ante crucifixus & mortuus erat: & qui resurrexerat. Nam secundum diuinitatem, semper habuit: quia hoc est ei habere, quod esset: qui ante minoratus paulo minus ab angelis fuerat, supra angelos eleuatus est. Per cælum & terram, vniuersa creatura intelligitur. Typice vt ante regnabat in celo, per fidem credentium regnet in terris. *Euntes ergo docete omnes gentes.* Ordo pulcherrimus: vt primò doceatur qui sit Deus pater, & filius, & spiritus sanctus: per quem fit remissio peccatorum: & quia nisi quis corde crediderit, & ore confessus fuerit, non habet remissionem peccatorum. Cum hæc homo intellexerit, tunc debet baptizari. Nam, si a tatem habuerit, & hæc non crederit: in vanum baptizatur, sicut pecus, aut metallum. Infantibus vero paruis pro eorum fide, qui pro eis respondet, fit remissio: sicut de paralytico dicitur. Videns Iesus fidem illum, qui offerebant, dixit paralytico. *Confide filij, dimitte tibi peccata tua.* *Baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti.* Sicut est æqualitas in trinitate, sic in vocatione & immersione æqualitas: cum vnoquoque nomine & merito celebrari debet. *Baptizantes* id est lauantes: quia sicut à foris, ita interiori mentem lauat. Et ideo cum tali elemento res agitur: vt quod videt fieri à foris, credat similiter intus fieri: quia peccata quasi quedam sordes animarum. *Docentes eos seruare omnia quæcumque mandauimus vobis.* Superius precepit docere de credulitate Dei: & de remissione peccatorum, quæ fit in baptismo his qui credunt, & confitentur, & credulitatem etiam habent: nunc precepit vt doceantur baptizari quid seruari debeât: vt vestem, quam acceperunt in baptismo, immaculatam perferant ante tribunal Christi: & quia baptismum vnum est, & non potest iterari. *Omnia, inquit, quæcumque mandauimus vobis.* Omnia subaudiuntur præcepta, quæ mandauimus, id est commendauimus custodienda vobis: vt qui in trinitate fuerint baptizati, omnia faciant quæ præcepta sunt. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.*

nondum autem omnes congregati erant, sed quidam piscabantur apud Tyberiadem, apparuit tunc piscatoribus solis, qui septem erant. Nunc igitur, quod dicit Matthæus, posterius factum est quam illa, quæ à Ioanne dicta sunt. Sæpe enim apparuit eis per dies quadraginta, accedens, & abscedens, non semper, & ubique eis præsens. Undecim igitur discipuli cum reliquis omnibus, qui sequebantur Christum, adorabant eum. Hi autem dubitarunt, hoc est, quidam dubitarunt. Probabile est, quod sic sit intelligendum. Undecim abierunt in Galilæam, & undecim adorauerunt illum. Hi autem, id est, aliqui, forte ex iis, qui ex septuaginta erant, de Christo dubitauerunt: postea autem & confirmati fuerunt. Nonnulli sic intelligunt, quod Matthæus protulit quosdam dubitasse, Ioannes vero vnus, nempe quod Thomas incredulus erat. Forte autem & omnes dubitarunt, id quod Lucas dicit. De his igitur sic intelligere, quod quum venissent in Galilæam, adorauerunt eum. Illi autem, qui adorauerunt in Galilæa, primum dubitarunt in Hierusalem, sicut Lucas dicit. Loquutus est illis Iesus; *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Hoc quidem hunc sensum habet. Habui quidem sicut Deus, & opifex potestatem omnium: quia omnia seruiunt tibi, dixit ad eum Dauid: sed voluntariam subiectionem non habui, quam nunc habiturus sum. Subiecta enim erunt mihi omnia: quandoquidem per crucem vici eum, qui potestatem habet mortis. Duplex enim est obediētia, & subiectio. Inuolūtaria scilicet, secundum quam omnes sumus serui Dei, etiam demones ipsi: & voluntaria, quomodo Paulus erat seruus Christi. Quum prius omnia obedientiam inuoluntariam exhiberent, & saluator omnium potestatem quasi dimidiatam haberet: post crucem, quum Dei cognitio innotesceret omnibus, habuit etiam voluntarie obediētes omnes, qui subiecti fuerunt. Merito igitur dicit Christus, Nunc accepi potestatem omnem. prius enim partiarie potestas mihi erat, eo quod præter voluntatem mihi veluti factori seruebant: nunc autem quum homines sponte, & scientes mihi seruiunt, omnis & integra potestas mihi data est. A quo autem data est illi? Omnino à semetipso habuit, & sua humilitate. Nisi enim humiliatus fuisset, & congressus cum aduersario per crucem, non saluasset nos. Et sic intellige; *Data est mihi omnis potestas*, propriis meis certaminibus, & laboribus seruaui homines, & facti sunt mihi in sortem, & peculiarē populum. Dominus enim super terram potestatem habet, eo quod omnis terra agnouit illum: in celo autem, eo quod merces, ac municipatus illorum, qui credunt, in celo est. Vel etiam aliter, Quia humana natura prius condemnata, nunc vnita Dei verbo personali, res in celo sedet, & ab angelis adoratur, merito dicit; *Data est mihi omnis potestas in celo.* Et enim humana natura prius seruebar, nunc in Christo imperat omnibus. Breuiter igitur sic intellige; *Data est mihi omnis potestas*, eo quod volentes, & uolentes me Deum agnoscunt, qui prius mihi seruebant inuoluntarie obediētia modo. Quod autem de humana natura dicitur, sic intellige; Ego, prius condemnata natura, existens autem Deus secundum vnionem ad filium Dei absque naturarum confusione, accepi potestatem super omnia, ita ut & ab angelis in celo adorer, & super terram ab omnibus finibus terræ glorificer. Cæ-

Ioan. 20. 21.

Psal. 118.

terum Apostolos non iam ad solos Iudeos mittit: sed, quia omnem potestatem accepit, omnemque humanam naturam sanctificauit in seipso: merito ad omnes gentes mittit, præcipiens baptizari in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Confundantur Arius, & Sabellius. Arius quidem, eo quod Christus non iussit in nominibus baptizari, sed in nomine. Nomen autem trium, vna deitas. Vnus igitur Deus, tres. Sabellius vero, eo quod trium personarum meminit, non vnus, sicut ille nugatur tria nomina habere eundem, & nunc vocari patrem, nunc filium, nunc spiritum sanctum: sed tres personæ vnus habent nomen, Dei scilicet. Deinde, quia non sufficit baptizari tantum, sed etiam bene operandum est post baptismum, dicit; Docentes eos tenere non vnus vel duo, sed omnia madata mea, horrescamus, & timeamus, fratres, quia, si vnus nobis defecerit, non erimus perfecti serui Christi. Omnia enim exiguntur ut seruentur. Vide autem domini sermonem, quomodo vtrunque Christianissimi caput complectatur: contemplatiuam, & practicam. Dicendo quidem quod oporteat baptizari in nomine trinitatis, contemplatiuam nobis tradidit: dicendo autem quod oporteat docere, & mandata tenere, practicam introduxit. Confirmat quoque, & animat illos, eo quod mittit ad gentes, & in mortem, ac pericula, dicens; *Ego enim vobiscum sum usque ad consummationem seculi.* Vide & hic quomodo memor fuerit consummationis, ut magis illos excitet ad contemnendum grauia. Ne grauatim feratis: finem enim habitura sunt omnia mundana, siue aspera sint, siue prospera: atque ideo ne succumbatis in aduersis, prætereunt enim: neque prosperis decipiamini: finem enim habitura sunt. Non solum autem hoc apostolis est pollicitus euenturum, sed simpliciter discipulis suis omnibus. Neque enim Apostoli usque ad finem mundi victuri erant; unde & nobis, & iis, qui post nos erunt, promisit hoc: non quod post consummationem mundi abfuturus sit, ab sit. Tunc enim magis nobis aderit, & clarius, & mundius. Nam, ubi donec, vel usque in scriptura inuenitur, non adimit quod posterius. Quocirca gratias agamus domino, qui & nunc nobiscum est, & omne bonum suppeditat, & iterum nobiscum erit perfectus post consummationem.

Nō fat baptizari, sed post bene operari oportet.

EVTHYMII ZIGABONI superioris Euang. expositio.

Undecim vero discipuli profecti sunt in Galilæam. Non statim abierunt in Galilæam: siquidem in ipso die resurrexit à mortuis, visus est eis, quum essent adhuc Hierosolymis. Et hoc sane Marcus, & Lucas ostendunt, manifestius tamen his scripsit Ioannes. Postquam enim ad discipulos reuersa esset Maria Magdalene, ait; Quum esset sero die illo, qui erat vnus sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati, propter metum Iudeorum, venit Iesus, stetitque in medio, & ait illis; Pax vobis. Quumque hoc dixisset, ostendit eis manus, ac latus suum. Gausi sunt ergo discipuli, viso domino, &c. Manifestum est itaque, quod postmodum abierunt in Galilæam. Non autem mentitus est Christus, quod stulte dixit apostata Iulianus, quasi promiserit se in Galilæa

læa videndum esse, & Hierosolymis se eis videndum præbuerit. Sed & hoc compleuit promissum: visus ab eis postmodum in Galilæa: donauit autem & alteram gratiam, prius eis apprensus Hierosolymis: ut & errorem eorum solueret, & mulierum verba confirmaret, aliorumque, qui eum viderant, postquam resurrexerat. Matthæus ergo præterit ea, quæ acciderunt, donec abirent discipuli in Galilæam: cæteri vero euangelista etiam illa conscripserunt. Marcus quidem breninis: Lucas autem latius: Ioannes vero adhuc fufius. In montem, in quo constituit eis Iesus. In quo constituit eis, hoc est, ubi per mulieres præcepit eis, ut proficiscerentur, sicut prædictum est: vel ubi promisit eis, quando dixit; Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Atqui in Galilæam quidem constituit illis, ut abirent: de monte vero nihil scriptum est. Verisimile est tamen & de hoc vel dixisse illis, vel nunc per mulieres significasse, quanquam scriptum non sit. Præterea familiaris etiam illis erat mons iste: ibi enim propter quietem maxime versabantur. Quumque vidissent illum, adorauerunt eum. Quum vidissent illum ibi: id enim subintelligendum est. Quam vero dubitauerunt. Quidam vero eorum dubitauerunt de ipso timentes errorem. Non autem quaerere oportet, quoniam hi fuerint. Nam silentio præteriti sunt, sed scire tantum oportet, quod & hi, quum accessissent ad ipsos Iesus, confirmati sunt. Et accedens Iesus loquutus est eis dicens, &c. *Data est mihi*, inquit, tanquam homini potestas, quam habebam tanquam Deus. *Euntes docete omnes gentes.* In data mihi potestate fiduciam habentes. Dicens autem, omnes Gentes, etiam Hebræorum genus significauit. Si quidem apud Marcum dixit eis manifestius; Euntes in mundum vnuerfum, prædicare euangelium omni creaturæ. Apud Lucam vero adhuc expressius ait; Prædicari nomine eius pœnitentiam, ac remissionem peccatorum in omnes Gentes, facto

ab Hierosolymis initio. Non enim meminit dominus malorum eorum qui resipiscunt. Si quidem, postquam à mortuis resurrexit, & discipulos alloquutus est, non solum mentionem non fecit de malis, quæ à Iudæis passus est, sed ne Petrus quidem exprobrauit negationem, aut fugam cæteris discipulis. *Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.* Hoc præceptum de baptismo est, ac dogmatibus. *Vnam nomen trium*, denotat vnã sanctæ trinitatis naturam. Nomen autem, puta, *Qui est vel Deus, vel aliud ineffabile: ideo etiam in nomine tantum dicitur, qui baptizant, nullo in specie addito.* *Docentes eos seruare omnia, quacumque præcepi vobis.* Hoc rursum præceptum de conuersatione est: Neque enim sufficiunt ad salutem baptismus, & dogmata, nisi etiã Deo digna conuersatio accedat. *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus.* Maiorem eis adiciens fiduciam, dixit; *Et ecce ego vobiscum sum, cooperans, impedimenta complanans, ac seruans, vos: usque ad consummationem seculi.* Hoc ostendit, quod non solum cum discipulis, qui tunc erant, sed cum iis etiam, qui illos erant sequuturi, futurus esset. Neque enim Apostoli usque ad seculi consummationem erant permansuri: sed medianibus iis, qui tangerant, etiam illis, qui postmodum futuri essent, hanc promissam gratiam, tanquam vni corpori cum omnibus loquens fidelibus. Non est autem statim assumptus in celum, sed post aliquantum temporis, sicut ex aliis euangelistis licet cognoscere. Et enim à resurrectione eius, usque ad assumptionem, per quadraginta dies permansit, apprensus discipulis, & cum eis conuersans; deinde ab vno monte, qui in Iudæa erat, & dicebatur mons Oliuatum, assumptus est, veluti narrat liber Apostolicarum actionum. *Hoc dixit, non quod post hoc non sit cum eis futurus, sed quod non eodem modo futurus, sed excelsum, ac Deo congruentiori modo quam nunc.*

Non suffi it fides, sed & necessaria opera bona.

SABBATHO IN ALBIS
IOAN. 20.

Nillo tempore: Vna sabbathi Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent ad monumentum: & vidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem diligebat Iesus: & dicit illis: Tulerunt dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum. Exit ergo Petrus & ille alius discipulus: & venerunt ad monumentum. Currebat autem duo simul: & ille alius discipulus præcurrebat citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non



a Quam Matthæus primam sabbathi dicit. b Cum iam tempus operandi redisset. c In requiritendis intelligentiam. d Alias, reuolutum. e Ex nimio ardore cucurrit nunciare discipulis, ut aut secum quaerent, aut secum dolerent. f In Græcis cōdicibus additur, meum, propensiore charitatis & famulatus affectu. g Quomodo autem venerunt, regressus narrat. Currebat duo, quum duo h Per deum, cum huius mundi Iudæi per legis litteram, Genesim per legem naturæ.

non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum: & vidit ^l lintheamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum lintheaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui venerat primus ad ^k monumentum, & vidit, & ^l credidit. Nondum enim sciebant scripturam: ^m quia oportuit eum a mortuis resurgere.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.



M A. & c. Sequitur: *Curre au.* Ioannes significat synagogam, quæ prior venit ad monumentum, sed non intrauit: quia prophetias de incarnatione & passione audiuit, sed & mortuum credere noluit. Petrus ecclesia, quæ cognouit carne mortuum, viuentem credidit Deum: post quem & in Iudæa in fine intrabit. *Separatim.* Quia sacramenta diuinitatis incomprehensibilia à nostræ infirmitatis cognitione remota sunt. In inuoluto, nec finis, nec initium aspicitur. Sic celsitudo diuinitatis nec cepit esse, nec desinit. *In vnum lo.* quia in scissura mentium Deus non est, sed in vnitae. Vel, sudarium capitis passio Christi, cuius sacramenta infidelibus sunt occulta, seorsum, quia longè à nostra: quia ille sponte & sine culpa passus, nos inuiti cum culpa. *Nondum est.* Scilicet vsque adeo, vt cum ab ipso domino aperte diceretur propter consuetudinem ab eo audiendi parabolas, non intelligerent.

CATENA AVREA in idem Euang.

C Hryf. Quia iam transferat sabbatum in quo impediatur à lege, non potuit Maria Magda. quiescere, sed venit profundo diluculo consolationem quandam à loco sepulture inuenire volens. vnde dicitur. *Vna autem sabbati Maria Magda.* & c. August. de con. euang. Venit quidam Maria Magda. sine dubio ceteris mulieribus quæ domino ministraverant plurimum dilectione feruentior, vt non immeritò Ioannes solam commemoraret, tacitis eis quæ cum illa fuerant sicut alij testantur. Aug. su. lo. Vna autem sabbati est, quem iam diem dominicum propter domini resurrectionem mos Christianus appellat, quem Matthæus prima sabbati nominavit. Beda. Dicitur ergo, *Vna sabbati*, hoc est altera sive prima die post sabbatum. Theo. Vel aliter, Hebdomadæ dies Iudæi sabbatum nominabant, vnam autem ex sabbati diebus primam: futuri autem seculi exemplar est hic dies, quoniam futuri seculi vna dies est nequaquam nocte interpolata. Deus enim ibi solus, qui nunquam occidit. In hac igitur die dominus resurrexit incorruptibilitatem corporis assumens, sicut nos in futuro seculo incorruptione induemur. Aug. de con. euang. Quod autem Marcus dicit: Valde mane oriente iam sole non repugnat ei quod hic dicitur. Cum adhuc tenebræ essent, die quippe surgente aliqua reli-

quæ tenebrarum, tantò magis extenuantur, quantò magis oritur lux. Nec sic accipiendum est quod ait Marcus: Valde mane orto iam sole, tantum sol ipse iam videretur super terram, sed potius sicut dicere solemus eis quibus volumus significare temperius aliquid faciendum, orto iam sole dicitur, id est, de proximo adueniente in has partes. Greg. in ho. Congruè autem dicitur, *Cum adhuc tenebræ essent.* Maria enim auctorè omnium quem carne viderat, mortuum quærebat in monumento, & quia hunc minimè inuenit, furatum credidit. Adhuc ergo erant tenebræ, cum venit ad monumentum. Sequitur. *Et vi. la. re. à monumento.* Aug. de con. euang. Iam ergo factum erat quod solus Matthæus commemorat de terræ motu & lapide reuoluto, ceterisq; custodibus. Chryf. Surrexit quidem dominus lapide & signaculis de sepulchro iniacentibus. quia verò oportebat & alios certificari aperitur monumentum post resurrectionem, & ita creditur quod factum est, hoc denique & Mariam mouit. videns enim lapidem sublatum non intrauit neque prospexit, sed ad discipulos ex multo amore cum velocitate cucurrit. Nondum autem de resurrectione nouerat aliquid manifestum, sed putabat translationè corporis esse factam. Glo. Et idèd cucurrit nunciare discipulis, vt aut secū quærent, aut secum dolerent. Et hoc est quod sequitur. *Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & c.* Aug. Ita se commemorare solet quòd eum diligebat Iesus, qui vtique omnes, sed ipsum præ cæteris & familiarius diligebat. Sequitur, *& dixit eis, Tulerunt dominum meum & nescio vbi posuerunt eum.* Grego. 3. moral. Hoc autem dicens totum pro parte insinuat, solum quippe corpus domini quæsitura venerat, & quasi totum dominum sublatum deplorat. August. Nonnulli autem codices Græci etiam habent. *Tulerunt dominum meum.* Quod videri dictum potest propensiori charitatis, vel famularus affectu. Sed hoc in pluribus codicibus, quos in promptu habemus non inuenimus. Discipulum autem quem diligebat Iesus, seipsum dicit. nam quippe ita commemorare solet, quòd eum diligebat Iesus qui vtique omnes, sed ipsum præ cæteris & familiarius diligebat. Chry. Euangelista verò nō priuauit mulierem hac laude, nec verecundū existimauit quòd ab ea prius addiscerent. Audientes ergo illi cum multo studio monumento insistant. Greg. Illi autem præ cæteris cucurrerunt, qui præ cæteris amauerunt, videlicet Petrus & Ioannes. vnde sequitur: *Exiit ergo Petrus, & c.* Theoph. Sed si quæras quomodo astantibus custodibus venerunt ad monumentum. Rurdis quæstio, quoniam postquãt dominus resurrexit & vna cum terra eum affuit angelus in sepulchro: recesserunt custodes annunciantes pharisæis.

pharisæis. August. Cum autem iam dixisset, *venerunt ad monumentum*, regressus est vt narraret quomodo venerunt. atque ait. *Cucurrerunt autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro & venit prior ad monumentum.* Vbi ostendit quòd ipse prior venerit, sed tanquam de alio cuncta narrat. Chry. Veniens autem considerat lintheamina posita. vnde sequitur. *Et cum se inclinasset vidit posita lintheamina*, Nihil tamen ipse plus perferatur, sed desistit. & hoc est quod subditur, *Non tamen introiuit.* Petrus verò vt feruidus introiens vniuersa inspexit diligenter & amplius vidit. vnde sequitur. *Venit ergo Simon Petrus & intro in mo. & vidit lint. po. & su. quod su. ca. eius non cum lint. po. sed se. inuolutum in vnum loc.* Quod erat resurrectionis signū. Neque enim siquidem eum transtulissent, corpus eius denudassent, neque si furati essent, huius rei fuissent solliciti, vt leuarent sudarium & inuoluerent, & ponerent in vnum locum seorsum à lintheaminibus, sed simpliciter vt se habebat suscepissent corpus. Ideo enim Ioannes præmiserat quoniam sepultus est cum myrrha, quæ conglutinat corpori lintheamina: vt non decipiatis ab his qui dicunt eum furtò sublatum esse. Non enim ita insensatus esset qui furaretur, vt circa rem superfluam tantum studium consumeret. Post Petrum autem & Ioannes introiuit, vnde sequitur, *Tunc ergo introiuit & ille discipulus, & c.* August. Nonnulli putant hoc Ioannem credidisse quòd Iesus resurrexerat, sed quod sequitur, hoc non indicat. vidit ergo mane monumentum & credi ait quod dixerat mulier. nam sequitur, *Nondum enim scie scripturam, & c.* Nō ergo eum credidit resurrexisse, quem nesciebat oportere resurgere. quando autem ab ipso domino audiebant quauis aperitissimè diceretur, consuetudine tamen audiendi ab illo parabolas non intelligebant: & aliquid aliud eum significare credebant. Grego. in ho. Hæc autem tam subtilis euangelistæ descriptio à mysteriis vacare credenda non est, per Ioannem iuniorem synagoga: per seniore verò Petrum ecclesia gentium designatur: quia etsi ad Dei cultum est prior synagoga quam ecclesia gentium, ad vsum tamen seculi prior est multitudo gentium quam synagoga. Cucurrerunt autem simul, quia ab ortu sui tempore vsque ad occasum pari & communi via: & si non pari & communi sensu gentilitas cum synagoga decucurrit, venit synagoga prius ad monumentum sed minimè intrauit, quia legis quidem mandata percepit, prophetias de incarnatione ac passione dominica audiuit, sed credere in mortuum noluit. *Venit autem Simon Petrus, & introiuit in monumentum.* Quia secuta posterior ecclesia gentium Christum Iesum & cognouit carne mortuum & viuentem credidit Deum. Sudarium autem capitis domini cū lintheaminibus non inuēitur, quia caput Christi Deus & diuinitatis incomprehensibilia sacramenta ab infirmitatis nostræ cognitione disuncta sunt, eiusque potentia creaturæ transcendit naturam. Non solum autem separatim, sed inuolutum inueniri dicitur, quia lintei quoque inuoluitur, nec initium nec finis aspicitur. Celsitudo autem diuinitatis nec cepit esse nec desinit. Bene autem additur in vno loco, quia in scissura mentium Deus nō est, & illi eius gratiam habere merentur: qui se abinuicem per sectarum scandala non diuidunt. Sed quia solet per sudarium laborantium sudor detergi:

potest & sudarij nomine intelligi labor Dei. Sudarij ergo quod super caput eius fuerat seorsum inuenitur, quia ipsa redemptoris nostri passio longè à nostra passione disuncta est, quoniam ipse sine culpa pertulit quod nos cum culpa toleramus. Ipse sponte morti succumbere voluit, ad quam nos venimus inuiti. Postquam autem intrauit Petrus ingressus est & Ioannes: quia in fine mundi ad redemptoris fidem etiam Iudæa colligetur. Theo. Vel aliter: Intellige Petrum actiuium & promptum: Ioannem verò contemplatiuium & docilem rerum diuinarum habuisse peritiã: plerumque autem præuenit contemplatiuus noticia & docilitate, sed actiuus instãtia feruoris & sedulitate præcedit illius acumen, & prius inspicit diuinum mysterium.

S. IO. CHRYSOSTOMI Episcopi Constantin. in superius Euang. Homil.

V Na autem sabbatorum, hoc est, die dominico, *Ex homi. 84. Cum autem tenebræ essent, Maria Magdalena venit in locum manè ad monumentum, & vidit lapidem reuolutum à monumento.* Surrexerat Iesus, & lapide, & signis impositis, sed cum hoc manifestari oporteret, post resurrectionem aperuit monumentum, & ita res credita est. Hoc Matiam mouit: maximè namque magistrum diligebat, postquam sabbatum præterit, cessare non potuit: sed, cum adhuc essent tenebræ, à loco sibi aliquam quærens consolationem, eo se contulit: & cum videret lapidem reuolutum, neque intrauit, neque introspexit, sed ad discipulos cucurrit ex nimio desiderio. Id enim curabat quam citissimè quid de corpore factum esset intelligere, hoc & cursus, & verba significarunt. *Tulerunt*, inquit, *dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.* Ecce quomodo nondum quicquam de resurrectione certum norat, sed esse ablatum suspicata est, & simpliciter omnia discipulis nunciat. Euangelista autem tãta laude mulierem non fraudauit, neque sibi dedecori arbitratus est, vt ab ea noctu profecta, primùm hæc intelligerent: hoc pacto semper eius veritas lucescit. Quum venisset Maria, & id significasset, audientes illi, ad sepulchrum properant, & vident lintheamina posita: quod erat resurrectionis signum. Neque enim, si qui corpus abstulissent, illa reliquissent: neque, si furati essent, sudarij inuoluerent, & ponere in vnum locum curassent, sed vt erat corpus, abstulissent: propterea prædixit Ioannes, quòd cum multa myrrha esset sepultus, quæ non minus quàm pix corpori lintheamina conglutinat. Vt, quum audieris sudaria in sepulchro relicta, furto abreptum nō arbitris: non enim fur adèd stultus fuisset, vt in superflua re tantum laborasset. Quam gratia sudaria dimisit? Quomodo id faciendo latere potuit? Etenim diutius in eo erat immoradum, & deprehendi potuisset. Cur lintheamina posita erant, & sudarium separatim inuolutum? vt intelligeres non perturbatè, & festinanter fecisse: ex hoc resurrectionem crediderunt: ideo postmodum apparuit eis Christus, quia ab aspectu in fide confirmatis. Considera hoc in loco Euangelistæ humilitatem, quomodo diligentem perscrutationem Petro attribuit: præcedens enim, visis lintheaminibus positis, nihil am-

plius perquirat, sed discedit. Ille autem feruore quodam ingressus, omnia quæ fuit diligenter, & amplius vidit: & tunc consolatus est videndo, linteamina posita, & sudarium separatim reuolutum, quod bene diligenter arguebat. Tu autem, quum audieris nudum dominum resurrexisse, cessa, quæso ab insana funeris imperia. Quid sibi hoc superfluum vult, & inutile dispendium, quod ipsis, qui faciunt, plurimum affert detrimendi, mortuis nullam utilitatem, vel damnum potius? Sumptuosa namque sepultura nonnunquam causa est, ut fures cadaver effodiant, & nudum, & insepultum proieciant: sed o inanem gloriam: quæ tam etiam in luctu vim, quantam amentiam ostendit? Multi igitur ne id accidat, tenuia scindunt linteamina, & multis implent aromatis, ut duplici ratione inutilia furibus reddantur, ita terræ mandat. Nonne hæc insanientium, nonne furentium sunt, ambitionem præ se ferre, & rursus tollere? Sanè, inquit, ut nulla furandi sit occasio, hæc omnia molimur. Quid ergo, si nemo furabitur? Nonne tineæ & vermes consumunt? Et si non hi, nonne tempus, & putredo? Sed esto neque fures, neque vermes, neque tempus, neque aliud quippiam timendum, sed corpus ad resurrectionem usque intactum permanens, & ea omnia noua præseruari: quid inde mortuis emolumenti, quam nudum corpus refurgit? Hæc enim hic remanent, nihil illi ex animi conferunt. Sed cur, inquit, id in Christo seruatum est? Merito sanè. Noli hæc humanis rebus comparare, nam & vnguentum effudit meretrix, & sanctos pedes vnxit. Quod si de hoc dicendum est. Hæc primum à non intelligentibus resurrectionis rationem facta sunt: inquit; Sicut mos erat Iudæis. Neque enim ex duodecim hæc fecerant, sed qui non multo Iesum honore profecuti sunt. Duodecim autem non sic, sed morti, cædibus, & periculis pro eo se exposuerunt, qui honor longè maior. Præterea, ut dixi, de hominibus nobis nunc sermo est: illa autem domino exhibitæ sunt: & ut intelligas nulli curæ hæc Christo esse: inquit enim; Esurientem me vidistis, & dedistis mihi manducare, sitientem, & dedistis mihi bibere: Nudum, & induistis me: non autem mortuum, & sepelivistis, Quod ego non, ut sepulturam tollam, dico, absit: sed luxuriam, & superfluam ambitionem. Affectus, inquit, & dolor, & mortui, misericordia hæc suadet: non est misericordia, sed inanis gloria: nam, si vis mortui misereri, aliam tibi viam ornandi funeris ostendam, & docebo his mortuū vestibus ornare, quæ simul cum eo resurgent, & conspicuum reddent: hæc vestes nec tineis corroduntur, neque tempore consumuntur, neque diripiuntur à furibus. Quænam hæc sunt? Eleemosyna vestis est, quæ resurgit. Eleemosyna tanquam signaculum cum eo. His vestibus fulgebunt, qui tunc audient: Esurientem me vidistis, & dedistis mihi manducare: hæc insignes faciunt, hæc conspicuos, hæc securos. Præsentia enim nihil aliud sunt quam tinearum, & vermium esca: non tamen sepulturam prohibeo, sed modus seruetur, ut regatur corpus, non nudum mandetur terræ. Nam, si uiuentibus præcipitur, ne quid habeant præter vestimentum, longè magis mortuis. Neque enim ita mortuus veste indiget, ut viuus: dum enim viuimus, & frigoris gratia, & caloris, & pudoris, & vestibus egemus: mortuis nulla horum impendet necessitas, ne nudum

Sup. 19.

Vides desum. Etos eleemosynis mortuū iuuari.

iaceat corpus, operiendum est. In primis autem terram optimam habemus operimentum, & ipsi corporum naturæ decentius: Quod si ubi necesse sit, multo minus ubi illa cessant. Sed qui viderint, ridebunt inquit. Quid tum? Quamuis rideatis, minimè curandum est stulti iudicium, sed potius multi te admirabuntur, & doctrinam nostram prosequentur. Non enim hæc digna risu sunt, sed illa, quæ nunc facimus, quum lugemus, quum plangimus, quum simul nos cum mortuo defodimus, hæc & risu, & supplicio dignam in his autem & modo sumptibus adhibendo, sapientia uti perquam laudabile est, & omnes nobis plaudent, & Christi virtutem admirabuntur, & dicent, Papæ quanta est crucifixi potentia? Peruasit morientibus, & iis, qui corrumpuntur, non esse mortem. Non enim ut in pereuntes afficiuntur, sed ut in meliorem locum migrantes. Peruasit corpus hoc mortale, & terrenum, vestem induere, serico, & auro distinctam longè pretiosiore, hoc est, immortalitatem: quam obrem non multum de sepultura curant, sed sepulturam optimam putant, vitam optimam. Hæc si ita nos philosophari viderint, dicent. Sin plangentes, effeminatos, circumstantes plorantibus mulieribus ridebunt, & maiorem in modum reprehendent, & impensam, amentiam appellabunt: etenim hæc accusari audimus, & merito sanè. Quam enim habebimus excusationem, cum corpus rabe, & vermibus mox consumendum ornatum, Christum esurientem, nudum, errantem, contemnimus? Cessemus, quæso, ab insana diligentia, sed eam morientium curam habeamus, quæ & nobis, & illis cõferat ad gloriã Dei. Largas pro his eleemosynas faciamus, mittamus eis pulcherrima viatica. Nam, si memoria clarorum virorū, qui mortui sunt, prodest viuentibus: Protegam, inquit, hanc ciuitatem propter me, & propter Dauid seruum meum: longè magis eleemosyna id faciet. Hæc mortuos suscitauit, quando circumsteterunt viduæ, ostendentes, quæ fecerat ipsis Dorcas. Quum ergo moriendum sit, quisque funus sibi paret, persuadere ut indigentibus aliquid relinquat. Nam, si reges hæredes scribentes, familiaribus partem relinquunt in puerorem cautionem: quum Christum cohæredem filiis tuis dimittis, intellige quantam tibi, & illis concilias beneuolentiam. Hæc sunt funera pulcherrima, hæc & remanentibus, & obeuntibus proficiunt. Si ita sepeliemur, in resurrectione clari apparebimus: quod, si curato corpore, animam neglexerimus, multa grauiâ perierimus, & multum ridebimus. Non enim parua est ignominia, nudum, & inopem virtutum hinc migrare: neque corpus insepultum proiectum aded ignominiosum videtur, ut anima tunc carens virtutibus: hanc vestiamus, vestibus semper duraturis. Quod si in hac vita negleximus, saltem in morte nobis cõsulamus, & ex rebus nostris nobis opem ferre per eleemosynam curemus: sic inuicem mutuo auxilio, futurorum fiduciam habere poterimus: gratiã, & benigntate Domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Memoria sanctorum defunctorum prodest viuentibus.

Act. 9.

S. AVGV

S. AVGVST. EPISCOPI S. CYRILLI EPISCOPI

Hiippon. in superius Euang. Homilia.

Alexand. superioris Euang. expositio.

Ex tractat. no. in Ioan.

Matth. 28.

Na autem sabbati Maria Magdalena venit mane cum adhuc tenebræ essent ad monumentum, & vidit lapidem sublatum à monumento. Vna sabbati est, quem iam diem dominicum propter domini resurrectionem mos Christianus appellat, quem Matthæus solus in Euangelistis primam sabbati nominavit. Currebat ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem diligebat Iesus, & dicit eis: Tulerunt dominum de monumento, & nescio vbi posuerunt eum. Nonnulli codices etiam Græci habent, tulerunt dominum meum, quod videri dictum potest propensione charitatis vel famulatus affectu, sed hoc in pluribus codicibus quos in promptu habuimus, non inuenimus. Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcurrebat citius Petro, & venit primus ad monumentum. Aduertenda hic & commendanda est recapitulatio, quomodo reditum est ad id, quod fuerat prætermisum, & tanquam si hoc sequeretur adiunctum est, Cum enim iam dixisset, venerunt ad monumentum, regressus est ut narraret quomodo venerunt, atque ait, Currebant autem duo simul, & c. Vbi ostendit quod præcurrens ad monumentum prior venerit alius ille discipulus, quem seipsum significat, sed tanquam de alio, more sanctæ scripturæ cuncta narrat. Et cum se inclinasset, inquit, vidit posita linteamina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Putamus ne nihil ista significant? Nequaquam hoc putauerim: sed ad alia festinamus, in quibus immorari quæstionis vel obscuritatis alicuius necessitate compellimur: nam ista quæ per se ipsa manifesta sunt, quid singula etiam significent, quærete sanctæ quidem delitæ sunt, sed ociosorum, quod non sumus nos. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum. Prior venit, & posterior intrauit. Neque hoc vti que vacat, sed mihi ad ista non vacat. Et vidit, inquit, & credidit. Hic nonnulli parum attendentes, putant hoc Ioannem credidisse, quod Iesus resurrexerit, sed quod sequitur, hoc non indicat. Quid sibi enim vult quod statim adiunxit. Nondum enim sciebat scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere. Non ergo eum credidit resurrexisse, quem nesciebat oportere resurgere. Quid ergo vidit, quid credidit? Vidit scilicet inane monumentum, & credidit quod dixerat mulier eum de monumento esse sublatum. Nondum enim sciebat scripturam, quia oporteret eum à mortuis resurgere: & ideo quando id ab ipso domino audiebant, quamuis apertissime diceretur consuetudine audiendi ab illo parabolas, non intelligebant, & aliquid aliud eum significare credebant. Sed ea quæ sequuntur, in sermonem alium differamus.

Na autem sabbati, & c. Non remansisset domi, nec à monumento abfuisset diligentissima illa mulier, nisi lege sabbati derenta fuisset. Quo die iam exacto, & altero die appropinquante, curriculo venit ad monumentum. Cumque lapidem, quo tegebatur, reuolutum inspiceret, suspicatur corpus domini translatum fuisse, Iudæoque id ex inuidia fecisse. Cuius rei atrocitate perculsa, ad charissimos domini discipulos cursu tendit, nec propter crucem, & passionem domini fidem amittit: sed etiam mortuum (ut solebat) dominum appellat: tales in ea pietas egit radices. Petrus autem, & Ioannes, qui hoc nobis euangelium conscripserunt (alium enim discipulum seipsum appellat) maximo cursu velocissime ad monumentum deueniunt, & oculis miraculum cernunt, sufficientes numero testes secundum legem. Nam, etsi Christum non viderint: à collectione tamen linteaminum, & inuolutione sudarij separarim positi, surrexisse ipsum intellexerunt. Crediderunt igitur etiam ipsa mortis vincula iam ab eo esse disrumpita, quod scriptura olim prædixit. Veris itaque prædictionibus euentus rerum conuenire videntes, summo opere firmantur in fide. Aduertendum autem est, quia cum hic euangelista resurrectionis tempus significaret; vna, inquit, sabbati mane, cum adhuc tenebræ essent. Matthæus autem, vespere sabbati, quæ lucelcit in prima sabbati, scriptura reliquit, nec vlla inter eos est discrepantia. Idem enim tempus profundo vespere, & mane profundo significatur: cum utroque dicendi modo ad mediã noctem perueniatur. Nam alter ab exitu, alter ab initio noctis incipiens, ad profundam noctem perrexit: & sic alter ab altera extremitate noctis profectus, ad profundam, & mediam noctem deuenit.

Deuter. 19.

Matth. 28.

B. GREGORII PAPAE in idem Euang. Homil.

Præctus longa molestia stomachus, diu me charitati vestræ de lectionis Euangelicæ expositione loqui prohibuit. Vox nanque ipsa à clamoris virtute succumbit, & quia à multis audiri non valeo, loqui (fateor) inter multos erubescio. Sed hanc in me verecundiam & ipse reprehedo. Quid enim? Nunquid si multis prodesse nequeo, nec paucis curabo? Et si ex messe portare manipulos multos non possum, nunquid nã debeo ad aream vacuus redire? Quamuis enim quantos debeo, ferre non valeo, certè vel paucos, certè vel duos, certè vel vnum feram. Habet nanque ipsa infirmitatis intentio mercedis suæ certitudinem: quia supernus arbiter noster etsi pondus considerat in retributione, tamen vires pensat in pondere. Lectio sancti Euangelij, quam modò, fratres, audistis, valdè in superficie historica est aperta, sed eius nobis sunt mysteria sub breuitate requirenda. Maria Magdalena cum adhuc tenebræ essent, venit ad monumentum. Iuxta historiam notatur hora, iuxta intellectum verò mysticum, requirentis signatur intelligentia. Maria enim authorem omnium, quem

Est hom. 20. in Euang.

Bibl. Hom. tom. 2. QQqq 2 carne

carne viderat mortuum, quærebat in monumento, & quia hunc minimè inuenit, furatum credit. Adhuc ergo erant tenebræ, cum venit ad monumentum. Cucurrit citius, discipulis nunciavit: sed illi præ cæteris cucurrerunt, qui præ cæteris amauerunt, videlicet Petrus, & Ioannes. Currebant autem duo simul, sed Ioannes præcucurrit citius Petro: venit prior ad monumentum & ingrediti non præsumpsit. Venit ergo posterior Petrus, & intravit. Quid, fratres, quid cursum iste significat? Nunquidnam hæc tam subtilis Euangelistæ descriptio à mysteriis vacare credenda est? Minimè. Neque enim se Ioannes præfisse, & non intrasse diceret, si in ipsa sui trepidatione mysterium desuisse credidisset. Quid ergo per Ioannem, nisi Synagoga: quid per Petrum, nisi Ecclesia designatur? Nec mirum esse videatur, quod per iuniorem Synagoga, per seniore[m] verò Ecclesia significari perhibetur: quia et si ad Dei cultum prior est Synagoga quam Ecclesia gentium, ad usum tamen seculi prior est multitudo gentium, quam Synagoga, Paulo attestante, qui ait: Quia non prius, quod spiritale est, sed quod animale. Per seniore[m] ergo Petrum significatur Ecclesia gentium, per iuniorem Ioannem Synagoga Iudeorum. Cucurrerunt ambo simul: quia ab ortu sui tempore vsque ad occasum pari, & communi via, et si non pari, & communi sensu, gentilitas cum synagoga cucurrit. Venit synagoga prior ad monumentum, sed minimè intravit: quia legis quidem mandata percepit, prophetias de incarnatione, ac passione dominica audiuit, sed credere in mortuum noluit. Vidit enim Ioannes posita linteamina, non tamen introiit: quia videlicet synagoga & scripturæ sacræ sacramenta cognouit, & tamen ad fidem dominicæ passionis credendo intrare distulit: quem diu longèque prophetauit, præsentem vidit, & recipere renuit: hominem esse despexit, Deum carne mortalem factum credere noluit. Quid ergo est, nisi quia & citius cucurrit, & tamen ante monumentum vacua stetit: Venit autem Simon Petrus sequens eum, & introiit in monumentum: quia secuta posterior Ecclesia gentium, mediatorem Dei, & hominum, hominem Iesum Christum, & cognouit carne mortuum, & viuèntem credidit Deum. Vidit linteamina posita, & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Quid esse credimus, fratres, quod sudarium capitis Domini cum linteaminibus non inuenitur in monumento, nisi quia, Paulo attestante, caput Christi Deus; & diuinitatis incomprehensibilia sacramenta ab infirmitatis nostræ cognitione disiuncta sunt, eiusque potentia creaturæ transcendit naturam? Et notandum, quod non solum separatim, sed & inuolutum inueniri dicitur in vnum locum. Linteum quippe, quod inuoluitur, eius nec initium, nec finis adspicitur. Rectè ergo sudarium capitis inuolutum inuentum est, quia celsitudo diuinitatis nec coepit esse, nec desinit: nec per initium nascitur, nec termino coangustatur. Benè autem additur, *In vnum locum*: quia in scissura mensium Deus nō est. Deus quippe in vnitatē est: & illi habere eius gratiam merentur, qui se abinuicem per scelerum scandala non diuidunt. Sed quia solet per sudarium, laborantium sudor detergi, potest etiam sudarij nomine exprimi labor Dei: qui in se quidem quietus

1. Cor. 15.

1. Cor. 11.

Labor Dei.

semper atque incommutabilis permanet, sed tamen laborare se denuntiat, cum duras hominum prauitates portat. Vnde per prophetam dicit: Laboraui sustinens. Deus autem apparuit in carne, laboraui ex nostra infirmitate. Quem laborem passionis eius dum increduli viderunt, eum venerari noluerunt. Quem enim videbant carne mortalem, dedignati sunt credere immortalem esse diuinitate. Vnde etiam Hieremias ait: Reddes eis vicem, Domine, iuxta opera manuum suarum: dabis eis scutum cordis, laborem tuum. Ne enim prædicationis spicula eorum, corda penetrarent, dum passionis eius laborem dedignati sunt, quasi eundem laborem illius pro scuto tenuerunt, vt eò ad se transire eius verba non permitterent, quod eum laborare vsque ad mortem viderent. Quid autē nos, nisi capitis nostri, id est, Domini membra sumus? Per linteamina itaque corporis, laborum ligamenta signantur, quæ nunc electos omnes, id est, eius membra constringunt. Sudarium ergo, quod super caput eius fuerat, seorsum inuenitur: quia ipsa redemptoris nostri passio, longè à nostra passione disiuncta est: quoniam ipse sine culpa pertulit, quod nos cum culpa toleramus. Ipse spontè morti succumbere voluit, ad quam nos venimus inuiti. Sequitur: *Tunc ergo introiit & ille discipulus, qui venerat prior ad monumentum*. Postquam intravit Petrus, ingressus est & Ioannes. Posterior intravit, qui prior venerat. Notum est, fratres, quod in fine mundi ad redemptoris fidem etiam Iudæa colligetur, Paulo attestante, qui ait: Donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. *Et vidit, & credidit. Quid, fratres, quid æstimandus est credidisse? Nūquid quia Dominus surrexerat, quem quærebat? Non utique quia adhuc tenebræ erant ad monumentum: & subiuncta quoque verba contradicunt, cum dicitur: *Nondum enim sciebant scripturas: quia oporteret eum à mortuis resurgere*. Quid ergo vidit, & quid credidit? Vidit linteamina posita, & credidit, quod mulier dixerat, de monumento Dominum fuisse sublatum. Quia in re diuine dispensationis magnitudo pensanda est, quod discipulorum corda & accenduntur, vt quærant, & differuntur, ne inueniant: quatenus infirmitas animi ipso suo mœrore cruciata, purgatio ad inueniendum fiat: & tanto validius teneat cum inuenierit, quanto tardius inuenit quod quærebat. Hæc sub breuitate, fratres charissimi, de Euangelica lectione transcurramus: nunc restat, vt de ipsa tantæ solennitatis nobilitate aliquid loquamur. Hanc enim rectè nobilitatem solennitatis dicam, quia solennitates cæteras antecedit. Sicut enim in sacro eloquio sancta sanctorum, vel Cantica canticorum pro sui magnitudine dicuntur: ita hæc festiuitas rectè dici potest solennitas solennitatum. Ex hac quippe solennitate exemplum nobis resurrectionis datum est, spes cælestis patriæ aperta, & facta superni regni iam præsumptibilis gloria. Per hanc electi, qui quamuis in tranquillitatis sinu, tamen apud inferni claustra tenebatur, ad paradisi amœna reducti sunt. Quod ante passionem dixit, in resurrectione sua Dominus impleuit: Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Omnia etenim traxit, qui de electis suis apud inferos nulli reliquit. Omnia abstulit, utique electa. Neque etenim infideles quosque, & pro suis criminibus æternis suppliciis deditos, ad veniam Dominus resurgen-*

Hier. 6.

Thren. 7.

Rom. 11.

Joan. 12.

Christus ad celum introiit, dicit, quos fide & actibus suos recognoscit.

1. Cor. 5.

Exod. 12.

resurgendo reparauit: sed illi os ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide, & actibus recognouit. Vnde rectè etiam per Osce dicit: Ero mors tua, & mors, ero mortuus tuus, inferne. Id nanque quod occidimus, agimus, vt penitus nō sit. Ex eo autem, quod mordemus, patrem abstrahimus, patrem relinquimus. Quia ergo in electis, suis funditis occidit mortem, mors mortis extitit: quia verò ex inferno partem abstulit, & partem reliquit, non occidit fundit us, sed mordit infernum. Ait ergo: Ero mors tua, & mors. Ac si aperte dicat: Quia in electis meis te funditis perimo, ero mors tua & mors. Ero mortuus tuus, inferne: quia sublati eis te ex parte transigo. Quæ est ista ergo solennitas, quæ inferni claustra destruxit, & ianus nobis regni cælestis aperuit? Inquiratur subtilius nomen eius: requiratur ætregius prædicator, videamus quid de eius æstimatione anuntiet. Ait enim: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Si igitur pascha Christus, pensandum nobis est, quid de pascha lex loquitur, vt indagemus subtilius, an de Christo dicta videantur. Moyses quippe ait: Sument de sanguine agni, ac ponent super vtrumque postem, & in superliminibus domorum, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitis: nec remanebit ex eo quicquam vsque mane: si quid residuum fuerit, igni comburetis. Vbi & additur: Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis, calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus: & comedetis festinatè. Quæ videlicet cuncta magnam nobis ædificationem parit, si fuerint mystica interpretatione discussa. Quis nanque sit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super vtrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. In vtroque etenim poste agni sanguis est positus quando sacramentum passionis illius, cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intentam mente cogitatur. Nam qui sic redemptoris sui sanguinem accipit, vt imitatur passionem illius nec dum velit, in vno poste sanguinem posuit: qui etiã in superliminibus domorum ponendus est. Quid enim spiritualiter domos, nisi mentes nostras accipimus, in quibus per cogitationem inhabitamus? Cuius domus superliminare est ipsa intentio, quæ præminet actioni. Qui igitur intentionem cogitationis suæ ad imitationem passionis dominicæ dirigit, in superliminari domus agni sanguinem ponit. Vel rectè domus nostræ ipsa sunt corpora, in quibus quousque viuimus, habitamus. Er in superliminari domus agni sanguinem ponimus, quia crucem passionis illius in fronte portamus. De quo adhuc agno subditur: Et edent carnes nocte illa assas igni. In nocte quippe agnū comedimus, quia in sacramento modò dominicæ corpus accipimus, quando adhuc abinuicem nostras conscientias non videmus: quæ tamen carnes igni assandæ sunt, quia nimirum ignis dissoluit carnes, quas aqua coxerit: quas verò ignis sine aqua excoquit, roborat. Carnes itaque agni nostri ignis excoxit, quia eum ipsa vis passionis illius resurrectionem valentorem reddidit, atque ad incorruptionem roborauit. Qui enim

ex morte conualuit, videlicet carnes illius ab igne duruerunt. Vnde etiam per Psalmistam dicit, Exaruit velut testa virtus mea. Quid nanque est testa ante ignem, nisi molle lutum? Sed ei ex igne additur, vt solidetur. Virtus ergo humanitatis eius velut testa exaruit: quia ab igne passionis ad virtutē incorruptionis crenit. Sed sola redemptoris nostri percepta sacramenta, ad veram solennitatem mentis non sufficiunt, nisi eis quoque & bona opera iungantur. Quid enim prodest corpus, & sanguinem illius ore percipere, & ei perneris moribus contraire? Vnde benè adhuc ad comedendum subditur: Et azymos panes cum lactucis agrestibus. Panes quippe sine fermento comedit, qui recta opera sine corruptione vane gloriæ exercet, qui mandata misericordiæ sine admixtione peccati exhibet, ne peruersè diripiat, quod quasi rectè dispensat. Hoc quoque peccati fermentum bonæ suæ actioni miscuerant, quibus propheta voce per increpationem Dominus dicebat: Venite ad Bethel, & impiè agite: Atque post pauca; Et sacrificate de fermentato laudem. De fermentato nãque laudem immolat, qui Deo sacrificium de rapina parat. Lactucæ verò agrestes valdè amaræ sunt. Carnes ergo agni cum lactucis agrestibus sunt edendæ, vt cum corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus: quatenus ipsa amaritudo pœnitentiæ, abstergat à mentis stomacho peruersæ humorem vitæ. Vbi & subditur: Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua. Ecce iam nos ipsa verba historiæ ab intellectu historico repellunt. Nunquid, fratres charissimi, Israeliticus ille populus in Ægypto constitutus, comedere agnum crudum consueuerat, vt ei lex dicat: Non comedetis ex eo crudum quid? Vbi & additur: Nec coctum aqua. Sed quid aqua, nisi humanam scientiam designat, iuxta hoc quod per Salomonè sub hereticorum voce dicitur: Aque furtiue dulciores sunt: Quid crudæ agni carnes, nisi inconsideratâ, ac sine reuerentiâ cogitationis relictam illius humanitatem significant? Omne enim, quod subtiliter cogitamus, quasi mente coquimus. Sed agni caro nec cruda edenda est, nec aqua cocta: quia redemptor noster nec purus homo æstimandus est, neque per humanam sapientiam, qualiter Deus incarnari potuit, cogitandus. Omnis enim, qui redemptorem nostrum purum hominem credit, quid iste aliud, quam agni carnes crudas comedit, quas videlicet coquere per diuinitatis eius intelligētiā noluit? Omnis verò, qui incarnationis eius mysteria iuxta humanam sapiētiā discutere conatur, carnes agni aqua vel coquere, id est, dispensationis eius mysterium, per dissolutam vult scientiam penetrare. Qui ergo paschalis gaudij solennitatem celebrare desiderat, agnum nec aqua coquat, nec crudum comedat: vt neque per humanam sapientiam profunditatē incarnationis illius penetrare appetat, neque in eum tanquam in hominem purum credat: sed assas igni carnes comedat, vt dispensari omnia per sancti spiritus potentiam sciat. De quo adhuc rectè subiungitur: Caput cum pedibus & intestinis vorabitis: quia redemptor noster est & c. Deus videlicet ante secula, & homo in fine seculorū. Sicut iam prædiximus, fratres, Paulo attestante, didicimus, quia caput Christi Deus. Caput ergo agni vorare, est diuinitatem illius fide percipere. Pedes verò agni vorare, est vestigia humani. Bibl. Hom. tom. 2. QQQQ 3 mani

Psal. 21.

Bona opera necessaria ad salutem.

Amos 4.

Eucherius in scripturis christi separ.

Pro. 9.

1. Cor. 11.

manitatis eius amando & imitando perquirere. Quid verò sunt intestina, nisi verborum illius occulta, & mystica madata, quæ tunc voramus, cum verba vitæ cum auditate sumimus: In quo deuotionis verbo, quid aliud quam pigritiæ nostræ torpor reprehenditur, qui eius verba, atque mysteria & per nosmetipsos non requiritimus, & dicta ab aliis audimus inuicem? Nō remanebit ex eo quicquam vsque mane: quia eius dicta sunt magna sollicitudine discutienda: quatenus priusquam dies resurrectionis appareat, in hac præsentis vitæ nocte omnia illius mandata intelligendo & operando penetrēt. Sed quia valde est difficile, vt omne sacrum eloquium possit intelligi, & omne eius mysterium penetrari, rectè subiungitur; Si quid autem remaserit, igni comburetis. Quod ex agno remanet, igni comburimus, quando hoc, quod de mysterio incarnationis eius intelligere, & penetrare non possumus, potestati sancti spiritus humiliter referuamus: vt non superbè quis audeat vel contemnere, vel denunciare, quod non intelligit. Sed hoc igni tradit, cum spiritu sancto referuat. Quia igitur qualiter edendum sit pascha, cognouimus, nunc à qualibus edi debeat agnoscamus. Sequitur, Sic autē comedetis illum, & renes vestros accingetis. Quid in renibus, nisi delectatio carnis accipitur? Vnde & Psalmista postulat, dicens; Vre renes meos. Si enim voluptatem libidinis in renibus esse nesciret, eos vri minime petisset. Vnde quia potestas diaboli in humano genere maximè per luxuriā præualuit, de illo voce dominica discitur, Potestas eius in lumbis eius.

1ob. 40. Qui ergo pascha comedit, habere renes accinctos debet, vt qui solennitatem resurrectionis, atque incarnationis agit, corruptioni iam per vitia nulla subiacet, voluptates edomet, carnem à luxuria restringat. Neque enim cognouit, quæ sit solennitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corruptioni subiacet. Hæc quibusdam dura sunt, sed angusta porta est, quæ ducit ad vitam: & habemus iam multa exempla continentium. Vnde bene adhuc subditur; Calceamenta habebitis in pedibus. Quid etenim sunt pedes nostri, nisi opera? quid verò calceamenta, nisi pelles mortuorum animalium? Calceamenta autem pedes muniunt. Quæ verò sunt mortua animalia, ex quorum pelibus nostri muniuntur pedes, nisi antiqui patres, qui nos ad æternam patriam præcesserunt, quorum dū exempla cōspicimus, nostri operis pedes munimus? Calceamenta ergo in pedibus habere, est mortuorum vitam cōspicere, & nostra vestigia à peccati vulnere custodire, Tenentes baculos in manibus. Quid lex per baculos, nisi pastorale custodiam designat? Et notandum, quod prius præcipimur renes accingere, postmodum baculos tenere: quia illi debent curam pastorem suscipere, qui iam in suo corpore sciunt fluxa luxuriæ domare, vt dum aliis fortia prædicant, ipsi desiderijs mollibus eneruiter non succumbant. Bene autem subditur: Et comedetis festinantes. Notate charissimi fratres, notate quod dicitur: Festinantes. Mandata Dei, mysteria redemptoris, cælestis patriæ gaudia cum festinatione cognoscite, & præcepta vitæ cum festinatione implere curate. Quia enim adhuc hodiè licet bene agere scimus: vtrum cras liceat, ignoramus. Festinantes ergo pascha comedite, id est, ad solennitatem patriæ cælestis anhelate. Nemo in huius vitæ itinere torpeat, ne

in patria locum perdat. Nemo moras ad appetenda studia inneat, sed cepta perficiat, ne minimè liceat implere quod inchoat. Si ad amorem Dei pigri non sumus, adiuuat ipse quem amamus, Iesus Christus Dominus noster, qui viuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

BEDÆ VENERABILIS presbyteri in superioribus Euang. expositio.

Vna autem sabbati Maria Magdalena venit mane, & c. Vna sabbati est, quam iam diem dominicam propter domini resurrectionem mos Christianus appellat: quam Matthæus solus in euangelistis primam sabbati nominauit. Tulerunt dominum de monumento: & nescimus vbi posuerunt eum. Nonnulli codices etiam Græci habent; Tulerunt dominum meum, quod videri dictum potest propensiore charitatis, vel famularus affectu. Sed hoc in pluribus codicibus, quos in promptu habuimus, non inuenimus. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum, & c. Aduertenda hic & commendanda recapitulatio, quomodo reditum est ad id, quod fuerat prætermisum: & tamen quasi hoc sequeretur, adiunctum est. Cum enim iam dixisset, venerunt ad monumentum, regressus est vt narret quomodo venerint: atque ait; Currebant autem duo simul, & c. Vbi ostendit quod præcurrens ad monumentum prior venerit alius ille discipulus, quem seipsum significat, sed tanquam de alio cuncta narrat. Et cum se inclinasset, inquit, vidit posita lintheamina, & c. Putamus ne nihil ista significat? Nequaquam id putauerim: sed ad alia festinamus, in quibus immorari quæstionis, vel obscuritatis alicuius necessitate cōpellimur. Nam ista quæ per se ipsa manifesta sunt, quid singula etiam significant, quærere, sanctæ quidem deliciae sunt, sed ocioforum, quod non sumus nos. Tunc ergo introiit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum. Prior venit, posterior intrauit. Nec hoc vtiq; vacat: sed mihi ad ista non vacat. Et vidit, inquit, & credidit. Hic nonnulli parum attendentes putant hoc Ioannem credidisse, quod Iesus resurrexerit. Sed quod sequitur, non hoc indicat. Quid sibi enim vult quod statim adiunxit; Nondum enim sciebant scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere? Non ergo eum credidit resurrexisse, quem nesciebat oportere resurgere. Quid ergo vidit? quid credidit? Vidit scilicet inane monumentum, & credit quod dixerat mulier, eum de monumento esse sublatum. Nondum enim sciebant scripturam, quia oporteret eum à mortuis resurgere, & ideo quando id ab ipso domino audiebant, quamuis apertissime diceretur, consuetudine audiendi ab illo parabolas, non intelligebant, & aliquid aliud eum significare credebant. Sublatum esse dominum de monumento discipulis eius Petro, & Ioanni nunciauerat Maria Magdalena: quod illi venientes inuenerunt sola lintheamina quibus corpus fuerat inuolutum. Et quid aliud credere potuerunt, nisi quod illa dixerat, quod etiam ipsa crediderat.

HAY

HAYMONIS EPISCOPI Halberst. superioris Euang. expositio.

Vna sabbati Maria Magdalena venit mane, cum adhuc tenebræ essent ad monumentum, & c. Si quis huius mulieris præteritas actiones cum præsentilectione conferat, quantum misericors Deus erga conuersos peccatores sit cognoscat. Hæc est enim illa mulier, quæ (vt Lucas ait) cum esset in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Iesus accubuisset in domo Simonis leprosi, attulit alabastrum vnguenti & stans retro secus pedes domini lachrymis cepit rigare pedes eius, & capillis suis tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vnguebat. Hæc est de qua Marcus scribit: Surgens autem Iesus mane prima sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalene, de qua eieccrat septem demonia. Sed quia iuxta saluatoris vocem dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum, in ipso dilectionis feruore vsque ad passionem domini peruenit, nec à mortuo potuit separari, quem viuenter summo dilexerat amore. Denique (vt euangelistæ referunt) mox vt dum in monumento positum vidit, emit aromata, & mane prima sabbati ante lucem (vt præfens euangelij lectio narrat) ad sepulchrum Domini venit. Et cum secus femineus timidus esse soleat ad ambulandum in tenebris, nihil ista metuit, quæ toto corde Dominum dilexit. Erat enim in illa perfecta charitas quæ foras mittit timorē. Sed quæratur, quare Ioannes dicat Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, Marcus vero dicat eam venisse valde mane, orto iam sole? Ad quod simpliciter respondere possumus, quia potuit fieri vt primum sola ante lucem ad monumentum venerit propter amoris magnitudinem, & postea orto sole cum duabus eiusdem nominis sceminis iterum ad monumentum redierit, Non enim semel in die, sed frequenter ad Domini monumentum sanctæ mulieris venisse putanda sunt. Siue certe quod Ioannes dicit venisse eam cum adhuc tenebræ essent ad monumentum, & Marcus orto iam sole, vnus partes orientis, alter occidentis describit. Quotidie enim oculis cernimus, quia cum sol cœcaus terrarum partes relinquens primo crepusculo terris lucem reddere incipit, ita fit lux in oriente, vt tenebræ non desint in occidente. Et quod ait Ioannes, cum adhuc tenebræ essent, partes occidentis attendit, quod vero Marcus dicit, orto iam sole, partes orientis considerauit. Spiritualiter vero tenebræ in corde mulieris erant, cum ad Domini venit monumentum, quia resurrectionis eius ignara, viuētem inter mortuos requirebat. Tūc autem in eius mente sol ortus est, quando eum non solum resurrexisse vidit, sed etiam credidit. Et vidit lapidem sublatum à monumento. Qualiter vel quando reuolutio huius lapidis facta sit, Matthæus manifestus describit dicens: Angelus quippe domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Vbi non putandum est, quod Dominum in resurrectione angelus viderit, sed ad hoc lapidem reuoluit, vt eius resurrectionem factam hominibus demonstraret. Sed mulier postquam lapidem à monumento sublatum vidit, quia Dominum nondum resurrexisse credebatur furatum

credidit, atque festina quod vidit discipulis nuntiavit. Hæc est veraciter quæ in Canticis canticorum voce ecclesiæ dicitur. In lectulo meo per noctem quæsiui, quem diligit anima mea, quæsiui illum & non inueni, surgam & circumibo ciuitatem, quærēs quem diligit anima mea. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea vidistis? Et factū est dū pertransissem illos, inueni quem diligit anima mea, tenui illum nec dimittā donec introducā in domū patris mei, & in cubiculum genitricis meæ. Vnde & subditur. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum, & c. Quod cum audissent, illi præ cæteris cucurrunt, qui præ cæteris amauerūt: Petrus scilicet & Ioannes, cuius est hoc euageliū. Vnde & bene dicitur. Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus, & c. Cursus autē iste discipulorum à mysterio vacuus nō est putandus. Non enim se Ioannes priorem venisse & non intrasse dixisset, si in ipsa sua trepidatione mysterium deesse sensisset. Per duos ergo discipulos spiritualiter duo ordines præfigurantur, populi Iudæorum scilicet & Gentium. Per Petrum autem seniore, significatur gentilis populus, per iuniorem vero Ioannem synagoga Iudæorum. Prior ergo Ioannes cucurrit, sed in monumentum non intrauit, quia in cognitione Dei & noticia legis prior synagoga fuit, sed ad fidem intrare renuit. Venit autem Simon Petrus sequens eum, & intrauit quia gentilis populus post Domini incarnationem conuersus, tardius quidem venit, sed prius ad fidem intrauit, iuxta illud quod ait in euangelio dominus: Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Et vidit lintheamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, & c. Quid per lintheamina, nisi bonæ actiones significantur? Lintheum nanque quod cum labore textitur, sed cum decore induitur, bonorum actiones significat, quæ cum studio pij laboris perficiuntur, sed cum decore animæ induuntur, de quibus ecclesiæ voce per prophetam dicitur: Viuo ego dicit dominus quia omnibus his velut ornamento vestieris: Per sudarium vero, cum quo sudor laborantium tergi solet, vnde & nomē accepit, labor dominicæ passionis exprimitur. Vnde & ipse per prophetam; Laboraui clamans rauca factæ sunt fauces meæ. Aliter: Per sudarium quod super caput eius positum fuerat eius diuinitas intelligi potest. Caput nanque Christi (ait Apostolus) Deus est. Quod separatim inuenitur, quia creator omnem creaturam excellit. Non ergo cum lintheaminibus, sed separatim in vnum locum sudarium capitis Domini inuenitur, quia Domini passio longè à nostra passione dissimilis fuit. Quoniam quod nos cum peccato vix portamus ille sine peccato pertulit, & nos quidem pro nobis ipsis tribulationes patimur, ille autem pro nobis, & non pro se passus est: Bene autem inuolutum inueniri dicitur; Lintheum enim quod inuolutum inueniri dicitur, nec finis videtur. Et quia hic, qui passus est in humanitate, nec initium, nec finem haberet in diuinitate, rectè sudarium capitis eius inuolutum inuenitur. Rectè etiam in vno loco inueniri dicitur, quia in scissura mentium Dominus non est, sed in illorum cordibus habitat, qui puro corde vnitatem retinēt. Vnus enim dominus, vnitatem diligit. Vnum ergo diuidi non potest, quia vbi diuisio est, Christus inhabitare nō valet. Quoniam ipse est, qui facit in habitare vnanimis in domo, Vnde

Act. 5. Vnde & de primitiua ecclesia dicitur, Multitudinis creditum erat cor vnum & reliqua. *Tunc ergo introiit ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum.* Postquam intrauit Petrus, intrauit & Ioannes, qui prius venerat, quia sicut Apostolus ait: Cum plenitudo gentium introierit, tunc omnis Israel saluus fiet. Et non prius quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale. *Et vidit & credidit.* Quid putandum est vidisse vel credidisse? Nūquid quod dominus resurrexerat à mortuis? Non, sed vidit linteamina posita, & credidit (sicut mulier dixerat) Dominum furatum de monumento. Nam si eius resurrectionem credidisset, nequaquam euangelista subiungeret: *Nōdum enim sciebant scripturas, quia oportebat eum à mortuis resurgere.* In quo loco quanta vtilitas sit in intellectu scripturarum demonstratur, quādo Apostoli ideo dicuntur domini resurrectionem ignorare, quia scripturas nondum intelligebant, scilicet, quia eo reuelante, à quo procedit omnis sapientia, ea spiritaliter nondum intelligere didicerant, nondum enim audierant, Quia sic scriptum est in lege & psalmis & prophetis de me, &c. vsque in remissionem peccatorum. Sin autem Apostoli ideo non credebant resurrexisse Dominum quia non sciebant scripturas, cesset eorum clementia, qui praeclara discere nolunt, & alios discere volentes reprehendunt, solumque in aliis inuident, quod aut agere non possunt, aut nolunt.

AVTHORIS INCERTI sub nomine Eusebii episcopi Emisseni superioris euang. expositio.

Quantum ad literam, magnus amor compellebat hanc mulierem, ut ante lucem ad monumentum dominum quæretet. Quantum autem ad spiritualem intelligentiam, adhuc tenebris inuoluta erat, quia nondum interius illuminata Christi resurrectionem credebatur. Vnde etiam illi à domino dicitur, Noli me tægere: nondum enim ascendi ad patrem meum. Sed quid mirum, si resurrectionem mulier ignorabat, cum hic idem dilectus domini discipulus de seipso dicat, quod nondum sciebat scripturas, quia oportet eum à mortuis resurgere? *Currunt ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem anabat Iesus: & dicit eis, Tulerunt dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum.* Quia enim in monumento dominus nō erat, non resuscitatus, sed sublatum eum esse credebatur. Et hoc ideo, quia adhuc ei tenebræ erant, & nondum mentis oculos apertos habebat. Dolebat tamen de corpore Iesu, quod iam ubi quæretet, nesciebat. *Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum.* Sed quomodo venerunt? Currendo utique. Et hoc est quod ait, *Currebant autem duo simul: & ille alius discipulus præcurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum, &c.* Duo isti discipuli, duos populos significat, ad Christum currentes, & ad fidem venientes, Iudæos scilicet & Gentiles. Ex his enim tota consistit ecclesia. Et Ioannes quidem significat Iudæos, Petrus verò Gentiles designat: quoniam Iudaicus populus minor, & iunior est, Gentilis verò maior, & antiquior, sicut Petrus est maior & antiquior Ioanne. Sed Ioannes præcurrit citius Petro, quia Iudaicus populus prius quam Gentilis ad fidei cognitionem

venire cœpit. Et venit ad monumentum, sed non statim introiit, quia Christi resurrectionem audiens, non credidit. Si enim statim introisset, & linteamina tetigisset, cum ibi Christum non esse sensisset, resurrexisse credidisset. Sed quid per linteamina Christi, per indumenta verbi Dei, nisi literam intelligimus, quia verbum, indutum non apparet. Verbum utique, quod in principio erat verbum, & verbū erat apud Deum, & Deus erat verbum: quod quidem nisi literæ velamine expositum fuerit, neque videretur, neque cognoscitur. *Venit Ioannes ad monumentum, inclinavit se, vidit linteamina, sed non tetigit:* quia & Iudæi vsque hodie se ad legendum inclinant, sed non intelligunt. Tangere enim intelligere est. Nunc autem videamus, quid Petrus quæ fecerit, qui post Ioannem ad monumentum venit. *Venit, inquit, Simon Petrus, sequens eum.* Et quid fecit? Et introiit in monumentum. Sed non introisset, nisi cognouisset. Introiit ergo, & vidit, diligenterque inspicit sola linteamina ibi esse posita: & illum resurrexisse cognouit, qui in illis linteaminibus prius inuolutus latebat. Sic & nos cum ad librum accedimus, id est, ad monumentum Christi, in qua eius mortis & resurrectionis recordamur, & admonemur: dum intelligendo intramus, literæ velamina reuoluimus, mox Christum dominum resurrexisse cognoscimus. Cum enim legimus, Ego dormiui, & somnum cepi, & resurrexi, quoniam dominus suscepit me, (Si tamen hoc monumentum cum Petro intramus: intramus autem, si intelligimus & literæ velamina reuoluimus) Christum dominum resurrexisse cognoscimus. Hoc autem Iudæi non cognoscunt, quia etsi monumentum & linteamina, id est, librum, & literas videant, illuc tamen intelligendo non intrant. Vilitata locutione: ut in illam sententiam nos non posse intrare dicamus, quam intelligere non valemus. Videamus etiam quid sudarium illud significet, quod super eius caput positum fuerat. Si enim (ut Apostolus ait) caput Christi, Deus est, quid sudarium, quo tegitur caput, nisi illam scripturam designat, quæ loquitur de diuinitate. Vis videre sudarium, quo tegitur caput Christi? lege huius euangelij caput. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū. Vnde & bene de hoc sudario dicitur, quia non cum cæteris linteaminibus positum, sed separatim in vno loco inuolutum erat: quoniam magna distantia est inter eas scripturas, quæ de Christi diuinitate, & eas, quæ de eius humanitate loquuntur. Hinc est quod de quibusdam separatim sacrificiis nemo comedit, nisi Aaron cum filiis masculis. *Tunc ergo introiit, & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum, & vidit, & credidit.* Hoc est enim quod Apostolus ait, Cum plenitudo gentium introierit, tunc Israel saluus fiet. Prius igitur necesse est, ut Petrus introeat cum tota gentium plenitudine, quæ per eū significatur: & sic postea intrabit Ioannes cum Iudæorum populo, qui per eum designatur. Quod autem ait, & vidit, & credidit, nō planè de resurrectione, sed de his quæ mulier dixerat, dominū videlicet de monumento fuisse sublatum, intelligi debet. Vnde & subditur: *Nondum enim sciebant scripturas, quia oportebat eum à mortuis resurgere.* Ideo enim scripturam nondum sciebat, quia adhuc linteamina à longè videbat. Diximus enim scripturam p linteamina significari.

THEO

THEOPHILACTI EPI- scopi Bulgaricns, superioris Euang. expositio.

Vna vero sabbathorū Maria Magdalene, &c. Vnam sabbathorum nominat, quam nos dominicam vocamus. Nam sabbatha, dies hebdomadæ nominant, vnam autem dierum sabbathi primam. Etenim reuera dies omnes vna sunt: sape autem cum accipitur vna, & componitur, multas facit. Vna itaque est prima: bis autem si accipiat, fit secunda; & si tertio, tertia; & deinceps. Futuri autem seculi typus est dies iste, quod seculum vnius dies est, nunquam morte dissectus & dimidiatus. Deus enim sol est eius, qui nunquam occidit. Igitur, quemadmodum in hoc resurrexit dominus, corruptibile suum corpus incorruptibile recipiens: ita & nos in futuro seculo incorruptionem recipiemus. Venit igitur, in hac vna, hoc est, prima sabbathorum, hoc est, dierum sabbathi, & hebdomadæ, Maria Magdalene. Nam sabbathum quidem præterierat, & non ultra à lege prohibebatur: & abijt à loco, volens consolationem quandam inuenire, & quum vidisset lapidem sublatum, magna festinatione venit ad Petrum & Ioannem. Nam Dominus quidem resurrexerat, lapide supposito, & obsignato sepulchro. Quia autem & testes quosdam resurrectionis esse oportebat, & in sepulchrum ingredi, tollitur lapis ab Angelo. Maria autè nihil adhuc de resurrectione sciens, furtum, & ablationem vocat, quod contigerat de eo. Et discipuli assistunt monumento, & vident linteamina posita, id quod verè signum erat resurrectionis. Neque enim, si transiissent quidam, corpus nudassent illud: neque, si furati essent, curam habuissent deponendi, sudarij reuolendi, & ponendi seorsim in vnum locum; sed simpliciter, sicut potuissent, accepissent corpus. Propter hoc etiam Euangelista prius dixit, quod cum multo vnguento sepulchrum fuerit, quod non minus bitumine linteae corpori adherere facit: ut, quum audierimus, quod sudaria sua illic fuerint posita, ne credamus dicentibus, quod furtim sit ablatum: neque enim ita insipientes fuisset fur, quod in rem superuacua tantam insumpisset curam, & tempus, & non fuisset visus in hoc esse occupatus, & furti reus futurus. Igitur qua hora quidem fuerit resurrectio, nullus scit, sicut & tempus secundi aduentus incertum. Quamuis autem Marthæus dicat profundo vespere factum esse terræ motum, Ioannes autem mane, quum essent adhuc tenebræ Mariam venisse, & vidisse remotum lapidem, non est diuersitas. Nam primū quidem hoc dicimus, quod apud Matthæum quidem mulieres venerunt vespere sabbathorum: apud Ioannem autem mulieres non memorantur. Superfluum enim fuisset, quum Marthæus hoc prius dixisset, ut Ioannes eadem diceret. Sed Maria Magdalene venit mane. Multi enim fuerunt aduentus ad sepulchrum; venit enim interdum cum aliis mulieribus, interdum autem sola. Vnde Euangelista varias visitationes posuerunt, aliisque aliam dicentes videntur dissonare. Nam primū quidem dicimus, quod aliam visitationem dicat Marthæus mulierum, & aliam Ioannes Mariæ Magdalene. Deinde, profundo vespere, & mane,

Bibi. Hom. tom. 2.

quam adhuc essent tenebræ, id quod alius dicit profundo diluculo, in idem tendunt: quia omnia illa tempora fuerunt medium noctis. Si autem rogas, quomodo, assistentibus custodibus, Ioannes, & Petrus accesserint ad sepulchrum, & mulieres. Ut simpliciter dicam, mox ut resurrexisset Dominus, & addidisset angelus sepulchro cum terræ motu, custodes iecerunt, ut nunciarent Pharisæis, & ita sepulchro à custodum præsidio relicto, libertatem accedendi habuerunt discipuli. *Et quum se inclinasset, vidit posita linteamina, &c.* Vide hic quā alienus à fastu sit Euangelista quomodo testetur diligentiam Petri in scrutando. Nam, quum ipse præuenisset, & vidisset iacentia linteae, non vitia curiosè quærit, sed expectat illum: Petrus autem feruentissimus, introgressus omnia diligenter explorauit: tunc hic post illum ingressus vidit sepulchralia separatim posita, ac credidit: non quod surrexisset Dominus, sed quod furto ablatum esset. Credidit enim Mariæ dicenti; sustulerunt Dominum. Quare autem credidit Mariæ, & non cogitauit, quod surrexisset? Nondum enim tenuerunt scripturam, quod oportebat eum à mortuis resurgere; & propterea crediderunt Mariæ, suspicanturque furtum, & ablationem.

EVTHYMI ZIGABONI superioris Euang. expositio.

Maria Magdalene venit summo mane, &c. Hoc Metiam loco, quæ circa alias mulieres acta sunt, prætermisit, tanquam ab aliis dicta: quæ verò Mariæ Magdalene acciderunt: ut pote ab aliis silentio præterita, exponuntur. Petro autem, & Ioanni loquitur Magdalene illi quidem tanquam omnium summo, huic vero tanquam dilecto, & qui amplius quam cæteri diligebant Iesum: soli enim inter omnes sequuti fuerant eum, quum ligatus abducebatur ad Annam, & Caipham. *Exiit ergo Petrus & alius discipulus, &c.* Nulli aliorum quicquam dicentes: insuper & Iudæos, ac custodes præ feruore contempentes. *Currebant autem duo simul.* Simili feruore & se, & cetera despicientes. *Et ille alius discipulus præcurrit citius Petro, &c.* Tanquam robustior vigore corporis. *Quumque se inclinasset, vidit linteamina posita.* Funeraria, pura sindone. *Non tamen introiit.* Tremore detentus, aut his iam contentus. *Venit ergo Simon Petrus sequens eum, &c.* Nullo iam metu oppressus, quo prius culpam timiditatis abilergeret, ac diligentius scrutari volens. Inuicem itaque se ambo vicerunt: Ioannes quidem præcurtendo: Petrus verò in monumentum introeundo. *Viditque linteamina posita, ac sudarium, &c.* Quotum utranque signum etiam erat infallibile resurrectionis: Neque enim si quis cum transposuisset, certè denudasset: neque, si furatus esset, curam habuisset, ut & sudarium inuolueret, poneretque in vnum locum, siue in alterum à linteaminibus separatim: sed ita ut situm erat corpus, aut transposuisset, aut furatus fuisset, veritas superficem tempus in negotio consumere: ne quo modo in furto deprehenderetur, extremum que fueret supplicium. Præterea etiam quum myrrha, cum qua sepultus erat, maximè esset ei adglutinata, & sindonem tenacissimè ei adherere faceret, sic ut iam

R R r r r & S S s s s coalita.



coalita, nullo modo posset auelli: propterea hæc
seorsim à se inuicem posita erant, & sudarium in-
nolurum erat, vt disceremus, quòd cum autho-
ritate, omnique securitate surrexerat. Sudarium
autem erat parua quædam fasciola, quali etiam
facies Lazari, qui fuerat mortuus, erat obnincta.
Tunc itaque ingressus est & alter discipulus, &c. Vocatus
à Petro. Et vidit, & credidit. Quum resurrectionis
signa vidisset indubitata. Nondum enim nouerant

scripturam, &c. Causam reddit, cur prius non cre-
diderint mulieribus, quæ eis resurrectionem an-
nunciauerant, sed visa sunt coram ipsis tanquam
deliramentum verba earum: sed neque duobus
ex eis, qui abierant rus: & dicit, quòd nondum
intelligebant scripturam, de eius resurrectione
docentem: hæc autem multiplex est, in diuer-
sis Psalmis Dauidicis, sermonibusque Prophe-
ticis sparsa.

Luc. 24.
Marc. 16.

FINIS SECUNDI TOMI.

INDEX



INDEX VBERRIMVS,

IN QVO SENTENTIAE, EXEMPLA,

HISTORIAE, RATIONESQVE, QVAE

HOC SECUNDO TOMO POSSVNT

reperi, summam, & facili metodo
aperiuntur.

Prior numerus paginam, posterior verò columnam indicat.



402. I	Abraham exemplum.	379.2	Abraham Dei filium hospitio suscepit, secundum anti- quos.	388.2	Abraham diuitia quibus inuicabant.	390.1	Abraham primus circumcisus.	656.2	Abraham hospitium.	796.1	Abraham in cruce delectatus.	805.1	Abraham visio Dei.	810.1	Abraham iustitia.	802.1	Abraham semen.	290.1	Abraham progenies populus sanctitatis.	449.1	de Abraham meritis non dubitandum.	809.1	Abstinentia à carnibus ieiuniorum tempore.	10.1	Abstinentia corpori indita.	18.2	Abstinentia peccatorum.	134.2	Abstinentia ciborum.	134.2	Abstinentia ab usu corporali non interrumpenda.	135.1	Abstinentia tempore Quadragesimæ obseruanda.	139.1	Abstinentia corpora domantes.	907.2	Abstinentia qua vitilis.	144.2	Abstinentia Deo summe probata.	157.2	Abstinentia sine mercede non erit.	250.2	Abstinentia cum arrogantia.	961.1	Abstinentia qua laudabilis.	1034.1	Abstinentia decus antiquissimum.	9.1	Abstinentia diligentia.	13.1	Abstinentia vitilitas.	43.2.148.2	Abstinentia magnum sacrificium.	43.2	Abstinentia ante mortem Christi signum.	157.2	in Abstinentia non deest tentatio.	113.1	Accusandi occasio.	595.2	Accusatio.	316.2	Accusatio peccati.	383.2	Accusatio in Iudæos.	837.1	Accusatione qui dignus.	310.1	in Accusatione malorum fremendum.	754.1	Accusationes fidei quando valeant.	982.2	Accusatores verispelles.	983.1	Accusatorum fictorum contemptus.	983.2	Acetum quid.	964.2	Actionis bonæ perfectio.	603.1	Aethiæ personarum non indicandum.	655.1	Actionum malarum crementa.	648.2	Aethiæ vita.	1099.1	Aethiæ & factorum remuneratio.	85.1	Acumen intelligibile.	624.1	Adam cum Christo comparatio.	22.1	Adam de Paradiso eiectus.	35.1	Adam tribus tentationibus vexatus.	158.2	Adam peccatum.	585.1	Adam nomen quid in se contineat.	623.1	Adam ubi sepultus.	938.1.961.1	Adam paradiso expulsionem sexto die.	1422.1	Adami liberatio.	1419.2	Adami natura à verbo assumpta.	1422.1	Adæ nuditas.	916.1	Adæ libera locutio cum Deo.	419.1	Adamas Christus appellatus.	671.2	Adamantis virtus insuperabilis.	671.2	Adherere Deo quid sit.	138.2	Adiurare quenquam non licet.	983.2	Adiurandi usus in lege.	983.7	Adiuratio demonum an licita.	983.2	Adiutorium Christi in quos.	623.2	Admonitiones Christi.	1034.2	Adolescentiæ ætas incorrigibilis.	1020.1	Adoptio fidelium.	76.1	Adoptio quid appellatur.	97.2	Adoratio soli Deo competit.	161.1	Adoratio præter corpus futura.	532.1	Adoratio hominum & Dei differunt.	161.1	Adoratio cui rei coniuncta.	572.2	Adoratores veri qui sint.	532.1.573.1.584.1	Adorare duobus modis intelligitur.	163.1	Adorans Diabolum cadere dicitur.	160.2	Admonitiones contemnendum exempla.	380.2	Aduentus Domini quando.	111.2	Aduentus Domini primus in ignominia.	184.2	Aduentus Christi deprecatio.	214.2	Aduentus Domini Prophetia.	543.2	Aduentus Christi assertio.	1024.1
--------	-------------------	-------	---	-------	------------------------------------	-------	-----------------------------	-------	--------------------	-------	------------------------------	-------	--------------------	-------	-------------------	-------	----------------	-------	--	-------	------------------------------------	-------	--	------	-----------------------------	------	-------------------------	-------	----------------------	-------	---	-------	--	-------	-------------------------------	-------	--------------------------	-------	--------------------------------	-------	------------------------------------	-------	-----------------------------	-------	-----------------------------	--------	----------------------------------	-----	-------------------------	------	------------------------	------------	---------------------------------	------	---	-------	------------------------------------	-------	--------------------	-------	------------	-------	--------------------	-------	----------------------	-------	-------------------------	-------	-----------------------------------	-------	------------------------------------	-------	--------------------------	-------	----------------------------------	-------	--------------	-------	--------------------------	-------	-----------------------------------	-------	----------------------------	-------	--------------	--------	--------------------------------	------	-----------------------	-------	------------------------------	------	---------------------------	------	------------------------------------	-------	----------------	-------	----------------------------------	-------	--------------------	-------------	--------------------------------------	--------	------------------	--------	--------------------------------	--------	--------------	-------	-----------------------------	-------	-----------------------------	-------	---------------------------------	-------	------------------------	-------	------------------------------	-------	-------------------------	-------	------------------------------	-------	-----------------------------	-------	-----------------------	--------	-----------------------------------	--------	-------------------	------	--------------------------	------	-----------------------------	-------	--------------------------------	-------	-----------------------------------	-------	-----------------------------	-------	---------------------------	-------------------	------------------------------------	-------	----------------------------------	-------	------------------------------------	-------	-------------------------	-------	--------------------------------------	-------	------------------------------	-------	----------------------------	-------	----------------------------	--------

Aduentus Domini salus hominum & angelorum.	919.1	Affectu fratres dicuntur.	205.2
Auentus Domini duplex.	790.1	Affectum turba fugienda.	241.2
Aduentus Domini qui prænunciaverunt.	57.1	Affectum vis quanta.	805.2
Aduerfitas in hac vita quantum proficit.	249.1	Affectio terrenarum quid fit.	883.1
Aduerfitas quæ grauior.	341.1	Affines Christi.	216.2
Aduerfitate licet ingrueute à bono nõ cessandum.	907.2	Afflictio bonorum felicitas.	375.1
Aduerfis rebus animus non deponendus.	109.2	Afflictio iuſtorum & iniuſtorum.	379.2
in Aduerfis debiles quibus recurrere debeant.	935.2	Afflictio pro quibus ſuſtinenda.	899.1
in Aduerfis ſolatiũ.	1057.2	Afflictionis fructus.	379.2
Aduerſorum grato animo perferendorum modus.	1133.2	Afflictiones corporis variæ Chriſtianorum.	119.2
Adulationis peſtis.	1036.2	Afflictiones naturæ humane.	977.1
Adulatio cognatum malum virtuti.	120.2	Afflictiones temporales.	1012.1
Adulantium lingua.	355.1-395.1	Afflictis afflictiones quas alijs intulerunt cogitandæ.	1013.1
Adulantium blandimenta.	712.1	de Afflictionibus aliorum non gaudendum.	1013.1
Adulatores Iudæi præ alijs.	60.1	in Afflictos pro iniquitatibus conſolatio.	625.1
Adulter templi ingreſſu indignus.	739.1	Agnoscere pro eligere.	857.2
Adultera mulier quid.	601.1	Agnus propter quid immolatus.	440.2
Adultera mulier in quo timore fit.	807.2	Agni Paſchalis occiſio.	932.1
Adultera mulieris amor.	213.2	Agni Paſchalis ſignificatio.	917.2
Adulterium vnde procedit.	87.2	Agni caro quomodo edebatur.	629.1
Adulteri lege lapidabantur.	595.1	Ager vnde nomen accepit.	56.1
Adulterium idololatria vet. Teſtamenti.	221.1	Agri nomine quid contineatur.	56.1
Adulterium ipſo authore conſumitur.	248.1	Alabaſtrum genus marmoris quibus rebus vtile.	927.1
Adulterium quid fit.	516.2	Alabaſtrum vbi naſcitur.	1041.1
Adulterium animæ qui committat.	517.1	Alabaſtrum probatiſſimum vbi.	1041.1
Adultery reus quis.	739.1	Alba quare Chriſtus induitur.	1045.2
ad Adulterium compulſi homines.	1034.1	Aliena diripientium pena.	358.1
in Adulterio tribus modis peccatur.	516.2	Aliena diripiens qua pena mulctandus.	395.2-890.2
Adulterius quis apud Deum.	888.2	Aliorum correſtio quàm vtilis.	643.2
Adificatio hominum in quibus.	908.1	Alimentum ſpirituale Chriſtianorum.	1057.2
Adificatio ſuper ſuorum improbatã.	933.2	Alimentum membrorum vnde.	193.2
Adificia quæ pia.	1072.1	Alimentum diuinæ ſcientiæ.	179.1
Agem mare ventis exaſperatur.	1020.1	Allegoria ad quid proficit.	394.2
Agritudo carnis.	978.2	Allegorici ſenſus.	394.2
Agritudinibus corpus & animam conſcientes homines.	1026.1	Altaris ſacrificium quomodo celebretur.	931.1
Agriti ieiunio ſanantur.	13.2	in Altaris dedicatione quæ bona offerebantur.	974.1
Agritantium ſomnus ſalutis indicium.	726.2	Altaria Dei quomodo vocata.	187.1
Ænigmati ſimilia.	883.1	Alterius damno non diteſcimus.	804.1
Æqualitas Patris & Filij.	289.1	cum Amaritudinæ acryma comedebantur.	1105.2
Æqualis Patri Chriſtus.	662.1	Amare quomodo debeamus.	665.2
Æquitas meritum non perdere debet.	657.1	Amare amantem naturæ eſt.	76.1
Æquitatis pulchra diſpoſitio.	81.1	Amare ſe qui homines exiſtunt.	890.2
Æquitatis iter qui peruertant.	94.2	Amare malè quid fit.	901.1
Æquitatis perfectio.	1095.1	Amat animam quis.	878.2
Æquiti ſtudentes homines.	177.2	Amandum in hac vita non eſt.	878.2
Æquor quando turbatur.	219.1	Amantis Thomæ affectio.	756.1
Ærẽm Deum eſſe qui opinati ſunt.	882.2	Amanti ſufficit inuiciare.	723.1
ab Ærẽ portatur homo.	712.1	Amantem redamare an ſit virtus.	105.2
Ærẽo ſono an ſonare debeant Angeli.	183.2	Amantium verus affectus.	723.1
Ærugo quid ſignificet.	4.2	Amatores animorum quales.	825.2
Æurginis allegorica ſignificatio.	5.2	Amatores mundi.	835.2
Æſtate quare tonitru fit, non verò hyeme.	278.2	Amatores vitæ temporalis.	742.2
Ætas prima hominis quibus ſenſibus imbuatur.	577.1	Amatorum laſciuorum amor quando fortior.	825.2
Ætas rationalis quinque ſenſus moderatur.	577.1	Ambitio.	114.2
Ætas diſpar.	853.1	Ambitio in ſacerdotibus.	122.1
Ætas virilis.	1020.1	Ambitio honorum opus corrumpit.	121.1
Ætatis ſextæ computatio.	529.1	Ambitio diuitem in Chriſti ſepultura condẽnatur.	932.1
Ætatis hominis.	576.1	Ambitio Eccleſiaſticorum.	1162.1
Ætatum quæ diuerſitas in regno Dei.	432.1	Ambitionis periculum.	117.2
Ætatum diuerſarum concordia.	433.1	Ambitionis diuitem condemnatio.	1012.1-1166.2
Æterna vita quæ.	170.2	Ambulatio Chriſti ſuper aquas.	109.1
Ætne incendium.	119.1	Ambulatio trium verum ſecura.	178.1
Æterna viſione gaudentes.	262.1	Ambulatio ſabbatho limitata.	905.2
Æternitas Chriſti.	810.1	Ambulatio Chriſti.	908.1
Æternitatis viſio.	815.1	Amentia Iudæorum conſideratio.	289.1
Affectus fraternitatis duplex.	311.2	Amicus quomodo admonendus.	624.2
Affectio D. Petri erga Chriſtum.	1006.2	Amicus malus non conũciandus.	692.1

Amicus

Amicus duplex.	1058.1	Angelorum nouem ordines ad iudicium venient.	183.2
Amici eternam mortem præparant.	98.1	Angelorum præſentia vbi fit.	649.1
Amici nomine nemo bonus appellatus in ſcripturis.	981.1	Angelorum ſalus.	905.2
in Amico quid ametur.	825.2	Angelorum 72. millia.	935.2
Amicum qui ſe ſimulet.	981.1	Angelorum legiones contra malignos ſpiritus.	981.2
Amicorũ moribus grauior nobis videtur quàm ſit.	54.1	Angelis malis ſolam paratæ ſunt pena.	184.1
Amicorum principium.	832.2	Angelos portat Dei filius, & non portatur ab ijs.	117.1
Amicos diligens propter quid diligit.	88.2	Angelica virtutes.	168.2
in Amicos ne maleuoli videamur.	764.2	Angelicarum virtutum clamor in paſſione Chriſti.	938.2
Amicus non inuidendum.	1012.2	2.1047.1	
Amicitia ſimulatio.	981.1	Angues vbi maximè abundant.	1055.1
Amicorum ſeparatio vnde fiat.	1240.1	Anguli Eccleſiæ.	938.1
Amicorum locutio triſtitiã tollit.	1057.2	in Anguſtijs quales eſſe debeamus.	619.2
Ammaon alter diſcipulorum Emmaus.	1493.1	Anima ante orationem præparanda.	28.1
Amor quibus tribuendus.	98.1	Anima tanquam domina quibus reſcienda.	30.2
Amor Dei.	147.1	Anima vita corporis.	66.1
Amor pauperum.	186.2	Anima ſecundum rationem vertitur.	87.1
Amor huius mundi.	288.1	Anima libera eſt.	87.1
Amor ſuperiorum ad cæleſtia erigit.	263.1	Anima inimicum poteſt diligere.	87.1
Amor l. benis ſeculi.	615.2	Anima vincit carnem.	89.2
Amor huius ſeculi.	577.2	Anima Dei verbo viuunt.	158.1
Amor percuſus.	890.1	Anima hominis ſponſa Chriſti.	213.2
Amor noxius.	890.1	Anima in nobis inſenſibiliter egrotat.	243.2
Amor amore impeditur.	890.1	Anima rationalis quo pane alatur.	266.1
Amor vtilis.	890.2	Anima Chriſti non conuerſatur in hoc mundo.	188.2
Amor iſte contemnendus.	898.2	Anima vna charitatis.	299.1
Amor mutuus inter quos.	1088.1	Anima omnium vna.	299.1
Amor feruens B. Virginis in paſſione.	286.1	Anima quando ſit bona.	299.2
Amoris vis triplex erga Deum.	448.2	Anima Chriſti bona queſtito.	301.2
Amoris viua delicta non videt.	736.1	Anima ſancta ſedes Dei.	454.2
Amoris magnitudo.	823.1	Anima quando fame pereat.	459.2
Amoris vera copulatio.	840.1	Anima in cerebro ſecundum Platonem.	509.1
Amoris vinculum antiquorum.	894.2	Anima vbi ſit.	509.1
Amoris merces.	935.1	Anima capax cuius ciuitatis incola.	624.1
Amoris ardor triplex.	890.2	Anima ſtudioſi hominis.	625.2
Amores quo pacto in hominibus.	105.2	Animi citi quo ordine percipiuntur.	802.2
Amorem inimicorum quid ſequatur.	885.2	Anima terrena proclius ad peccandum.	804.1
in Amorem mutuum propenſi eſſe debemus.	838.1	Anima quando virtuti moritur.	805.2
ad Amorem iugentia.	973.1	Anima quomodo ametur.	825.2
ab Amore Dei quàm difficilis diſtractio.	623.1	Anima plus quàm corpus amatur.	825.2
Anatole Græce oriens.	624.2	Anima quando malè oleat.	833.2
Analla quomodo compeſcenda.	136.1	Anima Chriſti propter quid turbata.	888.1
Angelus bonus à diabolo non videtur.	136.1	Anima carni præponitur.	889.2
Angelus bonus ſecundum diſpenſationem Dei recedit aliquantulum à nobis.	136.1	Anima habitatrix.	889.2
Angelus magni conſilij Chriſtus.	259.1	Anima quomodo amanda.	890.1
Angelus & Deus diuerſe ſubſtantiæ.	811.1	Anima quibus inſtrui tenetur.	907.2
Angelus vnus 180000. homines interfecit.	1027.2	Anima noſtra quibus ornanda.	924.1
Angeli quibus hominibus miniſtrant.	65.1	Anima ſemel captiuata nullum fructum ex admonitionibus percipit.	1174.2
Angeli bonorum portatores.	117.1	Anima integritas in languido corpore.	5.1
Angeli propter quid Deo miniſtrant.	118.1	Anima religioſa quæ fugienda.	6.2
Angeli duo cum hominibus permanentes.	136.1	Anima ſalus ieiunium.	8.1
Angeli Dei miniſtri.	161.1	Anima pedes.	14.2
Angeli ducent nos ad cæli gaudia.	161.1	Anima vita Deus.	66.1
Angeli miniſtrant perpetuo contemplationem Trinitatis.	161.1	Anima iudicium.	89.2
Angeli & homines in iudicio indicantur.	170.2	Anima ægritudines quæ ſanare poſſit.	241.2
Angeli hominibus ad cuſtodiam deputati.	181.2	Anima corpus.	259.2
Angeli nos interrogabunt in die iudicij.	182.2	Anima detrimentum.	290.2
Angeli & homines aderunt in iudicio.	183.2	Anima mutatio.	629.2
Angeli an ſonabunt ærẽo ſono.	183.2	Anima opes quæ verè ſunt.	442.1
Angeli hominibus præſunt.	421.1	Anima liberum arbitrium.	432.1
Angeli ſub nomine ſeruorum comprehenſi.	458.1	Anima motus.	566.1
Angeli egent auxilio Dei.	982.1	Anima maritus.	577.1
Angeli manu homines percuſſi.	1008.1	Anima ſola virtute opus eſt.	660.1
Angeli quo pacto videant Deum.	1419.2	Anima indumentum.	670.1
Angelorum obſequium.	114.2	Anima vita quæ.	727.2
Angelorum nomine qui ſignificentur.	168.2	Anima mercedes poſt mortem.	753.1

I N D E X.

<i>Animæ immortalitatem qui negent.</i>	794.1	<i>Antichristus quis sit.</i>	656.1
<i>Animæ dominium.</i>	889.2	<i>Antichristus quo nomine venturus.</i>	918.2
<i>Animæ odor quis peruersus.</i>	890.1	<i>Antichristi mendacia.</i>	655.1
<i>Animæ vestimenta.</i>	926.2	<i>Antichristi persecutio.</i>	682.1
<i>Animæ proprium timor & tristitia.</i>	934.2	<i>Antichristi typus.</i>	937.2
<i>Animæ pudor.</i>	1034.1	<i>Antichristi venturi signa.</i>	937.2
<i>Animam dupliciter ingreditur Christus.</i>	57.1	<i>Antichristum qui expectent.</i>	441.1
<i>Animam Christi quære bonum. 295.2. & malum. ibid.</i>		<i>Antichristum qui sunt suscepturi.</i>	662.1
<i>Animam quæ corrigant.</i>	492.1	<i>Antidotum penitentiæ principi Ecclesiæ.</i>	95.2
<i>Animam quam suscepit Christus.</i>	754.1	<i>Antidotum in serpentes.</i>	1005.2
<i>Animam quis odit.</i>	876.2	<i>Antiqui semel in die comedebant.</i>	322.1
<i>Animam fructum esse, qui dixerint.</i>	882.2	<i>Antiquorum mos de reconciliatione.</i>	1246.2
<i>Animam amare periculosum.</i>	889.2	<i>Antiquitas veneranda.</i>	8.2
<i>Animam diligendi quis modus.</i>	890.1	<i>Apertiois celorum post baptismum Christi mysterium.</i>	
<i>Animam amantes peruersè, qui.</i>	890.1		
<i>Animam amari duobus modis intelligitur.</i>	891.1	<i>Apollinarij error de corpore Christi.</i>	288.1
<i>Animam humanam non tentari, impossibile.</i>	107.1	<i>Apollinarij & Manicheorum lapsus.</i>	305.2
<i>Animæ peregrinæ in hoc mundo.</i>	179.1	<i>Apollinarij error.</i>	626.2
<i>Animæ sanctorum.</i>	222.1	<i>Apostolus charitate Christi magis incensus.</i>	1023.1
<i>Animæ quotidie à quibus sanentur.</i>	238.1	<i>Apollinaris quid de voluntate Christi asserat.</i>	1174.1
<i>Animæ ab Ecclesia separatæ.</i>	817.2	<i>Apostoli fontes diuini.</i>	15.2
<i>Animæ post mortem quò perueniant.</i>	883.1	<i>Apostoli quibus rebus miracula faciebant.</i>	67.1
<i>Animæ suscitatio ad fidem quò migrent.</i>	997.2	<i>Apostoli Gentilium exemplis ad fidem succensi.</i>	84.1
<i>Animarum esca.</i>	334.2	<i>Apostoli ceteris prestantiores.</i>	270.2
<i>Animarum malarum insania.</i>	388.1	<i>Apostoli & sancti an de mundo.</i>	304.2
<i>Animarum requies.</i>	939.1	<i>Apostoli ieiunantes & fientes vsque ad diem resurrexerunt.</i>	342.2
<i>Animarum nutritorium.</i>	974.1	<i>Apostoli & Prophetæ omnium nomine.</i>	625.2
<i>Animarum humilium exemplum.</i>	1126.2	<i>Apostoli de quibus contristati.</i>	973.1
<i>Animas in sepulchris esse, error Gentilium.</i>	761.2	<i>Apostoli propter pauperes indignati.</i>	1005.1
<i>Animas amare discendum est.</i>	890.1	<i>Apostolorum nouissimus Paulus.</i>	67.1
<i>Animus quomodo turpetur.</i>	5.2	<i>Apostolorum intercessio.</i>	237.1
<i>Animus sine corpore videt.</i>	89.1	<i>Apostolorum chorus quibus vitijs vacuus.</i>	263.2
<i>Animus benevolentie sedes.</i>	885.1	<i>Apostolorum vite contemptus.</i>	642.1
<i>Animus duobus compungitur.</i>	925.2	<i>Apostolorum ignorantia inuulgata.</i>	898.1
<i>Animus qualis promptus.</i>	978.2	<i>Apostolorum ministerium.</i>	904.1
<i>Animus qua re magis deprimitur.</i>	1238.2	<i>Apostolorum fragilitas quibus demonstratur.</i>	953.2
<i>Animi anxietas.</i>	109.1	<i>Apostolorum somnus in passione Christi.</i>	979.2
<i>Animi fortitudo.</i>	249.1	<i>Apostolorum virtus ex se.</i>	1211.2
<i>Animi mutatio quid.</i>	454.1	<i>Apostolorum humilior.</i>	1023.2
<i>Animi habetis signum.</i>	612.1	<i>Apostolis predicantibus multi contradicebant.</i>	920.2
<i>Animi sordes exterminantia.</i>	670.2	<i>Apostolis quid illustrius.</i>	1238.2
<i>Animi delectatio vnde.</i>	825.2	<i>Apostolos quare mendicos Christus voluit.</i>	1172.2
<i>Animi facilitas in condonando.</i>	1013.1	<i>Apostolica disciplina quomodo vocetur.</i>	97.2
<i>ad Animi fluctuationem sedendam regula.</i>	1077.2	<i>Apostolica fides sequenda.</i>	855.1
<i>Animorum commotio.</i>	294.2	<i>Apostolicæ fidei virtus.</i>	23.1
<i>Animal quadrupes figura Euangelistarum.</i>	781.1	<i>Apparitio Dei.</i>	214.1
<i>Animal simplicitate errans.</i>	915.2	<i>Appetitui corporis seruientes homines.</i>	1026.1
<i>Animalia quæ sordida.</i>	168.1	<i>Appetitui gloriæ.</i>	79.1
<i>Animalia inutilia.</i>	169.1	<i>Appetitui laudis humane.</i>	95.1.99.1
<i>Animalia vitiosa.</i>	177.1.898.1	<i>Appetitui effrenati consuetudo.</i>	205.1
<i>Animalia quæ immunda.</i>	506.1	<i>Appetituum priuatorum correctio.</i>	934.2
<i>Animalia quæ vendebant Scribæ.</i>	624.1	<i>Aqua piscine quando sanabat.</i>	241.2
<i>Animalia pro vita pugnant.</i>	890.2	<i>Aqua in baptizatis non simpliciter operatur.</i>	241.2
<i>Animalia quomodo tristentur.</i>	928.1	<i>Aqua piscine quo tempore mouebatur.</i>	253.2
<i>Animalibus quibus similes sumus.</i>	1241.2	<i>Aqua baptismi morbos soluit animarum.</i>	257.2
<i>Animalium quatuor figura in Christo adimpletæ.</i>	41.1	<i>Aqua refectio anime.</i>	358.1
<i>Animalium vtilitates.</i>	176.1	<i>Aqua viva que dicatur.</i>	527.1.529.2
<i>Animalibus homines assimilati.</i>	907.1	<i>Aqua misericordiæ comparatur.</i>	554.1
<i>Anna vidua quomodo Christum agnouit.</i>	888.2	<i>Aqua viva Christi.</i>	828.2
<i>Anni Iubilæus.</i>	817.1	<i>Aqua qui vtantur in Missa vini loco.</i>	946.2.1021.2
<i>Annulus quare in manu detur.</i>	455.1	<i>Aqua lauacrum gratiæ.</i>	1105.2
<i>Annulo secreta signantur.</i>	455.2	<i>Aqua admiscenda in calice.</i>	1198.1.1391.2
<i>Anonymi omnes iniqui in scriptura.</i>	385.2	<i>Aque baptismatis virtus.</i>	259.1
<i>Antei fabula.</i>	1456.1	<i>Aque spiritualis laus.</i>	1184.2
<i>Antenna nauis cruci assimilata.</i>	1110.2	<i>Aque baptismatis effectus.</i>	1425.2
<i>Antichristus duos Prophetas perimet.</i>	335.2	<i>Aquam potantes alijs validiores.</i>	10.2
<i>in Antichristo iniustitia est.</i>	662.1	<i>Aquam quis Deum putauit.</i>	882.2
<i>Antichristus. 437.1.2. eius facinora.</i>	ibidem.		

Aqua

I N D E X.

<i>Aqua nullus factus ebrius.</i>	10.2	<i>Assentatorum munus.</i>	944.2
<i>Aqua purgans corporis sordes.</i>	241.2	<i>Astrologia iudiciaria credere Ethnicus error.</i>	585.1
<i>Aqua que sanentur.</i>	245.2	<i>Astrorum eclipsis tribus diebus continuus.</i>	998.2
<i>ab Aqua quando portetur homo.</i>	712.1	<i>Asutia arma diaboli.</i>	466.2
<i>Aquarum nomine populi significari.</i>	242.2	<i>Asutia diaboli.</i>	16.2
<i>Aquarum differentia.</i>	589.1	<i>Atletarum mos in docendo vincere.</i>	124.2
<i>Aquarum congregationes maria appellantur.</i>	615.2	<i>Auaritia tribus modis condemnata.</i>	4.1
<i>Aquila quomodo pullos probet.</i>	781.2	<i>Auaritia quo pacto vincenda.</i>	46.2
<i>Ara crucis acceptior Deo.</i>	1003.2	<i>Auaritia.</i>	114.1
<i>Arbitrium liberum omnes habent.</i>	456.2	<i>Auaritia semper alta petit.</i>	114.1
<i>Arbitrium hominis liberum.</i>	914.2	<i>Auaritia non solum pecunia est.</i>	116.1
<i>Arbitrium liberum quorsum datum.</i>	1095.1	<i>Auaritia.</i>	138.2.199.2.219.2
<i>Arbitrium liberum per se imbecille.</i>	1301.1	<i>Auaritia non solum pecunia sed altitudinis est.</i>	157.1
<i>Arbitrium liberum absque gratia Dei non sufficit.</i>	1022.2	<i>Auaritia excecatur homines.</i>	170.1.174.2
<i>Arbitrii libertas.</i>	434.1	<i>Auaritia diuinitum inexplebilis.</i>	356.2
<i>Arbitrii liberi Catholica assertio.</i>	915.1	<i>Auaritia vnde orta.</i>	862.2
<i>Arboria vite transgressio.</i>	446.1	<i>Auaritia quantum ferueat.</i>	891.2
<i>Arbori caro comparata.</i>	836.2	<i>Auaritia regum Hierusalem.</i>	898.1
<i>Arbores hyeme non apparentes.</i>	836.2	<i>Auaritia cum iustitia non coheret.</i>	942.2
<i>Arborum vigor tempore veris.</i>	177.2	<i>Auaritia tentatio.</i>	114.1
<i>Arborum proprietates mire.</i>	898.1	<i>Auaritia morbus pestifer propter naturam.</i>	1016.2
<i>Arborum infructuosarum rami Christo substernuntur.</i>		<i>Auaritia quibus doloribus subiaceat.</i>	1925.2
		<i>Auaritia quas generet passiones.</i>	1167.1
		<i>Auaritia genus quibus de causis vitium.</i>	40.2.50.1
<i>Archelaus Lugdunum missus.</i>	50.1	<i>Auaritia effectus.</i>	276.1
<i>Archisynagogi filia resuscitata.</i>	712.1	<i>Auaritia insatiabile desiderium.</i>	459.2
<i>Arctos Græcæ Septentrio.</i>	623.1	<i>Auaritia studentes.</i>	646.1
<i>Arenosa terra semper aret.</i>	213.1	<i>Auaritia consideratio.</i>	774.2
<i>Argentii vsus qualis.</i>	194.2	<i>Auaritia magnitudinem impietatis pondus excludit.</i>	
<i>Argentii cupiditas.</i>	1016.1		
<i>Arguere, quid secundum antiquos.</i>	490.2.814.1		
<i>Argentum insolubile.</i>	656.1	<i>Auaritia furor incredibilis.</i>	1015.2
<i>Aristotelica schola.</i>	450.2	<i>Auaritiam quid pestat.</i>	80.1
<i>Aridi qui.</i>	254.1	<i>Auaritia mala non intelliges maiora non cognoscit.</i>	804.1
<i>Arithmetica que doceat.</i>	499.1	<i>Auarus inutilis.</i>	1016.1
<i>Arma diaboli.</i>	226.1	<i>Auarus rerum pulchritudine priuatur.</i>	1026.1
<i>Arma contra diabolum.</i>	444.2	<i>Auarus quomodo vniuersis fastidio est.</i>	1025.2
<i>Armatura contra tentationes abstinentia.</i>	163.2	<i>Auari conditiones.</i>	1016.1
<i>Armatura nostræ contra quæ.</i>	1034.2	<i>Auari omnia possunt obesse.</i>	1025.2
<i>Artha spiritalis que.</i>	913.2	<i>Auari cum demoniacis comparati.</i>	1019.1
<i>Arthabæ spiritus per amulum.</i>	458.1	<i>Auari quibus verbis puniantur.</i>	1019.2
<i>Arrii & Euenimi heresis.</i>	410.1	<i>Auarorum reprehensio.</i>	276.1.912.2
<i>in Arrianos.</i>	808.2	<i>Auarorum liberum in ferrima mancipia.</i>	1025.2
<i>Arrianorum error de Trinitate.</i>	311.2.469.1	<i>Auaris quid respondeat aurum.</i>	892.1
<i>in Arrianos de mortis destructione Christi.</i>	625.2.	<i>Auaris celum inimicum.</i>	1026.1
		<i>in Auaros.</i>	1015.2
		<i>Auctoritas Christi in iudicando.</i>	183.2
<i>Arrianus quid de Deo sentiant.</i>	738.2	<i>Auctoritas noui & veteris testamenti ad salutem profuit.</i>	259.2
<i>Arrogatia in magnalibus præcipua.</i>	60.1	<i>Audaciæ magnæ sermo.</i>	764.2
<i>Arrogatia nihil depressus.</i>	340.1	<i>Audire à Patre quid.</i>	289.1
<i>Arrogatia quem ad finem tendit.</i>	81.2	<i>Auditor vinosus.</i>	504.1
<i>Arrogatia Phariseorum.</i>	667.1	<i>Auditori quid proficiat.</i>	237.2
<i>Arrogatia quos persequatur.</i>	1238.2	<i>Auditoribus nos laudantibus tacendum.</i>	1178.1
<i>Arrogatia quomodo cauenda.</i>	793.2	<i>Auditu aurium quid fiat.</i>	716.1
<i>Arrogatia demonstratio.</i>	1056.2	<i>Auiditas rerum quibus insit.</i>	1043.1
<i>Arrogatia que molestissima.</i>	1236.1	<i>Auis que altius volat.</i>	340.1
<i>in Argantiam remedium.</i>	973.2	<i>Auis sine penis volans.</i>	1118.1
<i>Arrogas de iactantia loquitur.</i>	117.1	<i>Aurum volatus in forma crucis.</i>	1110.2
<i>Arrogas proprium.</i>	678.2	<i>Aures ad quid aperiendæ.</i>	716.1
<i>Arrogas omnibus peiores.</i>	1007.1	<i>Aurum sensus.</i>	576.2
<i>Artuaptitudo.</i>	1073.2	<i>Aurum argento sordescit.</i>	5.2
<i>Arume qui scribebant.</i>	1070.2	<i>Aurum igno purgatur.</i>	68.1
<i>Arume quid signetur.</i>	1043.1	<i>Aurum sapientia vilius.</i>	573.2
<i>Astrum potentia.</i>	1056.2	<i>Aurum quid sit.</i>	890.2
<i>Asinuale animal.</i>	907.1	<i>Auri puritatem que cauent.</i>	68.1
<i>Asinulum cogente necessitate insidendum.</i>	912.1	<i>Auri amatores non timent frigus.</i>	891.2
<i>Asinamundum animal.</i>	898.1.906.1	<i>Auri amor omnia reddidit abiecta.</i>	942.2
<i>Asinos ingressum Christi reddita Domino.</i>	906.1	<i>Auri exoptatores.</i>	1016.1
<i>Asinudiuo.</i>	487.2		
<i>Asseiores qui se sententur.</i>	1026.1		

SSSS 4

Auster

I N D E X.

Auster ventus quid significat mystice. 204.1.
Auxilium Dei rebus humanis necessarium. 1022.1.
1077.2
Azymorum festus qui dicitur. 840.1
Azymorum quot dies. 943.1
Azymorum dies indifferenter pro Pascha. 932.2
Azymos panes que Ecclesia afferat. 945.1
in Azymis sinceritatis viuendum. 932.2

B

Baal Palestiniarum simulacrum. 463.1. eius initium.
ibidem.
Babylonorum mos in portando decalogo. 322.1
Bacchi tristeris bacchantes. 1019.1
Bacchanalia immundorum. 979.1
Bacchanaliorum stultitia. 1019.1
Balaam propheta. 862.2
Balena Ionam vorans. 217.1
Balsami copia apud Iudeos. 1055.1
Balthasar festina mors. 7.2
Baptismus solus sine operibus non sufficit. 19.2
Baptismi typus. 14.2
Baptismus omni die sumitur. 40.2
Baptismus signaculum fidei. 130.2
Baptismus martyrium appellatur. 334.1
Baptismus vere abluit peccata. 477.2
Baptismus Christi. 14.2. 698.1
Baptismus ante Eucharistiam necessarius. 841.2
Baptismus repeti non potest. 1244.1
Baptismi sacramenti a Pascha distinctio. 40.1
Baptismi imago vbi prescripta. 241.2
Baptismi efficacia. 245.2. 1425.1
Baptismi prefiguratio. 257.2
Baptismi sacramentum vbi contineatur. 259.1
Baptismi necessitas. 841.2
Baptismi recipiendi nulla etas immatura. 1131.2
Baptismatis aqua. 259.1
Baptismatis gratia. 469.2
Baptismatis fons. 585.1
post Baptismum certamina nos manent. 163.2
in Baptismo Trinitas. 281.2
in Baptismo que aperiantur. 555.1
in Baptismo Christi Trinitatis operatio ostensa. 264.2
Baptismo penitus omnia peccata deleri. 1244.1
in Baptismo vere homo renouatur contra Lutheranos. 1455.2
ante Baptismum nemo calum ingrediebatur. 164.1
Baptismata quinque in nobis. 130.2
Baptizatus cuius fiat particeps. 458.1
Baptizatus quid in manu habere debeat. 458.1
in Baptizatis aqua non simpliciter operatur. 241.2
Barrabas homo seditiosus. 990.1
Basilides hereticus. 841.1
Basilides exomoloseon titulus Grecus crucis. 1124.2
Beatus quomodo fit. 95.2
Beatus vere quis. 392.2
Beata vita in quibus querenda. 454.2
Beati omnium nomine notati. 268.2
Beati ruinam non expauescent. 170.2
Beatorum nomine qui comprehensi. 169.2
Beatorum quid sit peculiare. 170.2
Beatorum maior cura. 979.1
Beatiitudo eterna gloria. 202.1
Beatiitudo quomodo rapitur. 804.1
Beatiitudinis futura exemplum. 262.1
ad Beatiitudinem qui ascendit. 669.1
Beatiitudinum oratio. 908.2

Betificationis prouentus. 121.1
Beatissimus quis. 1016.1
Beelphégor Moabitarum status. 463.1. eius initium. ibid.
Beelzebub princeps demoniorum. 92.2
Beelzebub septem spiritus. 213.2
Beelzebub propter derisionem vocabant Iudei. 463.2
Beelzebub quid significat. 463.2
Beelzebub Deus Acharon. 465.2
Belus pater Nini regis. 463.1
Bel Chaldaeorum simulacrum. 463.1. eius initium. ibid.
Bellus Assyriorum rex. 470.2
Bellum quo in loco sit. 959.2
Bellum quam ob causam decretum. 981.2
Bellum ingens vbi. 1026.1
Bella qui habeant inter se. 844.2
Belli concitatores. 981.2
Bella vnde exorta. 1016.1
Bellatores in Christum. 980.2
Bellicum gladium deponentes. 981.2
Bene viuentes in lege non sunt. 754.2
Benedicti tentatio. 160.2
Benedicti quare vocantur sancti. 169.1
Benedictionis panis. 975.1
Benefactores non liuore sectandi. 1012.2
Beneficium inchoantis iustitie. 75.1
Beneficij magnitudinem qui ostentent. 458.2
Beneficia duo vno tempore concessa. 1192.2
Beneficia que gratis dentur. 643.2
Beneficia male facientibus collata. 102.2
Beneficiorum Christi remissio. 840.1
Beneficiorum immemores. 1095.2
Beneuolentia. 822.1
Beneuolentia signum. 898.1
Beneuolentia sedes vbi. 825.2
Benignitas Dei ineffabilis. 461.2
Benignitatis summe indicium. 982.2
Benignitas Christi hominibus imitanda. 1033.2. 1199.2
Bethania domus obedientie. 905.1
Bethaniam quando ingressus Dominus. 197.1
Bethpage quid. 905.2
Bethpage domus Buccae. 905.1
Bibacitas duplex. 979.2
Blanditia nihil profuit. 273.1
Blandientis affectus. 944.2
Blasphemia irremediabile peccatum. 213.1
Blasphemia in spiritu sanctum non remittitur. 291.1
Blasphemia auaita Iudei scindunt vestimenta. 935.2
Blasphemia quibus maior. 884.1
Blasphemia que sint. 516.2
ad Blasphemiam que compellant. 379.470.1
ad Blasphemiam qui sint procliuus. 692.1
Blasphemi in Deum et sanctos. 716.1
Blasphemorum reprehensio. 379.1
Blasphemantes quo numero demoni possideant. 202.2. 2470.1
Blasphemantium diuersi sermones. 992.2
Bonus ad quid tentatur. 131.1
Bonus in quibus a malo differat. 411.2
Bona mundi triplex interitus tollit. 30.2
Bona omnia, propter quos a Deo dentur. 88.2
Bona quibus nihil profuit. 88.2
Bonus quando fit melior. 793.1
Bona que nouimus, agendo, vt Deum videamus. 279.2
Bona huius mundi quomodo insumenda. 396.2
Bona perfectissima quando dentur a Deo. 458.1
Bona esse bona quando cognoscuntur. 811.1
Bona vite que adbareant. 961.2
Bona

I N D E X.

Bona que nobis preparata. 1012.1
Bona opera publicanda non sunt. 1172.1
Bona diuinitus emanare recognoscendum. 1172.2
Bona quem ad vsum nobis Deus largiatur. 1174.1
Bonum que non faciant. 87.1
Bonum propter homines facientes. 90.1
Bonum secundum Deum vbi sit. 131.1
Bonum omne de templo egreditur. 188.1
Bonum quibus nihil profuit. 1101.1
Bonum iuxta malum ad quid ponitur. 115.1
Bonum omne extra carnem et mundum est. 262.2. 280.1
Bonum hominis solum. 793.1
Bonum pro malo reddendum. 839.2
Bonum difficile inuentu. 941.2
Bonum a quocunque factum laudandum. 1152.2
ad Bona opera Deus homines fecit. 44.1
Boni commisso malo opere contristantur. 78.2
Boni que mali conditiones. 246.2
Boni quid proprium. 290.2
Boni in quibus moriuri. 672.1
a Boni operatione nullo tempore cessandum. 1020.1
Boni quibus admirationi sint. 28.1
Bonorum tria fortiora. 79.1
Bonorum terrestrium ad duo reductio. 669.1
Bonorum aternorum fructio. 84.1
Bonorum futurorum gratia. 217.2
Bonorum premia. 753.1
Bonorum et malorum vna resurrectio. 883.1
Bonorum gaudium. 891.2
Bonorum mundi dolor. 942.1
Bonorum et malorum communia dona. 891.2
Bonorum operum distinctio. 891.2
Bonis que feruentur. 948.2
Bonorum celestium acquisitio precibus efflagitanda. 974.1
Bonorum oblatio in dedicatione altaris. 1025.2
Bonorum transitorie voluptates. 474.2
Bonos diabolus tentare potest. 64.2
Bonitas in Centurione. 64.2
Bonitatis exemplum. 93.2
Bonitas Dei magna. 299.2
Bonitas integra. 1012.2
Bonitas Christi imitanda. 355.1
Byssus genus lini.

C

Cæcus vere qui dicitur. 473.1. 512.2. 518.2
Cæcus quid significet. 684.1
Cæci qui dicantur. 513.1
Cæcorum visio. 908.1
Cecitas quid sit. 695.2
Cedes iniuste qui patrarunt. 990.1
Celum ante baptismum clausum. 164.1
Celum tertium tabernaculum. 283.2
Celum qui possideant. 899.1
in Celo quid reconditur. 24.1
Celi mutatio in passione Christi. 908.2
Celi inordinatio. 965.2
Celi pulchritudine qui non delectentur. 1026.1
Cælorum apertiois post baptismum Christi mysterium. 164.1
Cælorum regnum nobis predestinatum est. 180.1
Cælorum regno qui expellentur. 645.1
Cælorum ostij prima referatio. 389.1
in Cælis thesaurizans. 288.1
in Cælis nullæ sunt domus. 264.1
in Cælis ante resurrectionem anima transferentur. 883.1

in Cælis domus querenda. 1026.2
Celestis laus eterna. 81.2
Celestis regni consideratio. 883.1
Celestis gloria impletio. 919.1
ad Celestem patriam tendendum. 919.1
Celestia nullis incommodis subiecta. 6.1
Celestium significatio. 435.2
Celestium pramiorum spes. 938.1
Celestibus votum transgredi damnable est. 135.1
Cæremoniarum sanctorum contemptores. 976.2
Cain maleficium graue. 62.2
Cain inuidia. 449.2
Cain osculum. 1058.1
Caiphas quid significet. 954.1
Calamitates magis nociue. 1012.1
Calamitas sempiterna. 1025.2
Calamitatis consideratio. 60.1
Calamitates Iudeorum crudeliores. 205.1
Calceamenta quid signent. 455.1
Calceamenta spiritualia ad quid profint. 460.1
Calix, id est, passio dolorum. 334.1
Calix trebrians. 978.1
Calix martyrij salutaris. 979.1
Calix quis potandus. 979.1
Calix immundorum. 979.1
Calicis mundatio. 979.2
Calicem totum passionis qui bibat. 978.1
Calicem Christus bis accepit. 1157.1
Calices duo quibus Christus discipulis propinauit. 1006.1
Caluarie locus decollationis damnatorum. 938.1
Caluarie locus quid significet. 991.2
Caluarie locus quomodo exponatur. 1011.1
Caluini redargutio. 360.2. 661.2
in Caluini de Trinitate. 665.1
Caluini et locorum sacrorum vastatores. 976.2
in Caluianos. 987.1
Calumniam qui Deo meditentur. 656.1
Calumniantium voces aspernandæ. 983.2
Candor mentis et corporis. 942.2
Candidorum differentie. 267.1
Canes qui vocati erant. 236.1
Canum lingua curat vulnus. 360.1. 405.2
Caparnaum quid significet. 56.2. 53.2. 624.1
Caparnaum ciuitas Galilee. 71.1
Capilli nostri Deo numerati. 68.2
Capillos nutrire religionem qui putent. 1034.2
Capæarum vitia. 177.1. familia reproborum. ibidem
Caput pro ratione acceptum. 5.1
Caput quibus rebus ornandus. 8.1
Caput viri Christi. 24.1
Caput vntum oleo signum lætitiæ apud veteres. 52.2
Caput inclinare quid. 996.2
Caput Christi qui hodie feriant. 2045.2
Capite damnatorum petitio quibus licita. 959.1
Captiui Iubilee anno manumittebantur. 4796.1
Captiuitas carnis. 187.1
Cardinalis quid significet. 1462.1
Carcer quem in sensum accipiat. 184.1
Carcer quos tenere debeat. 752.1
Carcer non timendus. 185.1
Carceratorum liberatio apud Iudeos. 989.2
Caro nostra velut ancilla gubernanda. 30.2
Caro captiua est. 87.1
Caro inuertibilis in passione. 87.1
Caro inimicum non potest diligere. 87.1
Caro nullum bonum facit. 87.1
Caro viuere non potest, nisi anima consensu. 89.2
Caro

I N D E X.

Caro nostra fluminis est.	273.2	Catechumenus quid significet.	702.1
Caro aduersus quos magia insurgat.	374.2	Catechumeni animo, qui.	131.1
Caro intellectum regenda.	566.1	Catechumeni.	457.2
Caro beatorum quo gaudio resurrectura.	939.1	Catechumenorum fides.	623.2
Caro Christi quomodo manducanda.	945.2	Catechumenorum figuram qui teneant.	686.2
Caro Christi ex Abraham.	809.1	Catechumenos exorcizandi mos vetustus.	214.2
Caro in quibus non aduersetur.	979.1	Catechumenos inungendi mos.	695.2
Caro quibus infirmetur.	ibidem.	Cathedra prima bonorum querenda.	311.1
Caro substantia.	1241.1	Cathedra Ecclesie que.	309.2
Caro Christi operatione ineffabili transformatur.	1049.2	Cathedra quid significet.	321.2
Carnis spiritus quibus delectetur.	29.2	Catholica fides.	780.1
Carnis dilectio unde nascatur.	87.1	Catholici hominis proprium.	977.2
Carnis passio.	89.2	Catholicorum varietas.	55.1
Carnis natura quibus subdita.	89.2	Cayphas pretio sacerdotum adeptus.	862.1
Carnis maceratio.	157.2	Cayphas vitium accusatur.	864.1
Carnis opera qui faciat.	293.2	Cayphas quomodo prophetauit.	866.1
Carnis renouiscencia.	751.1	Cayphas quis sit.	982.2
Carnis voluptatis opus suae peruersis.	442.2	Cayphas Prophetia.	862.2
Carnis peccatum quibus dominetur.	488.1	Celeritas animi in quibus.	978.2
Carnis desideria conterenda.	812.2	Celebratio factorum qualis.	844.1
Carnis seruatus.	885.2	Celebratio Pasche more Iudeorum.	943.1
Caro hominum infirma.	978.1	Celebrantes sacramenta quid meditari debeamus.	1242.1
Caro & vini abstinentia precipua.	559.2	Centurio quid significet.	53.1
Carnis opera quibus indagentur.	177.2	Centurionis bonitas.	54.1
Carnis necessitudo inseparabilis.	212.2	Centurionis prudentia.	54.2
Carnis nostra turpitudine quibus tegatur.	905.2	Centurio quis dicatur.	54.1.71.1
Carnis & sanguinis Christi veritas.	941.2	Centuriones qui erant.	63.2
Carnis mortificatio.	979.1	Centurionis laus.	64.2
Carnis Christi transmutatio in verbum.	1098.1	Centurionis fides miranda.	71.2
Carnis excessus.	1020.1	Centurionis tres virtutes.	71.2
Carnis nostra infirmæ symbolum.	1052.2	Centurionis fides qua in re laudetur.	752.1
Carnis & animæ purificatio.	1250.1	per Centurionem qui designatur.	54.1
Carnis mortificatio.	1358.2	Centurionibus que cura demandata.	63.1
Carnem suam nemo odio habet.	889.2	Centenarius numerus perfectus.	54.1
Carnes igni affatae.	629.1	Centrum mundi.	938.2
ad Carniam abominationem qui lapsi sint.	1034.1	Certaminis spiritualis locus.	112.1
à Carnibus abstinentia laudabilis.	1034.1	Chaldeorum in templum Salomonis irruptio.	649.1
Carnalis cognatio quomodo coningat.	216.2	Chananaam quomodo interpretetur.	236.1
Carnalis concupiscencia.	454.1	Chananaei unde orti.	235.1
Carnalis cogitatio.	289.2	Chananaei qui fuerunt.	228.1
Carnali mente diuinitas non clauditur.	810.1	Chananaea prudentia.	224.2
Carnalis responsio.	577.1	Chananaea mulieris mens.	226.1
Carnalium cogitatio.	287.2	Chananaea quare non respondit primò Christo.	236.1
Carnale desiderium ad caput frangitur.	1104.2	Chaos quid significet.	403.1
Carnales homines.	288.1	Charitas D. Petri incensa erga Christum.	108.2
Carnales impetus quid superet.	1025.1	Charybdis.	782.2
Carnalia vbi posita.	334.2	Charitas circa que sit.	182.2
in Carnali actu diabolus fraudare potest.	90.2	Charitas plenitudo legis.	250.2
Castigatio carnis.	119.1	Charitas unde.	250.2
Castigationis modus.	1075.1	Charitas de spiritu sancto.	299.2
Castigationes Dei propter quos mittantur.	88.2	Charitas cum quibus esse non possit.	453.2
Castigationibus caro infirmatur.	979.1	Charitas.	751.2.1199.2
Castitas carnis & castitas spiritualis.	29.2	Charitas quomodo mittat timorem.	807.1
Castitas plus quam castus.	299.1	Charitatis consummata latitudo.	75.1
Castitas mentis obseruanda.	655.1	ad Charitatis impletionem pertinentia.	77.2
Castitas vera.	1199.2	Charitatis elemosyna.	96.2
Castitas ante omnia custodienda.	1238.1.1441.2	Charitatis laus.	113.2
Castitatis incredibilis viri.	942.2	Charitatis bonum.	151.1
Castitati studentes.	942.2	Charitatis perfectio.	181.1
Castitate accensa mulieres.	1034.1	Charitatis sex species.	185.1
Castus homo quis sit.	89.2	Charitatis duo precepta.	251.1.526.1907.1
Castam mentem que sanctificent.	235.1	Charitatis vna anima.	299.1
Castrotrorum inualiditas.	1025.2	Charitatis fons.	299.1
Castibiticium munus olim in Ecclesia.	457.2	Charitatis diffusio.	299.1
Castibizandi infantem exemplum.	224.1	Charitatis pignus.	438.2
Castibizandorum forma.	237.1	Charitatis diuine in homines descriptio.	443.1
Catechumenus homo nondum abrenuntiat diabolo.	130.1	Charitatis effectus.	452.1
Catechumenus quare inungitur.	702.1	Charitatis continendæ ordo.	489.1

Charitate

I N D E X.

Charitate qua preedit esse debemus.	497.1	Christus aduocatus noster apud patrem.	752.1
Charitatis tenenda precepta.	499.2	Christus quare precatus.	765.2
Charitatis opus.	610.1	Christus quare homo factus.	790.2
Charitatis vera ordo.	891.1	Christus quibus asper & mansuetus.	794.2
Charitatis mandatorum certissima regula.	907.1	Christus quando gustabilis.	802.2
Charitas in quibus sit.	917.2	Christus quid.	804.2
Charitatis opera quibus significentur.	938.1	Christus vbi sit.	899.1
Charitas non est sola.	1100.1	Christus qua complebit erudiendo.	912.1
Charitatis supereminencia.	1262.1	Christus per que dirigat sanctos.	915.2
Charitatis signum.	1013.1	Christus à quibus morti traditus.	940.1
Charitati quid magis consonum.	77.2	Christus quare vespere discubuit.	944.1
Charitatem quid magis conseruet.	1013.2	Christus totus sub vtraque specie continetur.	946.2
à Charitate Christi nihil potest nos separare.	973.1	Christus sine discipulis orabat.	948.2
Charybdis stagnis repletur.	1020.1	Christus mortem non timuit.	1004.2
Chore filiorum consensus.	487.2	Christus quare post resurrectionem comedit.	1021.1
Christus arrhabo futurorum.	458.1	Christus quo pacto docuit discipulos.	1172.1
Christus mysticum Ecclesiam sanctificat.	1254.2	Christus primus particeps mysterij Eucharistiae.	1075.2
Christumatis oleum olim in usu.	130.2	Christus à Christumate dictus.	1246.2
Christumatis consciendi antiquum institutum.	1245.2	Christus quomodo animas in limbo visitauit.	1420.2
Christumatis sacri virtus.	1246.1	Christus seipsum tripartitur.	1183.1
Christumatis olei usus in veteri Ecclesia.	1316.1	in Christo nulla immutatio.	1452.2
Christumate antiquitas qui sacrabantur.	1246.1	Christus matri primo visus post resurrectionem.	1470.1
Christumatis bonitas.	223.2	Christi cum Adam comparatio.	22.1
Christumatis sententia explosa.	4.1	Christi dignitas.	65.1
Christus factus vnguentum nobis.	17.2	Christianorum afflictiones corporis.	119.2
Christus medicus noster.	20.2	Christi & Belial nulla participatio.	121.1
Christus verbum Dei.	30.1	Christi operum descriptio.	149.2
Christus caput nostrum.	64.2	Christi venturi gloria.	177.1
Christus per quos rogandus.	97.1.278.1	Christi membra.	185.2
Christus impossibilia non precipit.	57.1	Christi dignitas supra mensuram.	190.1
Christus duplici figura animam ingreditur.	66.2	Christi transfiguratio ea forma qua venturus est.	263.1
Christus etiam absens miracula fecit.	69.1	Christi anima non conuersatur in hoc mundo.	288.2
Christus via nostra.	107.1	Christi acta omnia in exemplum humilitatis.	352.1
Christus non habuit pondus corporale, secundum hereticos.	107.1	Christi amor. 324.1. eiusque triumphus sanctis quid profuit.	393.2
Christus qua tentatione tentatus.	113.2	Christi quotidiana consuetudo.	592.1
Christus vt Deus & homo adorandus.	ibidem.	Christi nomen unde dictum.	592.2
Christus tentandus à quo spiritu ductus.	ibidem.	Christi corpus sensibile.	626.1
Christus cur seipsum tentandum praeceperit.	120.2	Christi duo actus. 646.1. & sermonis virtus.	727.1
Christus an portatus fuerit à diabolo in tentatione.	122.2	Christi & Ecclesie vnitatis.	758.1
Christus quem cibum esurijit.	163.2	Christi sermo omnis sapientia.	773.1
Christus in quibus à Satana tentatus.	164.2	Christi mansuetudo qualis.	812.2
Christus mortuus vt nos viuamus.	170.1	Christi dispensatio prima medicinalis.	780.2
Christus passus quare patitur Ecclesia.	213.2	Christi tres cruce. 891.1. eiusque eternitas.	900.1
Christus propter quid mortuus.	214.1	Christi sanguis in Iudeos.	937.2
Christus homo visus propter mortem.	217.1	Christi venditio. 943.1. quantæque eiusdem flagellatio.	960.1
Christus quot horis iacuit in sepulchro.	217.1	Christi passio quid contineat. 962.1. eius causa.	1021.1
Christus quare dicatur tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ.	217.1	Christi vita mundissima.	982.2
Christus quare venit.	288.2	Christi septem verba in cruce.	994.2
Christus pre esto inuocantibus.	297.1	Christi coniunctio cum hominibus quotidie.	1023.2
Christus ante omnia tempora.	302.1	Christi voluntates due.	1043.1
Christus propriè Episcopus.	313.1	Christi caput hodie ferientes.	1045.2.1110.1
Christus verbum veritatis.	341.1	Christi tristitia pro quibus.	1057.2
Christus se filium hominis potius quam filium Dei nominat.	349.1	Christi vnam tantum operationem qui dicunt.	1107.2
Christus à multis traditus.	349.2	Christi corpus vbi sit.	1390.2
Christus ad quid venit.	389.2	de Christo scripturae.	664.2
Christus multas ob causas incarnatus.	389.2	Christum qui colligant.	179.1
Christus cur homo dictus.	420.2	Christum malum querere quid.	287.1
Christus boni odoris victima.	441.1	Christum diuersi homines sequebantur. 655.2. nos verò quando eum sequamur.	877.1
Christus vitulus saginatus.	455.2	in Christum omnes credere quid coegit.	877.2
Christus quibus in cordibus requiescat.	581.2	Christianus qua in cruce pendere debeat.	36.2
Christus paruo tempore cū hominibus conuersatus.	624.1	Christianus populus quibus mysterijs declaratur.	259.1
Christus quando natus, conceptus & passus.	626.1	Christiani veri Christum imitari tenentur.	16.1
Christus Deus de Deo.	665.1	Christiani ex quo populo sint.	67.1
Christus perfectum bonum in omnibus.	666.1	Christiani soli condemnabuntur in iudicio.	186.2
Christus equalis Patri.	673.2	Christiani insigne quo dignoscitur.	186.2
Christus humanum requirit auxilium.	751.1	Christiani	

I N D E X.

Christiani qui beati. 819.1. & deuotissimi.	957.1
Christiani quibus sternantur. 916.1. quibusque saluentur.	921.2.
Christiani Iudaicae religionis conculcatores.	916.1
Christiani requies. 957.2. eiusque gratia.	177.2
Christianorum precipuum opus.	186.2
Christianorum & Pseudochristianorum discrimen.	962.1
Christianismi signaculum.	458.1
Christianorum mysteria priora quam Iudaorum.	945.1
Christianorum vita quibus conformari debeat.	1351.1
Christicola omnes dicuntur sacerdotes.	1255.1
Cibus quis nobis necessarius.	12.1
Cibus Christi qualis sit.	21.2
Cibus animi nutritorius. 974.1. confortatiuus. 1006.1	
Cibi praerogatio.	125.1
Cibum leuem corpus requirit.	9.1
Cibo quid intelligatur.	628.2
Cibo spirituali prius reficiendi Christiani.	1057.1
Cibi quomodo digerantur.	507.1
Ciborum paritas in ieiunio.	10.1
Ciborum delectus in quadragesima non querendus. ibid.	
Ciborum concupiscentia prima hominis tentatio.	157.1
Ciborum genera in pane significata.	164.2
Ciborum manducatio non coinquinat.	517.2
Ciborum abstinentia impossitio.	1291.1
Cibos Christus conuempit.	556.1
Cicatrices martyrum.	1506.2
Circumcisio quid sit. 657.1. quantum conferrebat. 656.2.	
eaque tribus de causis data. 655.1. 656.2. eius signifi-	
catio.	663.1
Circumcisio que pertinebat ad salutem.	656.2
Circumcisio particularis sanitas.	657.1
Circumcisio ad quid pertineat.	663.1
Circumcisio spiritalis. 670.1. & cordis.	ibid.
Circumcisio vera que.	670.2
Circumcisio spiritalis quibus debeat.	670.2
Circumcisio legalis mortem depellere nequit.	671.1
Circumcisionis utilitas.	671.2
Circumcisionis prima lex.	670.1
Circumcisionis spiritalis effectus.	670.2
Circumcisio vera petra.	663.2
Ciuitas sancta que.	1011.2. 160.1
Ciuitas Regis magni que.	624.1
Ciuitatem ingressi quid agendum.	188.1
Ciuitates capitales inopes alias emirere tenentur.	913.1
Cines cibibus inuidere naturale est.	478.2
Cinnum inuidorum arrogantia retunditur.	477.1
Claudani Lugdunensis Episcopi opinio de animabus Di-	
nitis & Lazari.	402.1
Clausus D. Petri que.	23.1
Claudi qui.	254.1
Clauidas Christi & sanctorum an erit equalis.	263.1
279.2	
Clementia Christi.	1033.2
Clementia quid sit.	944.2
Clementie & mansuetudinis proprium.	953.2
Cleri vitium.	320.2
Clerici mali inemendabiles.	309.1
Clerici peccantes difficile penitent.	320.1
Clericorum ordo.	164.2
Clericorum praecipua cura.	1023.2
Cedes Angelorum admirabiles.	1027.2
Cena que dicitur.	322.1
Cena Christi quare respicere facta.	944.1
Cena dominica.	973.1
Cena Domini diei prerogatiua.	1245.2
Cenas qui sumptuose preparant.	1026.1
Canaucum quid.	933.2
Canaculi nomine quid intelligatur.	1005.2
Coitus illicitus.	803.2
Cogitatio Dei.	288.2
Cogitatio nostra qualis.	887.3
Cogitatio fortis.	1073.2
Cogitationes bonae contra tentationem.	163.1
Cogitationes impurae mentem perturbant.	235.2
Cogitationes tentare Deo proprium.	471.1
Cogitationes mandanae.	288.1
Cogitationes quae uocentur.	515.2
Cogitationes bonae.	724.2
Cogitationes malas assumens Christum lapidat.	796.2
Cogitationum testes sumus.	826.1
Cogitare quid debeamus iniurijs acceptis.	1013.1
Cogitationis spiritalis adeptio.	216.2
Cogitatione fratres dicuntur.	205.2. 843.1
Cognitio Dei quomodo dicitur.	307.1
Cognitio Dei virtutum fundamentum.	668.2
Cognoscere quid sit.	656.1
Cognoscere Deum quid significet.	770.2
Cognoscere in scriptura quibus modis sumatur.	771.1
Cohors quingentorum militum.	1058.1
ad Colendum Deum praemijs inflammatur.	668.2
Color naturalis quomodo corrumpatur.	519.1
Colores qui pretiosissimi.	1013.2
Colloquia quae uariata.	138.2
Colloquia praerogatum hominum quam noxia.	955.2
in Columbis sanctus spiritus intelligendus.	191.2
Columna cui Christus alligatus fuerat. exiit.	1204.2
Collybista pro numeralijs consiliuti.	188.2
Comedeabant antiqui ieiunando.	322.1
Comedentes antiqui semel in die.	322.1
Commendatio hominis Deo.	114.1
Communio quibus non detur.	649.1
Communio quare Eucharistia dicitur.	1075.1
post Communionem quid agendum.	1021.2
Communionem qui priuentur.	945.2
Communionem sumpta qui deteriores fiunt.	945.2
Communicat proprium uerbum scripturarum.	506.1
Communicare quis possit.	1024.1
post Communionem Deus laudandus.	947.1
Communicantibus indigni non paruum supplicium.	1023.1
Communis pestilentia Ecclesiae.	122.1
Compassio damnatorum in iustis non erit.	356.1
Continentia uotum.	1278.1
Compassio ad homines pertinet.	761.1
Compassionis expertes diaboli.	184.2
Compassio mulierum.	1179.2
ad Compassionem qui excitentur.	765.1
Computatio diei & noctis antiquorum.	202.1
Comprehendere magna qui non possunt.	612.1
Conceptio humana quomodo perficitur.	626.1
Conceptio B. Mariae quo tempore.	1094.1
Concilia praerogatum quam noxia.	1121.1
Concio qua reuerentia audienda.	625.1
Concionae qui diuersimode audiunt.	811.1
Concionibus quae propria.	822.1
Concionator tria debet habere.	920.1
Concionatorum quorundam reprehensio.	312.2
Concordia in temporibus ueteris & noui testam.	188.1
Concordia quae mala.	691.2
Concordia cum quibus esse debeat.	981.2
Concordia inter Prophetas.	936.2
Concordiae signum antiquorum.	1058.1
Concordiae fedus.	1058.1
Concupiscentia triplex.	935.1
Concupiscentia commotus quid agat.	758.1
Concupiscentia non habet locum apud perfectos.	979.1
Concupi	

I N D E X.

Concupiscentiae praecipuum de quibus loquatur.	87.1
Concupiscentiae radices euulsa.	83.2
Concupiscentiae oculus.	117.1
Concupiscentia ruina.	133.1
Concupiscentia contraria.	951.2
Concupiscentiam carnis qui superant, casti esse dicuntur.	89.2
Concupiscentia ab animis nostris praecipue.	313.1
Concupiscere animo quis dicitur.	87.1
Condemnatio reproborum.	811.2
Condemnatorum petitio quibus debeat esse.	959.1
Condemnabit quis homines in iudicio.	768.1
Conditiones diuersae hominum.	78.2
Condolendum quibus sit.	1013.1
Confessio peccatorum quid sit.	394.2
Confessio quomodo fiat.	435.2
Confessio peccatorum ubi.	455.1
Confessio peccatorum facta hominibus.	562.2
Confessionis meditatio quid proficit.	436.1
Confessionis effectus.	439.2
Confessionis forma & utilitas.	762.2
Confessio breuis uita longae acquisitio.	1111.2
Confessionis institutio.	1237.1
Confidere non multum debemus.	977.2
Confidentis hominis signum.	973.1
Confitendo peccata quid agamus.	394.2
Confidendum sibi ipsi non est.	977.1
Confirmatio doctrinae.	612.2
Confirmatio ex uno ad alterum.	822.2
Confirmationis sacramentum.	1244.1
Confortatur discipulus Christus.	726.2
Coniuges quando a coniunctione separari debent.	488.1
a Coniugali concubitu cur. & quo tempore abstineendum.	39.2
Coniugatorum mutua dilectio.	1278.2
Coniugulandum proximo.	805.2
Coniugum inuidia.	833.1
Conscientia peccantis vulnerata.	5.1
Conscientia munda in oculis Dei speciosa.	5.1
Conscientia cordis.	820.1
Conscientia torquentur, qui non ieiunant tempore qua-	
dragesime.	19.2
Conscientia peccantis semper vulnerata.	29.2
Conscientia bona an demonstrat.	95.1
Conscientia seruanda.	142.2
Conscientia umbra tenebrosa.	202.2
Conscientia diabolo mancipata.	227.2
Conscientia polluta.	233.1
Conscientia peccatoris.	358.1
Conscientia nostra.	383.1
Conscientia male secuta.	713.1
Conscientia nondum securi de seipsis dubitant.	973.1
Conscientia ablutio.	30.1
Conscientia puritas.	94.1
Conscientia locum curat Deus.	320.2
Conscientiam quae mordeant.	376.2
Conscientiae accusatio.	383.1
Conscientiae redargutio ex interuallis.	333.2
Conscientiae puritas accipienda.	797.1
Conscientiae nostrae testimonium.	818.2
Conscientiae malitia.	973.1
Conscientiae aculeus.	1003.2
Conscientia propria condemnati.	957.1
Consentientes quare non consequuntur quod petunt.	486.1
Consecratio quibus uerbis fit.	945.2
Consilium patris quantum proficit.	449.2
Consilium Deo qui uelint dare.	753.1
Consilium a quo accipiendum.	753.1
Consilium uersutum.	974.1
Consilij contra Iesum causa.	867.2
Consilia diaboli peremptoria.	122.1
Consilia quo pacto inuertantur.	1172.2
Consolari uerbo gratiae Dei quid sit.	452.1
Consolatio uerbi quid proficit.	492.1
Consolationis nostrae profectus.	118.1
Consolationis ager Capharnaum.	623.2
Consolationis nostrae uerba.	842.1
Consolationis modus in afflictione.	947.1
Consolationis profectus.	1012.1
Consolatoria Christi uerba.	1077.1
Constantia Paralytici.	257.2
Constantia animi magna.	292.1
Constantia exemplum.	236.1
Constantiae sermo.	329.1
Constantiae magna exemplum.	727.1
Constantinus Gentium princeps.	920.2
Consuetudine peccandi se implicantes.	738.1
Consuetudo cum sanctis perdurabilis.	938.1
Consummatio terrarum orbis.	1100.1
Consulere proximum opus pium.	822.1
Contemplatio circa quae occupetur.	584.1
Contemplationis tabernaculum.	285.2
Contemplationis inimita Iapor.	685.2
Contemplationis rerum uacantibus quid seruandum sit.	263.1
Contemplatione qui digni sunt.	282.1
Contemplatiue uita forma.	1099.1
Contemere quae debemus.	804.2
Contemptus mundi.	843.2
Contemptus nobis ipsis non inferendus.	977.2
Continentia quid sit.	246.2
Continentia sanctificatio appellata.	738.2
Continentia uita quibus incunda.	962.1
Continentis genus magis sectandum.	5.1. 146.2
Continentis uirtus.	488.1
Continentia qui abhorreant.	1287.2
Contraria quae in Domino nostro Iesu Christo conside-	
rentur.	288.2
Contraria sibiipsis dicentes.	983.2
Contraria qui uirtutibus repulerunt.	1016.1
Contrariarum uirtutum colluctatio.	973.2
Contristatio Apostolorum de quibus.	973.1
Contritio peccatorum non subitanea.	383.2
Contritio pro peccatis salubris.	1034.2
Contritionis excessus reuicendendus.	1034.2
Contritionem magis quam penitentiam respicit Deus.	326.1
Contritionem ueram Iudas non habuit.	1017.2
Contristari & incipere contristari quomodo inter se dif-	
ferant.	1006.2
Contristatus quibus recurrere debeat.	888.1
Contristatus quare Christus.	934.2
Contumelie in Christum diuersae.	1035.1
Contumelias quomodo pati decet.	814.1
Contumelias quomodo pati debeamus.	794.2. 814.1
ex Contumelijs uoluptatem capientes.	1035.1
Contumeliose mulieris punitio.	63.1
Conuersatio nostra qualis.	892.1
Conuersationis sanctae perseuerantia.	938.1
Conuersio peccatorum quam incunda in celo.	453.2
Conuersio boni latronis.	993.1
Conuersionis spes quantum duret.	185.1
Conuiuia preparantium redargutio.	556.1
Cooperatio nostra ad Dei gratiam consequendam sum-	
mopere necessaria.	1402.2
Cor locus sapientiae.	193.2

I N D E X.

Cor quando laborat totum corpus patitur.	1016.2	Corporis humani figura.	712.1
Cor ab oculis vulneratum.	507.2	Corpora cuius dispositionis esse debeant.	9.1
Cor quibus cogitationibus locandum.	1073.2	Corpora qui doment.	907.2
Cordis oratio maior ceteris.	87.1	Corporum salus vera quando erit.	249.2
Cordis dua arterie.	517.1	Corporalia Ecclesie quare linea.	1151.2
Cordis etymologia.	517.1	Corporeitas in homine quomodo intelligenda.	518.2
Cordis humani ostensio.	592.2	Correctio fraterna.	643.2
Cordis penetrabilia videt Deus.	854.1	Correctiois moderatio.	309.1
Corde recti a veritate non distant.	65.2	ad Correctionem spectantia.	1075.1
Corde duplices.	90.1	in Correctione alterius quid videndum.	593.1
Corde infirma.	289.1	Correptio fraterna erga quos adhibenda.	500.2
Cordium scrutator Deus.	653.1	Cras cras corui vox.	497.2
Cordium cognitione Christus iudicat.	1171.1	in Crastinum non glorandum.	973.2
Corpus Christi Ecclesia.	66.2	Crastinus dies quid pariat nescimus.	95.2
Corpus Christi pauci salubriter tangunt.	230.1	Criminum factor apud quos.	441.1
Corpus Christi quale datum discipulis in cena.	262.1	Crucis signi frequentia.	1316.1
Corpus Christi quo loco esse possit.	657.1	Crucis gloria ostensa.	270.2
Corpus Christi efficax.	462.1.712.2	Crucis exaltatio.	289.1
Corpus Christi quid patitur.	841.1	ante Crucis mysterium nulla temporis opportunitas.	316.1
Corpus Domini ex quo grano conficiatur.	876.1	Crucis signum in frontibus.	781.1
ad Corpus Christi quid referatur.	934.1	Crucis typus.	817.1
Corpus Christi quare ieiunium sumendum.	945.1	Crucis altitudo quid significabat.	899.2
Corpus Christi verè in altari.	1152.1	Crucis figura moralis.	938.1
Corpus Christi quare comedimus.	1171.1	Crucis sacramentum.	939.2
Corpus et sanguis Christi.	1411.2	Crucis virtus quantum valeat.	961.2
Corona spinea quid significetur.	1045.2	Crucis lignum quid significet.	961.2
Corona quibus preparetur.	1012.1	Crucis, in qua peperit Christus, latitudo, 961.2. altitudo, longitudo, profunditas.	ibidem.
Corona triplex passionis Christi.	951.2	Crucis titulus.	988.2
Crapulae qui se dedunt.	1026.1	Crucis scandalum futuri significatio.	1004.1
Creationis ratione qua sint Dei.	1238.1	Crucis locus qualis.	1004.1
in Creatione hominis Deus filium alloquutus est.	81.2	Crucis signo frontis signanda cum vituperamur.	1036.2
Creaturae qua facta in sexta d.e.	994.2	Crucis signaculo cor signandum.	1036.1
Credentes iustitie.	288.2	Crucis titulus diuina prouidentia positus.	1086.1
Credentes in Christum semper immortales.	756.2	Crucis species quid.	1110.2
Credentes in Christum post iniquitates.	993.1	Crucis signa qua res gestent.	1110.2
Credentium differentia.	55.1.65.2	Crucis maledictum pro nobis factum.	1111.1
Credendo vita comparatur.	753.2	Crucis figura moralis.	1205.2
Credit qui non Christo, moritur in peccatis.	288.2	Crucis signum quibus in locis olim pingebatur.	1293.1
Credere et credendo cognoscere differunt.	769.1	Crucis signum in fronte gestamus.	1462.1
Credere in Deum quid.	662.1	Crucem in cordibus fidelium fixit Christus.	807.2
Credere ei et credere in eum differunt.	1105.1	Crucem qui suscipiant.	961.1
Crimine soluti esse debemus.	817.2	Crucem qui ascendit.	1181.1
Crimina maiora alijs.	63.1	Cruce lex vetus temperata.	14.2
Criminationes duae Iudeorum contra Christum.	656.2	in Cruce Christi glorandum.	781.1
Criminosi quomodo audiuntur a iudice.	177.1	in Cruce qua signa edidit Christus.	1012.2
Criminosi quo tempore liberantur.	989.1	Cruces tres in passione Christi.	891.1
Cruce Christi ferenda.	149.2	Cruciatu inferni horribiles.	180.1
Cruce quid profuit mundo.	150.2	Cruciatuum aeternorum mina.	1012.1
Cruce Christi quibus scandalum.	213.2	Crucifigi a paucis voluit Deus.	476.2
Cruce Christi sola gloria sanctorum.	626.1	Crucifigi mundo necesse est.	1126.1
Cruce Christi per gloriam.	764.1	Crucifigendi prius flagellabantur secundum Romanos.	937.2
Cruce contra diabolum.	781.1	Crucifixio Christi ex permissione.	789.1
Cruce in paenis reorum modo non est.	781.1	Crucifixionis Christi mysterium qui praecognouit.	819.2
Cruce pessimorum supplicium erat.	1052.2	Crudelitas diaboli.	163.2
Cornelius a Petro conuersus.	907.2	Crudelitas quid faciat.	448.1
Corpus omne pro terra habendum.	6.2	Crudelitas Iudeorum.	837.1
Corpus Ecclesia.	1241.1	Crudelitas in seipsis.	886.2
Corpus ob quid Deus flagellet.	248.2	Crudelitatis exemplum.	394.1.406.2
Corpus necessitatibus obnoxium est.	883.2	Crudelitatis perfidorum enumeratio.	1204.1
Corporis Christi constructio et edificatio similis templo Salomonis.	649.1	Culpa qui careat.	1074.2
Corporis Christi fractio non sine sua sponte.	933.2	in Culpa flagello quid agendum.	934.1.1042.1
Corporis Domini veritas.	1075.2	Culpis nostris saturatur diabolus.	155.1
Corporis et sanguinis Christi veritas in Eucharistia.	1246.2	Cultellis petrinis circumcidebant Iudaei.	657.1
Corporis qualitas in potestate hominis.	88.1	Cultus qui proponatur.	572.2
Corporis afflictiones.	119.2	Cultus decorum adoratio.	1008.1
Corporis puritas qua re ostendebatur.	670.1	Cultum	

I N D E X.

Cultura diuinum usurpat diabolus.	117.2	Danielis ieiunium Leones ieiunare docuit.	9.2
Cupiditas temporalium commodorum.	100.1	Danielis ieiunium.	23.2.27.1.35.1
Cupiditas radix omnium malorum.	135.2	Dauidis adulterium quomodo intelligatur.	756.1
Cupiditas inanis gloria.	316.2	Debilitatio vocis in agone mortis.	965.1
Cupiditas molesta est.	377.2	Debitores dei omnes sumus.	493.1
Cupiditas parit peccatum.	446.2.670.2	Debitoris differentia.	392.1
Cupiditatis temporalis.	95.1	Debitoris callidi quid sit.	449.2
Cupiditas vnde originem habeat.	1015.2	Decalogi virtus.	115.2
Cupiditas in quibus esse non possit.	1017.1	Deceptio praecipua causa mali.	856.1
Cupiditatis consuetudo.	205.1	Deceptionis tentatio.	793.1
Cupiditati trina tentatio.	935.1.951.2	Decima pars bonorum Christo praebenda.	913.1
Cupiditati equitas contraria.	942.2	Decima quibus infumenda.	913.1
Cupiditati quae opponantur.	951.2	Decima sacerdotum ubi comedebantur.	919.2
Cupiditati seruientes.	823.1	Decima.	920.2
Cupiditati dedito cuncta obstant.	1025.2	Decurio qui vocabatur.	1126.1
Cupidus cunctis odio est.	1025.2	Dedicatione altaris qua bona oblata.	974.1
Cura rerum praesentium amota.	98.1	Dedicatoria templi Iudeorum.	859.2
Cura peregrinorum apud Christum.	957.1	Defecata corporis natura proprietates.	9.2
Cura.	1025.2	Defectus solis et Luna quando.	963.1
		Defendere quae debemus.	804.2
		Defensio an permittatur.	1172.2
		Deformitas terrenorum.	1026.1
		Defuncti qui dicantur.	1098.1
		Defunctorum merita viuis presunt.	1123.1
		Degener qui dicatur.	853.2
		Dementia diaboli mira.	117.2
		Delectatio nostra in peccatis.	383.1
		Delicijs fruens contritionem habere nequit.	4.2
		Delicijs paene commutatae.	356.1
		Delicijs exquisitioribus qui potantur.	1026.1
		in Delicijs viuentes qui.	1026.1
		Delicti mater.	226.1
		Delicti radices euellende.	1034.1
		Delictio viuis mortis regnum.	801.1
		Delictorum minima quibus adaptentur.	794.1
		ad Delicta quae illicita.	670.2
		Delicta vnde producantur.	670.2
		Delicta inuicem condonanda.	1237.1
		Delictis inquinati oratione frustrantur.	976.2
		Denarij numeri perfectio.	115.2
		Dentium stridor quomodo fit.	50.1
		Dentium stridoris significatio.	72.1
		Dentium stridor in inferno.	56.1
		Depravatio perseuerantium in peccato.	97.2
		Desertum omne ieiunium est.	20.1
		Desertum tentationis Christi ubi erat.	115.1
		Desertum quid sit.	131.1
		Desertum duplex.	131.1
		Desertum orationibus aptum.	947.2
		Desiderium regni celorum quomodo intelligatur.	232.2
		Desiderium nostrum quale esse debeat.	643.1
		Desiderium seruens Apostolorum.	947.2
		Desiderij trina tentatio.	935.1
		Desideria immunda.	712.1
		Desiderabile quid magis sit.	10.1
		ex Desidia quid originem trahat.	1016.1
		Despectus pulchritudinis.	882.2
		Despectio sui.	317.2
		Desperatio.	1034.1
		Desperatio Iudae incerta.	957.1
		Desperati conscientia.	712.1
		Desperato animo nihil peius.	805.2
		Desperatorum descriptio.	886.2
		Desperatis mors terribilis.	1001.1
		in Desperantes.	1034.2
		Despicienda quae sanctis et hominibus.	71.1
		Deuotio cum preparatione.	152.2
		Deuotio mentis admiranda.	233.2
			Deuotio

I N D E X.	
Deuotio perfectissima Christianorum.	957.1
Deuotio summa in fide.	973.1
Deuotionis feruor quantus.	1098.1
Deuotionis quæ sunt.	929.1
Deuotionis obsequium.	941.2
in Deuotione festinandum.	410.1
Deuotus gloriam humanam non expectet.	86.2
Deuoti hominis securitas.	86.2
Deus quod vult implet.	70.1
Deus quomodo intelligatur perfectus.	91.2
Deus pater hominum.	195.2
Deus ad quæ paratur.	178.1
Deus quare magis colitur.	186.2
Deus quare apparuit.	214.1
Deus verbum in principio.	299.2
Deus incommutabilis.	299.2
Deus pater.	309.1
Deus spiritus est.	323.2
Deus propriè pater.	325.2
Deus quomodo dicatur homo.	409.1
Deus alicubi abesse non potest.	409.1
Deus infinitus in retributione bonorum.	424.1
Deus creator duarum stirpium.	432.1
Deus conspexerit omnium.	435.2
Deus quando se vocet hominem.	450.1
Deus pater natura & benignitate.	457.2
Deus non querit locum corporeum.	527.2
Deus quomodo simplex est.	574.2
Deus extra omnium numerum est.	647.2
Deus in syllabis non intelligitur.	661.2
Deus ubi præcipue habitat.	665.2
Deus viuorum non mortuorum.	753.2
Deus duplex in personis.	766.2
Deus Prophetarum ex scriptura.	771.2
Deus cor intuetur.	773.1
Deus corporeis oculis non videtur.	810.1
Deus quare magis placetur.	1013.1
Deus inexpertus est malorum.	1174.1
Deus non est peccati author.	1354.2
Deus cum homine festum diem agit.	1424.1
Deus nullaratione cooperatur in peccatis.	1388.2
Deus à nullo comprehenditur nisi à seipso.	1419.2
Deus quomodo cernitur ab Angelis.	1419.2
Dei virtus.	65.1
Dei opera non perscrutanda.	95.2
Dei adoratio.	161.1
Dei quid sit proprium.	170.2
Dei seueritas in iudicando.	171.1
Dei contemplatio theorica.	184.1
Dei iustitia.	184.2
Dei generatio non habet initium.	287.1.301.2
Dei spiritalia opera ignoramus.	301.1
Dei immutabilitas.	302.2
Dei benignitas quanta.	458.2
Dei vocis effectus.	714.2
Dei altitudo scripturis comprobata.	984.1
Deo nihil mirabile.	57.1
Deo soli competit adoratio.	161.1
Dei dilectio prior ordine præcipiendi.	251.2
Deo quæ facilia.	260.1
Dei generatio sine initio temporis.	289.2
Deo iusunt omnia bona.	666.1
Deo non inest contrarietas.	899.1
Deum temere nemo debet.	113.2
Deum diligere tripliciter iubemur.	115.2
Deum qui videre cupit quid agere debeat.	279.2
Deum qui sunt allocuti.	856.2
ad Deum pertinentia defendere debemus.	804.2
Deum esse quas res putarunt Philosophi.	882.2
Deo qui distet.	435.1
de Deo opiniones multorum.	541.2
ex Deo qui sint & qui non.	818.1
à Deo quid querendum.	891.2
Dij homines qui fiant.	855.1
Deorum cultus ubi adorabatur.	1008.1
Deorum falorum execratio.	1367.1
Deitas humanitati permixta.	450.1
Deitatis testimonium.	836.2
Deuteronomium quid sit.	163.1
Dextera manus quid designet.	87.1.95.1.99.1.80.1.
2.81.2.90.2	
Dextera iustorum.	81.2
Dextra Christi & sinistra intelligentia.	330.1
ad Dextram & sinistram Iesu sedere, quid.	333.1
Diabolus an apparuerit Christo in specie hominis.	116.2
Diabolus semper ad alta ducit.	116.2
Diabolus caput iniquorum.	116.2
Diabolus male interpretatur scripturas.	117.1
Diabolus tentans Christum cur vitur scripturis potius quam potestate.	113.2
Diabolus vincitur in quibus Adam vincit.	114.2
Diabolus quibus potest dare diuitias.	117.2.134.2
Diabolus quibus superandus.	125.2
Diabolus ad malum hortari potest, non autem cogere.	113.2
Diabolus de quibus non curet.	162.2
Diabolus per se nequam.	155.2
Diabolus quos cadere vult præcipitare nequit.	158.2
Diabolus in quibus Christum tentauit.	163.2
Diabolus quando magis irruit.	165.2
Diabolus in bonis non habet requiem.	221.1
Diabolus fortis ad nocendum.	464.2
Diabolus quando nocere aut non nocere potest.	471.2
Diabolus ante aduentum Christi fortis.	471.2
Diabolus quando adfit aut absit ab homine.	474.2
Diabolus cogitationum inceptor non author.	517.1
Diabolus quos ad se trahere tentet.	752.1
Diaboli mundi princeps.	889.1
Diabolus quomodo possidebat homines.	888.1
Diabolus cur princeps mundi.	892.2
Diabolus mundum morti subiecit.	899.2
Diabolus quibus instiget peccatores.	915.2
Diabolus per homines malitiam operatur in hominibus.	974.1
Diabolus quando hominem ingreditur.	1018.2
Diabolus à minimis homines aggreditur.	1033.2
Diabolus à minimis ad maxima ducit.	1034.1
Diabolus malleus vniuersæ terræ.	1045.2
Diabolus redemptionis humana ignarus.	357.2
Diaboli astutia.	16.2
Diaboli serui quibus malis vexentur.	88.2
Diaboli regnum.	114.1
Diaboli superbia.	113.2
Diaboli tentamenta ubi maxime grassentur.	114.2
Diaboli superbia.	116.2
Diaboli dementia mira.	117.2
Diaboli technas Christus non ignorat.	120.1
Diaboli malitia execrabilis.	120.2
Diaboli ruina.	121.1
Diaboli tria retia.	133.2
Diaboli gaudium gloria & potestas.	134.1
Diaboli prudentia à Deo stulta facta.	144.2
Diaboli conditiones.	154.1
Diaboli adoratio id est casus.	160.2
Diaboli crudelitas.	163.2
Diaboli compassionis expertes.	184.2
Diabo	

I N D E X.	
Diaboli ornamenta que sint.	221.1
Diaboli arma.	226.1
Diaboli longinqua regio.	450.1
Diaboli villa ubi sit.	459.2
Diaboli corpus quad.	473.2
Diaboli lectus.	512.1
Diabolica verba.	305.2
Diaboli equitatus quis.	916.1
Diaboli opus.	984.1
à Diabolo quis non possit percuti.	1131.2
Diaboli futura expugnatio.	892.2
Diabolo qui se vendant.	670.1
Diabolo quid respondit Christus.	887.2
Diabolo qui obedire malint.	912.2
Diabolo qui nati sint.	984.1
Diabolo quid peius.	1024.1
Diabolum vincere quis possit.	138.2
Diabolum qui adorabant.	454.1
Diaconi qui sint nuntiarij.	189.1
Diaconi septem.	313.1
Diaconorum munus.	1023.2
Dicentes & non agentes.	312.2
Dies iudicij incertus.	183.2
Dies sex ad contemplationis progressum necessarij.	279.2
Dies quot in perfectione Domini corporis.	626.1
Die octauo Christus resurrexit.	657.1
Dies qui sempiternus.	665.1
Dies Christi.	696.2
Dies mundi.	696.2
Dies Domini dupliciter sumitur.	815.1
Dies septimus vespere carens.	931.1
Dies à vespere numerabatur secundum Iudeos.	943.1
Dies vni secundum Deum.	984.2
Dies sexta creationis typus passionis.	1094.2
Dies omnium maximus.	1407.1
Diei & noctis hora.	217.2
Diei sexti præminentia.	994.2
Diem cum nocte præcedente computare solebat antiqui.	
202.1	
de Die crastino non gloriandum.	973.1
in Die ambulare quantum proficit.	975.2
Dies odiosi Deo.	989.2
Dierum quatuor significationes.	753.1
Dierum hominis paucitas.	890.1
Dierum à vespere numeratio.	1017.1
Dies quomodo in hoc seculo voluntur.	665.2
Differentia in personis quibuscunque.	911.1
Diffidere multum non debemus.	977.2
Difficilia que pulchra.	839.2
Dignitas ex effectibus contrarijs.	66.2
Dignitatis differentia.	345.2
Dignitas Iesu Christi in quibus manifestetur.	65.1
Dilectio triplex.	27.2
Dilectio Dei.	293.2
Dilectio æqualis quid faciat.	664.1
Dilectio vnde incipiat.	892.2
Dilectio perfectissima quæ.	1238.1
Dilectionis perfectio.	79.1
Dilectionis perfecta que sint.	105.2
Dilectionis pars optima.	186.2
Dilectionis effectus.	938.1
Dilectione dignoscitur Christianus.	186.2
de Dilectione inimici quæstio difficilior.	100.2
Diligere quid debeamus.	456.2
Diligere diligentes publicanorum est.	84.1
Diligere omnes perfectorum est.	103.2
Diligere Deum tripliciter iubemur.	115.2
Diligentia que adhibenda in peccatis deponendis.	645.1
Diligentia que acquirantur.	804.1
Diligenti qui sint.	891.1
Diligite inimicos vestros quare dictum.	95.1
Dimidium bonum.	88.2
S. Dionisij verba de tenebris passionis.	1182.2
Discendi cupiditas in Samaritana.	804.2
Disciplina sanctorum in corpus.	157.2
Disciplina carentes homines.	194.1
Disciplina viuendi.	316.1.420.1.669.1
Discipline initium.	570.2
Disciplina optima quibus consentanea.	610.2
Disciplina seuera in carnem.	979.1
Discipuli fratres nominati.	206.1
Discipuli veritatis.	290.1
Discipuli meliores Christi.	309.2.311.1
Discipuli Iesu.	314.1
Discipuli probi officium.	573.2
Discipuli quare Christum resurrecturum ignorabant.	
641.2	
Discipuli 12. quare electi.	726.1
Discipuli quales ante & post crucem fuerunt.	947.1
Discipulorum labor in remigando.	107.2
Discipulorum verorum effectus.	314.1
Discipulorum dormitio trina quid signet.	1119.1
Discipulis potestas soluendi peccatores data.	907.1
Discipulos periclitari, quare permisit dominus.	107.2
Discipulos duodecim quare Deus elegit.	753.1
Discipulos cur tentari Deus permittit.	110.2
Discipulos inopes Christus elegit.	912.1
Discipulos quando osculabatur Christus.	1058.1
Discordia que bona.	691.2
Discordie seminatores.	716.1
Discordia quibus in locis locum habeat.	990.1
Discordia inter fratres.	1008.2
Discordiam qui quegrat.	1041.2
Discretio moderaminis.	614.1
Discretionis pulchra sententia.	1199.2
Discretionis ratio.	442.1
Discretionis iudicium.	793.1
Discretionem qui magis indigent.	1170.2
Dispensatione que mutantur.	1172.2
Disputatio Salomonis de quibus.	209.2
Disputationes in quibus periculosæ.	462.2
Diuersitas hominum.	388.1
Diuersitas anonomus.	385.2
Diuus quis esse non possit.	1016.2
Diuus vani exemplum.	24.1
Diuus mali supplicia.	359.1
Diuus mali parabole fructus.	381.2
Diuus mali que postulationes.	381.2
Diuus mali historia non parabola.	85.2
Diuus quid sit.	988.1
Diuus iniqui clamor inutilis.	391.1
Diuus mali & pauperis vita.	392.2
Diuus mali quanta supplicia.	397.1
Diuus argumentum.	1016.2
Diuus ubi ponere debeant spem.	24.2
Diuus propter quid honorantur.	65.1
Diuus peccantes descendit.	377.1
Diuus in egenos liberales esse debere.	385.2
Diuus egenus bona partiri debent.	913.1
Diuus auari insatiabiles.	1025.2
Diuus tumor.	356.1
Diuus nomina notiora quam pauperum.	356.2
Diuus in misericordia reprehensa.	388.1
Diuus vita miserabilior.	1026.1
in Diuus quibus omnis deformitas.	ibidem.
Diuitibus que non accidant.	386.1
Diuitibus	

Diuitibus sobrietas tenenda.	381.2	Dolore nimio Iudas se suspendit.	1034.2
Diuitie male seruatae quomodo perduntur.	30.2	in Doloribus quid meditandum.	1013.1
Diuitie an per se criminoſe ſint.	390.1	Dolus quid ſit.	1055.1
Diuitie ad quid perducant.	406.1	Doli cogitationum.	101.1
Diuitie mala.	446.2	Dominus nemo ſui capitis eſt.	572.1
Diuitie virtutibus anima non comparantur.	459.1	Dominus quis rerum ſuarum.	1026.1
Diuitie caducee.	477.2	Dominus meritum famulis poteſt ſuffragari.	56.1
Diuitie que acquirenda.	804.1	Domini proprium.	855.2
Diuitie laudabiliter expendi poſſunt.	870.1	Domini quam curam de ſeruis habere debeant.	56.1
Diuitiarum tres diuerſitates.	5.2	Dominorum ſuperbia.	60.1
Diuitiarum humanarum offendiſcula.	16.2	Dominorum & ſeruorum differentia.	64.2
Diuitiarum cupiditas malorum omnium radix.	135.2	Dominorum reuerentia in preiudicium pauperum ne fiat.	65.1
Diuitiarum contemptus commendatus.	388.1	65.1	
Diuitiarum ſeruandarum locus.	769.2	Dominorum & ſeruorum diſcrimen.	169.1
Diuitiarum dolores.	1025.1	Dominicus dies.	922.2
Diuitiarum voluptas que.	1025.2	Dominica cœna.	973.1
Diuitias quibus poſſit dare diabolus.	117.2	Domus Dei.	131.2
Diuitias quas largitus eſt Deus.	459.1	Domus Dei quanta reuerentia afficienda.	624.2
Diuina voluntatis que ſint.	1043.1	Domus diaboli.	131.1
in Diuina homo directus.	888.1	Domus quo nomine capiatur.	854.1
Diuinarum rerum inſcrutabilitas.	938.1	Domus auari.	1016.1
Diuinitas Chriſti.	300.1	Domus quas Chriſtus elegit.	1026.2
Diuinitatis ſignum acceptum.	65.2	Domus diuitis & pauperis.	1026.2
Diuinitatis ſignum petere, quid.	213.1	Domus noſtræ quo pacto exornandæ.	1026.2
Diuinitatis que ſint.	477.2-944.2	Domus ubi querenda.	1026.2
Diuinitatis excellentia.	716.2	Domus deformitas quibus depredandatur.	1026.2
Diuinitatis unitas in natura.	81.2.1	Domibus Chriſtus eiſque diſcipuli caruerunt.	1152.2
Diuinitatis ſublimitas.	877.2	Donum docendi.	458.1
Diuinitatis Chriſti immortalitas.	904.1	Dorcæ viduæ bona opera.	44.1
Diuinitatis præſentia quibus adſit.	1055.2	Dormitio quo tempore magis requiratur.	980.1
Diuinitatem Chriſti qui videbunt.	181.2	Dormitioni tempus aptius.	1058.1
Diuinitatis occultatio.	1400.2	Dormientes qui dicantur in ſcriptura.	753.1
Dolor Chriſti qualis.	957.1	Dormientibus inſomnia viſa que.	382.2
Docendi dignitas cuius ſit.	325.2	Dormiant qui ſuauiſſime.	980.1
Docendi ratio perfectæ.	629.2	Dormire quando neceſſe ſit.	979.2
Docentis Chriſti virtus.	655.2	Dormire & requieſcere differunt.	979.2
Doctores gentium quare Apoſtolus Paulus.	311.2	Doſitheus Samaritanus dicebat ſe Chriſtum eſſe.	543.2
Doctores miſerabilior.	309.2	Dubitatio de quibus rebus fiat.	783.2
Doctores proprium.	534.1	Dulia.	114.2-159.1
Doctores qualis eſſe debeat.	317.1	Duodecim numerus ſacratuſ.	725.1
Doctores mali.	179.2	Dux auarus eſſe non debet.	1016.1
Doctores ad quæ locum diſcipulos erigere debent.	616.1	Duodenarij numeri perfectio.	615.1
Doctores quid præcipiatur.	917.1	Dyſme Græcè Occidens.	623.1
Doctrina de homine malo.	319.1		
Doctrina inſtituta.	196.1		
Doctrina magis quam miraculis pugnandum.	143.2		
Doctrina Patris.	907.1		
Doctrina bona de homine malo.	310.1		
Doctrina ſacerdotum.	318.2		
Doctrina falſa permanere nequit.	506.2		
Doctrina patris que ſit.	656.1		
Doctrina Dei cultus.	694.2		
Doctrina quando nihil proſit.	882.2		
Doctrina praua que ſit.	882.1		
Doctrina virtutum.	907.2		
Doctrina.	1199.2		
Doctrina cibus.	179.1		
Doctrina ſeculares que.	454.1		
Doctrinam ad quem finem inſtituamus.	656.1		
Dolendum nimium non eſt.	987.2		
Dolentium conſolator Chriſtus.	755.2		
Dolor ſpiritalis.	987.2		
Dolor inſiſte ſuſceptus.	987.2		
Dolor in diuitijs.	1025.1		
Dolor mentis maximus.	1078.1		
Dolor Chriſti noſtrorum vulnereſ.	1185.2		
Doloris veri nota.	944.2		
Doloris ſolatiuſ.	947.1		

E Bionitarum dementia de carnis eſu.	1168.2
Ebrietas que mala Iſraelitijs conſulit.	9.1
Ebrietas inimica Dei.	13.2
Ebrietas cibus dæmonum.	432.1
Ebrietas quando fiat.	947.2
Ebrietas cum vomitu.	979.2
Ebrietas ſpiritalis.	979.2
Ebrietatis reprehentio.	13.2
Ebrietatis diuina laus.	1106.2
Ebriſitati ſeruietes.	716.1
Ebrii hominis indicium.	979.2
Eccleſia primo diluculo aduenda.	18.2
Eccleſia eſt arca triplex.	36.1
Eccleſia villa dicitur.	71.1
Eccleſia ager conſolationis.	71.1
Eccleſia in fluctibus ſeculi.	106.1
Eccleſia licet afflicta, niſquam tamen à Chriſto derelicta.	108.1
Eccleſia dicitur regnum Chriſti.	169.1
Eccleſia quando floret.	188.1
Eccleſia ex duabus partibus congregatur.	217.2
Eccleſia pro populo ſuo ſupplicat.	233.1-236.1
Eccleſia	

Eccleſia ſecundum tabernaculum.	283.2	Eclypſis maior ceteris.	993.2
Eccleſia pro quibus oret.	501.2	Egenorum in Eccleſia ordo.	179.2
Eccleſia Dei.	643.2	Egentis que reſectio eſſe debeat.	139.1
Eccleſia qua reuerentia ingredienda.	650.1	Egere in neceſſarijs quomodo dicatur.	1228.2
Eccleſia vna dicitur.	716.2	Egeſtas magna in quo ſit.	459.2
Eccleſia Chriſtianorum nobilior templo Iudaico.	854.1	Electi pauci ſunt.	55.2
Eccleſia mater omnium.	905.1	Electi verba Chriſti reperent.	170.2
Eccleſia in quatuor mundi partibus.	938.1	Electi à quatuor ventis congregandi.	623.2
Eccleſia olim à quibus adminiſtrabatur.	1024.1	Electorum pars qui iudicantur & regnant.	169.2
Eccleſia Chriſti vnica catholica & vniuerſalis.	1254.2	Electorum in carne reperendorum figura.	281.2
Eccleſia candelabro comparatur.	1254.2	Electio ſue prædeſtinatio non imponit neceſſitatem.	856.1
Eccleſia Chriſti non eſt hereticorum.	1254.2	Eleemoſyna vt fiat, conſilium.	5.1-30.1
Eccleſiæ afflictio, & labores.	109.2	Eleemoſyna occultari nequit.	25.1
Eccleſiæ diebus feſtijs ornatiores ſebant.	142.2	Eleemoſyna præparatio orationis.	28.1
Eccleſiæ fides in quibus designata.	202.2	Eleemoſyna quando nihil proſit.	28.2
Eccleſiæ fides mira.	224.1	Eleemoſyna præparatrix vię.	28.2
Eccleſiæ patientia.	228.2	Eleemoſyna ſine ieiunio.	34.1
Eccleſiæ ab omnibus inquinamentiſ mundatio.	280.1	Eleemoſyna melior ieiunio.	34.1
Eccleſiæ principatum cupiens qualis eſſe debeat.	334.2	Eleemoſyna quid ſignificet.	38.1
Eccleſiæ dignitas retributionis cauſa non danda.	648.2	Eleemoſyna pars inſtititę.	76.1
Eccleſiæ latitudo.	844.1	Eleemoſyna in abſcondito que ſit.	77.1
Eccleſiæ ventura de Gentibus typus.	824.2	Eleemoſyna contra auaritiã.	80.1
Eccleſiæ ſententia diuinã mutare poteſt.	502.2	Eleemoſyna coram hominibus rectè fieri poteſt.	85.1
Eccleſiæ exemplar.	625.2	Eleemoſyna que ingrata ante Deum.	89.1
Eccleſiæ mater virgo.	712.1	Eleemoſyna propter Deum facta.	89.2
Eccleſiæ primitiue designatio.	919.2	Eleemoſyna propter interceſſorem facta.	90.2
Eccleſiæ fundamentum Chriſtus.	920.1	Eleemoſyna corporaliter data, an proſit.	96.2
Eccleſiæ cœleſtiſ designatio.	920.2	Eleemoſyna duplex.	96.1
Eccleſiæ fructus quibus inſumi debent.	913.1	Eleemoſyna cordis que ſit.	96.1
Eccleſiæ ſoliditas inſtrupta.	935.2	Eleemoſyna cordis maior eleemoſyna corporis.	96.2
Eccleſiæ fides in quo designetur.	939.1	Eleemoſyna quantum Chriſto curæ fuit.	175.2
Eccleſiæ ornamenta que ſint.	1031.2	Eleemoſyna ſola opitulatrix.	380.2
Eccleſiæ reparatio.	1072.1	Eleemoſynę vtilitas. 5.2. impedimentum.	ibid.
Eccleſiæ primus ornatuſ.	1244.1	Eleemoſynę faciendę verus progreſſuſ.	6.1
Eccleſiæ ſacrificium vnum eſt.	1486.1	Eleemoſynę pro reparatione templorum.	28.1
Eccleſiam ſuã quotidie intrat Deus.	624.2	Eleemoſynę pulchre & ſimilitudines.	47.1
Eccleſiam inuehentes qui.	973.1	Eleemoſynę faciendæ modus.	77.1
in Eccleſiam ingreſſuſ.	841.2	Eleemoſynę premium hominum.	106.1
Eccleſiam quibus diebus ingredi iubebatur.	1056.1	Eleemoſynę propter quid faciendę.	171.2
in Eccleſiam impugnatur tribus modiſ.	76.1	Eleemoſynę virtus.	554.1
in Eccleſiam qui inſurgunt.	844.2	Eleemoſynę ratio habenda.	882.2
ab Eccleſia Dei mercatores reiecti.	194.1	ab Eleemoſyna nulluſ excuſatur.	34.1
in Eccleſia qua modeſtia vtendum.	624.2	Eleemoſyna duplex.	402.2
Eccleſiarum dedicationis ſalubriſ conſuetudo.	854.1	Eleemoſyna ex quibus fiat.	28.2
Eccleſiarum diuerſitas de pane in ſacrificio miſſę offe- rendo.	945.1	Eleemoſynam facientium conditio.	81.2
Eccleſias ornare qui ſacrilegium ducant.	1015.1	Eleemoſynam propter Deum faciens, quid videat.	89.1
Eccleſias edificare pium opuſ.	1072.1	Eleemoſynam facientium differentia.	99.2
Eccleſiaſtici vnde orti.	112.2	ad Eleemoſynam promi diſcipuli.	1014.2
Eccleſiaſtici maiorem rationem reddituri in iudicio.	194.1	Eleemoſynarum commendatio.	19.1
194.1		Eleemoſyna peccata purgantur.	44.1
Eccleſiaſtici eſi deprauati non contemnendi.	325.1	Eleemoſynarum duo genera operanda.	37.2
Eccleſiaſtici terrenis rebus ſeruietes.	648.2	Eleemoſynas quomodo facere debemus.	105.1
Eccleſiaſtici terreni.	625.1	Eleemoſynis peccata mundantur.	180.1-105.1
Eccleſiaſtica officia vendentes.	187.2	Eleemoſynis deſuncti iuuantur.	737.1
Eccleſiaſticorum ordo.	164.2	Eleemoſynas in pauperes factas Deus ſuſcipit.	176.1
Eccleſiaſticorum varig dignitates.	311.1	Electi à quatuor ventis collecturi.	626.1
Eccleſiaſticorum dogmatum varietates.	907.2-917.1	Elementa tempore quadrageſimæ etiam proficiunt.	12.1
Eccleſiaſticarum traditionum autoritas.	1244.1	Elementa rerum admonent homines de potentia Dei.	64.1
Eccleſiaſticiſ poſſeſſio honorum licita.	1211.2	Elementa conditori ſuo compaſſa ſunt.	931.1
Eccleſiaſticiſ prepoſitiſ eſt ius ſententiæ pronuncianã.	1324.1	Elementorum inordinata turbatio.	965.2
1324.1		Elementa omnia Chriſtum crucifixum oſtendunt.	938.2
Eccleſiaſticiſ vanis artibus applicari non licet.	1008.1	Elementa commota in paſſione quid declarent.	1052.2
Eccleſiaſticum bonum quiſ tollat.	625.1	Eliæ ieiunium.	35.1
Eclypſis Solis & Lune.	963.2	Eliprandi Epifcopi Toletani hepreſis.	841.1
Eclypſis in paſſione Chriſti ab alijs diuerſa.	993.2	Eloquentię ſuperbia moleſtiſſima.	1236.1
Eclypſis quo tempore tranſeat.	963.2	Ennauſ diſcipuli.	1493.2
Edendi initium quomodo faciendum.	629.1		

ad Emeandationem Christus quatum nos incitet.	1020.2	Euangelistarum figura.	781.1
Ementes & vendentes in templo Dei qui.	189.1	Euangelistarum concordia.	906.1
Ementes & vendentes sine mendacio esse non possunt.		Euangelistarum conscribentium voluntas.	908.1
194.1		Euangelica historia fideliter vrendum.	149.1
Empiores criminis qui.	197.2	Euangelica virtus.	250.1
Enceniare id est initiare.	856.1	Euangelizandi officium.	455.1
Encenia que vocabantur.	854.1	Eucharistia more antiquorum a quibus sumatur.	9.2
Ephraim ciuitas.	869.1	Eucharistia qua dispositione sumenda.	380.2
Episcopi veri & integri definitiones.	164.2	Eucharistia cum conscientia pura sumenda.	944.2
Episcopi munus.	314.2	Eucharistia sumpta quid agendum.	947.1
Episcopi precipuum officium.	897.1	Eucharistia sumitur in remissionem peccatorum.	1056.2
Episcopum irreprehensibilem esse oportet.	314.2	Eucharistia quare communio.	1075.1
Episcopi quales esse debeant.	150.2	Eucharistia non communis cibis.	1237.2
Episcopi qui sint.	164.2	Eucharistia an iterari possit.	1244.2
Episcopi tradentes Ecclesias indignis, vendunt gratiam spiritus sancti.	189.2	Eucharistia nonum sacrificium Christianorum.	1056.2
Episcopi & presbyteri vituperabiles.	191.1	Eucharistia quomodo finis participes.	672.1
Episcoporum munus in templo.	189.1	Eucharistia receptione qui peiores fiant.	945.2
Episcoporum reprehensio.	321.1	Eucharistia mysterii quare passionis tempore traditum.	
Episcoporum comminatio.	355.1	1020.2	
Episcoporum ligandi & soluendi ordo.	501.1	Eucharistia mysterium qua veneratione tractandum.	
Episcopalis officij adimpletio.	887.1	1020.2	
Epicteti philosophia.	1016.2	Eucharistia participes quam mundi esse debet.	1023.1
Epicuri schola voluptatis.	450.2	Eucharistia figura immolatio Pasche.	1049.1
Epula terra que.	232.2	Eucharistia mysterij qui participent.	1075.2
Epula quod exitum ferant.	390.1	Eucharistia sacrificij realitas.	1240.1
Equi superbia expressa.	923.1	Eucharistia sacrificium representatum per omnes homines Indeorum.	1346.1
Equorum aut mulorum sessio prohibetur.	912.1	Eucharistia dogmata.	1370.2
Eraclius Gentium princeps.	920.2	Eucharistia indicibilis vis.	1488.2
Error Sabellianorum.	289.2.300.1	Eucharistia percipiende antiquissimi ritus.	1541.2
Error Apollinarij.	288.1	in Eucharistia esse corpus Christi assertio firmissima.	
Error quanta in homines mala contulit.	459.2	1023.1	
Errores quomodo redarguant Apostoli.	1171.1	Eucherius episcopus Lugdunensis.	921.2
in Erroribus nullus est reclus.	65.2	Euersio Iudaica quo tempore cepit.	940.1
Erudiri debemus vite exemplo.	804.1	Eunuchorum impotentia.	1025.2
Esau auaritia.	7.2	Eutychie haresis de incarnatione Christi.	470.2
Essentie verbum.	304.2	Exacfores Romani qui dicantur.	102.1
Esta vxor alia S. Ioseph.	843.1	Exaltatio Christi duplex.	303.2
Esta mulier vxor Ioseph secundum quosdam.	208.1	Exaltatio Christi que.	896.1
Esuries Christi causa tentationis.	161.2	Exaltari permittit quosdam Deus.	325.1
Esurientes pastere quam iustum.	169.1	Excellentia que mutabilis vere non est.	288.2
Esurire Christum quomodo accipiat.	21.2	Excusatio nulla in dilectione inimicorum.	97.1
Esurire quid sit.	132.2	Excusatio nulla de quibus in die iudicij.	96.2
Et coniunctio pro enim posita.	816.2	Excusatio nulla damnatorum.	183.1
Ethnicus quid significat.	498.2	Excusatio mulorum.	273.2.318.1
Ethnici orando longo sermone vtuntur.	87.1	Excusatione que peccata non indigeant.	248.1
Ethnici quomodo interpretentur.	98.1	Execratio perfida in Apostolis.	1171.1
Ethnici qui dicantur.	102.1	Exemplum Publi Romani.	77.1
Ethnicorum beneficentia.	102.1	Exemplum patientie Christi.	163.1
Euangelium quomodo audiendum.	662.2	Exemplum tyranni cuiusdam de duobus amicis.	490.1
Euangelium Hebraea lingua scriptum.	906.1	Exemplum Theotimi qui oculos maluit perdere quam abstinere a coitu.	523.1
Euangelium nuncians de euangelio viuere debet.	1172.2	Exemplum omnibus hominibus.	585.2
Euangelij gratia nobis victorie loco data.	15.1	Exemplum patientie.	656.2
Euangelij illuminatio.	177.2	Exemplum pietatis.	711.1
Euangelij vnum tabernaculum.	264.1.269.2	Exempla ieiunij.	9.1
Euangelij virtus vbi.	311.1.320.1	Exempla eorum qui humiliati sunt per tribulationem.	
Euangelij pars scripta circa collum, more superstitiosi.	311.1	325.1	
Euangelij profectus.	320.1.375.2	Exempla mystica ad corrigendos homines.	448.1
Euangelij transgressio.	727.1	Exempla sanctorum patrum quarenda.	907.2
Euangelij predicatio.	440.1	Exempla bona praeberentes.	917.1
Euangelij quatuor flumina.	1244.1	Exempla patrum.	918.2
Euangelia portantium reprehensio.	311.1	Exempla patrum in oblatione munerum Templo.	974.1
Euangelista in ordine tentationum Domini discordant.	161.1	Exemplum pulchrum de Philosopho afflictionis con-temente.	1013.2
Euangeliste quare relinquunt dictiones aliquas vet. Test.	902.2	Exemplum orandi.	1057.2
Euangeliste de quibus scripserunt.	908.1	Exempla in scriptura pro penitentibus.	1034.2
		Exorcizandi Cathecumenes mos.	214.2
		Exorci	Exorci

Exorcizandi consuetudo antiqua.	214.2	Festum diem agit Deus cum homine.	1424.1
Exorcismi veteris legis.	983.2	Festi Iudaorum in figura.	840.2
ad Expiationem quid proficiat.	1244.1	Festi dies quomodo agendi.	844.1
Expulio in faciem quale opprobrium.	985.1	Festi dies qui odio sint Deo.	989.2
Expuere in quos permissum olim erat.	985.2	Festa vnde in Ecclesia celebrantur.	453.1
Exterminare quid sit.	50.1	Festa Ecclesie iucunda.	455.2
		Festa Iudaorum tria.	841.1
		Festorum solemnizatio Iudaorum.	260.1
		Festis diebus ad templi venire olim preceptum.	1056.1
		Festiuas que precipua Iudaorum.	843.1
		Festiuas quibus non sit.	1104.2
		Festiuas honorantes homines.	989.2
		Festiuas sacra qua religione celebranda.	850.1
		Festiuas plures Iudaorum.	1221.1
		Fides & ieiunium pedes anima.	14.2
		Fides clavis caeli.	23.1
		Fides apud Deum mirabilis.	55.1
		Fides in omni oratione aspicitur.	64.2
		Fides quibus excitata.	65.1
		Fides via Christi.	15.2
		Fides quibus rebus elucescat.	64.2
		Fides in Centurione miranda.	64.2
		Fides in humilitate laudatur.	66.1
		Fides sine charitate non prodest.	147.2
		Fides Christi quantum duret in hominibus.	202.1
		Fides ecclesie in quibus designetur.	202.2
		Fides nationum praelata Israeli.	204.1
		Fides ecclesie.	224.1
		Fides perfecta que adipisci possit.	237.1
		Fides que mortua.	294.1
		Fides oculum cordis sanat.	298.2
		Fides quomodo sit in cordibus.	387.1
		Fides qua re praestetur.	642.1
		Fides que vera sit.	662.1
		Fides quid.	668.2
		Fides in futuro seculo non erit.	705.1
		Fides magnum bonum.	738.1
		Fides quando nihil proficit.	738.2
		Fides vita anima.	753.2
		Fides recta ex scripturis.	827.1
		Fides interna que sit.	754.1
		Fides sola Deum attingit.	810.1
		Fides non omnium est.	880.1
		Fides vna diuersorum.	918.2
		Fides credentium regnum Dei.	1006.1
		Fides nostra trecentis denarijs emitur.	1105.1
		Fides.	1199.2
		Fides sine bonis operibus condemnat.	1304.2
		Fidei Apostolica virtus.	22.2
		Fidei quid contrarium.	24.1
		Fidei magna signum.	54.1
		Fidei infirmitas.	109.1
		Fidei signaculum.	130.2
		Fidei firme vis.	109.1
		Fidei signa praestanda.	154.2
		Fidei verbi virtus.	179.1
		Fidei prima inductio.	196.1
		Fidei exemplum in Chananea.	225.1
		Fidei quid contrarium.	27.2
		Fidei premium.	269.1
		Fidei signaculum.	436.1
		Fidei arrha quale signum.	460.1
		Fidei scintilla.	573.1
		Fidei merces.	661.2
		Fidei vere seruens opus.	707.1
		Fidei vntas.	716.2
		Fidei collyrium.	777.1
		Fidei nota.	904.1
		Fidei	Fidei

I N D E X.

Fidei Ecclesie significatio.	933.1	Femina ad ministras Hebraeis.	939.1
Fidei catholicae stigmata.	939.1	Finus hominum pessimus.	1058.2
Fidei agnitio quid sit.	942.2	Flagellum quo condemnatorum dorsa verberabantur.	1084.1
Fidei magnum indicium.	973.1	Flagella Dei viriliter sustinenda.	257.1
Fidei feruor.	1098.1	Flagellorum multitudo apud Deum.	210.2
Fidei semen reconditum in quibus.	1171.2	Flagellis Dei quando vexamur, quid agere debeamus.	255.1
Fidem solum miratur Deus.	57.1	Flagellatio Christi quanta.	960.1
Fidem qui perfectam habuerunt.	71.2	Flagitiosi homines interfecti.	171.1
Fidem simplici corde seruantium merita.	262.2	Flamma infernalis descriptio.	170.1
ad fidem ingressus.	84.1.2	Flamma non calefaciens.	1187.1
Fidem hominum obtundere non decet.	1072.1	Flamma aeternae voracitas.	174.1
Fide alienissimi populi saluati.	58.1	Flere Christus nos docuit.	728.2
Fide suscepta quid requiratur.	1358.2	Fluctibus aequor magis abundans.	1020.1
Fide sola non purgantur peccata.	1248.2	Fletus quomodo excitetur.	53.2
Fidem hominum an metiri possimus.	66.1	Fletus oculorum quid designet.	72.2
Fidelis hominis proprium.	977.2	Fletus Christi.	728.1
Fideles in tribulatione.	107.1	Femina laus.	1072.2
Fideles quare mori non dicantur.	760.2	Femina in mortem Christi peccantes.	936.1
Fidelium conuersationis forma.	147.2	Femina sancta de quibus fit mentio in nouo Testamento.	940.1
Fidelium et infidelium diuersitas.	962.1	Feminarum fucus reprehensus.	25.1
Fidelibus mysterio Eucharistiae se coniungit Christus.	1023.2	Feminarum mens.	571.2
Figura crucis Christi.	817.1	Feminarum felicitas.	997.2
Filius naturaliter quis.	93.1	Femineus sexus amans lachrymarum.	1179.2
Filius proprietate naturae aequalis Patri.	244.2	in Feneratores.	491.1
Filius in Trinitate quis dicatur.	287.1	Feneratorum consuetudo.	517.1
Filius aequalis quomodo det Patri aequalem gloriam.	299.1	Feneratoris pericula.	273.1
Filius quis.	432.2	Fons quis dicatur.	564.1
Filius patri seruans inuidus apparet.	458.2	Fomes qui querant.	767.2
Filius quis dicatur.	464.1	Forma orandi Deum.	1057.2
Filius consubstantialis patri.	46.1	Fornicatio carnis quae sit.	29.2
Filius quibus titulis decoretur.	574.2	Fornicatio animae et corporis.	29.2
Filius deitatem habet a Patre.	661.2	Fornicatio quid sit.	516.2
Filius pro patre non sustinet poenam.	685.1	Fornicatio quot modis committatur.	517.1
Filius inter Patrem et spiritum sanctum medius tanquam inter duas vitas.	1417.2	Fornicatio animae.	738.2
Filiy regni qui vocati.	66.2	Fornicationis malum.	803.2
Filiy spirituales.	87.1	ex Fornicatione qui nati.	459.2
Filiy in quo similes patribus.	81.1	Fornicatorum desideria insatiabilia.	790.2
Filiy quomodo efficiuntur.	93.1	Forstian, aduerbium quomodo sumatur.	249.1
Filiy Dei quomodo efficiuntur.	97.2	Fortitudo animi.	294.2
Filiy Dei qui fiunt.	105.2	Fortitudo.	247.2
Filiy Dei qui sint.	130.2	Fortitudinis magna indicium.	457.1
Filiy Dei ubi tentari non possint.	131.2	Fortitudinis vnus limes.	1185.1
Filiy boni proprium.	188.1	Fortitudinis laus.	807.1
Filiy cum Patre indistincta substantia.	295.1	Fossa quare dicitur caeca.	953.2
Filiy beati qui.	446.2	Fragilitas Apostolorum.	1043.1
Filiy propter peccatum abdicatio.	457.2	Fragilitas humana.	1008.2
Filiy obmurmurantis qui personam gerant.	458.2	Frater peccans in fratrem an ei dimittatur.	487.1
Filiy quales heredes sint.	460.1	Fratri et eius qui nominatur frater differentia.	205.2
Filiy propter peccata parentum non affliguntur.	704.1	Fratres quatuor modis in scriptura dicti.	202.2, 216.2, 840.1, 843.1
Filiy Dei qui non fiunt.	797.2	Frates Christi qui.	834.2
Filiy exemplis sanctorum patrum accendendi.	907.2	Frates qui olim appellabantur.	843.1
Filiorum adoptio quomodo acquiratur.	76.1	Frates tribus modis appellati.	840.1
Filiorum Dei et diaboli differentia.	132.2	Fraternitas priscorum patrum.	92.1
Filiorum distantia ab alijs domesticis.	440.1	Fraternitatis officia.	1041.2
Filiorum ingratitude in patres more Pharisaeorum.	516.1	Fraternitatis societatem commaculantes.	1103.1
Filiorum cura in parentes.	1273.1	Fraudulentarum promissionum pernicies.	854.1
Filiy quomodo irrogantur poenae parentum.	704.1	Frigoris nomine quid significetur.	169.1
Filiy quid relinquendum.	913.2	Fructus ex quibus animalibus nullus.	201.1
Filiy maledictionem attrahentes Iudaei.	960.1	Fructus mali unde.	623.2
in Fimbrijs Iudaeorum spina, non Christi.	324.2	Frustrificantiu affectus.	876.1
Fimbria quid sit.	317.1	Frustrum grani perfectio.	901.1
Finis boni operis in qualibet hominum laude.	80.1	Frustrum virtus.	25.1
Finis extremi peior conditio.	215.2	Fuci quanta reprehensio.	935.2
Finis legis.	313.2, 85.2	Fugiendi cautela.	219.1
Finis mundi.	1100.1	Fulguris creatio.	Furor

I N D E X.

Furor Dei quantum terribilis.	177.1	Gethsemani quid.	934.2
Furor homicida excusatio.	248.1	Gethsemani locus ubi monstretur.	1942.2
Furor repentinus quam pestifer.	1036.2	Gladus spiritus quis.	981.2
Furore qui sunt impatientes.	1008.1	Gladus perpetuae vltionis.	1069.1
Furore agitatorum imitatio.	1013.2	Gladus in passione Christi quid.	1370.2
Furum et raptorum negotia.	953.2	Gladus locus.	981.2
Fur quis.	197.2	Gladus septem doloris in B. Virgine.	1088.1
Fur quanta difficultate capitur.	982.1	Gladus quare Apostoli ferebant in passione.	1027.1
Furtis excusatio.	248.2	Gladus duo ad testimonium passionis.	1173.1
Furtum quid sit.	516.2	Gloria vana unde procedat.	4.2
Furtum animae.	517.1	Gloria vana de bono procedit.	28.1
Futura nonnunquam mali dicunt.	861.1	Gloria vana superari non potest.	28.1
Futurorum notitia in Christo.	927.1	Gloria iustorum in caelis.	57.2
Futurorum mysteriorum notitia.	105.2	Gloria inani nihil difficilius.	533.2
		Gloria Christi venturi.	177.1
		Gloria inanis quid sit. 105.2. quibus expellatur.	ibid.
		Gloria inanis.	103.2
		Gloria maiestatis.	261.
		Gloria beatorum quibus comparatur.	278.1
		Gloria maiestatis ubi querenda.	279.1
		Gloria crux appellatur.	285.1
		Gloria vana synagogarum.	311.1
		Gloria in intuitu consistit.	451.2
		Gloria nostra non querenda.	662.2
		Gloria vana fugienda.	726.2
		Gloria Dei in quibus.	729.1
		Gloria Christi a gloria hominum differens.	794.2
		Gloria ab humana inflatione discreta.	807.2
		Gloria humana quae sit.	814.2
		Gloria quae diuinitatis.	818.2
		Gloria Christi quae dicatur.	898.1
		Gloria cupiditas ad quid inflammet.	26.1
		Gloria vana remedium nullum nisi vnum.	28.1
		Gloria quam sequi quisque debeat.	79.1
		Gloria humanae amor, vis nocendi.	79.1
		Gloria appetitus propinquus virtuti.	79.1
		Gloria aeternae beatitudo.	202.1
		Gloria claritatis demonstratio.	277.1
		Gloria nouae amatorum.	314.2, 843.2
		Gloria promissio.	346.2
		Gloria Dei et gloria humanae distantia.	814.2
		Gloria Christi tempus.	840.2
		Gloria cupidinis effectus.	5.2
		Gloria stimuli.	843.1
		Gloria decus et schema.	916.2
		Gloria celestis ecclesiae homines rapti.	947.2
		Gloriam Dei qui aspicere possit.	263.1
		in gloriam vnam remedium.	80.1
		Gloriam dat Patri Filius.	289.1
		Gloriam quam Christus non querit.	656.1
		Gloriam propriam querentes.	656.1
		Gloriam Deo dare quid.	684.1
		Gloriam mundanam requirentes qui.	843.1
		ad gloriam Dei omnia referenda.	884.1
		Gloriam non suam, sed Patris Christus quesit.	906.2
		Gloriam humanam qui parui faciat.	86.2
		Glorificatio resurrectionis nostrae.	177.2
		Glorificatio Christi quibus profuit.	752.2
		Glorificatio Christi in quibus.	793.2
		Glorificationis occasio ubi locum inueniat.	88.2
		Goliath tribus lapidibus prostratus.	114.2
		Greci Gentiles erant.	898.2
		Grecorum dispersio.	829.2
		Grecorum opinio de animalibus morientibus.	883.1
		in Grecorum recentiorum dogma de animis in celum translatis.	142.2
		Genera diuersa in nominibus Gracis.	177.2
		Germanorum fratrum discordia.	254.1
		Gratia Evangelica.	Gratia

Gratia quibus impertita.	454.1	Hæretici Arriani.	301.2
Gratia spiritus gratis dari debet.	625.2	Hæretici dicentes carnem Christi esse inanimatam.	626.2
Gratia diuina cui derur.	461.1	Hæretici dicentes finem fore suppliciorum impiorum.	402.2
Gratia Dei pro omnibus.	866.1	Hæretici dicentes filium duo esse nomina, sed vnam rem.	656.1
Gratia necessaria ad respiciendam.	914.2	Hæretici dicentes alium esse filium Dei, alium Mariæ.	707.2
Gratia spiritualis.	916.1	Hæretici dicentes nullum redire posse ad veniam.	717.1
Gratia spiritus sancti.	1073.2	Hæretici negantes filium Dei esse Deum.	752.2
Gratia vberior precatone.	1182.1	Hæretici disputatio.	777.1
Gratia non excludit meritum.	1383.1	Hæretici putant Christum esse phantasma.	1075.1
Gratia abundantia.	823.2	Hæretici dicentes ipsum patrem passum fuisse.	782.1
Gratia augmento quid intelligatur.	1209.2	Hæretici dicentes Christum non manere in natura humana.	783.1
Gratia celestis ortus.	1095.1	Hæretici dicentes Deum non esse Patrem Christi.	795.2
ad Gratiam vocari quid.	447.2	Hæretici ventri seruiunt.	817.2
Gratiam spiritualem qui male exercent.	625.1	Hæretici in Missa tantum aqua vtentes.	946.2
Gratia data non peccandum.	92.2	Hæreticorum conuersio.	993.1
Gratia semper similis manet.	242.1	Hæreticorum mos in citanda scriptura.	1463.2
Gratia Deo propter quid agenda.	329.1	Hæreticorum moris quid.	1120.1
Gratiarum actio Christi.	612.1	Hæreticorum sensus de metu mortis in Deo filio.	949.1
Gratiarum actiones post mensam.	617.2.1021.2	Hæreticos abundare cur Deus permisit.	781.2
à Gratiarum actione nobis incipiendum.	1021.2	de Hæreticis que dicantur.	464.2
Gratias quare agebat Christus.	617.2	in Hæreticis quomodo operetur diabolus.	467.1
Gratias de beneficijs perfectis agere debemus.	615.1	Hæresis Simonis damnata.	187.2
Gratis amandum.	891.2	Hæresis episcopi cuiusdam.	841.1
Gregis annuerandi cura.	17.1	Hæresis Pelagianorum.	1095.1
Gula idololatriæ causa.	9.1	Hebræam linguam qui nouerunt.	906.1
Gula.	113.1.114.1	Hebræorum capitis tegmen pro mortuis.	766.2
Gula vitium mortis causa.	43.1	Hebræorum consuetudo de mulieribus ministrantibus.	939.1
Gula refrananda.	1238.1	Hebdomadæ sanctæ ieiunium quàm seuerè seruabatur.	1402.1
Gula effectus.	113.1	Helcana, id est, Dei creatura.	487.2
Gula primi hominis tentio.	157.1	Helena crucem Christi inuenit.	1304.2
Gulam qui sequantur.	1026.1	Helig ieiunium.	6.2
Gurges Icharydias.	1020.1	Helisabeth cognitio de Christo.	888.2
Gustus sensus.	577.1	Helisi opera per ieiunium facta.	9.2
Gustus oris ad quid.	716.1	Helius Adrianus Hierusalem vicinè nomen imposuit.	351.1

H

Habitatio.

Habitatio Christi qualis.	450.1	Herba quo tempore crescit.	21.1
Habitatio huius seculi inquietata.	1026.2	Heremitarum preces efficaciores quàm aliorum.	947.2
Habitatio que periculosa.	615.2	Herodes quare ab Angelo percussus.	1008.1
Hædus quæ ale animal.	1026.1	Herodes qui appellabatur antiquitus.	1108.1
Hædi nomine Christus.	456.1	Hester ieiunium quantè efficacis.	23.2
Hædorum nullus fructus.	169.1	Hierusalem quare sancta ciuitas.	160.1
Hædis que comparantur.	183.2	Hierusalem destructio predicta.	630.1
Hæditas Christi que sit.	408.2	Hierusalem sancta ciuitas.	116.2
Hæditatis terrenæ angustia.	456.2	Hierusalem dupliciter recepit peccata.	487.1
in Hæditate celestium bonorum nulla inuidia.	456.2	Hierusalem situs.	631.1.906.1
Hæretici per fures designati.	4.1	Hierusalem infelicitas.	925.1
Hæretici quare non cognoscunt mysteria veritatis.	65.2	Hierusalem cur vocetur ciuitas sancta.	1001.2
Hæretici legibus penas dantes.	69.1	Hierosolyma quid.	624.1
Hæretici non venient ad iudicium.	180.1	Hieremias in patria sua non acceptus.	477.1
Hæretici dicentes damnatos liberari post aliquod tempus.	181.2	Historiarum exempla.	379.2
Hæresis simoniaca.	198.1	Historia de malo diuite.	385.2
Hæretici Marcionista qui Christi passionem phantasticam esse asserbant.	204.1	Historia moralitatem edificat.	394.2
Hæretici Iudæi dicentes resurrectionem futuram mille annis ante iudicium.	204.1	Historia speciosa de tribus sanctis mulieribus.	398.1
Hæretici peiori conditioni quàm Gentiles.	204.2	Historie figure non sunt.	629.1
Hæretici Astrologia credentes.	585.1	Hilarius Episcopus D. Martinum ad fidem perduxit.	921.1
Hæretici quare Gentibus peiores.	215.2	Hyssoptus humilis herba.	938.2
Hæreticorum nouissima facta peiora prioribus.	215.2	Historia simplex auditorem edificat.	237.1
Hæretici dicentes corpus Christi non fuisse de mundo, sed de celo.	288.1	Historia inuentiois crucis Dominicæ.	1304.2
Hæreticorum Marcionistarum reprehensio.	947.1	Historia de tenebris in meridie visis.	963.1
Hæretici negantes filium quæ Deus non esse à Patre.	300.2	Histrion per hypocritam designatus.	8.2
		Histrionum scena.	1012.2
		Homo	

Homo quibus non habeat potestatem.	88.2	Homines nascuntur cæci.	708.1
Homo à Deo factus.	96.1	Homines de quibus rebus dubitent.	783.2
Homo quid fecit in mundo.	96.1	Homines quomodo fiunt dij.	855.1
Homo primus ex gula tentatus.	116.1	Homines pji à malis vituperantur.	843.2
Homo propter quid moritur.	130.2	Homines contra intentionem loquentes.	862.2
Homo quomodo tollit peccatum.	180.1	Homines quare animalibus assimilati.	907.1
Homo reprobos.	194.2	Homines quibus ædificentur.	908.1
Homo fragilis ad gloriam.	262.1	Homines duobus mandatis à peccato soluntur.	915.1
Homo indulgentia dictus.	309.1	Homines in celestem gloriam quo pacto efferuntur.	947.1
Homo qui plus ametur.	822.1	Homines cur in peccatis moriantur.	294.1
Homo ceteris animantibus præstat.	317.1	Homines affectu fratres dicuntur.	311.2
Homo sublimis et humilis.	340.1	Homines quales ante Christi aduentum.	907.1
Homo peccans propter duas causas.	423.1	Homines post maleficium conuersi.	993.1
Homo omnis debitor est.	493.1	Homines quo facile alloqui non licet.	1011.2
Homo natus cæcus secundum mentem.	684.1	Homines ad perfectiorem virtutem tardi.	1012.1
Homo à quatuor elementis portatus.	712.1	Homines boni quibus sint admirationi.	1020.1
Homo peccans quantum turbari debeat.	725.1	Homines non decet vt velint ceteris præesse.	1171.2
Homo cum morte nascitur.	753.2	Hominum bonorum et malorum differentia.	65.2.411.2
Homo quantum glorificare debeat Deum.	767.2	Hominum laus ex quibus.	65.2
Homo in facie videt.	773.1	Hominum ordines in iudicio.	181.1
Homo immortalis quis.	801.1	Hominibus ignem non præparauit Deus.	184.2
Homo Christi nobis non comparandus.	807.2	Hominum iniquorum mos.	213.1
Homo quis ex Deo sit.	814.1	Hominum diuersorum punitio.	377.1
Homo mortem nescit.	890.1	Hominum inæqualitas.	388.1
Homo vitæ amans.	899.1	Hominum abiectio.	446.1
Homo peccato adstrictus quibus ducatur.	907.2	Hominum ordines duo.	456.2
Homo naturaliter totum peccatum.	916.1	Hominum immunditia.	516.1
Homo nequissimus omnium Antichristus.	918.2	Hominum conuersationem Deus attendit.	624.2
Homo quis nihil pati possit.	1013.2	Hominum prauorum malitia quàm periculosa.	692.1
Homo adorat et natat in forma crucis.	1110.2	Hominum infirmitas.	768.1
Homo duplex.	822.1	Hominum cum Deo colloquia.	856.2
Homo nihil sibi tribuere debet.	1172.2	ad Hominum vtilitatem que fiant.	942.2
Homo in pristinam dignitatem restitutus contra hæreticos.	1420.2	Hominum malorum consuetudo.	973.2
Homo post peccatum præditus libero arbitrio.	1460.2	Hominum caro debilis.	978.1
Homo sui iuris.	1457.1	Hominum proprium.	1280.2
Hominis extranei saluari.	54.2	Hominibus quam formam monstrat Deus.	810.1
Hominis pones quibus alantur.	113.2	Homicidium vnde nascatur.	87.2
Hominis commendatio Deo.	114.1	Homicidium condonatum.	289.1
Hominis vitæ regimen.	166.2	Homicidium vnde componatur.	516.2
Hominis Christi verè facti confirmatio.	1024.2	Homicidium.	716.1
Hominis cognitio que.	422.1	Homicidij Cain facinus horrendum.	62.1
Hominis exclusio de paradiso.	449.1	Homicidia excusatio.	248.2
Hominis corpus quot diebus formetur.	623.1	Homicidia Deum patrem non possunt appellare.	804.2
Hominis infirmitas.	888.1	Homicidia qui.	844.1
Hominis studiosi quid.	982.2	Homicidia.	990.1.1016.1
Hominis duplicitas.	110.2	Homicidia in malam fidem deueniunt.	1058.2
Homini sapienti quid sufficit.	117.1	Honor stabilis.	339.2
Hominis que congrua sint.	462.1	Honor in Scripturis.	505.1
Hominem que præcipitem reddant.	418.1	Honor duplex.	513.2
Homine vinofo nihil recordius.	83.2	Honor hominum Deo tributus, et contra.	794.2
in Homine quid honorandum.	64.2	Honor falsè exhibitus.	980.1
Homines sancti habiti ad vitiorum barathræ lapsi.	62.1	Honor quo Christus honorificabit electos.	887.1
Homines timere non debent.	68.2	Honor quo pacto distribuendus.	1025.2
Homines quomodo considerentur.	71.1	Honoris annulus quis.	450.2
Homines omnes toto corde diligendi.	96.2	Honoris cupidi homines.	843.1
Homines primi qua arte decepti.	125.1	Honorem qui non consequitur.	377.2
Homines auaritia excæcantur.	170.1.714.2	ad Honorem que conferant.	1025.2
Homines quanto tempore fidem Christi seruent.	202.1	Honores ad bene viuendum inuitantes.	62.1
Homines Deo magis affines.	212.2	Honoribus qui primis statuentur apud Deum.	1171.1
Homines quibus rebus perterreantur.	219.1	Honorificentia studium.	1170.2
Homines infirmi redditi quinque modis.	257.1	Hora canonicæ in Ecclesia vstatæ.	32.1
Homines propter quid creati.	319.1	Hora diei. 217.2 Hora noctis.	ibid.
Homines rara curare solent.	482.1	Hora qua operi incumbendum.	419.2
Homines faciles ad irrogandas iniurias.	495.2	Hora diei quot sint.	439.2
Homines que sapere debeant.	656.1	Hora à die illustrantur.	726.1
Homines imperfecti.	585.2	Hora diem sequuntur.	753.1
Homines quibus periclitentur.	596.2	in Horto quare capitur Christus.	1260.1
		Horologio Græcorum que continentur.	419.2
		V V V V V	Hospes

Hospes qui dicitur.	184.1	de Humilitate contentio necessaria.	1170.2
Hospitem nulli in vrbe maxima inuenit Christus.	189.2	Humilitate nihil aliud.	340.1
Hospitalitas in pretio apud Iudaeos.	105.2.1	Humilis verè quis.	339.2
Hospitalitatis commendatio.	373.1	Humilis proprium.	340.1
Hospitalitatis fructus in caelis reconditus.	913.1	Humile de se semper dicendum.	656.1
ad Hospitalitatem prompti esse debemus.	613.1	Humilior Apostolis quis.	1023.1
Hospitio Deum suscepit Abraham.	388.2	Humiliores non contemnendi.	976.2
Hostia veraciter corpus & sanguis Christi continetur contra hereticos.	1254.1	Humilium laus.	340.2
Hostiae fractio in Missa passio Christi.	945.2	in Humilibus requiescit Christus.	904.1
Hostiae paschales.	1005.1	Humiliationis occasio.	313.1
Hostiarum innumerabilium immolatio.	188.2	Humiliantis se & iacentis differentia.	495.2
Hostiarum cadauera vbi abluebantur.	241.2	Hyacinti color caeli recordationem inducit.	326.2
Hostis Christi extremus.	801.1	Hyemis tempore tonitrua.	218.2
Hostis hominum quis.	1016.1	Hyemis tempore quid spiritualiter faciendum.	856.1
Humani animus tentationis non expers.	1007.1	Hypocrita quis vocetur.	8.2
Humani sensus quam facile decipiatur.	1023.1	Hypocrita quid significet.	49.2
Humana conceptio quo tempore completur.	626.1	Hypocrita quis sit.	94.1.98.2
Humana mens sapientiae capax.	666.1	Hypocrita quid interpretetur.	98.2
Humana ratio Deum non capit.	810.1	Hypocrita proprio gladio iugulatus.	119.1
Humana Christi dispensatio.	907.1	Hypocrita quis dicitur.	505.2
Humana natura.	934.1.1077.2	Hypocrita quandiu permaneat.	25.2
Humana providentia quibus adhibenda.	1211.2	Hypocrita simulatio.	4.2
Humani genus sanguine Christi redemptum.	957.1	Hypocrite nomen vnde tractum.	80.1
Humani propositum absque diuino subsidio non sufficit.	1172.1	Hypocrite nominis translatio.	98.2
Humani corporis forma quot dierum spatio perficiatur.	649.1	Hypocrite definitio.	106.2
Humanae vitae miseria.	1020.1	Hypocrite quomodo ieiument.	29.2
Humanae conditionis usus.	282.1	Hypocrite qui sint.	101.1
Humanae compassionis effectus.	716.2	Hypocritarum ieiunij fructus.	4.2
Humanae fragilitatis quae sint.	1043.1	Hypocritarum duo mala.	6.2
Humanae infirmitatis indicium.	1051.2	Hypocritarum appellatione quid notatum.	25.1
Humanos quae deceant.	373.1	Hypocritarum conditione.	94.1
Humanitas Christi in celo contra hereticos.	181.2	Hypocritarum dementia.	119.1
Humanitas Christi.	522.2.300.2	Hypocritarum quid sit. 46.2. eius effectus.	101.2
Humanitas cui magis rependetur.	186.2	Hypocritarum differre, quid.	856.2
Humanitas ob fragilitatem passionem recusat.	1174.1		
Humanitatis Christi veritas post ieiunium patefacta.	118.2		
Humanitatis partes vanae.	186.2		
Humanitatis Christi glorificatio.	262.2		
Humanitatis gratiam non renuit Christus.	466.1		
Humanitatis obsequium.	751.1		
Humanitatis indicium.	765.1		
Humanitatis quae sint.	928.1		
Humanitate digna reuerentia suscepit Christus.	104.2		
Humanitati permixta Deitas.	450.1		
Humanitatem Christi qui negent.	465.1		
Humilitas quomodo acquiratur.	28.2		
Humilitas corporalis & spiritalis.	29.2		
Humilitas.	121.1.313.1.925.2.1199.2		
Humilitas Ecclesiae.	226.2		
Humilitas vbi.	317.1		
Humilitas Christi.	580.1		
Humilitas inaudita Christi.	1012.2		
Humilitas metis à Christo corporis habitu ostensa.	110.1		
Humilitas vera ministerium plurimum.	1170.2		
Humilitas quomodo panditur.	1170.2		
Humilitas sine magnitudine animi non est.	1232.1		
Humilitatis exemplum.	60.2.64.2.230.1		
Humilitatis causa.	71.2		
Humilitatis commendatio.	232.1.337.1		
Humilitatis habitus quomodo cognitus.	571.1		
Humilitatis magnum exemplum.	656.1		
Humilitatis plena verba.	821.1		
Humilitate nihil praestantius.	317.2		
Humilitatem quid signet.	717.1		

I acob visio Dei.	810.1
Iacobus quid significet.	262.1
S. Iacobus quare frater Christi.	843.1
S. Iacobus primus martyr.	280.2
S. Iacobi mors.	353.2
Iactantia quibus in rebus esse possit.	4.2
Iactantia quibus in rebus sit.	31.1
Iactantia.	80.1. eius effectus. 433.1
Iactantia fidelibus non esse debet.	123.1
Iactantiam ruina subsequitur.	135.2
ad Iactantiam quae ducant.	977.1
Iaphet pater Gentium.	916.1
Idola puerorum luto comparata.	69.2
Idolorum cultus Iudaeis vetiti.	226.1
Idolorum cultus quo pacto aditum inuenit.	1034.2
Idololatrie prima causa.	9.1
Idololatrie initium.	1034.1
Ieiunium pro peccatis quale, & qua dispositione confectum.	3.1
Ieiunium de omni opere virtutum accipitur.	4.1
Ieiunium quid sit.	4.2
Ieiunium debet nos ostendere, non nos ieiunium.	4.2
Ieiunium quod à Deo approbat.	5.1
Ieiunium quomodo impleri debeat.	5.1
Ieiunium anima salus.	8.1
Ieiunium vbi ponendum.	8.1
Ieiunium lege antiquius.	8.2
Ieiunium in paradiso prius institutum.	8.2
Ieiunium quid interficiat.	8.2

Ieiunium

Ieiunium opus satisfactorium.	8.2	Ieiunij Eliae efficacia.	22.1
Ieiunium sanctos homines facit.	9.2	Ieiunij Christi causa.	22.1
Ieiunium salutare.	19.1	Ieiunij exempla.	23.2
Ieiunium exiguos sumptus facere cogit.	10.1	Ieiunij fructus.	34.2
Ieiunium quod Deo gratum.	13.2	Ieiunij & saturitatis differentia.	35.1
Ieiunium quod ieiunandum.	13.2	Ieiunij via.	43.1
Ieiunium & fides pedes animae.	14.2	Ieiunij laudes.	47.1
Ieiunium violare graue peccatum.	16.1	Ieiunij ala.	47.1
Ieiunium à sonat ha violatum.	16.1	Ieiunij consecratio à Christo.	120.1
Ieiunium interdum inutile.	18.1	Ieiunij epitheta.	155.1
Ieiunium sine bonis operibus nihil prodest.	18.2	Ieiunij merces.	250.2
Ieiunium perfectum, & Deo acceptum.	18.2	per Ieiunium Moses operatus.	9.1
Ieiunium cum elemosyna coniungendum.	19.1	Ieiunij voluntarij bona.	447.2
Ieiunium Christi quomodo in nobis intelligendum.	135.1	Ieiunio quando non inuigemus.	8.2
Ieiunium corporis quid est.	134.2	Ieiunio calura reseratur.	23.1
Ieiunium est repugnatio passionis.	132.2	de Ieiunio gaudens.	5.1
Ieiunium secretum esse debet.	25.1	Ieiunia quae vana.	4.1
Ieiunium contrarium gulae.	28.1	Ieiunia quae casta hypocritarum videantur.	4.2
Ieiunium ex quibus procedat.	28.2	Ieiunia Christi posse tentari, non superari.	16.2
Ieiunium adiutorium orationis.	28.2	Ieiunia cur Christus indixit.	22.1
Ieiunium corporale & spirituale.	29.2	Ieiunia obseruantium, meritum.	23.1
Ieiunium cum superfluitate ciborum coniunctum nihil prodest.	33.1	Ieiunia voluntaria, quae.	19.2
Ieiunium exemplis patrum demonstratum.	34.2	Ieiunia vt plena sint, quid agendum.	35.2
Ieiunium sine elemosyna non sufficiens.	34.1	Ieiunia necessaria.	19.2
Ieiunium quantum longius, tanto melius.	35.2	Ieiunia quibus carere debeant.	38.2
Ieiunium prima virtus contra vitia.	46.1	Ieiunans Deo quis sit.	4.1.5.1
Ieiunium vbi collocandum.	46.1	Ieiunans à cibo & nò à malis operibus, non ieiunat.	29.2
Ieiunium ingredientibus quibus intenti esse debeant.	46.2	Ieiunans peccando sine spe ieiunat.	29.2
Ieiunium sine misericordia quid sit.	47.1	Ieiunantis oculus.	10.2
Ieiunium quam magnum bonum.	115.1.124.1	Ieiunanti quid cordi esse debeat.	4.1
Ieiunium sanctificare quid sit.	137.1	Ieiunantes quales nos monstrare debeamus.	5.1
Ieiunium Christi quae, egentis refectio.	139.1	Ieiunantes propter homines mercedem habere non possunt.	27.1.29.2
Ieiunium Deo gratissimum.	140.1	Ieiunantium propter Deum, aut propter mundi gloriam differentia.	4.1
Ieiunium cunctis virtutibus antefertur.	156.1	Ieiunantium color. 10.2 forma & habitus.	ibidem.
Ieiunium quod Deus approbat.	157.2	Ieiunantium à non ieiunantibus discrimen.	13.1
Ieiunium ante passionem quid significet.	157.2	Ieiunantium propter Deum, & propter homines differentia.	23.2.27.1.29.2
Ieiunium speciale à carne & vino.	159.1	Ieiunantium simulatio.	23.2
Ieiunium generale quid.	99.2	in Ieiunantes quanta sit Dei clementia.	35.1
Ieiunium olim publice indictum.	163.2	Ieiunantibus nobis, diabolus esurit.	155.1
Ieiunium armatura contra tentationes.	250.2	Ieiunè sacra communio sumenda.	945.1
Ieiunium generale.	961.1	Ieiunè corpus Christi sumendum.	1057.1
Ieiunium cum arrogantia male sonat.	8.1	Ieiunavit Christus propter duas causas.	132.1
Ieiuniorum profectus.	8.1	Ieiunat satis quis.	20.1
Ieiuniorum gratia ex Isaiâ.	8.1	Ieiunat qui bene.	140.2
Ieiuniorum excusatio nulla.	8.2.9.1	Ieiunavit quare Christus.	124.1
Ieiuniorum figura in virtutibus.	15.1	Ieiunemus cur ante solennitatem dominicae passionis.	40.1
Ieiuniorum virtus quanta.	35.2.119.1	Ieiunare cunctis temporibus bonum est.	19.1
Ieiuniorum forma.	119.2	Ieiunare cum gaudio quid sit.	29.2
Ieiuniorum vilitas temporibus Christianorum.	119.2	Ieiunare qui non teneantur.	30.2
Ieiunij peccata purgantur.	1248.2	Ieiunare, & legem non tenere ieiunij, nihil prodest.	139.1
Ieiunij doctrina.	4.2	Ieiunandum propter quid.	6.1.27.1
Ieiunij vigor.	8.2	Ieiunandum à cibis pariter, & à peccatis.	18.2
Ieiunij imago.	8.2	Ieiunandum pro quibus.	99.2
Ieiunij lex expressa.	9.1	Ieiunandum à vitijs.	138.2
Ieiunij decus antiquissimum.	9.1	Ieiunandum quam ob causam.	23.2
Ieiunij virtute opera Moysis facta.	9.1	Ieiunandum quibus ferijs.	145.1
Ieiunij observatio ex patribus.	9.2.10.1	Ieiunandi exercitium quid commodi afferat.	43.1
Ieiunij laus.	10.2.13.2	Ieiunando tristitia quae pro laude est, prohibetur.	3.1
Ieiunij exempla.	13.1	Ieiunando quid agendum.	6.2.7.1
Ieiunij effectus.	15.2	Ieiunando tentari vitale est.	116.1
Ieiunij efficacia.	16.1	Ierusalem ingressus iustorum figura.	15.2
Ieiunij virtus.	18.1	Ierusalem introitus quando factus.	187.1
Ieiunij forma.	18.1	Ierusalem ingressus quando fuit.	188.1
Ieiunij summa in quo stet.	144.1	Ierusalem descriptio. 35.1.1. dicta Iebus ibid. à Salomone comprehensa.	35.1.1
Ieiunij quadragesimae progressus.	18.1		
Ieiunij die à quibus operibus abstinendum.	18.2		
Ieiunij tota die quid agendum.	19.1		

I N D E X.

Iesse virga. 213.2
Ierolymam quoties Iesus ascendit. 623.2
Iesus filius Nane quo tempore Iericho prostravit. 244.2
Iesus quomodo invenitur. 828.2
Iesum qui sequitur incomprehensibilis est a morte. 335.1
Iesu Christi verba expressa de inimicis condonandis. 97.1
Iesu nomine nullus iniquus fuit. 989.2
Ignis divini amoris. 65.1
Ignis aeternus quis sit. 174.1
Ignis inferni qualis erit. 170.1. cuius substantia. ibid.
Ignis tonitru quomodo creatur. 219.1
Ignis qui materia eget interire potest. 542.1
Ignis inferni quibus preparatus. 183.1
Ignis aeternus damnatorum. 888.2
Ignis cupiditatis. 1119.2
Ignis consumens quis dicatur. 542.2
Ignem quibus solum preparavit Deus. 184.2
Ignem quis putavit Deum. 882.2
Igne qui consumpti. 56.1
Igne, qui baptizentur. 130.2
in Igne baptismi. 130.2
ab Igne portatus homo. 712.1
Ignominia qui Christum afficiant. 800.1
Ignorantia vulgo scientia melior. 666.1
Illustrationis modus. 899.1
Imago plena Dei Christus. 1171.1
Imagines sacras construere quam pius. 1072.1
Imbecillitas mentis. 1020.1
Immoderatio in rebus omnibus damnofa. 1034.2
Immolatio vituli pro quibus. 444.2
Immortalitas renouandorum corporum. 947.1
Immortalitas quando consequetur. 777.2
Immolatio Pasche figura Eucharistiae. 1049.1
Immortalitati an passio fuerit impedimento. 884.2
Immortalitate remanebit eadem substantia. 934.1
Imperatores Christiani quando regnabant. 1245.2
Imperatio sermone loco Prophetiae videtur scriptura. 1173.1
Imperfectio in quibus indagetur. 65.2
Imprecationes variae contra Prophetas. 76.1
Impij quibus designentur titulis. 169.1
Impij qua forma Deum videbunt. 168.2
Impij de quibus condemnabuntur. 184.1
Impij retrorsum cadere dicuntur. 264.2
Impiorum supplicia aeterna. 181.1
Impiorum mors sempiterna. 171.1
Impiorum expulso a gloria Dei. 279.2
Impiorum via prosperatur. 458.2
Impiorum oblatio abominabilis Deo. 930.1
Impiorum perditione Christus contristatur. 934.2
Impiorum membra quibus applicentur. 1094.1
Impietatis condemnatio. 1171.1
Impietatis crimine adstricti. 824.1
Impossibilia quae homines iudicent. 78.1
Impossibile quid videatur. 87.2
Improbi duabus de causis vituperandi. 1018.1
Improbi quibus odio sint. 1020.1
Improbitas unde ortum ducat. 670.2
Impudentia Iudae. 1007.2
Inane quid sit. 42.2
Incarnatio Christi admiranda. 427.2
Incarnatio Christi. 301.1. pro quibus. 874.2
Incarnationis Christi tempus. 815.1
Incarnationis humilitas. 877.2
Inchoatio rei a gratiarum actione. 1021.1
Inclinatio capitis mors sanctorum. 996.2
Increduli non introibunt in requiem. 669.1
Incredulitas unde. 841.2
Incredulitas Iudaeorum. 295.1
Inconstans mente quis. 461.1
Inconstantium signum. 625.1
Incorrigibilis duplicibus necessitatibus colligatur. 485.1
Incorrigibilis aetas. 1020.1
Increpacio. 936.1
Incredulitatis fructus pessimi. 612.1
Indeutorum mores. 694.1
Indi, Persae, & Babylonij Pharisaeorum insectatores. 315.2
Indiae Alabastrum probatissimum. 1041.1
Indicium sanitatis. 726.2
Indulgentia quibus promittatur. 594.2
Indumenta quorum damnatorum dividebantur. 962.1
Indumenta Christi merita sanctorum. 1463.1
Indignatio inter quos. 1005.1
Indigni sacris mysterijs qui. 1023.1
ex indignitate dignitas. 66.1
Infantia quod tempus vitae. 409.2
Infantia primum tempus vitae. 413.1
Infantia aetas quot vexetur malis. 1020.1
Infantes miraculorum Christi testes. 188.1
Infantes qui dicantur. 189.1
Infantes quales esse debeant. 577.1
Infernus quid sit. 357.2. 402.1. 404.2
Infernus Deum timet & confitetur. 751.2
Infernus Christum admiratur. 751.2
Inferni poena quibus parata. 184.1
Inferni sepultura quid. 355.2. 357.2
Inferni gehenna quibus non videatur. 382.2
in Infernum cur damnati mittentur. 180.1
in Inferno nullus misericordiae locus. 388.2
in Inferno omnes erant ante Christum. 389.1
Inferno detentorum liberatio in morte Christi. 1054.1
Infernorum communis carceris descriptio. 1420.1
ad inferos Christi descensus causa. 1419.2
Infernalis nox. 684.1
Infernalium cruciatuum enumeratio. 56.1
Inferiores non spernendi. 976.2
Inferiora cum superioribus non coherent. 894.1
Infirmi ieiunij tempore non debent sanos vocare ad prandium. 34.1
Infirmitatis verba Prophetiae. 580.1
Infidelis morte Christi scandalizatur. 214.1
Infidelium duae perditiones. 411.2
Infideles quibus intelligantur. 575.2
Infidelium persecutio. 842.2
Infidelium corda. 888.1
Infidelium spiritus segnis. 978.2
Infidelitas cui similis. 213.1
Infirmitas Christiana fortis. 16.1
Infirmitas hominum quinque modis fit. 255.2
Infirmitas praecedit mortem. 712.1
Infirmitate non tristandum. 726.1
Infirmitas temporalis quae dicatur. 759.1
Infirmitas quibus non insit. 982.2
Infirmitatis nostrae exemplum. 833.2. 840.1
Infirmitatum ferendarum instructio. 1185.1
Infirma caro cuius sit. 978.2
Infirmitati qui dicantur. 184.1
Infirmi non tenentur ieiunare. 33.2
Infirmitas carnis nimia prohibetur. 979.1
Infelicitas Iudaeorum tota. 296.2
Ingenij naturalis beneficium quibus tantum donatum. 454.1
Ingratorum hominum descriptio. 1095.2
Ingratissimus omnium quis. 1095.2
Inhospitabilitas redargutio. 373.1
Inimicus melior factus in gratia Paulus. 96.1
Inimici

I N D E X.

Inimici naturam amare pulchrum est. 151.1
Inimici dilectio quando custoditur. 77.2
Inimicum amare, charitatis est. 76.1
Inimicum diligere impossibile videtur. 87.2
Inimici non inimicos odiri in lege cur praeeperit Deus. 96.2
Inimici quomodo diligendi. 96.2. 98.1
Inimici omnium ridiculi. 340.2
Inimicorum dilectio in diversis scripturae locis. 86.1.2
Inimicorum persecutione peccata grauiora. 96.1. 102.1
Inimicos quis diligere possit. 95.2
Inimicos amare perfectum est. 105.2
Inimicus qui pepercerunt. 103.1
pro Inimicis mors quam utilis. 101.2.2
in Inimicos imprecationes. 78.1
Inimicitia quomodo compefitur. 87.1
in Inimicos maledictiones in S. scriptura. 91.2. quomodo intelligantur. ibid.
Inimicos condonare, maior cleemosyna quae fieri possit. 96.1
Inimicos quomodo vincit decet. 810.1
in Inimicos imprecationes in Prophetis. 97.1
Inimicos persequendo quomodo nos geramus. 610.1
pro Inimicis quid orandum. 97.1
Inimicitia damnatum commune. 483.1
Iniqui quomodo caelos ingressuri. 168.2
Iniqui quare Christum odio habeant. 844.2
Iniqui homines sua desideria explere nequeunt. 459.2
Iniqui credentes in Christum. 993.1
Iniquorum proprium. 95.2
Iniquorum omnium caput diabolus. 116.2. 156.1
Iniquitas hominum vna. 213.1
Iniquorum in peius ruina. 944.1
Iniquorum ritus. 973.2
Iniquitas quas habeat leges. 1178.2
Iniquitatem diligentes. 890.2
Iniuria extrema quae sit. 985.1
Iniuriam obliuisci gloriosum. 484.2
Iniuriam quis vere passus. 490.2
Iniuriam Christo qui faciant. 1093.1
Iniuria semper condonanda. 503.2
Iniuria nequestra magnanimiter sustinenda. 118.1
Iniuria fraternae dimittenda. 140.1
Iniuriosus homo impudicus. 1037.1
Iniurias vincit vitium. 1012.2
Iniuria propter Christum oppressi. 688.1
Iniuria quomodo toleranda. 794.2
Iniuriae atroces in Christum. 983.1
Iniuriarum memoria quam perniciosa. 1013.2
Iniuriarum obliuio quae magnum bonum. 1013.1
Iniuriantem amare quam suauis. 1013.2
Iniurias Dei dissimulare impium est. 118.1
Iniurias obliuisci gloriosum. 496.1. 812.1
Iniurias suscipiens Deus non irascitur. 811.2
Iniurias quas sufferre non debemus. 134.2
Iniuurias si quid nobis collatum est boni repetere debemus. 1013.1
Iniusti ante iudicium iustos conspicient. 356.1
Iniusti quas ob causas damnentur. 403.1
Iniustissimus qui sit. 667.1
Iniustitia vincula. 273.2
Iniustitiam diligens odit animam. 659.2
Ioseph miraculum in retardatione solis. 465.2
Innocentia sine Deo infirmitas aestimatur. 169.1
Innocentium interfectores serui damnorum. 914.2
Inopia qui laboret. 974.1
Inopia non timenda. 457.1
891.2
Inopia vitam perturbari qui dicant. 1026.1
Inordinatum ordo. 912.2
Insanum honorem quid faciat. 1026.1
Insanorum qui magis insanit. 1019.1
Insanientium ob vanam gloriam crimen. 327.1
Insatiabiles qui sint. 1025.2
Insensatorum motus. 625.2
Insidia impiorum. 973.1. 1025.2
Insidiatores Pharisaeorum nomine. 903.1
Insidiatores Ecclesiae. 973.1
Insidiarum animaduersio. 1025.2
Insidiatores ubi continui sint. 1026.1
Insipientiae Iudaeorum consideratio. 862.1
Insolentis indicium. 340.1
Instructio fidei Christianae a quibus olim fiebat. 457.2
Insultatio in Christum. 962.2
Intelligentia munus Dei. 301.1
Intelligentia in capite. 8.1
Intellectus hominis a solo Deo praestitus. 320.2
Intellectus merces fidei. 661.2. 673.2
Intelligentia sublimis. 1073.2
Intentio animae oculus. 51.1
Intercessio sanctorum quaerenda. 234.2
Interfectores innocenium diabolo ministrant. 974.1
Interiora quare nobis incognita. 80.1
de Interiore non iudicandum. 80.1
Interpretationis scripturae diuersitas. 906.1
Interpretationis summae auctores. 982.2
Intrare sub lectum quid. 54.2
Inuentio S. Crucis. 1304.2
Inuentu quae difficilia. 838.2
Inuidia quantum mali afferat. 248.1. 476.2
Inuidia charitatem tollit. 248.1
Inuidia unde surgat. 138.2. 319.2. 384.1
Inuidia sacerdotum Iudaeorum. 408.2
Inuidia quis confenscat. 438.1
Inuidia depellenda. 449.1
Inuidia quid sit. 449.1. eius effectus. ibid.
Inuidia malum simulatione plenum. 869.2
Inuidia quot mala tulit. 449.2
Inuidia nihil nocentius. 563.2
Inuidia incredibilis. 641.1
Inuidia nihil peius. 805.2
Inuidia fera venenosa. 807.1
Inuidia qua aetate maxime vigeat. 1020.1
Inuidia caecat animam. 869.2
Inuidia Iudaeorum descriptio. 424.2
Inuidiae effectus. 416.1
Inuidiae proprium. 50.1. genus. ibid.
Inuidiae vires quantae. 60.1
Inuidiae vis quot populos perdidit. 248.1
Inuidiae nota. 444.2
Inuidiae malum. 832.1
Inuidiae effectus. 869.2
Inuidia tabo Iudaei concitati. 1035.1
Inuidia proteruitas qualis. 1038.1
Inuidus cupiditate trahitur. 805.2
Inuidus quando magis homo fit. 1020.1
Inuidi proprium. 449.2
Inuidus omnis venia desperanda. 248.1
Inuidi qui sint. 50.1
Inuidi feris sauiore. 248.1
Inuidi seipos rodunt. 384.1
Inuidi de quibus conquerantur. 462.2
Inuidorum aspernator Christus. 476.1
Inuidia quid accidere soleat. 678.1
Inuidendum quibus non sit. 1012.2
Inuisibilium rerum notitia. 898.1
Imuocati

I N D E X.

Inuocare quem debeamus.	887.2	Iudas vnde ortus.	942.2
Ioannes quid significet.	262.1	Iudas indignus communione.	945.2
Ioannes Euangelista in insulam Pathmos condemnatus.		Iudas qualis natura erat.	987.1
334.1		Iudas cur osculo Iesum tradidit.	981.1
Ioannes Euangelista pro Christo multa passus.	351.1	Iudas quando sensit malum suum.	987.2
Ioannes Euangelista non mortuus, & mortuus secundum quosdam.	353.2	Iudas Apostolus.	990.1
Ioannes vltimus Euangelistarum.	649.1	Iudas Machabeus.	990.1
S. Ioannis Baptista abstinencia.	35.1	Iudas Patriarcha.	990.1
Ioannis Euangelista martyrium.	331.1	Iudas communione indignus.	1001.1
Ioannis Euangelista recessus.	348.2	Iudas propter quid indignatus.	1005.1
Ioanni Euangelista Aquila data.	781.2	Iudas signa Christi magicis artibus facta putabat.	
Ionas calamitate aliorum melior.	213.2	1007.2	
Ionathas violans ieiunium quanti mali causa.	16.1	Iudas Lebbaeus.	1049.1
Ionas quanto tempore predicauit.	207.2	Iudas in caena panem occultauit, non vinum.	1049.2
Iona signum.	201.1.213.1	Iudas beneficiorum immemor.	1095.2
Iong Historia.	219.2	Iudas quo tempore laqueo vitam finierit, incertum.	957.1
Iosue cum cultris lapideis sepultus.	672.1	Iudas interfuit mysterijs.	1360.1
Iordanis fons quo peccata purgantur.	14.2	Iudae deperatio.	76.2
Iordanis fluminis cur in baptismo pre alijs eligitur.	477.2	Iudae traditio.	349.2
Iordanis fluminis typus Baptismi.	14.2	Iudae loco Matthias electus.	753.1
Iosaphat vallis locus in Iudaea.	183.2	Iudae exemplum contra Manichaeos.	856.1
Ioseph uxores.	208.1	Iudae facinus consilio sacerdotis conuictum.	932.2
Ioseph sine miserijs regnum non fuisset adeptus.	384.1	Iudae factum qui faciant.	933.1
Ioseph venditio quid illi profuit.	384.1	Iudae cognomen, exsuffocatus.	971.2
Ioseph eodem pretio quo Christus venditus.	927.1	Iudae timor falsus.	974.1
Ioseph ab Arimathia laus.	967.1	Iudae mortis tempus comparatum.	1003.1
Ioseph iuxta 70. interpretes 20. auris reditus.	1005.2	Iudae temeritas.	1006.1
Ioseph mortuus tempore passionis.	1277.1	Iudae duo cruciatus apud inferos.	1133.1
Ioseph dignus apud seculum.	932.1	Iuda egresso Sacramentum discipulis datum.	1049.2
S. Ioseph filius ex alia uxore susceptus.	843.1	Iudae mors secundum quosdam.	1052.1
Ioseph venditionis variae opiniones.	943.1	Iudae peccatum ex diuina voluntate non fuit.	1211.1
Iosephus Iudaeus hystoriographus.	308.1	Iudaea vnde dicta.	830.2
Ira Dei quam grauis.	177.1	Iudaea caput regni.	843.1
Ira quid sit.	833.2	Iudaea mater Gentium.	914.1
Ira infaniae similis.	833.2	Iudaea tantum obcurata tempore passionis secundum quosdam.	994.2
Ira commotio.	289.1	Iudaei an peccauerint in spiritum sanctum.	92.2
Ira consideratio.	774.2	Iudaei persequentes Christum membra diaboli.	156.2
Irae calicis mundatio.	979.2	Iudaei iam non habent privilegium speculationis Dei.	190.1
Irae impatientis signum.	1008.1	Iudaei quare signa petunt.	213.2
Irae repentinae.	1013.2	Iudaei terra dicuntur.	220.1
Iracundiam refrenans dicitur mansuetus.	89.2	Iudaei nunc deteriores quam antea.	218.1
Iracundiam vincere, quid.	378.1	Iudaeus doctor quomodo conuerti potest.	455.2
Irati viri immodestia.	833.2	Iudaei credituri Eliae & Enoch.	456.1
Irati aspectu nihil turpius.	833.2	Iudaei obstinatio.	456.1
Iratis quid memoria repetendum.	1043.1	Iudaei dupliciter redarguti.	658.1
Irastrimur magis quam diligimus.	825.2	Iudaei homicide.	841.1
Irrationabilitas quae sit.	914.2	Iudaei quomodo Christum venturum credant.	857.1
Irreuocabilia Dei iudicia.	180.1	Iudaei quo tempore destruentur.	873.1
Isaias regali habitu Deum vidit.	810.1	Iudaei legis iugo domiti.	904.1
Isaias Propheta solus occisus secundum Iudaeos.	1005.1	Iudaei qui saluati.	921.2
Israeilitae in deserto ieiunarunt, licet mamma saturarentur.	20.1	Iudaei impuniti non euadent.	1012.2
Israeilitarum iter figura quadragesimae.	14.1	Iudaei post resurrectionem ad Christum vocati.	1013.1
Israeilitarum manne figura.	163.2	Iudaeos in adoptionem suscepit Christus.	1047.1
Israeilitarum incredulitas.	445.1	Iudaei vsque nunc persecutionem ab omnibus patiuntur.	
Ismael 13. anno circumcisus.	671.1	1052.2	
Iter facientes quam domum primo adire debeant.	187.1	Iudaei quam miserè vitam finierunt.	1165.2
Iter calorum erectum.	388.1	Iudaei captiuitatis tempore caernas petentes.	1180.1
Iter quo Christus fatigabatur, quod.	578.1	Iudaei redemptionis humanae nestij.	1357.2
Itineris Christi studium.	556.1	Iudeorum fides infidelitas inuenta.	54.1
in itinere quid secum portandum.	1199.2	Iudeorum infidelium princeps.	191.1
Iubilei annus apud Iudaeos.	796.1.817.1	Iudeorum superbia.	197.1
Iudas traditor.	470.1	Iudeorum popululus.	202.2
Iudas quare perijt.	856.1	Iudeorum fabula destructa.	204.1
Iudas quibus causis compulsus ad vendendum Christum.		Iudeorum grauiores calamitates.	205.1
933.1		Iudeorum calamitates.	222.2
Iudas minister traditionis.	944.2	Iudeorum tota infidelitas.	288.2
		Iudeorum compunctio in morte Christi.	307.2

Iudeorum

I N D E X.

Iudeorum opinio de Christo in mundo mille annos regnatura.	349.2	in Iudicio demones incorporei.	170.1
Iudeorum vocatio aperta.	437.1	in Iudicio duo ordines hominum.	181.1
Iudeorum quid sit proprium.	463.2.513.2	Iudicio extremo iudices externi.	214.2
Iudeorum typus.	477.1	Iudicio qui obediunt.	705.1
Iudeorum praecipua in lege.	227.1	in Iudicio iniusto quomodo nos gerere debeamus.	1052.1
Iudeorum admonitiones nobis recitantur.	662.2	Iudicia Dei duo in vna re.	355.1
Iudeorum miseria.	818.1	Iudicia Dei quomodo ferenda.	459.1
Iudeorum natale solum.	823.1	Iudicia duo.	793.1
Iudeorum natio vbi.	823.1	Iudicia inscrutabilia Dei.	938.1
Iudeorum regio vbi sita.	837.1	Iudiciorum Dei quanta subtilitas.	395.1
Iudeorum reprobatio.	896.2	Iudicabant qui personaliter.	664.1
Iudeorum deiectio.	912.2	Iudicare terram quid sit.	596.2
Iudeorum consuetudines reprobatae.	916.1	Iudicare secundum faciem, quid.	677.1
Iudeorum pater quis.	816.1	Iudicare secundum carnem, iniustum.	768.1
Iudeorum & Gentilium nulla distantia.	920.1	Iudicandi differentia in Christo.	299.1
Iudeorum mos tradendi iudici condemnatum ligatum.		Iudicandum, non est de alijs.	96.1
930.1		Iudicandum quomodo sit de hominibus.	423.2
Iudeorum mos in scindendis vestimentis.	935.2	Iudicandum non est temere.	592.1
Iudeorum consuetudo de soluendis vinculis.	989.2	Iudicandum non est secundum faciem.	655.1
Iudeorum populus seruus peccati.	1058.2	in Iudicando quomodo nos gerere debeamus.	655.1
Iudeorum calamus arundineus in scribendo.	1070.2	Iudicantes secundum carnem.	809.1
Iudeorum captiuitatis significatio.	1179.2	Iudith ieiunium.	23.2
Iudeorum perditionis Prophetia.	1079.2	Iudith exemplum veri ieiunij.	27.1
Iudaeus populus senior Gentili.	450.1	Iugum peccati Christus non expertus est.	458.1
Iudaeica adulatio quanta sit.	60.1	Iuliani furor contra veritatem.	210.1
Iudaeica dissolutio principum.	940.1	Iumentis quibus opus sit.	912.1
Iudaeicarum rerum maxima perturbatio.	1012.1	Iumentis infidere quid.	915.2
Iudaeismus qua re contineatur.	510.2	Iuramentum per oculos.	878.1
Index moris sententiam ferens iniuste.	974.1	Iuramentum blasphemiam.	935.2
Iudicis forma in audiendis criminosis.	177.1	Iuramentum an liceat.	1279.1
ad Iudicis Dei iustitiam quid pertineat.	171.1	Iuramenti vitandi praecipua.	1239.1
Iudicis rigor in criminosis.	177.1	Iuramento quo scindebant vestes Iudaei.	935.2
Iudicia grauitas & mansuetudo.	310.1	Iuramento verba adstricta nocent.	1239.2
Iudicis iniquitatis scelus.	376.2	Iurandum omnino non est.	983.2
Iudices pecunijs corrupti.	383.1	Iustitia in duobus consistit.	30.1
Iudicium vbi futurum sit.	183.2	Iustitia coram hominibus quae sit.	103.1
Iudicium extremum quibus fiet.	180.2	Iustitia muneribus non grauanda.	138.2
Iudicium duplici ratione intellectum.	892.1	Iustitia Dei.	184.2
Iudicium futurum.	289.1.299.1	Iustitia quid sit.	98.2
Iudicium caeleste quantum distet a terreno.	177.1	Iustitia doctrinae.	196.1
Iudicium futurum.	299.1	Iustitia iniusta vincula distrumpit.	496.1
Iudicium omnium quae hic geruntur fore.	383.1	Iustitia Dei maior.	431.1.486.1
Iudicium.	450.1	Iustitia comparatione Dei est iniustitia.	438.1
Iudicium Dei quomodo appelletur.	471.2	Iustitia quibus facilis.	610.1
Iudicium iustum sequendum.	655.1	Iustitia totis viribus defendenda.	659.2
Iudicium inter patrem & filium.	657.1	Iustitia iniustis inimica.	810.2
Iudicium ferre de alijs pessimum est.	668.2	Iustitia facienda.	891.1
Iudicium iniustum perulit Christus.	781.1	Iustitiae vexillum.	15.2
Iudicium Christi quale verum.	78.1	Iustitiae magistra natura.	64.2
Iudicium pro damnatione acceptum.	794.2.807.2	Iustitiae tria bona fortia.	79.2
Iudicium quod duplicibus modis sumitur.	807.2	Iustitiae mercede qui careant.	80.2
Iudicium penale.	807.2	Iustitiae opus propter quid faciendum.	81.2.86.2
Iudicium Dei dupliciter sumitur.	814.2	Iustitiae opus celari nequit.	89.1
Iudicium finale quod erit.	880.1.888.1	Iustitiae Pharisaeorum gradus ad legem veterem pertinens.	91.2
Iudicium extremi iudicij quomodo in nostra potestate.		Iustitiae merces in quibus appareat.	91.2
889.1		Iustitiae pars elemosyna.	95.1
Iudicium quale nunc est.	888.1	Iustitiae opera.	76.1
Iudicium Dei ex cordis notione.	1171.1	Iustitiae partes.	98.2
Iudicij diuini recordatio.	140.1	Iustitiae laus.	101.1
Iudicij extremi designatio.	278.2	Iustitiae falsus effectus.	101.1
Iudicij vniuersalis tempus incertum.	279.1	Iustitiae perfectae doctrina.	189.2
Iudicij futuri consideratio.	422.2	Iustitiae corruptio.	869.2
Iudicij tempus ex hoc tempore.	1213.2	Iustitiae vestigium in quo non sit.	942.2
ad Iudicium qui non venient.	180.2	Iustitiae perfectio quibus exprimat.	1095.1
in Iudicio duo ordines erunt.	168.1	Iustitiam legis qui in libris non legebant.	64.2
in Iudicio homines & angeli iudicabuntur.	170.2	Iustitiam quando operamur.	88.2
in Iudicio qualis terror Christi.	177.1	Iustitiam amans quid timere debeat.	807.1

V V V V 4

Iustitiam

I N D E X.

Iustitiam amare magnum.	807.1	Lana vtilitas.	176.1
Iustus non diligit vocari Rabbi.	314.2	Lampades ad sepulchram accendere mos vetustissimus.	1419.1
Iusti Philosophia.	373.2		
Iusti & iniusti discretio.	767.2	Languentes in porticibus iacentes.	259.1
Iusti quare vocantur ones.	168.2	Languentium sanator Christus.	755.2
Iusti quare dicti minimi.	169.2	Lapis in scriptura quid denotet.	671.2
Iusti homines qui.	177.2	Lapides pretiosi quid non timeant.	5.2
Iusti in vnoquoque verbo immorantur.	170.2	Lapidum scilicet.	1012.2
Iusti in iustitia moriuntur.	287.1	Lapidatores Christi qui.	796.2
Iusti intuentur iniustos in tormentum.	356.1.397.1	à Laqueis diaboli forma liberandi nos.	1034.1
Iusti vident iniustos in tormentis.	397.1	Largitas sola glorificabit iustos.	180.1
Iusti & iniusti idem nomen.	989.2	Largitio Christi erga homines.	938.1
in iustis in quibus non separentur peccatores.	88.2	Lasciuorum amor quando fortior redditur.	825.2
Iustorum incomprehensibilis gloria.	57.2	Latria quid.	114.2
Iustorum remissione similes arbori.	ibid.	Latitudo Ecclesie in quatuor angulos.	938.1
Iustorum solatium.	93.2	Latria quid significat.	118.1.159.1
Iustorum certamina.	109.2	Latro quid sit.	188.1.2.197.2
Iustorum nomine qui comprehensi.	169.2	Latro bonus coronatus.	891.1
Iustorum & iniustorum mercedes.	169.2	Latro quam difficile comprehenditur.	982.1
Iustorum proprium.	170.2	Latro multis homicidijs inquinatus.	1033.1
Iustorum & perfectorum ordines duo.	181.1	Latro quomodo censetur dignus paradiso.	1182.2
Iustorum & iniustorum vna resurrectio.	204.1	Latronis officium.	953.2
Iustorum separatio ab impijs.	262.1	Latronis boni conuersio.	993.1
Iustorum pressura non impedit contemplationem.	279.1	Latroni boni magna gratia.	1166.1
Iustorum quanta sint gaudia.	280.2	Latronis boni tres virtutes.	1182.1
Iustorum à peccatoribus distantia.	358.2	Latrones Iudaei nuncupati.	652.1
Iustorum animae.	359.1	Latrones cum Christo crucifixi quid significant.	1046.2
Iustorum afflictio quam in partem capienda.	379.2	Latrocinium qui magis sequantur.	1019.2
Iustorum & peccatorum discrimen.	385.2	Latrocinia.	990.1
Iustorum desiderium de liberatione damnatorum.	403.1	Lauatio manuum consuetudo Iudaeorum.	952.2
Iustorum & peccatorum distantia.	404.1	Laus hominum non appetenda.	77.1
Iustorum animus promptitudinis capax.	978.1	Laus hominum ventis.	90.1
Iustorum quisquam nondum accepit promissionem.	1219.1	Laus vtilis lauandibus.	93.2
Iustorum anima vbi ante mortem Christi.	1419.2	Laus humana quid subsequitur.	94.1
Iustos tribulationibus liberat Deus.	110.1	Laus humana pro mercede non quaerenda.	94.1
Iustificatio quorumcumque operum.	670.1	Laus hominum non quaerenda.	323.1
Iustificari ne aperte putemus.	669.1	Laus Ioseph senatoris.	967.1
Ixonis fabula.	843.2	Laus cum virtute coniuncta quantum commodi.	385.1
		Laudis audis vnusquisque.	79.1
		Laudis appetentes Pharisaei.	102.2
		Laudis perfectio.	187.1
		Laudationis verba quid expriment.	907.1
		Laudator sui quis videatur.	768.1
		Laudantur homines secundam aetatem.	65.2
		Lazarus quo pacto celum ingressus.	8.2
		Lazarus quo pacto celum ingressus.	8.2
		Lazarus famas quantam vtilitatem peperit.	43.2
		Lazarus quid.	355.2
		Lazarus quis.	385.2
		Lazarus figura Iudaeorum.	724.1
		Lazarus pulchrum nomen.	385.2
		in Lazari miraculo quae manifestata.	752.1
		Lazarus nomine quis notatus.	752.2
		in Lazari mortis odor ante resurrectionem.	803.2
		Leccio sacramentorum scripturarum quando facienda.	1169.1
		Leccio.	1199.2
		in Lectione quem conuenire debeamus.	375.2
		Lectiones diuinae quando legendae.	33.2
		Lectionibus quibus insudandum.	375.2
		Leo rex bestiarum.	781.2
		Leonis persona Matthaeo attributa.	781.2
		Lepra & immunditia.	1014.1
		Leptosorum mundatio.	908.1
		Lex veteris testamenti per aquam amarā designata.	14.2
		Lex quibus posita.	64.2
		Lex peccatores conuincebat, non absoluebat.	242.2
		Lex Prophetarum vnde.	100.2
		Lex quid solum precipiat.	245.1
		Lex per Moysen significatur.	250.2
		Lex	

L

Laborem quid sequatur.	1199.2
Labores Ecclesie.	1170.1
Labores Apostolorum disparces.	109.2
Laborem refectio.	568.2
Laborem nostris meretur apud Deum.	947.1
Laborantem non laboranti preponere equum.	246.2
Laboriosus actus prior in spiritualibus.	246.2
Laboriosum à virtute proficitur.	1170.1
Laborare, & operari differunt.	246.1
Laborare quem cogant homines.	246.2
Lac opus miraculorum.	1123.1
Lachrymae gaudia mundi sunt.	189.2
Lachrymae sola pro peccatis non valent.	748.1
Lachrymarum vtilitas.	794.1
Lachrymarum D. Petri profectus.	585.2
Lachrymarum laus.	1188.1
Lachrymis peccata purgantur.	1188.1
Lachrymas quando Christus effudit.	1248.2
Lachrymari mulierum est.	912.1
Lachrymandum pro quibus.	761.1
Laetitia & gaudium necessaria.	763.2
Laetitia in calis super penitente.	462.2
Laetitia vnde procedat.	1034.2
Laetitia tempore veteres vnguebantur.	1056.2
Laetatur quis.	25.1
Laiici delinquentes facile emendantur.	462.2
	309.1

I N D E X.

Lex quare data.	250.1	Libido per quid designetur.	617.2
Lex Christi quid sit.	252.1	Libido cuiusdam immoderata.	523.1
Lex vsque ad quod tempus.	405.1	Libido febre flagrantior.	523.1
Lex per turrim designata.	416.1	Libidinis membrum quare circumcisum.	29.2
Lex natura.	450.1	Libidinis appetitus cogitatio.	216.1
Lex per decem significatur.	486.2	Libidinis excessus.	1020.1
Lex quid sit.	517.2	Libidini seruientes.	890.2
Lex ciborum Allegoricum habebat intellectum.	520.1	Libidinem quae magis gignant.	1020.1
Lex litera.	527.2	Libidinem corporis quid superet.	1025.1
Lex quae adultera.	585.1	Libidinosorum cura.	435.1
Lex quid contineat.	668.2	Libri magiae vetiti.	983.2
Lex in quibus consistat.	656.2	Librorum patrum sententiae.	905.2
Lex Pascha.	672.1	Librorum sacrorum vtilitas.	375.1
Lex Iudaeorum lapidea.	754.2	Liberari quemquam non posse sine veritate.	290.1
Lex membrorum menti repugnans.	777.2	Licentia magna.	316.1
Lex quae defendat.	855.1	Lignum vitae.	1129.2
Lex quae vetat.	881.1	Lignum scientiae boni & mali.	1129.2
Lex omnis venturum Christum predicauit.	937.1	Ligni crucis mensura omnes.	961.2
Lex noua ceteris benignior.	1020.1	Ligni crucis significatio.	961.2
Lex veteris ac noui testamenti.	1073.2	Ligatus peccatis quis.	763.2
Lex à Deo data per Hieremiam.	1171.2	Ligatio Christi.	1058.1
Legis litera sine crucis mysterio amara.	14.2	Limbo detentorum patrum orationes.	1420.1
Legis antiquae imponendae methodus.	64.2	Lingua errare quid.	1239.1
Legis antiquae corruptio.	226.1	Linguae refrigerare ad quid diues malus petat.	396.2
Legis mandata.	309.1	Linguae nemo domare potest.	1239.1
Legis nouae praecepta non ante passionem.	309.2	Linum quare in Missa sub altare ponatur.	939.1
Legis transgressor.	310.1	Liquoribus oleum excellit.	905.1
Legis praecepta qui alligabant super humeros.	310.1	Litera occidit.	542.2
Legis mandata corporalia.	313.2	Litera scripturae quae sit.	499.2
Legis intelligentia.	335.2	Litera lex.	1100.1
Legis ac praeceptorum Domini differentia.	397.1	Litera occidenti qui praesent.	982.2
Legis fiducia.	421.1	Litera simplicis vetustatem qui requirant.	982.2
Legis litera multiplex in symbolis.	602.1	Literas falsas euitare quam difficile.	1019.1
Legis scripturae contemptus.	727.1	Literas discentem Christum nemo vidit.	655.2
Legis naturalis transgressor.	727.1	Literas ignorans quibus rebus die festo occupetur.	9.1
Legis finis Christus.	838.1	Liturgia diuinae partes.	1424.2
Legis mandata conculcant Christiani.	916.1	Liuidor quomodo claudat oculos.	810.2
Legis nouae promissio.	1021.1	Liuidoris pestiferum virus.	60.1
Legis ad naturam additio.	1094.2	Liuidore nihil grauius.	832.1
Legis rigoris relaxatio.	1172.2	Loci aridi similitudo.	204.2
Legis veteris praeceptorum abrogatio.	1352.2	Loco primo recumbere quomodo.	311.1
Legem rescindens quis.	19.1	Loca arida quae sint.	204.2.205.1
Legem docentes & non intelligentes.	309.2	Loca humida.	205.1
in Lege trium dierum computatio.	202.1	Loca rebus pijs dicata.	1057.2
Leges quibus pena inferuntur.	62.1	Locutiones in sermonibus communes.	807.1
Leges quinque humane naturae datae.	527.1	Longè à Deo quis.	459.1
Legum curam qui non habeant.	646.1	Longinqua regio quae sit.	459.1
Leges quinque olim à Deo datae.	585.1	Longius ire quid sit.	432.1
Legum rigore qui multentur.	69.1	Loquacitas in conuiuijs.	358.1
Legio quo numero hominum complebatur.	951.1	Loqui à seipso quid.	667.1
Liber nemo est nisi in Christo.	670.2	Loquendo quam honestè nos gerere debeamus.	1239.2
Liber homo quis dicatur.	1036.2	Lubricitates naturae humanae.	975.2
Liberum arbitrium quando habeamus.	907.1	Luce Euangelistae vitulus datus.	781.2
Liberum arbitrium gratia vacui nihil prodest.	1022.2	Lucifer matutinus.	107.1
Liberum arbitrium ancipitem viam continet.	1095.2	Luctus tempus.	842.1
Liberi arbitrij quid sit.	456.2	Lucri auaritia.	199.2
Liberi arbitrij potestas.	88.2	Lucri appetitus Pharisaeorum.	624.1
Liberi quorum serui redduntur.	1025.2	Lucri cupida mens pro exiguo mori non timet.	942.2
Liberalitas beatorum gloria.	180.1	Lucri captandi stultitia.	942.2
Liberalitas quibus habeat locum.	385.2	Lucubrations spirituales.	978.2
Liberalitatis commendatio.	613.1	Ludi vanitas.	69.1
Liberalitatis signum.	912.2	Lugentium quae sint.	1087.2
Libertas animae.	87.1	Lugendum cum quibus.	870.1
Libertas spiritus sancti.	122.1	Lumen diuini verbi.	177.2
Libertas loquendi in quibus.	285.1	Lumen qui expetant.	797.2
Libertas adolescentiae perniciosa.	447.2	Lumen quid demonstrat.	778.1
Libertatem permittit nobis Deus.	457.1	Lumen duplex.	778.1
Libertatem perfectam quomodo adipiscemur.	669.2	Lumen qui odio habeant.	1026.1
		Luminis	

I N D E X.

Luminis veritatis ubi,	947.1	Malorum hominum insidia.	973.2
Luna Ecclesie comparata.	106.2	Malorum initia repellenda.	1033.2
Luna & Solis Eclipsis quantum dicitur.	963.2	Malorum caput.	1034.1
Luna potestas in nocte.	1056.2	Malis facere iniusta bonum.	310.1
Luxuria consumit omnia bona naturae.	431.1	Malis bonitas exosa.	810.2
Lux Christi nomine designata.	900.1	Malis quid implevit orbem.	869.2
Lux cognitionis.	804.1	Malis presentibus tutela oranda.	935.1
Lutherani loca orationi dicata contemnunt.	976.2	Malos quae res condemnabit.	180.1
in Lutheranos de assertione Baptismi.	1244.1	Malos fructus faciens.	201.1
Luxuria unde nascatur.	164.2	Malum hominem quo pacto vincamus.	189.2
Luxuria fugienda.	891.1	Malum nulli pro malo reddendum.	335.1
Luxuries.	138.2	Malum ubi contingit ibi moriatur.	497.1
Luxuria cogitatio.	712.1	Malum quodcumque unde proveniat.	869.2
Lux duobus modis nominatur.	542.1	Malum quando deterius habetur.	940.1
Luxuriosi studia quae.	450.1	Malum qui tenent.	982.2
Luxuriosorum cura.	432.1	Malum pro bono reddentes.	1012.2
Lux quae sit.	542.1	Mala mundi habent contraria bona.	28.1
Lucei aeternae pulchritudo.	690.1	Mala viriliter perferenda.	109.1
Lucei Christi qui non sequitur, caecus est.	433.1	Mala facientes quam spem habere possint.	180.1
		Mala praescita minus afficiunt.	349.1
		Mala naturalia quibus operantur.	916.1
		Mala unde oriatur.	1016.1
		à malo quomodo cessamus.	672.2
		in malo quam solliciti Iudei.	930.1
		Mali fugiendi caute.	935.1
		Malignorum hominum conditio.	213.1
		Malitia duplex in dominis.	310.1
		Malitia multifariam diuisa.	457.1
		Malitia quid.	520.2
		Malitia impudens vitium.	804.1
		Malitia semper stulta.	1153.2
		Malitia persecutio.	121.2
		Malitia manifestatio.	213.2
		Malitia quis opifex.	246.2
		Malitia gradus.	410.1
		Malitia effectus.	1040.2
		Malitiam quid sequatur.	246.2
		Malitiam in hominibus diabolus per homines operatur.	974.1
		Mandata Dei ubique seruari possunt.	22.1
		Mandata Dei possibilis.	78.1
		Mandata Dei quibusdam importabilia.	321.2
		Manducatio Christi post resurrectionem.	1021.1
		Manducare & bibere Christum, quid sit.	334.2
		Mane quid sit.	776.2
		in Manichaeos.	768.1.808.2
		Manichaei error.	841.1
		in Manichaeum.	1021.1
		Manichaeorum haeresis.	604.2
		Manna quibus fassidiosa.	20.1
		Manna rore modo Iudaeis datum.	669.1
		Manna panis caelestis figura.	1242.2
		Manna Hebraeorum.	163.2
		Manus utriusque significatio.	80.1
		Manus eleemosynae extendenda.	716.2
		Manus Dei, id est, virtus.	860.2
		Manus mortuorum in modum crucis.	1419.1
		Manus impositio erga penitentes.	1480.1
		Manuum nomine homines designantur.	87.1
		Manuum ablutio pro innocentia mos Iudaeorum.	959.2
		Mansueti mansuetum debent portare.	915.2
		Mansuetudo omnium iustis aequiparata.	177.2
		Mansuetudo Christi in contumelijs.	804.2
		Mansuetudo Christi.	904.1
		Mansuetudinis firmiter sedes.	825.2
		Mansuetudinis mirum exemplum.	945.1
		Mansuetudinis extrema sententia.	982.1
		Mansuetudini assuescendum.	804.1
		Mansuetudi	

M

Machinatio callida.	974.1	Martyrium duplex.	334.1
Maceratio & penitentiae signum.	938.1	Martyrium formidabilis.	961.2
Macerantes corpora qui.	921.1	Martyrij poculum.	352.1
Magdalenarum trium descriptio.	1152.1	Martyrij premium.	15.1
Magiae libri quam perniciosi.	983.2	Martyrij genus geminum.	1203.2
Magister unde dicitur.	311.2	Martyrij calix salutaris.	978.1
Magister omnium vnus.	311.2	Mater Christi quid significet mystice.	218.1
Magistri puerorum.	1020.1	Mater Iesu nouerca filiorum Ioseph secundum quos.	1156.1
Magistratus qui apud Iudaeos.	1167.2	Matrem fabro desponsatam Christus elegit.	92.1
Magnitudo peccati.	423.1	Matrum quorundam amor corporum, non animarum.	615.2
Magni non colendi, vt pauperes contemnuntur.	65.1		330.1
Magnates quibus de causis honore afficiuntur.	65.1	Materne pietatis officium.	218.1
Magnatum terror.	214.2	Matrimonium animae cum homine.	213.2
Maiestas Dei quae sit.	168.2	Matrimonia Iudaeorum cum quibus prohibita.	226.1
Maiores maiori discretione opus habent.	1170.2	Matheus solus Hebraico sermone Euangelium scripsit.	917.1
Malchus Iudaeorum titulus Hebraicus crucis.	1124.2	Matheo Euangelistae leo datus.	781.2
Maledictio filijs frequens apud Iudaeos.	960.1	Matutino tempore quid agendum.	419.2
Maledictum pro maledicto non reddendum.	656.2	Maximianus Imperator qualis.	643.2
Maledictum quid.	687.2	Medicus de qua re interroget aegrotum primo.	193.2
Maledicti qui vocentur.	182.2	Medicus.	314.2
Maledicentiam varietas verborum.	992.2	Medicus qui gratior.	810.1
Maledictio qui magis obnoxij.	940.1	Medicus erga quos artem debet probare.	1181.2
Maleuolentia.	1025.2	Medici boni officium.	188.1
Malus quando fit peior.	793.1	Medico qui opus habeant.	8.2
Mali afflictionum causa.	88.2	Medico visitanti aegrotum quid tantummodo necessarium.	65.1
Mali quare dicuntur Hebraei.	169.1	Medice cura teipsum, prouerbum Hebraeorum.	476.2
Mali quam ob causam mittentur in infernum.	180.1	Medici vident morbos sine lesione.	114.1
Mali quo pacto futura praedicant.	861.1	Medicorum cura pro aegrotis.	65.1
Mali quibus de rebus vituperandi.	1018.1	Medicina iuxta qualitatem aegroti applicanda.	193.2
Mali quibus odiosi.	1020.1	Mediocratem nos Christus docuit.	912.1
Mali à sacramentis arcendi.	1049.2	Melchisedech summus Pontifex.	292.1
Mali duplicem merentur vltionem.	1074.2	Melchisedech quis.	351.1
Mala quot subeunda.	814.1	Melchisedech oblatio figura sacramenti corporis Christi.	945.1
Malorum tormenta.	169.1	Melchisedech summi sacerdotis praefiguratio.	1006.1
Malorum solamen homo perquirat.	1013.1	Melchisedech obtulit sacrificium panis & vini.	1240.2
Malorum cognitione bona noscimus.	811.1	Mellis probatio.	839.2
Malorum peruersitas quomodo crescat.	811.2	Membra Christi.	185.2
Malorum omnium quae causa sit.	512.2	Membra unde suscipiant nutrimentum.	193.2
Malorum tria fortiora.	28.1	Membra Christi tormentis affecta.	1085.2
Malorum separatio cum bonis.	182.2	in Membro virili quare circumcisio data.	657.1
Malorum poena indefinens.	184.2	Membris formosis qui delectentur.	825.2
Malorum magnorum causa.	317.1	in Membrandis decem praecipua scripta.	309.1
Malorum extremitas.	340.2.383.2	Memoria Christum pro nobis mortuum tenere debemus.	1021.1
Malorum corpus.	1094.1	Mendax qui sit.	667.1
Malorum conuersatio grauis.	692.1	Mendaces qui homines magis sint.	194.1
Malorum tormenta.	753.1	Mendaces quantum mentiantur.	422.1
		Mendaces veritatem cognoscere nequeunt.	810.2
		Mendacium quam imbecille.	693.2
		Mendacium.	681.1
		Mendacij effectus.	138.2
		Mendacia Diaboli.	122.1
		Mendici quibus de causis sustentandi.	171.2
		Mendicis non maledicendum.	1026.1
		Mendicitas sanctificata.	390.1
		Mendicantes quibus in locis magis abundant.	1023.1
		Mendicantium conditio in malis.	388.1
		Mens lasciuia locus humidus.	202.2
		Mens sine oculis videt.	213.1
		Mens deuota quibus nutriatur.	612.1
		Mens nostra Christo amica.	762.1
		Mens quando imbecilla.	1020.1
		Mentis bona plantatio.	987.1
		Mentis certamen.	1200.2
		Mentis expurgatio.	804.1
		Mente	

I N D E X.

Mansuetudinem docuit Christus.	369.2	Martyrium duplex.	334.1
Mansuetus homo quis.	89.2	Martyrium formidabilis.	961.2
Marcion haereticus.	841.1	Martyrij poculum.	352.1
Marcion haereticus.	204.1	Martyrij premium.	15.1
Marcionis opinio.	607.1	Martyrij genus geminum.	1203.2
Marcionistarum & Manichaeorum error.	586.1	Martyrij calix salutaris.	978.1
in Marcionem haereticum.	1021.1	Mater Christi quid significet mystice.	218.1
in Marcionistas.	947.1	Mater Iesu nouerca filiorum Ioseph secundum quos.	1156.1
Marco Euangelistae homo assignatus.	781.2	Matrem fabro desponsatam Christus elegit.	92.1
Mare quid significat.	219.1	Matrum quorundam amor corporum, non animarum.	615.2
Mare mortuum.	615.2		330.1
Mare pedibus transmitti nequit.	610.1	Materne pietatis officium.	218.1
Mare unde dicitur.	615.2	Matrimonium animae cum homine.	213.2
Maris Tyberiadis longitudo.	615.2	Matrimonia Iudaeorum cum quibus prohibita.	226.1
Maria diuersa.	1020.1	Matheus solus Hebraico sermone Euangelium scripsit.	917.1
Maria flos germinans.	21.2	Matheo Euangelistae leo datus.	781.2
Maria soror Moysi propter contumeliam punita.	63.2	Matutino tempore quid agendum.	419.2
Maria virgo virga Aaron.	284.1	Maximianus Imperator qualis.	643.2
Maria virgo quare laudanda.	465.1	Medicus de qua re interroget aegrotum primo.	193.2
Maria virgo omnes virtutes habuit.	473.1	Medicus.	314.2
Maria virgo ante secula praordinata.	677.2	Medicus qui gratior.	810.1
Maria virgo dicitur &.	707.2	Medicus erga quos artem debet probare.	1181.2
Maria virgo quo tempore concepit.	1094.1	Medici boni officium.	188.1
Maria virgo propinquius cruci astitit quam caterae mulieres.	1088.1	Medico qui opus habeant.	8.2
Maria vngens pedes Christi quae fuit secundum plures auctores.	1132.1	Medico visitanti aegrotum quid tantummodo necessarium.	65.1
Maria virgo passionis omnia instrumenta honorat.	1292.2	Medice cura teipsum, prouerbum Hebraeorum.	476.2
Maria virgo animo & carne à spiritu purgata.	1409.1	Medici vident morbos sine lesione.	114.1
Maria virgo nostrae reparationis instrumentum.	1423.2	Medicorum cura pro aegrotis.	65.1
Maria soror Lazari quae.	755.1	Medicina iuxta qualitatem aegroti applicanda.	193.2
Maria virginis reprobatio quomodo intelligatur.	220.2	Mediocratem nos Christus docuit.	912.1
Maria virginis laus.	465.1	Melchisedech summus Pontifex.	292.1
Mariae virginis quanta beatitudo.	470.2	Melchisedech quis.	351.1
Mariae virginis dolores.	1088.1	Melchisedech oblatio figura sacramenti corporis Christi.	945.1
Mariae virginis inuocatio absque iniuria Christi.	1292.2	Melchisedech summi sacerdotis praefiguratio.	1006.1
Mariae virginis uterus nouum Christi sepulchrum.	1047.1	Melchisedech obtulit sacrificium panis & vini.	1240.2
Mariae virginitas.	472.1	Mellis probatio.	839.2
Mariae virginis consanguine.	834.2	Membra Christi.	185.2
Mariae Magdalene natio.	30.1	Membra unde suscipiant nutrimentum.	193.2
Mariae Magdalene deuotio.	933.1.1104.2	Membra Christi tormentis affecta.	1085.2
Mariae Magdalene laus.	933.1	in Membro virili quare circumcisio data.	657.1
Mariae quatuor.	1390.2	Membris formosis qui delectentur.	825.2
Mariae Magdalene deuotio quid signet.	1041.1	in Membrandis decem praecipua scripta.	309.1
S. Martini conuersio.	921.2	Memoria Christum pro nobis mortuum tenere debemus.	1021.1
Maritos relinquentes mulieres castae reprehenduntur.	1034.1	Mendax qui sit.	667.1
Maritati quid praestare teneantur.	1278.2	Mendaces qui homines magis sint.	194.1
Martius primus mensis Romanorum.	841.2	Mendaces quantum mentiantur.	422.1
Martyrem quid faciat.	891.1	Mendaces veritatem cognoscere nequeunt.	810.2
Martyres orantes pro vindicta.	78.1	Mendacium quam imbecille.	693.2
Martyres quo modo amarunt animas.	890.1. & 891.1	Mendacium.	681.1
Martyres quae pertulerunt.	891.2	Mendacij effectus.	138.2
Martyres viam suo sanguine parant.	905.2	Mendacia Diaboli.	122.1
Martyrum palmae laus.	15.1	Mendici quibus de causis sustentandi.	171.2
Martyrum loca frequentanda.	18.2	Mendicis non maledicendum.	1026.1
Martyrum vitae contemptus.	68.2	Mendicitas sanctificata.	390.1
Martyrum orationes.	921.2	Mendicantes quibus in locis magis abundant.	1023.1
Martyrum vindicta quomodo intelligatur.	97.2	Mendicantium conditio in malis.	388.1
Martyrum innumerabiles exercitus.	918.2	Mens lasciuia locus humidus.	202.2
Martyrum & amatorum mundi vox similis, sed causa dissimilis.	891.2	Mens sine oculis videt.	213.1
Martyrum tentatio qualis.	1007.1	Mens deuota quibus nutriatur.	612.1
Martyrum agonum significatio.	1208.2	Mens nostra Christo amica.	762.1
Martyribus quid respondet Deus.	892.1	Mens quando imbecilla.	1020.1
Martyribus cicatrices ad gloriam permansurae.	1506.2	Mentis bona plantatio.	987.1
Martyrium pro Christo qui tradiderunt.	907.2	Mentis certamen.	1200.2
Martyrium sustinenti fit remissio peccatorum.	334.1	Mentis expurgatio.	804.1
		Mente	

I N D E X.

Mente Adorare Deum oportet.	584.1	Miracula à Christo, eo etiam absente facta.	66.2
Mentes agrestes ad sublimia eleuat.	571.1	Miracula Apostolorum.	67.1
Mentium multi multa.	95.1	Miracula ad quid profint.	166.2
Mentiri qui non potest.	768.1	Miracula Christi non sine probatione.	247.2
Mentientes Deo quomodo reprobentur.	46.1	Miracula duo sanitatis humane.	253.2
Mensa post ieiunium optator.	10.2	Miracula clariora in occulto à Christo facta.	282.1
Mensa una omnibus.	317.2	Miracula operandi donum.	458.1
Mensa monachorum.	420.1	Miracula in quibus quoridic fiant.	463.1
Mensa Christi qualis.	912.1	Miracula Christi tam in anima quam corpore.	616.1
Mensa Christi miserum.	945.1	Miracula Christi quid significant.	708.1
ad Mensam Christi qua preparatione accedendum.	460.1	Miraculorum Christi testes.	188.1
Mensis conceptionis & Passionis Christi.	626.1	Miraculorum opus.	196.1
Mensis solemnitatis Paschæ.	968.2	Miraculorum præcipuum.	725.2
Mensura Ecclesiæ.	844.1	Miraculis qui trahuntur.	901.1
Mensura qua perfectior.	1184.1	Miratur quid Deus.	57.1
Mensurari quæ non possint.	66.1	Miserationis indicium.	878.1
Mercator de Ecclesia Dei proiectus.	194.1	Miseria quarundam nationum.	818.1
Mercatores sine vitio esse nequeunt.	194.1	Miseria luctusque consideratio.	60.1
Mercatores in Ecclesia nullum commercium exercere debent.	624.1	Miserrimus quis.	1016.1
Mercatorum qui magis maledictus.	194.2	Miserabiliores homines qui.	657.1
Mercatura Diaboli.	122.1	Misericordia in pauperes ad Deum refertur.	24.1
Mercatura spiritualis.	913.2	Misericordia & pietas ieiunij alæ.	44.1
Mercatura cum quibus Iudæis prohibita.	226.1	Misericordia Dei quomodo requirenda.	44.1
Mercatura difficultas.	273.1	Misericordia in celis quæ.	47.2
Mercenarij qui sint.	457.2	Misericordia per oleum designata.	50.1
Merces iustitiæ hic non manifestatur.	80.2	Misericordia diligenda.	891.1
Merces quando maior.	88.2	Misericordia magis colitur Deus.	186.2
Merces & retributio Iustorum.	169.1	Misericordia erga proximum.	186.2
Mercenarius quis.	432.2	Misericordia & redemptio ubi locum non habeat.	388.2
Mercenarij boni qui.	435.1.439.1	Misericordia celestis patris incredibilis.	462.2
Meretricis amor erga maritum.	213.2	Misericordia Iesu Christi magna.	665.1
Meretricis forma laqueus Diaboli.	523.1	Misericordia prior iudicio.	780.2
Meretrices quàm perniciose.	419.2	Misericordia in cruce publicata.	781.1
Meretrices qui alant.	1026.1	Misericordia prima.	781.1
Meretricum odores.	716.1	Misericordia soluit peccatum.	907.2
Meretricibus abiectiores homines sunt.	1026.1	Misericordia celestis fructus.	8.1
Meritum causarum per meritum temporum.	1176.2	Misericordiae opera omissa in celo exprobrabit Dominus.	34.1
Meriti maioris apud Deum.	932.1	Misericordiae effectus.	47.2
Meriti domini feruis suffragantur.	56.1	Misericordiae opus quale.	81.2
Merita nostra in quibus spectentur.	1332.2	Misericordiae opus occultum esse.	86.2
Messias qui dicuntur.	581.1	Misericordiae perfectio.	91.2.98.1.102.2
Messias quomodo intelligatur.	543.2	Misericordiae via.	147.2
Messis quæ matura.	577.2	Misericordiae sex opera.	169.1
Messores quo mittendi.	577.2	Misericordiae Christi magnam argumentum.	253.1
Metus suspicie in Diabolo.	122.2	Misericordiae opera quibus denegentur.	476.1
Metus expers Christus in morte contra hæreticos.	949.1	Misericordiae Dei respectus.	616.1
Metuendum quibus non sit.	144.1	Misericordiae prærogatio.	677.2
Mica puerorum quid significant.	238.1	Misericordiae exemplum.	816.1
Migrare corpore & corde differunt.	825.1	Misericordiae recordatio.	904.1
Miles unde dicitur.	72.2	Misericordiae vitam peridentes.	1104.2
Miles quando signetur.	130.2	Misericordiae viscera.	1199.2
Militum cohors quingentorum hominum.	1058.1	Misericordiam Dei promereri desiderans qualis esse debet.	18.2
Militia propter quid constituta.	981.2	Misericordiam quid sequatur.	93.2
Militares vigiliæ horis diuiduntur.	107.1.110.1	Misericordiam unde Christus publicauit.	785.2
Militant qui contra Christum.	980.2	Misericordiarum duo fontes.	555.1
Militemarij numeri plenitudo.	615.1	Misericors homo portus necessitatis.	373.1
Ministri Ecclesiarum primi.	1024.1	Misericors quis videtur.	90.2
Minister Christi quis.	887.1	Misericordes rei temporalis gratia.	95.1
Ministrantes in Ecclesia qui.	901.2	Misericordium prædicatio.	136.2
Ministerium Apostolorum.	904.1	Misericordibus vox dicta desiderabilis.	180.1
Ministrare Christo quid sit.	879.1.886.2	Missa canon.	57.1
Mirabile nihil Deo est.	57.1	Missa sacrificium quotidianum.	455.2
Mirabile quid videatur.	63.1	Missa sacrificium qua forma celebretur.	931.1
Miraculum fidei apud Deum.	55.1	Missa mysterium.	945.1
Miraculum à Deo factum mirum.	248.2	Missa sacrificium diuersum.	945.1
Miraculum maius.	607.2	Missa mysterium qualiter perficiendum.	946.1
Miraculum panum Iudæorum.	841.2	Missa	

I N D E X.

Missa vltima oratio expectanda.	947.1	Mors in peccatis.	297.2
Missam celebrare quis valeat.	1024.1	Mors habet in se passionem.	344.1
in Missa passio Christi figuratur.	945.2	Mors peccati nulla.	354.2
Misso Filij à Patre.	289.2	Mors mala vitæ male signum.	387.1
Moabiti quare puniti.	805.2	Mors infidelium.	696.2
Moderari seipfos homines debent.	1172.2	Mors circumcisione soluta.	671.1
Moderate sapere debent homines.	656.1	Mors à Christo debellata.	751.1
Modesti viri quid sit.	611.2	Mors tertia peior aliis.	722.1
Modesti homines.	681.2	Mors dormitionis nomine.	753.1
Modestia Religiosorum.	144.1	Mors carnis ad tempus.	753.2
Modestia animi magna possessio.	327.2	Mors vera quæ sit.	795.1
Modestia quæ virtus.	512.2	Mors quæ maior sit.	795.2
Modestia.	1199.2	Mors omnis somnus & quies.	795.2
Modestiae signum.	805.1	Mors quæ propriè dicatur.	764.1
Mœrentium consolator Deus.	722.1	Mors quæ per peccatum intravit.	801.1
Mœstia animi.	1078.1	Mors quæ ad homines peruenit.	ibid.
Mœstia sempiterna.	1025.2	Mors quæ sit.	ibid.
Mitridaticum vnguentum in vita.	1098.1	Mors communis.	801.2
Molestia abscondenda.	833.2	Mors in sensibus naturæ.	803.1
Monachi securè philosophantur.	374.2	Mors quomodo videatur.	808.1
Monachorum institutum.	317.1	Mors quo pacto timenda.	ibid.
Monachorum austeritas in habitu.	419.1	Mors secunda vera mors.	ibid.
Monachorum laus.	419.2	Mors communis omnium.	827.1
Monachorum vigilia.	419.1	Mors corporis quæ sit.	813.1
Monasteria edificare quàm sanctum.	1072.1	Mors & frigus proxima.	859.1
Monastici status laus.	418.2	Mors non fugienda.	879.2.899.1
Monetæ cura vilior.	1091.1	Mors hominis iniquitas.	87.1
Monetarij qui.	199.1	Mors quibus iucunda.	1004.2
Mons Oliueti quid significet.	904.1	Mors ingressa præter naturam.	1050.2
Mons Domini qui dicatur.	919.2	Mortui quomodo collocantur in sepulchro.	1419.1
Montis Thabor situs.	162.2	Mortis Christi confirmatio.	209.1
Montes Burgundia in quibus calor non nocet in æstate.	281.1	Mortis Christi mysterium.	329.1
		Mortis Christi figura.	629.2
Monumentum Christi quare nouum.	1012.1	Mortis Christi fructus.	903.1
Monumentum unde dicatur.	728.2	Mortis Christi demonstratio.	947.1
Monumenta quæ dicantur.	997.2	Mortis Christi præcipua causa.	965.1
Monumentum Iesu Christi quid.	957.1	Mortis Christi solamen.	1014.2
Monumentum quid sit.	1019.2	Mortis Christi causa.	1180.1
Monumentum Christi domus rotunda.	1126.2	Mortis causæ Christi nativitas.	214.1
Monumento nouo quare Christus conditus.	939.1	Mortis plures differentia.	266.2
Monumenti Christi forma.	1047.1	Mortis victor quis.	447.2
Mors Christi pro quibus facta.	96.1	Mortis dies incertus.	596.2
Mors Christi necessaria.	164.2	Mortis destructio.	672.1
Mors Christi per quid significata.	203.2	Mortis tria genera.	722.1
Mors Christi simpla.	217.1	Mortis quatuor dies.	725.1
Mors Christi duobus mortibus nostris salutis fuit.	329.2	Mortis genus immane.	742.2
Mors Domini quomodo mysticè exprimat.	522.2	Mortis dies vnus.	727.1
Mors Christi ab omni malo nos liberauit.	672.1	Mortis ianua.	751.1
Mors Christi acerbius ceteris.	781.1	Mortis regnum ab Adam vsque ad Moysen.	801.1
Morbi tormenta diuturna.	248.2	Mortis arcendæ vim habentia.	ibid.
Morbi incurabiles.	232.2	Mortis visio excæcat.	801.2
Morbi unde generentur.	248.2.249.1	Mortis odor.	803.1
Morbi quidam propter peccata.	258.2	Mortis debitum reddendum.	808.1
Morbo corporis & animæ laborantes.	1026.1	Mortis animalium causa.	817.2
Morborum enumeratio.	260.1	Mortis verba.	883.1
Morbo cum tenemur non graue ferendum.	758.2	Mortis & resurrectionis mentio.	900.1
Mors tripliciter tollit mundi bona.	5.2	Mortis tempus in metu est, non mors.	934.2
Mors propter quid intravit in mundum.	43.1	Mortis supplicio qui tradant Christum.	940.1
Mors corporis.	66.1	Mortis genus qui horrescant.	961.2
Mors animæ.	ibid.	Mortis genus formidabilius.	ibid.
Mors corporis necessaria.	ibid.	Mortis sententia iniusta.	974.1
Mors animæ voluntaria.	ibid.	Mortis hora quo pacto animus Deo commendandus.	996.2
Mors peccatorum solacium iustorum.	96.1	Mortis tentatio trina.	1043.1
Mors sempiterna damnatorum.	171.1	Mortis vincendæ præceptum.	1174.2
Mors animam necans.	217.1	Mortem gustantes qui.	266.1
Mors nostra dupla erit.	217.1	Mortem quid generet.	670.2
Mors inimica vitæ huius.	266.1	Mortem feruentia.	712.1
Mors nouissima destruetur.	293.2	ad Mortem per que auicimur.	716.1

XXXXX inser

I N D E X.

inter Mortem gustare & videre differentia. 795.1
Mortem qui non videbit. 801.1
Mortem videre, & non gustare differunt. 802.2
Mortem timentes mortui. 808.1
Mortem pati hominem quare voluit Deus. 810.2
Mortem predicere magnum est. 827.1
Mortem animalia fugiunt. 890.2
ad Mortem parati esse debemus. 899.1
Mortem quomodo deficiant sapientes. 996.1
Mortem Christus non timuit. 1041.1
Mortem fugit natura. 1050.2
in Morte baptisma. 130.2
de Morte Philosophia. 899.1
Morte omnia transcunt. 388.1
Morte multati pro crimine. 171.1
Morte digni facile occiduntur. 510.1
Morte damnatorum locus. 938.1
Morte seipsum afficere non licet. 987.2
Mortalium duo ordines. 443.2
Mortalitas quae sit. 928.1
Moritur vere quis. 287.2
Moritur quis virtutibus. 447.1
Mori in peccato. 287.2
Morientis voluntarie potestas. 288.1
Mori in peccatis tota infidelitas Iudaeorum. 288.2
Mori velle non est hominis. 329.1
Mori quare Christus permisit Lazarum. 755.1
Mori quare voluit Christus. 781.1
Mori virtuti quid. 805.2
Mori qui timeant. 891.1
Moritur quis. 810.2
Morendum pro inimicis. 1012.2
Morituri homines vocem tenuem emittunt. 965.1
Mori hominum omnium est. 996.1
Mortuus nullus potest sequi Iesum. 287.2
Mortuus servus est. 359.2
Mortuus quis semper. 440.2
Mortuus qui hominibus. 753.1
Mortuus quadriduanus quid videatur significare. 737.1
Mortuo honor quis. 737.1
Mortui sepelientes mortuos, qui sint. 66.1
Mortui qui primi resurgunt. 281.2
Mortui hominis pulvis Romanis triumphantibus apposta. 325.1
Mortui de his quae sunt in caelis, aut inferis nihil possunt narrare. 382.2
Mortui qui sunt, servi sunt. 382.1
Mortui qui sint mundo. 670.2
Mortui communibus qui sint. 726.2
Mortui in Christo, dormientes vocari possunt. 756.1
Mortui apud Deum vivunt. 765.2
Mortui viventes qui. 808.2
Mortui interdicti sacerdotibus. 817.2
Mortui peregrini ubi sepeliebantur. 988.1
Mortui ad vitam renovati. 1012.2
Mortui non legendi. 1013.2
Mortui qui sint. 1098.1
Mortuorum resurrectionis differentia in claritate. 279.2
Mortuorum apparitio nihil prodest viventibus. 382.2
Mortuorum in excitatione quis error esse possit. 744.1
Mortuorum dormitio. 744.1
Mortuorum resuscitator Christus. 755.2
Mortuorum resurrectio. 908.1
Mortuorum inter loca differentia. 988.1
Mortuorum in sepulchris cantus. 1419.1
Mortuorum oculi hoc tempore clauduntur. 1419.1
Mortuos tres suscitavit Christus. 712.1
Mortuos lugere hominum consuetudo. 728.2

Mortuos cum unguento sepelire mos Iudaeorum. 1072.1
Mortificatio quae dicitur. 462.1
Mortificatio carnis quae. 979.1
Mortificationis carnis significatio. 938.1
Mortificationis requisitio. 1358.2
Mores bonos quae corrumpant. 692.1
Mores mali corpus ad mortem trahunt. 712.1
Morum probitas studioso acquirenda. 670.1
Morum nota. 904.1
Moyse figura Christi. 665.2
Moyse per circumcisionem a morte liberatus. 671.1
Moyse transiit populum per mare. 465.2
Moyse universa Aegyptiorum sapientia. 666.1
Moyse ieiunium. 2.1.34.2
Moyse libri quinque. 616.2
de Moyse corpore diabolus angelo contradixit. 752.1
Mulier velata esse debet. 421.1
Mulier magne devotionis. 470.1
Mulier mali caput. 750.1
Mulier primae resurrectionis mysterium accepit. 936.1
Mulier admiratione digna. 1072.1
Mulieris Samaritanae sapientia. 558.2
Mulieris fides. 225.1
Mulieris laus. 329.2:342.1
Mulieris prudentia. 573.2
Mulieris concupiscentia quantum noceat. 716.1
Mulieris casta timor. 807.2
Mulieres de facili non decet domum exire. 726.1
Mulieres quae imitandae. 1039.1
Mulieres in necem Domini peccarunt. 936.1
Mulieres apud Hebraeos praeceptoribus ministrabant. 939.1
Mulieres quatuor de quibus Evangelista conscripserunt. 940.1
Mulieres quae beatae. 997.1
Mulieres tres videntes Christum. 1048.1
Mulieres Iudaeae crudeliter filios affantes. 1179.2
Mulieres ad pietatem flexibiles. 1254.2
Mulierum septem quae accipere virum unum. 6.2
Mulierum fucus. 301.1
Mulierum quarundam superstitio. 315.2
Mulierum parvulorum dolor. 383.1
Mulierum trium sanctarum laus. 398.1
Mulierum grandiarum dolores. 563.2
Mulierum admonitiones non aspernandae. 573.2
Mulierum sapientia. 736.1
Mulierum quid proprium. 761.1
Mulierum consilio mors hominis. 763.2
Mulierum exempla quae viros reliquerunt. 1034.1
Mulierum amor erga Christum. 1039.1
pro Mulieribus falsum testimonium qui dicant. 1041.2
Multiplicatio rerum. 612.1
Munditia cordis quomodo fiat. 95.1
Munditia quae requiratur. 817.2
Munditia vitae in Iesu Christo. 982.2
Mundus quomodo nos aestimet. 32.2
Mundus scandalis plenus. 87.2
Mundus quatuor partibus constat. 250.2
Mundus materialis. 288.1
Mundus in molitione est. 294.1
Mundus quomodo intelligatur. 307.2
Mundus mari turbido assimilatus. 613.2
Mundus quomodo cupiatur. 880.1
Mundus quomodo iudicetur. 884.1
Mundus malorum. 889.1
Mundus morti subiectus. 899.2
Mundus sensibilis. 1073.2
Mundi

I N D E X.

Mundi impedimenta. 33.1
Mundi sordem unam, immundi plures non sentiunt. 89.1
Mundi ostensio in mente. 114.1
Mundi loca deorsum & seorsum. 288.1
Mundi 4. partium nomina. 623.1
Mundi civis vacantes. 774.2
Mundi gloria declinanda. 812.2
Mundi pomparum contemptus. 843.2
Mundi ultio quando fiat. 899.2
Mundi totius designatio. 920.1
Mundi utilitas per passionem Christi. 978.1
Mundi vespera. 1105.2
Mundi quadrati forma. 1110.2
Mundi falsi descriptio. 12.2
de Mundo esse quid sit. 287.1
de Mundo esse quomodo intelligatur. 288.1
de Mundo qui non sint. 294.2
de Mundo non esse quid. 294.2
Mundo non adherentes caelum possident. 899.1
Mundi crimine qui sint. 180.1
Mundi quomodo erimus. 670.2
Munitiones contra quae faciendae. 935.1
Munitionum consuetudo. 912.2
Munus Deo acceptum. 34.2
Musa ex simulachro procreata. 471.1
in Musica vocum convenientia requiritur. 486.1
Mutatio rerum in passione Christi. 939.1
Mutus qui dicitur. 465.1
Mutus quis sit. 473.1
Mutatio rerum. 297.2
Mutatio vitae recta. 813.1
Mutationis rerum discussio. 288.2
Mutua amicitia. 398.2
Mysterium sanctissimae Trinitatis. 54.2
Mysteria qui ignorent. 65.2
Mystica Christi mensa. 444.2
Mysterium facti in figura. 643.1
Mysteria quae priora. 945.1
Mysterium resurrectionis. 936.1
Mysteriorum celebratio sacrificium est. 1021.1
Mysteria sacra insensibilia, rebus tamen sensibilibus. 1023.1
Mysteria sacra qui dispensabant. 1023.2
N
Naman Syrus solus inter leprosos curatus. 476.1
Nasfon filij Aminadab donum in templo. 974.1
Nabuchodonosor ruina. 7.2
Naim civitas Galileae. 712.2
Naim Ecclesia. 718.2
Narium sensus. 577.1
Nasendi nostra conditio. 296.2
Nasitur omnis cum vitio. 657.1
Nasendo quis pereat. 987.1
Nasendi instructio. 1172.1
Nationum fides maior quam Israelitarum. 204.1
a Nationibus cateris circumcisione distinguebantur Iudaei. 655.1
Natiuitas Christi pauperrima. 912.1
Natiuitatis Christi locus per Prophetas dicitur. 655.1
Natiuitatis Christi locus. 664.2
Natiuitatum praedictionibus qui vitam insumebant. 707.2
Natura hominum magistra iustitiae. 64.2
Natura terrestri caelestem non desiderat. 89.2
Natura carnalis donus diaboli. 131.1
Natura rationalis est templum Dei. 191.1
Natura fratres dicuntur. 205.2, 843.1
Natura humana desiderium non patitur. 246.2
Natura magister dicta. 309.1
Natura humana vertibilis est. 458.2
Natura corporis. 542.1
Natura ubi olim habitabat. 585.1
Natura quibus conveniat. 599.2
Natura fragilis in ligno crucis erecta. 712.1
Natura duplex. 807.1
Natura bona. 812.2
Natura par quis. 853.2
Natura humana lubrica. 975.2
a Natura quae sunt, hominibus universis communia. 1015.2
Natura fugit mortem. 1050.2
Natura humana ob peccata derelicta. 931.1
Natura humana quibus passionibus subdita. 977.1
Natura rerum qua in re dicitur. 1026.1
Natura humana. 1073.2
Natura & lex sine gratia impleri non potuit. 1095.1
Natura electionis incorruptibilis. 562.2
Natura quae propria sint. 76.1
Natura carnis vana consuetudo. 88.2
Natura humana figura. 472.1
Natura utriusque Christi commendatio. 624.2, 650.2
Natura vis inferenda. 804.1
Natura duae in Christo. 818.2
Natura aequalitas. 853.1
Natura quae diversitas. 853.1
Natura perentis quis. 987.1
Natura humane imbecillitates. 883.2
Natura nostrae particeps Christus. 899.1
Natura suscepta in primis parentibus corrupta deplorat miseriam Christi. 931.1
Natura et quosdam indociles esse Manichaei dicunt. 1210.2
Naturam nostram vere induit Christus. 728.2
Naturarum coniunctio. 120.1
Naturarum diversitas. 566.2
de Naturis fabulas introducentes. 956.2
Navis antenna cruci similis. 1110.2
Navis gubernatori quae necessaria. 840.1
Nauta ingrediens navim quid agat. 46.2
Nazareth villa in Galilea. 198.2
Necromantie terribiles exitus. 983.2
Necessitudinis vinculum. 212.2
Necessitate versus terminandus. 912.1
Negatio Christi a S. Petro divinitus facta. 1022.1
Negligentia unius horae totum annum perdit. 1238.1
Negatiatores qui sint. 194.1
Negotiatores foras expulsus. 624.1
Negotiatio a templis arcenda. 189.1
Nequitia quorundam duplex. 316.1
Nequitia ortus. 213.2
Nero. 920.2
Nestorij impietas. 707.2
Nestorij error. 767.1
Nestorij nugae. 788.1
Nestorij deliratio. 788.1
in Nestorij duas personas in Christo statuetem. 1446.1
Naturam irrationalem Deus homo assumpsit. 458.1
Nicolaitae quid de Deo sentiant. 738.2
Nicomemus Iudaeorum Princeps. 920.2
Nigredo in sene deficiens. 297.2
Nimue civitas quid significet. 202.2
Nimuitae quare in iudicio indicabunt. 214.2
Nimis patris statnam adorabat. 463.1
Nimis Rex conditor Nimue. 517.2
Nitor Iudaeorum. 206.1
Nobilitas sola quae sit. 206.1

Nobilitas cum Christo.	212.2	Obedientia Christi.	300.1
Nobilissimus Christus omnium.	ibid.	Obedientia discretio secundum tres differentias.	435.1
Nobilitas que mala.	1237.1	Obedientia domus.	909.1
Nocendi occasionem qui nanciscantur.	982.2	Obiurgatione in quos utendum.	758.1
Nochurnus timor.	982.1	Oblatio in sanctos.	94.1
Noe cur inebriatus.	9.1	Oblationes quibus voluntaria.	935.1
Noe exemplum sobrietatis.	ibid.	Oblationes Deo abominabiles.	930.1
Nomen Dei in vanum non sumendum.	668.2.983.2	Obscuritas quanta in passione.	963.2
Nomen Dei quot modis sumptum.	860.1	Obmurmurantes qui sint.	459.1
Nominis eiusdem iusti & iniusti.	989.2	Obscuritas vniuersa in passione.	994.1
Nomina propria cur sapè reticeantur in Testam.	1005.2	Obsessio continua vbi.	1026.1
Nominum Hebraicorum confictio superstitiosa.	311.1	Obstinatio Iudeorum.	751.1
Noue gloriæ amatores.	314.2	Obstinatiores bono qui reddantur.	1101.1
in Nouatores Ecclesias spoliantes.	1015.1	Obstinatorem metamorphosis.	939.1
in Nouatores de subsidio Dei.	1211.1	Occasiones bonæ virtutis.	211.2
Nouati dogmatis confusio.	715.2	Occasiones quærentium ritus.	982.2
Nouarum rerum peritia.	997.2	Occasionum duarum gratia.	534.2
Nouitas in sepultura Christi quæ sita.	939.1	Occidit Christus priusquam viuificet.	17.2
Nouercam qui matrimonio suscepit.	987.2	Occidere Christum qui quærebant.	655.1
Nox que sit.	439.2	Occidere seipsum prohibitum.	987.2
Nox quando erit.	696.2	Occiso duplex in peccato illiciendo.	517.1
Nox impiorum.	697.2	de Occisione Iudei reprimuntur.	656.2
Nox resurrectionis Christi solemniter olim transacta.	1416.1	Operantibus que bona sunt non metuendum est.	144.1
Nox sacra.	1410.2	de Ocio verbo rationem relaturi sumus.	1034.2
Noctis quatuor vigilia.	107.2	Oculus ieiunantis, qualis.	10.2
Nocti congruit scandalum.	928.1	Oculus mundus quid inueneri debeat.	93.2
Noctē quare traditur Christus.	1260.1	Oculi egroti lumen aspicere nequeunt.	662.2
à Noctē dies computati.	1017.1	Oculus honorabilior membrorum.	685.2
Nubes viua qui sint.	984.2	Oculus quam vtilis corpori.	689.2
Nuditatis.	1199.2	Oculus animæ.	778.1
Numerus mysticus.	752.2	Oculi visio.	299.2
Numerus quadragenarius mysticus.	36.1	Oculi male educati quales.	457.1
Numerus perfectus quid.	54.1	Oculi quibus rebus applicandi.	716.1
Numerus a. a. moni annexus.	204.2	Oculi mortuorum quomodo clauduntur.	1419.1
Numerus sextus operis & laboris.	488.2	Oculi turbati & extincti differentia.	495.1
Numerus quorum in scriptura non sit.	612.1	Oculorum sensus.	576.2
Numerus in peccatorum remissione.	494.1	Oculorum concupiscentia.	935.1
Numerus in literis Adam inuentus.	623.2	Oculis remotis que videant.	213.1
Numerus transgressionem signat.	484.1	Odium ante omnia vitandum.	495.1
Numerus perfectioni Domini corporis conueniens.	623.2.626.1	Odor animalia necans.	803.1
Numerus hominum genus cum Romanis certaturum significans.	935.2	Odium.	1025.2
Numeri quadragenarij figura.	165.2	Odium quid sit.	87.2
Numeri septenarij perfectio.	217.2	Odium quid generet.	838.1
Numeri in Trinitate comprehensio.	298.2	Odium in aliquos.	883.1
Numerum excedentes reprobi sunt.	617.1	Odium rectum ab amore.	890.1
Numeri senarij præminentia.	1098.1	ab Odio peruersus amor.	ibid.
Numerandi modus per digitos.	1513.1	Odium rectum quid sit.	901.1
Numeratio capillorum hominis à Deo.	68.1	Odor Christi mortem quibus afferat.	803.1
Numismata que.	769.2	Odor vitæ melioris.	1095.1
Numularij ad quid positi.	188.2	Odor bonæ opinionis.	ibid.
Numulariorum mensis quid designentur.	198.2	Odor mortis & vitæ.	803.1
Numularij quo munere fungebantur.	624.1	Odores Christi qui sint.	803.1
Numos qui mutuo dent in templo.	625.1	Offerendum viro quibus.	935.1
Numos sabbato portare Iudeis vetitum.	957.1	Officia fraternitatis.	92.1
Nuptijs qui cohabitare dicantur.	571.1	Oleum fructus misericordie celestis.	8.1
Nutrimenta vitæ maiora.	1056.2	Oleum pro vnguento positum.	50.1
		Oleum in malam partem ponitur.	ibid.
		Oleum Chriftimatis olim in vsu.	130.2
		Oleum ad quid proficit.	522.2
		Oleum quibus detur.	1246.1
		Olei natura.	901.1
		Olei natura & virtus admiranda.	1254.2
		Oleo inungere caput ieiunando quo sensu intelligatur.	4.1
		Oleo condita scriptura sanctæ.	1254.2
		Olfactus narium.	716.1
		Olueti mons.	593.2.519.2.1077.1
		in Olympio quam ob causam dimisicetur.	25.2
		Omnia ad quid referantur.	433.2
		Opinan	

Obedientia voluntaria est.
 Obedientia Deo exhibenda.
 Obedientia quare debetur.
 Obedientia que parentibus præstari debeat.
 Obedientia Apostolorum.
 Obedientia quibus in rebus Deo exhibenda.
 Obitus nostri diuersitas.

Opinandum de se maiora non est.	1172.2	Oratio per sacerdotes fieri debet.	64.2
Opinionis bonus odor.	1095.1	Oratio contra vanam gloriam.	80.1
Opiniones hominum in opere non querende.	77.1	Oratio martyrum.	92.1
Opprobrium extremum quod sit.	985.1	Oratio pro quibus non precipitur.	92.1
Ope diuina priuati, perimus.	1077.2	Oratio quando efficac.	119.2
Operari vbi non licet.	684.1	Oratio quo in loco fundenda.	197.1
Operatio sanitatis.	242.1	Oratio Syrach de Aduentu Christi.	214.1
Operationis rectæ pulchritudo.	276.1	Oratio Deo acceptabilis.	486.1
Operationis tabernaculum.	285.1	Oratio Christi ad vnam intentionem conclusa.	667.1
Operationis tempus.	696.2	Orationis virtus.	28.2
Operantes bona quid expectent.	279.1	Oratio quid sit.	948.2
Opus inutile hominibus.	18.2	Orationis excellentia.	28.2
Opus bonum ad quid exequendum.	81.2	Orationis efficacia.	119.2
Opus precipuum Christianorum.	186.2	Orationis domus que.	190.1
Operare puerimus iustificari.	669.1	Orationis domus primò intranda.	187.1
Opus Dei quod.	673.2	Orationis puritas quantum inuict.	235.1
Operis munditia.	905.1	Orationis prima requisitio.	1024.1
Opus Dei salutare.	856.2	Orationis virtus in aduersis.	1174.1
Opus malum.	984.1	Orationi dicata loca qui contemnant.	976.2
Opus charitatis non solum est.	1100.1	Orationem secreto in loco fieri.	25.1
Operis boni nulla excusatio est.	42.2	Orationem quam requirat Deus.	87.1
Operis boni finis cum laude.	80.1	Orationem qui negligant.	648.1
Operis fructus.	293.2	Orationem quam fastidimus.	694.2
Operis pretium.	662.2	in Oratione cor sursum hominum.	934.2
Operis boni vnguentum.	1001.1	Oratione contra que nos minuire debemus.	935.1
Operis boni consummatio.	1039.2	in Oratione quo clamore opus sit.	87.1
ab Opere sancto quis excusetur.	32.1	in Oratione pro celestibus Deus orandus.	948.2
in Opere omni bono scandalum.	89.2	ab Oratione qui arceantur.	976.2
ab Opere cessare die septimo quid.	668.2	in Oratione qui separentur.	1128.1
Opera que in anima permancant.	32.1	Orationes nostræ non divulgandæ.	87.1
Opera bona specm generant.	29.2	Orationes qua modestia fieri debeant.	ibid.
Opera bona que sunt secreta.	25.1	Orationes secretæ querendæ.	1057.2
Opera satisfactoria.	44.2	Orationum distantia in quibusdam.	87.2
Opera per que iustificatur homo.	102.2	in Orationibus solitudo querenda.	948.2
Opera sex misericordie.	169.1	Orationibus tantum in templo vacandum.	188.2
Opera carnis.	171.2	Orationibus peccata purgantur.	1248.2
Opera cum fide saluant.	180.2	Orationibus qui domum ornarunt.	1026.2
Opera bona facere studeamus.	181.1	in Orationibus importuni esse debemus.	237.2
Opera pietatis.	182.1	Orationibus tempus quando occupandum.	39.1
Opera Dilectionis Christus in iudicio commemorat.	182.2	Orationibus peccata purgantur.	44.1
Opera bona non sine æterna mercede.	250.2	Orationibus quantum vacandum.	623.1
Opera seruilia.	255.1	Oravit Christus tribus vicibus.	935.1
Opera bona que sint.	458.1	Orans pro se quid exequatur.	87.1
Opera satisfactoria.	563.1	Oranti pro aliqua necessitate quid agendum.	4.2
Opera pietatis exercentes.	625.1	Orantes peccando irridemus Deum.	28.2
Opera que prohibebantur Sabbatho.	657.1	Orantes quare non exaudimur.	486.1
Opera Domini que sint.	697.2	Orantes audire affectat Deus.	751.2
Opera Dei.	709.2	Orantes quid postulare debeamus.	19.1
Opera Christi admiratione dignissima.	755.1	Orant quare Christus tribus vicibus.	951.1
Opera bona etiam à malis laudanda.	941.2	Orantium corde exempla.	87.1
Opera satisfactoria remissioni necessaria.	1250.2	Orantium differentie.	27.1
Operum bonorum finis.	94.1	Orandi quibus magis iustum.	64.2
Operum perfectio qua re significata.	241.1	Orandi modus Christi.	948.2
Operum bonorum remuneratio.	376.2	Orandi cura qualis.	624.1
Operum quorūcumque iustificatio contra Nouatores.	670.1	Orandi exemplum.	1057.2
Operum mundi redargutio.	831.2	Orandi vtilitas.	234.2
Operum virtus maior quam verborum.	856.1	Orandi pertinacia fructifera.	234.2
Operum bonorum distinctio.	942.1	Orando tranquillitas querenda.	1024.1
Operum requisitio.	1358.2	Orando qui longo sermone vtantur.	87.1
Operibus bonis dum viuimus insistendum.	45.1	Orando semper humiles esse debemus.	948.2
Operibus bonis præmia rependenda.	186.2	Orando quid petere debeamus.	100.1.888.2
Oracula Legis in domino completa.	262.1	Orandum quomodo in templo.	773.1
Oratio que verè fortis est.	4.2	Orandum non est pro implenda nostra voluntate.	977.2
Oratio sine ieiunio infirma.	4.2.27.1	Orandum quomodo sit.	511.2
Oratio nostra quibus constare debeat.	87.1	Orandum pro peccatis qua dispositione.	763.2
Oratio fortis quomodo fiat.	28.2	Orandum quanto tempore.	236.1
Oratio vnde procedit.	28.2	Orandum cum quibus sit.	976.2
Oratio quando acceptior efficitur.	42.1	Orandum contra quos sit.	92.2

Orare qualiter debeamus.	239.1	Panis signum omnium ciborum.	164.2
Orare non solum sed corde quantum proficit.	87.1	Panis diuersitas in sacrificio Missæ.	245.1
Oratione duo Dominus complexus est.	507.2	Panis diuini uerbi.	237.2
Orbis quomodo quadratus.	1110.2	Panis ex tritico confectus.	458.1
Ordines tres eorum qui saluantur.	457.2	Panis sanitas non corporum tantum sed animarum.	240.1
Ordines sacri quo pacto largiendi.	625.1	Panis & uini specie corpus Christi sumimus.	1133.1
Ordines sacri renouari non possunt.	1244.1	Panis corpus confirmat.	934.1
Ordines hominum in Iudicio.	166.2	Panis benedictionis.	975.1
Ordinum sacrorum institutio.	1244.1	Panis cor hominis confortans.	1006.1
Origenis error de æterna pœna damnatorum.	183.1	Panis communis uita corporis.	1241.2
Origenis error de spe damnatorum.	181.1	Panis super substantialis uirtus.	1241.2
Origenis error. 184.1 recognitio ipsius penitentia.		Pane uiuio semper uescentes.	266.1
ibid.		Panis Esca.	1241.1
Origenis narratio ridicula de S.Thoma.	760.1	Pane quomodo facta miracula.	841.2
Origenistarum error de Damnat. 404.2		in Pane omnia ciborum genera significantur.	164.2
Originalis peccati interpretatio.	817.2.1 366.1	Panes Azymos Græcorum Ecclesia offert.	945.1
Originali peccato omnes homines cæci.	697.2	Paraboli quid sit iuxta Hebræos.	520.1
Originale peccatum.	1409.2	Parabola ad sensum reducenda.	438.1
Originali peccato nullus immis.	817.2	Parabola quæ sit.	356.2
Oriens quomodo dicatur.	623.1	Parabola vim penitentia demonstrans.	460.2
per Orientem & Occidentem quid significetur.	72.1	Parabolarum opinio.	445.1
ad Orientem & Occidentem venire quid sit.	55.2	Paradysus sanctis apertus.	389.1
ab Oriente & Occidente transeuntes, qui.	57.1	Paradysi beatitudo quomodo possidenda.	449.1
Ornamenta Ecclesiæ quæ sint.	1031.2	Paradysi gaudia.	161.1
Ornatus domorum quo pacto fiat.	1026.1	Paradysi expulsio.	226.1
Osanna quæ uox.	876.1	ad Paradysum quæ perducant.	32.1
Osanna quid significat.	905.2	in Paradiso commemoratio ieiunij imago.	8.2
Osanna nominis uariæ interpretationes.	905.2.921.2	in Paradiso terrestri quæ non continebantur.	9.1
Osculum Iudæ quantum detrimentum.	981.1	Paralyticus quid significet.	71.1
Osculum quid sit.	44.2.438.2	Paralyticus dexteræ partis longioris uitæ quam sinistræ.	517.1
Osculum pacis signum.	1058.1	Paralytici tolerantia admirabilis.	245.2
Osculi proditoris signum.	981.1	Paralytici fides.	247.2
Oscula proditorum.	1058.1	Paralyticorum contritio.	908.1
Osculo discipulos recipiebat Christus.	1058.1	Parati semper esse debemus.	563.2
Ostensio mundi in mente.	114.1	Parascue quid.	939.1
Ostentationem causantia.	957.1	Parasitos & assentatores qui sibi accingant.	1026.1
Ostentatio quorundam pro nihilo habetur.	80.1	Parentes per filiorum sapientiam iuati.	1123.1
Ostentatio fugienda.	31.1	Parentes more Pharisæorum despiciuntur.	510.1
per Ostentationem facta nullius fructus.	8.2	Parentum pietas.	218.1
Ostentatione homines potius quam necessitate detinentur.	26.2	à Parentibus transitum uitæ accipimus.	311.2
Otiouitas animæ inimica.	260.1	Parentum uisui frui quam iucundum.	447.1
Orium uitam & mores deprauat.	246.1	Parentibus obtemperandum.	67.1
Oscorporis.	507.2	Pares cum paribus.	316.2
Ouis animal irrationalius alijs.	625.2	Parietum templorum ornatus.	1005.1
Oues animalia simplicissima.	168.2	Paropsis uas escarium.	933.2
Ouium fructus multus.	169.1	Paromia quibus sit.	1212.1
Ouium nomine qui designentur.	182.1	Partes Ecclesiæ duæ.	217.2
Ouium mansuetudo cum iustis comparata.	177.2	Participatio corporis Christi.	1075.1
ab Ouibus qui fructus percipiuntur.	176.1	Paruorum cum magnis comparatio.	301.1
		Pascha futura pulcherrima philosophia.	1076.1
		Pascha festiuitas festiuitatum.	1407.1
		Pascha spirituale in celo manducabimus.	974.2
		Pascha unde nominetur.	932.1
		Pascha quid significet.	841.2.1409.1
		Pascha uero tantum anni die celebratur.	40.1
		Pascha apud Græcos æquiuocum.	1220.1
		Pascha Iudæorum quare celebrabatur.	616.1
		Pascha Ægyptiorum beneficia memorata.	1012.2
		Pascha humanum.	623.2
		Pascha duplex.	1074.1
		Pascha Hebraicè quomodo dicatur.	1004.2
		Pascha quid significet.	648.1
		Pascha quando celebratur apud Iudæos.	943.1
		Pascha Iudæorum cruentum.	874.1
		à Pascha quis prohibebatur.	672.1
		Pascha mensis definitus.	968.2
		Pascha celebratio in Græcos.	1025.1
		Pascha	

P

Paganus quibus comparatur.	213.1
Pagani & infideles non erunt in extremo iudicio.	180.1
Pagani disputatio.	777.1
Pagani unde ad salutem uocentur.	68.1
Palestina sola Iudæorum patria.	823.1
Palestini diebus festis ungunt capita.	5.1
Palestinorum mos in celebrandis festis.	50.1
Palestinorum lecta plana.	113.2
Palma signum uictoriae.	898.1
Palme cur eriguntur Christo intranti in Ierusalē.	156.1
Palme Martyrum.	14.2
Palme arboris proprietates.	898.1
Panis sacer quid.	974.2
Panis non facilis ad glutendum.	1170.1

Pascha immolatio figura Eucharistiæ.	1049.1	Patrem Deum nosse sine sui cognitione impossibile.	774.2
Paschale festum sine animæ periculo negligi non potest.	1358.2	ad Patrem quæ pertineant.	447.1
Paschalis festi preparatio.	148.2	Patres in monasterio cur uocati.	311.2
Paschaliu sacramentorum mysteria.	148.1	Patres primo tempore Dei seruientes.	1094.2
Paschata duo.	1417.1	Patrum mos in exheredandis filiis.	235.1
Paschabilitas quæ sit.	928.1	Patris locutio cum filio.	300.2
Passio Christi quid.	892.2	Patris consilium quantæ utilitatis.	449.2
Passio Christi ubi figurabatur.	477.2	Patrum exemplum perquisitio quàm utilis.	1198.2
Passio Christi uoluntaria.	754.1	Patrum nostrorum tempus.	1094.1
Passio Christi quantum necessaria.	164.2	Patrum antiquorum animæ ubi erant ante Christum.	789.1
Passio Domini per quæ designata.	254.1	Paterfamilias nomen unde componatur.	427.1
Passio Christi passio Ecclesiæ.	170.1	Patrisfamilias largitate uisatur dispensator.	310.1
Passio Christi quid contineat.	962.1	Paterfamilias quid sit.	413.1
Passio Christi spontanea.	1014.1	Paternitas Dei quare in Test. uet. non nominata.	771.2
Passio Christi quæ dicatur.	330.2	Paternitas hominis duplex.	311.2
Passio Christi memoriæ insigi debet.	1021.1	Paterna bona quis filius possideat.	456.2
Passionis confirmatio certissima.	209.1	Patrimonia qui dissipant.	438.2
Passionis Christi exaltatio.	300.1	Patria alienatio quid.	957.2
Passionis poculum qui hauriant.	978.1	Patriarchæ nomen dupliciter nominatur apud Hebræos.	991.2
Passionis trina tentatio.	951.2		
Passionis calix.	978.1	Patriarcharum 12. sedes.	331.1
Passionis loci prædictio.	934.1	D. Pauli martyrium ab Agabo prædictum.	332.1
Passionis tempore quæ obstruata.	994.2	Paulus anathema esse cupit pro persecutoribus.	97.1
Passionis calix multis modis.	978.1	Pauli nominis mutatio.	210.2
Passionis tempore missæ sacrificium.	1020.2	Pauli Samosateni hæresis.	841.1
Passionis Christi causa.	1021.1	Pauli Apostoli conuersio.	17.2
ad Passionem quid inflammet.	1174.1	Pauor quibus insit.	1025.2
ad Passionem Christi pertinentia.	840.2	Pauor nocturno tempore horribilior.	982.1
Pascone Christi quæ mutentur.	939.1	à Pauore terrorè que homines abhorreere debent.	68.1
Passiones insensibiles quæ.	1170.1	Pauper quis esse non possit.	1016.2
Passionibus locum concedere periculosum.	1033.2	Pauper unicum habet patrocinium.	373.1
Pastor bonus quomodo percipiatur.	1042.2	Pauperis sapientia cæteros superans.	692.2
Pastoris diligentia in annumerando grege.	17.1	Pauperis manus quid.	47.2
Pastoris Ecclesiæ officium.	896.2	Pauperis satietate esuries nostra reficienda.	140.1
Patibuli crucis locus.	1003.2	Pauperis quid sit.	388.1
Patientia à Christo tradita.	981.1	Pauperi quid conferat sapientia.	1026.1
Patientia imitanda.	794.2	in Paupere uult sibi dari Christus.	101.2
Patientia Ecclesiæ.	228.2	Pauperes non homines summe potestatis audent accedere.	1011.2
Patientia, non uindicta quærenda.	929.1		
Patientia Dei magna.	95.2	Pauperes propter Christum honorantur.	65.1
Patientia cum persuerantia habenda.	237.2	Pauperes quare fratres uocati.	186.2
Patientia Dei ad penitentiam adducit.	100.2	Pauperes spiritu qui sint.	182.2
Patientia Christi.	425.1	Pauperes qui sustentare debeant.	913.1
Patientia.	294.2.1199.2	Pauperes cæteris esse feliciores.	1025.2
Patientia Christi exemplum.	163.1	Pauperes an rebus sacris præferendi.	1151.1
Patientia diuine exuberantia.	1171.2	Pauperes pauco cibo contenti sunt.	388.1
Patientia exemplum.	813.1.930.1	Pauperes spirituales in Ecclesia.	179.2
Patientia quid sit.	953.2	Pauperes quantæ curæ Christo fuerunt.	17.2
Patientia præcepta.	1260.2	Pauperes timendi ne bella nobis spiritualia inferant.	913.2
Patientia probatio.	109.1		
Patientia exemplum.	656.2.794.2	Pauperes quo potissimum tempore sustentandi.	19.1
Patientia Dei mira.	324.1	Pauperes quas eleemosynas facere teneantur.	34.1
Patientia magna moderamen.	1095.2	Pauperes quare Christus uoluit esse discipulos.	1172.2
Patientiam quid efficiat.	1013.2	Pauperes qua reuerentia suscipiendi.	186.1
ad Patientiam Christi promptus animus.	929.1	Pauperum ager fecundus.	388.1
Patientes quantum esse debemus.	813.1	Pauperum amor.	186.2
Patientes legendi simus.	623.1	Pauperum misericordia ad quem referatur.	24.1
Pater tardam misericordiam nescit.	449.1	Pauperum sacrificium.	188.2
Pater quid dicatur in Trinitate.	287.1	Pauperum manibus Deus accipit eleemosynas.	176.1
Pater Deus uerax.	289.1	Pauperum multitudo ubi.	1023.2
Pater Deus quos honore prosequatur.	899.1	Pauperum beatorum requies.	355.2
Patris quid proprium sit.	105.2.447.1	Pauperum in malis consolatio.	381.2
Patris quæ sint propria.	447.1	Pauperum diuersitas.	379.1
Patris compassio in filium.	448.2	Pauperibus maledicentes.	1026.1
Patris aspectus quàm utilis.	ibid.	pro Pauperibus ærarium in templo.	773.1
Patris clementissimi exemplum.	460.1	cum Pauperibus quomodo conuersandum.	521.2
Patris anxietas pro filiis.	449.1	Pauperibus ieiunando, quid erogandum.	33.1
Pascha			

I N D E X.

in Pauperes liberalitate utendum.	642.1	Peccato grauati quomodo turbari debeamus.	754.1
Paupertas quando ferri potest.	1016.2	Peccato anima que significetur.	435.2
Paupertas excusatio furis.	248.1	in Peccato post baptismum remanere qui velint.	1244.2
Paupertas non est molestia.	377.2	in Peccato perseverantia quam perniciofa.	936.1
Paupertas Christiana diues est.	144.1	à Peccato quomodo vnusquisque se redimet.	180.1
Paupertas Christi nascendo.	912.1	Peccata inimicorum persecutione grauiora.	92.1.97.1
Paupertas semper secura.	214.2	Peccata supra numerum lxxvij. pessima.	489.1
Paupertas Christi quanta.	189.2	Peccata omnia in Ecclesia Catholica remittuntur.	492.2
Paupertatis argumentum.	1016.2	Peccata parentum in filios.	689.1
Paupertatis commendatio.	337.1.356.2	Peccata quibus iudicentur.	257.1
Paupertatis propugnatio.	1025.2	Peccata nisi Baptismo dimitti non possunt.	645.1
in Paupertate pusillanimes non sumus.	605.1	Peccata que prius habebant.	1072.1
Pax nostra que sit.	800.1	Peccatum quando facilius surripit.	1057.2
Pax que querenda.	777.1	Peccati regnum quomodo destruitur.	93.1
Pax quibus in locis locum habeat.	990.1	Peccata quibus purgentur rebus.	44.1
Pax hominis vera.	140.2	Peccata quibus rebus remittantur.	385.1
Pacis significatio.	460.1	Peccata sine Ecclesia charitate non soluantur.	754.2
Pacis signum.	1058.1	Peccata quibus mundentur.	180.1
Pacificos vult Christus esse discipulos.	981.2	Peccata quorundam alijs grauiora.	63.1
Pacem imminentes.	287.1	Peccata pro penis posita.	83.2
Pacem qui inuenerunt.	290.1	Peccata soluuntur tempore ieiunij.	21.1
Peccatum mors anime.	742.2	Peccata toto tempore dimittenda.	492.2
Peccatum quid sit.	290.2	Peccata quomodo adduntur.	643.1
Pacifici cum quibus esse debeamus.	981.2	Peccata inimicorum percussione grauiora.	102.1
Peccatum quomodo deleatur.	383.2	Peccata quo pacto redimantur.	34.1
Peccatum omne libidinem vocant sapientes.	29.2	Peccata quomodo iudicentur.	243.2
Peccatum ad mortem.	76.1	Peccatorum discrimen.	92.1
Peccatum publicum publice corripiendum.	497.1. ita de	Peccatorum vinculis vnusquisque constringitur.	643.1
ibid.		Peccatorum letitia mala, & tristitia peior.	30.2
Peccatum actuale quo tempore sit.	704.1	Peccatorum tria genera.	718.1
Peccatum ad mortem quid. 97.1. Peccatum non ad mor-	ibid.	Peccatorum venialium & mortalium differentia.	45.1
tem.		Peccatorum diuersa punitio.	685.1
Peccatum omne cum delectatione committimus.	29.2	Peccatorum separatio inter Deum & hominem.	17.1
Peccatum in Spiritum sanctum.	76.2	Peccatorum principia euerienda.	1034.1
Peccatorum nutrit.	669.1	Peccatorum remissio passionis Christi causa.	1021.1
Peccatum in morte remittitur.	130.2	Peccatorum tria genera.	758.1
Peccatum quibus assimilatur.	444.1	Peccatorum remissio post baptismum impetratur.	1384.1
Peccatum commune omnibus.	794.1	Peccatorum mundatio sine operibus non sufficit.	469.2
Peccatum in calum quid.	435.2	Peccatorum redargutio.	838.1
Peccatum mortis causa.	817.2	Peccatorum pugna.	113.1
Peccatum in spiritum sanctum quantum penitentiam po-		Peccatorum ingens onus.	376.2
stulat.	1188.1	Peccatorum aculeus.	1003.2
Peccatum per vndecim significatur.	486.2	Peccatis prateritis veniam impetrare debemus.	935.1
Peccatum quod remittatur.	865.1	in Peccatis vnusquisque reserem textit.	625.1
Peccatum mors anime.	217.1	ex Peccatis morbi generantur.	248.2
Peccatum ieiunij interfectio.	8.2	Peccatis presentibus tutela oranda.	935.1
Peccatum cmentes qui.	197.2	Peccatis quomodo morimur.	17.2
Peccatum pro crimine positum.	601.1	Peccatis capitalibus vacui quando esse debeamus.	32.2
Peccatum irremissibile blasphemia.	213.1	in Peccatis stare quam damnosum.	955.1
Peccatum vsque ad mortem quod sit.	102.1	Peccator vt extinguatur à Deo rogandum.	96.1
Peccatum quibus assimilatur.	457.2	Peccator in hac vita in tenebris est.	185.1
Peccatum Iudeorum.	307.1	Peccator ordinatur ad sinistram partem.	459.1
Peccati ruina quomodo euadenda.	330.2	Peccator quomodo viuet.	763.2
Peccati caput.	226.1	Peccator ante quid non absoluendus.	758.2
Peccati quatuor partes.	727.1	Peccatoris figura.	456.1
Peccati turpituudo.	774.2	Peccatoris compunctio.	756.2
Peccati serui Iudei.	1058.2	Peccatoris oratio ad Deum.	234.2
Peccati destructio.	672.1	Peccatores Deum non audire quid significet.	706.2
Peccati regnum qua virtute destructum.	97.2	Peccatores in quibus à iustis non separantur.	88.2
Peccati odor.	186.1	Peccatores quando percutiuntur, quid agendum.	78.1
Peccati genus vnde.	801.2	Peccatores Christi amat.	75.2.2
Peccati vna species.	801.2	Peccatores in quibus moritur.	290.2
Peccato astricti sese exonerare nequeunt.	907.1	Peccatores solum conditione sunt Dei.	915.1
Peccato non tempore, sed peccantium animas iudicatur.	248.2	Peccatores quid dicere soleant.	914.2
Peccato quibus curantur.	1237.2	Peccatores qua via redeant ad Christum.	460.1
Peccato quomodo soluantur homines.	915.1	Peccatores qui sint diaboli.	915.2
in Peccato omnes nati sumus.	288.2	Peccatores qua re non tententur.	28.1
		Peccatores in peccatis eorum moriuntur.	287.2

Peccatores

I N D E X.

Peccatores qui à bonis pellantur operibus.	976.2	Peregrini qualem habeant finem.	988.1
Peccatores vnde possideant vilia.	186.2	Peregrini non despicendi.	1052.1
Peccatores exaudivit Deus.	697.2	Peregrini conditiones.	988.1
Peccatores prophetare apparent.	866.1	Peregrini qui sint.	957.2
Peccatorum in nos commissorum obliuio quantum proffit.	1013.2	Peregrinatio animarum.	179.1
		Peregrinorum cura apud Christum.	957.1
Peccatorum pena quando acerbiores.	62.2	Perfectio hominis in quo consistat.	79.1
ad Peccatorum emendationem Christus hortatur.	1020.1	Perfectionem que adducant.	670.2
		Perfectionis meritum qui assequantur.	80.1
Peccatorum reminiscencia.	384.1	Perfectionis signum.	670.2
Peccatoribus facere miracula Deus non concedet.	688.1	Perfectionis gradus.	81.2
Peccatoribus misericordia exhibenda.	326.1	Perfectionum sollicitudo maior.	979.1
Peccat quis in calum.	457.2	Perfectionis cumulus.	77.1
Peccati interdum boni.	376.2	Perfectus quis sit.	1235.2
Peccare qui possunt.	631.1	Perfectum bonum.	88.2
non Peccare, penè impossibile.	280.1	Perfecti nondum dubitant de seipsis.	973.1
Peccare in nobis & in Deum differunt.	500.1	Perfecti carnis stimulis expertes.	979.1
Peccandum quando maxime non sit.	92.2	in Perfectis caro non aduersatur.	979.1
Peccandi desiderio qui non satientur.	459.2	Perfidie exemplum.	810.2
Peccandi voluntas maximum peccatum.	260.1	Perfidi quibus signis manifestentur.	973.1
Peccans maiore pena dignus.	310.1	Perfidi communione indigni.	1001.1
Peccans an cadendo possit resurgere.	427.1	Perfidorum dementia.	254.2
Peccantis conscientia semper vulnata.	29.2	Perfidorum quanta crudelitas.	1045.2
Peccantes peius Sodomis.	969.1	Pericula in quibus fuerunt discipuli Christi.	107.2
Peccantes qui odio habeant.	794.1	Periculis sese exponentis pro bono animus.	624.2
Peccantes in celum qui.	443.1	Periculis anima seruanda.	899.1
Peccantes in vno facti rei.	342.2	Periculis futuris cautela postulatur.	935.1
Peccantes quomodo redargui debeant.	500.2	Periculantium subuentiones.	110.1
Peccantes quantum flere debeant.	1046.2	Pertinacia summa.	805.2
Peccantium differentia.	266.2	in Perturbationem mentis regula.	1077.1
Peccantium honor grauior pena.	377.1	Perturbatores pacis.	990.1
Pecunia qui spiritualiter intelligantur.	194.2	Perfarum pradiuisiones.	707.2
Pecunia ad quem vsum disposita.	194.2	Persecutio Ecclesie quando cepit.	901.2
Pecunia quibus in rebus insumentur.	273.1	Perseuerantia Apostolorum.	947.2
Pecunia à quibus magis concupiscatur.	1016.2	Perseuerantia in peccato quam damnosa.	936.1
Pecunia insanum hominem efficit.	1026.1	Perseuerantia cunctarum columna virtutum.	1171.1
Pecunie administratio inferior cura discipulorum.	1091.1	Perseueratio in precibus.	236.1
Pecunie amore omnis affectio vilis est.	942.2	Perseuerare in peccato dat incrementum scelerum.	955.2
Pecunie que debent esse in templis.	189.1	Persecutiones quas pati & non pati licet.	815.2
Pecunie nulla utilitas.	1016.2	in Persecutionibus quomodo nos gerere debeamus.	815.2
Pecunie numulariorum.	198.1	in Persecutionibus sese defendendum.	868.2
Pecunie cupiditas tenebra est.	1026.1	Personarum nomen non ponitur saepe in Scriptura.	1005.2
Pecunie decoctio propter elemosynam non timenda.	26.1	Personarum in Trinitate distinctio.	782.2
Pecuniam auans quid timeat.	807.2	Peruersitas omnium vna.	213.1
Pecuniarum contemptus.	26.2	Petrus accepit primatum omnium.	1211.1
Pecuniarum fructus quales.	273.2	S. Petrus in quibus errauerit.	1077.2
Pecuniarum amor.	869.2	Petrus primatum discipulorum gerebat.	1251.2
in Pecuniarum rapina quid fiat.	512.2	Petrus, quid significet.	262.1
Pecuniarum potius quam lucis cupiditas.	1026.1	Petrus post Christum Ecclesie fundamentum.	1211.1
Pecuniarum amor coercita.	83.2	S. Petrus firmamentum Christianorum.	1194.1
Pecuniarum custodes.	199.1	S. Petrus quid penitentia recuperauit.	1427.2
Pecunias quis nihili ducat.	1013.2	S. Petrus quanto timore percussus.	934.2
Peregrinorum antiqua sepultura.	988.1	Petrus cuncte Ecclesie prelatus à Christo.	1467.2
Pedagogi puerorum traditi.	1020.1	S. Petrus pro nobis intercessor.	145.1
Pedagogi puerorum.	1036.2	S. Petrus ad maiorem charitatem inductus.	1023.1
Pedes anime.	14.2	S. Petri anima in celo.	1188.1
Pedes quos lauari precepit Christus.	14.2	D. Petri fides.	109.1
Pedum lauatio consuetudo antiqua.	1236.2	S. Petri duplex crimen.	1022.1
Pedum lotio cui rei seruiat.	1239.1	Petri sententia prouenit sententiam cali.	276.2
in Pelagium de proposito hominis.	1211.1	S. Petri seruens desiderium.	947.2
Pelagianorum error.	454.2	S. Petri ardens affectus erga Christum.	1066.2
Pelagiana heresis.	1095.1	D. Petri ardor pro Christo.	271.2
Pentecoste Iudeorum.	841.1	Petri nomen duplex.	991.2
Pentecoste festum quid significabat.	841.1	in Petro vniuersalis Ecclesia fundata.	492.2
Percussio peccatorum Iudeorum duplex.	1183.2	Petri passiani heretici.	781.1.1518.2
Perditio equitatis diaboli.	916.1	Petra nomine Christus figuratus.	657.1
Perditiones due.	418.1	Petra que dirupta & quo in loco in passione Christi.	994.1
Peregrini spiritualiter qui.	988.1		

Phantasma

Phantasmata nocturna.	980.1	Plorantium quæ sint propria.	1087.2
Phantasmatum turba.	99.1	Pluvia quo pacto accipitur.	93.1
Pharaonis prophetia.	872.2	Pœna quos cruciet.	752.1
Pharaonis obstinatio.	805.2	Pœna non facit martyrem, sed causa.	891.1
Pharaoni thesaurus nihil profuit.	7.2	Pœna inflatorum.	314.2
Phares quid.	312.2	Pœna supplicium patientis.	892.1
Pharisei quomodo scribebant mandata Legis.	309.2	Pœna quos mansuetos reddat.	382.1
Pharisei superbia.	85.1	Pœna transgressorum.	670.1
Pharisei qua re magis Deo seruiabant.	459.2	Pœna quando sit grauior.	248.2.467.1
Pharisei qui dicantur.	312.2	Pœna prædictio.	1042.1.933.2
Pharisei iusti se putabant.	458.2	Pœna future contemptus.	310.1
Phariseorum mos erga debitores.	517.1	in Panam futuram ne incidamus.	259.1
Phariseorum ab Israëlitis discretio.	309.2	Pœna temporales & purgatoria.	1443.1
Phariseorum & Scribarum duplex culpa.	509.1	Pœna reorum in Curijs.	382.2
Phariseorum habitus superstitiosus.	315.2	Pœna inferorum quibus paratæ.	184.1
in Phariseorum inistitia gradus aliquis.	96.2	Pœna aduersus quos crudeliores.	62.1
Phariseorum secta melior.	474.1	Pœna formidare à quibus abstinentum.	1013.2
Phariseorum hæresis.	585.1	Pœnis assicere quenquam quando non licet.	18.2
Phariseorum religio.	309.1	Pœnam timere quid.	807.1
Phariseorum penitentia in ambulando.	ibid.	Pœnales leges.	62.1
Phlegon in chronicis scripsit Eclipsim.	963.2	Pœnitentia fera non prodest.	1008.2
Philasterium quid.	322.1	Pœnitentia non differenda.	258.2
Philosophia viuendi nos Christus erudiuit.	912.1	Pœnitentia sanctorum.	10.2
Philosophiæ sublimitas.	1024.2	Pœnitentia in concilio impiorum fieri non potest.	956.1
Philosophia de morte facilis.	899.1	Pœnitentia quæ imponenda.	322.1
Philosophiam verbis terminantes.	316.2	Pœnitentia excitandus peccator.	1034.1
Philosophus nullis afflictionibus mouetur.	1013.2	Pœnitentia qua dolentur peccata.	259.2
in Philosophia quæ cognoscatur.	1026.1	Pœnitentia quomodo agenda.	236.2.259.2
Philosophia sancta quo modo comparetur.	898.1	Pœnitentia quando vana.	8.2
Philosophia practica.	1073.2	Pœnitentia hominum sanitas.	8.2
Phinees sacrilegium.	1043.2	Pœnitentia quæ non proficit.	259.2
Phylacteria quid.	309.1	Pœnitentia meditantis.	435.2
Pietas quibus rebus perit.	869.2	Pœnitentia perfecta.	259.2
Pietatis & deuotionis obsequium.	941.2	Pœnitentia publica.	45.1
Pietatis testimonia.	915.2	Pœnitentia salutem affert.	443.2
Pietatis exemplum.	76.1	Pœnitentia lacrymis cor lauandum.	697.1
Pietatis humane affectus.	716.2	Pœnitentia pondus à quibusdam impositum.	319.2
Pietatis & reuerentiæ signum.	249.1	Pœnitentia grauitas non imponenda.	310.1
Pietatis opera latissima.	147.1	Pœnitentia occasione Iudas habuit.	1017.2
Pietatis imitanda exemplum.	711.1	Pœnitentia diuersitas.	942.2
Pigritia in diuinis expellenda.	645.1	Pœnitentia modus habendus.	326.1
Pigritia aduersus quos deprehendatur.	978.2	Pœnitentia ubi non locus est.	357.2
Pigros quantum Deus odio habeat.	978.2	Pœnitentia qualitas.	441.2
Pilatus quantas liberandi Christi occasiones dedit.	1008.2	Pœnitentia contemptus quam perniciosus.	932.1
		Pœnitentia mali ignoscat Deus.	92.2
Pilatus membrum Diaboli.	156.2	Pœnitentia quando non locus est.	987.2
Pilatus in Nicenam missus.	50.1	Pœnitentiam spernens venia indignus.	1034.1
Pilatus quid significet.	1045.2	Pœnitentiam in salutem stabilem quid operetur.	987.2
Pilatus Ethnicus.	930.1	ad Pœnitentiam inuitantia.	261.2
Pilati reuerentia.	989.1	ad Pœnitentiam inuitatio.	100.2.261.2
Pilati præsulis imperium.	989.1	Pœnitentis ministerio mortui absoluuntur.	730.1
Pilati vxor somnis territata.	1012.2	Pœnitentes quid facere soleant.	942.2
Pilati vxor per visum conuersa.	990.1	Pœnitentes die canæ olim reconciliabantur.	1246.2
Pisces panis bordeacæ austeritatem mitigant.	617.1	Pœnitentes quomodo absoluuntur.	730.1
Piscis qui Ionam vocauit quid significat.	217.1	Pœnitentes non bene, qui.	259.2
Pisciculi purpuram dantes.	401.1	Pœnitentium rudimenta.	877.2
Piscine aqua à quo turbabatur.	242.1	Poëtarum carmina cibus demonum.	432.1
in Piscina duo miracula.	241.1	Polliceri temerè, vetitum.	976.1
Picariola Decalogi.	315.2	Pollutionis corporum sanatio.	245.2
Pius à pietate.	299.2	Polygamia apud Ethnicos infamis.	739.1
Placere quibus debeamus.	94.1	Pompas odij Christus.	906.1
Placendi Deo cura.	8.1	Ponticum mare magnitudine fluctuum abundans.	1020.1
Plantæ quæ eradicantur.	518.2	Pontifices regibus potentiores.	1023.1
Plantatio spiritualis.	987.1	Pontifices plures Iudaorum.	873.1
Platea quid sit.	98.2	Pontificatus virtus quantæ.	862.2
Platonis opinio de anima.	509.1	Pontificatus pretio acquisitus.	929.1
Platonica schola.	450.2	Pontificij soluendi lignum.	935.2
Plorandum pro peccatis.	751.1	Populus Dei.	643.2

Populus

Populus indisciplinatus.	194.1	Premium ex quibus reddatur iustis.	1457.1
Populus antiquus vinea Dei.	412.1	Premij fructus.	380.1
Populi futura electio.	263.1	Premij nostri definitio.	891.2
Populum qui Diabolo vendant.	625.1	Premia bonorum.	84.1
Populi aquarum nomine designati.	242.2	Premia rependenda bonis operibus.	186.2
Populi nondum in Christo credentes.	236.1	Premiorum & Pœnarum iudicium.	888.1
Populorum Duorum creator Deus.	453.2	Premiatiore incarnationis Domini.	57.1
Porcus animal immundum.	432.1	Preparari quomodo debeamus.	643.2
Porci qui sint.	457.1	Preparari omnes oportet.	670.1
Porcorum pastores.	457.1	Præscientia Diuinitatis iudicium.	1105.2
Porcorum oculi sursum spectare nequeunt.	457.1	Præsentia Christi virtus.	224.2
Porcos pascere quid.	454.1	Præsentia Dei quibus.	1055.2
Possessio quomodo intelligatur.	437.2	Præses dignitate non extollatur.	1170.2
Postcommunio missæ expectanda.	947.1	Præsidentes corporale obsequium offerre debent.	1170.2
Potestas vitæ dissimilis.	772.2	Præsumptio humana vana sine Dei protectione.	1042.2
Potestas à quo fit.	68.1	Præsumptio in ieiunio quorundam.	19.1
Potentia Christi.	726.1.754.2	Præsumendum non est de nobis-ipsis.	889.1
Potentia Christi experientia.	612.2	Preces cum quibus sint habende.	976.2
Potentia summa Dei comprobatio.	984.1	Preces ad libitum nostrum fieri non debent.	977.2
Potestas Christi in die Iudicij manifesta.	183.2	Precibus quæ sanctificentur.	612.2
Potestas nunquam sine timore periculi.	214.1	Preces aliorum alios adiuuant.	73.1
Potestatis Christi voluntas.	840.1	Precibus ecclesie qui priuentur.	976.2
Potestates Angelicæ.	168.2	Præsbyteri duplici honore honorandi.	508.1
Potio quæ in sacrificio missæ.	1021.1	Præsbyteri & episcopi vituperabiles.	191.1
Potus intellectualis.	822.1	Præciosum quid dicatur.	1055.1
Potus Christi post resurrectionem.	1021.2	Præmatum ambire quorum erat.	1170.2
Potus spiritualis.	979.1	Præmianus Carthaginensis Imp.	643.2
Practica philosophia.	1073.2	Primogenitus omnis creaturae mundus.	288.1.294.2
Practica.	907.1	Principis boni habitudo.	310.1
Prædium bonum longum nemo differt.	497.2	Principi Ecclesie remedium penitentia.	955.2
Præceptorum obseruatio duplex.	98.2	Principes mundi qui.	331.2
Præcepta grauiora quæ.	272.2	Principum & Ecclesiasticorum differentia.	331.2
Præcepta diuina.	905.1.916.1	Principum corruptorum Iudicio omnia permissa.	657.2
Præcepta quibus mutantur.	1172.2	Principatus amor causa malorum.	327.2
Præcepta Dei qui negligant.	794.1.811.2	Principium quis an Pater, an Filius.	288.2
Præceptores cæci.	517.2	Principium in Christo.	298.1
Præceptores licet prauæ doctrinæ non aspernandi.	326.2	Principio rerum quæ rationes querenda.	1015.1
Præceptorum quorundam reprehensio.	313.1	Principia quæ reijcienda.	1037.2
Prædestinatio nostræ vocationis occultata.	728.2	Probatio in quibus non requiratur.	973.1
Prædestinatio quæ querenda.	185.2	Probatio duorum testium requisita.	983.1
Prædestinatio quomodo fiat.	185.2	Probationis tentatio.	793.1
Prædestinatum quid sit.	185.2	Procedere quid.	754.2
Prædestinati non perire possunt.	185.2	Procellæ quæ horribiliores.	1026.1
Prædestinati à demonum incurstone liberi.	858.1	Prodigus vnde denominatus.	434.2
Prædestinati qui sint.	185.2	Prodiga vita.	451.2
Prædestinati caelestibus qui sint.	180.1	Prodiga vita quibus letetur.	454.1
Prædestinata ad salutem dicuntur.	889.1	Prodigi miseria.	447.1
Prædicatio Ionæ.	207.2	Prodigia ventura Iudæorum desiderium.	202.1
Prædicatio in malis augenda.	795.1	Proditor quis demonstretur.	973.1
Prædicatio Christi apud Inferos.	1417.1	Proditoris perseverantia in malo.	1005.2
Prædicatio quo tempore florere cepit.	1037.2	Proditores veritatis.	981.1
Prædicationis Christi annus primus.	623.2	Proditoris ministri qui.	944.2
Prædicationis verba.	822.1	Profectus in Deum.	94.1
Prædicationis Christi quanti fructus.	877.2	Profectus quomodo vanus redditur.	213.2
Prædicatores verbi Dei.	455.1	Profectus noster ab imo.	887.2
Prædicatori populus obedire debet.	326.1	Profunditatis intellectus.	655.1
Prædicatores pedes Christi.	828.1	Progrediendum quousque sit.	912.1
Prædicatores nomine canum designati.	395.1	Promissio noua Legis.	1020.1
Prædicatorum significatio.	622.2	Promissio fraudulenta.	1103.1.149.2
Prædicatorum sententiæ.	921.2	Promissio magna.	777.1
Prædicatorum duo ordines.	904.1	Promissionis terra.	664.1
Prædicatores sancti quid faciant.	395.1	Promissiones Diaboli mendaces.	134.1
Prædicatoribus quid sit præceptum.	907.2	Promissa testamenti noui.	664.1
Prædicantes male.	321.2	Promissa inconsideratè non fiant.	976.1
Prædicando non desistendum.	904.1	Promissa Christi futuri temporis sunt.	776.2
Prædictio mortis cuius sit.	827.1	Promittere simpliciter non oportet.	726.2
Prælati tria debent ministrare subditis.	322.2	Promptitudo in quibus.	978.2
Prælati quo in loco sint.	959.2	Propheta quis sit.	862.2

Propheta

I N D E X.

Propheta Dei vna nubes, 984.2
Propheta & Apostoli bonum nomine, 625.1
Propheta non prophetantes, 864.1
Propheta omnes vno spiritu sunt locuti, 936.2
Propheta sunt serui Dei, 455.2
in Prophetarum imprecationes que sint, 76.1
Prophetarum quanta concordia, 936.1
Prophetarum qui precipui secundum Iudaeos, 270.2
Prophetarum proprium, 128.2
Prophetarum mos, 623.1
Propheta de Passione Christi, 779.1
Propheta duplex, 911.2
Propheta spiritus in malis, 861.1
Propheta autoritas, 506.2
Prophetiarum cum factis Christi concordia, 922.2
Prophetiarum designatio, 280.1
Prophetarum sermone de Christo traditio, 288.1
Propiniores Deo qui sint, 212.2
Propitiationis dies non ieiunij principium, 8.2
Propositum nostrum quando remitti possit, 1172.2
Propositum hominis bonum absque Dei subsidio non sustinet, 1211.1
Propositi boni mille discessus, 190.1
Proprietas Dei qua, 170.2
Prophetarum plebs, 228.1
Promerium Hebraeorum ad improperium, 476.2
Proximus quis, 96.2
Proximi omnes sumus, 100.2
Proximo maledicens, 1034.1
Proximo caput vngere, quid, 23.2
Proximorum honori non insiliendum, 1240.1
Prudentie signum, 805.1
Prudentiam moris quid esse soleat, 1095.2
Psalmorum liber lex appellatur, 860.2
Psalmodia, 1199.2
Publicanus quis sit, 105.2, 198.1, 484.1, 498.2
Publicani qui dicantur, 102.1
Publicani qui vocentur secundum tropologiam, 489.2
Publicani unde nomen traxere, 77.1
Publius Romanus, 77.1
Pudor animae quis, 1034.1
Puer centum amorum maledictus, 459.1
Pueri qui dicantur, 459.1
Pueri quatuor modis dicuntur, 72.2
Pueri quibus deletentur, 1232.1
Pueri sepe moriuntur propter parentum poenam, 704.1
Puerorum trium Babylonie ieiunium, 9.2
Pueros quomodo docebant Pharisaei, 517.1
Puerorum ludus, 69.1
Puerilis aetas quam calamitosa, 1020.1
Pueriliter sapiens quid petat, 461.1
Pugna post baptismum qua deliberatione ingredienda, 163.2
Pulchritudo ubi non sit, 297.2
Pulchritudo corporum in quibus rebus deprehendatur, 882.2
Pulchritudo plus quam pulcher, 299.1
Pulchritudinem membrorum qui ament, 825.2
Pulus vniuersusque bestia dicitur, 922.2
Punitio scientibus acerbior, 666.1
Punitio quorundam in hac vita, 370.2
Punitio quorundam a Deo, 379.1
Puniri malum non est, sed peccare, 377.2
Puniri per contumeliam, 63.2
Purgatio perfecta qua sit, 1254.1
Purificatio carnis & anime, 1250.1
Purificatio Iudaeorum, 646.1
Purificatio, 462.1
Purificationis signum quare datum, 670.1
Purpura unde fit, 355.1, 401.1
Purpura quare Christus induitur, 1045.2
Purpura qui solum induebantur, 401.1
Puteus omnis fons, non omnis fons puteus, 528.2
Pythagorae opinio de anima, 882.2

Q

Quadragesima cur 42 dies habeat, 14.1
Quadragesima a Christo instituta, 13.2
Quadragesima tempore messium comparata, 33.1
Quadragesima quam diligenter observanda, 14.1
Quadragesima vota non prandendum, exceptis diebus Dominicis, 33.2
Quadragesimae tempus congruens, 35.2
Quadragesimae numerus mysticus, 19.1, 20.1, 48.1
Quadragesimae cursus salutaris, 35.2
Quadragesimae numerus unde habuit initium, 19.2
Quadragesimae ieiunium vniuersalis Ecclesia suscipit, 47.2
Quadragesimae tempore vita nostra quo pacto conformari queat, 33.1
Quadragesimae tempore maior tentatio fit, 17.1
Quadragesimae numero quid ostenditur, 123.1
Quadragesimae opus an illo extra quadragesimam melius, 1425.1
Quadragesima tempore boni a malis secernuntur, 36.1
Quadragesimae diebus a quibus abstinentium, 36.2
Quadragesima tempore non ieiunantes conscientia torquentur, 19.2
Quadragesima diebus quibus occupari debeamus, 32.1
Quadragesimae institutum diuinum est, 154.1
Quadragesimam non ieiunare, non leue peccatum, 16.1
Quadragesimam non seruantes a diabolo vinci facile possunt, 16.1
Quadragesimam qui faciunt, 19.2
Quadragesimam obseruantibus quid accidet, 20.1
Quadragesimam ieiunando non implentes rei facti, 19.1
in Quadragesima non ieiunantes poena affiendi, 33.2
in Quadragesima tota die ieiunandum, 33.2
in Quadragesima quibus rebus abstinendum, 34.2
in Quadragesima non ieiunare, peccatum, 19.2
Quadragesimale ieiunium ex Apostolica traditione, 146.2
Quadragesimalium dierum salubritas, 141.2
Quadragesimarius numerus mysticus, 36.1
Quadragesimarius numerus in edificio templi, 626.1
Quadragesimarius numerus ex quibus consistet, 165.2
Quadragesimarius numerus cur in abstinentia custoditur, 157.2
Quadragesimarius numerus sacratus, 243.1
Quadragesimario numero quadam perfectio designatur, 250.2
Quadragesima dierum diluuium, 36.1
Quaerendum Iesum differentia, 287.1, 290.1
Quaerendum quomodo Christus, 304.1
Quaerere male Christum, quid, 295.2
Quaerere de quibus dicitur, 290.1
Quaerere qui dicantur, 287.1
Quatuor dierum numerus mysticus, 75.2
Qualitas corporis non est in potestate hominis, 88.1
Qualitates quatuor in corpore, 159.1
Quarta noctis vigilia Domini aduentus, 111.2
Quaternarius numerus & denarius in celo, 154.1
ad Quietendum perpetuo quid agendum, 804.1
Quinquagenarij numeri figura quid significet, 41.1
Quinquagenario numero poenitentia demonstratur, 1131.1
Quinquagesimus annus Iubilei, 796.1
Quin

I N D E X.

Quinquagesima obseruare se dicentes reprehenditur, 19.1
Quinquagesimam facere prohibuit, ibidem
R.
Rabies hominum impotentissima, 85.1
Radix malorum cito amputanda, 1034.1
Radix vna omnium ramorum, 320.2
Rani quid significant, 876.1
Rapacitatem amplectentes quales, 1019.2
Rapere qua in re sit bonum, 804.1
Rapientem expeditum esse oportet, ibidem
Rapina qua laudi datur, ibidem
a Rapina abstinentium, 1034.2
Raptorum rerum sacrarum, 1098.1
Raptorum subtilitas, 990.1
Raptum bonum quod non raptum crimen est, 804.1
Ratio substantia hominis, 434.1
Ratio naturalis unde surgat, 526.1
Rationem quare dat Deus, 456.2
Ratione qui non regitur quomodo se habeat, 457.2
Rationales substantiae quomodo sint Dei, 1238.1
Rationalis sensus vera hominis substantia, 454.1
Receptionis tempus, 696.2
Recessus Christi, 287.2
Reconciliatio quando fiebat antiquitus, 1246.2
Reconciliatio admiranda, 461.2
Reconciliatio Ecclesiae sacramentis, 763.2
Reconciliationis praeceptum, 83.2
Reconciliationis indicium, 458.1
in Reconciliatione quanta voluptas, 1013.2
Recubitus canarum in tribus partibus, 324.2
Reclitoris Ecclesiae munus, ibidem
ad Recte agendum hortantia, 672.1
Redargutio quibus habet antiquitus, 814.1
Redemptio Christi qui data, 335.1
Redemptionis potestas, 910.1
Refectio spiritualis, 946.1
Refugia contra hostium impetus, 1179.2
Refectioe sumpta gratiarum actio, 1021.2
Regeneratio quibus reddetur, 942.2
Regenerationis lauari, 460.2
Regenerationis secundae mysterium, 264.2
Rex confessorum latinus titulus Crucis, 1124.2
Rex a quibus creetur, 914.2
Reges quo oleo sacrabantur olim, 1246.1
Reges Hierusalem auari, 898.1
Regum series a Mattheo persecuta, 781.2
Regum superbia, 912.1
Regnum Dei quid sit, 411.1
Regnum quod stare non possit, 464.1
Regnum Dei quid, 409.2
Regnum celorum quorum hereditas sit, 293.2
Regnum celorum, 331.1
Regnum quale indiuiduum, 465.2
Regnum auaritia miserius, 1016.1
Regnum Christi Ecclesia, 169.1
Regnum Diaboli, 113.2
Regni filij, 66.1
Regni Christi testimonium in titulo Crucis, 992.1
Regni futuri praemeditatio, 270.1
Regni Diaboli diuisio, 464.1
Regni caelestis promissio, 279.1
ad Regnum Dei pertinentia, 290.1
Regna mundi quomodo videntur de loco excelso, 117.1
Regnantium & non regnantium differentia, 169.1
Regulas quare praebet nobis Christus, 912.1
Religio in cibis, 503.1
Religionis forma, 187.1
Religionis diuina studium, 196.2
Religionis seruida cultores, 1173.1
Religionis exemplum, 16.1
Religionis agnitio, 942.2
Religiosa mentis quid sit, 87.1
Religiosa vita bona fama, 1095.1
Religiosi quomodo ad peccatum impellantur, 1034.1
Religiosi a malitiosis vituperati, 843.2
Religiosorum modestia, 144.1
Reliquiarum inuentio, 1382.1
Remissio peccatorum post baptismum quomodo fiat, 44.2
Remissio in quibus locum non habeat, 489.1, 1021.1
Remissionem quo pacto impetrabimus, 1034.1
Remuneratio futura, 337.1
Renouatio corporum immortalis, 947.2
Renunciatio seculi, 890.2
Reorum poena in curijs, 382.2
Reorum soluendorum consuetudo apud Iudaeos, 989.1
Reprehensio morum, 316.2
Reprehensio scribarum & Pharisaeorum, 314.1
Reprobis qui aestimetur, 194.2
Reproba quorundam vita, 623.1
Reproborum condemnatio, 811.2
Reproborum infirmitas, 257.1
Reprobis quid dicitur in Iudicio, 756.2
Repromissionis gaudia, 279.1
Requies quo tempore salubris, 979.2
Requies & dormitio differunt, ibidem
Requies laborum ubi, 907.1, 947.2
Requies Christiani, 957.2
Requies terra, 669.1
Res maxima, nisi rara fuerint, contemnuntur, 482.1
Res vna non pro vna re agitur, 395.1
Res huius mundi sicut fumus transiunt, 643.1
Re in omni exterminatio, 310.2
Rerum immutatio, 394.1
Rerum omnium tempus, 972.1
Rerum perturbatio, 1012.1
Rerum humanarum contemptus, 1026.1
Rerum naturae manifestatio, 1026.1
Rerum significationes in contrarium, 756.1
Rerum suarum quis moderator, 1026.1
Rebus aduersis quo animo standum, 1057.2
Respublica duobus modis inuatur, 772.2
Resurrectio Christi nos circumcidit, 657.1
Resurrectio quid, 882.1
Resurrectio & Passio simul posita, 880.2
Resurrectio quando futura, 263.1
Resurrectio vna bonorum & malorum, 204.1, 217.2
Resurrectio Christi duas resurrectiones nobis praestitit, 329.1
Resurrectionis nostrae glorificatio, 177.2
Resurrectionis Christi in Gloria manifestatio, 288.1
Resurrectionis promissio, 810.2
Resurrectionis Christi sermo, 203.2
Resurrectionis praedictio, 826.1
Resurrectionis gloria decreta, 269.1
Resurrectionis Christi figura, 1038.1
Resurrectionis Dominicae testimonium, 932.1
Resurrectionis praemonitus Christus, 1001.2
Resurrectionis loci praedictio, 934.1
Resurrectionis futurae demonstratio, 168.2
Resurrectionis mysterium qui prius suscepit, 936.1
Resurrectionis figura, 670.2
Resurrectionis verae indicia, 712.2
Resurrectionis futurae gaudium, 939.1
Resurrectionis experimentum a quo didicimus, 712.2

Resurrectionem expectantes quid agere debeant.	262.2	Sacerdotes pro quibus sunt reddituri rationem.	194.1
Resurrectionem qui negarunt.	882.2	Sacerdotes ex quibus assumantur.	1255.1
Resurrectionem predicantes.	936.1	Sacerdotes quare constituti.	320.1
in Resurrectione gloriam laudabimus videndo.	262.2	Sacerdotes templi ubi manebant.	905.2
in Resurrectione mortuorum vera corporis salus.	248.2	Sacerdotum melior iudicatio.	310.1
in Resurrectione que sit daturus Deus.	264.2	Sacerdotum in malum sollicitudo.	1008.2
Resurrectiones septem ante Dominicam.	713.1	Sacerdotum princeps quid portabat in capite.	993.2
Resurgentium dissimilitudo.	671.1	Sacerdotum malorum conditio.	424.1
Resurrexerunt in Christi morte multi iterum moriuri	1055.1	Sacerdotium in nouo Test. presertim q̄ in Iudaismo.	1346.1
Resurgere qui non possint.	763.2	Sacerdotum carnalium communis cogitatio.	422.1
Retributio in hac vita.	337.1	Sacerdotum oblatio quo ritu agi. debeat.	625.1
Retributionis futura locutio.	1012.1	Sacerdotum auaritia.	188.2
Reuelatio inuisibilium.	898.1	Sacerdotum maior victima.	781.2
Reuelatio futura resurrectionis.	168.2	Sacerdotum Principes diuinis contradicentes.	922.2
Reuelatio somniorum genibus.	959.1	Sacerdotum carnalium cogitatio.	410.2
Reuerentia sanctis exhibenda.	84.2.161.1	Sacerdotibus quid vetitum a Moysse.	817.2
Reuerentia erga Christum signum.	1039.1	Sacerdotalis potestas maior regia.	1023.2
Reuerentia & pietatis signum.	249.1	Sacerdotalis absolutio à peccatis.	715.2
Ridentes quasi miseri desendi.	1034.2	Sacerdotium propter peccata non amitti.	870.1
Risus quid sit.	1034.1	Sacerdotij soluendi significatio.	935.2
Romani omnes Romanorum regnum possident.	189.1	Sacerdotio digna Saluatoris doctrina.	665.2
Romani quibus in rebus Iudeis odio erant.	862.1	Sacramentum Euchariſtiae ieiunium sumendum.	934.1
Romani morte damnatos prius flagellabant.	937.2	Sacramentum crucis.	939.2
Romanorum humilitas.	325.1	Sacramentum gemine dilectionis.	905.1
Romanorum fœdus cum Iudeis.	1214.2	Sacramenti Euchariſtiae participatio.	1075.1
Romanorum consuetudo in triumphis.	923.1	Sacramentum redemptionis humane quos latuit.	1357.2
Romanorum mos in reis necandis.	349.2	Sacramentorum Christi reuelatio.	1050.1
Romanorum certamen numerus significans.	935.2	Sacramentorum stabilitas que sit.	1244.1
Romanorum exercitus in Iudeos.	953.1	Sacramentorum dispensatores.	1023.2
Romanis militibus quod regnum traditum.	430.2	Sacramenta rerum per statutum tempus.	936.1
Ruina Iudeorum prophetia.	1079.2	Sacramenta insensibilia.	1023.1
		Sacramenta sine quibus esse non possint.	1241.2
		Sacramenta secunda Legis.	117.1
		à Sacramentis malos arceere debemus.	1049.2
		Sacramentis perceptis quo eundem.	934.1
		Sacramentis perceptis ad aliora penetrandum.	1106.2
		Sacrificium maius Deo debitum.	96.1
		Sacrificium arboribus factum.	585.1
		Sacrificium nouum Ecclesie.	1438.1
		Sacrificium nouum Christianorum.	1056.2
		Sacrificium altaris scindone linea equare celebretur.	939.1
		Sacrificium quid sit.	1021.1
		Sacrificii Missæ perfectio.	946.1
		in Sacrificium viuum que Deo preparantur.	259.1
		Sacrificia quare Iudeis data.	642.2
		Sacrificia duo.	1417.1
		in Sacrificiis que immolabantur.	624.1
		Sacræ loca reparanda sunt.	1071.1
		Sacrilegium furtum est.	516.2
		Sacrilegii forma.	122.1
		Sacrilegos odio persequuntur sancti.	1171.1
		Salamelech verbum Hebraicum saluatorium.	1058.1
		Salome mater filiorum zebedeei.	329.2
		Salomon exorcismus ad eiciendos Demones.	471.2
		Salomonis edificatio quot annis perfecta.	623.2
		Salomonis templi secunda reedificatio.	626.1
		Saluator nihil sine vtilitate fecit.	164.2
		Saluator noster lucida nubes.	264.1
		Saluator dicitur Iesus.	244.1
		Saluati quibus simus à Deo.	110.1
		Saluari nemo potest sine vnitrate cum Ecclesia catholica.	254.2
		Saluari quomodo possimus.	454.2
		Saluatoris finis.	707.2
		Saluare cuius sit.	897.2
		Salus hominum.	585.2
		Salus que ad bonos pertinet.	663.1
		Salus homini ascribenda.	905.1
		Salus	

S.

Sabbatum in quibus numeretur.	244.2
Sabbathus dies quare constitutus.	244.2
Sabbathi lex quare data.	10.1
Sabbathi custodia propter salutem hominis.	655.1
Sabbathi observatio non lex principalior.	656.2
Sabbathi solutio.	295.2
Sabbathi die à loco moueri non licebat.	1054.2
Sabbathi magni nocte vigilia in templo.	1035.1
in Sabbatho que non licebat facere.	244.2
Sabbathismus à quibus prohibeat.	672.1
Sabbathi custodia ad quid data.	676.2
Sabbatho numos portare non licebat Iudeis.	957.1
in Sabbatho circumcidi culpa non erat.	672.1
Sabelliana heresis.	656.1
in Sabellium.	855.1
in Sabellianum.	768.1
in Sabellianos.	784.2
Sabellianorum error.	299.2.301.2
Sacerdos summus vnus constitutus.	861.1
Sacerdos propter quid placat Deum.	409.2
Sacerdotes summi figura sacramenti Euchariſtiae.	955.1
Sacerdotis mali indignitas.	309.2
Sacerdotes Chrismate antiquitus vngebantur.	1246.1
Sacerdotes per seruos intellecti.	458.1
Sacerdotes ex David distributione.	1012.2
Sacerdotes primi qui.	322.2
Sacerdotes ministri reconciliationis.	462.1
Sacerdotes operarij Christi.	762.1
Sacerdotes indifcreti.	323.1
Sacerdotes etiam mali propter quid honorandi.	310.1
Sacerdotes moribus discrepantes non relinquendi.	316.1
Sacerdotes quomodo accipiant verbum Dei.	194.1
Sacerdotes pro populo Deum orare debent.	64.2

Salus orbis.	817.1	Sanctorum patrum statutorum auctoritas.	1244.1
Salus quomodo acquiratur.	485.1	Sancta sanctis exclamatio in liturgia Græcorum.	672.1
Salus hominum ubi posita.	329.1	Sanctitati que destinatur.	856.2
Salus quare Deus dicitur.	584.1	Sanctificatio certis ordinibus facta.	936.1
Salus non est negligenda.	483.2	Sanctificatio erga que fiat.	612.1
Salus gentium ex fide est.	54.2	Sanctificationis initium.	672.1
Salutis signum.	676.2	Sanctificari homo vnde solet.	665.2
Salutis que sunt fieri debent.	655.1	Sanctuarij iniquitas Sacerdotibus in lege imposita.	326.1
Salutis nostre auctor & princeps.	442.1	Sanguis Christi Iudeis non auferitur.	937.2
Salutis que spes.	884.1	Sanguinis noui testamenti.	1021.1
Saluti que sufficiant.	217.2	Sanguis Christi virtus.	1169.2
Saluti quantopere incumbendum.	805.2	Sanguis Christi omnes excedens vi estimas.	1252.1
ad Salutem que res magis pertinet.	341.1	Sanguis Christi calix inebrians.	978.1
Saluti quid necessarium.	43.2	Sanguis testamenti qualis.	986.1
ad Salutem que requirantur.	839.2	Sanguinis ager.	988.1
ex Salute qui perditionem inueniunt.	1105.1	Sanguine Christi signari nos oportet.	325.2
Salutatio Christi quam benigna.	1058.1	Sanguine vet. Testamenti qui aspergantur.	1153.1
Salutationis cupidi.	311.1	ad Sanguinem Christi quid referatur.	934.1
Saluatoria verba.	1058.1	Sanitatis operatio.	242.1
Saluus nemo à seipso.	775.2	Sanitatis consequendæ modus.	259.1
Samarita per Philippum conuersa.	907.2	Sanitatis humana duo miracula.	253.2
Samarita incolæ.	582.1	Sanitatis hominum conseruatio.	166.2
Samaritanus quomodo interpretetur.	794.2	Sanata temporaliter in fine deficiunt.	249.2
Samaritana que sit.	585.1	Saul indictum ieiunium.	16.1
Samaritani à Iudeis alieni.	794.1	Sapiens ab insipiente quantum distet.	1026.1
Samaritani qui.	794.1	Sapiens in Christo quid sit.	329.1
Samaritani adorant Deum in monte.	539.2	Sapientes quid faciant morituri.	996.1
Samaritani vnde appellati.	555.2	Sapientes vnde fiant.	300.2
Samaritanorum opinio de Deo.	532.2	Sapientia summa.	288.1
Samaritanos Iudæi exercrantur.	527.1	Sapientie fons Deus.	666.1
Samson qua re indomitus factus.	9.2	Sapientia solomonis.	209.2
Sammuelis à Pythonissa excitatio.	802.1	Sapientia Centurionis mira.	64.1
Sanatio animorum à Christo facta maior quam corporis.	252.1	Sapientia pauperi apprimere vtilis.	1026.1
Sancti homines qua re non vincuntur.	115.2	Sapientia humana imbecillia.	666.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	169.1	Sapientia prestantior auro.	773.1
Sancti post mortem miracula operantur.	1216.1	Sapientie locus ubi.	183.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Sapientie mensura.	906.2
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	ex Sapientia Dei quid procedat.	113.2
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Sapor Rex Persarum.	325.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Saturitati lasciuia coniuncta.	35.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Satanas quomodo interpretatur.	156.2
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Satisfactio permanens.	987.2
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Satisfactio pro excusatione sumpta.	1295.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Satisfactio quando nõ datur occasio.	987.2
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Satisfactio peccata delentur.	1244.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Saul à maligno spiritu agitatus.	865.2
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Saulis nuntij quomodo prophetarunt.	866.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Saxorum diruptio in passione Christi.	994.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Scandalum ubi pullulet.	87.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Scandalum quando fiat.	975.2
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Scandalum infidelibus ob mortem Christi.	214.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Scandali opportunitas.	928.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Scandala quo ordine possunt vitari.	483.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Sanctorum corpus conuersum Christo.	498.2
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Sanctorum ocium laudabile.	339.2
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Sanctorum exaltatio cordis ad Sanctitatem.	1001.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Sanctorum electorum prescientia.	844.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Sanctorum penitentia.	1012.2
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Sanctum quid dicatur.	419.1
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Sancti quo passa moriantur.	841.2
Sancti quare benedicti Dei patris.	1216.1	Sanctorum gaudium ineffabile.	841.1
Sanctorum virorum confabulatio quantum proficit.	19.1	Sanctorum corpus conuersum Christo.	821.2
		Sanctorum ocium laudabile.	179.1
		Sanctorum exaltatio cordis ad Sanctitatem.	997.1
		Sanctorum electorum prescientia.	656.1
		Sanctorum penitentia.	537.2
		Sanctum quid dicatur.	907.1
		Sancti quo passa moriantur.	179.1
		Sanctorum gaudium ineffabile.	655.1
		Sanctorum corpus conuersum Christo.	

ad Scientiam aptitudo.	1073.2	Sententia reproborum nos à malo potest auocare.	180.2
Scientiis dediti qui.	982.2	Sententia omnibus vna pro humilitate.	1170.2
Scæua filij ciccores demonum.	471.2	Sententia Dei irrevocabilis.	180.1
Scorta qui nutriant.	1026.1	Sententia sua damna.	1166.1
Scribae qui dicantur.	314.2	Sententia vet. & novi Testamenti.	921.2
Scriba & Pharisei qui.	314.1	Separatio animæ ab Ecclesia.	817.2
Scribarum & Phariseorum officium.	325.2	Septimus numerus repausationis est.	488.2
Scripitor Eclypsis.	963.2	Separatio maxima peccatorum.	17.1
Scriptura citanda mos hæreticorum.	1413.2	Sepelire corpora cum unguento mos Iudeorum.	1049.1
Scripturae plenæ Questionibus.	508.2	Sepeliendi ritus antiquissimus.	1419
Scriptura sacra quo sensu illustrata.	906.2	September mensis Scenopogia Iudeorum.	828.1
Scriptura sacra instrumenta nostra.	375.1	Septembris mensis collectionum frugum.	841.1
Scriptura sacra sancti Spiritus oleo condita.	1254.2	Septem gratiæ Spiritus Sancti.	221.1
Scriptura quo sensu capienda.	628.1	Septimi diei sanctitas.	827.1
Scriptura omnis lex dicta.	900.1	Septenarius numerus adiunctus Diabolo.	204.2
Scripturae in tria distributæ.	855.1	470.1	
Scripturis homines edificati.	908.1	Septenarius numerus sacratissimus.	499.2
Scriptores sacri vno spiritu locuti.	936.2	Septenarius numerus pro quibus accipitur.	217.2
Scripturae sacre limites.	1057.1	Septenario vniversitas significatur.	1162.1
Scripturae diuinae vacandum.	374.2	Sepulchrum quid.	967.1.1019.2
Scriptura sacre designatio.	225.2	Sepulchri Christi nouitas.	1012.1
Scripturae quomodo legenda.	692.1	Sepulchri Christi color.	1126.2
Scripturae sacre lectio qui olim arcebantur.	64.2	in Sepulchro quanto tempore iacuit Christus.	217.1
Scriptura medicinarum omnium thesaurus.	247.1	Sepulchrorum superfuitas.	967.1
Scripturam qui prauè suscipiant.	862.1	Sepulchrorum incolæ diaboli.	981.2
in Scriptura sacra fratres non queruntur.	1023.1	Sepulchrorum violatores.	1016.1
in Scriptura aridine vtebantur Iudei.	1070.2	Sepultus Christus quæ fecit ad salutem.	1013.1
Scripturarum diuinarum vtilitas.	247.1	Sepulti in agro sanguinis qui.	988.2
Scripturarum interna mysteria.	238.1	Sepultura mortuorum à mortuis.	66.1
Scripturarum lectio magna munio in peccatum.	376.1	Sepultura diuitis & pauperis.	390.1
Scripturarum doctrina grauior præsentia mortuorum.	382.1	Sepultura patris non permessa propter quid.	420.1
Scripturas sacras non audientium reprehensio.	382.1	Sepultura hominum quomodo decipitur.	389.2
Scripturas diuinas perscrutari quæ vtilitatis.	441.1	Sepultura cum unguentis apud Iudeos.	1072.1
Scripturis canonicis nulla dissonantia.	1389.1	Sepultura mortuorum diuersæ.	988.1
Scortatoris excusatio voluptas.	248.2	Sepultura officium.	933.1
Sculptilibus nomen Dei non adiiciendum.	668.2	Sermo altior stultitia apud stultos.	804.4
in Scripturis diuinis nil temerè positum.	660.1	Sermo resurrectionis Christi.	203.2
Scyllæ naufragium.	782.2	Sermones impiorum quàm noxii.	955.2
in Seculo sine quid expectandum.	888.1	Sermonibus propriis capti Iudei.	657.2
in Seculo hoc euadere magni laboris est.	657.1	Serpentum copia vbi.	1055.2
Secularium rerum contemptus.	1026.1	Seruus vnde vocatus.	72.2
Secretum omne Deo nudum.	523.1	Serui munus.	855.2
Secreta loca orationi destinata.	1057.2	Serui ex ordine eorum qui saluantur.	457.2
Setta Essæorum Iudeorum.	500.2	Serui, quo die non debent cædi.	18.2
Setta quæ fuit melior.	474.1	Seruorum & Dominorum quæ differentia.	64.2
Setta improbe præceptores.	179.1	Seruorum cura quanta esse debeat.	56.1
Securitas quibus in rebus.	177.1	Seruorum Dei consuetudo.	151.1
Securitas nimia iactantiam inducit.	977.1	Seruorum quomodo curam habere debeamus.	54.1
Securitas vitæ.	1069.1	Seruorum nomine qui intelligantur.	458.1
Sedere & ascendere idem significant.	902.2	Seruendum soli Deo, ad quid intelligatur.	161.1
Seditionem excitantia.	990.1	Seruitium patrum nostrorum.	1094.2
Seductio quæ bona.	660.2	Seruitus communis Deo & homini.	114.2
Seductor qui vocetur à malis.	843.2	Seruitus duobus modis in lingua Græca.	158.2
Sedulii carmina de passione Christi.	1025.2	Seruitutis nomine quid intelligatur.	118.1
Segnitie in quibus.	978.2	Sexum vtriusque Christus curauit.	521.2
Sem dictus Melchisedech.	351.1	Siamæ ciuitatis desolatio à filiis Iacob.	582.2
Sem pater Iudeorum.	916.1	Sicariorum hominum finis.	1058.1
Seminatio virtutis.	997.1	Signum diuinitatis petere, quid.	213.1
Senatus celestis & terrestris.	117.1	Signum crucis quantum valeat.	961.2
Senarius numerus quare statuitur.	626.1	Signum magnæ fidei Abrahæ.	655.1
Senarii numeri dignitas.	1094.1	Signum pacis & concordie.	1058.1
Senectus etas sexta.	529.1	Signi crucis excellentia.	1328.1
Senem iniquitas.	930	Signa quæ acciderunt in morte Christi.	291.2
in Senibus quis sapientior.	459.1	Signa quæ Iudei expectabant.	623.2
Sensibilis mundus.	1072.1	Signa quæ Iudei desiderabant.	202.1
Sensus noster deceptu facillimus.	1023.1	Signa mortem Christi præuentura.	947.1
Sensus quinque corporis.	576.2.716.1	Signa ad quid fiant.	166.2
Sensus in quibus querendus.	906.2	Signa tria in vno homine facta.	465.1

Signorum

Signorum Christi mirabilis.	188.2	Somnus qualis vitandus.	978.2
Signis potius homines miserabiliores.	657.1	Somnus discipulorum in passione Christi qualis.	979.2
Signare se debet semper Christianus.	1293.1	Somni visione qui meliores.	990.1
Silentium.	1199.2	Somno magno qui grauentur.	763.2
Silentium admirabile.	1033.2	Somno dulci potientes.	980.1
Siliqua genus leguminis.	454.1	Somno indulgere quando opus sit.	979.2
Siloe fons Sion.	684.1	Somnolentorum increpatio.	936.1
Siloe quid significet.	710.1	Somnolentus Deus fugit.	978.2
Siliqua leguminis genus.	434.2	Somnium vxoris Pilati.	1052.2
Simile simili gaudet.	838.1	Somnia gentibus à Deo reuelantur.	959.1
Similitudo filiorum cum patribus.	87.1	Sordidorum Bacchanalia.	979.1
Similitudines ex quibus fieri non debeant.	853.1	Speciei vtriusque corporis Christi coniunctio.	946.2
Simon quomodo interpretur.	1055.1	Spes conuersionis quantum duret.	185.1
Simonis Magi exemplum.	648.2	Spes gaudium spirituale.	28.2
Simonis leprosi quare mentio fit in Evangelio.	940.1	Spes in quibus firmanda.	977.2
Simonica hæresis.	198.1	Spes quibus in rebus ponenda.	4.1
Simoniaci qui sint.	622.2	Spes desperantibus reddita.	302.7
Simoniacorum reprehensio.	190.2	Spes munerum celestium.	938.1
Simplicitas.	925.2	Spei effectus.	452.1
Simplicitas, & innocencia.	169.1	Spina in bonam & malam partem capitur.	21.2
Simplicitas Christi in incessu laus.	906.1	Spina vana gloria præscindenda.	4.2
Simulachra quo pacto adorata.	1034.1	Spinae in fimbriis Phariseorum.	309.1
Simplicitatem in Scriptura qui requirant.	982.2	Spinae corona designatio.	1045.2
Simulatio amicorum.	981.1	Spiritus sanctus Patris & Filii Spiritus.	288.2
Simulator calamus foris nitidus.	202.2	Spiritus sanctus quos fugiat.	131.1
Sinistra & nomine quid significetur.	80.1	Spiritus sanctus quotidie mittitur.	7.2.1
Sirenarum cantus quàm periculosi.	1332.2	Spiritus sanctus quare dignus Dei.	466.1
Sitis perpetua in quibus.	1025.2	Spiritus sanctus in quibus operatur.	861.2
Sitis interior.	82.2	Spiritus sanctus vbi non habitat.	706.2
Sitis verbum duo significat.	536.2	Spiritus sancti libertas.	122.1
Sitis interior.	825.1	Spiritus sancti gratiæ effectus.	530.1
Sitientes qui sint.	1025.2	Spiritus sancti potestas imperialis.	466.1
Sobrietatis exemplum.	9.1	Spiritus sancti gratiam qui vendant.	625.1.643.1
Sodemis qui peius peccarunt.	969.1	Spiritus sancti quanta sit virtus.	862.2
Sol iustitæ.	93.1	Spiritus essentia Dei.	541.2
Sol quomodo accipitur.	93.1	Spiritus sancti efficacissima potentia.	828.2
Sol spiritualis quibus oriatur.	98.1	Spiritus sancti vnctio quibus designata.	920.1
Sol quando clarior appareat.	10.1	Spiritus sancti gratia variis modis appellatur.	581.1
Sol à Manichæis.	775.1	Spiritus sancti ante resurrectionem qui habebant.	828.2
Solis defectio quando fiat.	963.1	Spiritus quid dicatur.	307.2
Solis cursus.	775.2	Spiritus hominis animæ maritus.	577.1
Solis radii auersi.	1012.2	Spiritus gratiæ ortus.	542.1
Solis à centro mundi recessio.	938.2	Spiritus est domus Dei.	131.2
Solis occubitus. Passio Christi.	521.1	Spiritus viuificans ex Scriptura.	542.2
Solcm qui putarunt Demum.	767.1	Spiritus quæ ex re viuat.	157.2
Sole nihil lucidius.	263.1	Spiritus qualis promptus sit.	978.1
Sole lucente ambulandum.	975.2	Spiritus maligni quid sit.	862.2
Solamen in aduersis quale.	935.2	Spiritus prophetiæ in malis.	861.1
Solatiu Infortium.	93.2	Spiritus nostri mortis hora commendanda Deo.	996.2
Solenitas diuina suis virtutibus percolenda.	672.2	Spiritus quanta potentia.	872.1
Solenitas diei sanctissimi.	844.1	Spiritus per motione prophetantes.	867.1
Solenitatem qui rectè egerunt.	989.2	Spiritus tradere quid.	996.2
Solenitas pro salute hominum.	1012.1	Spiritus emittendi solus Christus potestatem habet.	1112.1
Solenitatem dierum qui respuant.	1104.2	Spiritus emittente tantum sanctorum.	996.1
Solenitates quo affectu celebrandæ.	623.2	Spiritus muniti non infirmantur.	982.2
Solers homo quid peculiare habeat.	1095.2	Spiritus videndum, non oculis.	904.1
Sollicitudo demonum in quibus non sit.	162.2	in Spiritu baptisma.	130.2
Sollicitudinis grauamen.	1025.2	Spiritus maligni multi.	459.2
Soliditas Ecclesiæ nunquam distumpitur.	1109.1	Spiritus diuini indigent ope celesti.	982
Solitariæ vitæ laus.	317.2.318.1	Spiritus septem Beelzebub.	213.2
Solitaria loca in oratione inuestigare decet.	947.2	Spiritus Septem ex parte Dei. 215.1. totidè ex parte diaboli.	459.2
Solitarios tentat Diabolus.	115.1	Spirituum malignorum alimentum.	107.2.109.2
Solitudo eligenda pro pijs operibus.	119.2	Spirituum immundorum flatus.	202.2
Solitudo menti nostræ necessaria.	252.1	Spiritibus Septem aduersanti.	294.1
Solitudinis laus.	947.2	Spiritibus ascensus.	1233.1
Somnus quomodo accipitur.	271.2	Spiritualia vnde nominantur.	888.2
Somnus quando corpori requirendus.	971.1	Spiritualis gratiæ abundantia.	255.1
Somnus agrotantium salutis indicium.	726.2	Spirituale Sabbatum quid.	

Spiritualis cognatio quomodo acquiratur.	216.2	Supplicio qui non fit melior grauiorem sibi pœnam parat.	248.2
Spiritualia dona quomodo distribuuntur.	1424.2	Supplicia peccatorum à quo tempore.	403.2
Spiritualia meditantibus quo tendendum.	620.1	Supplicia peccatoribus ad futurum iudicium referuntur.	253.2
Spongia herba cauernosa.	938.2	Suppliciorum denuntiatio.	1042.1
Sputamentum sursum iniuria.	985.2	Suppliciorum apud Deum copia.	210.2
Sputum diuinitatem Christi signat.	698.1	Suppliciorum futurorum memoria.	258.2
Status rerum humanarum vnde capiatur.	101.1	Suscitatio ad fidem.	997.2
Statio nostra in quibus esse debeat.	977.2	Sydon ciuitas Gentilium.	224.2
Statuta sanctorum patrum.	1244.1	Syderum cursus.	1182.1
Stella à stella claritate differt.	279.2	S. Syluestri statutum de sacrificio altaris lino celebrando.	1126.2
Stephanus martyr celos sibi referauit.	23.1	Synagoga Satanae haereticorum Ecclesia.	1254.2
S. Stephani concio ad populum.	771.2	Synagoga primum tabernaculum.	283.2
Sterilitas sola condemnabit malos.	180.1	Symbolum operationis manus.	458.1
Sterilium beatificatio prædicta.	1180.1	Symbolum Ecclesiae.	238.2
Stomachi virio laborantes.	515.1	Symboli Apostolici auctoritas.	23.1
à Stomacho membra suscipiunt nutrimentum.	193.2	Symeon senex quomodo Christum cognouit.	888.2
Stridor dentium quid ostendat.	56.1	Synaxis ore ieiunio sumenda.	1057.1
Studium religiosorum.	196.2	Synaxis firmissima veritas.	1023.1.1075.2
Studia pia nunquam relinquenda.	672.1	Synaxis sanctissima quanta puritate suscipienda.	944.2
Stultitia Pharisæorum.	504.2	Synaxis sacra peccatorum remissio.	1056.2
Stultitia Iudæorum perseverantia.	304.2	ad Synaxim sacram accedere cuius sit.	1049.2
Stulti quibus rebus reddantur homines.	102.1	Syrach deprecatio de aduentu Christi.	214.1
Stultorum qui stultissimus.	1019.1		
Stultis quid videatur scientia.	804.2		
Stuprum uxoris non mediocris iniuria.	62.2		
Sublimitus intelligentia.	1073.2		
Sublimiora quando petenda sunt.	1015.1		
Subsidium Dei quomodo sufficit.	1211.1		
Substantia Trinitatis indifferencia.	289.2	L itera tercentum signat.	1131.2
Substantia qua sint creaturis.	1238.1	Tabernacula Iudæorum quomodo fiebant.	841.1
Substantia vnius quid sit.	853.1	Tabernaculorum festiuitas.	843.1
Substantiam Dei scire impossibile.	856.2	Taciturnitas inestimabilis.	1033.2
Substantiam filii diuinitate quid sit.	461.1	Tarde pœnitere non licet.	1008.2
Substantium verbum in Christo ipso vsurpatum.	303.2	Tarditas Pharisæorum.	770.1
Sudor sanguineus Christi quomodo intelligatur.	1174.2	Tarditas in virtutibus.	1012.2
Suffocatus cognomen Iudæ.	971.2	Tartarus ad celum recurrit.	752.1
Suggestiones quæ à bono spiritu fiunt.	1233.1	Tecta Palestinorum plana.	113.2
Sumptuose cenæ.	1026.1	Temerariorum propria conditio.	1107.2
Sunamis filius resuscitatus.	713.1	Temeritatis exitus.	123.1
Superbia ne scientiam amittamus.	623.1	Temperies corpori utilis.	1016.2
Superbia corporalis & spiritalis.	29.2	Tempestas maris fluctus exuperans.	1026.1
Superbia sine pusillanimitate non est.	1232.1	Templum Dei anagogicè quid.	772.2
Superbia scribarum.	220.1	Templum domus orationis.	623.1
Superbia Diaboli antiqua.	117.2	Templum quo spacio amorum fabricatum.	626.1
Superbia nostra quanta.	332.1	Templi duo vela.	965.2
Superbia per aruginem designata.	49.2	Templi Domini fama.	878.2
Superbia Iudæorum.	197.1	Templi dedicationis.	854.1
Superbie apparitio.	1056.2	Templi parietes quo tempore lenigabantur.	1005.1
Superbie malum.	144.1	Templi ararium Resp. causa institutum.	773.1
Superbie signum.	323.2	in Templi reedificatione Iudæi gladio utebantur.	652.1
Superbia nostra confusio.	811.2	de Templo quid egrediatur.	188.1
ad Superbiam incendientia.	317.2	Templorum antiqua dedicatio.	859.2
Superbus de iactantia loquitur.	117.1	Templorum constructio quam piuum.	1072.1
Superborum scita humilitas.	311.1	Tempus prior Christi.	843.2
Superborum quorundam mos.	320.2	Tempus omnium rerum est.	972.1
ne Superbiantur quid agendum.	973.2	Tempus vite & virtutis stadium.	34.2
Superbientium mira quando declinanda.	796.2	Tempus præteritum & futurum Diuinitas non habet.	796.1
Superfluitas monumentorum.	967.1	Tempus Ieiunij 40. dierum.	157.2
Supernaturalia comprehendere non possumus.	611.1	Tempus duplex.	696.2
Superstitio Iudæorum vno verbo elisa.	506.2	Tempora patrum nostrorum.	1094.1
Superstitiones Gentilium.	453.2	Tempora sex ætatibus constant.	279.2
Supplicandi forma.	751.2	Tempora duo in motibus nostris.	297.2
Supplicium patientis.	892.1	Tenebræ quæ metuendæ.	767.2
Supplicium gehennæ.	248.2	Tenebræ cupiditatum.	1026.1
Supplicium crucis qui suscipiant.	961.1	Tenebræ exteriores grauiorem faciunt pœnam.	185.1
Supplicium damnatorum æternum.	183.1	Tenebræ quibus in locis factæ tempore Passionis.	994.1
Supplicij æterni mina.	261.1	Tenebræ tribus diebus continuis.	994.2
Supplicij maioris in futura vita argumentum.	249.1	Tenebræ noctis à tenebris confessionis discrepant.	448.2

Tenebræ

Tenebræ certis in locis tempore passionis.	994.2	Terrestrium motuum signum.	625.2
Tenebræ duplex.	791.1	Testamentum vetus an sit discilius nouo.	395.2
Tenebræ per tres horas in passione factæ.	931.1	Testamentum vetus à nouo qui alienent.	586.1
Tenebrarum potestas.	892.2	Testamenti veteris & noui leges.	1073.2
Tentatio cupiditatis trina.	1043.1	T. st. veteri terminus impositus.	1057.1
Tentatio Sanctorum patrum.	160.2	Testamenti veteris litera qualis.	608.2
Tentatio maior qua diabolus Christum tentauit.	16.2	Testamenti sanguis.	986.1
Tentatio ad quid proficit.	114.2	Testamenta duo.	907.1
Tentatio Abrahæ.	56.2	Testis vnus non sufficiebat apud Iudæos.	983.1
Tentatio sanctorum martyribus facta.	1007.1	Testes plures contra Christum.	ibid.
Tentatio Domini cur à S. Ioanne non scripta.	161.1	Testes falsi in Susannam.	790.1
Tentatio à Deo non fit.	670.2	Testes falsi pro munere Deum vendunt.	933.1
Tentatio contra quos nihil possit.	1057.1	Testes quos habere debemus.	783.1
Tentatio ad diuinitatem Christi non pertinet.	161.1	Testium duorum vel trium ore stat omne verbum.	768.2
Tentatio victoria.	135.1	Testium falsorum euidentis vultus.	1008.1
Tentationis diabolica causa.	130.1	Testium falsorum voces contemnendæ.	983.2
Tentationis via triplex.	935.1	Testimonium quando verum.	768.2
in Tentationem intrare quid.	1118.2	Testimonium duorum hominum quare verum.	790.1
in Tentationem non intrare quid.	1174.1	Testimonia falsa quæ sint.	516.2
Tentatione qui non superentur.	131.1	Testimonium in quibus non requisitum.	973.1
in Tentationem se precipitare diabolicum.	1174.2	Testimonia falsa quando locum habeant.	982.2
Tentationes huius vitæ variæ.	145.2	Thabor mons.	162.2
Tentationes grauiiores quomodo depellantur.	1134.1	Thau litera Hebraica signum salutis.	1110.2
Tentationes Christi quid significent.	118.1	Theologia quibus assequitur.	898.1
Tentationum capita.	167.1	Theologia tabernaculum.	285.2
Tentationem omnia genera.	114.1	Theologia seu diuina philosophia utilitas.	1026.1
Tentationum capita quæ sint.	125.2	Theriacæ in serpentes.	1055.2
Tentationum Domini discordantia apud Euangelistas.	161.1	Theaurus noster vbi collocandus.	6.1
		Theaurus noster vbi ponendus.	1039.1
Tentationum duplex genus.	1212.2	Theaurus vbi ibi cor hominum.	288.1
in Tentationibus quid cogitandum nobis.	163.1	Theaurus templi.	517.1
Tentationibus anima præparanda.	332.1	Theauri terreni à caelesti differentia.	26.1
in Tentationibus quid agat diabolus.	116.2.123.2	Theauri nomen vnde compositum.	50.1
Tentationibus quid debeamus respondere.	887.2	Theaurizantes in terra.	288.1
Tentamenta diaboli vbi grassentur.	114.1	Theaurizantium in celo exempla.	7.2
Tentat Deum quis.	165.1	Theaurorum pericula.	ibid.
Tentare nos Christum quomodo accipiat.	807.2	Thiara sacerdotum Iudæorum.	992.1
Tentare Deum nemo debet.	114.1	Thomæ constantia.	727.1
Tentari à diabolo quare voluit Christus.	887.2	Throni duodecim Dei qui.	1171.1
Tentatoris nomen qui portet.	165.2	Tiberiadis aquis calidis salubris.	613.2
post Tentatorem non euadum.	887.2	Timentibus Deum nulla est penuria.	457.1
Tentatoribus quomodo respondendum.	164.2	Timor Domini qualis.	807.2
Terminos in omni re nobis Christus constituit.	912.1	Timor assiduus post fidem requisitus.	1358.2
Ternarius numerus veritatis demonstratiuus.	1050.2	Timor duplex.	793.1.801.1
Terra viuentium.	669.1.1070.1	Timor.	925.2
Terra promissionis.	664.1	Timor triplex.	935.1
Terra requie quæ sit.	669.1	Timoris natura.	1159.1
Terra loci sancti & sanctionis differens.	976.2	Timorati quando lapsus patientur permissione diuina.	1172.1
Terra quæ tremuit in passione.	394.1	per Tineam in sacra Scriptura quid intelligatur.	4.1
Terra arenosa semper æret.	213.1	Titulus Christi diuina prouidentia super crucem positus.	1086.1
Terra plangor in Christum.	908.2	Titulus crucis Christi.	988.2
Terra motus.	994.1	in Titulo Christi omnis litera regni eius testatur.	992.1
Terram manducare quid.	302.1	Tonitru quare in æstate fit.	218.2
à Terra quando portetur homo.	712.1	per Tonitru concutiuntur homines.	219.1
in Terra Christus tribus diebus.	217.1	Tonitru Spiritus sancti.	ibid.
Terror Christi qualis in iudicio.	177.1	Tonitrua qui putauerunt esse vocem.	899.1
Terror Apostolis triplicem ob causam.	270.1	Tonat in hiberno apud Orientales.	218.2
Terrores inferni lingua narrare nequit.	183.2	Tormenta in Christum.	1085.2
Terrenam negotiationem à templo Deus arceat.	624.1	Tormenta qui horrescant.	961.2
Terreni homines.	297.2	Tormenta damnatorum.	170.2
Terrena omnia quibus mutationibus obnoxia.	4.1	Tormentorum inferni mina.	1012.2
Terrena omnia ad duo reducuntur.	79.1	Tormentorum & pœnarum inferni descriptio.	56.1
Terrena cogitantes.	712.1	Torpor somni vitanda.	978.2
Terrenorum corda passione Christi mutata.	939.1	Torrens aqua vitæ comparatur.	1020.1
Terrenorum contemptus quibus extitit.	388.1	Traditionum Ecclesiasticarum auctoritas.	1244.1
Terrenorum cupidi diabolo assimilantur.	1019.1	Traditoris & infidatoris demonstratio.	973.1
Terrenarum rerum instabilitas.	7.1		
Terrestria homines ad diuinam potetiam attrahunt.	64.2		

Tradere spiritum quid.	996.2	Tyranni descriptio.	884.1
Tranquillitatem ab Apostolis Christus postulavit.	981.1	Tyrannorum persecutio.	111.2
Transfiguratio Christi.	177.1	Tyrannorum vani conatus in martyres.	878.1
Transfigurato Christo quo pacto videri possit.	266.2	Tyrannorum reprehensio.	310.1
Transgressores sermonem Dei.	816.2	Tyrus civitas Gentilium.	224.2
Transmutatio carnis Christi.	1098.1	Tyrrhenum mare.	1020.1
Transmutatiois verbum.	1023.2		
Transsubstantiationis assertio.	1241.1		
Tres dies in lege.	202.1		
Tria quae securiter ambulant.	178.1		
Tribulatio.	329.1	V ab interiectione insidiantis.	962.2
Tribulatio fidelium.	107.1	in Valentinum.	1021.1
Tribulationis pondus.	928.1	Valeriani Imperatoris abiecta conditio.	325.1
in Tribulatione refugium.	1057.2	Vana gloria ex bono oritur.	80.1
in Tribulationibus mutari debemus.	625.1	Vanum quid intelligatur.	90.2
Triclinium quid.	324.2	Vanitas.	331.2
Trinitas lumen unum, unumque principium.	299.1	Vaniloquium quid.	313.2
Trinitas tota per Patrem designata.	76.1	Varietas testium damnosa.	983.2
Trinitas unus Deus.	288.2	Vasa in quibus coquuntur carnes an denitanda sint ieiunij tempore.	39.2
Trinitas per mysterium commendata.	768.1	Vaticinium Christi venturi.	936.2
Trinitas unus Deus in substantia.	281.2	Vbiquetarij Haeretici.	1390.2
Trinitas tota ad quem pertineat.	289.1	Vehemens in humilitate Christus.	804.2
Trinitas tota Deus spiritus est.	828.1	Vela templi duo.	965.2
Trinitas a seipsa non secernitur.	308.2	Velle Christi duplex.	1174.1
Trinitatis distinctio.	298.1.2	Venatorum quorundam reprehensio.	18.2
Trinitatis mysterium.	69.1.299.1	Vendi quae honeste possunt.	643.1
Trinitatis cultores sumus.	662.1	Vendentes divina reprehensio.	477.2
Trinitatis totius operatio.	680.2	Vendentes in Ecclesia qui sint.	625.1
Trinitatis mysterij ostensio.	262.2	Venditio Christi 30. argenteis.	943.1
Trinitatis mysterium commendatum.	790.1	Venationis Ioseph dicitur.	943.2
Tristitia corporalis quae sit.	29.1	Venia quorum impetranda.	935.1
Trinitatis fides salutem aeternam affert.	262.1	Venia quando largienda.	499.1
Trinitatis sacramentum.	36.1	Venia unde sit.	489.1
Trinitatis una operatio.	45.2	Veniam quis impetrare nequit.	1034.1
Trinitatis contemplatio ab Angelis ministrabitur.	161.1	Venter interior.	825.1
Trinitatis inseparabilitas.	308.2	Vener quomodo vacuandus.	447.2
Trinitatis unitas.	768.1	ob Venerem mala innumera committuntur.	125.1
Trinitatem Sabelliani non vident.	661.1	Ventrem qui colant.	1026.1
in Trinitate quid cogitandum.	300.2	Ventrem implere qui optent.	435.1
Tristitia duplex.	29.1	Ventus Auster quid designet.	204.1
Tristitia ex satana.	987.2	Veni quod mare magis agitem.	1020.1
Tristitia solius hominis proprium.	1006.2	Venturorum praedictio.	429.2
Tristitia Christi pro quibus.	1057.2	ad Venerem quae procliviora.	1020.1
Tristitia secundum Deum.	987.2	Verax an sit amplius quam veritas.	299.1
Tristitia Apostoli redarguti.	1058.1	Veris tempore quo pacto arbores renouiscant.	177.2
Tristitia absorbens tristitiam supra vires.	988.1	Verismense passus est Christus.	855.2
Tristitia tempore quid agendum.	1057.2	Verbera quibus susligabantur rei.	1084.1
Tristitia tollenda modus.	ibid.	Verbera quibus adhibebantur.	937.2
Tristitiam immoderatam qui laudent.	1034.2	Verbum Dei quid sit.	70.1
Tristes verè qui sint.	4.2	Verbum Dei corpore tantum percipientes.	794.1
Tristium consolator Iesus.	723.1	Verbum Dei qui rescindant.	518.1
Tristatus quomodo sit Christus.	977.1	Verbum instructuissimum.	309.1
Triticum quid in scriptura.	90.1	Verbum Dei quomodo sumi debeat.	194.1
Triumphandi modus.	1029.1	Verbum Dei cui solim detur.	411.2
Triumphantis insigne.	466.2	Verbum Dei diuersas habet formas.	263.1.267.1
Triumphus Romanorum de hostibus.	923.1	Verbum ubi erat in initio.	801.1
Tuba quid significet.	90.2	Verbum Dei audiendum.	716.1
Tuba iudicium in resurrectione.	729.2	Verbum Dei secunda doctrina.	290.1
Tumulus quibus paretur.	1192.1	Verbum supernaturale.	1075.1
Tumulus primi parentis.	938.1	Verbi Christi fiducia.	794.1
Turba quae vitanda vt Christum sequamur.	255.1	Verbi intellectio similitudine.	301.1
Turpitudine quibus tegatur.	916.1	Verbi Dei sana interpretatio.	312.2
Turpitudinem qui ostendat.	984.2	Verbi fidei virtus.	179.1
in Turri constantium duo bona.	421.1	Verbi Dei fames.	454.1
Tyrannis satanae quantus.	163.2	Verbi simplex voluntas quae sit.	268.2
Tyrannus diabolica quorundam diuinitum.	388.1	Verbi comprehensio.	784.1
Tyrannidis qui sint.	869.2	Verbi natura infringibilis.	671.2
Tyrannus quis.	223.1	Verbi Dei suscipientium differentia.	811.1

in Verbo

in Verbo nulla figura humana.	300.2	Vigilia quarta noctis Domini aduentus.	111.1
in Verbo Dei armonia aeternitatis.	127.2	Villa unde nomen accepit.	56.1
in Verbo baptisma.	130.2	Vilissimum in omnibus qui quaerant.	1016.1
a Verbo Dei qui declinent.	816.2	Vigiliae quatuor noctis.	107.2
Verba consecrationis.	945.2	Vigiliae peccata purgantur.	1248.2
Verba Dei qui libenter suscipiant.	871.2	Vigilantia post somnum dulcior.	10.2
Verba Christi in cruce quo sensu capienda.	994.2	Vigilare praecipit Deus.	978.2
Verba Dei qui audiant.	811.2	Vincere ubique non necesse est.	1029.1
Verba ad inuicem conferuntur.	113.2	Vinci praestantius quam vincere.	ibid.
Verbis Christi defraudari nequimus.	1023.1	Vinculum peccatorum quam periculosum.	907.2
Veritas plusquam verax.	289.1	Vindicta martyrum plena.	93.1
Veritas quomodo vincit.	1214.2	Vindicta martyrum quomodo intelligatur.	78.1
Veritas quid inbeat.	811.1.812.2	Vindicta martyrum in caelo quo sensu percipiatur.	97.1
Veritas quibus quaeratur.	782.2	Vindicta causa perditionis.	929.1
Veritas fortis est.	882.2	Vinea quid significet.	409.2
Veritas quantum valida.	693.2	Vinea Domini.	408.1
Veritas semper esse habet.	812.1	Vinum quando repertum.	9.1
Veritatis terminus sequendus.	811.1	Vinum tempore quadragesimae olim relictum.	34.2
Veritatis exercitationes.	668.2	Vinum quare post resurrectionem bibit Christus.	1021.1
Veritatis altitudo.	117.1	Vinum quid sit.	964.2
Veritatis mysterium a Centurione cognitum.	65.2	Vinum spirituale.	996.1
Veritatis imago perspicua.	671.2	Vinum Domini calicis.	1042.1
Veritatis natura quae sit.	687.1	Vinum sanguinem operatur.	934.1
Veritatis latitudo.	657.1	Vini alacritas.	623.2
Veritatis insinuanda occasio.	644.1	Vini virtus.	1056.2
Veritatis dogma.	912.1	Violentia quando magis hominem irrepit.	947.2
Veritatis proditores.	981.1	Virga Iesse.	213.2
Veritatis scientia.	905.1	Virginitas quae sit.	618.1
Veritatis notio in Trinitate.	300.1	Virginitas vsque ad nuptias seruanda.	1441.2
in Veritatem pugnantes.	1012.2	Virginitatis votum.	1278.1
in Veritatem detractantes.	210.1	Virginitatis propositum.	1287.1
in Veritate qui non credant.	288.2	Virginitatis castimonia.	337.1
pro Veritate mori gloria Dei.	899.1	Virginis partus quae in causa latebat.	657.2
ex Veritate umbram trahere inimicorum est.	1120.1	de Virgine nasci nouum.	664.1
Veritate quando perfruemur.	777.1	Virgines quare fatuae appellatae.	774.2
pro veritate anima seruanda.	899.1	Virginum olim quanta numerofitas.	913.1
Verum dicentes nolentes.	931.1	Vir caput mulieris.	568.1
Vermes puerorum quomodo expellantur.	8.2	Vir duplex animo.	1102.1.1128.2
Vespera huius mundi.	183.2	Vir qui dici debet.	566.2
a Vespera initium diei apud quos.	943.1	Viri sancti prophetia.	123.2
Vespere carens dies.	931.1	Virum fortem mali aliquid pati non est possibile.	1013.2
Vestimenta qui scindant.	935.2	Viri insignes ante Christum.	119.2
Vestimenta Christi in transfiguratione quid designent.	279.2	Viri praestantes nimis familiares honore debito orban- tur.	478.1
Vestimentorum Christi differentia.	992.1	Virorum natura docilior quam seminarum.	571.1
Vestimenti Fimbriae Apostoli.	67.1	Virilis aetatis descriptio.	1020.1
Vestimenta Christi quare diuisa.	1085.2	Viriles ab imbecillitate alieni.	612.1
Vestimentorum diuisio in vilibus.	962.1	Virtus terminum unum habet.	457.1
Vestis passionis quadripartita.	1166.1	Virtus sublimis philosophiae.	1024.2
Vestes quibus Christus induebatur.	912.1	Virtus operum maior quam verborum.	856.1
Vestium pretiosarum subtilitas an peccatum.	401.1	Virtus quae maior sit.	ibid.
Via caeli quae.	16.1.388.1	Virtus Christi quomodo fatigabatur.	569.1
Via vitae quomodo fit facilis.	147.1	Virtus viuificatiua.	1169.2
Via caeli angustiae.	804.1	Virtus propter se non propter alios admiranda.	25.2
Victimae Paschali preparatae.	1005.1	Virtus cuiusmodi sit.	695.1
Victoria quando facili negotio obtinetur.	1034.2	Virtutis opera sine tentationibus non sunt.	140.2
Victoria non ubique quaerenda.	1028.2	Virtutis vitae laus.	384.1
Victoria ab inimicis.	664.1	Virtutis semen.	987.1
Victoria insignis Angelorum.	1026.2	Virtutis culmen.	105.2
Victoria Christi cum diabolo.	16.1	Virtutis insigne.	154.2
Victoria tentationis.	135.1	Virtutis solius cura Apostolorum.	519.1
Victoria in diabolum.	876.1	Virtutis exercenda plures occasiones.	211.2
Victoriae modus optimus.	1029.1	Virtutis affectus.	805.2
Victores diaboli quando sumus.	16.1	Virtutis facilitas.	272.2
Videntia sine oculis.	213.1	Virtuti gloria propinqua.	79.1
Vidua pauper praedictibus iustificata.	773.1	de Virtute contentio inter bellatores.	319.2
Viduae nominis etymologia.	716.2	Virtutes tres animae conspirantes.	500.2
Viduae pauperes sustentanda.	913.1	Virtutes quae nullam leuitatem habent.	612.1

Virtutes

I N D E X.

<i>Virtutes naturales Gentilium.</i>	54.2	<i>Vitam quare Deus prestavit.</i>	557.2
<i>Virtutes que maioris pretij.</i>	1013.2	<i>ad vitam meliorem migratio.</i>	813.1
<i>Virtutes Angelicæ.</i>	168.1	<i>Vitalis virtus quos cibos potius digerat.</i>	9.1
<i>Virtutes quatuor.</i>	258.2	<i>Vitis vini meri.</i>	996.2
<i>Virtutes que discretionem mutandæ.</i>	1199.2	<i>Vitium quod difficile euacuatur.</i>	671.2
<i>Virtutum omnium radix.</i>	668.2	<i>Vitium quando magis serpit.</i>	1057.2
<i>Virtutum trium consummatio.</i>	452.1	<i>Vitij due species.</i>	457.1
<i>Virtutum variarum vnguentum.</i>	1098.1	<i>Vitio qui exemptus sit.</i>	1074.2
<i>Virtutum cum vitiis pugna.</i>	150.1	<i>à vitio nullus immunis.</i>	180.1
<i>Virtutum remuneratio.</i>	1171.1	<i>Vitia nutrientia.</i>	260.1
<i>Virtutum celestium clamor in morte Christi.</i>	938.2	<i>Vitia omnia spiritaliter sunt.</i>	517.1
<i>Virtutum tarditas in quibus.</i>	102.1	<i>Vitia septem.</i>	102.2
<i>Virtutum contrarietas.</i>	973.1	<i>Vitiolorum deformitatem qui manifestent.</i>	984.2
<i>Virtutum sanctarum meditatio.</i>	140.1	<i>Vitiis seruientes Iudæi.</i>	1058.2
<i>Virtutum doctrina.</i>	907.2	<i>in vitiis maximus labor.</i>	272.2
<i>Virtutibus morientibus viuunt vitia.</i>	155.1	<i>Vitiosi hominis deformitas.</i>	83.2
<i>Virtutibus fugiatis anima eget.</i>	459.2	<i>Vituperans qualis sit.</i>	1037.1
<i>Virtutibus gloria quando cohabitatur.</i>	85.1	<i>Vituperatio in somnolentos.</i>	936.1
<i>Vita prodiga que sit.</i>	432.1	<i>in vituperatione signo crucis vtendum.</i>	1036.2
<i>Vita tribulationibus mutanda.</i>	625.1	<i>Vituperati ad iram concitari non debemus.</i>	1035.1
<i>Vita recta quomodo scandalizetur.</i>	692.1	<i>Vitulus magna victima sacerdotum.</i>	781.2
<i>Vita anime.</i>	66.1	<i>Viuat quis.</i>	810.2
<i>Vita æterna quid sit.</i>	170.2	<i>Viuere sine tactu nemo potest.</i>	279.2
<i>Vita mortis similis.</i>	763.1	<i>Viuere qui expectant.</i>	825.1
<i>Vita hominum quibus seruetur.</i>	166.1	<i>Viuere rectè quid.</i>	93.2.387.1
<i>Vita quando nihil prodest.</i>	882.1	<i>Viuere male quid.</i>	768.1
<i>Vita hæc pelagus.</i>	1020.1	<i>Viuere bene debemus ne malè moriamur.</i>	387.1
<i>Vita irreprehensibilis hominum.</i>	413.1	<i>Viuere cuius sit.</i>	825.1
<i>Vita nostra in medio preliorum est.</i>	140.2	<i>Viuere improbè qui dicatur.</i>	788.1
<i>Vita æterna donum & meritum simul.</i>	352.1	<i>Viuendi præcepta Christi.</i>	912.1
<i>Vita bona odor bonus.</i>	1095.1	<i>Viuendi ritus Christi.</i>	ibid.
<i>Vita vera que sit.</i>	763.1	<i>Viuendi lex & disciplina.</i>	669.1
<i>Vita presentis quibus dulcis.</i>	879.1.882.2	<i>Viuendum quomodo præcipit Deus.</i>	1104.1
<i>Vita cursus quomodo appelletur.</i>	443.1	<i>Viuentes iuxta mandatum Dei, de mundo exeunt.</i>	131.1
<i>Vita incensibilis Sanctorum.</i>	669.1	<i>Viuentes debent esse ones Christi.</i>	183.2
<i>Vita quomodo comparetur.</i>	753.2	<i>Viuentibus malè bona quid profint.</i>	88.2
<i>Vita Christianorum respondere debet eorum professioni.</i>	1351.1	<i>Viuentium locus securus.</i>	1069.1
<i>Vita perpetua non timet ruinam.</i>	170.2	<i>Viuificatio que dicitur.</i>	462.1
<i>Vita laboriose institutio.</i>	246.1	<i>Viuificationis peccatorum difficultas.</i>	725.1
<i>Vita puritatis intelligentia.</i>	804.2	<i>Viuorum præmium in iudicio.</i>	783.1
<i>Vita iustorum.</i>	379.2	<i>Vlciendæ animus deponendus.</i>	1012.2
<i>Vita quibus perturbetur.</i>	1026.1	<i>Vltio Christi contra Iudæos.</i>	308.1
<i>Vita nostra scelerum plena.</i>	823.1	<i>Vltio malorum duplex.</i>	1071.2
<i>Vita anime que sit.</i>	753.2	<i>Vlysses Sirenarum cantus auertit.</i>	1332.2
<i>Vita melior que optanda.</i>	1025.1	<i>Vmbra omnia terrena comparata.</i>	388.1
<i>Vita quorum miserabilior.</i>	1026.1	<i>Vna in diuinis est vita.</i>	1417.2
<i>Vita hominis quibus regatur.</i>	1241.2	<i>Vnctio Capitis in festis mos Palestinorum.</i>	3.1
<i>Vita presentis cupiditas.</i>	883.1	<i>Vnctio olei quibus proficit.</i>	592.2
<i>Vita humane fragilitas.</i>	69.1	<i>Vngendi mos veterum.</i>	25.1
<i>Vita cursus quomodo appelletur.</i>	436.2	<i>Vnguentum Magdalene ex quibus confectum.</i>	1041.1
<i>Vita presentis designatio.</i>	894.1	<i>Vnguentum operum honorum.</i>	1001.1
<i>Vita tempus quid censendum sit.</i>	34.2	<i>Vnguentum post baptismum.</i>	1131.1
<i>Vita exiremitas communis.</i>	996.1	<i>Vnguentum ex quo conficitur.</i>	1055.1
<i>Vita archioris qui continentiam apprehendant.</i>	962.1	<i>Vnguenta quibus seruentur.</i>	927.1
<i>Vita presentis vilitas respectu futuri.</i>	887.2	<i>Vnitas dierum apud Deum.</i>	984.2
<i>Vita directio.</i>	804.1	<i>Vniuersitas quibus significetur.</i>	1162.1
<i>Vita alimonia præcipua.</i>	1056.2	<i>Vniuersitas quo numero comprehendatur.</i>	467.1
<i>Vita initium vnde.</i>	311.2	<i>Vocatio Dei quid suadeat.</i>	1016.1
<i>Vita tempus primum.</i>	409.2	<i>Vocationes ex Israel due.</i>	336.1.910.1
<i>Vita tranquillitas in oratione petenda.</i>	1174.2	<i>Votis diuinæ desiderabile nuntium.</i>	180.1
<i>Vita delectatio perdenda est.</i>	894.1	<i>Volans non pronocatus an per ostentationem faciat.</i>	117.1
<i>Vita conuenientia.</i>	105.2	<i>Volatus auium in forma crucis.</i>	1110.2
<i>Vita rectè que adhareant.</i>	961.2	<i>Voluntas Dei vbique querenda.</i>	1024.2
<i>Vita presentis fragilitas.</i>	388.2	<i>Voluntas ad magnum bonum sufficit.</i>	805.2
<i>Vita æterna merces.</i>	1192.1	<i>Voluntas facile mutatur.</i>	1239.1
<i>in vitam meliorem repentina mutatio.</i>	912.2	<i>Voluntas diuina humane præponenda.</i>	887.2
<i>ad vitam actiuam que pertinent.</i>	1099.1	<i>Voluntas Dei in orationibus petenda.</i>	1057.2
		<i>Voluntas Dei salus hominum.</i>	585.2

Voluntas

I N D E X.

<i>Voluntas Dei que sit.</i>	680.1	<i>Visione qui vitam finierunt.</i>	56.1
<i>Voluntas hominis sine auxilio Dei non sufficit.</i>	1022.2	<i>Vsura olim lege vetita.</i>	188.2
<i>Voluntas bona pauperum elemosyna.</i>	34.1	<i>Vsura quantum destabilis.</i>	194.2
<i>Voluntati bone desiderium malum adheret.</i>	90.1	<i>Vsura quantis doloribus obnoxia.</i>	1025.2
<i>Voluntatem Dei plenam qui faciat.</i>	534.1	<i>Vsura fugienda.</i>	138.2
<i>Voluntatem Dei qui faciat.</i>	678.1	<i>Vsurarum quantus labor & difficultas.</i>	273.1
<i>Voluntatem Dei facere quid.</i>	661.2	<i>pro vsuris quid accipiebant Iudæi.</i>	188.2
<i>Voluntatem vel coronat vel punit Deus.</i>	103.2	<i>Vsuarium plus maledictus supra mercatores.</i>	194.2
<i>in voluntatem propriam damnati.</i>	957.1	<i>Vsuariorum punitio.</i>	1019.2
<i>Voluntati humane voluntas diuina præponitur.</i>	928.1	<i>Vsuriatio cultus diuini.</i>	117.2
<i>à voluntate mala dependent, sicut & bona.</i>	186.2	<i>Vsus bonorum qualis.</i>	195.1
<i>Voluntaria que sint.</i>	216.2	<i>Vsus rerum qui laudabilior.</i>	940.1
<i>Voluptas interrupta desiderabilior.</i>	10.1	<i>Vt, dictio significatiua.</i>	709.2
<i>Voluptas terrenarum rerum.</i>	1025.2	<i>Vtenti libido, non rerum vsus culpatur.</i>	940.1
<i>Voluptas ante peccatum.</i>	670.1	<i>Vtilitatis opera Christi plena.</i>	164.1
<i>Voluptas seculi transitoria.</i>	890.1	<i>Vtilitati hominum conuenientia.</i>	942.2
<i>Voluptas in qua corporis parte.</i>	670.2	<i>Vulgus qua re offendatur.</i>	381.2
<i>Voluptas sceleris.</i>	383.1	<i>Vxor quo pacto regenda.</i>	624.2
<i>Voluptatis amatores.</i>	119.2	<i>Vxoris stuprum quanta pena dignum.</i>	67.2
<i>Voluptatis instabilitas.</i>	457.1	<i>Vxorem patris qui habuit.</i>	987.2
<i>Voluptatis sordida amputatio.</i>	672.2	<i>in vxore propria homo potest fornicari.</i>	516.2
<i>Voluptatis origo.</i>	444.1	<i>Vxores imprudentissimas qui eligant.</i>	1016.1
<i>Voluptatis gaudium.</i>	825.2		
<i>Voluptati corporis qui seruiant.</i>	1026.1		
<i>Voluptati dediti heretici.</i>	817.2		
<i>Voluptate vera qui fruatur.</i>	1026.1		
<i>in Voluptate qui viuant.</i>	670.2		
<i>Voluptates qui contemnunt mundo mortui sunt.</i>	670.2		
<i>Voluptates diuitiarum.</i>	1025.2		
<i>Voluptatum illecebra.</i>	152.1		
<i>Voluptatibus non inhærendum.</i>	279.1		
<i>Vomitibus nocens.</i>	979.2		
<i>Vomitibus ebrietatem sequitur.</i>	ibid.		
<i>Votum cælibatus transgredi damnable est.</i>	135.1		
<i>Vox moriturus debilitatur.</i>	965.1		
<i>Vox calumniatoris.</i>	983.1		
<i>Vrbis decem ciues ditiores pauperibus subuenire debent.</i>			

913.1

F I N I S.

